PRACTICAE
CRIMINALIS
ILLVSTRATÆ
P. LVDOVICI M. DE AMENO.
PARS PRIMA.

Digitized by Google

A. R. P.
LUDOVICI M. SINISTRARI
D E A M E N O

STRICTIORIS OBSERVANTIÆ MINORUM
Concionatoris Generalis, Sacræ Theologiæ Lectoris Emeriti, ac olim Illuſtriſs. & Reverendiſs. Avenionen. Archiepiſcopi Theologi, ac in Spiritualibus Vicarii.

PRACTICA CRIMINALIS ILLUSTRATA
HOC EST
COMMENTARII PERPETUI, ET ABSOLUTI
IN PRACTICAM CRIMINALEM FRATRUM MINORUM,

IN QUIBUS TEXTUS

Accuratiſsima explicatione dilucidatur in obſcuris: neceſſariis additionibus ſuppletur in defectivis: & diſcuſſis Quæſtionibus maximè practicabilibus, totius materiæ Criminalis completè traditur

THEORIA, ET PRAXIS.

OPUS NOVUM.

Judicibus Sæcularibus commodum, Regularibus utile, Prælatis verò Provincialibus, ac Localibus Minorum Obſervantiæ Regularis, ac Strictioris omninò neceſſarium.

PARS PRIMA.

EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO PRINCIPI
ALDERANO CYBO
SACRI COLLEGII APOSTOLICI DECANO
Totius Ordinis FF. Minorum Protectori Vigilantiſsimo.



ROMÆ, Typis Joannis Jacobi Komarek Bohëm. apud S. Angelum Custodem. 1693.
SUPERIORUM PERMISSU.

EMINENTISSIME PRINCEPS.

POENA, & prœmium duo ſunt, per quæ ſemper immota Rerumpublicarum felicitas conſiſtit. Duo hæc firma Imperij ſunt fulcra, quibus ſtantibus, inter aduerſas caducorum viciſſitudines iſtud minimè nutat. Politici cœli ſunt cardines, ad quos diuertens Princeps Sol, ab ecliptica iuſtitiæ nunquam defleĉtens ſubieĉtam tellurem, pro naturæ exigentia, perenniter fœcundat. Aut torperet frigore ſolum iners; aut flagraret incendio; aut floridæ vanitatis inutili luxuriaret apparatu, ſi ſublunarium moderator originum in Borei, aut Auſtrini Poli metis immotus quieſceret. Sed quia modò feruentiſſimas Cancri partes luſtrat; nunc in algida Capricorni ſtatione moratur, modo Æquatoris geminos oppoſitoſque cardines,

dines, alioquin non errabundus, pererrat, illâ Mundum varietate exornat, quæ non tantùm ad viuentium omnium neceſſitatem alimenta ſuppeditat; ſed& humanas mentes incitat ad contemplandam pariter, & laudandam diuinæ politiæ prouidentiam. Nil minùs in Republica præſtare ea debet Moderator, aut Princeps, quæ Sol in Mundo. Nunc prœmio, nunc pœnis ſibi vtendum; ſicut per caloris, ac frigoris viciſſitudinem, & temperiem in Regno ſuo Natura mirabilem rerum diuerſitatem, ad iugem, & pacatam ipſius conſeruationem procreat. Ars Populos regendi, Muſices Naturam imitatur: Et quemadmodùm hæc harmonicos ita temperat ſonorum numeros, vt grauis depreſſio per acuti ſublimitatem eleuetur, eiuſque ſuperantem exceſſum illius grauitas caſtiget, ità decet Choragum Principem prœmiorum ſublimitate virtutem imum humilitatis petentem erigere; & ſontium temeritatem, legum fines ſupergredi auſam, pœnarum grauitate deprimere. Hinc Sancta Mater Eccleſia ſuos inaugurando Rectores Epiſcopos baculo initiat Paſtorali, cuius rectum haſtile in ſummo recuruum, in imo acutum probat, Reipublicæ Chriſtianæ regimen in eo potiſſimum verſari, vt iuſtitiæ perpetua rectitudo in manu Moderatoris nunc præmijs alliciendo ad ſe attrahat benemeritos;

ritos; nunc pœnarum diſtrictione peruerſos pungendo, aut corrigat, aut pellat.

Non aliter, PRINCEPS EMINENTISSIME, Seraphica Fratrum Minorum Religio habet, & ipſa regulas tùm prœmiorum, quibus virtutem promoueat, tùm pœnarum quibus vitia reprimat. Hæc quemadmodùm pura Euangelij conſilia ſibi ſtatuit in præcepta; ita Eccleſiæ Catholicæ oeconomiam ſcrupuloſa imitatione æmulatur. Non contenta proindè recta ſemper per iuſtitiam brachia curuare ſiue ad amplexus, ſiue ad coronas virtutis; nouit, illâ pariter dirigente, ſtylo ſeueritatis vitium aut in ſe pungere, aut à ſe diſpungere. Habet Arca hæc in ſe Librum Legis, quo rectè ſubiectos inſtruat; habet Manna, quo remunerationis dulcore meritum, & paſcat, & recreet; habet etiam Virgam, qua ſcelus vel arceat, vel domet. Nec mirùm in tot perfectorum cœtu imperfectos verſari; ſuiſque Statutarijs Legibus, quibus Chriſtianæ virtutes ad complementum perficiuntur, pœnales inſeri ſanctiones, quibus delicta turbentur. Non his illæ inficiuntur; nec iſtarum rigor, quo ſontes terret, illarum ſuauitatem, quâ innocui recreantur, vitiat; quemadmodùm & roſarum fragrantia ſpinarum aculei non minuunt, ſed tutantur. Legum Seraphicarum Codex Columna eſt; quâ monſtrante iter, per Religioſæ pœni-

pœnitentiæ deſerta Populus à mundana Ægypto profugus promiſſionis terram petit: debuit ergo nunc amiciri nube placida, quæ ab vrente æſtu protegat, nunc ſepiri flammis, quibus cruciet; æquali interim genio, licet diſpari natura, ad itineris rectitudinem conducentibus nube, & igne. Nouum minimè eſt malos inter bonos verſari, vt ij per illos aut diſcerni poſſint, aut exerceri; vtque æterna habeat prouidentia, quibus vel prœmiantem, vel punitiuam iuſtitiam impendat. Ad Vniuerſi ornatum facit iſta varietas; velut clara figurarum lineamenta per vmbrarum antitheſim acriùs micant in tabula. In naturæ creatæ crepundijs, Diuina Sapientia in Angelis ſuis reperit prauitatem; & in Eccleſiæ naſcentis primordio inter Apoſtolos Apoſtatam proditorem ſuſtinuit. Vitia erunt donec homines; & quamuis Religionis magiſterium illos doceat perficere mores, non dat tamen exuere humanitatem, cuius corruptæ fomes peccata progerminat. Hoc inſeparabile naturæ vitium admirationem minuit ei, qui ſtupet in ſchola perfectionis verſari imperfectos, & remota à ſæculo de mundano quandoque puluere Religioſa corda ſordeſcere.

Neceſſarium proindè fuit, culparum veneno vindicis Iuſtitiæ alexipharmacis obſiſtere, nè contagione ſerpat, ac inordinatas, deuiaſque

à tra-

à tramite rectitudinis peccantium voluntates, dirigere per flagella, reordinare per pœnas. Harum regulas, Sacris Canonibus emedullatis, breuiſſimâ epitome ſuis ſtatuit Iudicibus ſeruandas Religio Seraphica; at quia laudabilem breuitatem, vt plurimum, damnanda vitiat obſcuritas, Clauſtralis, quæ Rector quieto Sacrarum literarum ſtudio aſſuetus, contentioſi fori ſtrepitus auerſatur, egrè, nec ſine periculo, ex illa haurire poterat quomodò inter tot varios litium criminalium anfractus ſit procedendum. Huic incommodo obuiare volens Reuerendiſſimus Pater Frater Petrus Marinus Sormannus totius Franciſcani ſodalitij: olim Primicerius Practicæ Criminalis noſtræ Commentarijs illuſtrandæ mihi Prouinciam demandauit. Tanto oneri impares ingenioli mei vires roborauit obedientia; nec ſine multo labore præſtiti, ad quod ſine ſufficienti virtute fueram deſtinatus.

Cui verò, EMINENTISSIME PRINCEPS, niſi Tibi hoc qualecunque Opuſculum fuerat conſecrandum? Prætercam quæ in Te micant quibus conuincitur, me nullum potiùs, nullum validiùs illi præſidium EMINENTIA TUA potuiſſe nanciſci. Taceam, quæ à SERENISSIMA Stirpe Tua hauriaſque votâ, & quantâ Heroum Atauorum gloriâ iuſtus Heres

S Potiaris: de illis enim

minus,

minus, quam par ſit; proloqui in congruum; & ad æqualitatem dicere imbecillitati meæ negatum eſt; debita proindè profari mihi impari: ſilentium erit pro laude. Tranſibo, quæ EMINENTIÆ TUÆ confert prima, poſt ſupremam, in Orbe Catholico Dignitas, in Apoſtolico Purpuratorum Patrum Senatu Decanatus. Quamuis enim ea ſit tanti gradus ſublimitas, vt etiam Regibus ſuſpicienda proponatur; quamuis in Te ſit laborum; quos pro Eccleſia Vniuerſa glorioſè ſubijſti, iuſtum ſtipendium, aſcititium tamen confert iubar. Te contemplor in Te, & ex Te tua; nec laudi Tuæ duco, quæ ab alijs habes, ſed quæ alijs ex Te præſtas. Nec tamen omnia recenſere patitur anguſta hæc nuncupatoria; nec tantus eſt inſufficientiæ meæ auſus, vt ad ea pro dignitate enarranda anhelet. Ea ſola tanquam, quæ erga Seraphicam Tibi commiſſam Familiam paternâ ſedulâ, iugique vigilantiâ exerces. Iſtius Gubernator, Protector, ac Corrector à s. m. Innocentio Vndecimo conſtitutus, impoſſibile affatu, qua benignitate corrigas, qua ſecuritate protegas, qua ſtrenuitate gubernes. Totus in hanc es, nec grauiſſima Chriſtianæ totius Reipublicæ, quibus incumbis, negotia ita Te præmunt, quin curæ Tibi commiſſæ partes laborioſiſſima aſſiduitate præſtes.

Atten-

Attento Superiorum Generalium zelo, laus Deo ſit, nil eſt in ea, quæ externam exigat cenſuram; omnia tamen geſtis noſſe; omnibus vis proſpicere, vt vel gaudeas de Religioſo tuorum Clientum profectu, vel acrioribus ſtimulis virtutem inter illos promoueas.

Tibi igitur profectò ſoli, PURPURATE PRINCEPS, nuncupanda fuit Practica hęc Criminalis Illuſtrata; cum enim Religionis Gubernator ſis, iure meritò Tibi debetur, quod ad rectam, in puniendis ſontibus, dirigit illius œconomiam. Cum Protector exiſtas officio, conuenit Opuſculo hoc Patronum contra impugnatores imploranti Te humili flexum Auctoris ſupplicatione potentiſſimum patrocinium ex benignitate impendere, ex dignitate firmare. Cum enim nomen tuum pro glorię, pro ſecuritatis teſſera in fronte gerat, decet, vt à quolibet tanquam Tuum agnoſcatur, ſicque à nemine ad iniuriam oppugnetur. Et quia tandem Corrector es, debuit ad pedes tuos ſtatui, vt auctoritatiuâ cenſoriâque virgulâ, à Te caſtigatum inoffenſo apud omnes pede decurrens, ab omnibus recipiatur. Accedit, quod Textus Practicæ quem Commentarijs illuſtratum Tibi offero, EMINENTISSIMO FRANCISCO BARBERINO in Protectione Ordinis Prædeceſſore Tuo ordinante, compoſitus vulgatur.

§ § 2

tuſque fuit, illiuſque partialis expoſitio in tractatu Pœnalium diſtrictionum ab Auctore Patre Sanctoro de Melphi ingenioſè contexta eidem Cardinali, vt decuit, dicata fuit. Debuit ergo etiam Tibi ſacrari abſoluta eiuſdem explanatio: cum enim eodem cum illo munere fungaris, fieri minimè poteſt, vt pari humilitatis, deuotionis, ac famulatus mei obſequio defrauderis; Excipe igitur, Eminentissime Princeps, hoc qualecunque munus, quod de paupere penu Tibi offert ingenioli mei mendicitas, ac, vt ipſum non ſpernas, affectum offerentis reſpice, non cenſum; Ita enim fiet, vt benigno à Te vultu comprobetur, ſicut Mulierculæ minuta grandi alacritate in gazophylacium immiſſa laudatam à Chriſto Domino, eorundem oblationem reportarunt. Vale.

Emin. Tuæ

Humillimus, ac deuotiſs. Cliens
Fr. Ludouicus M. de Ameno,

AD

A D L E C T O R E M.

Scribendi occaſio, intentio, œconomia.

SCRIPTVRIENTI huic ſeculo nouos Libros offundere, inutile perindè, ac periculoſum cenſeo, beneuole Lector. Siquidem in quouis diſciplinarum genere ad exceſſum abundant Auctores; ac tam exactâ diligentiæ limâ expolita prodeunt Neotericorum Opera, vt ſpes recentiori ſcribenti non ſit, acris cenſuræ notas effugere, niſi ad Cleanthis lucernam examinata proferat, & quæ cæſum pluteum, & demorſos ſapiant vngues. Hoc mihi ſemper fixum in animo fuit; vt proindè in Scænam prodire, & Typis committere, quæ ad exercitium ſtudiorum intrà priuatos cellæ parietes quandoque exaraui, ſemper ſim auerſatus. Sed propoſitum inuertit obedientia: Superioris enim mei Generalis mandato. Commentarios in Practicam Criminalem Fratrum Minorum Regularis, & Strictioris Obſeruantiæ lucubrare pariter, & vulgare ſum compulſus.

Occaſionem dedit contractus ad obſcuritatem illius Textus; cuius causâ, noſtri Iudices Sacræ Scripturæ, Artium, ac Theologiæ ſtudijs vacantes, non ſatis ab eo poterant haurire, quæ in legente Legalium phraſium, ac forenſium actuum peritiam ſupponunt. Textus iſte adornatus vſui noſtri Ordinis, apud pleroſque aliarum Religionum Superiores, alioſque Eccleſiaſticos Iudices cum approbatione, & vſu exceptus eſt, vt proindè pluries, & poſtremò additis quibuſdam breuibus notis, recuſus fuerit. Nec immeritò; non enim vel latum vnguem recedit à Communibus Sacrorum Canonum Sanctionibus pro re Criminali; & ità omnes comprehendit, vt paucæ admodùm in eo deſiderentur. Cumque in Ordinatorijs Eccleſiaſticæ Curiæ omnes Sæculares paritèr, ac Regulares conueniant, omnibus quadrat, quod pro vno Ordine contextum fuit, libero alioquin cuiuis Iudici relicto ſpatio ad municipalium ſuarum Conſtitutionum edicta in Deciſorijs Sententiam regulare. Subijt proindè mihi acrior vltrà obedientiam ad ſcribendum ſtimulus, dum laborem meum non priuato tantùm Religionis meæ commodo, ſed omnibus communitèr ſperaui profuturum, ac eâdem approbatione, qua Textus receptus fuit, eius Commentarios forè recipiendos.

Intentio ſcribendi, Teſtis mihi Deus ſit puram Religionis vtilitatem habet pro ſcopo? Miſeratione me dignum proderem, ſi pro vanâ captandâ gloriolâ, tot laboribus ſuccubuiſſem. Hinc magna ſpes veniæ à Te mihi affulget, amice Lector, ſi quid fortè offenderis, quod minùs rectè interpretatum cenſoriæ virgulæ ſubijciendum iudicaueris; parces enim Auctori, in quo purum animum proximo ſubueniendi deprehendes. Hinc eſt, quod peregrinas eruditiones, quas ad ornatum Operis, & commendationem Auctoris faciunt, quaſque congerere, laborioſum licet, non tamen difficilè fuiſſet, non inuenies; *totus enim in hoc fui, vt clara methodo procederem ad puram Iudicis inſtructionem. Si quid obuium præter hanc offendes, non ex inſtituto, non frequenter, ſed obiter, & perfunctoriè accipies exaratum.*

Ordo perpetuus eſt, vt verbatim primò Textus explanetur. Neceſſarium fuit hoc ad intentum Scribentis: niſi enim termini aperiantur, egrè percipiuntur propoſitiones. Puduiſſet ſcribere quid ſit Præſumptio, *quid Lis conteſtata, quid Tranſactio, & ſexcentæ huiuſmodi, ſi pro expertis in re Criminali ſcripſiſſem. At quia pro ine-*

Digitized by Google

inexercitatis in arena Forenſi laborem ſubij neceſſum fuit incognitas voces aperire, ne de ſignificatione anxij legendo hærerent. Elementis ſuis diffinitiones præfixit Euclides: Digeſtis, & Codici præpoſuit Imperator Inſtitutiones, quibus Legum vocabula iuriſprudentiæ Candidatis prælucerent. His quidem fax etiam ad Criminalem tractationem præmittitur: Sed quia, vt ſupra monui, ex ſuorum ſtudiorum inſtitutis Regulares minimè illis vacant, oportuit, occaſione per Textum oblatâ, terminos dilucidare. Obſcura quandoque in eodem offendi, quæ Lectorem potuiſſent, aut ex difficultate remorari, aut ad lapſus malè intellecta deflectere: hæc explicui eo ſenſu, quo exiſtimaui accipienda, ſi Communi Iuri, ac concordi Doctorum conſenſui debeant, prout debent, cohærere. Duriuſculas fortè aliquandò circa iſta, Amice Lector, inuenies interpretationes, ſed verborum ſenſum apparenter repugnantem ad veritatem trahere, non duces piaculo. Poſt Textus explanationem Quæſtiones ſubieci. In his non omnia apud Criminaliſtas controuerſa diſputaui: ſelegi, quæ ex caſuum frequentia mâximè vſui poſſe venire perpendi, maximèque ad praxìm faciunt, & in his non diutiùs, quàm par fuerit, ſum immoratus (variarum opinionum placita recenſendo, propugnando, aut expugnando) contentus Concluſiones illas amplecti, quæ communiori Doctorum calculo probantur. His ſuppleui. quæ deſiderabantur in Textu ad completam Criminalium tractationem.

Elocutionem laxare ad faciliorem captum coactus ſum; contracta enim ſuccoſior quidem eſt. & docto legenti grata; ſed breuitatem damnat indiuidua comes obſcuritas. Hinc, ne deuiarem à ſcopo, debui inſinuare pluribus, quæ paucioribus verbis potuiſſem, ſi pro inexpertis in Forenſi concertatione non ſcripſiſſem; ideòq; opportunum duxi, non rarò exemplis practicis theorica præcepta dilucidare. Catalegos Doctorum accumulare ad firmandas Concluſiones, illiſque legentes interturbare nolui; hoc enim, quod in aliquibus Scriptoribus non Lectoris frugi, ſed oſtentationi Auctoris factum non laudo, mihi verti in vituperationem poſſe ſum veritus. Paucos, ſed fideliter cito; & tunc ſolùm quando Textus Pontificius, aut Cæſareus mihi non fuit in promptu, vel concluſioni firmandæ prolixa de neceſſitate exprimenda fuiſſet ratio; breuiori proindè vnius, aut alterius ex magis Claſſicis Auctoribus calculo eam comprobaui. Emanuelem Rodericum noſtrum rerum Regularium tractandarum Coriphæum imitari geſtiens Legum, ac Doctorum citationes ad marginem ſtatuere decreueram; ſed Typographi in Typis ordinandis difficultatem fugientis ex ſuggeſtione, & exemplo Ioannis Caramuelis, eas ad calcem cuiuſuis Tituli ablegaui, appoſitis tamen fideliſſimis notis, per quas non incommodum erit Lectori deſideratas inuenire. Poſt hanc Primam Partem, quâ Textum theoricè abſolui, Secundam ſubijcio ſub Titulo Formularij Criminalis, *in qua per extenſum traduntur Formulæ quorumcumque neceſſariorum abſolutè texendam telam Criminalem, & iſta iam ſub prælo eſt. Tertiam* de Delictis, & Pœnis *Deo vitam, vireſque dante, poſt has publici iuris faciam. Interìm, Lector Beneuole, æqui, bonique conſulas ſaltem animi deſiderium iuuando Proximo intentum, ſi Opus probandum abnueris. Si quid minùs rectè dictum inueneris, ignorantiæ meæ hoc tribuas; ſi quid boni offenderis, illud acceptum referas ſummo bonorum omnium largitori Deo Optimo, & Maximo, cui honor, laus, & gloria.*

APPRO-

APPROBATIO ORDINIS.

DE mandato Reuerendiſſimi P. Fr. Caroli Franciſci à Vareſio Commiſſarij Generalis Obſeruantium, & Reformatorum S.P.N.FRANCISCI, perlegimus attentè Nos infraſcripti Opus, cui Titulus eſt: *Commentaria in Practicam Criminalem &c.* ab Adm.Reu-P.Fr.Ludouico de Ameno Lectore emerito, & viro Iuris vtriuſque peritiſſimo elaboratum; nihilque in eo reperimus, quod vtrique iuri non ſit conſonum, imò ad rectè adminiſtrandam inter Regulares iuſtitiam, fore valdè vtile non dubitamus; Quare dignum cenſemus, vt ad communem vtilitatem Typis mandetur. Datum Romæ in Conuentu S. Petri Montis aurei hac die 28. Iunij 1691.

Ego Fr.Caſimirus Luſitanus Lector Controuerſiarum, ac Diffinitor.
Ego Fr. Antonius à Cerchiaria Ex-Diffinitor, & Conuentus S.Petri in Monte Aureo de Vrbe Guardianus.

Facultas Superioris Generalis.

FR. CAROLVS FRANCISCVS DE VARESIO Ordinis Minorum Strictioris Obſeruantiæ S.P.N.FRANCISCI Lector emeritus, Supremæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis Qualificator, ac Ciſmontanæ Familiæ Obſeruantium, & Reformatorum Commiſſarius Generalis, & ſeruus. Dilecto Nobis in Chriſto Adm.Reu.P.Fr. Ludouico ab Ameno Lectori emerito noſtræ Reformatæ Prouinciæ S.Didaci ſalutem.

CVM non paruo profectui futurum Iudicibus Regularibus, & Ordini noſtro Seraphico iudicetur Volumen a Te nuper eruditè, ac dilucidè elaboratum, cuius Titulus eſt: *Practica Criminalis illuſtrata &c.* Si per impreſſionem iuris communis fiat: Hinc iuxtà Apoſtolicas, & Ordinis Noſtri Conſtitutiones, præmiſſa neceſſaria reuiſione, & approbatione, cum ſit Opus valdè vtile Regularibus ad rectè adminiſtrandam iuſtitiam, conſonumque vtrique Iuri; Tenore præſentium ad ſalutaris obedientiæ meritum facultatem tibi impertimur, quatenus ſeruatis ſeruandis illud Typis mandare valeas, Dat.Romæ die 27. Maij 1691.

Fr. Carolus Franciſcus de Vareſio Commiſſarius Generalis.

Reg.Tit.Prou.

De mandato S.P.Reuerendiſſime
Fr. Innocentius de Cryptis ad Mare Sec.Gen.

VI

APPRO-

APPROBATIO.

DE mandato Domini mei Reuerendiſſimi P.Fr.Thomæ Mariæ Ferrari Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtro perlegi Librum conſcriptum : *Practica Criminalis Minorum illuſtrata* ; Nihilque in eo inueni ab Orthodoxa Fide, ab vtroque, minuſque à Municipali Seraphicæ Religionis Obſeruantiæ, ac Reformationis (pro quibus elaboratum) Iure diſſonum, ideoque eidem Religioni neceſſarium, cæteris perutilem, per amænum, Præloque dignum exiſtimo.

Alexander Lucidus de Monte Alto Picenus, necnon in Sacra Vniuerſali Inquiſitione pro Reis Aduocatus, & Conſultor.

Imprimatur.

Si videbitur Reuerendiſs. Patri Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtro.

Stephanus Ioſeph Menattus Epiſc. Cyrenen. Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Thomas Maria Ferrari Ordinis Prædicatorum, Sacri Apoſtolici Palatij Mag.

IN-

Google

INDEX
TITVLORVM, ET QVÆSTIONVM.

TITVL. PROEMIAL. *pag.*1.

Quæſt.I. QVanta ſit auctoritas huius Practicæ Criminalis? *pag.*5.
Quæſt.II. An Practica hæc indiguerit confirmatione Apoſtolica ad hoc, quod ad eam obligarentur Superiores, & Subditi? *pag.*6.
Quæſt.III. An deſumpta ab Authoribus, quæ citantur paſsim ad marginem huius Practicæ habeant vim legis? *pag.*8.
Quæſt.IV. An Statuta antiqua circa modum procedendi criminaliter per hanc Practicam cenſeantur abrogata? *pag.*9.

TITVLVS PRIMVS.
Quid Iudex, & quotuplex. pag.13.

Quæſt.I. An Superior Regularis teneatur caſtigare Subditos Delinquentes? *pag.*24.
Quæſt.II. An Superior in punitione debeat magis vti rigore iuſtitiæ, an lenitate miſericordiæ? *pag.*25.
Quæſt.III. An de leuibus etiam tranſgreſſionibus teneatur Superior Subditum caſtigare? *pag.*26.
Quæſt.IV. An expediat magis paternaliter, quàm iudicialiter punire? *pag.*28.
Quæſt.V. Quoſnam Subditos teneatur Superior Regularis punire? Mediatos, an immediatos? *pag.*30.
Quæſt.VI. An Nouitios, & Tertiarios poſſint Superiores Regulares caſtigare? *pag.*34.
Quæſt.VII. An Aduenas Religioſos, qui in ſuis Prouincijs, vel Conuentibus delinquunt poſſint Superiores Prouinciales, & Locales reſpectiuè punire? *pag.*36.
Quæſt.VIII. An primus Diſcretus Ordinis tempore interregni ob mortem Miniſtri Generalis, poſſit cognoſcere de criminibus, quæ ad forum Generalis pertinent? *pag.*38.
Quæſt.IX. An Procurator Generalis Ordinis, & Commiſſarius Curiæ, præter abſolutionem Apoſtatarum, poſſint Forenſes Delinquentes in Curia punire? *pag.*39.
Quæſt.X. An Procurator Generalis Reformatorum poſſit delicta Forenſium in loco, in quo eſt Curia, commiſſa punire? *pag.*40.
Quæſt.XI. An Guardianus poſſit delegari ad aliquam Cauſam criminalem? *pag.*41.
Quæſt.XII. An Prouincialis poſſit delegare Cauſam criminalem vſque ad Sententiam diffinitiuam incluſiuè? *pag.*44.

§§§ Quæſt.

Quæſt.XIII. Quid priùs, & antè omnia facere debeat Iudex Delegatus? *pag.*46.
Quæſt.XIV. Ad quæ ſe extendat Iudicis Delegati iuriſdictio? *pag.*48.
Quæſt.XV. An Delegatus poſſit ſubdelegare in aliquo caſu? *pag.*58.
Quæſt.XVI. Quantum duret Iudicis Delegati iuriſdictio? *pag.*57.
Quæſt.XVII. An Delegatus ex ſua authoritate poſſit à quocunque Conuentu Prouinciæ perſonas neceſſarias pro ſua Cauſa ad ſe vocare? *pag.*62.
Quæſt.XVIII. Quænam præcedentia in noſtra Religione Iudicibus Delegatis debeatur? *pag.*63.

TITVLVS SECVNDVS.

Quales eſſe debeant Iudices. pag.72.

Quæſt.I. Quænam perſonæ Iudicis ſint neceſſaria? *pag.*90.

TITVLVS TERTIVS.

Canones circà Recurſum, & Appellationem. pag.96.

Quæſt.I. An liceat Regularibus recuſare Iudicem, vel ab eo appellare? *pag.*138.
Quæſt.II. An à Superiore Ordinario poſſit quis appellare, aut ipſum recuſare in Foro paterno? *pag.*141.
Quæſt.III. An poſſit recuſari Prouincialis in actu Viſitationis? *pag.*148.
Quæſt.IV. An Commiſſarius Viſitator Delegatus à Generali poſſit recuſari, vt ſuſpectus in Viſitatione paterna? *pag.*154.
Quæſt.V. An, vt ſuſpecti poſsint recuſari Diffinitores, Aſſeſſor, Conſiliarius, Peritus, Notarius, ſiuè Actuarius, aut Scriba? *pag.*165.
Quæſt.VI. Quid facere poſſit Reus; ſi Iudex pronunciet, eſſe friuolam cauſam Recuſationis, quæ Reo videtur legitima? *p.*168.
Quæſt.VII. Quidnam facere debeant Arbitri, recepto munere iudicandi ſuper cauſis Recuſationis? *pag.*168.
Quæſt.VIII. An Arbitri debeant admittere Iudicem recuſatum, ad opponendum contra Cauſam Recuſationis, & eius probationes? *pag.*169.
Quæſt.IX. An Proceſſus factus à Iudice poſt Recuſationem interpoſitam ſit, ipſo iure, nullus? *pag.*171.
Quæſt.X. An in crimine Notorio poſſit Iudex recuſari, vt ſuſpectus? *pag.*174.
Quæſt.XI. An Proceſſus inceptus à Iudice recuſato ſit validus? *pag.*175.
Quæſt.XII. An Appellatio à ſuſpenſione Guardianatus, ſeu alterius Superioritatis, ipſam Sententiam ſuſpendat? *pag.*176.

TITVLVS QVARTVS.

Delictorum diſcrimina. pag.187.

Quæſt.I. An Superiores Locales obligentur in conſcientia, tenere Capitulum Culparum? *pag.*195.

Quæſt.II. An Superior Localis poſſit, & debeat pœnitentiare Patres graues, ſicut cœteros ſuæ Familiæ? *pag.*197.

Quæſt.III. An Prouincialis poſſit denuò caſtigare Delinquentem de crimine, ob quod fuit pœnitentiatus à Superiore Locali? *pag.*198.

Quæſt.IV. An, & quomodò Guardianus poſſit procedere contrà Subditum, qui impoſitam ſalutarem pœnitentiam ſubire renuit? *pag.*201.

Quæſt.V. Quid agendum ſi Subditus, cui pro defectu commiſſo Guardianus iniungit pœnitentiam; dicat; ſe non pœnitentiam renuere ob inobedientiam, ſed quia delictum, pro quo Superior tale pœnitentiam iniungit, non fuit ab eo commiſſum, & paratum eſſe alioquin pœnitentiam illam facere gratia mortificationis, non ob commiſſum delictum? *pag.*206.

Quæſt.VI. Quid iuris, ſi dicat Subditus, ſe pœnitentiam renuere, quia Superior excedit modum in correctione; & proindè ad Prouincialem appellare? *pag.*206.

Quæſt.VII. Quid agendum, ſi Reus poſt Rebellionem, & Contumaciam antè, vel poſt trinam monitionem; dum Guardianus, cum Diſcretis conſulit, de illo carcerando, nec nè, in ſe reuertitur, & ſe ad pęnam ſubeundam offerat? *pag.*207.

Quæſt.VIII. Quid agendum, ſi Guardianus iuberet Laicis Conuerſis, ſiuè alijs, vt Fratrem Rebellem caperent, & iſti nollent obedire? *pag.*207.

Quæſt.IX. Quid agendum, caſu quo maior pars Familiæ, ſit coniurata, & Rebellis contra Guardianum, cui nolit obedire? *pag.*211.

Quæſt.X. Quid agendum caſu, quo in Conuentu non ſit locus Cuſtodiæ tutus? *pag.*211.

Quæſt.XI. An Vicarius Conuentus, vel Præſes à Miniſtro Prouinciali inſtitutus poſſit, quæ de Guardiano ſcripta ſunt? *pag.*212.

Quæſt.XII. An Superior; qui eſt in Capitulo, vel Refectorio (qui tamen Guardianus, vel Vicarius non eſt) pęnitentiare; per obedientiam iubere, & renuentes pęnitentiam, modo ſupradicto. incarcerare poſſit? *pag.*216.

TITVLVS QVINTVS.

Pœnarum genera. pag.222.

Quæſt.I. An in pęnis detur extenſio de caſu in caſum? *pag.*256.

Quæſt.II. An pœna impoſita pro delicto extendatur ad actum proximum? *p.256.*

Quæſt.III. An pœnæ extendantur ad Mandantes, Conſulentes, Adiuuantes, vel non Impedientes? *pag.257.*

Quæſt.IV. Si in Statutis Religionis pro eodem delicto reperiantur pœnæ ſancitæ, quam nam pœnam debeat Iudex infligere? *pag.258.*

Quæſt.V. An priuatus Voce paſſiua poſſit eligi in Vicarium Conuentus? *pag.259.*

Quæſt.VI. An priuatus Voce paſſiua poſſit inſtitui Præſidens in aliquo Conuentu, aut Vicarius in capite per deputationem Prouincialis? *pag.262.*

Quæſt.VII. An priuatus Voce paſſiua poſſit eligi in Confeſſarium Monialium? *pag.263.*

Quæſt.VIII. An Prouincialis, ſeu Viſitator poſſit Guardianum ſuſpendere arbitrio ſuo? *pag.263.*

Quæſt.IX. Quot, & quales Carceres in vnaquaque Prouincia eſſe debeant? *pag. 268.*

Quæſt.X. Quis poſſit carcerare? *pag.269.*

Quæſt.XI. Qui nam poſſint carcerari? *pag.270.*

Quæſt.XII. An Regulares carcerati poſſint manicis, vel catenis conſtringi? *pag. 271.*

Quæſt.XIII. Quænam ſint cauſæ ob quas in noſtra Religione quis carcerari poſſit? *pag.272.*

Quæſt.XIV. Quid circa Carceratos ſit obſeruandum? *pag.273.*

Quæſt.XV. Quænam pœnæ conſequantur carcerationem? *pag.274.*

Quæſt.XVI. Quænam ſint pœnæ indebitè Carcerantium? *pag.278.*

Quæſt.XVII. An priuatio Actuum legitimorum, quæ conſequitur iuſtè Carceratum, & indebitè Carcerantem ſit perpetua? *p.280.*

Quæſt.XVIII. Si, ſuppoſita legitima cauſa carcerationis Reus appellet, an talis Appellatio ſuſpendat carcerationem, ità vt, ſi Iudex, eà ſpretà incarceret, pœnas malè Carcerantium incurrat? *pag.281.*

Quæſt.XIX. Qua pœna puniendus ſit, qui fugit de carcere? *p.281.*

Quæſt.XX. Quas pœnas incurrat, qui Carceratorum fugæ cooperatur? *p.283.*

Quæſt.XXI. An Diffinitorium poſſit liberè in caſibus expreſſis damnare ad Triremes? *pag.284.*

Quæſt.XXII. Quæ nam ſint circà damnationem ad Triremes obſeruanda? *p.286.*

Quæſt.XXIII. An ille, qui in Triremibus pœnam ſubijt, expleto tempore debeat iterum ad Religionem recipi? *pag.288.*

Quæſt.XXIV. An Religioſus, qui ſe obligauit ſub iuramento ad pœnam Triremium, ſi denuò in aliquod crimen inciderit, poſſit, illo commiſſo, ad Triremes damnari? *pag.291.*

Quæſt.XXV. Quibus de cauſis quis poſſit expelli ab Ordine noſtro? *pag.292.*

Quæſt.XXVI. A quo proferri debeat Sententia Expulſionis ab Ordine? *pag.296.*

Quæſt.XXVII. Quomodo facienda ſit Incorrigibilium Expulſio, & quæ ſeruanda ſint in praxi? *pag. 303.*

Quæſt.XXVIII. Qui nam poſſint in Ordine noſtro excommunicare? *p.312.*

Quæſt.XXIX. An ad effectum reuelandi Delinquentes, aut res furto ſublatas, liceat Superioribus Excommunicationem ferre? *p.317.*

TITV-

TITVLVS SEXTVS.

Applicatio ſingularum Pænarum ſingulis delictis. pag.331.

TITVLVS SEPTIMVS.

Quam Formam iuris ſeruare debeat Iudex. pag.337.

Quæſt.I. An Iudex inter Nos obſeruando ſolemnitates Iuris delinquat, & Proceſſus debeat annullari. *pag.*342.

Quæſt.II. An Teſtium repetitio, citata Parte, ſit ſolemnitas, an potiùs quid de ſubſtantia iuris? *pag.*342.

TITVLVS OCTAVVS.

Accuſatio, ſiuè Actor. pag.346.

Quæſt.I. An Religionis ſit prohibitum Accuſare in iudicio? *pag.*368.

Quæſt.II. An Prælatus Regularis debeat acceptare Accuſationes datas à Mulieribus, Laicis, Clericis Sæcularibus, vel Religioſis extraneis? *p.*370.

Quæſt.III. An Iudex Ordinarius Regularis poſſit abolere Accuſationem factam à Subdito ſuo ipſam non acceptando, vel impediendo Subditum, ne ipſam proſequatur, poſtquàm eam acceptauit? *pag.*372.

Quæſt.IV. An ſemel Accuſatus, qui ob partialitatem Iudicis non fuit punitus, poſſit denuò accuſari? *pag.*375.

Quæſt.V. An Iudex Regularis, qui ſibi datam Accuſationem non recipit, vel non proſequitur ſit punibilis? *pag.*378.

Quæſt.VI. An iuramentum, quod datur in Accuſatione ſit de ſubſtantialibus iudicij; *pag.*379.

TITVLVS NONVS.

Denunciatio. pag.384.

Quæſt.I. An requiratur infamia, quando Iudex procedit per Denunciationem? *pag.*394.

Quæſt.II. An validus eſſet Proceſſus, in quo reperta eſt falſa Denunciatio, quæ fuit data per Epiſtolam cum falſa ſubſcriptione? *pag.*390.

Quæſt.III. An Accuſatore, aut Denunciatore deficiente in probatione delicti, debeat ipſe citari, & audiri, antequàm damnetur ad pœnam Talionis, vel extraordinariam? *pag.*397.

Quæſt.IV. Quænam ſint de forma ſubſtantiali Denunciationis iuridicæ? *p.*398.

TITV.

TITVLVS DECIMVS.

Corpus Delicti, pag.403.

Quæſt.I. Quomodò probatum reddatur Corpus Delicti, ità vt Iudex poſſit procedere ad inquiſitionem contrà Delinquentem? *pag*.419.
Quæſt.2. Quomodò probetur Corpus Delicti in caſu defloratìonis? *p*.422.
Quæſt.III. Quomodò probetur Corpus Delicti in caſu veneni? *pag*.425.
Quæſt.IV. Quomodò Iudex debeat vti Perito? *pag*.428.

TITVLVS VNDECIMVS.

Inquiſitio. pag.436.

Quæſt.I. Ad condemnandum Reum ſufficiant Conteſtes in Viſitatione iudiciali, abſque inſtitutione Proceſſus ſpecialis diſtincti? *pag*.460.
Quæſt.II. An Prælatus poſſit deuenire ad Inquiſitionem iuridicam, ex notitia delictorum habita in Viſitatione paterna? *pag*.462.
Quæſt.III. An in Viſitatione iuridica poſſit Iudex ſiue ordinarius, ſiuè Delegatus recuſari, vt ſuſpectus? *pag*.463.
Quæſt.IV. An liberum ſit Prælato totiès, quotiès voluerit Viſitationem iuridicam inſtituere? *pag*.465.
Quæſt.V. Apud quem remanere debeant acta Proceſſus? *pag*.466.

TITVLVS DVODECIMVS.

Exceptio. pag.470.

Quæſt.I. An in Exceptione ciuili dentur Excepto defenſiones contra Exceptorem? *pag*.475.
Quæſt.II. Quomodò proponenda ſit Exceptio contra Eligendum? *pag*.476.
Quæſt.III. Quis poſſit excipere contrà Eligendum? *pag*.477.
Quæſt.IV. Quænam ſint legitima fundamenta Exceptionis contrà Eligendum ad Prælaturam? *pag*.478.
Quæſt.V. An Commiſſarius Viſitator in actu Capituli poſſit excludere aliquem à voce paſſiua? *pag*.479.

TITVLVS DECIMVSTERTIVS.

Indicia. pag.486.

Quæſt.I. Quid ſit Præſumptio, & quotuplex? *pag*.496.
Quæſt.II. An ex pluribus indicijs leuibus poſſit fieri aliquod graue, & ex pluribus grauibus reddi vnum violentum? *pag*.498.
Quæſt.III. Quid, & quantùm probent indicia iuncta alteri probationi? *p*.500.

Quæſt.IV. Quomodò Indicia inter ſe inuicem debilitentur, aut elidantur? *p.*500.
Quæſt.V. Quodnam indicium faciat ſcriptura? *pag.*501.

TITVLVS DECIMVSTERTIVS.
Fama, Infamia, Clamoroſa inſinuatio. pag.506.

Quæſt.I. Quomodò probetur Fama? *pag.*511.
Quæſt.II. Quid operetur contrà Reum mala Fama? *pag.*512.

TITVLVS DECIMVSQVINTVS.
Teſtes. pag.515.

Quæſt.I. Quænam ſint à Iudice antè receptionem Teſtium præſtanda? *pag.* 561.
Quæſt.II. Quænam requirantur vt Teſtes inhabiles poſſint admitti? *pag.*562.
Quæſt.III. Quantum probent Teſtes inhabiles? *pag.*562.
Quæſt.IV. Quantum probent Teſtes de auditu? *pag.*563.
Quæſt.V. Quis ſit, & quid agendum cum Teſte corrupto? *pag.*565.
Quæſt.VI. Quid requiritur ad hoc, quod Teſtes legitimè examinentur? *pag.*565.
Quæſt.VII. A quo ſint Teſtes examinandi? *pag.*568.
Quæſt.VIII. Quot, & quales Teſtes, & quoties poſſit Iudex examinare? *pag.* 569.
Quæſt.IX. An, & quandò debeat admitti Teſtis relatiuè reſpondens? *pag.*570.

TITVLVS DECIMVSSEXTVS.
Tortura. pag.578.

Quæſt.I. Quomodò per Torturam poſſint cogi Teſtes ad teſtificandum? *pag.*622.
Quæſt.II. An dandæ ſint Defenſiones Teſtibus antè Torturam? *pag.*623.
Quæſt.III. Quæ ſeruanda ſint in decreto Torturæ Teſtis? *pag.*624.
Quæſt.IV. Quæ Tortura apud Regulares poſſit dari Teſtibus? *pag.*625.
Quæſt.V. An Vulneratus, qui non vult aperire Iudici, à quo fuit vulneratus, poſſit torqueri? *p.*626.
Quæſt.VI. An poſſit Iudex Reum indicijs grauatum non torquere, ſed extraordinaria pœna punire? *pag.*627.
Quæſt.VII. Quomodò petendus, & dandus ſit conſenſus Diffinitorij pro Tortura inferenda? *pag.*629.
Quæſt.VIII. An pœnæ latæ contrà malè Torquentes intelligendæ ſint de quocunque genere, & gradu Torturæ? *pag.*631.

TITVLVS DECIMVSSEPTIMVS.
Probationes. pag.639.

Quæſt.I. Quantum probent præſumptiones hominis? *pag.*644.

TITVLVS DECIMVSOCTAVVS.
Carcer. pag.647.

Quæſt.I. An Fratres cooperantes, aut conſulentes indebitam Carcerationem incurrant Excommunicationem? *pag.651.*

Quæſt.II. An cenſeatur declaratus Excommunicatus Iudex malè carcerans, per ſolam Sententiam Iudicis *ad quem*, qui pronunciauit, *Non legitimam fuiſſe Carcerationem? pag.652.*

Quæſt.III. An Prouincialis poſſit conijcere Subditum in Domo diſciplinæ, nullâ aſſignata cauſa, quare illi talem pœnitentiam iniungat? *pag.653.*

TITVLVS DECIMVSNONVS.
Reus. pag.657.

Quæſt.I. An Reus à decreto Carcerationis poſſit appellare? *pag.685.*

Quæſt.II. An Prouincialis cum Diffinitorio poſſit promittere impunitatem Reo reuelanti Coreos? *pag.686.*

Quæſt.III. An ex confeſſione qualificata poſſit Reus condemnari? *pag.687.*

Quæſt.IV. An confeſſio Rei validet Proceſſum nullum? *pag.691.*

Quæſt.V. An, & quomodò in iudicio Regulari facienda ſit Recognitio, & Confrontatio Rei cum Teſtibus? *pag.693.*

TITVLVS VIGESIMVS.
Patronus. Defenſiones. pag.703.

Quæſt.I. Quomodò Patronus ſe gerere debeat in patrocinando Clientulo ſuo? *pag.754.*

Quæſt.II. Quomodò pro parte Fiſci reſponſio ſit formanda Defenſionibus Patroni? *pag.760.*

TITVLVS VIGESIMVSPRIMVS.
Sententia. pag.770.

Quæſt.I. Quæ ſint conſideranda à Iudice, antè probationem Sententiæ? *pag.791.*

Quæſt.II. Quomodò regulanda ſit Sententia, quando Diffinitores diuerſa opinantur? *pag.801.*

Quæſt.III. An, & quandò liceat appellare à Sententia diffinitiua? *pag.804.*

Quæſt.IV. Quos effectus pariat Appellatio? *pag.807.*

Quæſt.V. Quomodò facienda ſit Appellatio à diffinitiua? *pag.808.*

Quæſt.VI. Ad quem Iudicem ſpectet executio Sententiæ? *pag.809.*

Quæſt.VII. An poſſit ſuper delictis fieri tranſactio? *pag.811.*

Quæſt.VIII. Quomodò ſe gerat Iudex pœnas infligendo per Sententiam? *pag.818.*

Quæſt.IX. Quæ agenda ſint à Iudice, ad quem appellatur? *pag 820.*

PRACTICA CRIMINALIS MINORVM ILLVSTRATA

TITVLVS PROEMIALIS.

TEXTVS.

Practica Criminalis ad ſanctè adminiſtrandam iuſtitiam in Ordine Fratrum Minorum Sancti Franciſci Regularis Obſeruantiæ iuxtà præſcriptum Statutorum Generalium ex Sacris Canonibus, & probatis Authoribus compendioſè collecta, Generali Capitulo Romano Anno 1639. probante, & mandante.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

1. *Titulus eſt præcipua pars Libri.*
Ab eo incboanda Tractatus explicatio.
Eum minio colorabant antiqui.
2. *Legis ſcopus ex proemio cognoſcitur.*
3. *Vſus loquendi nouitati vocabuli præferendus.*
Practica ſignificat conſuetudinem.
Item formam aliquid agendi.
4. *Cauſa Criminalis, & Ciuilis quæ?*
5. *Forma procedendi cõtrà criminoſos in Religione, quandò præſcripta.*
6. *Sanctum, & ſanctè quid ſignificent.*
Pœnæ latæ contrà non obſeruantes Practicam noſtram in procedendo.
7. *Lex omnes caſus ſingulares non comprebendit.*
Inſtitutiones ciuiles explicant legales terminos.

1. EXPLANATIONEM huius *Tractatus Criminalis* aggreſſuri clariſſimũ *Iure Conſultũ Vlpianum* imitandum duximus, qui explanaturus Edictum *Prætoris de Rebus creditis*, ait (*a*) *E re eſt priuſquàm ad verborum interpretationem perueniamus, pauca de ſignificatione ipſius tituli referre*. Idem, & Nos præſtare pretium operæ eſſe cenſuimus, *titulus* enim præcipua pars eſt, imò quaſi caput totius libri, in quo breuiſſimo continetur, quod longiori ſermone toto operis contextu traditur. Mirum proinde non eſt, Antiquos conſueuiſſe librorum *titulos* colorare minio, vt meminit *Poeta* canens. (*b*)

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur. Vndè Iure conſulti legum titulos rubro colore efformatos *Rubricas* nominarunt *titulum* prò rubrica, & viceuerſa accipientes, vt innuit *Paulus Iure Conſultus* (*c*) quod & tetigit *Satyricus* dum ait, (*d*)

Scribe puer, vigila, cauſas age, perlege rubras
Maiorum Leges &c. .... *nempè titulos iuris ex minio, aut rubro colore*, vt explicuit *Lubinus*; agnoſcentes ſiquidem inter reliqua omnia præcipuum eſſe operis *titulum* duxerunt rubri coloris diſtinctione dignificandum præ cæteris, quæ communi atramento exarabantur.

2. Et hoc iure meritò; *Titulus* enim, maximè in libris, ſiuè legibus, quibus Authoris, ſeu Legislatoris non præfigitur proemium, habendus eſt pro proemio; & ſicut materia legis, & principalis intentio Statuentis ex proemio cognoſcitur (*e*) hæc eadem habentur à *titulo*, vt infrà videbimus.

Titulus ergo eſt *Practica Criminalis*; mordebitur fortè à ſcrupuloſis Grammaticis nomen *practica* hic ſubſtantiuatum, cum re vera ſit adiectiuum deriuans à *Praxi*; culpabuntque *Authorem* minimè latinè locutum fuiſſe, cum tale nomen neque apud antiquos, neque apud medij æui Scriptores inueniatur; quod conijcere licet ex eo, quod non reperitur neque apud præcipuos *Ureconſultos*, qui antiquos terminos collegerunt, & illuſtrarunt, vt *Alciatum*, *Beroaldum*, *Briſſonium*, *Gothofredum*, & alios; neque apud *Onomaſticos Scriptores*, qui in eorundem collectione deſudarunt, vt *Albericum*, *Spiegelium*, *Prateium*, *Laurentium*, *Ducbangium*, & alios *Lexicorum Auctores*.

3. Sed à doctis viris ri[illegible]dos Gramma-

matizantes ridentes relinquimus; non enim nomina, ſed res tractamus, nec de recta locutione, ſed de ſolida doctrina curamus; & ad monitum *Bartoli* (*f*) vſum loquendi ſignificato, aut nouitati vocabuli præferimus. Fateor nomen *practicæ* inuectum à ſcriptoribus, qui florere inceperunt poſtquam latinæ locutionis maieſtas Barbarorum incurſu (per quem ſtudia bonarum artium ceſſarunt) ſepulta fuit; poſt tempora tamen *Accurſij Gloſſatoris*, *à Iureconſultis* frequenter inuenitur vſurpatum. Varias hoc ſortitum eſt ſignificationes, aliquando enim ſignificat conſuetudinem (*g*), & ab hoc dicitur *practicatum*, quod ex conſuetudine ſeruatur; aliquoties ſignificat formam aliquid agendi vt paſſim *Abbas*; (*h*) aliquoties ſignificat amicitiam, familiaritatem, cohabitationem, ſiuè conuictum, & in hoc ſenſu accipitur, quando quis dicitur habere *malam practicam* cum mala muliere, aleatoribus, furibus; vt frequenter reperitur in tractatibus antiquorum *Criminaliſtarum*. In noſtro autem *Textu* accipitur *Practica* in ſecundo ſenſu, nempè pro forma, ſecundùm quam debent tractari acta in foro Criminali, & nomen hoc taliter vſurpatum reperitur à clariſſimis viris, nempè *Iulio Claro Criminaliſtarum Coriphæo*, qui doctiſſimum, & ab omnibus receptum, laudatumque Opus ſuum circa delictorum coercitionem intitulauit *Practicam criminalem*, quo vocabulo vſus eſt etiam ante eum *Baldus*, Rodulphinus pariter *Practicam Romanam* ſcripſit, & ante eum *Practicam Papienſem Ferrarius*, *Practicam Medicam* Maſſaria, *Practicam Arithmeticam Vicecomes Placentinus*, & quamplures alij, quos, ſuperuacaneum, recenſere.

4. Practica ergo hæc importat formam, ſecundum quam regulari debent acta fori Regularis in puniendis delinquentibus, & proindè additur *Criminalis*, quod ſi quæras, à quo dicatur cauſa criminalis, & ciuilis, & in quo differat forma agendi criminaliter, aut ciuiliter. Breuiter reſpondeo, quod cauſa criminalis eſt quando in ea quæritur commodum publicum; quandò verò quæritur priuatum, cauſa eſt ciuilis, & hæc eſt communis opinio relata per *Iulium Clarum* (*i*), qui multos citat. Quia verò vtilis eſt Reipublicæ punitio crimino ſorum, ideò quando agitur ad punitionem delictorum, cauſa ſemper eſt criminalis. Differunt autem in multis formæ procedendi ciuiliter, & criminaliter. Quia in criminalibus non admittitur, quod Reus poſſit reſpondere per Procuratorem; ſecùs in ciuilibus, in illis infertur Reo tortura, in iſtis minimè; multi Teſtes admittuntur in ciuilibus, qui repelluntur in criminalibus, in iſtis requiruntur probationes luce meridiana clariores; non ſic in illis; vltrà multas alias differentias, quæ non faciunt ad intentum.

5. Sequitur Textus *Ad ſanctè adminiſtrandam iuſtitiam in Ordine Fratrum Minorum Sancti Franciſci Regularis Obſeruantiæ*. Hic exprimitur cauſa motiua, ſiuè finalis, propter quam à Capitulo Generali fuit promulgata hæc *Practica* procedendi, & quarè ad eam obligati fuerint Iudices *Minores Obſeruantes*; & antequam verba *Textus* expendamus, expedit recenſere formam ſeruatam in Ordine in puniendis delictis antè hu-ius *Practicæ* firmamentum. *Seraphicus Pater Frãciſcus* in ſua Regula per *Honorium* confirmata ſic ordinauit (*l*) *Siqui Fratrum inſtigante inimico mortaliter peccauerint pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter Fratres, vt recurratur ad ſolos Miniſtros Prouinciales, teneantur prædicti Fratres ad eos recurrere quam citius poterant ſine mora. Ipſi verò Miniſtri, ſi Præsbiteri ſunt, cum miſericordia iniungant illis pœnitentiam, ſi verò Præsbiteri nonſunt, ininngi faciant per alios Sacerdotes Ordinis &c.* Licet hic textus videatur prima facie loqui *de Pœnitentia Fratribus peccantibus imponenda*, (vt ſonat titulus illius Capituli) in foro interno, vt colligitur ex verbis, *ipſi verò Miniſtri ſi Præsbiteri ſunt &c.* tamen æquè accipi poteſt etiam prò foro externo, quandoquidem ab initio Ordinis vſquè modo punitio grauiorum, & enormium criminum fuit ſemper *Miniſtris Prouincialibus* reſeruata; cum ergò dicatur *de illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter Fratres vt recurratur ad ſolos Miniſtros Prouinciales*, nec poſſibile eſſet quod in tanta Religioſorum multitudine aliquis grauioris criminis non eſſet futurus publicè Reus, ſequitur quod & in publico foro pœnitentiari deberet, & ita in foro externo. Nullas pœnas criminibus appoſuit *Seraphicus Pater*, ſed totum negotium commiſit prudentiæ *Miniſtrorum*, quibus ſolam

mi-

Google

miſericordiam commendauit, quod & fecit in alio Capitulo *(m)* eiuſdem *Regulæ*, in quo agitur ex profeſſo de *correctione*, vbi *Miniſtris* nihil aliud inculcat, niſi vt *viſitent*, *& moneant Fratres ſuos*, *& humiliter*, *& charitatiuè corrigant eos*. Aduerto amplius quod *Regula* loquitur de Fratribus peccantibus ex fragilitatę, & dæmonis tentatione, dicit enim *inſtigante inimico mortaliter peccauerit*; nihil verò de illis, qui peccaturi erant ex peruerſitate, & conſummata malitia. Inſuper euidenter apparet, quod *Regula* loquitur de Reis ſpontè comparentibus, dicit enim *teneantur ad eos recurrere quam citiùs poterunt ſine mora*, patet autem, quod recurſus eſt ab animo ſpontaneo, non autem coacto. De Reis verò pertinacibus, fugitiuis, & punitionem declinantibus, qui debent à Iudice per vim publicam coerceri, nullum penitùs verbum, ſed hoc *Miniſtrorum Generalium*, & *Prouincialium* diſcretioni reliquit. In *Teſtamento* porro ſuo *Seraphicus Patriarcha* de vindicta Fratrum delinquentium ſumenda loquens, videtur mentem ſuam eſſe, quod non per *Miniſtros*, ſed à *Cardinali Protectore* deberent caſtigari, ait enim. *Et qui inuenti eſſent, qui non facerent officium ſecundum Regulam* (hoc eſt non ſeruarent præcepta Regulæ ea publicè tranſgrediendo in materia graui, aut à Religione eſſent Apoſtatæ, verba enim illa *facerent officium ſecundum Regulam* ſunt idiotiſmus Italicus, idem ſonans, ac *ſi non viuerent ſecundum Regulam*, *aut ſi non obſeruarent Regulam*) *& vellent alio modò variare* (nouam nempè Regulam, veteri derelicta, inducere volentes, & ſic diuiſionem in ordine affectantes,) *aut non eſſent Catholici*; *omnes Fratres vbicunque ſunt per obedientiam teneantur, quod vbicunque inuenerint aliquẽ ipſorum proximiori Cuſtodi*, (hoc eſt *Guardiano*) *illius loci*, *vbi ipſum inuenerint debeant præſentare*, *& Cuſtos teneatur per obedientiam ipſum fortiter cuſtodire ſicut hominem in vinculis die, noctuque, ità quod non poſſit eripi de manibus ſuis, donec propriâ perſona ſua ipſum repræſentet in manibus ſui Miniſtri. Et Miniſter teneatur firmiter per Obedientiam, mittere ipſum per tales Fratres, qui die, noctuque cuſtodiant ipſum ſicut hominem in vinculis, donec repræſenteut ipſum coram Domino Oſtienſe, qui eſt Dominus Protector*, *& Corrector*, *iſtius fraternitatis*. Sed, quæ hic à *Sancto Patre* fuerunt ordinata, non fuerunt executioni demandata, tum quia hoc ipſius *Teſtamentum* non eſt obligatorium, vt reſpondit *Gregorius Nonus*, & *Papa Nicolaus Tertius (n)* tum quia impoſſibile eſſet, ea ſeruare, cum enim per omnes terras longè, latèque diffuſa ſit Religio, non poſſent à tot longinquis partibus delinquentes in vinculis ad *Cardinalem Protectorem* duci caſtigandi; attentò maximè quod à *Summis Pontificibus* adempta eſt *Protectori Ordinis* expreſsè facultas animaduertendi in Fratres particulares peccantes, vt conſtat ex Bulla *Gregorij XIII. (o)* in qua inſertæ ſunt aliæ Bullæ *Gregorij XI. Sixti IV. & Iulij II.* Idem continentes.

Tota ergò facultas caſtigandi delinquentes fuit apud *Generalem*, ac *Miniſtros Provinciales* reſpectiuè, qui prò libito caſtigabant, nec à *Capitulis Generalibus* vlla forma procedendi ſibi fuerat præſcripta; & hoc ſeruatum fuit à principio Religionis vſque ad *Capitulum Ca-durcenſe* celebratum anno 1333. *(p)* In hoc porrò ordinata fuerunt pauca quædam circà iuridicas denunciationes à Prælatis recipiendas; dum enim nimia facilitate eas acceptarent, etiam quandò denun-cians non poterat probare crimen, de quo denunciabat, ſternebatur via calumniatoribus cum frequenti iactura famę innocentium; Statuit ergò *Capitulum* ne poſtmodum acceptarentur denunciationes niſi cum exhibitione denunciantis *ſe fore paratum, ea, quæ ſic dixit, & pro vt ea denunciat deponere vt teſtis, & in præſentia denunciati iurare*; & inſuper alia paucaquædam ſtatuit ſeruanda circà inquiſitionem faciendam, & acta cri-minalia ſeruanda in libris Prouinciæ. In *Capitulo* autem *Aſſiſienſi* celebrato anno 1354. *(q)* cum fortè procedere cogerentur Prælati ad omnes iuris apices, propterquod difficilis reddebatur criminoſorum punitio, & turbationes orirentur in Religione, ſupplicarunt apud *Bonifacium Octauum*, ut à ſolemnitatibus iuris ſeruandis *Iudices Ordinis* abſoluerentur, quod & conceſſit *Papa* per ſuum *Breue* incip. *Ad augumentum*, quod reperitur inſertum in ſtatutis illius *Capituli*, in quo etiam taxatæ ſunt plures pœnæ varijs delictis, vt ibidem videre eſt, nihil alioquin ſpecialiter diſpoſito ſuper forma procedendi. Subſecutum eſt *Capitulum Generale Interamnenſe* celebratum an-

anno 1500. in quo publicata fuere *Statuta Generalia*, quæ à nomine *Alexandri VI.* (cuius iuſſu fuere compilata) dicta ſunt *Alexandrina*; In his porro (r) multa ſaltuatim, & inordinata methodo, circà modum procedendi in criminalibus tradita ſunt, ſed non eſt firmata Praxis vniuerſalis procedendi. Anno exindè 1553. in *Capitulo Generali* celebrato *Salmanticæ* edita fuere *Statuta Generalia* dicta *Salmanticenſia*, in quorum decimo capite (s) datum fuit ſuccoſum compendium modi procedendi in criminalibus, in quo ex doctrina noſtri *Doctoris*, *Irrefragabilis Alexandri Alenſis* traduntur neceſſaria, quæ ſpectant ad perſonam *Iudicis*, *Actoris*, & *Rei*, & ad modum procedendi per viam accuſationis, denunciationis, & inquiſitionis. Sed quia Regulares, vt plurimum ſtudio Canonico, aut legali non incumbunt, ex nimia breuitate illius cōpendij non poterat plenè edoceri Iudex de ijs omnibus, quæ in legitima ſtructura proceſſus ſunt requiſita. Hæc ſalubriter cōſiderata in *Congregatione Generali Neapolitana* anno 1590. mouerunt *Capitulum* ad decernendam formam vniuerſalem procedendi pro Religione noſtra, & causã reddens huius Decretiait (t) ait *Quoniam ex varia minuſque diſtincta in formandis proceſſibus, cauſis iudicandis, & viſitationibus obeundis forma, varias hucuſquè orta ſunt incommoda, difficultates, contentiones, lites, & grauamina quamplura: vt in adminiſtranda iuſtitia, & caſtigandis exceſſibus vna ſit omnibus Ordinis Prælatis, & Superioribus communis procedendi via, & hæc quidem certa, & diſtincta; formam diù excogitatam, primo quoque tempore Superiorum iuſſu edendam, præſcribendam duximus, pro ut præſenti conſtitutione præſcribimus*; quod Decretum fuit poſtea renouatum in *Capitulo Generali Valliſoletano*, & integraliter inſertum in *Statutis Generalibus*, quæ à *Capitulo* illo dicta ſunt *Valliſoletana* (u) Elapſi nihilominus ſunt plures anni poſt talia Decreta, nec tamen prodierat forma procedendi iam per duo *Capitula Generalia* determinata, donec anno 1639. in quo Romæ fuit celebratum *Generale Capitulum* ex ipſius decreto (x) prodijt tandiù deſiderata *Practica Criminalis*, quæ iuſſa fuerat antè compo ni mandato facto *Patri Sanctoro de Melſi* viro doctiſſimo ab *Eminentiſſimo Cardinali* recolendæ memoriæ *Franciſco Barberino Protectore Ordinis*. Cauſà ergò finalis huius *Practicæ* prout ſuprà expreſſum legitur in decreto *Congregationis Neapolitanæ* fuit remotio inconuenientium, & grauaminum, quæ emergebant ex varià, & minus diſtincta procedendi forma, quæ reſpectiuè tradita erat, & ſeruabatur à Prælatis in procedendo; quot enim erant capita, totidem erant ſententiæ, & cum imperitiam Iudicum aliquoties comitaretur eorum in Reos vel ſimultas, vel paſſio, emergebant grauamina, ob quæ excitabantur lites, diſcordiæ, tumultus inter Superiores, & ſubditos, & Religio ſus, dequè iactabatur. Vndè neceſſum fuit formam ſtabilire vnam, quam ſeruarent omnes, & per eam rectè, & inculpabiliter procederetur.

6. Et hoc eſt, quod compediosiſſimè gnificatur in hoc *Titulo* dum dicitur *Ad Sanctè adminiſtrandam iuſtitiam &c.* Aduerbium hoc *ſanctè* deſcendit à verbo *ſancire*, quod ſignificat firmare, decernere, conſtituere, conſecrare; hinc dicuntur *leges ſanctæ*, quia ſanctione ſunt firmatæ, ita vt nefas ſit eas violare, vndè ſcripſit *Martianus* (z) *Sanctum eſt, quod ab iniuria hominum defenſum, atquè munitum eſt*, proindè muri, & portæ Ciuitatis dicuntur *ſanctæ res*, vt ait *Caius* (a) & eas violare ſine capitis diſcrimine nemo priuatus poteſt, vt teſtatur *Pomponius*. *Sanctè* ergò hic accipitur prò *firmè*, *determinatè*, & *inuiolabiliter*; ſignificatquè *Practicam* hanc ideò eſſe compoſitam, vt iuſtitia punitiua, quæ ante incerta, & varia methodo adminiſtrabatur, modò firmè, immutabiliter, & determinatè tractetur. Pariter *ſanctè* hoc eſt *inuiolabiliter* ſeruetur, etenim tum in *Statutis Valliſoletanis*, tum in Decretis *Congregationis Generalis Neapolitanæ* recenſitis ſuprà, à quibus decreta fuit edenda hæc Practica, habetur, quod poſtquam fuerit edita *ab omnibus Ordinis Prælatis, & Superioribus exactè quidem, atquè inuiolabiliter ſeruetur, ſub priuationis officiorum, & alijs grauioribus pœnis contrafacientibus, vel negligentibus etiam omninò ſubeundis*; & ex pœnis hic appoſitis contrà violantes hanc formam procedendi ipſa redditur *ſancta*.

Sequitur *iuxta præſcriptum Statutorum Generalium*, puta factorum in *Congregatione Neapolitana*, & *Capitulo Valliſo-*

Google

liſoletano, & *Romano* recenſitis. *Ex ſacris Canonibus, & probatis Auctoribus compendioſè collecta*. Re vera *Practica* hæc poteſt vocari medulla Sacrorum Canonum ad rem criminalem ſpectantium, nec latum vnguem enim ab ipſis elongatur, vt *Sanctorus* ipſe teſtatur (*b*) & ad oculum patet legenti.

7. Quia verò Sacri Canones de ſingulis incidentibus vniuerſaliter non habentur, non enim poſſunt omnes caſus ſingillatim legibus comprehendi, vt dicit vna *lex* (*c*) neceſſarium fuit mutuare à *Doctoribus*, qui ex profeſſo rem criminalem tractauerunt ea, quæ in Canonibus deſiderantur, & proinde ex *probatis Auctoribus* etiam fuit *compendioſè collecta*. Compendioſè tradita aut indigent explicatione ſiuè voce, ſiuè ſcripto; aut manca, aut obſcura euadunt.

Dum breuis eſſe volo, obſcurus fio, (dicebat *Horatius*) nec diſciplina, tyroni tradita per compendium, poteſt illum, vt debet, erudire. Scio *Iuſtinianum Imperatorem* pro Candidatis Iuriſprudentiæ inſtruendis curaſſe, vt omnes leges in Compendium ordinatæ redigerentur ipſis prælegendum, quod *Inſtitutiones* vocauit; tamen illud fuit potius ad aperiendos terminos legales, quam ad ipſos docendos legum diſpoſitiones, vt idem aſſerit in *Proemio* (*d*) dicens ſe per *Tribonianum*, *Theophilum*, & *Dorotheum* componere feciſſe *Inſtitutiones*, *Vt liceat vobis* (legum ſtudioſis) *prima legum cunabula* (nempè legum) *elementa* vt explicat *Gothofredus* (*e*) *diſcere*. Nullus porrò ambigit elementa ſcientiarum eſſe explicationem terminorum. Cæterum non per tale Compendium ſolum cenſuit idem Imperator ſcholares legum ordinationem eſſe, (vt decet) intellecturos, & ideò edicto ad *Anteceſſores* facto de ratione, & methodo iuris docendi, voluit vt per annum eorum Diſcipuli vacarent ſtudio *Inſtitutionum*, ſequentibus verò quinque annis ſibi prælegerentur materię legales, quas ibi (*f*) præſcribit. Dum ergò *Practica* hæc ſic eſt *compendioſè* tradita, non per eam ſolam poteſt Iudex Regularis perfectè inſtrui circa agenda in materia criminali; attento maximè quod in Religione, in qua conſueta ſtudia ſunt *Theologiæ Scholaſticæ*, aut *Polemicæ*, aut *Moralis*, ſiuè *ſacræ Scripturæ* per pauci Sacris Canonibus, ſaltem in ijs, quæ tangunt forum contentioſum, incumbunt. Obſcurum ergò, cum ipſis euadat hoc compendium, neceſſarium fuit illud explicare, & Commentarijs illuſtrare, prò viribus, ad *Superiorum Generalium* mandatum, quod præſtare, Deo dante, aggredimur.

I. Quæritur. Quanta ſit authoritas huius Practicæ Criminalis?

SVMMARIVM.

8. *Practica Criminalis eſt pars Statutorum Generalium.*
Communitas poteſt leges municipales condere.
Lex vt obliget, publicationem requirit.
9. *Statutum, & conſuetudo procedunt à pari.*
Valet argumentum de vno ad aliud.

8. Reſpondeo. Quod vt paulo ſupra (*g*) viſum eſt *Practica* hæc compoſita iuſſu trium *Capitulorum Generalium* fuit per Viros doctos, *per idoneos Patres atquè peritos diligenter recognita, ac in Generalis Romani Capituli Diffinitorio propoſita, ab eoquè probata, & Typis mandari præcepta*, vt habetur in Epiſtola Reuerendiſſimi Patris *Ioannis Merinero Miniſtri Generalis* data 7. Septēbris 1639. ad omnes Superiores, & ſubditos huius Ciſmontanæ Familiæ, quæ Epiſtola, ſimul cum approbatione Reuiſorum, & decreto *Diffinitorij Generalis*, reperitur impreſſa in fronte ipſius *Practicæ* impreſſæ Romæ. Ipſa ergò cenſenda eſt pars *Statutorum Generalium*, attento maximè eo, quod dicitur in *Statutis Reformatorum*, (*h*) quod ſcilicet, in caſibus pœnarum inferendarum per viam iuris, de quibus *ſtatuta* ipſa nihil diſponunt, ſeruetur hæc *Practica*. Sequitur ergò quod ipſa habenda eſt tanquam lex municipalis, & Statutaria, quam ſibi quælibet *Ciuitas*, & à fortiori *Ordinis Vniuerſitas* conſtituit, vt ex iure deducunt *Doctores*. (*i*) Et hoc conuenit ipſi duplici titulo. Primus quidem eſt, quia vt præfertur ipſa eſt ſancita decretis *Capitulorum Generalium*, conſulta, approbata, & (quod magis facit ad rationem legis, quæ vt ſit obligatoria publi-

blicationem requirit)(l)de mandato *Capituli Romani*, ac *Diffinitorij Generalis* promulgata. Secundus autem eſt, quia acceptata eſt, & vſu recepta; omnes enim Prouinciæ *familiæ Ciſmontanæ* ſtatim poſt eius publicationem cœperunt ea vti, & ſic eius obſeruantia tranſijt in conſuetudinem, à qua ſortiretur ſuum robur, licet hoc non habuiſſet aliunde.

9. Quandoquidem conſuetudo venit nomine *ſtatuti*, quia ſtatutum, & conſuetudo à pari procedunt, & valet argumentum de vno ad aliud, vt dicunt *Doctores*. (m) Dupliciter ergò habet vim *ſtatuti*, & tantæ authoritatis eſt, quantæ *ſtatuta Ordinis*.

II. Quæritur. An Practica hæc indiguerit confirmatione Apoſtolica ad hoc, quod ad eam obligarentur Superiores, & Subditi?

SVMMARIVM.

10. *Practica noſtra criminalis non indiguit confirmatione Apoſtolica, vt obliget.*
Ius ciuile quid ſit?
Senatus habet ius condendi leges.
Capitulum Generale poteſt condere leges obligatorias.
Et hoc etiam habet ex priuilegijs.
Principi propriè conuenit facultas condendi leges.
11. *Statuta Ordinis obligant independenter à confirmatione Apoſtolica.*
12. *Confirmatio in forma communi nouum ius non addit.*
13. *Statuta aliqua quare indiguerint confirmatione in forma ſpecifica?*
Confirmatio in forma ſpecifica quid operetur.
Confirmatio in forma communi dat robur rei confirmatæ.
14. *Pœnæ non recipientium ſtatuta Capituli Generalis.*

10. RESpondeo, quod non, quià vt diximus ſuprà *Practica* hęc compoſita, & promulgata fuit per Decretum *Capituli Generalis*, & eſt pars *ſtatutorum Ordinis*. Porrò non eſt ambigendum, quod *Capitulum General* habeat poteſtatem condendi leges obligatorias omnium ſibi ſubiectorum, tum quia *Capitulum Generale* repreſentat totam Religionem, cum ad ipſum conueniant, vltrà *Miniſtros*, *Cuſtodes* miſſi ab omnibus, & ſingulis Prouincijs, qui nomine ipſarum ſuffragantur, & proinde ſunt compromiſſarij illarum, ità vt *Capitulum Generale* ſit Conuentus omnium, & ſingulorum Fratrum ad illud conuenientiū vel actualiter per ipſos, vel virtualiter per *Cuſtodes Vocales*. Habet ergò ex hoc ſufficientem authoritatem condendi leges ex ſe, ad quas obligetur tota *Religio*, quæ vt diximus, in eo interuenit, quià de iure Communi eſt, quod quælibet Vniuerſitas ſibi, & prò ſe poſſit ſibi leges ſtatuere, quæ vocantur à *Iuriperito Ius Ciuile* (n), tum quia ſi *Capitulum Generale* conſideratur vt totius Religionis *Senatus* compoſitus ex Superioribus *Generalibus*, & *Prouincialibus*, vt *Optimatibus* apud quos eſt regimen ipſius, etiam hoc modo habet facultatem publicandi leges, quæ totam *Religionem* ligent, quia etiam *Senatui* data eſt poteſtas condendi leges, vt apertè habetur in quodam *digeſto* (o). Tum quia poteſtas legiſlatiua naſcitur à iuriſdictione ordinaria, quam habet *Capitulum Generale* in ſubditos, vndè ſequitur quod validas, & obligatorias leges ferre valeat, vt ex *D. Thoma* deducit *Donatus* (p) Tum quia leges cōdendi poteſtas ſpecialis facta eſt *Ordini Ciſtercienſi* à *Martino Quinto*, & *Congregationi Camaldulenſi* ab *Eugenio Quarto*, & *Leone Decimo*, vt refert *Rodericus* (q), quæ facultas ratione communicationis priuilegiorum extenſa eſt ad omnes *Ordines Mendicantes*. Et licet hoc ſibi liceret de iure communi, tamen ex tali priuilegio Apoſtolico maius robur ſortiuntur leges à *Capitulis Generalibus* conditæ, vt potè quibus ferendis additum eſt votum *Principis*, cui ſoli leges vniuerſales ferendi reſeruata eſt facultas, vt dicitur in iure, (r) & in hac concluſione conueniunt communiter *Doctores*, (s) & ipſis ad ſtipulatur Praxis omnium *Religionum*. Verum tamen eſt, quod non poteſt condere leges contrarias iuri communi, aut ipſum aliquo modo vulnerantes, nullus enim inferior habet poteſtatem deſtruendi legem Superioris. (t)

11. Valorem autem habent huiuſmodi ſtatuta independenter à confirmatione

ne *Apoſtolica* quandoquidem hoc varijs *Religioſis Ordinibus* in ſpecie conceſſerunt multi *Summi Pontifices*, nempè *Iulius Secundus Oliuetanis*, vt ſcribit *Rodericus*, & ab eo *Donatus*, & *Peyrinus*. *Clemens Septimus*, & *Paulus Tertius Ieſuitis*, vt docet idem *Peregrinus*, & *Suarez*, (u) de quo priuilegio etiam nos participare dubitandum non eſt, vt ſcribit *Sanctorus*, (x) licet etiam priuilegium hoc non addat aliquod ius ſpeciale *Capitulo Generali* ferendi leges; quæ validæ eſſent quandoquidem ſi leges condere de iure communi, & ex citatis priuilegijs cumulatiuè poteſt eius ſtatuta valorem habet independenter à confirmatione; quandoquidem valor legis pendet à poteſtate legiſlatoris. Præterquamquod talis confirmatio, quæ per hæc priuilegia videtur indulta, eſt ſolum in forma communi, hæc autem nullum nouum ius rei confirmatæ addit, ſed antiquum ſolùm conſeruat, quia non eſt noua conceſſio, ſed pura probatio. (z)

12. Vndè ſi ex ſe talia ſtatuta non eſſent validè lata, vtpotè à non habente legitimam iuriſdictionem ea condendi, per talem confirmationem in forma communi nullam acquirerent validitatem.

13. Quod ſi *Statuta* Religionis condita in *Capitulis Generalibus* fuerunt confirmata in forma ſpecifica, quæ enumerat *Sanctorus* (a) hoc fuit; quia fortè in illis aliqua erant, quæ iuri communi aduerſabantur, & cum *Capitulum Generale* nequeat ſtatuere contrà *Canones*, vt dictum eſt, neceſſaria fuit confirmatio in forma ſpecifica, quæ habet vim nouæ conceſſionis, & validandi actum inualidum, vt ex iure elicitur, (b) & hoc manifeſtè apparet ex *Bulla Vrbani Octaui* (c) per quam confirmata fuerunt *Statuta Reformata*, dicitur enim ibi. *Cum autem ſicut dilectus filius Commiſſarius Generalis: Nobis nuper exponi fecit Statuta Generalia a Nobis approbata, & confirmata typis mandari debeant; præmiſſa verò conceſſiones, & indulta, necnon ordo in eiſdem Statutis circa præcedentiam ſtabilitus cum nonnullis Apoſtolicis Conſtitutionibus non concordent, Nobis propterea idem Commiſſarius Generalis ſupplicari fecit, vt præmiſſa pro illorum ſubſiſtentia firmiori Apoſtolicæ noſtræ confirmationis patrocinio communire dignaremur*; Ex quibus habetur ideò Statuta illa indiguiſſe confirmatione in ſpecie, quia continebant nonnulla, quæ Apoſtolicis Conſtitutionibus non concordant. Nec tamen dicendum, quod confirmatio in forma communi, licet validitatem legi confirmatæ non det, nihil per hoc operetur; quia illi robur addit, & lex maiorem authoritatem ſortitur, vt poſt duas *Gloſſas* tenent communiter *Doctores*. (d)

Ex his ergo apparet, *Practicam* hanc nulla indiguiſſe confirmatione ad hoc, quod poſſet omnes obligare, tum quia vt dictum eſt fuit determinata à *Capitulo Generali*, quod habet legitimum ius legum condendarum ad *Religionis* profectum: tum quia nihil continet, quod *Sacris Canonibus*, & legitimis *Religionis* priuilegijs non concordet, cum hæc ſit, vt præfertur, à *Sacris Canonibus* collecta, Vndè qui vellet hanc *Practicam*, aut alia *Statuta Ordinis criminari, ex eo quod à Sede Apoſtolica confirmata non fuerint, negaret vniuerſaliſſimum principium lumine naturæ notum*, vt ſcripſit *Sanctorus*. (e) Retundenda proindè venit audax, & temeraria aliquorum ignorantia, qui Statuta à *Capitulis Generalibus* edita impugnant hoc titulo, quia confirmata à *Sancta Sede* non ſunt. Euenit paucis ab hinc annis caſus hic; quædam Prouincia nolebat admittere Statutum conditum in *Capitulo Generali Toletano* celebrato anno 1682. fauore antiquioris Lectoris duodennalis in vnaquaque Prouincia. Vndè pro Statuti illius valore ſcripſi, & Allegatio impreſſa eſt in Quarto Tomo *Orbis Seraphici*, & in cauſa inualuì, vt conſtat ex diffinitiua ibidem impreſſa. Facinus tam inſolens ſapit rebellionem, & diuiſionem in *Ordine* attentat, cum ſubuertere, & conuellere nitatur ſummam in toto *Ordine Capituli Generalis* authoritatem, quam ſibi ſcioli, ſed verè ignorantes, ad cenſuram audent vocare. Simile attentatum alias lego.

14. Quædam enim Prouincia decretum fecerat de non acceptãdis quibuſdam Statutis, in quodam *Capitulo Generali* factis. Sed erroris huius ſcandaloſi naſcentis, (qui temporis progreſſu totam *Relionem* perturbare potuiſſet,) initia validiſſimè repreſſit *Cõgregatio Generalis Romana* de anno 1603. hoc decreto (f) *Determinatum, decretumque eſt in Diffinitorio Patrum, & ordinatum, quod ſi quid tale* (nempe decretum de non recipiendis Statutis conditis in *Capitulo Generali*) (quod *abſit*) *in aliqua Prouincia factum fuerit in poſterum*

rum attentatum, eadem Prouinciæ nomine careat ipſo facto, omneſque eius Conuentus contiguis coaptentur Prouincijs, ſicuti Capitulo meliùs videbitur expedire: ſed illi omnes præfatæ Prouinciæ, qui ſuum tale præſtiterunt in Congregatione arbitratum exequtiuè contrudantur in carceres pœna atrociſſimi criminis initæ rebellionis ſeuerè mulctandi.

III. Quæritur. An deſumpta ab Authoribus, quæ citantur paſſim ad marginem huius Practicæ habeant vim legis?

SVMMARIVM.

15. *Ius commune iuuatur per municipale.*
16. *Iuſtinianus vim legis dedit reſponſis priſcorum Iureconſultorum.*
17. *Leges quomodo ab Imperatoribus, & Principibus condendæ.*
18. *Decretum Gratiani an fuerit confirmatum.*

15. RESpondeo affirmatiuè, quia enim *Capitulum Generale* conſtitutiones iuris communis poteſt declarare, innouare, delictis pœnam in iure omiſſam apponere, aut veterem aliqua rationabili ex cauſa augere, vel minuere, & ius commune ſupplere, vbi ipſum deficit nouas leges præceptorias, aut prohibitiuas condendo, hoc enim non eſt ius commune ſubuertere, ſed illud adiuuare, quod eſt licitum argumento cuiuſdam *Canonis (g)* ſequitur, quod poterit etiam in hoc præſtando, vti doctrinis *Iuriſprudentium*, qui eas illuſtrando, ſuppleuerunt defectum legum, & conſuluerunt quid agendum ſit in caſibus, ſuper quibus iura nihil diſpoſuerunt. Quia *Doctores* in ſcribendo ſequuntur legum Sanctiones, & ducto argumento à ſimili, mutuantur ab alijs iuribus diſpoſitiones, quæ applicantur facto ſpeciali, de quo ſcribunt. Cum ergo nihil contrà legem *Doctores*, præſertim *famoſi* ſcripſerint, imò legi coherenter, liquet, quod *Capitulum Generale* potuit talium *Doctorum* placita ſequi. Sicut enim poteſt ex ſe ius commuue pro Religione authenticè declarare, ità etiam poterit aliorum declarationes amplecti, & ſuas facere & illis robur legis, & authoritatem impartiri.

16. Et hoc totum probatur exemplo *Iuſtiniani*, iſte enim volens *duo millia volumina, & trecentiens decem millia verſuum, (h)* quibus conſtabant leges Romanæ in vnum volumen redigere *Triboniano*, alijſque doctiſſimis *Iuriſperitis* commiſit tam grande opus, iniungens, vt ſententias *Vlpiani*, *Pauli*, *Marciani*, aliorumque *Iuriſconſultorum* inſertas in notis *Æmilij Papiniani* minimè reſpuerent, ſed ſi neceſſarias iudicarent ad operis perfectionem retinerent; & ne poſteri dubitarent de validitate talium ſententiarum, num ſcilicet eſſent authenticæ, & vim legis haberent, ſubiunxit, *(i) hoc ponere legis vicem obtinens non moremini, vt omnes, qui relati fuerint in hunc Codicem prudentiſſimi viri habeant authoritatem, tanquam ſi eorum ſtudia ex Principalibus Conſtitutionibus profecta, & noſtro diuino fuerint ore profuſa: omnia enim merito noſtra facimus, quia ex Nobis ei impartitur auctoritas.* Quibus verbis innuit, quod licet ex ſe talium *Doctorum* ſententiæ auctoritatem legis minimè haberent, tamen hanc adeptæ ſunt, ex quo *Principis* auctoritate fuere firmatæ.

17. Quod magis, ex hoc conualidatur, quod *Principum* edicta, quæ veræ ſunt leges, non ſunt ex improuiſo ab ipſis dictata, & promulgata, ſed prius à viris prudentibus excogitata, inter ſe collata, in *Senatu*, ſiuè concilio recitata, *Principi* propoſita, & ab eo probata, &, vt legis à cunctis ſeruandas à *Principe* promulgata, quod eleganter *Imperatores Theodoſius*, & *Valentinianus* expreſſerunt in vna lege *Codicis (l)* dicentes. *Humanum eſſe probamus, ſi quid de cætero in publica, priuataque cauſa emerſerit neceſſarium, quòd formam generalem, & antiquis legibus non inſertam expoſcat, id ab omnibus anteà tam proceribus noſtri Palatij, quam glorioſiſſimo cœtu veſtro, Patres conſcripti, tractari, & ſi vniuerſis tam Iudicibus, quam vobis placuerit, tunc legata dictari: & ſic ea denuò collectis omnibus recenſeri: & cum omnes conſenſerint, tunc demùm in Sacro numinis noſtri Conciſtorio recitari: vt vniuerſorum conſenſus noſtræ ſerenitatis auctoritate firmetur.* Patet ergò, quod Priuatorum

rum ſententiæ euadunt in leges, ex quo *Principis* auctoritate roborantur, publicanturque.

18. Quod etiam quadrat libro *Decretorum* collectorum à *Gratiano* poſt *Burchardum*, & *Iuonem Carnotenſem*; licet enim de ipſius confirmatione multi multa dicant, alijs aſſerentibus fuiſſe confirmatum ab *Eugenio Tertio*, vt dicitur in vita *Gratiani*, quæ reperitur in fronte *Decreti* impreſſi Lugduni anno 1531. à *Franciſco Fradin*, alijs à contrà negantibus: clarum eſt, quod valor *Canonum* ab eo citatorum pendet vel ab auctoritate *Papæ*, qui eos confirmauit tanquam leges ſeruandas, & in Scholis prælegendas, (ſi vera eſt prima ſententia,) vel ex communi acceptatione *Doctorum*, qui eas in Scholis tanquam legitima *iura Canonica* prælegerunt, vt ſcripſit *Abbas*. (m) Cum itaquè *Capitulum Generale* multas ſententias *Doctorum* ad rem criminalem pertinentes hic inſeruerit, liquet quod eas authenticauit, & debent tanquam leges ſeruari; non vt à talibus *Doctoribus* ſcriptas, ſed vt à *Capituli Generalis* authoritate firmatas, & emanatas.

IV. Quæritur. An Statuta antiqua circa modum procedendi criminaliter per hanc Practicam cenſeantur abrogata?

SVMMARIVM.

19. *Decretales antè Gregorium Nonum non inſertæ in corpore iuris ſunt abrogatæ.*
Pariter emanatæ poſt Gregorium, & antè Bonifacium VIII. non inſertæ in 6. Decretalium.
20. *Acta fori ordinatoria, & deciſoria quæ?*
Ordinatoria ſeruanda iuxtà ſtylum loci iudicij.
21. *Statuta Religionis antiqua in ordinatorijs ſunt abrogata.*
Non ſic in aliquibus deciſorijs non expreſſis in Practica criminali.

19. Reſpondeo, quod *Gregorius Nonus* poſt *Decretales* ex mandato ſuo in vnum volumen collectas, cæteris *Conſtitutionibus Apoſtolicis* euulgatis antè illam compilationem omnem vigorem ademit, (n) dum ordinauit quod in Iudicijs, & Scholis vniuerſi vterentur illa *tantum compilatione*: per quæ verba *Decretales* iam æditæ, & in illa compilatione non inſertæ, reſecatæ fuerunt, vel tanquam ſuperfluæ, vel tanquam contrariæ: vt notauit *Abbas*. (o) Hoc idem præſtitit *Bonifacius Octauus* in collectione quam fecit *Decretalium* emanatarum poſt *Gregorium*; præcepit enim etiam ipſe, vt in iudicijs, & ſcholis in vſu, & valore eſſent tantummodo illæ quas ipſe in *Sexto* inſeruerat. (p) Eodem modo videretur reſpondendum abſolutè, quod nempè ex publicatione huius *Practicæ* ceſſarent omnia alia Statuta ad rem criminalem facientia, retrò ædita: attento maximè quod in *Statutis Valliſoletanis* de anno 1593. (q) expreſsè habetur *Statuta* tunc condita *alijs omnibus abolitis* ſeruari debere; per quæ verba adeptus eſt totaliter valor antiquioribus *Statutis*: & cũ *Practica* hæc fuerit in illo eodem *Capitulo*, vt vidimus decreta, licet non fuerit vſquè ad annum 1639. euulgata, dicendum videtur, quod talis abrogatio *Statutorum* in concernentibus criminalitatem, etiam contineatur ſimpliciter in hac *Practica*.

20. Tamen diſtinguenda eſt quæſtio, & præmittendum, quod actuum forenſium duo ſunt genera; alia enim ſunt *ordinatoria*, alia verò *deciſoria*. *Ordinatoria* ſunt, quæ dant certum, & determinatum modum procedendi in iudicio, & non tangunt merita, & iuſtitiam cauſæ, quorum plura exempla dat *Maſcardus*. (r) *Deciſoria* verò dicuntur illa, quæ litis deciſionem, ſiue finalem ſententiam reſpiciunt, vt ſunt teſtium atteſtationes, inſtrumenta, confeſſiones, & alia ſimilia acta probatoria, nec non qualitas pœnæ cuiuis delicto infligendæ. (ſ) Statuta autem ordinatoria iudicij ſeruanda ſunt in foro, vbi lis agitur ſiue ciuilis, ſiue criminalis ſit quantumuis litigantes eſſent alterius fori, vt communiter ſcribunt *Iuriſtæ*. (t) Et ad hunc punctum deberent benè aduertere *Curiales Romani*, & *Auditores Dominorum Cardinalium*, quibus aliquando committuntur reuiſiones cauſarũ Regularium. Statim enim, ac vident proceſſus, licet ſint in valida forma iuxtà Regularium Con-

B ſti-

ſtitutiones, (ſecundùm quas, apices, & ſolemnitates iuris non obſeruantur) dicunt de nullitate proceſſus, quia non eſt fabricatus iuxtà ſtylum Curiæ, quem illi ſeruant, & Reos impunitos dimittunt cum maxima Iuſtitiæ læſione, & Religionis damno. Non ſic facere debent, ſed ſequi ordinatoria, quæ præſcribuntur à *Conſtitutionibus* pro foro Regulari, nec debent Iudices Religioſi indagare, & ſequi ſtylum Curiæ Romanæ, ſed ordinata à ſuis *Statutis*; & Iudex appellationis debet attendere tantùm *deciſoria*, ſi probationes legitimæ ſint, aut ſi in ſententia contineatur grauamen, & ſuper his pronunciare de nullitate, non verò conuellere *ordinatoria*, qnibus etiam ipſe tenetur ſe conformare. Et inſuper ſi tales deputantur ad inſtruendum proceſſum intrà clauſtra contra aliquem Regularem, debent ſequi ordinem præſcriptum in illius *Conſtitutionibus*, non enim per hoc, quod ipſe *Iudex* Regularis non eſt, ſibi licet ſtylo ſæculari vti; quia ipſe ſuccedit in locum *Iudicis Regularis*, & iudicium Regulare, & forum Regulare, & ordinatoria Regularia ſequi debet; ſicut ſi *Iudex Laicus* eſſet à *Papa* datus *Clerico* debet ſequi formam datam à iure *Canonico*, & non à *Ciuili* in procedendo. Et hoc in praxi præſtitum vidi ab integerrimo, & doctiſſimo viro *D. Ioſeph Ferrario Auditore Nunciaturæ Apoſtolicæ Neapoli*, cui demandata fuit quædam cauſa criminalis quorundam Regularium; ipſe enim attentè luſtratis *Conſtitutionibus* illorum *Ordinis*, inſtruxit proceſſum ad earum normam, ſequens doctrinam ſupra tactam, quam omnes amplecti debent, vtpotè communiter receptam.

21. Ad punctum ergo redeundo, dico, quod in *ordinatorijs* antiqua *Statuta Ordinis* nullum ampliùs valorem habent, & per hanc *Practicam* ſunt abſolutè reuocata; vndè ſi Iudex, hac omiſſa, vellet ſequi in illis, pro aliquo caſu, datam, attentaret, & acta euaderent, ipſo facto, nulla, vt in *Statutis Generalibus Ordinis* habetur. (*u*) In *deciſorijs* autem adhuc diſtinguendum; quia vel ſumus in caſu, de quo hæc *Practica* diſponit, vt puta de pœna aliqua, quæ taxata reperitur in ea, pro aliquo delicto, vel ſumus in alio ſuper quo nihil reperitur in ea diſpoſitum. Si primò; abſolutè eſt dicendum inualida prorsùs eſſe *Statuta antiqua*, ſunt etenim per hanc vel abrogata, vel correcta, & ità attendenda eſt diſpoſitio *Practicæ*, & non *Statutorum veterum*, quæ correcta fuerunt. (*x*) Si autem ſecundò, dico, quod abrogata non ſunt, & poſſunt etiam ab ijs ſumi, quibus Iudex in ſententiando reguletur. Ratio eſt, quia in hac *Practica* non omninò omnia recenſentur delicta, quæ committi poſſunt, neque pro ipſis pœnæ decretæ; malitia enim hominum aucta ex natiua fragilitate, & Dæmonis ſuggeſtione plus poteſt operari, quam concipere prouidentia Legiſlatoris. Hinc neceſſum fuit, etiam *Iuriſperito*, titulum ordinare de *Extraordinarijs delictis*; (*z*) non tantùm ob pœnam extraordinariam, quam expoſcunt, ſed & quia tam varia ſunt, vt nomina propria non ſint ſortita; neque hoc fuit ſatis, vnde arbitrio Iudicis pœnas maleficiorum committere, oportuerit. Eſt ergo neceſſarium Iudici, aliundè petere, vnde aptam pœnam indigat delinquenti. Et hoc diſponitur in *Textu* infra (*a*) ſic dicente. *Has pœnas enumeraſſe ſufficiat, alias videre poterit Iudex in Statutis Generalibus Ordinis, vel ex Sacris Canonibus, & approbatis legibus, ac conſuetudinibus, prout ratio ſuaſerit elicere*. Si ergo in antiquis *Statutis Ordinis* aliquid reperiat Iudex faciens ad cauſam, de qua nihil habeat *Practica* hæc, vtique illud poteſt ſequi, quia in hoc ſenſu non ſunt derogata.

Citationes Tituli præcedentis.

Pag. 1. col. 1.

(a) *l. 1. ff. de Rebus creditis ſi cert. pet.*

(b) *Ouid. de Pont. Eleg. 1.*

Pag. 1. col. 2.

(c) *l. Interdictorum §. penult. ff. de Interdict. ſiu. extr. act.*

(d) *Iuuenal. Satyr. 14. verſ. 193.*

(e) *l. 1. ff. de orig. iur. l. 1. ff. ad Macedonian. l. final. cum ib. not. ff. de Hered. inſtit. Maſcard. Fenzon. apud Conciol. ad Statut. Eugub. Prælud. num. 197.*

Pag.2.col.1.

(f) *Bartol. in Proem. Digeſtor. & in l. Inſtrumentorum ff de Fid.inſtr.& in Authent. Sacramenta. C. ſi adu. vend. Abb. in Proem. Decretal. num.8.*

(g) *Bald.in l.Illud,ff de Excuſ. tutor. & in cap. 1. de Feud.ſine culp.& Conſ.136. num. 3. lib.1. Angel. in l. final. de Relig. & ſumpt.fun. Dec. conſ.358.Butr.in cap.final.de conſuet.*

(h) *Abb.in cap. Ad applicationem num.2.de Renunciat.& in cap.1. num.7. de Mutu. petit. & in cap.Significaſti n.7.de Teſt.*

(i) *Clar.§.final.quæſt.1,verſ.Ex quorum.*

Pag.2.col.2.

(l) *Regul.Minor.cap.7.*

Pag.3.col.1.

(m) *Regul.Minor.cap.10.*

Pag.3.col.2.

(n) *cap.Exijt, §.Cæterum de verb.ſign.in 6.*

(o) *Conſtitut.Prouiſionis noſtræ ann. 1578. 13. Calen.Ianuar.Roderic. Bull.fol. m. 430. Orb. Seraph.Tom.1.lib.3.cap.34.§.2. num.16.*

(p) *Orbis Seraph.tom.3.fol.40.col.2.*

(q) *Orb.Seraph.tom.3.fol.58.col.2.*

Pag.4.col.1.

(r) *Orb.Seraph.tom.3.fol.172.& ſeqq.*

(s) *Orb.Seraph.tom.3.fol.333.& ſeqq.*

(t) *Congregat.Gen. Neapol.1590. cap. 33.Orb. Seraph.tom.3.fol.391.col.1.*

(u) *Stat.Gen.Valliſolet.tit. de Admonit. & correct. Frat.verſ.Cæterum.*

(x) *Stat.Capit.Gen.Roman.tit.de Regeſt.in fin. Orb. Seraph.tom.4.fol.51.col.1.*

Pag.4.col.2.

(z) *l.Sanctum ff.de diuiſ.rer.& quali.*

(a) *l.1.§.Diuini.l.final.ff.de diuiſ.rer.& quali.*

Pag.5.col.1.

(b) *Sanctor.de Pœn. cap. 19. quæſt. 4.diffic.4. verſ. Reſpondeo.fol.260.*

(c) *l.Non poſſunt ff.de leg.*

Pag.5.col.2.

(d) *Proem. Inſtit. §. Cumque hoc .*

(e) *Dionyſ.Gothofr. Annot.in Proem.inſtit. verſ.Cunabula .*

(f) *Inſtit. Iuſtinian. Omnem . De Rat. & meth.iur. docen.*

Pag.5.col.1.

(g) *num.5.prop.fin.*

Pag.5.col.2.

(h) *Stat. Gen. Refor. cap.10.*

(i) *Inſtit.de iur.natur.gent.& ciu.l.omnes populi, & ibi D.D.ff.de iuſt.& iur.Carpan.ad Statut.Mediolan.in Prælud. apud Conciol.ad Stat.Eugub. Prælud.num.1.*

Pag.6.col.1.

(l) *Auth.vt fact.nou.Conſt.Coll.5.tit.21.Plot.in l.Si quando num. 859. C.Vnde vi, D. Thom. 1.2. qu.90.art.4.Donat Prax.Regul.tom.1. tract.1. quæſt.9.*

Pag.6.col.2.

(m) *Iaſon in l.Omnes populi, in 1.lect. ff. de iuſt. & iur.Alex.conſ.190.num. 11. lib.2. Barboſ.Loc. comm.arg.loc.105.num.3. Giurb.& Rot.deciſ. 210. num. 5. coram Ottobon. apud Conciol. ad Stat. Eugub.Prælud.num.2.& 3.*

(n) *l. Omnes populi §. Nam quod ff.de Iuſt.& iur.c. Cum acceſſiſſent . Extra de Conſtit.apud Sanctor. de Pœn.cap.28.quæſt.4.fol.365,*

(o) *l.Non ambigitur, ff.de Leg.& Senat.*

(p) *D.Thom.1.2.q.90.art.3.& 2.2.quæſt.91.art.2. apud Donat.Prax.Regul.tom.2.par.3.tract.12. q.2.num.1.*

(q) *Roderic.qq.Regul.tom.1.quæſt.41.art.2.*

(r) *l.final.C.de Leg.& conſt.Gothofr.in l.Non ambigitur in V. Senatum , ff de leg.& Senat.*

(s) *Suar.de leg.lib.4.cap. 6. num. 21. Anton.à Spir. Sanct. Direct. Regul. tract. 4. diſp. 8. ſect. 2. num.38.*

(t) *cap. Quod ſuper.Extra de Maio.& obed.cap.Inſtitutionis 25.q.2.Panormit. Io:Andr. Nauarr. & Suar.apud Donat.Prax.Regul.tom.2.par.3. tract.12.quæſt.3.num.2.*

Pag.7.col.1.

(u) *Roderic.tom.1.quæſt.41.art.2.Donat.l.cit.quæſt. 2.num.2.Peyrin.ad Conſtit.Pyrrh.nu.10. Suar. de Relig.tract. 10. lib. 1. cap.4.num.12 Peregrin.Comp.Priuileg. par. 1. tit. Conſtitutiones. Anton. à Spir. Sanct.. Direct. Regul. tract. 4. diſp.8.num.391*

(x) *Sanctor.de Pœn.cap.28.quæſt.4.*

(z) *cap.Ex parte,cap. Quia intentionis.Extra de Priuil.cap. Quia diuerſitatem de Conceſs.præb.cap. Dudum in fin.de Deci.*

(a) *Sanctor.de Pœn. cap.28. quæſt.4. verſ. Ad ſecundam .*

(b) *cap.1.cap.Veniens de Tranſact.Suar.de Leg.lib. 8.cap.18.num.12.Peyrin.ad Conſtit.2.Sixt.IV. num.4.*

(c) *Vrb. VIII. Bull. Alias pro Congregatione 22. Decemb. 1642. Orb. Seraph. tom. 4. fol.112. col.2.*

Pag.7col.2.

(d) *Gloſſ.in cap. Quia diuerſitatem in v.forma.De Conceſſ.præb. c. Quis neſciat 11.Diſt.Gloſſ.& DD.in l.1. C.de Carbon. edict. Bartol. in l.3. §.Miſſum,ff.eo tit.*

(e) *Sanctor.de Pœn.cap.28.quæſt.4.verſ.Ad primum, fol.365.*

(f) *Congregat.Gen.Roman.1603. tit. Statuta, verſ. Quoniam inſuper in fin. Orb. Seraph. tom. 3. fol.593.col.1.*

Pag.8.col.1.

(g) *cap.1.Extra de Non.oper.nuncia.iunct.gloſ. in v. Adiuuantur, & ibi Canoniſt. communiter, Donat.Prax.Regul.tom.2.par.3.tract.12. quaſt.3. num.6.& 7, Anton.A Spir. Sanct. Direct. Regul.tract.4.diſp.8.num.51.*

(h) *C.de confirm.Digeſt.§.omnia igitur.*

Pag.8.col.2.

(i) *C.deConcept.ff.§.Sed neque.*

(l) *l.Humanum, C.de leg.& Senat.*

Pag.9.col.2.

(m) *Abb.in cap.Ex parte,num.9-in fin.de Reſcript.*

Pag.9.col.1.

(n) *Proem. Decretal. §.Volentes, vbi DD. communiter.*

(o) *Abb. in Proem. Decretal. §. Rex pacificus num.10.*

(p) *Proem.lib.6.Decretal.§.final.*

Pag.9.col.2.

q) *Statut.Falliſolet.tit.de Obſeruat.hor.Statut.verſ. Et ne labor.Orb.Seraph.tom.3.fol. 553. colum. prima.*

(r) *Maſcard.de General.Statut.interpr.concl.7.num. 76.& ſeqq.Scacc.de Iudic. lib.2. cap.2.n.4.&6.*

(s) *Tuſc.litt.S.concl.458.Graſſ.de Effect.Cleric. Effect.2.num.135.& ſeqq.apud Conciol. ad Stat. Eugub.Pralud.num.36.*

(t) *Bartol.in l.1. C.de Sum. Trin. Alex. conſ. 164. num.3.lib. 6. Fenzon. ad Stat. Vrb. in Prafat. num. 5. & cap. 66. num. 35. Conciol.Allegat. Foreuſ.72. num. 6. & ad Stat.Eugub.Pralud. num.37.*

Pag.10.col.2.

(u) *Statut. Gen. Ord. cap. 10. num. 11. Sanctor.de Pœn.cap.19.quaſt.4.difficult.4.verſ.Reſpondeo 1.fol.260.*

(x) *Bartol.in l.Omnes populi,num.68.ff. de Inſt. & iur.Bald.in 1.Conſtit.Cod. §. Quibus, num. 2. Gomez In §. in perſonam num.17. Inſtitut. de Action.I.B.Nicola.Regul.iur. tom.1.fol. 119. verſ.Amplia primo.*

(z) *ff.lib.47.tit.11.*

(a) *Text.tit.Applicatio §.60.*

TITVLVS

Digitized by Google

TITVLVS PRIMVS.

Quid Iudex, & Quotuplex.

T E X T V S.

§. I. Iudex eſt, qui Iudicium, ideſt Rei abſolutionem, vel condemnationem, miniſtrat. Iudex triplex eſt. Ordinarius Delegatus, Arbitrarius. Primus à iure; Secundus ab Ordinarij commiſſione; Tertius à partium aſſenſu poteſtatem habet.

SVMMARIVM.

1. *Iudex non ſeruans ius, non cenſetur Iudex.*
2. *Iudicij definitio, & diuiſio.*
3. *Iudex triplex Ordinarius, Delegatus, Arbitrarius.*
4. *Ordinaria ſunt, quæ habentur in iure ſcripto.*
5. *Iudicis Ordinarij, Delegati, & Arbitrarij definitio.*

COMMENTARIVS.

1. OPTIMVS ordo eſt, vt prius de *Iudicis* perſona, quàm de eius officio, poteſtate, aut actibus tractetur. Eſt ergo *Iudex*, quaſi *Ius dicens*, vt ait *Vlpianus*, (*a*) quod niſi fecerit, non eſt cenſendus *Iudex*. (*b*) Hoc autem fit, dùm Iudex exercet iudicium, quod *eſt actus legitimus quo mediante Iudex de cauſa propoſita cognoſcit, & ſecundùm æquitatem pronunciat.*

2. Et hanc iudicij definitionem, quam tradit *Ioannes Oldendorpius*, amplectitur *Prateius* in *Lexico*, reiecta tanquam frigida illa, quæ communiter aſſignatur. Quod nempè ſit *actus trium perſonarum ſcilicet Iudicis, Actoris, & Rei*; quam etiam, impugnatam à *Zabarella*, ſaluare, quo ad aliquam partem, nititur *Abbas*. (*c*) Sed quia Iudicium diuiditur in *priuatum*, in quo ius litigatorum cognoſcitur, & *publicum*, quod publicam quærit vindictam, quantùm eſt in ſe, hæc duo iudicia *Iudex* pro munere ſuo miniſtrare debet. *Omnia enim iudicia*, ſcripſit *Cicero*, (*d*) *aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa, reperta ſunt.* Ex hoc autem videretur, culpari, poſſe *Textus* noſter, qui *Iudicium ad Rei abſolutionem, vel condemnationem* limitat, ac ſi ad alias cauſas *Iudicis* officium non extenderetur. Sed aduertendum quod hic tractatur de *Iudice criminali*, cuius munus eſt, publicam vindictam de fontibus quærere, proindè eius officium ad Rei *abſolutionem, vel condemnationem* reſtrinxit. Præter quam quod poſſemus, dicere, quod cum etiam in iudicio ciuili reperiatur Reus, & Actor, *Iudicis* officium eſt, Reum ad petitionem Actoris adimplendam, vel condemnare, vel abſoluere, & ità in *Textu* optimè aſſignatur munus *Iudicis*.

3. *Iudex triplex Ordinarius, Delegatus, Arbitrarius.* Trina diuiſio. *Iudicis* ſatis patet ex iure. (*e*)

4. Quia verò ordinaria dicuntur, quæcunque iure ſcripto iuſſa ſunt, argumento cuiuſdam legis, (*f*)

5. *Ordinarius* dicitur *Iudex* omnis, qui à lege datus eſt, & ideò optimè dicitur quod *primus*, nempè *Ordinarius, à iure* poteſtatem habet. *Delegatus* autem, quia non ſuo iure, ſed alieno beneficio, (Superioris nempè Delegantis) habet Iuriſdictionem, (*g*) benè dicitur, quod ab *Ordinarij commiſſione* illam fortitur. *Arbiter* autem, quia neque à lege, neque à *Principe*, ſed à partium electione iuriſdictionem ſortitur. (*h*) Optimè aſſignatur, quod à *partium* aſſenſu poteſtatem habet.

Digitized by Google

TEXTVS.

§. II. Ordinarij Iudices in Ordine noſtro ſunt Miniſter, Vicarius, Commiſſarius Generalis. Prouincialis, Vicarij, & Commiſſarij Prouinciales eorumdem. Procurator Generalis, Cõmiſſarius Curiæ, Procurator Generalis Reformatorum in ſuos ſubditos, Guardiani, Præſidentes, Superiores locales, qui in abſentia Guardianorum ex iure, vel ex conſuetudine, authoritatem habent in caſibus, qui inferiùs recenſebuntur.

SVMMARIVM.

6. *Miniſter Generalis eſt Iudex Ordinarius.*
7. *Vicarius eſt, qui vices alterius gerit.*
8. *Vicarius, & Commiſſarius Generalis eſt Iudex Ordinarius.*
9. *Diffinitorium Prouinciale eſt Iudex ordinarius.*
10. *Ad validitatem actus Collegij requiritur conſenſus maioris partis Collegij.*
11. *Miniſter, Vicarius, & Commiſſarius Prouincialis, quo ſenſu ſint Iudices Ordinarij.*
12. *Procurator Ordinis Generalis, & Reformatorum, ac Commiſſarius Generalis Curiæ ſunt Iudices ordinarij.*
13. *Eorundẽ authoritas limitata ad perſonas, & locum.*
Apoſtatarum, & Fratrum Forenſium ſunt Iudices Ordinarij.
14. *Guardiani, Præſidentes, & alij Superiores locales ſunt Iudices Ordinarij.*
Sunt Prælati, & habent Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.
15. *Prælatus localis quiuis poteſt, & debet criminoſos ſubditos punire.*
16. *Præſidentium Conuentuum duplex differentia.*
17. *Præſidentes à Diffinitorio electi ſunt Ordinarij.*
18. *Delegatus eſt, cui Ordinarius committit cauſam.*
19. *Præſidentium electorum à Diffinitorio poteſtas.*
20. *Vicarij Conuentuum non ſunt Prælati.*
Sunt Delegati Guardianorum.
21. *Parocho per bimeſtre abſenti ſubrogatur Viceparochus.*
22. *Guardianus abſens per bimeſtre nequit abſque approbatione Prouincialis demandare curam Conuentus Vicario.*

COMMENTARIVS.

6. CVM ſupradictum ſit *Ordinarium* eſſe *Iudicem* qui à iure ſcripto habet iuriſdictionem, *Miniſter Generalis* primus in *Ordine* noſtro *Iudex Ordinarius* eſt. Habemus ſiquidem in Statutis Ordinis *(i) Miniſter Generalis ordinariam poteſtatem in Ordine ſummam habet, à qua nemo eximitur.* Pariter idem eſt dicendum de *Vicario Generali.*

7. Etenim *Vicarius* eſt, qui gerit omnes vices eius, in cuius loco ponitur, *(l)* & eum is, qui in ius ſuccedit alteriùs, & iure, quo ille vtitur vti debeat, *(m)* ex conſequenti *Vicarius*, qui *Miniſtro Generali* ſuccedit in munere, eidem ſuccedere debet in iuriſdictione, & ſicut ille *Ordinarius Iudex* eſt, ità etiam erit *Vicarius Generalis.*

8. *Commiſſarius* itidem *Generalis* eodẽ potitur iure, ex *Statutis Ordinis, (n)* vbi habetur *Ordinaria Commiſſarij* (Generalis poteſtas) *ad omnes ſibi Ordinis, Prouincias, Fratres, Moniales, tam Prælatos, quam ſubditos ſe extendit.* Et clariùs *(o) eadem authoritate* (poteſt) *vti, qua vti poſſet Miniſtẽr Generalis.* Omnes ergo ſupradicti ſupremam, vel in toto *Ordine*, vel in ſua reſpectiuè *Familia* iuriſdictionem habent in vtroque foro, tàm paterno, quàm iudiciali, & poſſunt omnia delicta, ſeu grauia, ſeu grauiſſima, ordinario iure punire. Quod autem dicitur in *Textu* de *Miniſtro, Vicario*, & *Commiſſario Prouinciali*, ſobriè, & cum diſtinctione intelligendum eſt. Quia ſi loquamur de delictis leuibus, & etiam quibuſdam grauibus, de quibus Superiores puniunt Subditos per pœnitentias ſalutares, vt habetur in *Textu* infra, *(p)* vtique verum eſt. quod ipſi ſunt *Iudices Ordinarij*; de ipſis enim inquirunt, & extraiudicia-

dicialiter ſententiant. Sed de grauioribus, & grauiſſimis non ſic dicendum eſt. Licet enim ipſi poſſint, & debeant de ipſis inquirere, dum tanquam *Iudices* procedunt, non tamen poſſunt de illis iuridicè ſententiare, quod eſt principale, & adæquatum Iudicis officium. Etenim in *Statut. Generàlibus Ord.* (q) apertè decernitur, quod *Miniſter Prouincialis* ſe ſolo, & abſque maiori parte *Diffinitorij* ſententiare, non poteſt, in foro iudiciali.

9. Vndè euidenter apparet quod reſpectu *Prouincialium* poteſtas iudicandi competit pluribus, vt *Collegio*, nempe *Diffinitorio* compoſito ex *Miniſtro*, *Cuſtode*, & *Definitoribus*, & proinde iudicandi iuriſdictio, & exercitium non eſt apud ſingulos, ſed apud corpus fictum *Collegij*, & repræſentatum per ſingulos ſimul collectos. (r)

10. Vndè ad validitatem actus opertet, quod maior pars concurrat, (s) & ex præſcripto *ſtatutorum Ordinis*, (t) minor pars debet ſe ſubſcribere ſententiæ maioris partis. Sequitur ergo hinc, quod *Diffinitorium Prouinciale* eſt *Ordinarius Iudex* reſpectù propriæ *Prouinciæ*.

11. Sed *Prouincialis Miniſter*, ſeu *Vicarius*, ſiuè *Commiſſarius* eſt *Ordinarius* tantummodo reſpectu inquiſitionis ſuper delictis, cum ſe ſolo ſententiare non poſſit, & ſi facit attentat, quià ſibi ius ſcriptum reſiſtit,

12. Cenſetur pariter inter *Iudices Ordinarios Procurator* tum *Ordinis*, tum *Reformatorum*, tum *Commiſſarius Curiæ*, quorum vnum, & idem munus eſt, Differuntque per ſolos Subditos: Nam *Procurator Ordinis* habet iuriſdictionem in caſibus, (de quibus infrà) ſupra Fratres de *Regulari Obſeruantia* de Familia illa, de qua eſt *Miaiſter Generalis*; *Commiſſarius Curiæ* ſuper eoſdem de familia *Commiſſarij Generalis*; *Procurator* verò *Reformatorum* ſuper *Reformatos Ciſmontanos*.

13. Verum eſt, quod ipſorum iuriſdictio eſt limitata quo ad perſonas, & locum; nàm ſolùm ſupra Fratres Forenſes, qui (vel negotiorum cauſa cum Obedientialibus litteris, vel abque illis, vt Apoſtatæ pro abſolutionis beneficio,) Curiam adeunt, extenditur. *Apoſtatarum ergo Iudices Ordinarij ſunt* inquit *Sanctorus*, (u) vt pluribus Statutis cauetur. (x) Sed etiam quod Forenſium Fratrum, dum in Curia commorantur, *Superiores* ſint, & *Prælati*, probatur ab eodem *Sanctoro* ibidem ex declaratione *Capituli Toletani* ſic dicentis. *Declaratur, quod Fratres, qui ex vtraque Familia Romam venerint negotiorum cauſa, immediatè ſint ſubditi Prælatis Curiæ, non verò Miniſtro, aut Guardiano Conuentus Aracæli*. *Procurator* tamen *Reformatorum* licet ex diſpoſitione *Bullæ Vrban. VIII.* (z) eodem munere, & prærogatiuis gaudeat, quibus fruitur *Procurator Generalis Ordinis*, alio tamen modo ſe habet circa Forenſes, quàm *Procurator Ordinis*. Etenim ex ordinatione *Statutorum Reformatorum* (a) per tres dies tantùm, quò ad cæteros Superiores *Prouincialem*, & *Localē* ſuper Fratres exteros, tanquàm eorum *Prælatus*, iuriſdictionem habet. Poſt triduum verò ſubſunt correctioni, & obedientiæ *Guardiani*; cum hoc tamen, quod antequàm è Conuentu exeant, facultatem, & benedictionenem, etiam à *Procuratore Generali*, recipere, debent ex *Breui Alexandri VII.* Liquet ergo Apoſtatarum, (ad illos abſoluendos à cenſura,) & Fratrum Forenſium, prædictos *Procuratores*, & *Commiſſarium Curiæ* reſpectiuè *Iudices ordinarios* eſſe. Suprà recenſitis Iudicibus addit *Textus Guardianos*, *Præſidentes*, & *Superiores locales qui in abſentia Guardianorum ex iure, vel ex conſuetudine authoritatem habent*.

14. Hos omnes Iudices Ordinarios eſſe in foro paterno, ambigendum non eſt. *Guardiani* enim *Prælati* ſunt (b) & habent in Subditos iuriſdictionem ordinariam, & dignitatem Eccleſiaſticam, in qua *Parochos* ſuperant, cum habeant iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vt de *Prioribus Prædicatorum* ſcribit *Paſſerinus*. (c) quibus pariſicantur *Guardiani Minorum*, & cæterarum Religionum *Prælati locales* quocunque nomine nuncupentur, & eandem habent authoritatem in ſuo Conuentu, quam *Generalis* in tota Religione, & *Miniſter Prouincialis* habet in ſua Prouincia, niſi per Generalia Ordinis Statuta ſibi fuerit limitata, (d) quia habent iuriſdictionem à iure ſcripto (puta à Regula cap. 10. *Obediant ſuis Miniſtris in omnibus &c.* Vbi nomine *Miniſtrorum*, *Prælatos* indifferenter intelligi explicant communiter *Regulæ Commentatores*;) & etiam à *Conſtitutionibus Ordinis*. (e)

15. Et vniuerſaliter de Iure communi certum eſt, quod *Prælati locales* poſſunt, & tenentur ſubditos ſuos de quibuſuis crimini-

minibus caſtigare, vt elicitur ex multis *Capitulis*; (*f*) vndè concluditur, ipſos *Ordinarios Iudices* eſſe. *Præſidentes* itidem, ſiuè *Vicarij in capite*, vel à *Diffinitorio* electi, vel à *Guardianis*, vt dicemus, instituti, eandem habent authoritatem, quam *Guardiani*, reſpectu correctionis Subditorum.

16. Et hic aduertendum, quod *Præſidentes* ſunt in duplici differentia. Alij ſunt veri *Superiores locales* per ſecreta vota *Diffinitorij* instituta pro aliquo Conuentu fabricæ, aut alio, in quo ſufficiens numerus Religioſorum nequit ſubſiſtere, qui durant à Congregatione ad Congregationem, & abſque legitima cauſa priuari officio nequeunt. Alij ſunt *Præſidentes*, qui vel à *Miniſtro*, vel à *Guardiano* instituuntur in proprio Conuentu ad hoc vt ipſum regant, durante eius abſentia, & iſti ad nutum inſtituentium ſunt amouibiles, & eorum iuriſdictio ceſſat ſuperueniente *Guardiano*. Pariter diſtinguendum eſt de duplici foro, paterno ſcilicet, & iudicali.

17. Dico ergo, quod *Præſidentes* in aliquo Conuentu, in quo aut ratione fabricæ, aut cauſa belli, aut per mortem *Guardiani*, à *Prouinciali*, & *Diffinitorio* inſtituti ſunt; ſiue nomine *Vicarij*, ſiue nomine *Præſidentis* cenſeantur, ſunt veri *Superiores Ordinarij*, & eandem authoritatem habent in vtroque foro, quam habent *Guardiani*.

18. Etenim, vt optimè aduertit *Rodericus*, (*g*) non poteſt, dici quod iſti non habeant authoritatem, cum ſint Superiores in Conuentu; quod ſi eam habent, oportet quod ſit vel *Delegata*, vel *Ordinaria*; Delegata non eſt, quia *Delegatus* eſt, cui Iudex committit cauſam in locum ſui ipſius, (*h*) ſic autem non ſunt iſti *Præſidentes*, & *Vicarij in Capite*, tum quia familia Conuentus illius localem Superiorem ordinarium debet, habere præſentem, ne ſit acæphala, hoc eſt abſque capite; tum quia Delegatus non habet facultatem à iure, ſed à voluntate Delegantis; ſed iſti *Præſidentes*, & *Vicarij* eam habent à Conſtitutionibus Ordinis, & per legitimam electionem fiunt; tum quia authoritas Delegati expirat per mortem Delegantis re integra: non ſic eſt in iſtis, qui ſemel electi à *Prouinciali*, & *Diffinitorio*, per eorum mortem non ceſſant; tum quia Delegati iuriſdictio durat ad placitum Delegantis, non ita eſt in prædictis, quia eorum poteſtas non poteſt extra tempus à iure ſtatutum, (puta extra *Capitulum*, vel *Congregationem*, in qua alij eliguntur,) ipſis auferri: relinquitur, ergò quod ſit *Ordinaria*. (*i*)

19. Cum ergò iſti ſic habeant iuriſdictionem ordinariam, ſequitur, quod poſſunt delegare, & ipſis data ſunt omnia priuilegia, quæ Superioribus localibus, quocunque nomine cenſeantur, ſunt conceſſa: & ita poſſunt abſoluere, ligare, præcipere, punire, Corporalia benedicere, & omnia alia, quæ poſſunt *Guardiani*, ſeu *Priores*, vel *Correctores*, ſeù *Præpoſiti*, pro vt vſus variarum Religionum eſt, Superiores locales intitulare. (*l*)

20. De *Vicarijs* vero Conuentuum, qui eliguntur à *Prouinciali*, & *Diffinitorio*, ſeù a proprijs *Guardianis* inſtituuntur, aliter eſt dicendum. Iſti ſiquidem nequè *Prælati* ſunt, neque animarum curam habent, iuriſdictionem in Conuentu nullam exercere, poſſunt præſente, ſeù exiſtente *Guardiano* in *Conuentu*; & proindè non ſunt *Superiores Ordinarij*, ſed tantùm Delegati à *Guardianis*, vel *Prouincialibus*. Hinc niſi *Guardianus* declarauerit, quod in Refectorio, in Choro, & in Capitulo à Subditis ſibi obediatur, non poſſunt illi aliquem præcepto obedientiæ adigere, dum tamen *Guardianus* in Conuentu, aut eius diſtrictu eſt, (*m*) & ideò ordinatur in *Statutis Reformatorum*, (*n*) quod in abſentia *Guardianorum* ordinibus à *Guardianis* relictis ipſi *Vicarij* obedire debeant, qua lege declaratur ipſos non eſſe *Superiores Ordinarios*, ſed *Delegatos*, vt potè à *Guardianis* dependentes. Nec facit aliquod in Contrarium ex hoc, quod *Vicarij*, vt moris eſt, à *Diffinitorio*, per vota ſecreta, eligantur, (ſaltem in aliquibus Prouincijs,) & ipſis poſt *Guardianos* immediatum locum dent *Statuta Generalia Reformatorum*, (*o*) & quod abſente *Guardiano* extrà diſtrictum ſuæ iuriſdictionis in omnibus functionibus præcedant omnes, vt cauetur per ſtatuta, (*p*) & Fratres forenſes ad ſe declinantes abſoluere ab exceſſibus, & Cenſuris omnibus, & eis miniſtrare Sacramenta Euchariſtiæ & extremæ vnctionis poſſint; non faciunt inquàm, hæc ad probandum, quod ſint *Superiores Ordinarij*: quia electio ipſorum per vota, tantùm facit, quod mortuo *Guardiano*, cuius ſunt *Delegati*, (cum tamen eorum delegatio à *Guardianis* facta non ſit, ſed à

Diſ-

Diffinitorio) delegatio eorum, non ſpirat, vt notat Rodericus. (q) Præcedentia non concludit Superioritatem Prælatitiam, ſed tantùm dignitatem, vt patet in *Lectoribus Iubilatis*, & *Patribus Prouinciæ &c.* qui licet non ſint Prælati, tamen habent præcedentiam: abſoluunt Fratres à cenſuris, & caſibus ex ſpeciali priuilegio vt notat *Donatus*; (r) & tandem dant facultatem abſoluendi ſubditos à caſibus, & cenſuris, ne in malo ſtatu Religioſus pœnitens diù detineatur, vt dicit *Peyrinus*. (s) Proindè ex his non concluditur, quod *Prælati*, aut *Iudices Ordinarij* ſint, ſed ſunt inſtituti ad hoc, quod ſint *Guardianis* in adminiſtros, in partem ſollicitudinis vocatos, & maximè in Conuentus œconomia, & ad ſubrogationem in miniſterijs pro *Guardianis*, qui aliquoties grauioribus gubernij curis implicati, nequeunt vbique intereſſe. Et ſic in Refectorio præſunt, in Choro, cæteriſque publicis officijs in loco *Guardianorum* ſubſtituuntur, vt publicas functiones dirigant. Quod magis confirmatur ex hoc, quod in abſentia *Guardiani*, quando extrà *Prouinciam* pergit, aut in eius morte, *Vicarius* non ipſo iure, aut facto in eius locum, pro regimine Conuentus, ſuccedit, quia in his caſibus, omiſſo *Vicario*, poteſt *Prouincialis* loco *Guardiani Præſidentem* inſtituere ad Conuentus gubernationem vt diſponunt *Statuta Reformata*, (t) quod non eſſet, ſi *Vicarius* ordinariam iuriſdictionem in abſentia *Guardiani* haberet. Poſſunt quidem *Guardiani*, qui à diſtrictu, ſeù quæſtuatione ſui Conuentus elongantur, & per limites *Prouinciæ* ambulant, *Vicario* ſuo demandare curam Conuentus, & ipſis delegare ſuam iuriſdictionem, & tunc, vt dictum eſt, mandata *Guardiani*, licet abſentis, ſeruare debent, eo quia eorum abſentia, cum intrà fines *Prouinciæ* contineatur, non cenſetur ipſis adimere Conuentus regimen, *vt ex Graff. Poſſeuin.* & *Gonzalez docet Sanctorus* (u) Si tamen extrà *Prouinciam*, aut vltra bimeſtre abeſſe, deberent, delegatio facta à *Guardiano* non teneret; ſed requiritur vel aſſenſus *Prouincialis*, vel alia delegatio à *Prouinciali* facta de alio *Præſidente*.

21. Ordinatur enim à *Tridentino*, (x) quod ſi *Parochus* ex legitima cauſa, vltra bimeſtre, à Parochia abeſſe, contingerit, debet, ſuffici *Vice Parochus*, cum *Epiſcopi* approbatione.

22. Et cum *Guardianus*, ratione curæ animarum, æquiparetur *Parocho*, & *Prouincialis Epiſcopo*, liquet quod *Guardianus* in caſu tantæ abſentiæ nequit, abſque approbatione *Prouincialis*, *Vicario* ſuo Curam Conuentus demandare, & *Prouincialis* poteſt pro ſuo arbitrio alium *Præſidentem* inſtituere.

23. Cum ergo *Vicarius* ſic inſtitutus à ſolo *Guardiano*, (qui intra bimeſtre eſt reuerſurus, & extrà Prouinciam non vadit,) habeat poteſtatem *Guardiaui* delegatam ad vniuerſalitatem cauſarum ſpectantium ad regimen Conuentus, liquet ipſum poſſe, pro tunc, ea omnia, ex delegatione, quæ poteſt *Guardianus* ex ordinaria poteſtate. Dixi ex ordinaria poteſtate, quia ſi aliqua iura dant aliquam facultatem *Guardianis* exercendam per ſe ipſos, & non per alios, *Guardiani* ipſam nequeunt delegare, & in his non habet facultatem *Vicarius* ſic delegatus. Et ità poterit iubere, corrigere, punire, pœnitentiare, & Subditi tenentur obedire ſicut *Guardiano* deleganti. Verum eſt tamen, quod inter *Delegatum*, & *Vicarium* eſt differentia, vt optimè ex iuribus obſeruat *Rodericus*; (z) quia Delegatus, vt ſupra diximus, eſt cui Iudex committit cauſam in locum ſui, & vicem ipſius gerit; *Vicarius* autem eſt, quem Superior conſtituit loco abſentis, vel defuncti, vel impediti, & proindè uidetur, quod *Vicarij* authoritas ſit ordinaria, vt tenet quædam *Gloſſa*, & *Doctores*. (a) Sed hoc limitandum, eſt vel ad *Vicarios* deputatos à *Principe*, illos nempe qui Feudum à *Principe* obtinent cum titulo *Vicarij*, & ea poſſunt, quæ poteſt *Princeps* directus Dominus Feudi: vel ad *Vicarios* deputatos à *Sede Apoſtolica*, qui ſunt loco Prælati, & omnia poſſunt, quæ poſſunt Prælati: (b) vel ad *Vicarios* perpetuos alicuius *Eccleſiæ*, qui ſunt *Ordinarij* reſpectu populi ſibi commiſſi, quia priuatiuè quo ad cæteros ſibi competunt iura parochialia, licet non poſſint alium *Vicarium* ſibi ſubſtituere, vt habetur in quodam *Canone*. (c) Non ſunt autem in tali gradu *Vicarij Conuentuum*, vt præfertur, ſiquidem, neque à *Principe* eliguntur, nec perpetui ſunt, pro indè illorum poteſtas delegata tantum eſt, vt diximus.

24. Verum tamen eſt, quod ordinaria iuriſdictio tum *Guardiani*, tum *Præſidis*, ſeù *Vicarij in capite* ampla, & vni-

uerſalis eſt, quo ad forum paternum, in quo delicta leuia, & non nulla grauia per pœnitentias ſalutares tantùm puniuntur. Non ſic verò in foro iudiciali, vbi ſcriptò procedendum eſt, vt cauetur in *Textu* infrà. *Tit. Delictorum diſcrimina* §. *In leuibus*. Nam Iuriſdictio Ordinaria *Guardianorum*, vel *Præſidum &c.* limitatur tantùm ad caſum inobedientiæ contumacis, & notoriæ, de qua infrà dicemus.

TEXTVS.

§. III. Delegati ſunt, qui ad aliquam, vel aliquas cauſas ab Ordinarijs deſtinantur. Ordinarij Iudices ij tantùm ſunt, quos ad Ordinis Officia, & Dignitates, generalia Statuta, & Pontificiæ Conſtitutiones habilitant. Delegari non poſſint, niſi ætate maturi, moribus graues, eruditione conſpicui, & non niſi, qui Miniſteriatus Officio functi ſuut, vel Definitores Generales, vel Patres Ordinis ſint, vel ſaltem Prædicatoris, vel Lectoris titulo, & exercitio decorati fuerint, vt in re, quæ diuina eſt, quantum fieri poterit non erretur. Delegati ad vniuerſitatem cauſarum, ad aliquam ſubdelegare poſſint, quod vſui receptum eſt in Viſitatoribus Prouinciarum, etiamſi in ipſorum patentibus dicatur, *de tua prudentia, &c.* Niſi aliud ex mente Delegantis, & negotij qualitate ſuadeatur. Delegati authoritas, re adhuc integra, mortuo Delegante, & ipſa expirat. Non ſic ſi cauſam ſibi delegatam cognoſcere inceperit, citando Reos, vel Teſtes examinando. Moriente autem ipſo Viſitatore Prouinciæ, incepta iam viſitatione, acta viſitationis ſigillo Prouinciæ ſigillata, per Secretarium demortui conſeruentur, Succeſſori, vel alteri ad Reuerendiſſimi Patris Generalis imperium tradenda. Interim eodem Patre Generali de obitu commonefacto, Prouincialis Prouinciam gubernet, vt Prouincialis, ſi non dum triennium expleuit: ſi verò expleuit, vt Commiſſarius Prouinciæ.

SVMMARIVM.

25. *Conditiones Iudicum delegandorum à Sede Apoſtolica.*
26. *Eorundem delegandorum in Religione.*
27. *Perſonatus quid importet?*
28. *Lectores Theologi, & Prædicatores Clariſſimi habent Perſonatum.*
29. *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt ſubdelegare.*
Item Delegatus à Principe.
Delegatus à Generali eſt Delegatus à Principe.
30. *Delegati authoritas quando expirat morte mandantis.*
31. *Iuriſdictio incheata non finitur per mortem, ſed per reuocationem.*
32. *Actus, per quos dicitur incheata iuriſdictio.*
33. *Cōmiſſarius Viſitator per quos actus incboet exercitiū ſuæ iuriſdictionis.*

COMMENTARIVS.

25. Optimè, & cohærenter Sacris *Canonibus* decernuntur hic conditiones Iudicum Delegandorum, vt enim habetur in *Iure (d)* non indiſcriminatim committuntur Delegationes Apoſtolicæ, ſed tantùm habentibus *Dignitatem*, aut *Perſonatum*, aut *Canonicatum in Cathedralibus Eccleſijs*; & quia inter hos frequenter reperiuntur nonnulli minùs litterati, quàm ipſorum munus exigat, *Concilium Tridentinum (e)* ſtatuit quod vltra conditiones recitatas expreſſas in *Decretali Bonifacij VIII.* ſint, vt apti ad id munus exercendum, deſtinati in *Concilijs Prouincialibus*, & *Diœceſanis*. In his autem concurrit tum ſtatus dignitas, tum morum compoſitio, tum eruditionis præſtantia, tum ætatis conditio, quæ omnia ad officium Iudicis neceſſaria ſunt, & à iure requiſita, vt infra dicemus, cum de Iudicis

dicis conditionibus habebitur ſermo. Tales ergo, ex noſtri *Textus* præſcripto ſimiliter requiruntur ad hoc, quod à Superioribus ordinarijs in Iudices delegentur.

26. Vndè in Religione debent primo eſſe *ætate maturi*, vt ex rerum experientia prudenter poſſint ſe gerere, nec ſint in iudicando præcipites, ætas enim prouecta, & experientia cauſat maturitatem in agẽdo. *Moribus graues*, ne nimia familiaritate cum Reis conuerſentur, à quibus contemnantur, cum nimia familiaritas contemptum pariat. *Eruditione conſpicui*, ne in ſubſtantialibus iudicij turpiter errent, & ità vitietur proceſſus. Tales autem ſupponuntur eſſe *Patres Ordinis, vel Prouinciæ, vel Definitores Generales*, ex eo, quod ad talia munera ſupponitur, quod non aſſumantur, niſi ſcientia, moribus, ætate, & virtute ſpectabiles.

27. Et omnes iſti dicuntur habere *Perſonatum*, qui ſecundum vnam *Gloſſam* (*f*) importat aliquam præeminentiam, vt illorum, qui in *Capitulo*, & alibi alios præcedunt, non tamen ſuper illos habent iuriſdictionem: quod habent prædicti, qui cæteros iuxta *Statutorum* diſpoſitionem præcedunt.

28. Pariter qui *Lectores, & Concionatores* non tantùm titulo, ſed etiam exercitio, ſunt, iiſdem de cauſis ad paſſiuam Delegationem habilitantur: & ſi eſſent *Lectores Theologi*, & *Prædicatores Clariſſimi*, etiam iſti, cum in Regulari Obſeruantia, ex *Conſtitutionum* præſcripto (*g*) alijs præcedant, *Perſonatum* habere dicuntur. Inter Reformatos itidem eſt reſpectu *Lectorum Sacræ Theologiæ* actualium, qui iuxta diſpoſitionem *Bullæ Vrbani VIII.* (*h*) poſt actuales *Diffinitores* primum locum obtinent; Et *Lectores Sacræ Theologiæ* duodennales, qui gaudent priuilegijs Ex *Miniſtrorum Prouincialium* ex diſpoſitione *Statuti Toletani* confirmati per *Breue Apoſtolicum*. (*i*)

29. Quod *Delegati* ad vniuerſitatem cauſarum ad aliqnam cauſam particularem ſubdelegare pnſſint, conſonat *iuri*, & *conſuetudini*, quæ eſt optima legum interpres. *Iuri* quidem quia *Delegatus* ad vniuerſitatem cauſarum parificatur *Ordinario*, vt habet quædam *Gloſſa*, (*l*) & proinde ſi *Ordinarius* delegare poteſt, hoc poterit, & *Delegatus*. Diſparitas autem inter *Ordinarium*, & *Delegatum* eſt, quod *Ordinarius* totam ſuam authoritatem delegare, poteſt; *Delegatus* autem non, ſed partem tantùm, puta ad vnam cauſam particularem. Hoc autem verum eſt in *Delegatis* ab alio, quam à *Papa*. Sed *Delegatus Papæ* æquè, ac *Ordinarius* ex integro poteſt cauſam ſibi commiſſam ſubdelegare, vt dicunt *Canones* (*m*) Conſonat pariter Vniuerſali Religionis *conſuetudini*, ſiquidem *Commiſſarij Viſitatores*, qui ſunt *Delegati* ad Viſitationem totius Prouinciæ localem, & perſonalem, tum in capite, tum in membris, ad aliquem, vel aliquos Conuentus viſitandos *Secretarium* ſubdelegant, & inter *Reformatos* per *Generalia* ipſorum *Statuta* (*n*) *Commiſſarijs* circa hoc datur ſpecialis facultas. Et iure merito, quia habens à *Principe* poteſtatem cognoſcendi, habet poteſtatem delegandi in cauſa, quam cognoſcit (*o*) & ſubdelegare ea, quæ ſunt meri, & mixti imperij (*p*) & dicitur eſſe de maioribus Iudicibus, (*q*) & delegare poteſt, ſiue ſit ſolus, ſiue habeat Collegas. (*r*) *Commiſſarius* autem *Viſitator* facultatem habet à *Generali*, qui in Religione eſt *Princeps*, & dicitur *Delegatus Principis*, quia in Prouincia, quam viſitat non agnoſcit Superiorem. (*s*) Vnde poterit alium ſubdelegare, licet non totam Viſitationem.

30. *Delegati authoritas re adhuc integra, &c.* Conſonat hoc iuri communi; (*t*) Delegatio quippè mandato comparatur; & morte mandantis mandatum expirat, vt dicit vna *Gloſſa* (*u*) vnde & delegationem finiri per mortem *Delegantis* æquum eſt. Hoc autem debet intelligi *re adhuc integra*, hoc eſt, quod *Delegatus* nullo modo inchoauerit ſuam iuriſdictionem, quia ſi aliquos actus iuriſdictionales ſuæ delegationi competentes fecit, per mortem *Delegantis* non finitur eius delegatio: vt enim habetur in *iure*. (*x*) Iuriſdictio inchoata non expirat per mortem, ſed per reuocationem.

31. Ad hoc autem quod iuriſdictio inchoata dicatur in delegatione, oportet quod *Delegatus* incœperit actus proprios competentes iuriſdictioni, vt docet *Abbas*. (*z*)

32. Actus verò ſunt, ad minùs, litis conteſtatio, & citatio, vt dicit idem alibi: (*a*) & iuriſdictionem in *Delegato* non continuari (mortuo Delegante) per actum citeriorem litis conteſtatione, tenent communiter *Iuriſperiti* (*b*) contra quandam *Gloſſam*, (*c*) & *Hoſtienſem* qui tenet, quod ſi

Digitized by Google

Delegatus vocauit Tabellionem, & Teſtes, & publicauit commiſſionem ſibi factam tanquam *Delegatus*, animo perpetuandi iuriſdictionem, ſit ipſa perpetuata: quæ tamen opinio non approbatur à *Doctoribus*, vt aſſerit *Panormitanus*, (d) qui teſtatur de communi.

33. Sequitur ergo ex hoc, quod ſi *Commiſſarius Viſitator* acceptis patentibus ſuæ Commiſſionis, intrauerit Prouinciam viſitandam, nondum autem patentes litteras, (prout moris eſt,) in Refectorio legere feciſſet, & ipſe in loco Superioris non conſediſſet, ſe tanquam legitimum Superiorem declarando adepta poſſeſſione officij, per talem actum, qui verè eſt actus iuriſdictionalis; & intereà aduentaret nuncius de morte *Generalis*; ſequitur inquam, quod expiraret in Commiſſario facultas viſitandi, eo quia res ſuæ viſitationis adhuc integra eſt. Si autem patentes etiam legere per *Secretarium* feciſſet, & ipſe in loco Superioris in Refectorio non ſediſſet; pariter expirata eſſet authoritas ipſius, quia per talem lecturam ſimpliciter non demonſtratur, niſi facultas, & animus ipſius viſitare volentis, ſed non actus aliquis iuriſdictionis adeptæ; Proindè Viſitatio, adhuc eſt res integra. Quid autem ſi patentes feciſſet legere, & in Refectorio ſediſſet, non autem adhuc recepiſſet a Prouinciali ſigillum, quod eſt inſigne ſuperioritatis? Dico, quod poſſeſſio iuriſdictionis non pendet a ſigillo Officij, ita vt abſq; ſigillo non poſſit acquirere poſſeſſionem: ſed pendet ab actibus iuriſdictionalibus legitimè, & cum aſſiſtentia iuris factis: aſſiſtit autem ſibi ius ex deputatione facta à *Generali*, cuius validitas apparet ex patentibus ſigillatis ſigillo maiori Religionis, & munitis ſubſcriptione ipſius Superioris, ac *Secretarij Generalis*, quibus ſufficienter docet de ſua delegatione, & tenentur per talem oſtenſionem Fratres omnes ipſum, vt Superiorem, recognoſcere, vt dicit *Panormitanus*, (e) & alij *Doctores*.

T E X T V S.

§.IV. Arbitri eaſdem conditiones habeant, & minimè à partibus eligantur, niſi Ordinarij Iudicis, cuius intereſt, conſenſus accedat. Semel autem electi à partibus, vel à Superiore, qui in nominationem conſenſit, (niſi id vnanimes retractauerint) impediri non poſſint, quo minùs cauſæ commiſſæ finem imponant. Poſſint tamen iuſtis dè cauſis à Generalibus remoueri, (niſi & ipſi in tales Arbitros conſenſiſſent,) quo caſu, ad Ordinarium cauſæ cognitio pertinebit. Latæ ab arbitris ſententiæ omninò ſtetur, nec ab illa appellare licebit, niſi de iniquitate manifeſtè conſtet, vel antè iudicium appareat Arbitrum aliquem corruptum, vel graui injuſtitiæ ſuſpicione laborare. Tunc enim integrum alterutri ex partibus erit, ab iniquis Arbitris appellare.

SVMMARIVM.

34. *Arbitri ſunt Iudices.*
Habent iuriſdictionem delegatam.
Eorum ſententia eſt ad inſtar iudiciorum.
35. *Quid ſit Arbiter?*
Arbiter iuris qualis ſit?
Arbiter compromiſſarius quis dicatur?
36. *Arbitrator quis ſit?*
37. *Arbitri debent habere conditiones Iudicis.*
Non ſic Arbitratores.
38. *Arbitri quando, & à quibus nominandi?*
Semel electi non poſſunt impediri, quin ſententiam proferant.
39. *Arbitrorum electio, quando poſſit, retractari?*
40. *Compromiſſum quomodo poſſit retractari?*
41. *A ſententia Arbitrorum, quando poſſit, appellari?*

COMMENTARIVS.

34. Quia *Arbitrorum* laudum, hoc eſt ſententia, ad inſtar iudiciorum eſt, vt dicitur in *Iure* (f) & *Arbitri* ſunt, quaſi Iudices, quia procedere debent iuris ordine ſeruato, vt notat *Abbas*, (g) immò funguntur

vice

vice Delegatorum, & habent delegatam iuriſdictionem, vt ex *Archidiacono*, & *Bartolo* tradit *Francus*, (b) ideò meritò poſtquam dictum eſt de *Iudice Ordinario*, & *Delegato*, *Textus* loquitur de *Arbitris*. Multa quidem de officio iſtorum dici poſſent, ſed quia, vt plurimùm, ea quadrant prò litibus ciuilibus, & in hoc Opere nos loquimur tantùm de criminalibus, quæ agitantur in noſtra Religione, ideò pauca quædam de *Arbitris* libabimus ad intelligentiam *Textus*, fuſius tractaturi, quando agemus de recuſatione Iudicis ab *Arbitris* cognoſcenda: & qui alia vult, videre, quærat in corpore vtriuſque iuris, (i) vbi habentur Tituli dè hac materia.

35. *Arbiter* ergo dicitur perſona aſſumpta ad lites terminandas, vt dicunt *Canoniſtæ*, (l) & diuiditur in *Arbitrum Iuris*, & in *Arbitrum ex compromiſſo*. *Arbiter iuris* eſt *Arbiter* neceſſarius, qnia ex neceſſitate eligitur iuxta formam iuris præſcribentis, quod in tali caſu *Arbitri* adhibeantur, & eligantur vel à partibus, vel à Iudice, vel ab alijs, vt iura ſonant; & de his eſt mentio expreſſa in pluribus *Capitulis*, & *Codice*. (m) Alij autem ſunt *Arbitri Compromiſſarij*, qui liberè à partibus eliguntur, & dicuntur etiam voluntarij, quia nedum in libertate partium eſt, vt eligant hunc, & non illum, ſed etiam vt eligant abſolutè, & non eligant. Differunt autem iſti *Arbitri Compromiſſarij* ex modo, ſeù forma, iuxtà quam debent, proferre laudum ſuum, virtute compromiſſi in eos facti à partibus; quia aliquoties partes compromittunt in Arbitros *de iure tantùm*, hoc eſt, quod *Arbiter* moderetur laudum ſuum iuxtà rigorem iuris; aliquando etiam *dè amicabili*, hoc eſt quod ratione componendæ litis habeat facultatem minuendi aliquid de iure vnius partis, ad faciliùs reducendam litem ad compoſitionem.

36. In primo caſu *Arbiter voluntarius* non differt ab *Arbitro Iuris* in procedendo: in ſecundo caſu propriè dicitur *Arbitrator*, & procedit vt quidam amicabilis compoſitor extrà iudicium, & hoc ſibi conceditur tanquam bono viro; vt ait *Abbas*. (n) Differunt autem *Arbiter* ab *Arbitratore* in multis, quæ longum eſſet recenſere, & qui vult ea videre adeat *Syluestrum*. (o)

37. Dicit ergo *Textus*, quod *Arbitri eaſdem conditiones* (illas nempè, quas ſuprà dixit eſſe neceſſarias in Iudice Ordinario: & Delegato) *habeant*, & hic loquitur de *Arbitris de Iure*: cum enim iſti debeant, arbitrari ſecundùm iura, debent etiam, iuris diſpoſitionem callere, & ad hoc requiritur, quod ſint dotati conditionibus requiſitis in Iudice Ordinario, & Delegato, quod tamen non eſt neceſſe in *Arbitris de amicabili*, ſiuè *Arbitratoribus*; cum enim iſti nec Iudices ſint, nec ſecundùm ius regulare teneantur laudum ſuum, non requiritur quod ſint dotati conditionibus Iudicum, ſed poſſunt etiam liberti, & in fames, & viles eſſe electi ad arbitrandum, vt habet *Textus ciuilis*. (p)

38. *Et minimè à partibus eligantur, niſi Ordinarij, cuius intereſt conſenſus accedat*. Hoc conſonat iuri communi, ſi quidem ex multis *Capitulis* (q) *Arbitri* adhibendi ſunt, quando ex ratione ſuſpicionis recuſatur *Iudex*. Cum autem *Iudex* habeat intereſſe in cauſa, ideò eligi *Arbitri* non poſſunt, niſi de conſenſu ipſius. Intereſſe Iudicis conſiſtit in hoc, quia ille, qui recuſatur vel eſt *Iudex*, ſiuè *Superior Ordinarius*, & ſic habet intereſſe ſuum; vel recuſatur *Iudex* ab eò *Delegatus*, & tunc pariter habet intereſſe, quia poteſt vt dicetur aliàs, vel ipſe per ſe cognoſcere cauſas recuſationis, vel conſentire quod *Arbitri* eligantur ſecundùm *Canones* ad eas cognoſcendas. Etenim ſi ageretur ciuiliter, vel criminaliter per viam accuſationis, *Arbitri* in caſu recuſationis *Iudicis* ob ſuſpicionem, deberent eligi à partibus hinc indè, ſcilicet *Actore*, & *Reo*; ſed quando *Iudex* procedit ex officio, puta in Inquiſitione, vel Denunciatione, & recuſatur à Reo, vt ſuſpectus, tunc Arbitri ſunt eligendi ad cognoſcendum ſuper cauſis recuſationis, vnus quidem a *Iudice* recuſato; alius verò à *Reo* conuento. *Semel autem electi &c.* Hic *Textus* loquitur quando aliquis recuſat vt ſuſpectum *Iudicem Delegatum* ab inferiori Superiore, vt potè à *Prouinciali*, & adhibendi ſunt Arbitri ſuper validitate cauſarum recuſationis. Vt enim alibi dicam, de cauſis recuſationis poteſt cognoſcere vel Superior, qui delegauit, vel *Arbitri* electi a partibus. Dicit ergo *Textus*, ſi eueniat caſus, quod aliquis *Iudex Delegatus à Prouinciali* recuſetur vt ſuſpectus, cauſæ autem recuſationis ſint dubiæ, & proindè ab alio Iudice ſint cognoſcendæ, ſi *Prouincialis*, qui eſt Superior Delegans, conſenſit in no-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

nominationem *Arbitrorum* electorum à *Iudice* recuſato, & à *Reo*, facta tali nominatione, & acceptato arbitrãdi officio à ſic nominatis, non poſſunt tales *Arbitri* impediri, quo minùs ſententiam proferant ſuper negotio, de quo conoſcere, debent: niſi tum *Prouincialis*, tum *Delegatus* recuſatus, tum *Reus* recuſans, id vnanimes retractauerint. Quod ſi Superior in nominationem *Arbitrorum* non conſenſiſſet, & vellet ipſe cognoſcere de validitate cauſarum recuſationis, vtique ab ipſo poſſent impediri, ne ſententiam ferrent; vel etiam cauſam delegatam ad ſe auocando, vt aliàs dicemus. *Poſſint tamen iuſtis dè cauſis &c.* Si *Prouincialis* in *Arbitros* conſenſiſſet, nequit ipſe retractare conſenſum iam præſtitum, nec impedire quin *Arbitri* pronuncient ſuper recuſatione; hoc tamen benè poterit *Generalis* ex ſui authoritate, ſcilicet cognoſcendo ipſemet, aut alius ab eo delegatus, iuſtam cauſam recuſationis; & hoc rationabile eſt, quia, vt paulò antè tetigimus, & ſuo loco amplius dicemus, caſu quo recuſetur *Iudex* inferior, ſiuè *Ordinarius*, ſiuè *Delegatus*, cauſæ recuſationis coram ipſo adductæ, debent examinari vel ab *Arbitris* electis, vel à *Iudice Ordinario Superiori*. Si verò etiam *Generalis* ipſe conſenſum præbuiſſet in electione *Arbitrorum*, non poſſent ipſi impediri in ſententiando; intellige, niſi tum partes, tum Superior ſimul compromiſſum, ſiuè commiſſionem arbitrandi non retractauiſſent, vt ſuprà dictum eſt. Sed pone, quod recuſetur *Delegatus*, & de conſenſu *Prouincialis Arbitri* ſint electi, *Generalis* autem ipſorum electionem irritet, cauſa, ſiuè principalis, ſiue recuſationis, à quo eſt cognoſcenda? Dico, quod cognoſcenda eſt a *Prouinciali* ipſo, quia dicit Textus, *quo caſu ad Ordinarium cauſæ cognitio pertinebit*. Quia ex quo *Prouincialis* ſemel conſenſit in electione *Arbitrorum*, non poteſt, ſe retractare; benè autem hoc poteſt *Generalis*, qui habet maiorem authoritatem, & eſt ſuprà *Prouincialem*, (ſi tamen etiam *Generalis* ipſe non conſenſiſſet in nominationem;) & ideò, ablato impedimento, reuertitur cauſa ad ius primæuum, ſecundùm quod ſcilicet *Prouincialis* poterat ipſe, cognoſcere tùm de cauſa principali delegata, tum de cauſis recuſationis ipſius *Delegati*.

39. Quod autem ſupra dicitur, quod ſemel facta electione *Arbitrorum*, non poteſt amplius retractari, ſobriè eſt intelligendum, nempè ſi nulla de nouo poſt electionem factam ſuperueniat legitima cauſa illam retractandi. Quod ſi cauſa eſſet legitima, & de nouo nata, vtique poſſet retractari electio vnius *Arbitri*, & ſubrogari alius ab eo, qui retractauit. Et hoc conſonat tum rationi, tum iuri ſcripto: rationi quidem, quia *Arbiter*, tanquam non ſuſpectus parti, eligitur ad cognoſcendam cauſam recuſationis *Iudicis* ſuſpecti, quod ſi ex cauſa ſuperueniente ipſe *Arbiter* redderetur legitimè ſuſpectus eidem parti, liquet quod eius electio rationabiliter eſſet retractanda. Iuri autem ſcripto, quia hoc manifeſtè diſponitur in quadam *lege*, (r) in qua dicitur, quod *Arbiter* reuocari poteſt, *ſi inimicitiæ capitales inter eum, & litigatores, aut alterum ex litigatoribus interceſſerint*, vel *ſi ætas, aut valetudo, quæ poſtea contingit, id ei munus remittat*; vbi *Gloſſa* (s) aduertit, quod cauſa iſtius reuocationis debet eſſe nata poſt electionem, non antè; ſi enim anteà fuiſſet, non poſſet reuocari, ſed benè poteſt, ſi nata eſt poſt electionem, prout etiam tenet *Speculator* (t) Ideò diſpoſitio *Textus* noſtri vetantis retractari *Arbitrorum* electionem debet intelligi, quando nulla noua poſt electionem ſuboritur cauſa.

40. Pariter etiam alio modò poſſet reuocari ſimpliciter cõpromiſſum per partes ſimul vnitas; ſi nempè reiectis *Arbitris* adirent vnanimes *Iudicem Ordinarium*, vt ipſe cognoſceret dè cauſa compromiſſa, vt dicunt *Iuriſtæ*. (u) Et ratio eſt, quia voluntate compromittentium, expirat compromiſſum, vt ait vna *lex*: (x) vndè in ciuilibus ſi ſtante compromiſſo, partes concordant, non poſſunt amplius *Arbitri* iudicare, vt habetur in *Textu*, (z) aliàs laudum eſſet nullum pro vt ſcripſit *Bartolus*. (a) Si partes ergo puta *Actor*, & *Reus*; ſiuè *Iudex* recuſatus, & *Reus* recuſans, qui *Arbitros* elegerunt, ſuper cognitione cauſæ recuſationis conueniant, & concordent, quod illa cauſa non amplius per *Arbitros*, ſed à *Iudice Ordinario Superiori* cognoſcatur, vtiquè valet talis reuocatio. Si verò vna tantùm pars, nulla noua cauſa legitima exorta, factam electionem *Arbitri* vellet, reuocare ex ſè, non poteſt, vt ſuprà dicitur in *Textu*; & hoc intellige etiam ſi nollet amplius alium *Arbitrum* eligere, ſed ad *Iudicem Ordinarium* recurrere, quià etiam in tali

caſu

caſu dicunt *Doctores*, (*b*) ſic recurrens incidit in pœnam compromiſſi: & ſi *Ordinarius* in electione *Arbitrorum* conſenſit, non poſſet de illa cauſa cognoſcere, ſed debent *Arbitri* ſententiare, vt ſupradictum eſt.

41. *Latæ ab Arbitris ſententiæ omninò ſtetur &c.* Diſpoſitio iſta *Textus* cohæret totaliter iuri communi; & poteſt dupliciter contingere; puta, vel quod reuocetur commiſſio facta in *Arbitrum* ex cauſa legitima ante ſententiam, vt dictum eſt; vel quod appelletur à ſententia *Arbitrorum*, quià contineat notoriè iniuſtitiam. Exemplum demus. Ego recuſaui vt ſuſpectum *Iudicem* ex cauſa inimicitiæ. Ad cognoſcendum ſuper veritate huius cauſæ pro parte mea elegi *Fratrem Serium*, & *Iudex* prò ſua elegit *Fratrem Acutum*, vt eſſent *Arbitri*. Accidit quod intereà cognoui à fide dignis, quod *Frater Serius* fuit corruptus aut promiſſis, aut præmio ad hoc, quod declaret cauſam ſuſpicionis à mè adductam eſſe inſubſiſtenlem; poſſum nè ego reuocare electionem factam in perſonam *Fratris Serij*, & in ſui locum ſubſtituere pro parte mea *Arbitrum Fratrem Integrum*? Dico quod ſic, dicit enim *Textus* hoc poſſe fieri, quandò cognoſcitur *Arbitrum eſſe corruptum, vel graui iniuſtitiæ ſuſpicione laborare*, ex eo fortè, quia poſt electionem ipſius in *Arbitrum*, inter mè, & *Fratrem Serium* orta eſt de nouo inimicitia, etiam non Capitalis, ob quam poſſum ſuſpicari dè iniuſtitia, vt dictum eſt ſupra. Pariter Ego excepi contrà *Iudicem*, vt præfertur, & *Arbitri* hinc indè electi ſunt; & coram ipſis per teſtes omni exceptione maiores probaui inimicitiam inter *Iudicem*, & me, & inſuper talem inimicitiam eſſe notoriam per totam Prouinciam, vel Conuentum, & tamen ab *Arbitris* ſententiatur *non conſtare de tali inimicitia, & cauſam recuſationis eſſe nullam*, poſſum ne ego appallare à ſententia *Arbitrorum*? Dico quod ſic, quia in tali ſententia *de iniquitate manifeſtè conſtat*; & huic *Textui* concordat quædam *Gloſſa* (*c*) quam ſequuntur multi *Doctores*: (*d*) & hoc etiam colligitur ab alijs iuribus, (*e*) & ratio eſt, quia iſti *Arbitri* ſunt veri *Iudices*, & eorum ſententia eſt vera ſententia, quæ parit actionem *Iudicati*, & exceptionem *rei Iudicatæ*. Proinde poteſt ab eis, vt præfertur, appellari. Sed aliqua militat ratio in ſententia *Arbitrorum*, quod non militat in *Iudice Ordinario*, ſiuè *Delegato* ad hoc, quod ab ea poſſit appellari. Etenim à definitiua *Iudicis* ſiuè *Ordinarij*, ſiuè *Delegati* appellari poteſt ſimpliciter de grauamine quoquo modo, ſiuè euidenti ex ſe, ſiuè probabili tantū. Ad hoc verò, vt à ſententia *Arbitrorum* poſſit appellari, requiritur, quod in ſententia iniquitas ſit *Manifeſta*, & de ea *Manifeſtè conſtet* vt dicitur in *Textu*: aliter ſi ſententia Arbitrorum quoquo modo eſſet appellabilis, lites criminales nimis prolongarētur contrà quietem religioſam, & mentem *Pontificum*, qui idcircò à Clauſtris eliminarunt ſolemnitates iuris, vt compendioſè cauſæ tractarentur. Sed ſi ego dicerem *Manifeſtè conſtare de iniquitate* in ſententia Arbitrorum, & *Iudex* contrà me negaret hoc, quid agendum, & cui ſtandum? Dico, quod in tali caſu debet recurri ad Superiorem, is enim ſuper informationibus captis ab Arbitris breuiter pronunciat, & ipſius ſententiæ ſtatur. Et ſi iniquitas Arbitrorum cognoſcitur ex hoc, quod noluerunt examinare omnes teſtes à me productos ad probandum inimicitiam, ſed non nullos ſubornauerunt, alios ſeduxerunt, aliquibus minati ſunt &c. Quid agendum? Tunc poſſum reuocare electionem, quia iuſta cauſa de nouo nata eſt: vt ſuprà diximus. Et coram quo debeo facere talem reuocationem? Dico quod debet fieri coram *Iudice* recuſato, & teſtibus, & in ſcriptis aſſignando cauſam, & cauſas reuocationis, & nominando alium *Arbitrum* pro parte ſua, & proteſtando, quod *per hoc non intendit conſentire in Delegatum tanquam Iudicem in cauſa, ſuper qua recuſatur, ſed ſimpliciter comparere ad faciendam nouam electionem Arbitri non ſuſpecti, remoto, & reuocato ſuſpecto*; & debet talis reuocatio etiam coram teſtibus intimari *Arbitro* recuſato inhibendo, *ne amplius in tali caſu prò parte ſua ſe ingerat*. Et quod licet mihi circà recuſationem dictam, licet etiā *Iudici* reſpectu *Arbitri* pro parte ſua; concludit enim *Textus*, quod *Tunc* (hoc eſt in ſupradictis, & ſimilibus caſibus) *integrum alterutri ex partibus erit ab iniquis Arbitris appellare*. Sed hæc materia fuſiùs pertractabitur, vbi de recuſatione *Iudicis* agetur.

I. Quæ-

I. Quæritur An Superior Regularis teneatur caſtigare Subditos delinquentes?

SVMMARIVM.

42. *Superior tenetur ex iuſtitia, punire Subditos delinquentes.*
Et non caſtigans fit infamis.
Et mortaliter peccat.
Et pœnas illis debitas ſubit.

43. *Superior non puniens, aliorum peccata approbat.*

42. RESpondetur affirmatiuè. Tenetur enim ex iuſtitia Subditos punire, vt habent multi *Canones*, (*f*) ſi enim non punit ſontes; alterius flagitij pœnas debet luere, vt dicitur in libro *Regum.* (*g*) *Quia dimiſiſti virum dignum morte, erit anima tua prò anima illius.* Imò non caſtigans, ſecundùm quandam *legem Codicis*, (*h*) infamiæ pœnam incurrit. Prælati enim ad hoc à Deo inſtituti ſunt, vt gregi *Chriſti* inuigilent, ipſum ad ſalutaria paſcua virtutum dirigendo, lupos arcendo, oues tabidas curando, aut inſanabiles ſeparando, & fures repellendo tanquam boni *Paſtores*, qui prò ouium cura inſudant, non mercenarij, qui propriam vtilitatem quærunt. *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur*, dicit *Apoſtolus*, (*i*) ad quem locum ſcribit *D. Thomas*. *Pro hominibus conſtituitur, ideſt propter ipſorum vtilitatem.* Vtilitati ergo Subditorum, maximè verò ſpirituali, debet incumbere, quia ad hoc munus inſtituti ſunt à *Deo Prælati*. Quod ſi bonum Subditorum negligat tum in communi, tum in particulari, ipſum non procurando, mortaliter peccat; (*l*) quia lædit iuſtitiam in re graui. Cum autem inter cætera bona Subditorum maxima cenſeatur eſſe ſontium punitio, nè inulta mala ipſorum conuerſatio cæteros peruerſo exemplo perdat, hinc eſt quod ſub mortali tenetur corrigere peccantes Subditos, Et hoc manifeſtè probatur ex illis verbis *Dei* ad *Ezechiel* (*m*) *Si me dicente ad impium, impiè morte morieris, non fueris locutus, vt ſe cuſtodiat impius à via ſua, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram.* Ad quem locum reſpiciens *Diuus Auguſtinus* (*n*) ait. *Videte quam ſit Patribus tacere periculoſum: moritur enim, & rectè moritur in impietate ſua, & in peccato ſuo moritur, negligentia enim eius occidit eum.* Hoc item ſonant multæ *Decretales*; (*o*) & luculenter quædam ſic habet, (*p*) *Prælati ad corrigendum Subditorum exceſſus maximè Clericorum, & reformandos mores prudenter, ac diligenter intendant, nè ſanguis eorum de ſuis manibus requiratur.* Et iurè meritò damnationis pœna percutitur *Prælatus*, qui Subditum peccantem non corripiat, aut puniat, quia ipſe, licet ſit aliàs vitæ innocentis, ſic tamẽ errantium peccata approbat, & in ijs participat. (*q*) Et per hoc iuſtè damnatur cum peccatoribus, qui peccatores tolerat, quia dicebat *Symmachus Papa*. *Non eſt grandis differentia an lethum inferas, vel admittas; mortem enim languentibus probatur infligere, qui hanc cum poſſit non excludit.* (*r*) Hinc aduertant *Prælati*, qui benè ſuo muneri putant ſatisfeciſſe, ſi corporalibus Subditorum neceſſitatibus prouideant, non curantes de reliquo, ipſos Subditos, aut in *Dei* ſeruitio tepidos, aut ad Chorum negligentes, & in Conſtitutionum, ac Regulæ obſeruantia relaxatos, redarguere, ſed ſinunt illos ſuo modo viuere, tum ne pacem Conuentus perturbent corrigendo, tum vt acquirant bonum nomẽ à Subditis, qui eos palpant, dicendo illum eſſe bonum *Prælatum*, quia neminem conturbat, omnes conſolatur, nulli facit malum, & ſtrepitoſus non eſt. Profectò ſi *Non eſt pax impijs*, iſta, quæ vocatur pax impiorum, eſt duriſſimum bellum contrà *Deum*. *Pax, Pax, & non erat pax.* Hanc pacem non venit *Chriſtus* ponere in terram, *ſed gladium*, gladium ancipitem *ad faciendam vindictam in nationibus; & increpationes in populis*, puta errantibus, & peccantibus. Audiant quæſo *Prælati* illi, qui gaudent nominari tanquam homines manſueti, calamum quaſſatum non confringentes, & lignum fumigans non extinguentes, audiant inquam, quid dicebat *Sanctus Papa Anacletus* (*s*) *Nihil illo Paſtore miſerius, qui gloriatur luporum laudibus, quibus ſi placere, voluerit, atque ab his amari, elegerit, erit hinc ouibus magna pernicies. Nullus igitur Paſtor placere lupis, & gregibus ouium poteſt.* Et *Diuus Gregorius Papa* (*t*) *Admonendi ſunt Prælati, ne dum nimis* bu-

humanam pacem deſiderant, prauos hominum mores nequaquam redarguant, & conſentiendo peruerſis, ab Auctoris ſui ſe pace diſiungant. Quod etiam ſcripſit *Euripides* apud *Stobæum*.

Malos homines caſtigare bonum eſt.
Quæ nunc à quibuſdā benignitas nominatur
Vitam omnem remiſit ad improbitatem.

Diſcant ergo ex hoc, quod non debent, ad venandam famam manſuetorum à Subditis, diſſimulare tranſgreſſiones ipſorum, ſed charitatiua ſeueritate, & zelo in ipſos animaduertere; nec timere debent, ſe nominari tanquam Subditis moleſti; etenim moleſtia hæc oritur ab amore, quam erga *Deum*, & proximum attendere debent ad vindicandam Diuinam offenſam, & proximum à malo retrahendum, dicente *Auguſtino*. *Moleſtus eſt Medicus furenti phrenetico, & Pater indiſciplinato filio, ille ligando, iſte cædendo ſed ambo diligendo.*

II. Quæritur. An Superior in punitione debeat magis vti rigore iuſtitiæ, an lenitate miſericordiæ?

SVMMARIVM.

44. *Canones aliquando commendant rigorem iuſtitiæ.*
Aliquando lenitatem miſericordiæ.
45. *Correctio debet habere plus manſuetudinis, quam rigoris.*
Aſperitas in correctione non recipit correctionem.
46. *Superior quomodo ſe gerere debeat in corrigendo.*
47. *Vulnus, quod vnguento non ſanatur, igne curandum.*
48. *Superior puniens miſericordiam oſtēdit.*
Caſtigans ſontes facit eleemoſynam.
Miſericordia rigore miſcenda.

44. RESpondetur, quod non poteſt de hoc dari regula vniuerſalis; quandoquidem zelus maximè indiſcretus poteſt in aliquibus perditionem potiùs, quàm correctionem promouere, & ſi ad apices iuſtitiæ rigoroſæ vellet *Superior* ſemper caſtigare, non eſſet ſemper iuſtus ex vulgato *Summum ius, ſumma iniuria*. Vice verſa ſi ſemper vellet, manſuetudine vti, ex eius miſericordia nonnulli fierent audaciores ad peccaudum, ſub ſpe veniæ. Hinc Sacri Canones diuerſimodè ſunt locuti.

45. Aliquoties commendant miſericordiam, dicendo, quod correctio plus debet habere manſuetudinis, quam rigoris. *(u)* attento quod aſperitas in correctione nec correctionem recipit, nec ſalutem. *(x)* Aliquoties præcipiunt magis aſperitatem rigoris, quàm benignitatem clementiæ. (z)

46. Dico ergo, quod *Superior* debet ad punitionem moueri ex charitate, & ſecundùm diuerſitatem culparum extendi. *(a)* Debet ergo eſſe ſicut *Medicus*, qui ægrotum tribulat fame, ſiti, amaris pharmacis, igni, ferro, & ſimilibus, tamen hoc non aliundè prouenit, quàm ex deſiderio ſanandi infirmum. Hinc non in quauis infirmitate, nec cuiuis ægro idem propinat medicamentum: diligenti enim indagine ægroti temperamentum examinat, tempus, ætatem, vires, ſymptomata morbi librat & ad eorum exigentiam, nunc præſcribit potionem lenitiuam, nunc catharticam, membra nunc fouet oleo, nunc nunc ſcarificat ferro, & pro diuerſitate, & morbi, & temperamenti diuerſis vtitur pharmacis, & remedijs. Nil minus debet curare *Superior*. Ad correctionem, & punitionem debet moueri ex ſola charitate, & deſiderio emendationis proximi, non ex aliquo liuore, vel paſſione priuata; non debet amare eius confuſionem, ſed conuerſionem; nec debet, impugnare flagella ad oſtentandam auctoritatem ſuprà Subditum, ſed punire ex ſimplici, & efficaci motiuo charitatis. Hac poſita, examinet temperamentum Subditi vitio ægrotantis. Num peccet ex fragilitate, num ex conſuetudine, an ſit naturæ facilis, ad obediendum promptæ; an feruidæ, & ad parendum duræ; num timidus ſit, qui de culpa erubeſcit, num frontoſus, qui, etiam confuſus, colorem non mutat.

47. Planè ſtat, quod ſi Subditus peccauit ex fragilitate, & ex verecundia vultus agnoſcitur in illo indicium internæ pœnitudinis, indiſcretus eſſet *Superior*, qui vellet contrà hunc rigore, & ferro vti, dum oleum lene placidæ correctionis ad priſtinam ſanitatem emendatam animam poteſt, reſtituere. Si verò vitioſam conſue-

tudinem delinquendi agnoſcit in Subdito, qui de crimine non dolet, imò lætatur; cum malè fecerit, & exultat in peccato ſuo, huic ſumma crudelitas, eſt manſuetudine vti: imò non oleo clementiæ, ſed igne, & ferro amputandum eſt vulnus, quod vnguenti lenitatem aſpernatur. *(b)*

48. Nec eo caſu *Iudex* miſericordiam derelinquit ſeuerè puniendo, imò miſericordiam exercet, dum caſtigat, quod eleganter dicit quædam *Gloſſa (c)* ſic aiens, *Iudex ſemper facit miſoricordiam, cum facit, vt ille conteratur inter flagella, ne deterior fiat. Vndè eo ipſo quod Iudex punit aliquem, miſericordiam facit: (d) Delinquentes enim punire, genus eſt eleemoſynæ. (e)* Mitiſſimus erat *Moyſes* ſuper omnes homines, tamen quãdo vidit idololatriam in populo *Iſrael*, qui toties irritauerat Dei bonitatem, zelo *Dei* accenſus, ſepoſita manſuetudine, iuſtitiam exercuit. Zelantiſſimus erat *Elias*, qui Cœlum clauſit, ignem de ſupernis deſcendere fecit, qui ferrum ſtrinxit contrà *Prophetas Baal* pro *Dei* honore vindicando: tamen quando puerulum *Sunamitidis* voluit reſuſcitare, ſe illi cõformauit, ſe ad illum inclinauit, & cordis proprij calore fouit. Sic debet eſſe *Superior*, ſit *Moyſes* manſuetus, aliquandò ſeuerè vindicans; ſit *Elias* zelo accenſus, aliquandò indulgens; & ſic miſceat cum ſeueritate clementiam, cum manſuetudine rigorem. *(f)* Vndè concludebat *Diuus Gregorius (g) Sit amor, ſed non emolliens, ſit rigor, ſed non exaſperans; ſit zelus, ſed non immoderatè ſæuiens; ſit pietas, ſed non plùs, quàm expediat parcens.* Et *Tridentinum (h) Cum manſuetudine rigor, cum miſericordia iudicium, cum lenitate ſeueritas eſt adhibenda.* Quod ſi ex humana imperfectione, (quæ non nouit aliqnando in facti contingentia an rigore, an miſericordia potiùs eſſet vtendum,) Superior peccare debet, minùs culpabile eſſet, quod in miſericordia, quàm in nimia iuſtitia peccaret. Sunt *Prælati Dei* vicem gerentes; *Deum* ergo pro viribus imitari debent. *Deus* autem ex *Theologica doctrina*, (cum eius *proprium ſit miſereri ſemper, & parcere*) ſemper punit citrà condignum: & maximè notandum quod ex dicto *Prophetæ. Miſericors Dominus, & iuſtus*; & licet æqualem miſericordiam, & iuſtitiam habeat, tamen ſubiungit, *Et Deus noſter miſeretur.* Ex quo in *Superiore* concludendum eſt, miſericordiam debere in correctione ſuperexaltare iudicium. Concludit proindè *Diuus Bonauentura. (i) Ad benignitatis partem plus declinet, per quam reddatur Subditis magis amabilis, & ob quam libentiùs obtemperent.*

III. Quæritur. An de leuibus etiam tranſgreſſionibus teneatur Superior Subditum caſtigare?

SVMMARIVM.

49. *Leuia delicta etiam punire debet Superior.*
Tranſgreſſio Statuti leuis, eſt peccatum veniale.
50. *Religioſus propoſitum faciens non ſeruandi Statuta Religionis, peccat mortaliter.*
51. *Statuta Regularia obligant ſub pœna, non ſub culpa.*
Ea tranſgrediens quomodo peccet.
Ea non obſeruans ex praua conſuetudine, mortaliter peccat.
Sunt antemurale Ciuitatis religioſæ.
52. *Superior non puniens participat in peccato Subditi.*
Peccat mortaliter non corrigendo, licet omnes Subditi peccent venialiter.

49. RESpondetur affirmatiuè: & pro hoc aduerto, quod tranſgreſſio leuis alicuius Statuti, aut conſilij contenti in Regula, importat peccatum veniale tantùm; vndè Religioſum etiam proponentem ſeruare tantùm præcepta Regulæ, & non conſilia peccare tantùm venialiter docuit *Sanchez*. *(l)* Hoc autem ſano modo intelligendum eſt. Quia ſi Religioſus actum voluntarium propoſiti ſui ponit tantùm ſuper præcepta Regulæ dicendo, firmiter volo obſeruare præcepta, ad quæ obligor ex Regula, quam promiſi, nulla habita aduertentia, neque facto propoſito aliquo circa conſilia de ijs non ſeruandis, nec nè, vera eſt recitata ſententia.

50. Si verò facit propoſitum nullo modo ſeruandi conſilia, contentus ſolummodò præcepta exequi; falſa eſt talis doctrina,

tæ, imò Religioſus ſic faciens, & taliter proponens, peccaret mortaliter, quia iſte eſſet verè contemptus conſiliorum Regulæ, & præſcriptorum in *Conſtitutionibus*, in quorum inobſeruantia, vbi contemptus adeſt, interuenit ſemper peccatum mortale. *(m)* Peccat ergo veniãliter ſolùm Religioſus, qui ex fragilitate conſilia ſuæ Regulæ, aut diſpoſitiones *Statutorum* non ſeruat, licet etiam nulla ſeruaret, dummodo non habeat voluntatem poſitiuam illa non ſeruandi.

51. Licet autem quoad ſtatutarias leges ſub culpa *Religioſus* non obligetur, ſed tantùm ſub pœna, vt præter communem *Theologorum moralium* doctrinam, habemus expreſsè nos *Reformati Minores* in *Statutis Reformatis*; *(n)* tamen contrà Statuta peccatur ex negligentia, libidine, in obedientia, & alijs vitijs, quæ vel venialia, vel mortalia ſunt, vt notat *Peyrinus*; *(o)* ità vt impoſſibile ſit Statutum transgredi, quin ſaltem venialiter peccetur; non quod tranſgreſſio Statuti ex ſe venialis ſit, ſed quia, ſimul cum ea, aliquod vitium ex recenſitis ſemper eſt, & ratione talium actuum vitioſorum peccatum committitur, in quantùm virtuti oppoſitæ contrariatur. Si verò *Religioſus*, licet non fecerit poſitiuum propoſitum non ſeruandi conſilia Regulæ, & *Statuta* propria, tamen ea non obſeruat, aut ex continua negligentia, aut alio vitio conſuetudinario, & in illo verificatur dictum Senecæ. *Quæ fuerunt vitia, mores fiunt*, iſte, ratione periculi non obſeruandi præcepta Regulæ, cum ſic tranſcurret conſilia, peccat mortaliter. *(p)* Etenim *Statuta*, & *Conſilia* conducunt ad obſeruantiam præceptorum, & moraliter impoſſibile eſt, quod aliquis vniuerſaliter *Statuta* non ſeruet, & cum hoc præcepta Regulæ perfectè adimpleat. Muri ſunt Ciuitatis Regularis præcepta Regulæ, quæ cuſtodita à vigilibus Religioſis Dæmonem hoſtem, ne Ciuitate potiatur, tutantur. *Statuta* verò, & conſilia ſunt antemurale, quod facit ad conſeruationem muri. Ecce ergo quid dicebat Hieremias *(q) Luxit antemurale, & murus diſſipatus eſt*. Derelicta nempè cuſtodia antemuralis, & data copia inimico, vt ipſum deſtruat, patet illicò ipſi aditus, vt contra muros arietet, & illos euertat; & ità vigente Statutorum inobſeruantia, aperitur illicò tranſitus ad totalem præceptorum tranſgreſſionem.

52. Hæc præmiſi ad ſolutionem quæſiti. *Superior* enim non puniens ex officio Subditum peccantem, participat in eodem peccato: *(r)* ſi ergò Superior non puniat Subditum, qui conſuetus eſt nulla conſilia Regulæ, aut *Statuta Ordinis* ſeruare vniuerſaliter, iſte in peccato communicabit non caſtigando; ratio eſt, quia, vt ſupra probatum eſt tranſgreſſio vniuerſalis *Statutorum* ratione periculi inobſeruantiæ præceptorum, in Subdito eſt peccatum mortale; tali ergo peccato delinquet Superior ex negligentia non caſtigans. Pariter licet Subditi leuiter peccarent tantùm, dum aliquam Conſtitutionem non obſeruant, vt, verbi gratia, ſilentium non cuſtodiendo, otiosè viuendo &c. & ad ſingulas, vel ad illorum maiorem partem talis inobſeruantia tranſiret in tantùm, vt in illo Conuentu, nulla violati ſilentij, aut otioſitatis practicatæ haberetur ratio; quantumuis Subditi venialiter tantùm peccarent, ſic agentes; tamen Superior non puniens, & illi tranſgreſſioni non reſiſtens, mortaliter peccat. Quia Prælatus ſub mortali tenetur expurgare ſuam Rempublicam à conſuetudine etiam leui peccati, & ipſam abſtrahere à peccato etiam veniali, quando frequenter cõmittitur. Licet enim ſingularibus perſonis notabile damnum non cauſetur, tamen Reipublicę notabile nocumentũ infertur; tum quia facilis eſt tranſitus de vna ad aliam tranſgreſſionem, & à violatione *Statutorũ* ad inobſeruantiam Regulæ, qui enim *ſpernit modica, paulatim decidet*. *(s)* Nec ad excuſandas excuſationes in peccatis dicat aliquis, quod cum Subditi quilibet, in tali caſu, non peccent, niſi venialiter, neque *Prælatus* pluſquam venialiter peccabit, cum vna, & eadem res non debeat diuerſimodè iudicari. Eſt enim falſa conſequentia. Quantumuis enim ingredientes vineam, & aſportantes racemum vuæ, non peccent niſi venialiter, tamen Cuſtos vineæ ex officio, qui tenetur prohibere, & non prohibet, peccat mortaliter, ſi ex ex multiplici aſportatione læſus manet Dominus vineæ in notabili quantitate, vt communiter tenent *Doctores*. Sic eſt *Prælatus*, qui poteſt dicere. *Poſuerunt me cuſtodes in vineis, vineam meam non cuſtodiui*. *(t)* Quantumuis venialiter tantùm peccantes habeat Subditos, tamen ex frequenti, & tolerata, abſque correctione tot venialium praxi, ipſe negligens peccet mortali-

taliter. (u) Ex his liquidò apparet, quomodo Superior teneatur Subditum, vel Subditos etiam de leuibus caſtigare.

IV: Quæritur, An expediat magis paternaliter, quàm iudicialiter punire?

SVMMARIVM.

53. *Crimina paternaliter magis, quam iudicialiter caſtiganda.*
54. *Denunciatio intendit ſolam emendationem,*
Scaturit à fonte charitatis.
55. *Correctio fraterna, quando præmittenda denunciationi.*
56. *Proceſſus malè fabricatus quot damna cauſet.*
57. *Superior quando iudicialiter, & quãdo paternaliter debeat procedere.*
Charitas ſuper omnia illi neceſſaria.

53. RESpondetur, quod præſtat magis Subditorum crimina paternaliter punire, quàm iudicialiter vindicare, Quia pari motiuo regulari debet priuatus Religioſus, qui peccatum alicuius detegit Superiori, vt caſtigetur, & *Prælatus*, qui in criminoſum debet ex officio animaduertere, quia ambo principaliter debent habere pro ſcopo, Fratris, & Subditi, reſpectiuè, emendationem. Non enim ſolum zelum iuſtitiæ vindicatiuæ in caſtigando directorem ſui iudicij debet habere *Prælatus*, ſed manſuetudinem charitatis, quæ Subditi ſanitatem principaliter intendit. Debet cum *Samaritano* infundere oleum, & vinum, & alligare vulnera Fratris, & ſic eum curare; hoc eſt miſcere oleum miſericordioſæ charitatis, & vinum temperatæ iuſtitiæ, non acetum mordax, & exulcerans, & vulnera inflammans, hoc eſt rigoroſam, & ſeueram animaduerſionem; & ſuper omnia debet alligare vulnera, ne videantur; hoc eſt, quantùm ſibi licet, curare, quod ſecreta remaneant crimina, & fama proximi conſeruetur, & minùs, quàm poſſit, lædatur. Boni *Medici* eſt, ad præceptum *Hippocratis* infirmum curare *Citò*, *Tutò*, & *Iucundè*. Sic & Superior celeritatem debet ſeruare in Subdito per punitionem medendo, ne in infirmitate peccati ſui contabeſcat, & abyſſus abyſſum inuocet, hoc eſt à ſimplici peccato in ſcelus qualificatum proruat. Debet pariter curare *Tutò* adhibendo ea media, quibus ſcit Subditum eſſe recuperaturum priſtinam ſanitatem; non dare illi pharmaca, aut periculoſa, aut eius complexionis vires ſuperantia, quæ potiùs mortem, quàm ſalutem in ipſo poſſint promouere, iniungendo ſcilicet, aut crimen excedentes, aut nimis confuſibiles pœnitentias, ob quas potiùs Subditus exaſperetur, & nouo peccato moriatur, quàm per pœnitudinem cordis ad priſtinam valetudinem reducatur. Sed, & debet curam *Iucundè*, vt minùs, quàm fieri poſſit æger doleat in curatione: & ferro, aut igne non curetur morbus, qui oleo poteſt tolli; hoc eſt per affectuoſam charitatis manſuetudinem, ità ſe gerat *Superior*, quod Subditus cognoſcat, quod ex amore ad punitiuam curationem mouetur, & ea tantùm applicat media, quæ faciunt ad ſui incolumitatem, non tormentum; deſiderans in totum ſanitatem ſuam, & nullo modò confuſionem. In ſumma ſicut ad alium ſenſum cecinit *Horatius*.

Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci.

ità perfectus erit Superior ille, qui *vtilitatem* tum Subditi peccantis, tum Religionis totius procurabit in caſtigando criminoſum; ſed *vtilitatem* miſcebit cum *dulcedine* ſic ſe regendo in præſcribenda punitione, vt in ea primas partes occupet charitatis dulcedo, & non rigoris acrimonia.

54. Sic ergo ſe gerat *Superior* puniens, ſicut Subditus denuncians crimen. Stat enim, quod denunciatio nil aliud intendit, quam proximi emendationem, (x) ſcaturit enim à puro fonte Charitatis. (z) Qui ergò ex charitate Fratris ſalutem deſiderat, duo media habet, puta correctionem fraternam ad præſcriptum *Euangelij ſi peccauerit in te Frater tuu, vade, & corripe*; & denuuciationem, *Si non audierit dic Eccleſiæ*.

55. Conſtans autem *Doctorum* ſententia eſt, quod fraterna correctio denunciationi præmittenda eſt, quando per eam emendatio Fratris delinquentis ſperatur; vnde firmant quod denunciatio criminis, etiã publici, ſiuè tendat in ſolum damnum delinquentis, vt gula, fornicatio, & huiuſmodi; ſiuè ſe extendat ad damnum tertij, puta alterius Religioſi, ſiuè Religionis, vt detractio famæ; vita ſcandaloſa, & ſimilia; denunciatio inquam Superiori non eſt facien-

cienda, quando Probabiliter ſperatur emẽdatio per correctionem fraternam. (&) Pari modo duo habet fora *Superior*, qui etiam ipſe ex motiuo charitatis ſe debet gerere; vnum eſt *Paternum*, & aliud *Iudiciale*; in illo præſidet manſuetudinis clementia; in iſto iuſtitiæ rigor, ſed vtrumque dirigit charitas. Si ergo per pænitentiam ſalutarem iniunctam in paterno foro ſperatur plenè Subditi emendatio, quãtumuis pœna non æquet grauitatem criminis, *Superior* procedat vt *Pater*, & virga corrigat; ſic enim plenè animam Fratris ſui lucrabitur. Si autem paterna correctio non ſufficit; vel quia ſubditus crimen non agnoſcit, vel quia ipſum non vult confiteri, vel quia crimen ipſum enorme eſt, & non ſeuerè punitum poteſt alijs dare anſam peccandi, tunc procedat vt *Iudex*, & faciat vt ad menſuram delicti, ſit etiam plagarum modus; & vulnus, quod non curat vnguentum, curet ferrum. Sed bone Deus, quot inconuenientia videntur, imò lugentur à bonis in Religionibus paſſim ex neglecta hac praxi?

56 Nonnulli Superiores reperiuntur, qui ſtatim ac ſimplicem denunciationem dè aliquo remediabili crimine habent, nulla adhibita aduertentia, ſi denunciatio eſt præmiſſa correctione fraterna, vt debetur; nec ſi procedat à ſimplici deſiderio emendationis Fratris peccantis; an ex æmulatione, ſimultate, vel liuore; & ſub nomine denunciationis palliata incedat accuſatio; nec à quibus denunciatio fiat, putà ſi à Religioſo timorato, vel à Fratre rixoſo, inquieto, aut æmulo denunciati; ſtatim inquam, ea recepta, cum facultatiuum, vt dicam aliàs, ipſis ſit procedere vt *Patres*, induunt perſonam *Iudicis*, & ad conſtruendum proceſſum accinguntur. Sed quo exitu? Vndequaque pernicioſo, tum *Iudici*, tum *Reo*, tum quod magis eſt, *Religioni* vniuerſæ. Etenim,

Rara auis in terris, nigroq; ſimillima Cygno,

reperitur intrà Clauſtra; qui benè nouerit, & legaliter fabricare proceſſum. Licet enim ex priuilegio Bonifacij VIII. non teneantur ad apices, & ſolemnitates iuris, tamen ad eius eſſentialia tenentur, & in his multipliciter peccant in tantùm, quod proceſſus euadunt nulli, & hoc, vel quia ordinem ex ignorantia non ſeruant, vel quia ex paſſione ſuggeſtiuas interrogationes Teſtibus faciunt, vel aliàs inhabiles ad teſtificandum admittunt, & centum huiuſmodi. Præter quam quod, viget falſiſſima inter pleroſque maxima, & eſt quod Superior aggrediens proceſſum, ſi Reum proceſſatum aliqua pœna non puniat, propriæ exiſtimationis iacturam facit. Hinc ſiuè *Reus* prætenſus, reperiatur de iure punibilis, ſiue non, volunt omninò ipſum quaquauerſum, non zelo perſequẽdi criminis, ſed tuendi proprij honoris cauſa, pœnitentiare. Et ſi *Aduocatus* Rei nullitates in proceſſu exiſtentes demonſtret, & proceſſum inualidum probet; contrà ius, & fas, (& plerunque per indirectas vias) volunt proprios errores ſuſtentare, vt legitimos; & exuta perſona *Iudicis* induunt officium partis; ſcribunt ad Superiores *Generales* mille impoſturas, tum contrà proceſſatum, tum contrà *Aduocatum*, dicentes ſe non poſſe Prouinciam benè gubernare culpabiles caſtigando, quia habent patronos defendentes, omnes relaxatos; quia & ipſi talis vitæ ſunt; & licet crimen, ſuper quo fabricatus eſt proceſſus nou ſit ad normam legis probatum, tamen *Reum* prætenſum debere ex multis alijs capitibus puniri, quia eſt homo inobſeruans, ſcandaloſus, ſecularizans, & centum huiuſmodi, vt plurimum falſa, & ità miſer *Prouincialis* cum ſit ignarus criminaliſta angitur moleſtijs læſæ exiſtimationis, & propriam animam tot peccatis vinculat, quot detractionibus famam proximi apud Superiores *Generales* deturpat. En primum damnum proceſſanti.

Non leuius detrimentum patitur proceſſatus. Ex hoc enim, quod proceſſatus auditur in Prouincia maximam ſentit propriæ exiſtimationis iacturam; & apud alios Religioſos malè audit. Inſuper ex eò quod auiditatem ſuæ confuſionis in *Superiori* agnoſcit obſtinatur in tegendo crimine, & peccatum illud, quod paternè monitus agnouiſſet, iudicialiter inquiſitus non tantùm tacet, ſed & peierando negat, & in obſtinatione sè firmat incorrectus. *Religionis* tandem ex his deplorabilis fit conditio, etenim nudantur eius ignominiæ Sæcularibus, & qui ex reliquorum deuotione ædificati optimam de ipſa habebant opinionem, reſcientes talia intrà clauſtra perpetrari, bonam exiſtimationem dè illa amittunt ſcandalizati. Etenim *proceſſatus* vult ſe quoquomodo tueri: hinc Appellationis beneficio, quod denegari iuſtè non poteſt, Curiam petit, munitus Potentium commendationibus, & quod deplo-

plorabiliùs eſt, etiam pecunia; ſæculares *Aduocatos* conſulit, *Prælatos* informat, *Cardinales* ſupplicat, negat affatim delictum, & totum proceſſum in paſſionem, & animaſitatem *Superioris* refundit. Luſtrantur acta, examinantur probationes, iſtæ inueniuntur inefficaces, illa nulla, *Reus* abſoluitur, & tandem apparatus iſte iuriſdicè inſtructus, terminat in hoc, quod *peccator* remanet impunitus, *Superior* vt liuoroſus agnoſcitur, & totum in miſeræ *Relig,onis* damnum tandem refunditur.

57. Quid ergò faciendum? Abſtinendum totaliter à faciendis proceſſibus, & dimiſſa iudiciali via puniri debent Subditi tantùm paternaliter? Hoc dicere vniuerſaliter tutum non eſt; quandoquidem refragatur lex, quæ in grauiſſimis, enormibus, & atrocioribus criminibus; in *Accuſatione*, & in *Exceptione* vetat abſque tela iudiciaria procedere. Quid igitur præſtandum à *Prælatis*? In *deuuntiationibus*, & in *clamoroſa inſinnatione*, in quibus arbitrarium ipſis eſt procedere vt *Patres*, & vt *Iudices*; punitionem paternalem amplectantur. In cæteris, in quibus iudicialis via neceſſaria eſt, meminerint eorum, quæ ſcribit *Ambroſius (a) Dum iuſto ampliùs iraſcimur, & volumus aliena coercere peccata, grauiora committimus*. Dum *Iudex* liuore tabidus, contrà Subditum culpabilem ira efferueſcit, & eius vult peccata punire, ex paſſione, in grauiora mala prolabitur. Igitur paſſionem exuat *Prælatus*, ſubditum vt Fratrem ægrotantem agnoſcat, & medicinam pœnalem ex ſola charitate propinet. Vnde *Chriſoſtomus* nil magis in *Prælato* neceſſarium charitate agnouit ſcribens *(b) Oportet autem, vt antè reliqua omnia charitatem habeant in ſè Paſtor* quod proſequitur, demonſtrare exemplo *Petri, Moyſis, Dauid, Samuelis*, & *Pauli*, quorum feruentiſſima apparet erga Subditos charitas. Meminerit iterum, eius quod dicit *Pſalmographus*. *Erudimini qui iudicatis terram*; non ſe accingat ad inſtiſtituendum proceſſum, ſi eruditione, & ſcientia criminali idonea non ſe probat ſufficienter inſtructum, ſed ſe peritiori negotium committat. Vt ambos euitet ſcopulos, culpas in foro paterno ipſe emendet, prò *Iudicali* alium deleget minimè *Reo* ſuſpectum, & in re criminali expertum, ità fiet, vt proceſſus aut ex cœcitate paſſionis, aut defectu ſcientiæ non vitietur; ipſe immunis erit à labore, & cenſuris; *Religionis* commodo tandem, & Criminoſorum punitioni ſalubriter prouidebitur.

V. Quæritur quos Subditos debeat Superior Regularis punire, mediatos, aut immediatos?

SVMMARIVM.

58. *Triplex Superior Ordinarius.*
59. *Subditos immediatos debet Superior caſtigare.*
60. *Ordo diuinæ adminiſtrationis in Creaturis.*
Imitari debet in Regimine Religionis.
61. *Superior Magiſtratus cognoſcat, vbi inferior negligit.*
62. *Prouincialis cumulatiuè cum Guardiano pœnitentias imungere poteſt.*
Punit, ſi Guardianus eſt negligens in puniendo, Subditos.
Nequit differre pœnitentias, vt ad Viſitatores referantur infligendas.
63. *Fortitudo neceſſaria in Prælato.*
64. *Prælatus localis eſt ſicut Epiſcopus.*
Eccleſia Collegiata comparatur Cathedrali.
65. *Archiepiſcopis cõparatur Prouincialis. Generalis eſt ſicut Patriarcha.*
Archiepiſcopus qualem iuriſdictionem habet in Subditos Epiſcopi.
66. *Prouincialis quomodo in ſua Prouincia poſſit, quæ Generalis in tota Religione.*
67. *Generalis poteſt ſubditum eximere ab Obedientia Superioris localis, vel Prouincialis.*
Obedientia erga Guardianos eſt præceptum eminens.
68. *Prouincialis non poteſt omnes Fratres Prouinciæ ſibi ſoli ſubdere.*
69. *Prouincialis non poteſt regulariter corrigere in Capitulo culparum.*
70. *Guardianus poteſt reſiſtere Prouinciali, qui turbat eius Officium.*
Reſpondetur ad inſtantiam.
71. *Ordinarij nomine, qui Superiores veniant.*
72. *Dictio* dumtaxat *quid importet.*

Cau-

73. *Cauſæ, etiam apud Regulares, in prima inſtantia tractandæ coram Superioribus Ordinarijs.*

58. Reſpondeo, quod quilibet Subditus Religioſus triplicem *Superiorem Ordinarium* habet, ſcilicet *Localem*, *Prouincialem*, & *Generalem*; & licet ſit ſub omnium obedientia, tamen non æquali modo, & ordine ab omnibus reſpicitur. Nàm in actionibus ordinarijs Religioſorum, vt exempli gratia, exeundi à Conuentu, eundi ad Chorum, Refectorium, & ſimilibus, ſubeſt poteſtati, & correctioni *Guardiani*, qui tamen non poteſt in nonnulla, ad quæ non ſe extendit ordinaria ipſius facultas; vt puta dimittendi ad Ordines, puniendi per viàm Iudicialem delicta grauiora, quæ ex *Conſtitutionem* præſcripto per ſolùm *Iudicem* legitimum poſſunt expediri. Pariter *Prouincialis* erga hunc Subditum habet propria munera, quæ ipſi conueniunt ex officio; vt dimittere ad Ordines, dare obedientiam eundi per propriam, & conterminas Prouincias, & huiuſmodi. Nequit tamen alia, quæ ad ſolum *Generalem* pertinent, vt concedere facultatem eundi ad concionandum in Ciuitatibus Prouinciarum longè à ſua diſtantium; diſpenſare ſuper diſpoſitionibus *Statutorum Generalium*, & ſimilia. Quilibet ergo Superior habet ſua diſtincta officia reſpectu eiuſdem Subditi, ità vt in vno caſu vni, & in alio caſu alteri Superiori ſubijciatur; vnde fit quod vnus, & idem ſubditus reſpectu alicuius Superioris fit in vno caſu Subditus immediatus, in alio mediatus. Exempli gratia. Clericus negligens ad ſurgendum ad Matutinum pro correctione, & pœnitentia debita ſuæ deſidiæ eſt ſubditus immediatus *Guardiano*, ſed mediatus *Prouinciali*, & *Generali*, omnes enim iſti tres paternaliter poſſunt hanc negligentiam punire. Sed in alio caſu puta in percuſſione graui alterius Religioſi, non eſt ſubditus *Guardiani*, quo ad cognitionem huius criminis, ſed immediatè ſubijcitur *Prouinciali*, qui priuatiuè quo ad *Guardianum* de hoc habet iudicare. & mediatè *Generali*.

59. Quibus ſtantibus dico, quod rectum ius eſt, quod *Superior* in Suos ſubditos immediatos iuriſdictionem exerceat: in mediatos verò, in caſu, quo *Superior* immediatus culpabiliter negligeret, vel Subditus à *Superiore* immediato, ad mediatum cauſâ grauaminis appellet. Aſſertio hæc militat pro vtroque foro paterno, & iudiciali; fundatur verò in ratione tum *Politica*, tum *Canonica*. Etenim ordo hierarchicus eſt, vt ſupremus regat infimos per medios, & infimi per medios ad ſupremum reducantur; vt dicitur in quadam *Extrauaganti*. (c) In hierarchia enim cæleſti non immediatè à *Deo* illuminantur infimi *Angeli*, neque reguntur cæteræ creaturæ, ſed ſibi immediatos Spiritus *Deus* illuminat; & ab his inferiores illuminantur. Non immediatè ſe ſolo *Deus* effectus naturales in Mundo producit, ſed ad ipſius rectum gubernium vtitur creaturis, tanquam inſtrumentis, licet ſibi minimè neceſſarijs. Omnia quidem ſummo, & abſoluto ipſius imperio ſubſunt, non tamen ſic immediatè, quod creaturæ inferiores non habeant ſupra ſe alias creaturas *Deo* viciniores in perfectione tum naturæ, tum gratiæ. Hinc bruta hominibus, hi *Angelis Cuſtodibus*, iſti *Archangelis*, *Thronis*, *Dominationibus* reſpectu Ciuitatum, Prouinciarum, Imperiorum ſubſunt, donec veniamus ad ſupremum Spiritum, qui *Deum* ſolum habet ſibi immediatè Superiorem. Pari modo regulatur hierarchia Religionis, ſupremus enim hierarcha *Generalis* eſt, poſt hunc *Prouincialis*, & *Localis* Superior, qui infimis, hoc eſt ſubditis Religioſis præſident.

60. Sicut ergo *Deus*, vt dicebat *Auguſtinus*, *ſic res, quas condidit adminiſtrat, vt proprios motus agere ſinat*; ità pariter fieri debet in Religione. Si loquamur in foro paterno, localis *Superior* ſuos motus, iuriſdictionem nempè ſuam, *Prouincialis* pariter ſuam iuxtà proprij officij exigentiam exercere debent; nec in officio *Guardiani Prouincialis*, aut in munere huius *Generalis* debet ſe immiſcere. Turpe, & inconueniens eſt, quod *Prouincialis* velit ſe gerere *Guardianum* in pœnitentiando Subditum pro culpa, quam emendare ſpectat ad *Guardianum*, hoc enim eſt interrumpere ordinem hierarchicum, & turbare poſſeſſionem, & vſurpare officium alterius; quod non permittitur in iure.

61. Sancitur enim, quod ſolùm quando *Magiſtratus* inferior negligit, debet *Superior* cognoſcere. (d) In actu viſitationis ſi Prouincialis reperit Subditum punibilem, quem impunem localis Superior negligens in proprio officio relinquit; & Subditum, qui peccauit, & Superiorem lo-

ca-

calem, qui non correxit debet punire.

62. Concedo quidem *Prouincialem* poſſe aliquam pœnitentiam iniungere pro delicto, etiam leui, tum *in*, tum *extrà* Viſitationem: cum enim hoc cōcedatur *Guardianis* de iure, non priuatiuè quò ad Superiores maiores, cenſetur cumulatiuè illis conceſſum, vt doctè aduertit *Sanctorus*. *(e)* Sed vti tali poteſtate ſibi licita, *Prouinciali* non conſulo. Multa licent, non omnia tamen expediunt; talis enim poteſtatis vſus tacitè offendit Superiorem localem, quaſi ipſe ſit ineptus, Subditos, pro officio, emendare. Inuenio in antiquiſſimis *Statutis Narbonenſibus*, *(f)* vbi *Cuſtodes*, & *Guardiani* declarantur eſſe *Ordinarij Superiores*, monitum hoc, *Caueant tamen ne in officijs ſuis ſe conturbent*; quod profectò ſequeretur, ſi *Prouincialis* punitionem Subditorum *Guardiano* demandatam ipſe abſque cauſa exerceret. Si negligentem in corrigendo *Guardianum* obſeruet, ipſum corripiat, & caſtiget, & ad complendas ſui officij partes compellat. Sed hoc parùm vidi practicatum. Super Subditos plerunque cadunt flagella, non ſuper Superiores in Viſitationibus, quæ tamen ad ſindicatum *Superioris localis* inſtitutæ ſunt. Si enim aliquando, aut loco dimotos Superiores locales vidi, aut aliquo modo pœnitentiatos, hoc fuit ob aliquam aliam cauſam, non quia negligentes fuerint in pœnitentiandis Subditis ſuis. Et tamen iſta ſuper cæteras tranſgreſſiones grauiſſima eſt in *Guardiano*, & toti Religioni pernicioſiſſima. Quod enim ipſe ſit indeuotus, guloſus, ebrioſus, & ſimilia, hæc ſunt vitia, quæ ſibi ſoli officiunt, & Subditis nocent ſolùm ratione mali exēpli, quod ipſis præbent. Quod ſint nimis auari, in prouidendo victu parci, aut eleemoſynas Conuentus fraudantes, hoc nocet quidem omnibus, ſed corporaliter tantùm. Sed quando culpas ſubditorum non emendant, ſed ſinunt eos facere, quod ſibi bonum videtur, hoc exitioſiſſimum in Religione eſt, ſunt enim Subditi illi, vt milites abſque Duce ordinante, vt oues abſq; paſtore cuſtodiente, quæ expolitæ ſunt luporum vaſtitati hoſtili, & in extremam perniciem miſeræ illorum animæ incorrectæ adducuntur. Res quidem deploranda, vt dicebat *Bernardus*. *Cadit aſinus, & eſt, qui ſubleuet, cadit anima, & non eſt, qui corrigat*. Nec ſe eximunt iſtiuſmodi *Superiores* à culpa, dum ipſi defectus Subditorum obſeruant, & ſilent, & poſtea in viſitatione deferunt *Prouinciali*, vt caſtiget. Quia ſui officij eſt Subditos ſuos immediatos ſic caſtigare; & ſic peccant peccato omiſſionis. Secundò famam proximi produnt, quem ſi emendaſſent, aut ſecretò, aut publicè, in illo ſolo Conuentu, eius crimen non ità euulgaretur, ſicut quando pœnitentiatur à *Prouinciali*, & ſic peccant contra charitatem. Tertiò ſi ſuo tempore fuiſſet correptus Subditus ſe emendaſſet, & dum emendationem eius tanto tempore diſtulerunt, animam illius in peccato inſordeſcere reliquerunt, & ſic peccant contrà iuſtitiam. Hinc eſt, quod in *Statutis Reformatis* *(g)* cauetur ne *Prouinciales Miniſtri* pœnitentias delinquentium differant, ad hoc vt iſti à *Viſitatoribus* puniantur, quod pariter ex identitate rationis debet extendi ad *Guardianos* reſpectu *Prouincialium* viſitantium.

63. Et hoc prouenit vt in pluribus ex defectu fortitudinis, quæ debet eſſe in Superiore. *Noli quærere fieri Iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitatem*. *Eccleſ. ſeptimo* dicebat *Spiritus Sanctus*. Si Religioſus ſe cognoſcit natura timidum, neque habere eam animi conſtantiam, quæ ad frangendam audaciam proteruorum neceſſaria eſt, non acceptet ſuperioritatem, quia inter cæteras virtutes fortitudo in *Prælato* neceſſaria eſt, vt probat *Peyrinus*. *(h)* Nec timor, quem habet, quod ſi corrigit pro debito Subditum, iſte moleſtè accipiet, & in Superioris vitam armabitur, excuſat Superiorem localem ſic non corrigentem; quia iſte tenetur etiam cum periculo propriæ vitæ illum corrigere. *(i)* Ex dictis ergo patet quomodo in foro paterno quilibet Superior immediatos Subditos ſuos punire debet. Sed quid de iure, ſi *Prouincialis* ſe vellet immiſcere in officio Guardiani, & ipſius Subditos indiſcriminatim pœnitentiare? Poſſet ne *Guardianus Prouinciali* reſiſtere?

64. Dico, quod ſic. Etenim Superiores locales ſunt ſicut *Epiſcopi*, *(l)* quod patet ex hoc, quod *Eccleſia Conuentualis* comparatur *Cathedrali*, *(m)* & proindè etiam *Prælatus localis Epiſcopo*.

65. Porrò *Prouinciales* ſunt ſicut *Archiepiſcopi*, & *Generalis* vt *Patriarcha*, *(n)* qui ſoli *Romano Pontifici*, & Vniuerſali ſubeſt. *Archiepiſcopus* verò iuriſdictionem non habet in ſubditos *Epiſcopi* ſuffraganei ſui, niſi in caſibus in iure expreſſis. *(o)* Nos

autem

autem habemus in iure noſtro, quod in criminibus leuibus, & nonnullis grauibus, quæ ſinè ſcripto puniuntur *Guardiani* puniant, & *Prouinciales* in grauioribus, quæ per iudicium expediuntur procedant; (*p*) ergo ſolùm in iſtis poterunt *Prouinciales* caſtigare. Dicetur fortè, quod hoc procedat in foro iudiciali, non in paterno, proindè in paterno poſſit *Prouincialis* pro libito punire. Sed contrà. Ità habet duplex forum *Guardianus* in caſibus ſvi iuris, ſicut *Prouincialis* in ſuis, ergo ſicut non poteſt *Guardianus* præueniri, aut impediri à *Prouinciali* in foro ſuo iudiciali, ità nec in foro paterno. Quod autem in foro iudiciali præueniri ſic non poſſit, infrà probabo. Inſtabis; ſicut *Generalis* poteſt eximere Subditum ab obedientia *Guardiani*, in toto Ordine, vt contrà *Rodericum*, & *Mirandam* benè probat *Sanctorus Comment. cap.* 12. *Statut.* 12. *quæſt.* 4. *verſ. An Generalis poſſit fol.* 685. ità idem poterit *Prouincialis* in Prouincia ſua, ſed in tali caſu Subditus ille ſic immediatè eſſet ſub obedientia Generalis, quod illum paternè corrigere poſſet ſolus Generalis priuatiuè quoad *Guardianum*, ergo, & omnes Subditos alicuius *Guardiani* poteſt *Prouincialis* ſic paternè corrigere, licet hoc poſſit etiam *Guardianus*, à cuius obedientia non ſunt exempti. Ad hoc reſpondeo, & dico, quod maior eſt falſa.

66. Verum enim eſt, quod illa, quæ poteſt Generalis in tota Religione, poteſt Prouincialis in ſua Prouincia, hoc tamen intelligi poteſt in caſibus iure cautis; quod ſi abſolutè intelligatur propoſitio illa, falſa eſt, non enim poteſt ſuper Conſtitutionibus Ordinis diſpenſare, nec ea authenticè declarare, nec pœnas ab illis taxatas remittere Prouincialis in ſua Prouincia, quæ omnia tamen poteſt Generalis, vndè ruit ſimilitudo.

67. Pariter admiſſo, quod ex aliquo motiuo rationabili Prouincialis aliquem Subditum ſibi immediatè ſubderet, & tali caſu ſupra illum duplicem poteſtatem immediatè, & vniuerſaliter exerceret, puta paternam, & iudicialem, non tamen ſequitur, quod poſſet tali modo eximere omnes Fratres ab obedientia Guardiani. Ratio eſt, quia obedientia erga Guardianum eſt ex præcepto Regulæ, & cum importetur per verba imperatiua (*q*) inter eminentia connumeratur. Quantumuis autem poſſit Prælatus diſpenſare ſuper præceptis Regulæ, tamen ad hoc, quod diſpenſatio ſit, oportet, quod ſit cum legitima cauſa, (*r*) aliter non erit iuſta diſpenſatio, ſed iniuſta diſſipatio: & non poteſt eſſe diſpenſatio vniuerſalis ſuper omnibus præceptis, tum quia moraliter impoſſibile eſt, quod adſint iuſtæ cauſæ diſpenſandi in omnibus; tum quia taliter diſpenſatus, ſaltem in actu exercito, non eſſet *Religioſus*. Ex eodem ergo principio, impoſſibile eſt, quod tales cauſæ dentur, ob quas omnes *Religioſi* eximerentur validè ab obedientia *Prælati localis*. Seqnitur igitur, quod ſi ratione talis exemptionis valida, & licita aſtruitur in *Prouinciali* facultas puniendi Subditos paternè, vniuerſaliter, & regulariter, illa non ſubſiſtente, hæc pariformiter ruit.

68. Et re vera deſtrueretur tali pacto ordo hierarchicus, ſi omnes *Fratres* poſſent à *Prouinciali* ſibi ſoli ſubdi, & ſuperfluerent *Superiores locales*, qui ad hoc ſolum ſunt inſtituti, vt monitis, & præceptis Subditos ad bonum inſtruant, & à malo retrahant. Hoc autem præſtare ſolus non poſſet *Prouincialis* in tota Prouincia, ſed ad plus in eo Conuentu, in quo ipſe eſſet. Et ſi taliter eximere poſſet omnes *Religioſos Conuentuum* (ſtatim ac aduenit ad illos) *Prouincialis*, per eius aduentum ceſſaret in *Guardiano* exercitium iuriſdictionis in Subditos; eius officium eſſet tumultuarium, nec aliquo pacto poſſet dici *Ordinarius*, & *Regulæ* diſpoſitio violaretur.

69. Ex falſitate ergo illius aſſumpti patet, quod *Prouincialis* non poteſt manens in aliquo Conuentu ſe ingerere in auſcultandis (vt vulgo dicitur) culpis, & corrigendis paternè defectibus ordinarijs in *Refectorio*, ſiuè in *Capitulo culparum*; ſed hoc eſt munus *Superioris localis*, quod nec debet, nec poteſt à *Prouinciali* vſurpari. In aliquo caſu particulari in quo *Prouincialis* vidit defectum Subditi ignotum *Superiori locali* non nego, quod poſſit *Prouincialis* corrigere, & punire: ſed hoc facere vniuerſaliter, & regulariter, hoc eſt cum omnibus *Fratribus*, & pro omni defectu (vt vidi fieri ab aliquibus, qui ægrè ferebant eſſe muti in Refectorio, dum *Superior localis* reprehendendo, vt ſolitum eſt, loquebatur pœnitentiando, proindè ipſi tale munus ordinariè ſibi aſſumebant) nullo modo poteſt.

70. Hinc Guardianus in caſu poſſet

Digitized by Google

Prouinciali reſiſtere, & ius ſuum tueri, & apud *Generalem* contrà ipſum mouere querelam, vtpotè qui ordinariam eius iuriſdictionem turbaret. Et ſi hac de cauſa *Prouincialis* vellet *Guardianum* caſtigare, aut ab officio ſuſpendere, quia illi reſiſtit, poteſt *Guardianus* ſe defendere interponendo appellationem, quæ in tali caſu eſſet licita, quia *Guardianus* iniuſtè grauaretur. Sed quid iuris de ſubdito, cui *Prouincialis* aliquam pœnitentiam de leui, & ordinario defectu iniungeret; aut eundi extrà Conuentum licentiam daret, contrà reclamante, & in contrarium ordinante *Guardiano*? Cui teneretur obedire, *Prouinciali*, an *Guardiano*? Dico, quod *Prouinciali*, vt Superiori maiori ex rationibus ſupradictis. (*f*) Ergo (dices) ſi Subditus tali caſu teneretur obedire *Prouinciali*, *Prouincialis* poteſt iubere, ſunt enim correlatiua iubere, & obedire, quod ſi ex iuſtitia hoc obligat, aliud ſecundùm iuſtitiam erit. Diſtinguo conſequens: poteſt *Prouincialis* præcipere Subdito mediato *validè*, concedo, *licitè* nego. *Validum* ergo eſt *Prouincialis* præceptum, & Subditum obligans in conſcientia: *licitum* autem non eſt, eo quia contra regularem ordinationem eſt. Sed ob hoc non licet Subdito mandatis non obedire, ſicut Excommunicationi validæ eſt deferendum, licet ipſa ſit iniuſta, & proindè non licita. (*g*) Patet ergo ex hucuſque dictis, quomodo in foro paterno *Superior* quiuis in proprios Subditos immediatos poteſt ſuã iuriſdictionem exercere *licitè*, & *validè*; in mediatos autem *validè*, ſed non *licitè*.

71. Quæ autem hucuſque dicta ſunt de foro paterno, à fortiori concludunt de iudiciali, & in hoc ità debent *Superiores* in ſuos ſubditos immediatos tantùm iuriſdictionem exercere, quod ſi in mediatos ipſam exercere volunt, iudicium eſt nullum. Hoc manifeſtè probatur ex diſpoſitione Conciliari *Tridentini*, (*q*) quod ſic habet. *Cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, etiam ſi beneficiales ſint in prima inſtantia coram Ordinarijs locorum dumtaxat cognoſcantur*. Vbi aduertendum, quod nomine *Ordinariorum* veniunt non tantùm *Epiſcopi*, ſed omnes *Superiores* ordinariam iuriſdictionem habentes in cauſa ſeù ciuili, ſeù criminali, de qua agitur. (*i*)

72. Pariter aduertenda eſt clauſula taxatiua *dumtaxat*, per quam excluduntur extranea, & diſſimilia, (*l*) dum ergo dicit, quod in prima inſtantia cauſæ omnes cognoſcantur ab *Ordinarijs locorum dumtaxat*, excluduntur alij Superiores, qui proindè in tali caſu nullam iuriſdictionem habent, & ità ſi in prima inſtantia cognoſcerent, iudicium ipſorum nullum eſſet ex defectu iuriſdictionis, nec *Reus* teneretur reſpondere in iudicio, nec veritatem fateri, quia legitimè non interrogaretur à *Iudice*.

73. Et qnamuis multi *Doctores* dati per *Barboſam* (*m*) dicant prædictum decretum ad Regulares non pertinere, nec quo ad primam inſtantiam ipſorum aliquid noui inducere, & aſſerant ità fuiſſe deciſum à *Sacra Congregatione*, tamen contrarium puto verius, cum militet eadem ratio pro Regularibus, ſicut pro cæteris, puta ordinata diſpoſitio hierarchiæ, vt benè ponderat *Sacterus*. (*n*) Attentò maximè, quod de tali decreto authenticè non conſtat, nec eſt publicatum, nec conſequenter habet vim legis.

VI. Quæritur. An Nouitios, & Tertiarios poſſint Superiores Regulares caſtigare?

SVMMARIVM.

74. Nouitij in vtroque foro ſubijciuntur Prælato Regulari priuatiuè quod ad cæteros.
Gaudent Priuilegio Fori, & Canonis.
Sunt veri Religioſi.
Hos de delicto, quamuis enormi, punit, etiam iudicialiter, Superior Regularis.
75 Tertiarij ſeruientes in Conuentu gaudent priuilegijs Fratrum.
Et ſunt exempti à foro Epiſcopi.
Iudici Regulari ſubduntur.
76. Nouitios, & Tertiarios, commiſſo delicto, volentes ſæculariżari, punire poteſt Superior Regularis.
Etiam ſi deliquerint extrà Clauſtra.
77. Clericus delinquens, factus laicus, punitur à Iudice Eccleſiaſtico.
78. Præſtat illos Epiſcopo puniendos tradere.

Reſpon-

Digitized by Google

74. Reſpondeo, quod contrà vtroſque in vtroque foro, tum paterno, tum iudiciali agere poſſunt. Nouitij enim gaudent priuilegio Canonis *Si quis ſuadente Diabolo*, ex aperta diſpoſitione textus (r) vbi ait, *Quamuis autem is, qui Religionem ingreditur, Religioſus cum effectu dici non poſſit, donec ſit tacitè, vel expreſſè profeſſus. ſi quis tamen violentas manus in eum iniiciat, Excommunicationis latæ à Canone vinculum non euadet*; & hinc ſequitur, quod ſi gaudet priuilegio Canonis, quod eſt maius, à fortiori gaudebit priuilegio fori, quod eſt minus. (s) Et ità pro nullo delicto conueniri poterit coram Iudice Laico, nec coram Epiſcopo: ſed in omnibus, inſtar Profeſſorum, ſubijcitur Prælatis Religionis, eo quia eſt membrum, & pars illius, (t) & eſt Eccleſiaſtius, & eius appellatione venit, (u) & licet non ſit immutabiliter in Religione, tamen eſt verus Religioſus, & gaudet omnibus priuilegijs Profeſſorum, quæ ſtatui Nouitij non repugnant. (x) Hinc ergò patet quod ſubijcitur totaliter iuriſdictioni Superioris localis, & Prouincialis, & Generalis tanquam Ordinarijs, ſicut cæteri Profeſſi, & reſpectu ipſius Superiores Ordinarij habent poteſtatem œconomicam, ſpiritualem, & iudiciariam (z) exceptis ijs, quæ ſpectant ad ipſius educationem, & inſtructionem in vita Regulari, in quibus ſubijcitur Magiſtro ſuo ad præſcriptum Clementis VIII. (a) Ex his ergo apparet Nouitios ſubdi Superioribus Regularibus priuatiuè quoad cęteros, tam in foro paterno, quam iudiciali, & ipſos poſſe cognoſcere de crimine Nouitij, quantumuis enormi, etiãſi ageretur dè homicidio intrà, vel extrà ſepta Conuẽtus cõmiſſo. Et ità firmant communiter Doctores, (b) poſſe in tali caſu Superiorem circà Nouitium, ſicut circa Profeſſum.

75. Pariter *Tertiarios*, qui ſeruiunt in Conuentibus, iiſdemmet priuilegijs, quibus gaudent Religioſi, gaudere, dubium non eſt, non ſolum ex *Canoniſtarum* (c) ſententia, ſed etiam ex declaratione *Sacræ Congregationis*, (d) quæ ità ſonat. *Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum conſulta reſpondit. Fratres Tertiarios Mantellatos, Corrigiatos, alioſque ſimiles ità demum ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum aſſumpſerunt priuilegijs potiri, & ab Ordinarij iuriſdictione exemptos eſſe, ſiviri collegialiter viuant, aut cum Clauſtralibus habitent*. Quod ſi priuilegijs Fratrum gaudent, & à foro *Epiſcopi* etiam exempti ſunt, liquet eſſe ſub iuriſdictione *Superiorum Ordinis*, & ipſos poſſe dictos *Tertiarios* ſic punire, ſicut alios ſuos ſubditos Religioſos. Aduerto tamen tum *Nouitios*, tum *Tertiarios*, prædictos non habere permanentiam fixam in Religione, quia *Nouitij* licet habitum probationis deferant, adhuc voto ſolemni non ſunt ligati; *Tertiarij* itidem aut nullum votum emittunt, aut tantummodò eſt votum ſimplex circà Regulam *Tertij Ordinis*; & ità poſſunt à conuictu Fratrum, & habitatione cum Fratribus ſeparari, & ſic denuò tum *Nouitij*, tum *Tertiarij* ſæcularizari. Poſito autem hoc, & dato caſu, quod vel *Nouitius*, vel *Tertiarius* aliquem *Nouitium*, vel *Profeſſum* vulneraret, aut occideret, & poſt commiſſum delictum vellet redire ad ſæculum, & ità priuilegio, quo gaudet renunciare, quid agendum in caſu? Poſſet ne *Superior* ipſum incarcerare, torquere, & ſententiare?

76. Dico quod ſic, quia, vt habetur in iure, (e) ad fundandam iuriſdictionem prò puniendis delictis attenditur tempus commiſſi criminis; ſupponimus autem in caſu noſtro, quod crimen commiſſum ſit tempore, quo cenſetur *Nouitius* eſſe membrum Religionis initiatiuè; & ſuper illo, vt ſuprà probatum eſt, *Superior Regularis* habet iuriſdictionem etiam coactiuam. Habet ergo *Superior* fundatam iuriſdictionem cognoſcendi dè tali crimine. Dicetur quod illa iura procedunt rebus permanentibus in eodem ſtatu, ſecùs autem illo mutato, vt dicit vna *Gloſſa*, (f) quam ſequuntur multi *Doctores*: (g) vndè cum *Nouitius* velit dimittere habitum Religionis, & reuerti ad ſæculum ſtatum mutat, & ità debet iudicari à *Iudice* ſtatus, in quo eſt nempè à *Laico*, non verò ſtatus illius, in quo commiſit delictum; & confirmatur reſponſio, quia ſi *Laicus* commiſſo delicto fiat *Religioſus* non poteſt dè tali delicto puniri à *Iudice laico*, cuius foro amplius non ſubeſt, vt dicunt *Iuriſperiti*, (h) ità à pari cum *Nouitius Religioſus ex priuilegio* tranſierit ad alium ſtatum, non poterit ampliùs puniri à *Iudice Regulari*, cuius iuriſdictioni ampliùs non eſt ſubditus. Sed ad hoc reſpondeo, quod ſi *Superior Regularis Nouitium* habitu probationis exuat, & extrà Nouitiatum expellat, tum reuera *Nouitius* eſt profectè ſęcularizatus, &

ampliùs illius ſubditus non eſt, nec contra illum poterit procedere; & quod dico dè *Nouitio* pariter intelligendum eſt de *Tertiario*, & ſic valet illa inſtantia; Sed ſi Superior *Nouitium* in habitu *Nouitiatus* manuteneat, & in loco *Nouitiatus* cuſtodire faciat, & ipſi petenti habitum ſæcularem deneget, donec iuſtam pœnam commiſſi criminis ſoluat, iſte non poteſt dici, quod ſtatum adhuc mutauerit, licet mutauerit voluntatem; quia ex iuriſdictione coactiua, quam habet *Superior* in ipſum tempore commiſſi delicti, fixatur eius ſtatus vſque ad tempus congruum, in quò iuſtitiæ ſatisfiat. Ampliùs ſi *Epiſcopus* loci iudicat delinquentem exterum, vt habet quidam *Canon*, (*i*) eo quia delictum facit, quod quis ſortitur forum in loco, in quo deliquit vt notat *Abbas*, (*l*) & delictum commiſſum in *Eccleſia* punitur per *Iudicem Eccleſiaſticum*, vt idem tenet (*m*) licet delinquens ſit laicus; etiam *Superior Regularis*, maximè *Prouincialis*, qui habet auctoritatem, quantùm ad iuriſdictionem coactiuam, ſicut *Epiſcopus*, poterit talem *Nouitium*, qui deliquit intra Clauſtra, quæ ſunt locus ſuæ iuriſdictionis, punire, & iſte, ratione talis delicti, ſuo foro ſubijcitur.

77. Quod magis clarum fit ex hoc, quia *Clericus* reuerſus ad ſtatum laicalem non iudicatur à *Iudice laico* de delicto cōmiſſo in ſtatu Clericali, ſed ſuper illud inquirit *Iudex Eccleſiaſticus*, & hoc ſępè fuiſſe deciſum referunt multi *Doctores*. (*n*) Ergo à pari licet *Nouitius* iſte ad ſtatum laicalem tranſiſſet, ex hoc, quod delictum commiſit, dum erat ſub obedientia *Superioris Regularis*, ab illo debet iudicari, & puniri, & in hac concluſione conueniunt *Doctores*. (*o*) Et non ſolum dè delictis intrà clauſtra à *Nouitio* commiſſis iudicare debet *Prælatus Regularis*, ſed etiam ſi ea commiſerit extrà clauſtra, vt ſcribit *Giurbas* (*p*) & quod dicitur de *Nouitio*, idem eſt dicendum dà *Tertiario* ſeruiente in Cōuentu.

78. Dicta hucuſque procedunt de iure, an autem ità exequi prudentia dictaret, maximè in *Religione* noſtra, aſſerere non audeo. Potius conſulerem *Superiori* abſtinendum eſſe à punitione talis criminis, tum quia nimia eſſet perturbatio Religioſæ quietis in condendo tali proceſſu, prò quò forſan non haberet Superior totalem peritiam, qualem in caſibus ità arduis habere oportet: tum quia concitarentur odia, & maleuolentiæ agnatorum *Inquiſiti* contrà Religionem; tum quia non eſt ità firma talis concluſio ſupra ſtabilita, quod non habeat ſuos contradictores, quos vult videre, adeat *Thoro* citatum. (*q*) Vndè vt *Superior* sè expediret à moleſtijs proceſſus, vitaret tricas de competentia iuriſdictionis, & curaret nè delictum impunitum remaneret, conſulerem, talem *Nouitium*, ſeù *Tertiarium* conſignare in fortijs *Curiæ Eccleſiaſticæ*, (cui deberetur, (*r*) ratione delicti in *Statu Eccleſiaſtico* commiſſi,) vt ab Epiſcopo puniretur.

VII. Quæritur. An Aduenas Religioſos, qui in ſuis Prouincijs, vel Conuentibus delinquunt, poſſint Prouinciales, vel Guardiani reſpectiuè punire?

SVMMARIVM.

79. *Religioſos Aduenas delinquentes punit Superior localis, & Prouincialis. Delinquens ſortitur forum Iudicis, loci, vbi deliquit.*

80. *Prouincialis delinquens extrà ſuam Prouinciam, à quo puniendus.*

79. Reſpondetur affirmatiuè: quià vt Superiori quæſtione dictum eſt quilibet delinquens de iure communi (*s*) ſortitur forum illius Iudicis, in cuius loco iuriſdictionis deliquit; dicitur enim in quodam *Canone* (*t*) *Ibi ſemper cauſa agatur, vbi crimen admittitur*, vbi *Gloſſa* reprobat opinionem quorundam dicentium, quod ſemper debet primò *Iudex Ordinarius* delinquentis cauſam cognoſcere, & poſtea remittere eum ad *Iudicem loci*, vbi deliquit. Oppoſitum enim verum eſt de iure tum *Canonico*, tum *Ciuili*. (*u*) Proindè ratione delicti *Epiſcopus* loci, vbi fuit delictum commiſſum cognoſcere poteſt in prima inſtantia, quamuis non ſit ordinarius domicilij delinquentis; vt refert deciſum *Franciſcus Leo*. (*x*) Nec facit in contrarium *Concilium Tridentinum*, (*z*) vbi inualidantur proceſſus facti etiam ab *Epiſcopis* contrà *Clericos* ſibi non ſubditos delinquentes, niſi cum proprij ipſorum *Clericorum Epiſcopi* interuen-

uentu per ſe, vel per alium; quia *Concilium* loquitur dè *Epiſcopis*, qui virtute priuilegij volunt in non ſubditos animaduertere, vt aſſerit *Aldanus*. (a) Nec tollit *Concilium* in hoc ius commune debitum *Epiſcopis*. (b) In *Religione* autem noſtra habemus legem municipalem, per quam non ſolùm ratione delicti, ſed etiam ratione hoſpitalitatis, ſiuè tranſitus Aduenę, & Forenſes Religioſi obedientiæ, & iuriſdictioni *Prouincialium*, & *localium Superiorum* ſubduntur, habetur enim in ſtatutis Ordinis, (c) quod *Prouinciales in hoſpites etiam Aduenas in ſuis Prouincijs delinquentes ordinariam iuriſdictionem habeant*, & in Reformatis (d) *Al Miniſtro come à Superiore Ordinario ſono obligati vbidire tutti li Frati della Prouincia, & anco Foraſtieri*. Et licet Statuta hæc loquantur tãtùm expreſsè dè *Miniſtris Prouincialibus*, debent intelligi etiam de *Superioribus localibus*, tum quia hoc expedit ad bonum regimen *Religionis*, non ſemper enim vbique locorum adeſt præſentia *Prouincialis*, qui poſſit crimini non patienti dilationem obuiare; tum quia eadem prorsùs militat ratio prò omnibus. Pro indè, in caſibus iure noſtro cautis, ità poterunt contra *Forenſes* delinquentes in ſuo *Conuentu* procedere *Guardiani*, ſicuti *Prouinciales*. Et quod dè *Guardianis* dicitur intelligendum eſt etiam dè *Præſidentibus*, ſeù *Vicarijs in capite*, de quibus par eſt ratio, ac dè *Guardianis*, vt ſupra docuimus.

89. Sed ponamus quod *Prouincialis actualis* alterius Prouinciæ delinquat in mea Prouincia, poſſum ne ego, qui ſum *Prouincialis* ipſum punire? De caſu hoc neminem ſcribentem reperire licuit; tamen ex principijs iuris reſolui poteſt negatiuè. Quia *Epiſcopus* delinquens in aliena *Diæceſi* non punitur ab *Epiſcopo*, ſed à *Papa*, vt dixit vna *Gloſſa*, (e) quæ affert plures *Canones*, & leges, (f) & hoc ſtatuunt infiniti penè alij *Canones*, quos plena manu congerit *Eminentiſſimus de Lauræa in Epitome*; (g) ſpecialiter *Concilium Tridentinum* pluribus in locis. (h) Quod ſi *Prouinciales* ratione dignitatis, & Prælationis comparantur *Epiſcopis*, imò *Archiepiſcopis*, vt dictum eſt, conſequenter dicendum eſt, quod licet delinquant extrà propriam Prouinciam, non tamen poſſint puniri à *Superiore Prouinciæ*, in qua commiſſum eſt delictum, ſed eorum punitio *Generali Miniſtro*, vt ſupremo, reſeruetur, à quò vel per ſe, vel per ſpecialem delegationem debent caſtigari.

Et hoc magis probatur ex eo quod Statuta tum Ordinis, tum Reformata (i) diſponunt, quod *Patres Prouinciæ*, qui munere *Miniſteriatus* functi ſunt non poſſunt aut à *Prouincialibus*, aut à *Viſitatoribus* pœnitentiari, aut puniri, niſi conuocatis cæteris omnibus *Prouinciæ Patribus*, & cum aſſenſu maioris partis eorum. A fortiori ergo concludendum eſt, quod & idem ſeruari debet in eo, qui actualiter in dignitate *Prouincialatus* cõſtitutus eſt; pro ipſo enim ſententiando conuenire deberent non tantum *Patres Prouinciæ*, in qua deliquit, ſed etiam *Prouinciæ* ipſius Sententiandi, eo quia ius ipſorum, in tali caſu, (cum verſetur circa perſonam ipſius Sentẽtiandi,) eſt quodammodo perſonale, & inſeparabiliter perſonæ adhæret, & ipſam conſequitur, præſcindendo à loco, ſeu tempore. (l) Et hoc eſſet in praxi impoſſibile; non enim *Prouincialis*, qui vellet ſententiare habet ius conuocandi *Patres* alterius *Prouinciæ*, ad quam non ſe extendit ipſius authoritas. Vndè in facti alicuius contingentia, in quo ageretur de atroci aliquo crimine commiſſo à *Prouinciali* extrà ſuam Prouinciam, conſulerem proceſſum fabricare vſque ad *Rei* conſtitutionem, & acta ad *Patrem Generalem* tranſmittere, qui vel cauſam per ſe expediret, vel alicui terminandam delegaret, cum opportuna authoritate. Quod ſi crimen eſſet adeò atrox, quod poſſet rationabiliter timeri fuga ipſius *Rei* à Religione; dico tunc poſſe ipſum in carcerem detrudi ad cuſtodiam; & hoc poſſet etiam fieri à *Superiore locali*, (ſi delictum eſſet notorium) cum conſilio *Diſcretorum Conuentus*, vt determinant *Statuta Ordinis*. (m)

VIII. Quæ-

VIII. Quæritur. An primus Diſcretus Ordinis tempore interregni ob mortem Miniſtri Generalis, poſſit cognoſcere de criminibus, quæ ad forum Generalis pertinent?

SVMMARIVM.

81. *Diſcretus primus Ordinis quis ſit.*
Non poteſt cognoſcere dè cauſis ſpectantibus ad Generalem.
82. *Officium quid ſit.*
Quid importet Dignitas.
83. *Diſcretus primus Ordinis nullam poteſtatem habet ordinariam, vel delegatam.*
84. *Delegatus re integra, mortuo Delegante, amittit iuriſdictionem.*
85. *Primus Diſcretus Ordinis circà quæ habeat ordinariam iuriſdictionem.*

85. EX diſpoſitione *Statutorum Generalium Ordinis (n)* habetur, quod, in caſu mortis *Miniſtri Generalis*, dignior *Diſcretus Ordinis* in ea Familia *Ciſmontana*, ſiuè *Vltramontana*, dè quà fuit aſſumptus *Generalis*, debet eos, (ad quos de iure ſpectat habere votum pro electione *Vicarij Generalis*,) conuocare; & ſi *Diſcretus* ipſe habuerit certam notitiam de *Generalis* obitu, & aliqua ex cauſa ſigilla *Ordinis* nondum ad ipſum delata ſint, debet per quatuor integros menſes expectare, quibus elapſis, & ſigillis non comparentibus, ad conuocationem *Vocalium* debet procedere, cuſis priùs nouis ſigillis, vt cauetur in ijſdem *Statutis*. *(o)* Quæſtio ergo eſt, num in hoc tempore, quod interuenit inter mortem *Miniſtri Generalis*, & electionem *Vicarij* ipſius; *Diſcretus Ordinis*, qui facultatem congregandi Electores, & præſidendi electioni habet, poſſit vt *Supremus Superior* in tali Familia dè cauſis ſpectantibus ad *Generalem* cognoſcere. Negatiuè reſoluitur quæſtio; iſte enim primus *Diſcretus* vt probat *Sanctorus*, *(p)* *Superior Generalis* non eſt nec ex electione, nec ex compromiſſo, nec ex Statuto; pro indè non habet authoritatem ordinariam.

82. Quia iſta habetur vel ab Officio, vel à Dignitate, vel à iure ſcripto, *(q)* & nullum iſtorum interuenit in caſu noſtro: primus enim *Diſcretus* Officium non eſt; nec Dignitas; cum *Officium* ſit *rerum* Eccleſiaſticarum adminiſtratio ſiuè cum præeminentia, & iuriſdictione, ſiuè non; *Dignitas* verò importet adminiſtrationē, & iuriſdictionem, vt expreſsè dicit vna *Gloſſa*. *(r)*

83. Hæc autem in *Diſcreto* tali non ſunt, & pariter nulla lex communis, aut municipalis eſt ipſi tribuens iuriſdictionem: proindè ordinariam poteſtatem nullam habet. Pariter neque authoritatem *delegatam* habet, cum ipſa debeat eſſe ab homine, vt volunt iura, & nullus eſt in Religione, qui talem authoritatem delegare poſſit, niſi *Miniſter Generalis*, & iſte in caſu noſtro ſupponitur mortuus; & licet etiam viuens ipſam dediſſet, illo mortuo expiraret authoritas illa, eo quia per mortem Delegantis, re ad huc integra, ceſſat iuriſdictio in Delegato, vt communiter *Iuris periti*. *(s)*

84. Et hoc magis conualidatur ex poſitiua determinatione *Statuti Generalis Romani*, in quo diſponitur, quod *Dignior Pater* (nempè talis primus Diſcretus,) *qui ſigilla ſeruat, non habet aliam iuriſdictionem, niſi in linea electionis Vicarij Generalis celebrandæ, conuocando, præſidendo, & ſuffragando*; vt habetur in *Statutis Ordinis*. *(t)*

85. Omnia ergò, quæ dè directò ſpectant ad electionem celebrandam ipſi, dè directo, competunt, & in hoc eſt *Ordinarius Superior* à iure ſcripto habens auctoritatem. Quia verò ſancitur in *Statutis Generalibus*, quod electio *Vicarij Generalis* fiat eum ijſdem ſolemnitatibus, ritu, & methodo, quæ ſeruantur in electione *Generalis Miniſtri*, *(u)* ideò optimè aduertit *Sanctorus*, *(x)* quod ipſe authoritatem habet non tantùm directiuam, ſed etiam coercitiuam in decernendis, & eligendis *Officialibus* prò ſeruitio Vocalium, deputandis ad regēdas Cathedras pro Theſibus tuendis; ad concionandum durante tempore *Capituli*, & ea omnia præſtanda, quæ ex præſcripto *Conſtitutionum*, vel ex conſuetudine, in celebratione *Capituli Generalis* practicantur. Vndè ſi aliquis ab eo ad aliquod munus, ex prædictis, deſtinatus, pertinaciter obedire renueret, aut in miniſterio iniuncto culpabiliter delinque-

Digitized by Google

queret, poſſet in iſtos in vtroque foro, pro modulo culpæ, vt verus in hoc Superior animaduertere, vt à *Sanctoro* ibidem egregiè probatur.

IX. Quæritur. An Procurator Generalis Ordinis, & Commiſſarius Curiæ præter abſolutionem Apoſtatarum poſſint Forenſes delinquentes in Curia punire?

SVMMARIVM.

86. *Procurator Ordinis, & Commiſſarius Curiæ æqualem habent iuriſdictionem.*

87. *Procurator Ordinis excedit Commiſſarium Curiæ in tribus.*

88. *Pro tempore varia eſt eorum poteſtas.*

89. *Forenſes in Curia ſunt ſub iuriſdictione Officialium Curiæ.*

Prælati in Subditos habent poteſtatem directiuam, & coercitiuam.

90. *Officiales Curiæ habent iuriſdictionem in adminiſtros ſuos.*

Forenſium delicta vſquè ad diffinitiuam incluſiuè ſoli caſtigant.

86. PRo ſolutione præmittendum quod *Procurator Ordinis*, & *Commiſſarius Curiæ* æqualem in ſuos Subditos, (dè quibus infra) habent iuriſdictionem; in nullo enim differunt niſi in hoc, quod *Procurator Ordinis* dicitur, & eſt *Commiſſarius Curiæ* pro illa Familia *Ciſmontana* ſcilicet, aut *Vltramontana*, ex qua electus eſt *Generalis* ad tenorem *Bullæ Vnionis*; *Commiſſarius* verò *Curiæ* eſt *Procurator Ordinis* prò Familia, ex qua aſſumptus eſt *Commiſſarius Generalis*, vt patet ex *Statutis Lugdunen*; & *Salmanticen.* (a)

87. Verum quidem eſt quod in tribus *Procurator Ordinis* excedit *Commiſſarium Curiæ*, puta in Titulo magis decoroſo, cum dicatur *Procurator Generalis Ordinis*; ſecundò in hoc, quod ipſe ſolus locum habet in *Capella Pontificia*, & ſtatis diebus coram *Papa* concionatur; Tertiò in propoſitione, & inſtantia, quæ fit in *Capella Papali* pro *Seruis Dei* canonizandis, quæ priuatiuè quo ad alios ad *Procuratorem Generalem* ſpectat, vt cautum fuit in *Capitulo Romano*: (a) tamen reſpectu ſuorum reſpectiuè Subditorum, cæterorumque agendorum pares ſunt.

88. Præmitto ſecundò, quod prò temporum varietate mutata eſt iſtorum authoritas ſuprà Fratres Forenſes. In *Capitulo* enim *Meſſanenſi* (b) ipſorum poteſtas in Forenſes erat circà eorum negotia, & ipſos mittendos per Vrbem, aut dimittendos ad ſuas Prouincias: ſed circa defectus, & ſcandala à Forenſibus commiſſa iſti ſuberant correctioni *Guardiani Aracælitani*. Ex indè in *Congregatione Generali Neapolitana* (c) declarati ſunt eſſe *veri*, & *legitimi Prælati* Fratrum Forenſium, & per hoc fuit correctum dictum *Statutum Meſſanenſe*, ſi enim *Prælati veri*, & *legitimi* Forenſium erant, ad ipſos priuatiuè ſpectabat eorum delicta coercere; & hoc *Neapolitanum* fuit renouatum in *Valliſoletano Statuto*, (d) & ex indè roboratum alio ſtatuto *Toletano* (e) declarante, quod Forenſes *immediatè ſint ſubditi Prælatis Curiæ, non verò Miniſtro, aut Guardiano Conuentus Aracæli*. Et quamuis in *Statutis Sambucanis* (f) citantibus prò ſe ad marginem *Toletana* ann. 1633. & ann. 1658. videatur derogatum ſupradictæ diſpoſitioni decernendo, quod Forenſes poſt octo dies, ex quo in *Curiam* venerunt ſub gubernatione *Guardiani Aracælitani* ſint, tamen non eſſe attēdenda, & quomodo ſint intelligenda decidit authoritatiuè *Pater Generalis Samaniego* (g), reſoluendo quod *Officiales Curiæ habent iuriſdictionem ordinariam immediatam in omnes Fratres Forenſes priuatiuè ad Prouincialem Romanum, & Guardianum Aracæli prò toto tempore, quo prædicti Forenſes Romæ permanſerint*.

89. His ergo ſtantibus, reſoluendum eſt, quod Forenſes in *Curia* commorantes in vtroque foro, paterno nempè, & iudiciali, ſubduntur *Officialibus Curiæ*, quia ſunt eorum *Prælati* immediati, vt ſupra dictum eſt: & cum *Prælati* in Subditos immediatos directiuam, & coercitiuam habeant poteſtatem, vt volunt *Canones* (h) concluditur, quod ipſi poſſunt, & debent Forenſes delinquentes in *Curia*, ſiuè intrà, ſiuè extra Clauſtra tum paternè, tum iudicialiter caſtigare.

90. Et quia ſuper *Secretarios* ſuos, cæteroſque adminiſtros ſui Officij eandem iuriſdictionem habent, (i) etiam eoſdem de ſuis defectibus, & criminibus debent cor-

corrigere, & punire.. Quod ſi graue aliquod delictum, ad cuius vindictam per telam iudicialem eſſet procedendum, à Forenſi eſſet commiſſum, cenſet in prædicta deciſione *Pater Samaniego (l)* quod poſſet quidem *Officialis Curiæ* condere proceſſum, & etiam, in caſu ſuſpicionis fugæ, Reum incarcerare, minimè verò poſſe eum ſententiare, ſed debere *Superiori Generali* ſententiandum remittere: & ratio eius aſſerti eſt, quia cum eiuſmodi ſententiæ non committantur à Statutis ſolo *Prouinciali*, ſed integro *Definitorio*, à ſimili nequè ſoli *Officiali Curiæ* liceret ſententiam in caſu ferre, ſed deberet iudicio *Superioris Generalis* remitti. Sed ſalua ſemper reuerentia, & authoritate tanti viri, qui in hac parte loquitur vt *Doctor*, conſulendo, ſed non vt *Generalis* decidendo; ego diuerſimodè ſentio: & dico poſſe, & debere *Officialem Curiæ* non ſolum condere proceſſum, ſed etiam ſententiare finaliter ſe ſolo; Quia ex quò Statuta nominant *Officialem Curiæ* verum, & legitimum *Prælatum* Forenſium, priuatiuè etiã quo ad *Prouincialem* loci, vbi reſidet *Curia*, liquet ipſi concedi per legem eam omnem poteſtatem, quam *Prælati Ordinarij* habent in Subditos, & proindè etiam vim coercitiuam, quæ, mediante ſententia, exercetur. Nec eſt, quod ad eam validè ferendam requiratur conſenſus alicuius Coniudicis, quandoquidem nulla lege cauetur, quod *Iudex Ordinarius* Coniudices, *Conſiliarios*, aut *Adſeſſores* in ferenda ſententia adhibeat, ad hoc, vt ipſa ſit valida, licet poſſit prò ſui arbitrio illis vti, vt ſincerius euadat iudicium. *(m)* Quod ſi Prouincialis nequit ſolus ſententiare validè, ſed requiritur conſilium *Definitorum*, hoc ideò eſt, quia de eo apertè ſic diſponit lex noſtra Statutaria, quæ requirit conſilium *Definitorum* ab eo adhibendum; & quando conſilium præcipitur ad aliquod, ſi omittatur, actus redditur nullus, vt dicunt *Iuriſperiti*. *(n)* Argumentari porrò à *Prouinciali* ad *Officialem Curiæ* non concludit, quia à minori ad maius deſtruendo conſequentia non tenet, longè enim maior in Officio, & Dignitate eſt *Officialis Curiæ*, quam *Prouincialis*, qui ab eo præceditur; vndè non ſequitur, *Prouincialis* nequit ſententiare ſe ſolo, ergo neque *Officialis Curiæ*. Et ità teneo poſſe ipſum ſolum Forenſis delinquentis cauſam per ſententiam vltimare.

X. Quæritur An Procurator Generalis Reformatorum poſſit delicta Forenſium in loco, in quo eſt Curia, commiſſa punire?

SVMMARIVM.

91. *Procurator Generalis Reformatorum habet priuilegia Officialium Curiæ.*
92. *Priuilegium eſt ius ſingulare, & lex priuata.*
93. *Procurator Reformatorum per tres dies ſolos habet iuriſdictionem integram in Forenſes.*
Forenſis Reformatus enormiter delinquens, etiam poſt tres dies punitur ab eo.
Supra Miniſtros ſuæ Curiæ integram iuriſdictionem habet.

91. RESpondeo, quod *Procurator Generalis Reformatorum* ex conceſſione *Clementis Octaui* facta viuæ vocis oraculo, de quo teſtatur authenticè *Cardinalis Matthæius*, *(o)* vt habetur in *Archiuio Procuratoris Reformatorum Romæ*, gaudet *omnibus priuilegijs, quibus fruimur Procurator Fratrum de Familia*, & ità etiam ſonant *Statuta Generalia Reformationis*, *(p)* quæ exprimunt: *Goderà tutti li Priuileggi, e gradi, che gode il Procuratore Generale dell'Ordine*. Difficultas poſſet aliqualis eſſe in hoc, quod viuæ vocis *oraculum* ſupradictum nominat tantùm *priuilegia*; *Statutum* verò nominat pariter *priuilegia, & gradus*, & nihil loquuntur de iuriſdictione: proindè videretur dicẽdum, quod in vim prædicti *oraculi*, & *Statuti* habeat tantùm mera *priuilegia*, & *gradus*, (puta de immediata ſubiectione *Superiori Generali*; præcedentia ſuper *Prouinciales*, & *Generales Diffinitores*; voto perpetuo in ſua Prouincia, &c.) non verò parem iuriſdictionem in Forenſes *Reformatos*.

92. Tamen dicendum eſt ipſum frui æquali iuriſdictione reſpectu ſuorum, ſicut *Officiales Curiæ* ſuper Obſeruantes. Quia priuilegium à Iuriſconſultis vocatur ius ſingulare, ſeù lex priuata, *(q)* & hoc reſpicit non ſolùm ea, quæ in eius vim priuilegiatus recipit, ſed & ea, quæ eius vi-

gore

gore agere poteſt; & ideò iuriſdictio in aliquos à iure communi exorbitans poteſt dici priuilegium; vt priuilegia benedicendi Corporalia; diſpenſandi Inceſtuoſos occultos in petitione debiti; celebrandi diuina officia tempore Interdicti; admittēdi ad Sacramenta, & ſepeliendi ſæculares domeſticos, & commenſales; Regularibus conceſſa, &c. quæ facultatem faciendi aliquod, ſiuè iuriſdictionem tribuunt. In propoſito; ſi Forenſis aliquis delinquit, de iure communi ſubijciendus eſt *Superiori loci* delicti, quia ratione delicti quiuis ſortitur forum, vt aliàs (r) diximus, & ità deberet puniri à *Guardiano*, vel *Prouinciali* loci. Quod ergo Delinquens in *Curia* ſubijciatur *Officiali Curiæ*, & iſte habeat iuriſdictione in illum, eſt priuilegium *Officialis* ipſius; & ſic cum *Procurator Reformatorum* gaudeat iiſdem priuilegijs, quæ habet *Procurator Ordinis*, eandem habebit iuriſdictionem in Forenſes *Reformatos* delinquentes in *Curia* pro foro vtroque.

93. Verum eſt, quod pro *Procuratore Reformatorum* extat *Breue Alexandri Septimi*, (s) in quo eius in Forenſes iuriſdictio limitatur ad tres dies, ſed iis elapſis ſubijciuntur *curæ Guardiani Conuentus Sancti Franciſci in his, quæ morum correctionem, & Regularem diſciplinam concernunt*. Et per hoc modificatur facultas *Procuratoris Reformati*, quæ in Forenſes tanta non eſt extenſiuè, ſicut *Officialium Curiæ*, quibus *vt Prælatis* ſubduntur Forenſes toto tempore, quo in *Curia* commorantur. Sed pone, quod Forenſis *Reformatus* poſt tres dies in Conuentu, vel extrà, ſocium vulneret, vel occidat, aut aliud enorme crimen committat, ad quem ſpectat in hoc caſu punitio iuridica? Conſtanter dico, quod ad *Procuratorem* ſpectat. Ratio euidentiſſima eſt quia, vt ſupradictum eſt *Procurator Reformatus* habet eadem priuilegia, & iuriſdictionem, ſicut *Officialis Curiæ*; Breue ſupradictum limitat ipſius facultatem poſt triduum ſubdendo Forenſes *Guardiano* in his, quæ ſpectant ad *morum correctionem, & diſciplinā Regularem*, puta in foro paterno; non autem in delictis iudicialē indaginē requirentibus, de quibus ſic, in vim *Statutorum*, nequit cognoſcere *Guardianus*, nec Breue dat *Guardiano* ampliorē iuriſdictionem, quàm ſibi per *Statuta* conueniat. De *Prouinciali*, ad quem pertineret de iure communi inquiſitio talis delicti, nulla fit mentio in Breui: ſequitur ergò, quod ad Procuratorem ſpectat, nec reſpectu iſtius caſus recitatum Breue corrigit diſpoſitionem Statutariam, quæ tribuit ipſi eam iuriſdictionem, quam habet Ordinis Procurator. Supra Miniſtros verò ſuæ Curiæ integram habet iuriſdictionem, ſicut Officiales Curiæ, quia de illis nihil loquitur Breue.

XI. Quæritur an Guardianus poſſit Delegari ad aliquam cauſam Criminalem?

SVMMARIVM.

94. *Guardianus olim poterat eſſe Delegatus Papæ.*
Delegatus Papæ debet habere Dignitatem Eccleſiaſticam.
Guardianatus, & Prioratus ſunt Dignitas.
95. *Eccleſia Conuentualis eſt Collegiata.*
Eccleſia Conuentualis comparatur Cathedrali.
96. *Delegandi à Sede Apoſtolica eligi debent in Synodis.*
Vocantur Iudices Synodales.
Guardiani de iure nouo nequeunt eſſe Delegati Apoſtolici.
97. *Guardiani, quà tales, non poſſunt eſſe Delegati Prouincialis in iudicando.*
Statutum, ſeù lex, modificatiuè diſponendo, dat formam agendi.
Conditio requiſita à lege, ſi non verificatur, non habet locum diſpoſitio legis.
Maximè in rebus magnæ importantiæ.
98. *Dictio Niſi in lege negatiua quid importet.*
99. *Guardianus, vt ſic, nequit delegari à Prouinciali.*
Defectus iuriſdictionis reddit actus nullos.
100. *Subdelegatus requirit conditiones Delegati.*
101. *Papa ex certa ſcientia procedens poteſt, quem ſibi placuerit delegare.*
Generalis quomodo poſſit delegare non habentem conditiones requiſitas.
102. *Papa quando dicatur procedere ex certa ſcientia.*
103. *Princeps non præſumitur ſcire, quæ ſunt facti.*

94. GVardianum de iure antiquo poſſe eſſe à *Papa Delegatum* multi *Doctores* ſentiunt. *(t)* Quia enim ex pluribus *Canonibus (u)* requiritur, quod *Delegatus Papæ*, habeat *Dignitatem Eccleſiaſticam*, vel *Canonicatum in Cathedrali*, vel ſit *Prior Conuentualis*, liquet, quod *Guardianatus* eſt *Dignitas*, non enim differt à *Prioratu*, niſi vocabulo; *Prioratum* autem *Dignitatem* eſſe, (ſi Conuentualis ſit) habetur ex *Textu*, *(x)* vbi dicitur *Dignitas Prioratus*; & talis *Dignitas* eſt in *Eccleſia Collegiata*.

95. *Conuentualis* enim *Eccleſia* propriè eſt *Collegiata*, vt dicunt *Canoniſtæ*, *(z)* immò ipſo iure eſſe *Collegiatam*, *dum Conuentualis* eſt, ſenſit *Hoſtienſis*, *(a)* & *Eccleſia Conuentualis Regularis* æquiparatur *Cathedrali*, vt docet *Gregorius Tholoſanus*: *(b)* vndè ſequitur *Guardianos* poſſe eſſe *Iudices Delegatos Apoſtolicos*, quia habent conditiones ab antiquo iure ſtatutas. De iure autem nouo ſtabilito in *Concilio Tridentino (c)* aliter dicendum eſt.

96. Vltrà enim requiſita per *Bonifacium Octauum* in Canonibus citatis, voluit *Concilium*, quod in *Synodis Prouincialibus*, & *Diœceſanis* ſic Delegandi eſſent ad hoc ſpecialiter electi, & vocantur *Iudices Synodales*. Quod Concilij Decretum fuit innouatum à *Clemente Octauo* in ſua Regula Cancellariæ, *(d)* quam per extenſum refert *Moneta*. *(e)* Vndè ex hoc iure nouo habetur, quod *Guardiani* non poſſunt de iure communi eſſe *Iudices Apoſtolici Delegati*.

97. Quæſtio autem noſtra non eſt de hoc, ſed de delegatione criminali, quæ frequenter fit in Religione, in qua ſolet *Prouincialis* grauioribus curis impeditus delegare aliquem ad inquirendum, & proſequendum iudicium vſque ad definitiuam excluſiuè ſuper aliquo crimine: & non loquor de *Guardiano* habente conditiones requiſitas ad officium *Delegati*, de quibus ſuprà dictum eſt, ſed de eo, qui cum non ſit nec *Lector*, nec *Concionator* exercitio, ſimpliciter eſt *Guardianus*. Conſiderata ergò noſtri *Textus* diſpoſitione reſoluendum eſt, quod non. Etenim *Statutum*, ſiuè lex diſponens cum certis modificationibus, & qualitatibus, quidquid ibi exprimit formam dare dicitur, vt dicunt *Canoniſtæ*, *(f)* ità vt ſi conditio, vel qualitas non verificetur, non habet locum diſpoſitio legis, *(g)* & maximè quando aliquid præcipit fieri circa res graues, & magnæ importantiæ, vt dicit *Paulus de Caſtro*. *(h)*

98. Et præciſa forma inducitur, & neceſſitatem præciſam ità ſeruandi importat lex, quando habet dictionem *Niſi* iunctam orationi negatiuæ præcedenti, vt ait *Decianus*, *(i)* quia prohibet contrarium, & reddit nullum actum, qui fit contrà ipſius diſpoſitionem. In noſtro autem *Textu* ità habetur. *Delegari non poſſint niſi ætate maturi, &c. & nonniſi qui Miniſteriatus officio, &c.* per quas particulas annullatur aliter factum; & licet non apponatur explicitè clauſula irritans, tamen implicitè ibi continetur, cum Statutum ſit conceptum verbis negatiuis, quæ faciunt legem prohibitiuam. Quod magis patet ex cauſa talis diſpoſitionis, quam reddit infrà, vbi dicit, *Vt in re, quæ diuina eſt, quantum fieri poterit, non erretur*. Ac ſi dicat; *iudicare* eſt res magni ponderis, & quæ requirit tum ſcientiam, tum dignitatem in perſona, cui poteſtas iudicialis deleganda eſt; proindè *delegari non poſſint niſi &c.*

99. Ex hoc ergò ſequitur, quod ſi *Prouincialis* Delegationem committeret alicui *Guardiano* conditiones requiſitas, vt præfertur, non habenti, omnes actus à tali *Delegato* facti eſſent nulli. Et ratio eſt euidens, quia eſſent facti à *Iudice* non habente iuriſdictionem, neque poteſtatem; quia enim hæc non poteſt conferri, niſi in perſonam præditam qualitatibus à lege præſcriptis, ſequitur, quod perindè eſt delegatio facta in perſona inhabili ex defectu cõditionum requiſitarum; & defectus iuriſdictionis in perſona exercente iudicium. Vndè ſicut defectus iuriſdictionis reddit actus nullos, vt dicit *Textus*, *(l)* ità & Delegatio facta in perſona inhabili. Proindè Reus ſic antè talem *Delegatum* conſtitutus non tenetur reſpondere, quia *Iudex* nõ habet legitimam auctoritatem interrogãdi, vt aliàs dicam; & deſcriptio corporis delicti, inquiſitio, Teſtium examinatio, citatio Rei, & omnia, quæ præcedunt conſtitutionem ipſius, ſunt ipſo iure nulla, etiam ſi à *Reo* adhuc nulla facta eſſet exceptio.

100. Quæ autem dicta ſunt de *Delegato*, etiam extenduntur ad *Subdelegatum*, ità vt *Subdelegatus* eſſe non poſſit, niſi habeat conditiones in *Delegato* requiſitas, vt dicunt *Doctores*. *(m)* Aduertant proindè *Prouinciales* ad hoc punctum, & non committant paſſim Delegationes perſonis indiſcri-

diſcriminatìm ſibi benè viſis, ſed eligant viros præſtantes doctrina, maturitate, & cæteris conditionibus, quas lex noſtra requirit, ne, cum ſui irriſione, proceſſus à *Delegato* factus nullus euadat. Et hoc etiam punctum benè adnotent *Aduocati*, eſt enim bonum brochardicum, pro ſuis *Clientulis* defendendis, opponere nullitatem proceſſus ex incompetentia Officij, & proindè ex defectu iuriſdictionis in *Iudice*.

Nec contrà noſtram ſolutionem facit; quod ſi non maiores, ſaltem æquales conditiones requiruntur in *Iudice Delegato*, ſicut in *Ordinario*; *Prouincialis* autem *Miniſter* in ſua Prouincia *Iudex Ordinarius* eſt; vndè videtur poſſe inferri, quod ſicut ad poſſe eligi in *Miniſtrum Prouincialem* ſufficit, quod per duas vices fuerit *Guardianus*, licet non ſit *Prædicator*, nec *Lector* exercitio, vt habetur in *Statutis*, (*u*) ità poſſit eſſe *Iudex* à Prouinciali *Delegatus* ille, qui ſimpliciter fuerit bis *Guardianus*, licet alias conditiones non habeat. Quia falſum eſt, quod Guardianatus bis exercitus ſufficiat ad hoc, quod aliquis poſſit eſſe *Prouincialis*; & hunc errorem natum ex malo intellectu citati *Statuti* correxit *Capitulum Generale Romanum* 1688. *fol.* 60. Sed hoc etiam admiſſo non ſequitur intentum; nam vbi habemus legem apertam, non debemus ambulare per coniecturas arguendo, & ratiocinando. Leges enim poſitiuæ non ſemper eidem rationi innituntur, ſed aliquando latæ ſunt, quia ſic placuit illi, qui condendi leges habuit legitimam auctoritatem. Abſurdum ſanè eſt, quod poſſit eſſe *Iudex Ordinarius*, *Prouincialis* nempè *Miniſter*, qui bis tantùm fuerit *Guardianus*, & tamen *Iudex* ab eo *Delegatus* digniores requirat conditiones. Sed huius rei nulla eſt ratio, niſi quia ſic vult lex, quam debemus ſeruare, non autem de ipſius rationabilitate diſputare. Hoc etiam videmus in iure *Canonico*, in quo ſancitur, quod *Delegatus Apoſtolicus*, licet eſſet *Bartolus* in doctrina, tamen talis eſſe non poteſt, niſi habeat conditiones à *Tridentino* requiſitas, vt ſuprà diximus. Et tamen *Epiſcopus*, qui dignitate longè eſt maior, poteſt eſſe, qui competentem tantùm doctrinam, & morum grauitatem habet.

101. Quod autem hucuſque dictum eſt, quadrat pro *Delegato à Prouinciali*: non ſic autem dicendum eſt de *Iudice Delegato à Miniſtro Generali*, ſiuè ad Vniuerſitatem cauſarum, vt *Commiſſarij Viſitatores*, ſiuè ad aliquam cauſam particularem. Quia ſicut *Papa* de plenitudine poteſtatis poteſt Iudicem *Delegatum Apoſtolicum* creare ſimplicem Sacerdotem ſiue Sæcularem, ſiuè Regularem, licet iſte non habeat conditiones à *Tridentino* requiſitas, quando *Papa* in deputatione talis *Iudicis* procedit ex certa ſcientia, vt dicit vna *Gloſſa* (*o*) docens, quod licet *Officialis Epiſcopi*, qui non ſit principalis, ſicut, & *Prior Clauſtralis* nequeat dari *Apoſtolicus Delegatus*, poteſt tamen ſi detur ex certa ſcientia argumento cuiuſdam *Canonis*, (*p*) ità, & *Generalis* aliquem ſuum *Delegatum* creare poteſt ex certa ſcientia ſua, licet non habeat conditiones in Statutis præſcriptas. Et ratio eſt, quod ſicut *Papa* poteſt ſuper legibus Eccleſiaſticis poſitiuis plenè diſpenſare, ità etiam poteſt *Generalis* in caſu ſibi benè viſo derogare legibus, quæ ſunt merè municipales Religionis in *Statutis* enunciatæ, & non habent clauſulam indiſpenſabilem, vt dicit *Sanctorus*. (*q*) Difficultas autem circà praxim poteſt eſſe in hoc, quando ſcilicet *Generalis* in deputatione *Delegati* ſui cenſeatur procedere ex certa ſcientia. Ponamus enim caſum, quod *Generalis* mittat aliquem *Commiſſarium*, qui non habeat conditiones præſcriptas à Statutis; quomodo cognoſci poterit, quod *Generalis* talem deputationem fecerit ex certa ſcientia, ità vt contrà talem ſit *Delegatum* non poſſit opponi incompetentia officij, & ità nullitas iuriſdictionis, & actuum?

102. Ad hoc dico, quod *Papa* dicitur aliquid facere *ex certa ſcientia*, quando in litteris ſuis hoc exprimit, vt habetur argumento cuiuſdam *Canonis*, (*r*) & dicit apertè vna *Gloſſa*, quam ſequuntur communiter *Doctores*: (*s*) vel quando ex litteris ſuis cognoſcitur, quod *Papa* habuit notitiam, vel facti de quo reſcribit, vt volunt *Francus*, & *Alexander*, (*t*) vel Perſonæ, quam delegat: ità ut *Papa* delegando cauſam Eccleſiaſticam Laico ſibi noto, cenſetur ex certa ſcientia facere, & valet delegatio, maximè quando non appellauit *Delegatum Clericum*, neque *Magiſtrum*, prout ſolet de ſtylo facere, quando *Clericum*, vel Eccleſiaſticam perſonam facit *Delegatum*, vt docet Panormitanus: (*u*)

103. Hinc deducitur, quod ſi litteræ delegationis ſint directæ alicui non cogni-

to ipſi *Papæ*, niſi per relationem, & *Papa* iuxtà ſtylum nominet ipſum *Doctorem*, vel *Magiſtrum in Theologia*, vel *Iure Canonico*, & iſte *Delegatus* nec *Doctor*, nec *Magiſter* ſit, talis delegatio non valet, quia non procedit *Papa* ex certa ſcientia, quia perſonam non nouit; & nominando ipſum *Doctorem*, vel *Magiſtrum*; cum talis non ſit, patet quod *Papæ* fuit repræſentatum falſum, & litteræ ſunt ſubreptæ, & ideò in talibus litteris non cenſetur à *Papa* iuri communi derogatum; & ità delegatio illa nulla eſt; quia talis nominatio eſt quid facti, quia, quæ facti ſunt non præſumitur *Princeps* ſcire, vt ait *Alexander*: (x) & in tantum ipſum delegauit, in quantum repræſentatum illi fuit, quod eſſet *Doctor*, vel *Magiſter*; quod ſi ſciuiſſet, eum talem non eſſe, ipſum non delegaſſet, & proindè reſiſtente ſibi lege communi, talis delegatio eſt nulla. Simili modo dicendum eſt de *Generali Miniſtro*. Poteſt enim ipſe, vt dicebamus, in *Statutis* diſpenſare maximè in ijs, quibus non apponitur clauſula, quod ſint indiſpenſabilia, vt eſt *Statutum de Commiſſarijs Viſitatoribus*, & alijs *Iudicibus Delegatis*. Non autem ex hoc, quod litteras, & patentes delegationis alicui mittit, cenſetur diſpenſare ſuper Statutis, ſi iſte, ad quem tales litteræ diriguntur, aliàs non habet conditiones requiſitas à Statuto, per quas ad delegationem habilitetur; ſed vel requiritur, quod in patentibus exprimatur implicitè, vel explicitè Statutorum derogatio, vel quod *Generali* ſit nota perſona, & conditio ipſius *Delegati*. Si enim *Generalis* cognoſcit illum, & ſcit eſſe quidem virum zelantem prudentem, & expertum, non tamen eſſe *Lectorem*, & *Concionatorem* exercitio, & tamen ipſum delegat, cenſetur diſpenſare ſecum ſuper Statuto. Si autem, vt multoties euenit, *Generalis* non habet notitiam, niſi ex relatione aliquorum, qui repræſentant talem eſſe virum eximium, doctum, expertum, idoneum ad munus *Viſitatoris*, & *Generalis* ipſum deputat, & in patentibus tribuit illi titulum *Theologi*, & *Concionatoris*, vt paſſim fit, cum reuera talis non ſit, dico, tunc talem deputationem non valere, eo quia Statutum repugnat, & clarè apparet, quod *Generalis* in Statuto non diſpenſauit, tum quia in patentibus de diſpenſatione non apparet; tum quia conditiones *Delegati*, ſicut & eius perſona non ſunt notæ *Generali*; tum quia dum *Generalis* tribuit illi tales titulos, ſupponit *Delegatum* eſſe talem, qualem Statuta requirunt, quod ſi ſciuiſſet illum deficere in illis conditionibus, ipſum non delegaſſet, vndè ex defectu intentionis nulla eſt delegatio.

XII. Quæritur. An Prouincialis poſſit delegare cauſam criminalem alicui vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè?

SVMMARIVM.

104. *Ordinarius Iudex cauſam poteſt delegare.*
Etiam cauſam criminalem meri, & mixti imperij ex conſuetudine delegat.
105. *Miniſter Prouincialis criminales cauſas vſque ad ſententiam definitiuam delegare poteſt.*
106. *Tantam authoritatem habet Delegatus, quantam Delegans.*
107. *Expedit aliquando, quod Prouincialis cauſam deleget vſque ad diffinitiuam incluſiuè:*
Tali caſu Prouincialis non debet ingredi congreſſum Diffinitorij.
108. *Commiſſio excitatiua iuriſdictionis quæ ſit.*
109. *Iudici Delegato conſulente Diffinitorium, quis locus ſibi debeatur.*
110. *Delegans, abſque cauſa, non debet Delegato cauſam inceptam auferre.*

104. ORdinarium Iudicem ex ſua iuriſdictione poſſe cauſam ad ſe ſpectantem delegare ex *iure* tum *Canonico*, tum *Ciuili* notat *Abbas*. (z) Et licet ſtando in iure communi cauſæ criminales meri, & mixti imperij non poſſint delegari, vt tradunt *Doctores*, (a) tamen hodie ex generali conſuetudine omnes cauſas indiſtinctè ab *Ordinarijs* delegari, teſtatur *Iulius Clarus*. (b)

105. Secundùm hæc ergo procedendo, etiam *Miniſter Prouincialis* cauſam criminalem delegare poteſt, tribuendo *Delegato* facultatem non ſolùm inquirendi, Teſtiū depoſitiones recipiendi, Reum conſtituendi, torquendi, carcerandi ex noſtrarum legum præſcripto, ſed etiam finaliter, & definitiuè ſententiandi.

106. Cum

106. Cum enim tantam authoritatem habeat *Delegatus*, quantam *Delegans*, niſi aliud in litteris delegationis exprimatur, vt dicunt *Doctores*, (c) liquet, quod hæc omnia præſtare poterit *Delegatus*, ſi *Prouincialis* plenariam ſuam poteſtatem illi communicet, committendo ſcilicet, vt ſuper tali crimine inquirat, conſtituat, & puniat.

107. Licet autem in *Religione* hoc multùm in vſu non ſit, cum plerique *Prouinciales* cauſas committant vſque ad ſententiam diffinitiuam *excluſiuè*, tamen hoc poſſe fieri perſpicuum eſt, nullam enim legem habemus, quæ contrarium diſponat. Immo in multis caſibus conſulerem, vt *Miniſtri* ità facerent; tum vt Subditos ſibi magis beneuolos redderent ipſos non per ſe, ſed per alios caſtigando; tum nè Subditus, qui aliquando ſuſpicatur, Superiorem non æquo animo erga ſe eſſe, credat ſententiam proprij delicti punitiuam procedere potiùs ex animoſitate ipſius, quàm ex iuſtitiæ debito, & ideò potiùs *Reus* ex punitione fiat prior, quàm melioretur, & pœniteat. Verùm tamen eſt, quod *Prouincialis* pro illius cauſæ expeditione in nullo poteſt ſe ingerere, ſi cauſam alicui *Delegato* abſolutè terminandam commiſerit. Hoc eſt, ſi *Delegatus Reum* arctare, carcerare, torquere debeat, patet quod ex Conſtitutionum præſcripto, nullum iſtorum poteſt abſque Diffinitorij conſilio, & aſſenſu. (d) Dato ergo caſu, quod Iudex, vt præfertur, *Delegatus Reum* habeat ſic torquere, & ad hoc congregandum ſit *Diffinitorium*, *Miniſter Prouincialis* non debet in tali *Diffinitorio* interuenire. Ratio euidens eſt, quia cauſa illa eſt expedienda auctoritate delegata: ſi autem interueniret *Prouincialis*, qui ordinariam habet iuriſdictionem, *Delegati Iudicis* ceſſaret authoritas, vbi enim eſt maior, ibi minor ceſſat, & maior eſt *Ordinarius Delegato*; nec ad eandem cauſam cognoſcendam interuenire poteſt iuriſdictio ordinaria, & delegata. Quod ſi dicatur in eodem *Iudice* concurrere poſſe auctoritatem ordinariam, & delegatam; vt quando *Princeps*, ſiuè *Generalis* remittit aliquam cauſam cognoſcendam à *Prouinciali*, quam cauſam deberet alioquin *Prouincialis* ipſe ex ordinaria ſua iuriſdictione cognoſcere; ità in noſtro caſu poſſe interuenire in tali *Diffinitorio Prouincialem*, qui auctoritate ordinaria, & *Commiſſarium*, qui auctoritate delegata illam cauſam cognoſcat.

108. Reſpondeo, quod quando *Princeps* remittit *Iudici* cauſam, quam *Iudex* ex ſuo ordinario officio cognoſcere aliàs debuiſſet, ſi fuiſſet ad ſuum tribunal delata, *Iudex* tunc non procedit auctoritate delegata, ſed ordinaria, non obſtante commiſſione *Principis*; & ratio eſt, quia talis *commiſſio* dicitur *excitatiua* ordinariæ iuriſdictionis, non autem *collatiua*, ſeu *delegatiua* iuriſdictionis nouæ, & maximè, quãdo in reſcripto non additur, ſeù minuitur aliquid ordinariæ iuriſdictionis, vt tenent plures *Doctores*. (e) Proindè non agit tunc ex duplici auctoritate, *ordinaria* nempè, & *delegata*. Vndè nec in caſu noſtro deberet interuenire *Prouincialis* ordinariam habens auctoritatem, & *Commiſſarius* habens delegatam in *Diffinitorio*, nè aut *Commiſſarius* iuriſdictionem amitteret, aut eadem cauſa ſimul duplici iudicio ſubderetur, quod in iure non ſubſiſtit. Et hìc monitos volo tum *Prouinciales*, tum *Delegatos* de re, quæ paſſim fieri à multis conſueuit, quæ tamen iuri non cohæret; & eſt. Aliquoties *Prouincialis* cauſam alicui delegat expediendam vſque ad ſententiam definitiuam *excluſiuè*; euenit, quod *Reus* eſt arctandus, ſeù carcerandus; *Delegatus* adit ſuper hoc *Prouincialem*; & iſte congregat *Diffinitorium*, in quo aut excluſo *Delegato* initur conſilium ſuper carceratione, vel arctatione, aut admiſſo *Delegato Prouincialis* proponit, reſoluit, & de carceratione, aut arctatione decretat. In hoc facto eſt iuris diſſonantia; ſiquidem *Delegatus* in tali cauſa repræſentat *Prouincialem*, incongruum ergo eſt, quod interueniat in eodem negotio repræſentans, & repræſentatus, & eadem cauſa à duplici *Iudice* cognoſcatur. Videmus enim, quod ſi *Commiſſarius*, qui *Prouinciam* viſitauit conuocat *Capitulum* pro electione *Prouincialis*, ſi in loco *Capituli* adeſt *Generalis*, *Commiſſarius* votum nullum habet, nec aliquem actum facit, quia præſens eſt Ordinarius, qui ipſum delegauit; & ſimiliter debet fieri in cauſa, de qua loquor, vt in illo *Diffinitorio*, aut *Prouincialis*, aut *Delegatus* non interueniat. Quid ergo agendum? Dico, quod ex quo *Prouincialis* authoritatem ſuam *Delegato* commiſit vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè, non debet *Prouincialis* ſe ingerere in illa cauſa antè ſententiam. Officium *Delegati* eſt conſulere, ſimul cum *Diffinitorio* ſuper proceſſu,

eſſu, & indicijs, & reſoluere, an competat arctatio, aut carceratio, nec nè. In iſta conſultatione *Delegatus* eſt *Iudex* principalis, *Diffinitores* ſunt *Conſiliarij*, & in hoc munere ſunt inferiores *Delegato*, qui principalem iuriſdictionem habet in cauſa, & *Prouincialem* repræſentat: & proindè in congreſſu illo dignior locus ſibi debetur.

109. Quod ſi *Prouincialis* ipſe *Diffinitorium* congregaret, & proceſſum referret, vel etiam coram ſe à *Delegato* referre faceret, conſultaret eum *Definitoribus*, & ferret decretum de arctatione, ſiuè carceratione, auctoritas *Delegati*, in tali caſu, expiraſſet, & abſque noua deputatione non poſſet ampliùs, in illa ſe ingerere.

110. Quia ex quo *Prouincialis* eſt preſens, vt dictum eſt, nequit *Delegatus* aliquem actum iuriſdictionalem facere: & cum ea, quæ erant muneris *Delegati* præſtiterit Prouincialis, cenſentur cauſam ad ſe auocaſſe; quod, vt exprimitur in iure, (*f*) poteſt, abſque qualibet cauſa, facere, licet de honeſtate hoc facere non debeat abſque cauſa; puta, vel quia *Delegatus* eſt negligens in cauſa, vel quia non rectè procedit, vt notat *Abbas*. (*g*) Abſque noua ergò delegatione nequiret *Delegatus* procedere, ex eo quod fuiſſet per talem actum factum à *Prouinciali*, qui ſe in cauſa immiſcuit, antiqua iuriſdictio ſublata, vndè noua deputatione egeret ad iudicium proſequendum. Vndè concludendum eſt, debere *Prouincialem*, vel cauſam ad ſe auocatam proſequi; vel nouam delegationem facere; vel, quod magis iuri, & æquitati conſonat, ab ingreſſu *Diffinitorij* abſtinere, & relinquere *Delegatum* fungi officio ſuo.

XIII. Quæritur. Quid priùs, & antè omnia facere debeat Delegatus?

SVMMARIVM.

111. *Delegatus ante omnia debet docere de ſua delegatione.*

112. *Commiſſarius Viſitator quid primò facere debeat in Prouincia.*
Delegatus antè præſentationem litterarum non habet iuriſdictionem proximam.
Impunè non paretur ei, qui priùs non docuit dè delegatione.
Nulli creditur dè delegatione, niſi faciat dè ea conſtare.

113. *Commiſſarius ad cauſam particularem quomodo ſe gerere debeat in ſua iuriſdictione oſtendenda.*

114. *Delegationis litteræ ſi pereant incœpta cauſa quid agendum?*
Teſtis quomodo ab alio Conuentu vocandus.
Delegationis litteræ benè cuſtodiendæ.
Cautela prò litteris delegationis conſeruandis.

111. Reſpondeo, quod antè omnia *Delegatus* debet docere dè ſua delegatione, faciendo conſtare quod legitimè *Delegatus* eſt, tum ratione *Delegantis*, qui delegare potuit, tum ſui qui habet conditiones ad paſſiuam delegationem requiſitas, tum ratione cauſæ, ſiuè negotij, quod delegabile ſit. Et ad maiorem claritatem diſtinguo quæſtionem; vel enim loquimur dè *Delegato* ad vniuerſitatem cauſarum in vtroque foro, paterno ſcilicet, & iudiciali, vt dè *Commiſſario Viſitatore* deſtinato à *Generali* ad viſitandam *Prouinciam*; vel dè *Commiſſario Delegato* ſimiliter à *Prouinciali* ad viſitandum *Conuentum* cum facultate in vtroque foro; vel loquimur dè *Delegato* ad certam cauſam particularem criminalem.

112. Dico ergò primo, quòd *Commiſſarius*, vt præfertur deſtinatus ad viſitandam *Prouinciam*, ſiuè *Conuentum*, debet oſtendere litteras patentes ſuæ delegationis, & ipſas publicè facere legi in *Capitulo* Fratrum ad hoc ſpecialiter congregato, vel in publica refectione, ad quam maior ſaltem pars *Communitatis* conueniat. Et ratio eſt, quia, antè præſentationem litterarum, non habet proximam iuriſdictionem, nec illius exercitium, vt dicitur in *iure*: (*h*) nec vllus cogitur exequi mandata illius, niſi priùs conſtito de legitima delegatione, aliàs impunè ei non paretur, vt habetur ex *textu*. (*i*) Quia enim delegatio eſt quid facti, non præſumitur, niſi probetur vt docet *Ludouicus Romanus*. (*l*) Hinc etiam habetur in *Iure Ciuili*, (*m*) quod *Commiſſarij* ad *Prouincias* miſſi, antequam exercere ſuum officium incipiant, debent præſentare litteras ſuæ Commiſſionis *Præſidi Prouinciæ*, & hoc communiter tenent *Doctores*. (*n*) Hinc ſi aliquis veniret in *Prouinciam*, vel

Con-

Conuentum, & aſſereret ſe miſſum *Commiſſarium* à *Generali*, vel *Prouinciali*, nullum poteſt actum iuriſdictionalem inſtituere, nec Fratres tenentur illum recipere vt talem, & ipſi parere, niſi oſtendat litteras originales munitas ſigillo, & ſubſcriptione *Delegantis*: & non ſufficit oſtendere tranſumptum, etiam authenticum, vt probat *Ludouicus Romanus* ſupracitatus, (o) licet eſſet alioquin Pater grauis, & dignus, maximè ſi in tali delegatione, aut Viſitatione interueniret præiudicium alicuius; quià in tali caſu non creditur alicui quantumuis magno; imò nec *Epiſcopo*, nec *Cardinali* aſſerenti ſe eſſe à *Papa Delegatum*, vt ex *Panormitano*, & *Faggnano* tenet *Paſſerinus*. (p)

113. Si autem loquamur dè *Commiſſario* ad cauſam particularem, adhuc diſtinguendum eſt. Vel enim delictum eſt notum, & ignoratur Auctor; vt exempli gratia inuentus eſt aliquis in Conuentu occiſus, ſed neſcitur, à quò occiſus fuerit; vel eſt inſtituendus proceſſus contrà particularem, vel particulares accuſatos, diffamatos, vel denunciatos. In primo caſu, antequam incipiatur inquiſitio, certè conſtare debet de delegatione, & quia delictum notum eſt, & Delinquens ignotus, *Iudex* reſpectu omnium, & ſuper omnes ibi commorantes (ex quorum numero cenſetur eſſe Delinquens,) debet habere iuriſdictionem ad ipſos examinandos; proindè ad fundandam iuriſdictionem debet litteras delegationis producere, & facere legi, vt ſuprà diximus. Verum tamen eſt, quod hoc etiam aliter poſſet fieri, nempè oſtendendo ſingillatim omnibus, qui debent examinari, ſuam delegationem, antè quam examinentur, ſed melius fit, legendo eas in publico *Capitulo*: quia vnica lectura apud omnes fundat ſuam iuriſdictionem. In ſecundo verò caſu non eſt neceſſe quod publicè faciat legere patentes; imò multoties expediret, quod eius delegatio eſſet ſecreta, ne aut *Reus* aufugiat, aut Teſtes ſubornet, aut à veritate dicenda per minas deterreat; ſed ſufficit quod antè examen Teſtium oſtendat cuilibet originale ſuæ delegationis, quod etiam facere oportet antè *Rei* examen, ad hoc, quod ſciant illum legitimè eſſe *Delegatum*, & habere iuriſdictionem exigendi iuramentum, & interrogandi; & ipſos eſſe obligatos in conſcientia ad reſpondendum.

114. Quid autem faciendum, ſi, poſtea quam cœpta eſt inſtructio proceſſus, ſint ablati à camera *Delegati* actus iam facti, vel incendio, aut alia cauſa perierint, & ſimul cum illis etiam litteræ delegationis; vel citandus ex alio *Conuentu* eſt Teſtis, qui examinari renuit, & præcepto obedientiæ eſt adigendus, quomodo tunc reſpectu ipſius fundanda eſt iuriſdictio, cum ipſi oſtendi non poſſint litteræ delegationis originales, quæ iam colligatæ ſunt cum proceſſu, vel furto, aut alio caſu perierunt? Dico quod tunc probanda eſt iuriſdictio vel per tranſumptum authenticum litterarum delegationis, vel per depoſitionem Teſtium, qui fidem faciant, quod viderint litteras originales talis delegationis, vt probat *Maſcardus*. (q) Et ideò in caſu, quò Teſtis ab alio *Conuentu* eſſet vocandus, & ſimpliciter monitus nollet comparere, debet *Delegatus* formale præceptum in ſcriptis formare, & in ipſo inſerere authenticam copiam delegationis, & per nuncium, ad hoc ſpecialiter deſtinatum, ipſi intimare, ad hoc quod ſic Citato conſtet legitimè dè ſua delegatione. Prò hoc benè aduertant *Delegati* ad id, quod ipſis conſulit *Angelus Aretinus*, (r) nempè, quod debent cuſtodire litteras ſuæ delegationis *vt pupillam oculi*, ne, ipſis deperditis, non habeant, vndè poſſint dè ſuà delegatione legitimè docere. Et ad fugienda omnia incommoda, & præcauenda pericula accipiant conſilium *Paſſerini*, (s) qui inſtruit *Commiſſarios* ſic *Delegatos* ad oſtendendas litteras delegationis *Superiori Conuentus*, in quo debent ſuam iuriſdictionem incipere, aut exercere, & faciant ipſam regiſtrari fideliter in libro Conuentus, ad hoc quod, ſi periret Originale, ſit vndè poſſit authenticum tranſumptum compulſari, & tranſcribi. Verum tamen eſt, quod ſi Teſtis, ſic vt ſupra dixi, vocatus, cum copia delegationis inſerta in citatione, comparuerit, & petierit ſibi oſtendi litteras originales delegationis, *Iudex* tenetur ipſas illi oſtendere ante examen, aliter tum proceſſus, tum ſententia, tum quiuis alius actus contra ipſum eſſet nullus, vt tradunt communiter *Doctores*. (t)

XIV. Quæ-

XIV. Quæritur. Ad quæ ſe extendat Iudicis Delegati iuriſdictio?

SVMMARIVM.

115. *Cauſa commiſſa committuntur omnia ad eam neceſſaria.*
Delegatus cognoſcit de annexis, & connexis cauſæ delegatæ.
Niſi connexum eſſet reſeruatum priuatiuè alteri tribunali.
Connexa, vel incidentia dupliciter contingunt.
116. *Delegatus cognoſcit de ijs, quæ ſuam iuriſdictionem impediunt.*
Quibus in caſibus procedit vltrà expreſſa in delegatione.
117. *Commiſſarius Viſitator impeditus ne viſitet, quid facere debeat.*
118. *Cautela in ferendis cenſuris per Delegatum.*
Ante Excōmunicationem facienda trina monitio.
119. *Impedimentum iuriſdictionis notorium quomodò tollendum.*
Si non eſt notorium, ſed tantùm coniecturale.
Si impedimentum eſt manifeſtum, ſed Author ignoratur quid agendum?
120. *Ad Iudicem ſpectat cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio.*
121. *Incidentia in cauſa quotuplicia.*
122. *Iudex Delegatus non punit delicta non impedientia ſuam iuriſdictionem.*
Nec ea, quæ iam impediuerunt, ſed modò non impediunt.
123. *Si reperit incidens, quod transfert cauſam ad aliud forum, quid agere debeat.*
In incidentibus ſeparabilibus à cauſa, ſe abſtineat à cognitione.

115. RESpondeo, quod Cauſa aliquà, ſiuè pluribus, ſiuè omnibus commiſſis per delegationem, (regulariter loquendo,) cenſentur commiſſa omnia ea, ſinè quibus expediri non poſſunt, & proindè reſpectu horum omniū habet *Delegatus* communiter iuriſdictionem, vt dicit *Textus* cum *Iure Conſultis* ibi ſcribentibus. *(u)* Ideò *Iudex Delegatus* ſuper vno negotio cognoſcit dè omnibus *dependentibus*, *incidentibus*, *annexis*, & *connexis*, ſinè quibus cauſa commiſſa commodè nequit expediri, vt dicit vna *Gloſſa*, *(x)* niſi aliquod adnexum eſſet *Papæ* reſeruatum, aut alteri tribunali priuatiuè ſubiectum, vt dicit *Felinus*. *(z)* *Connexa* autem, vel *incidentia* in cauſa dupliciter poſſunt ſe habere, nempè vel tangentia iuriſdictionem, vel dependentia à delicto; explico. Si fundatā iuriſdictione per oſtenſionem litterarum delegationis, & incepto exercitio ipſiuſmet iuriſdictionis per citationem alicuius Teſtis, vel iſte, vel *Reus* non vult comparere; vel *Guardianus* mittit extrà Conuentum alios Teſtes neceſſarios ad expeditionem cauſæ, ad hoc ne examinentur; vel aliquis minis terret; vel ſubornationibus impedit Teſtes, ne teſtificentur; vel *Guardianus* auxilia neceſſaria ad viſitationem corporis delicti non dat, & his ſimilia; hæc inquam dicuntur *tangentia iuriſdictionem Delegati*, quià per illa impeditur quominus cauſa ſibi demandata executionem ſortiatur. *Dependentia* verò à delicto dicuntur ea, quæ vel antecedunt, vel ſubſequuntur, vel ſunt ſimul cum delicto. Exemplum. *Prouincialis* recepta denunciatione quod *Frater Peruerſus* inuentus eſt fornicarius, delegat *Fratrem Zelantem* ſuum *Commiſſariū* ad fabricandum proceſſum ſuper delicto fornicationis. *Delegatus* proſequendo cauſam per examen teſtium inuenit, quod teſtes probant *Fratrem Peruerſum* ſibi paraſſe pecuniam ex furto, quia furatus eſt ſupellectilem coquinæ, quam vendidit: ipſam expendiſſe in meretricando cum muliere in loco ſacro. Tria ergò hæc crimina, ſcilicet *furtum*, *proprietas*, & *Sacrilegium* hàbent dependentiam à fornicatione.

116. Conſtans ergò *Doctorum* ſententia eſt, quod *Iudex Delegatus* habet iuriſdictionem cognoſcendi, & procedendi in omnibus ijs, in quibus impeditur ſua iuriſdictio pro expedienda cauſa ſibi delegata, & ſuper hoc eſt aperta diſpoſitio *Canonum*. *(a)* Et vna *Gloſſa Notabilis* *(b)* ait quod *Iuriſdictio Iudicis Delegati extenditur ad omnes illos, qui illius iuriſdictionem impediunt, licet de illis in litteris non fiat mentio*. In hoc autem recoli debet doctrina *Innocentij*, quam refert, epilogat, & amplexatur *Panormitanus*, *(c)* vt clarè appareat quando, & quò caſu vltrà expreſſa in delegatione, poſſit *Delegatus* procedere. Dico ergò, quod aliquoties po-

teſt

Digitized by Google

teſt aliquis delinquere in *Delegatum* ipſũ iniuriando, percutiendo, aut alio modo offendendo, & hac ratione inimicitiæ priuatæ, quam habet cum *Delegato*; aliquoties poteſt illa facere deterrendo, aut ad effectum impediendi *Delegatum* quominus in cauſa procedat; tertio modo cum delinquit in præſentia *Delegati* pro tribunali ſedentis contrà perſonas ad iudicium neceſſarias ob priuatam cauſam; quartò quandò contrà eoſdem delinquit, cauſà impediendi iudicium; quintò quandò perſona ad iudicium neceſſaria delinquit in eo, quod præſtare debet: vt *Teſtis*, qui reſpondere ad interrogata non vult; *Actuarius*, qui ex profeſsò vitiat actus, vt proceſſus nullus euadat. Ad hæc ergò reſoluenda dico cum *Abbate*, quod *ſi tertius delinquit in perſonam Iudicis Delegati, non poteſt Iudex Delegatus illum punire, niſi per hoc contingat ſuam iuriſdictionem impediri. Sed eo caſu, quo poteſt Delegatus punire, non intelligas, quod poſſit imponere pœnam ordinariam, ſed extraordinariam, quia ipſe non eſt deputatus ſuper illa iniuria. Si delinquitur contrà Partes, vel alias perſonas neceſſarias in iudicio, conclude: quod ſi impediatur ſua iuriſdictio, poteſt ſe impedire, aliàs ſecùs, & ad limites impedimenti poteſt ſe impedire, & non aliter. Contrà Officiales delinquentes coram ſe, tenet Innocentius in cap. Dilectus. de Pœn. quod non poteſt ipſe procedere, niſi impediretur ſua iuriſdictio, ſed debet eos facere punire per Ordinarium.* Hæc *Abbas*. Et his ergò habetur Regula certa, quod *Delegatus* poteſt ſuam iuriſdictionem defendere procedendo contrà eos, qui impediunt eam ſibi in cauſa delegata.

117. Hinc deduces, quod ſi *Commiſſarius* deſtinatus ad viſitationem *Prouinciæ*, vel *Conuentus*, impediatur in executione ſuæ delegationis, pro ipſa tuenda, poteſt procedere. Et quia hic caſus maximè eſt practicabilis, illuſtremus ipſum exemplo. Deſtinatur *Commiſſarius* aliquis à *Generali*, vel *Prouinciali* ad viſitandam *Prouinciam*, vel *Conuentum*, cum ampla facultate tàm in capite, quàm in membris. De hac delegatione commonitus eſt *Prouincialis*, vel *Guardianus*, qui habet talem *Commiſſarium* prò inimico, & nollet quod iſte viſitationem iniunctam faceret; proindè ordinat ea, quæ neceſſaria ſunt, quominùs talis *Commiſſarius* admittatur in *Prouincia*, ſeù *Conuentu*, vt legitimus *Delegatus*. Pertingit *Commiſſarius* ad Conuentum, occurrit Ianitor, qui iam benè inſtructus eſt. *Commiſſarius* aut litteras obedientiales *Generalis*, ſiuè *Prouincialis*; aut patentes delegationis illi dat, vt deferat ad Superiorem. Ianitor reſpondet in Conuentu non eſſe locum nouis Hoſpitibus, & litteras non vult recipere, nec eas videre, dicens ſe neſcire legere. Replicat *Commiſſarius* ſe eſſe *Delegatum* à Superiore ad viſitationem, prò indè iubet admitti. Reſpondet Ianitor ſe illum non agnoſcere: & claudit ianuam, excluſo *Commiſſario*. Quid poteſt tunc *Commiſſarius*? Poteſt ne procedere per Cenſuras fulminando incontinenti Excõmunicationem, aut alias Cenſuras, vt infrà dicemus? Dico, quod licet ſic reſiſtentes, & impedientes talem *Commiſſarium*, quominùs ad mittatur, in foro conſcientię incurrant Excommunicationem *Papæ* reſeruatam, vt refert *Rodericus*, (d) de qua loquemur infrà; tamen in foro fori *Commiſſarius* nihil adhuc poteſt contrà eos, quia adhuc non fecit illis iuridicè conſtare de ſua delegatione. In tali ergo caſu *Commiſſarius* adeat *Iudicem Eccleſiaſticum* loci, ſi ibi ad eſt, ſin minùs *Iudicem laicum*, & per *Notarium Apoſtolicum*, ſi aliquis ibi eſt, aut per alium publicum *Tabellionem*, litteras ſuæ delegationis faciat tranſcribere, & authenticare per ſubſcriptionem *Notarij*, & ſignum ſui Tabellionatus. Indè *Commiſſarius* Monitorium directum *Guardiano*, *Vicario*, ſeù *Superiori*, *Diſcretis*, & omnibus, & ſingulis Religioſis *Sacerdotibus*, *Clericis*, & *Laicis* in illo Conuentu commorantibus formet, in quo Monitorio doceat de ſuo aduentu, & legitima auctoritate per Epiſtolas *Superioris*, cuius exemplar authenticum ibi inferat, proindè moneat eos vt ſe paratos exhibeant, ad eum recipiendum, quando ad illos ſe contulerit, ſub pœna Excommunicationis &c. Tum per *Curſorem*, ſiuè *Nuncium* publicum intimare ipſum Monitorium faciat perſonaliter Superiori, vel Fratribus, ſi tutus pateat ad ipſos acceſſus; ſin minùs per affixionem ipſius Monitorij ad valuas Eccleſiæ, vel Conuentus, vt commodè poſſit legi: & faciat quod *Curſor*, ſeù *Nuncius* relationem faciat, more ſolito, ipſi *Notario*. Hoc ſic intimato, *Delegatus* ſufficienter de ſua delegatione docuit, & contrà repugnantes, ſiuè non admittentes, tanquam contrà impedientes ſuam iuriſdictionem, poteſt procedere per

G cen-

Cenſuras, vt modò dicam. Si autem in Conuentu iam receptus eſt, & patentes legere fecit, & impeditur quominùs viſitet; vel minis terretur, vt diſcedat: cum hæc omnia iuriſdictionis ſint impeditiua, poterit procedere.

Sed quæres quomodò procedere poſſit ad defendendam ſuam iuriſdictionem, hoc eſt quibus medijs debet vti? Reſpondeo, quod in iure Ciuili *Iudex* contemptus *pœnali iudicio* pellit contemnentes ad obediendum, vt habetur in *Digeſtis* (e) *& ſic contempta Maieſtas Prætoris vindicatur*. Sed de iure Canonico dicit *Abbas* (f) quod poteſt per Cenſuras procedere contrà impedientes ſuam iuriſdictionem, licet hoc non exprimatur in litteris delegationis: poteſt inſuper incarcerare, diſciplinare, & aliàs pœnitentias iniungere, etiam ſi ſint extraneæ perſonæ, & aliàs non ſubditæ, vel etiam ſi impediens iuriſdictionem ſit *Ordinarius*, puta *Guardianus*, vel *Prouincialis* vt per *Doctores* relatos à *Barboſa* (g) conſtat. Et patet ex ratione quià in foro Eccleſiaſtico *Iudex Delegatus* poteſt Clericos contumaces, ſuam iuriſdictionem impedientes, mulctare: hoc eſt in pœnam pecuniariam interlocutoriè condemnare, vt cum *Innocentio*, & *Hoſtienſi* ſenſit *Abbas*. (h) In Religione autem noſtra, vbi pecunia non eſt, loco mulctæ, ſuccedit pœna corporalis, iuxtà legem, *Qui non habet in ære, luat in corpore:* & ſic per ieiunia, diſciplinas, & alia pœnalia opera poteſt *Delegatus* ſuam iuriſdictionem defendere: quod ſi his nihil proficit; poteſt excommunicare illos, cum limitatione, vt dicam infrà, & etiam incarcerare. Nec facit contrà hoc, quod in Statutis habeamus, quod non poteſt quis incarcerari, niſi de *Diffinitorij* conſilio, & aſſenſu, vt dicitur infrà in *textu*. (i) Quia ibi loquitur de carcere, qui datur ad torturã & pœnã: in alijs verò caſibus, in quibus carcer adhiberi à iure conceditur, non requiritur talis aſſenſus *Diffinitorij*, vt patet in caſu inobedientiæ contumacis, vbi *Guardianus* cum conſilio tantùm *Diſcretorum Reum* incarcerat ex *textu*. (l) Ità in caſu noſtro, cum *Delegatus* repræſentet perſonam *Generalis*, vel *Prouincialis Delegantis*, & in ipſorum iuriſdictionem ſuccedat, liquet, quod ſicut *Generalis*, vel *Prouincialis* ſic inobedientem, & contumacem poteſt, ex officio abſque *Diffinitorij* conſilio, incarcerare, ad effectum ipſum compellendi ad obediendum, ità poterit etiam *Delegatus* ad ſuam iuriſdictionem ſuſtinendam; aliter eius auctoritas eſſet eluſoria, vt dicit *Paulus de Caſtro*, & alij *Doctores*. (m) Sed quia ſuprà dictum eſt, quod etiã per Cenſuras, nempè per Excommunicationem, & alias, putà Suſpenſionem (quibus poteſt competere,) & Interdictum procedere poteſt, & fortè *Delegati* non eſſent in hac materia valdè periti, dicendum eſt, quam formam tenere debent in ferendis his Cenſuris.

118. Dico ergò, quod in quodam *Canone* (n) conſulitur *Delegatis Apoſtolicis*, vt in procedendo contrà impedientes ſuã iuriſdictionem, ergà *Epiſcopos*, vt potè maiori dignitate præditos, ſeruent maiorem cautelam in procedendo. *Ità quod* (ait) *eis quadam condigna reuertentia ſupportatis, ingreſſus primò ipſius Eccleſiæ, vel Sacerdotale impediatur miniſterium, ac deindè ab Officio ſuſpendantur, & ſubſequenter aggrauetur Cenſura Eccleſiaſtica contrà eos*. Pari modo etiam procedere debent Regulares *Delegati* contrà impedientes ſuam iuriſdictionem. Non enim primo impetu debent æqualiter procedere contrà *Sacerdotes*, ſicut contrà *Laicos Conuerſos*, ſiuè *Clericos ſimplices*; nec æquali methodo contrà *Guardianos*, vel *Prouincialem*, ſicut contrà reliquos Religioſos, ſed reuerentiã exhibendo dignitati Sacerdotali, ſiuè officio Prælaturæ, debent contrà ſic reſiſtentes, & impedientes ſuam iuriſdictionem, à leuioribus Cenſuris incipere, nempè ab *Interdicto*, aut *Suſpenſione à Diuinis*, antequam ad *Excommunicationem*, quæ eſt remedium extremum, deueniatur. Quãuis autem, vt plures *Doctores* ſenſerunt, non ſit neceſsè, quod præcedat monitio, quando *Delegatus* vtitur Cenſura ad ſuæ iuriſdictionis defenſam, quià tunc procedit non vt *Iudex*, ſed vt *Pars*. Tamen æquum eſt, meliùs ſit, & ità conſulo, quod priùs imponat præceptum ſub aliquo termino peremptorio, quò elapſo, ſi illi non paruerint, gladio Cenſuræ percutiantur: & hoc etiam voluerunt præſtantiſſimi *Doctores*, (o) quorũ ſententia in praxi eſt tutior. Ampliùs aduertant, quod formale præceptum debent in ſcriptis redigere, & Sententiam Cenſuræ pariter in ſcriptis ferre, & *Reis*, coram teſtibus, intimare, & in publica Communitate debent nunciari, & publicari ſic Cenſurati, ad hoc vt ab alijs euitentur; ſi ſunt excommunicati; vel alij deterreantur, ne ſimile crimen

com-

committant. Ideò ſi proceſſus, eſt inceptus, & citatur aliquis Teſtis, vel *Reus*, & comparere non vult, ſcribatur in actis eius recuſatio, & pariter monitio, & aſſignatio termini peremptorij ad obediendum; quò elapſo, fiat decretum de declaratione facienda, citetur ad audiendam declarationem, & feratur Sententia, intimetur, & in actis inferatur iuxtà formam, quam dabimus in Praxi Parte ſecunda. Si nondum proceſſus eſt inceptus, & illa eſt prima citatio, deſcribatur pariter totum factum, & procedatur vt ſuprà, redigendo ſemper in ſcriptis, ad hoc quod *Delegatus* poſſit ſuas actiones iuſtificatas *Ordinario* exhibere. Sed quid ſi omnes commorantes in illo Conuentu conſpirauerint, & noluerint obedire, neque eſſe Teſtes reſpectu actuum, qui ad hoc, quod ſint legitimi, requirunt Teſtium præſentiam? De hoc plenè dicam quandò agemus de Rebellione in Superiorem, vbi dabimus remedium.

Viſo autem de medijs, quibus poteſt vti *Delegatus* prò tuenda iuriſdictione, remanet dicendum de caſibus, in quibus poteſt talibus remedijs vti. Dico ergò, quod impedimentum iuriſdictionis vel eſt notorium, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari, vt quandò aliquis publicè, vel coram Teſtibus ſufficientibus citatus, non vult comparere, vel iuſſus non vult obedire; Aut impedimentum non eſt notorium, ſed ſunt aliquæ coniecturæ; puta quià talis, qui obedire, vel comparere renuit, coniecturatur ex aliquo motiuo probabili, quod à tali Religioſo conſilietur ad non obediendum; Aut omninò eſt occultum; puta quià bene videtur, quod iſte non obedit, qui aliàs obediens erat, & modò eſt contumax, & hoc non poteſt eſſe, niſi quia ab aliquo malè conſiliatur, ſed quis ſit Conſiliator iſte, omninò occultum *Delegato eſt*.

119. In primo ergo caſu omnes *Doctores* concordant, quod poteſt procedere, compellendo per Cenſuras, & alia remedia, vt ſuprà dictum eſt, ad obediendum. In ſecundo caſu dicit *Panormitanus*, (p) quod *Delegatus* poteſt procedere contrà turbatorem, vel Conſiliarium, de quò coniecturatur, quod ſuo malo conſilio impediat; & ipſum cogere ad præſtandam cautionem de non impediendo, opere, vel conſilio, ſuam iuriſdictionem; & hoc deduci argumento cuiuſdam *Canonis*, (q) in quò ordinat *Papa*, quod *Mulier* reſtituitur *Marito*, ſed quià ab iſtius feritate timebatur, priùs à Marito debeat dari cautio, de non ſæuiendo in ipſam. Sed hoc remedium in *Religioſis Franciſcanis* non habet locum, non enim poteſt dari cautio pecuniaria, aut fideiuſſoria vt patet. Bona cautio eſſet iuramentum de non conſiliando ampliùs, ſed hoc inutile eſt, quia malus Conſiliarius, qui non curat offendere *Deum*, in dando malum conſiliũ contrà præceptum obedientiæ, neque curabit de iuramento dato; & ſic fiet periurus, & adhuc durabit impedimentum iuriſdictionis. Meliùs eſt ergò quod cautio detur hoc modo, puta mittendo ipſum in alium Conuentum, donec proceſſus fuerit expeditus, & iſta eſt licita, & bona cautela. Et benè ad hoc aduertant *Iudices* in vniuersùm, quià multoties ipſis proficiet, remouendo à Conuentibus, in quibus proceſſus eondunt, quoſdam homines turbulentos, qui gaudent *Iudicibus* ponere impedimenta, & frequenter ob priuatas ſimultates. Verumtamen eſt, quod ſi *Iudex* eſt *Delegatus*, debet in proceſſu adnotare fundamenta coniecturæ ſuæ, etiam, ſi oportuerit, ponendo informationes habitas extraiudicialiter, ex quibus legitimè coniecturauit, quod ille malè conſiliaret, & ideò dedit Obedientiam, vt ad alium Conuentum vicinum ſe conferret, vſque ad tempus &c. Et hoc vt appareat quod *Delegatus*, ſic operando, non exceſſit fines ſui mandati. In tertio autem caſu, puta quando impedimentũ cernitur manifeſtum, ſed neſcitur à *Iudice* Auctor illius; diuiſæ ſunt *Doctorum* opiniones; *Innocentius* enim tenet, quod *Iudex* poteſt tunc ſummariè inquirere, Teſtes examinando ſuper hoc. *Speculator* verò (r) tenet, quod non poteſt procedere; ſed melior ſanè eſt opinio *Innocentij*, cum qua etiam conſenſit *Abbas*. (s)

120. Et ratio fundamentalis eſt, quia quando, (vt habet quædam Gloſſa (t) notabilis) dubitatur de Iuriſdictione alicuius *Iudicis*, ad eum ſpectat cognoſcere, An cognitio ad eum ſpectat, vel non; vt habetur in *Iure Ciuili*. (u) Sicut ergò poteſt cognoſcere ſuper dubio iuris, an ſibi competat iuriſdictio ad illam extendendam, ità poteſt cognoſcere ſuper facto, quod ſibi adhuc non eſt clarum, & inquirere, ad hoc vt plenè cognoſcat, & ibi exerceat ſuam iuriſdictionem, ſi eam ſibi compete-

Cenſuras, vt modò dicam. Si autem in Conuentu iam receptus eſt, & patentes legere fecit, & impeditur quominùs viſitet; vel minis terretur, vt diſcedat; cum hæc omnia iuriſdictionis ſint impeditiua, poterit procedere.

Sed quæres quomodò procedere poſſit ad defendendam ſuam iuriſdictionem, hoc eſt quibus medijs debet vti? Reſpondeo, quod in iure Ciuili *Iudex* contemptus *pœnali iudicio* pellit contemnentes ad obediendum, vt habetur in *Digeſtis (e) & ſic contempta Maieſtas Prætoris vindicatur*. Sed de iure Canonico dicit *Abbas (f)* quod poteſt per Cenſuras procedere contrà impedientes ſuam iuriſdictionem, licet hoc non exprimatur in litteris delegationis: poteſt inſuper incarcerare, diſciplinare, & aliàs pœnitentias iniungere, etiam ſi ſint extraneæ perſonæ, & aliàs non ſubditæ, vel etiam ſi impediens iuriſdictionem ſit *Ordinarius*, puta *Guardianus*, vel *Prouincialis* vt per *Doctores* relatos à *Barboſa (g)* conſtat. Et patet ex ratione quià in foro Eccleſiaſtico *Iudex Delegatus* poteſt Clericos contumaces, ſuam iuriſdictionem impedientes, mulctare: hoc eſt in pœnam pecuniariam interlocutoriè condemnare, vt cum *Innocentio*, & *Hoſtienſi* ſenſit *Abbas*. *(h)* In Religione autem noſtra, vbi pecunia non eſt, loco mulctæ, ſuccedit pœna corporalis, iuxtà legem, *Qui non habet in ære, luat in corpore*: & ſic per ieiunia, diſciplinas, & alia pœnalia opera poteſt *Delegatus* ſuam iuriſdictionem defendere: quod ſi his nihil proficit, poteſt excommunicare illos, cum limitatione, vt dicam infrà, & etiam incarcerare. Nec facit contrà hoc, quod in Statutis habeamus, quod non poteſt quis incarcerari, niſi de *Diffinitorij* conſilio, & aſſenſu, vt dicitur infrà in *textu*. *(i)* Quia ibi loquitur de carcere, qui datur ad torturã & pœnã: in alijs verò caſibus, in quibus carcer adhiberi à iure conceditur, non requiritur talis aſſenſus *Diffinitorij*, vt patet in caſu inobedientiæ contumacis, vbi *Guardianus* cum conſilio tantùm *Diſcretorum Reum* incarcerat ex *textu*. *(l)* Ità in caſu noſtro, cum *Delegatus* repræſentet perſonam *Generalis*, vel *Prouincialis Delegantis*, & in ipſorum iuriſdictionem ſuccedat, liquet, quod ſicut *Generalis*, vel *Prouinciali*[illegible] inobedientem, & contumacem p[illegible]io abſque *Diffinitorij* conſili[illegible], ad effectum ipſum comp[illegible]edien-

dum, ità p[illegible]
iuriſdictio[illegible]
auctoritas [illegible]
Caſtro, & a[illegible]
dictum [illegible]
pè per E[illegible]
tà Suſpe[illegible]
tere,) [illegible]
& fortè [illegible]
valdè [illegible]
tenere [illegible]

118. *none* [illegible]
vt in [illegible]
[illegible]

buet *Delegato* ad inquirendum ſuper nouo delicto, de quo apparuerunt indicia. Et aduertat *Delegatus*, quod ſi nouam delegationem ſuper tali delicto habebit, meliùs faciet, incipiēdo proceſſum ſeparatum ab alio, ad euitandam confuſionem, vt dicam in *Praxi*. Quæ autem hucuſque dicta ſunt, vt plurimùm, quadrant in *Delegato* ad cauſam particularem. Quia *Delegatus* ad vniuerſitatem cauſarum poteſt procedere, vt *Ordinarius*; proindè prudens Lector benè aduertat, & adaptanda adaptet cui, & quando debet.

…it ſubdelegare in aliquo caſu?

laria, ſed communia.

Ab eo Delegatus dicitur Delegatus à Principe.

130. *Delegatus à Prouinciali ad cauſam particularem nequit ſubdelegare.*

Fallit hoc in duobus caſibus.

Procurator habens ſpeciale mandatum poteſt ſubſtituere.

Articulus cauſæ non requirens iuriſdictionem poteſt ſubdelegari.

131. *Actus iuriſdictionem requirētes qui.*

Statuta facere, carcerare, pænitentiare, præcipere per obedientiam, viſitare ſunt actus requirentes iuriſdictionem.

Examinare Teſtem ſpontè iurare paratum non requirit iuriſdictionem.

Cogere Teſtem ad examen requirit iuriſdictionem.

Iurare ſpontaneè quilibet poteſt.

Iuriſdictio requiritur ad compellendum Teſtem ad iurandum.

In Subdelegato requiruntur eædem qualitates ſicut in Delegato.

124. RESpondeo, quod vltra ea, quæ diximus ſupra de facultate, quam habent *Delegati* ad vniuerſitatem cauſarum; (prout ſunt *Commiſſarij Viſitatores*, qui habent facultatem ſubdelegandi tum à iure, tum à conſuetudine,) pro pleniori materiæ huius practicabilis intellectu, remanent adhuc alia dicenda. Siquidem aliquis poteſt deſtinari *Delegatus* à *Prouinciali* ad viſitandum Conuentum, cum ampla facultate in vtroque foro inquirendi, & faciendi opportunos proceſſus, vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè. Pariter aliquis poteſt ad cauſam particularem delegari à *Miniſtro* Gene-

to ipſi *Papæ*, niſi per relationem, & *Papa* iuxtà ſtylum nominet ipſum *Doctorem*, vel *Magiſtrum in Theologia*, vel *Iure Canonico*, & iſte *Delegatus* nec *Doctor*, *nec Magiſter* ſit, talis delegatio non valet, quia non procedit *Papa* ex certa ſcientia, quia perſonam non nouit; & nominando ipſum *Doctorem*, vel *Magiſtrum*; cum talis non ſit, patet quod *Papæ* fuit repræſentatum falſum, & litteræ ſunt ſubreptæ, & ideò in talibus litteris non cenſetur à *Papa* iuri communi derogatum; & ità delegatio illa nulla eſt; quia talis nominatio eſt quid facti, quia, quæ facti ſunt non præſumitur *Princeps* ſcire, vt ait *Alexander*: (x) & in tantum ipſum delegauit, in quantum repræſentatum illi fuit, quod eſſet *Doctor*, vel *Magiſter*; quod ſi ſciuiſſet, eum talem non eſſe, ipſum non delegaſſet, & proindè reſiſtente ſibi lege communi, talis delegatio eſt nulla. Simili modo dicendum eſt de *Generali Miniſtro*. Poteſt enim ipſe, vt dicebamus, in *Statutis* diſpenſare maximè in ijs, quibus non apponitur clauſula, quod ſint indiſpenſabilia, vt eſt *Statutum de Commiſſarijs Viſitatoribus*, & alijs *Iudicibus Delegatis*. Non autem ex hoc, quod litteras, & patentes delegationis alicui mittit, cenſetur diſpenſare ſuper Statutis, ſi iſte, ad quem tales litteræ diriguntur, aliàs non habet conditiones requiſitas à Statuto, per quas ad delegationem habilitetur; ſed vel requiritur, quod in patentibus exprimatur implicitè, vel explicitè Statutorum derogatio, vel quod *Generali* ſit nota perſona, & conditio ipſius *Delegati*. Si enim *Generalis* cognoſcit illum, & ſcit eſſe quidem virum zelantem prudentem, & expertum, non tamen eſſe *Lectorem*, & *Concionatorem* exercitio, & tamen ipſum delegat, cenſetur diſpenſare ſecum ſuper Statuto. Si autem, vt multoties euenit, *Generalis* non habet notitiam, niſi ex relatione aliquorum, qui repræſentant talem eſſe virum eximium, doctum, expertum, idoneum ad munus *Viſitatoris*, & *Generalis* ipſum deputat, & in patentibus tribuit illi titulum *Theologi*, & *Concionatoris*, vt paſſim fit, cum reuera talis non ſit, dico, tunc talem deputationem non valere, eo quia Statutum repugnat, & clarè apparet, quod *Generalis* in Statuto non diſpenſauit, tum quia in patentibus de diſpenſatione non apparet; tum quia conditiones *Delegati*, ſicut & eius perſona non ſunt notæ *Generali*; tum quia dum *Generalis* tribuit illi tales titulos, ſupponit *Delegatum* eſſe talem, qualem Statuta requirunt, quod ſi ſciuiſſet illum deficere in illis conditionibus, ipſum non delegaſſet, vndè ex defectu intentionis nulla eſt delegatio.

XII. Quæritur. An Prouincialis poſſit delegare cauſam criminalem alicui vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè?

SVMMARIVM.

104. *Ordinarius Iudex cauſam poteſt delegare.*
Etiam cauſam criminalem meri, & mixti imperij ex conſuetudine delegat.
105. *Miniſter Prouincialis criminales cauſas vſque ad ſententiam definitiuam delegare poteſt.*
106. *Tantam authoritatem habet Delegatus, quantam Delegans.*
107. *Expedit aliquando, quod Prouincialis cauſam deleget vſque ad diffinitiuam incluſiuè;*
Tali caſu Prouincialis non debet ingredi congreſſum Diffinitorij.
108. *Commiſſio excitatiua iuriſdictionis quæ ſit.*
109. *Iudici Delegato conſulente Diffinitorium, quis locus ſibi debeatur.*
110. *Delegans, abſque cauſa, non debet Delegato cauſam inceptam auferre.*

104. **O**Rdinarium Iudicem ex ſua iuriſdictione poſſe cauſam ad ſe ſpectantem delegare ex *iure* tum *Canonico*, tum *Ciuili* notat *Abbas*. (z) Et licet ſtando in iure communi cauſæ criminales meri, & mixti imperij non poſſint delegari, vt tradunt *Doctores*, (a) tamen hodie ex generali conſuetudine omnes cauſas indiſtinctè ab *Ordinarijs* delegari, teſtatur *Iulius Clarus*. (b)

105. Secundùm hæc ergo procedendo, etiam *Miniſter Prouincialis* cauſam criminalem delegare poteſt, tribuendo *Delegato* facultatem non ſolùm inquirendi, Teſtiū depoſitiones recipiendi, Reum conſtituendi, torquendi, carcerandi ex noſtrarum legum præſcripto, ſed etiam finaliter, & definitiuè ſententiandi.

106. Cum

106. Cum enim tantam authoritatem habeat *Delegatus*, quantam *Delegans*, niſi aliud in litteris delegationis exprimatur, vt dicunt *Doctores*, (c) liquet, quod hæc omnia præſtare poterit *Delegatus*, ſi *Prouincialis* plenariam ſuam poteſtatem illi communicet, committendo ſcilicet, vt ſuper tali crimine inquirat, conſtituat, & puniat.

107. Licet autem in *Religione* hoc multùm in vſu non ſit, cum plerique *Prouinciales* cauſas committant vſque ad ſententiam diffinitiuam *excluſiuè*, tamen hoc poſſe fieri perſpicuum eſt, nullam enim legem habemus, quæ contrarium diſponat. Immo in multis caſibus conſulerem, vt *Miniſtri* ità facerent; tum vt Subditos ſibi magis beneuolos redderent ipſos non per ſe, ſed per alios caſtigando; tum nè Subditus, qui aliquando ſuſpicatur, Superiorem non æquo animo erga ſe eſſe, credat ſententiam proprij delicti punitiuam procedere potiùs ex animoſitate ipſius, quàm ex iuſtitiæ debito, & ideò potiùs *Reus* ex punitione fiat prior, quàm melioretur, & pœniteat. Verùm tamen eſt, quod *Prouincialis* pro illius cauſæ expeditione in nullo poteſt ſe ingerere, ſi cauſam alicui *Delegato* abſolutè terminandam commiſerit. Hoc eſt, ſi *Delegatus Reum* arctare, carcerare, torquere debeat, patet quod ex Conſtitutionum præſcripto, nullum iſtorum poteſt abſque Diffinitorij conſilio, & aſſenſu. (d) Dato ergo caſu, quod Iudex, vt præfertur, *Delegatus Reum* habeat ſic torquere, & ad hoc congregandum ſit *Diffinitorium, Miniſter Prouincialis* non debet in tali *Diffinitorio* interuenire. Ratio euidens eſt, quia cauſa illa eſt expedienda auctoritate delegata: ſi autem interueniret *Prouincialis*, qui ordinariam habet iuriſdictionem, *Delegati Iudicis* ceſſaret authoritas, vbi enim eſt maior, ibi minor ceſſat, & maior eſt *Ordinarius Delegato*; nec ad eandem cauſam cognoſcendam interuenire poteſt iuriſdictio ordinaria, & delegata. Quod ſi dicatur in eodem *Iudice* concurrere poſſe auctoritatem ordinariam, & delegatam; vt quando *Princeps*, ſiuè *Generalis* remittit aliquam cauſam cognoſcendam à *Prouinciali*, quam cauſam deberet alioquin *Prouincialis* ipſe ex ordinaria ſua iuriſdictione cognoſcere; ità in noſtro caſu poſſe interuenire in tali *Diffinitorio Prouincialem*, qui auctoritate ordinaria, & *Commiſſarium*, qui auctoritate delegata illam cauſam cognoſcat.

108. Reſpondeo, quod quando *Princeps* remittit *Iudici* cauſam, quam *Iudex* ex ſuo ordinario officio cognoſcere aliàs debuiſſet, ſi fuiſſet ad ſuum tribunal delata, *Iudex* tunc non procedit auctoritate delegata, ſed ordinaria, non obſtante commiſſione *Principis*; & ratio eſt, quia talis *commiſſio* dicitur *excitatiua* ordinariæ iuriſdictionis, non autem *collatiua*, ſeu *delegatiua* iuriſdictionis nouæ, & maximè, quãdo in reſcripto non additur, ſeu minuitur aliquid ordinariæ iuriſdictionis, vt tenent plures *Doctores*. (e) Proindè non agit tunc ex duplici auctoritate, *ordinaria* nempè, & *delegata*. Vndè nec in caſu noſtro deberet interuenire *Prouincialis* ordinariam habens auctoritatem, & *Commiſſarius* habens delegatam in *Diffinitorio*, nè aut *Commiſſarius* iuriſdictionem amitteret, aut eadem cauſa ſimul duplici iudicio ſubderetur, quod in iure non ſubſiſtit. Et hìc monitos volo tum *Prouinciales*, tum *Delegatos* de re, quæ paſſim fieri à multis conſueuit, quæ tamen iuri non cohæret; & eſt. Aliquoties *Prouincialis* cauſam alicui delegat expediendam vſque ad ſententiam definitiuam *excluſiuè*; euenit, quod *Reus* eſt arctandus, ſeu carcerandus; *Delegatus* adit ſuper hoc *Prouincialem*; & iſte congregat *Diffinitorium*, in quo aut excluſo *Delegato* initur conſilium ſuper carceratione, vel arctatione, aut admiſſo *Delegato Prouincialis* proponit, reſoluit, & de carceratione, aut arctatione decretat. In hoc facto eſt iuris diſſonantia; ſiquidem *Delegatus* in tali cauſa repræſentat *Prouincialem*, incongruum ergo eſt, quod interueniat in eodem negotio repræſentans, & repræſentatus, & eadem cauſa à duplici *Iudice* cognoſcatur. Videmus enim, quod ſi *Commiſſarius*, qui *Prouinciam* viſitauit conuocat *Capitulum* pro electione *Prouincialis*, ſi in loco *Capituli* adeſt *Generalis*, *Commiſſarius* votum nullum habet, nec aliquem actum facit, quia præſens eſt Ordinarius, qui ipſum delegauit; & ſimiliter debet fieri in cauſa, de qua loquor, vt in illo *Diffinitorio*, aut *Prouincialis*, aut *Delegatus* non interueniat. Quid ergo agendum? Dico, quod ex quo *Prouincialis* auctoritatem ſuam *Delegato* commiſit vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè, non debet *vrouincialis* ſe ingerere in illa cauſa antè ſententiam. Officium *Delegati* eſt conſulere, ſimul cum *Diffinitorio* ſuper proceſſu,

Digitized by Google

ceſſu, & indicijs, & reſoluere, an competat arctatio, aut carceratio, nec nè. In iſta conſultatione *Delegatus* eſt *Iudex* principalis, *Diffinitores* ſunt *Conſiliarij*, & in hoc munere ſunt inferiores *Delegato*, qui principalem iuriſdictionem habet in cauſa, & *Prouincialem* repræſentat: & proindè in congreſſu illo dignior locus ſibi debetur.

109. Quod ſi *Prouincialis* ipſe *Diffinitorium* congregaret, & proceſſum referret, vel etiam coram ſe à *Delegato* referre faceret, conſultaret cum *Definitoribus*, & ferret decretum de arctatione, ſiuè carceratione, auctoritas *Delegati*, in tali caſu, expiraſſet, & abſque noua deputatione non poſſet ampliùs, in illa ſe ingerere.

110. Quia ex quo *Prouincialis* eſt præſens, vt dictum eſt, nequit *Delegatus* aliquem actum iuriſdictionalem facere: & cum ea, quæ erant muneris *Delegati* præſtiterit Prouincialis, cenſentur cauſam ad ſe auocaſſe; quod, vt exprimitur in iure, *(f)* poteſt, abſque qualibet cauſa, facere, licet de honeſtate hoc facere non debeat abſque cauſa; puta, vel quia *Delegatus* eſt negligens in cauſa, vel quia non rectè procedit, vt notat *Abbas.(g)* Abſque noua ergò delegatione nequiret *Delegatus* procedere, ex eo quod fuiſſet per talem actum factum à *Prouinciali*, qui ſe in cauſa immiſcuit, antiqua iuriſdictio ſublata, vndè noua deputatione egeret ad iudicium proſequendum. Vndè concludendum eſt, debere *Prouincialem*, vel cauſam ad ſe auocatam proſequi; vel nouam delegationem facere; vel, quod magis iuri, & æquitati conſonat, ab ingreſſu *Diffinitorij* abſtinere, & relinquere *Delegatum* fungi officio ſuo.

XIII. Quæritur. Quid priùs, & antè omnia facere debeat Delegatus?

SVMMARIVM.

111. *Delegatus ante omnia debet docere de ſua delegatione.*

112. *Commiſſarius Viſitator quid primò facere debeat in Prouincia.*
Delegatus antè præſentationem litterarum non habet iuriſdictionem proximam.
Impunè non paretur ei, qui priùs non docuit dè delegatione.
Nulli creditur dè delegatione, niſi faciat dè ea conſtare.

113. *Commiſſarius ad cauſam particularem quomodo ſe gerere debeat in ſua iuriſdictione oſtendenda.*

114. *Delegationis litteræ ſi pereant incœpta cauſa quid agendum?*
Teſtis quomodo ab alio Conuentu vocandus.
Delegationis litteræ benè cuſtodiendæ.
Cautela prò litteris delegationis conſeruandis.

111. **R**Eſpondeo, quod antè omnia *Delegatus* debet docere dè ſua delegatione, faciendo conſtare quod legitimè *Delegatus* eſt, tum ratione *Delegantis*, qui delegare potuit, tum ſui qui habet conditiones ad paſſiuam delegationem requiſitas, tum ratione cauſæ, ſiuè negotij, quod delegabile ſit. Et ad maiorem claritatem diſtinguo quæſtionem; vel enim loquimur dè *Delegato* ad vniuerſitatem cauſarum in vtroque foro, paterno ſcilicet, & iudiciali, vt dè *Commiſſario Viſitatore* deſtinato à *Generali* ad viſitandam *Prouinciam*; vel dè *Commiſſario Delegato* ſimiliter à *Prouinciali* ad viſitandum *Conuentum* cum facultate in vtroque foro; vel loquimur dè *Delegato* ad certam cauſam particularem criminalem.

112. Dico ergò primo, quòd *Commiſſarius*, vt præfertur deſtinatus ad viſitandam *Prouinciam*, ſiuè *Conuentum*, debet oſtendere litteras patentes ſuæ delegationis, & ipſas publicè facere legi in *Capitulo* Fratrum ad hoc ſpecialiter congregato, vel in publica refectione, ad quam maior ſaltem pars *Communitatis* conueniat. Et ratio eſt, quia, antè præſentationem litterarum, non habet proximam iuriſdictionem, nec illius exercitium, vt dicitur in *iure: (h)* nec vllus cogitur exequi mandata illius, niſi priùs conſtito de legitima delegatione, aliàs impunè ei non paretur, vt habetur ex *textu*. *(i)* Quia enim delegatio eſt quid facti, non præſumitur, niſi probetur vt docet *Ludouicus Romanus*. *(l)* Hinc etiam habetur in *Iure Ciuili, (m)* quod *Commiſſarij* ad *Prouincias* miſſi, antequam exercere ſuum officium incipiant, debent præſentare litteras ſuæ Commiſſionis *Præſidi Prouinciæ*, & hoc communiter tenent *Doctores*. *(n)* Hinc ſi aliquis veniret in *Prouinciam*, vel Con-

Digitized by Google

Conuentum, & aſſereret ſe miſſum *Commiſſarium* à *Generali*, vel *Prouinciali*, nullum poteſt actum iuriſdictionalem inſtituere, nec Fratres tenentur illum recipere vt talem, & ipſi parere, niſi oſtendat litteras originales munitas ſigillo, & ſubſcriptione *Delegantis*: & non ſufficit oſtendere tranſumptum, etiam authenticum, vt probat *Ludouicus Romanus* ſupracitatus, (o) licet eſſet alioquin Pater grauis, & dignus, maximè ſi in tali delegatione, aut Viſitatione interueniret præiudicium alicuius; quia in tali caſu non creditur alicui quantumuis magno; imò nec *Epiſcopo*, nec *Cardinali* aſſerenti ſe eſſe à *Papa Delegatum*, vt ex *Panormitano*, & *Fagyano* tenet *Paſſerinus*. (p)

113. Si autem loquamur dè *Commiſſario* ad cauſam particularem, adhuc diſtinguendum eſt. Vel enim delictum eſt notum, & ignoratur Auctor; vt exempli gratia inuentus eſt aliquis in Conuentu occiſus, ſed neſcitur, à quò occiſus fuerit; vel eſt inſtituendus proceſſus contrà particularem, vel particulares accuſatos, diffamatos, vel denunciatos. In primo caſu, antequam incipiatur inquiſitio, certè conſtare debet de delegatione, & quia delictum notum eſt, & Delinquens ignotus, *Iudex* reſpectu omnium, & ſuper omnes ibi commorantes (ex quorum numero cenſetur eſſe Delinquens,) debet habere iuriſdictionem ad ipſos examinandos; proindè ad fundandam iuriſdictionem debet litteras delegationis producere, & facere legi, vt ſuprà diximus. Verum tamen eſt, quod hoc etiam aliter poſſet fieri, nempè oſtendendo ſingillatim omnibus, qui debent examinari, ſuam delegationem, antè quam examinentur, ſed melius fit, legendo eas in publico *Capitulo*: quia vnica lectura apud omnes fundat ſuam iuriſdictionem. In ſecundo verò caſu non eſt neceſſe quod publicè faciat legere patentes; imò multoties expediret, quod eius delegatio eſſet ſecreta, ne aut *Reus* aufugiat, aut Teſtes ſubornet, aut à veritate dicenda per minas deterreat; ſed ſufficit quod antè examen Teſtium oſtendat cuilibet originale ſuæ delegationis, quod etiam facere oportet antè *Rei* examen, ad hoc, quod ſciant illum legitimè eſſe *Delegatum*, & habere iuriſdictionem exigendi iuramentum, & interrogandi; & ipſos eſſe obligatos in conſcientia ad reſpondendum.

114. Quid autem faciendum, ſi, poſtea quam cœpta eſt inſtructio proceſſus, ſint ablati à camera *Delegati* actus iam facti, vel incendio, aut alia cauſa perierint, & ſimul cum illis etiam litteræ delegationis; vel citandus ex alio *Conuentu* eſt Teſtis, qui examinari renuit, & præcepto obedientiæ eſt adigendus, quomodo tunc reſpectu ipſius fundanda eſt iuriſdictio, cum ipſi oſtendi non poſſint litteræ delegationis originales, quæ iam colligatæ ſunt cum proceſſu, vel furto, aut alio caſu perierunt? Dico quod tunc probanda eſt iuriſdictio vel per tranſumptum authenticum litterarum delegationis, vel per depoſitionem Teſtium, qui fidem faciant, quod viderint litteras originales talis delegationis, vt probat *Maſcardus*. (q) Et ideò in caſu, quo Teſtis ab alio *Conuentu* eſſet vocandus, & ſimpliciter monitus nollet comparere, debet *Delegatus* formale præceptum in ſcriptis formare, & in ipſo inſerere authenticam copiam delegationis, & per nuncium, ad hoc ſpecialiter deſtinatum, ipſi intimare, ad hoc quod ſic Citato conſtet legitimè dè ſua delegatione. Prò hoc benè aduertant *Delegati* ad id, quod ipſis conſulit *Angelus Aretinus*, (r) nempè, quod debent cuſtodire litteras ſuæ delegationis *vt pupillam oculi*, ne, ipſis deperditis, non habeant, vndè poſſint dè ſua delegatione legitimè docere. Et ad fugienda omnia incommoda, & præcauenda pericula accipiant conſilium *Paſſerini*, (s) qui inſtruit *Commiſſarios* ſic *Delegatos* ad oſtendendas litteras delegationis *Superiori Conuentus*, in quo debent ſuam iuriſdictionem incipere, aut exercere, & faciant ipſam regiſtrari fideliter in libro Conuentus, ad hoc quod, ſi periret Originale, ſit vndè poſſit authenticum tranſumptum compulſari, & tranſcribi. Verum tamen eſt, quod ſi Teſtis, ſic vt ſupra dixi, vocatus, cum copia delegationis inſerta in citatione, comparuerit, & petierit ſibi oſtendi litteras originales delegationis, *Iudex* tenetur ipſas illi oſtendere ante examen, aliter tum proceſſus, tum ſententia, tum quiuis alius actus contrà ipſum eſſet nullus, vt tradunt communiter *Doctores*. (t)

XIV. Quæ-

XIV. Quæritur. Ad quæ ſe extendat Iudicis Delegati iuriſdictio?

SVMMARIVM.

115. *Cauſa commiſſa committuntur omnia ad eam neceſſaria.*
Delegatus cognoſcit de annexis, & connexis cauſæ delegatæ.
Niſi connexum eſſet reſeruatum priuatiuè alteri tribunali.
Connexa, vel incidentia dupliciter contingunt.

116. *Delegatus cognoſcit de ijs, quæ ſuam iuriſdictionem impediunt.*
Quibus in caſibus procedit vltrà expreſſa in delegatione.

117. *Commiſſarius Viſitator impeditus ne viſitet, quid facere debeat.*

118. *Cautela in ferendis cenſuris per Delegatum.*
Ante Excõmunicationem facienda trina monitio.

119. *Impedimentum iuriſdictionis notorium quomodò tollendum.*
Si non eſt notorium, ſed tantum coniecturale.
Si impedimentum eſt manifeſtum, ſed Author ignoratur quid agendum?

120. *Ad Iudicem ſpectat cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio.*

121. *Incidentia in cauſa quotuplicia.*

122. *Iudex Delegatus non punit delicta non impedientia ſuam iuriſdictionem.*
Nec ea, quæ iam impediuerunt, ſed modò non impediunt.

123. *Si reperit incidens, quod transfert cauſam ad aliudforum, quid agere debeat.*
In incidentibus ſeparabilibus à cauſa, ſe abſtineat à cognitione.

115. RESpondeo, quod Causà aliquà, ſiuè pluribus, ſiuè omnibus commiſſis per delegationem, (regulariter loquendo,) cenſentur commiſſa omnia ea, ſinè quibus expediri non poſſunt, & proindè reſpectu horum omniũ habet *Delegatus* communiter iuriſdictionem, vt dicit *Textus* cum *Iure Conſultis* ibi ſcribentibus. *(u)* Ideò *Iudex Delegatus* ſuper vno negotio cognoſcit dè omnibus *dependentibus, incidentibus, annexis,* & *connexis*, ſinè quibus cauſa commiſſa commodè nequit expediri, vt dicit vna *Gloſſa*, *(x)* niſi aliquod adnexum eſſet *Papæ* reſeruatum, aut alteri tribunali priuatiuè ſubiectum, vt dicit *Felinus*. *(z)* *Connexa* autem, vel *incidentia* in cauſa dupliciter poſſunt ſe habere, nempè vel tangentia iuriſdictionem, vel dependentia à delicto; explico. Si fundatà iuriſdictione per oſtenſionem litterarum delegationis, & incepto exercitio ipſiuſmet iuriſdictionis per citationem alicuius Teſtis, vel iſte, vel *Reus* non vult comparere; vel *Guardianus* mittit extrà Conuentum alios Teſtes neceſſarios ad expeditionem cauſæ, ad hoc ne examinentur; vel aliquis minis terret; vel ſubornationibus impedit Teſtes, ne teſtificentur; vel *Guardianus* auxilia neceſſaria ad viſitationem corporis delicti non dat, & his ſimilia; hæc inquam dicuntur *tangentia iuriſdictionem Delegati*, quià per illa impeditur quominus cauſa ſibi demandata executionem ſortiatur. *Dependentia* verò à delicto dicuntur ea, quæ vel antecedunt, vel ſubſequuntur, vel ſunt ſimul cum delicto. Exemplum. *Prouincialis* recepta denunciatione quod *Frater Peruerſus* inuentus eſt fornicarius, delegat *Fratrem Zelantem* ſuum *Commiſſariũ* ad fabricandum proceſſum ſuper delicto fornicationis. *Delegatus* proſequendo cauſam per examen teſtium inuenit, quod teſtes probant *Fratrem Peruerſum* ſibi paraſſe pecuniam ex furto, quia furatus eſt ſupellectilem coquinæ, quam vendidit: ipſam expendiſſe in meretricando cum muliere in loco ſacro. Tria ergò hæc crimina, ſcilicet *furtum, proprietas*, & *Sacrilegium* habent dependentiam à fornicatione.

116. Conſtans ergò *Doctorum* ſententia eſt, quod *Iudex Delegatus* habet iuriſdictionem cognoſcendi, & procedendi in omnibus ijs, in quibus impeditur ſua iuriſdictio pro expedienda cauſa ſibi delegata, & ſuper hoc eſt aperta diſpoſitio *Canonum*. *(a)* Et vna *Gloſſa Notabilis* *(b)* ait quod *Iuriſdictio Iudicis Delegati extenditur ad omnes illos, qui illius iuriſdictionem impediunt, licet de illis in litteris non fiat mentio*. In hoc autem recoli debet doctrina *Innocentij*, quam refert, epilogat, & amplexatur *Panormitanus*, *(c)* vt clarè appareat quando, & quò caſu vltrà expreſſa in delegatione, poſſit *Delegatus* procedere. Dico ergò, quod aliquoties poteſt

teſt

teſt aliquis delinquere in *Delegatum* ipsũ injuriando, percutiendo, aut alio modo offendendo, & hac ratione inimicitiæ priuatæ, quam habet cum *Delegato*; aliquoties poteſt illa facere deterrendo, aut ad effectum impediendi *Delegatum* quominus in cauſa procedat; tertio modo cum delinquit in præſentia *Delegati* pro tribunali ſedentis contrà perſonas ad iudicium neceſſarias ob priuatam cauſam; quartò quandò contrà eoſdem delinquit, causà impediendi iudicium; quintò quandò perſona ad iudicium neceſſaria delinquit in eo, quod præſtare debet: vt *Teſtis*, qui reſpondere ad interrogata non vult; *Actuarius*, qui ex profeſsò vitiat actus, vt proceſſus nullus euadat. Ad hæc ergò reſoluenda dico cum *Abbate*, quod *ſi tertius delinquit in perſonam Iudicis Delegati, non poteſt Iudex Delegatus illum punire, niſi per hoc contingat ſuam iuriſdictionem impediri. Sed eo caſu, quo poteſt Delegatus punire, non intelligas, quod poſſit imponere pœnam ordinariam, ſed extraordinariam, quia ipſe non eſt deputatus ſuper illa iniuria. Si delinquitur contrà Partes, vel alias perſonas neceſſarias in iudicio, conclude: quod ſi impediatur ſua iuriſdictio, poteſt ſe impedire, aliàs ſecùs, & ad limites impedimenti poteſt ſe impedire, & non aliter. Contrà Officiales delinquentes coram ſe, tenet Innocentius in cap. Dilectus. de Pœn. quod non poteſt ipſe procedere, niſi impediretur ſua iuriſdictio, ſed debet eos facere punire per Ordinarium*. Hæc *Abbas*. Et his ergò habetur Regula certa, quod *Delegatus* poteſt ſuam iuriſdictionem defendere procedendo contrà eos, qui impediunt eam ſibi in cauſa delegata.

117. Hinc deduces, quod ſi *Commiſſarius* deſtinatus ad viſitationem *Prouinciæ*, vel *Conuentus*, impediatur in executione ſuæ delegationis, pro ipſa tuenda, poteſt procedere. Et quia hic caſus maximè eſt practicabilis, illuſtremus ipſum exemplo. Deſtinatur *Commiſſarius* aliquis à *Generali*, vel *Prouinciali* ad viſitandam *Prouinciam*; vel *Conuentum*, cum ampla facultate tàm in capite, quàm in membris. De hac delegatione commonitus eſt *Prouincialis*, vel *Guardianus*, qui habet talem *Commiſſarium* prò inimico, & nollet quod iſte viſitationem iniunctam faceret; proindè ordinat ea, quæ neceſſaria ſunt, quominùs talis *Commiſſarius* admittatur in *Prouincia*, ſeù *Cõuentu*, vt legitimus *Delegatus*. Pertingit *Commiſſarius ad* Conuentum, occurrit Ianitor, qui iam benè inſtructus eſt. *Commiſſarius aut* litteras obedientiales *Generalis*, ſiuè *Prouincialis*; aut patentes delegationis illi dat, vt deferat ad Superiorem. Ianitor reſpondet in Conuentu non eſſe locum nouis Hoſpitibus, & litteras non vult recipere, nec eas videre, dicens ſe neſcire legere. Replicat *Commiſſarius* ſe eſſe *Delegatum* à Superiore ad viſitationem, pro indè iubet admitti. Reſpondet Ianitor ſe illum non agnoſcere: & claudit ianuam, excluſo *Commiſſario*. Quid poteſt tunc *Commiſſarius*? Poteſt ne procedere per Cenſuras fulminando incontinenti Excõmunicationem, aut alias Cenſuras, vt infrà dicemus? Dico, quod licet ſic reſiſtentes, & impedientes talem *Commiſſarium*, quominùs admittatur, in foro conſcientię, incurrant Excommunicationem *Papæ* reſeruatam, vt refert *Rodericus*, (d) de qua loquemur infrà; tamen in foro fori *Commiſſarius* nihil adhuc poteſt contrà eos, quia adhuc non fecit illis iuridicè conſtare de ſua delegatione. In tali ergo caſu *Commiſſarius* adeat *Iudicem Eccleſiaſticum* loci, ſi ibi adeſt, ſin minùs *Iudicem laicum*, & per *Notarium Apoſtolicum*, ſi aliquis ibi eſt, aut per alium publicum *Tabellionem*, litteras ſuæ delegationis faciat tranſcribere, & authenticare per ſubſcriptionem *Notarij*, & ſignum ſui Tabellionatus. Indè *Commiſſarius* Monitorium directum *Guardiano*, *Vicario*, ſeù *Superiori*, *Diſcretis*, & omnibus, & ſingulis Religioſis *Sacerdotibus*, *Clericis*, & *Laicis* in illo Conuentu commorantibus formet, in quo Monitorio doceat de ſuo aduentu, & legitima auctoritate per Epiſtolas *Superioris*, cuius exemplar authenticum ibi inſerat, proindè moneat eos vt ſe paratos exhibeant, ad eum recipiendum, quando ad illos ſe contulerit, ſub pœna Excommunicationis &c. Tum per *Curſorem*, ſiuè *Nuncium* publicum intimare ipſum Monitorium faciat perſonaliter Superiori, vel Fratribus, ſi tutus pateat ad ipſos acceſſus; ſin minùs per affixionem ipſius Monitorij ad valuas Eccleſiæ, vel Conuentus, vt commodè poſſit legi; & faciat quod *Curſor*, ſeù *Nuncius* relationem faciat, more ſolito, ipſi *Notario*. Hoc ſic intimato, *Delegatus* ſufficienter de ſua delegatione docuit, & contrà repugnantes, ſiuè non admittentes, tanquam contrà impedientes ſuam iuriſdictionem, poteſt procedere per

Cenſuras, vt modò dicam. Si autem in Conuentu iam receptus eſt, & patentes legere fecit, & impeditur quominùs viſitet; vel minis terretur, vt diſcedat: cum hæc omnia iuriſdictionis ſint impeditiua, poterit procedere.

Sed quæres quomodò procedere poſſit ad defendendam ſuam iuriſdictionem, hoc eſt quibus medijs debet vti? Reſpondeo, quod in iure Ciuili *Iudex* contemptus *pœnali iudicio* pellit contemnentes ad obediendum, vt habetur in *Digeſtis* (e) *& ſic contempta Maieſtas Prætoris vindicatur*. Sed de iure Canonico dicit *Abbas* (f) quod poteſt per Cenſuras procedere contrà impedientes ſuam iuriſdictionem, licet hoc non exprimatur in litteris delegationis: poteſt inſuper incarcerare, diſciplinare, & aliàs pœnitentias iniungere, etiam ſi ſint extraneæ perſonæ, & aliàs non ſubditæ, vel etiam ſi impediens iuriſdictionem ſit *Ordinarius*, puta *Guardianus*, vel *Prouincialis* vt per *Doctores* relatos à *Barboſa* (g) conſtat. Et patet ex ratione quià in foro Eccleſiaſtico *Iudex Delegatus* poteſt Clericos contumaces, ſuam iuriſdictionem impedientes, mulctare: hoc eſt in pœnam pecuniariam interlocutoriè condemnare, vt cum *Innocentio*, & *Hoſtienſi* ſenſit *Abbas*. (h) In Religione autem noſtra, vbi pecunia non eſt, loco mulctæ, ſuccedit pœna corporalis, iuxtà legem, *Qui non habet in ære, luat in corpore*: & ſic per ieiunia, diſciplinas, & alia pœnalia opera poteſt *Delegatus* ſuam iuriſdictionem defendere: quod ſi his nihil proficit, poteſt excommunicare illos, cum limitatione, vt dicam infrà, & etiam incarcerare. Nec facit contrà hoc, quod in Statutis habeamus, quod non poteſt quis incarcerari, niſi de *Diffinitorij* conſilio, & aſſenſu, vt dicitur infrà in *textu*. (i) Quia ibi loquitur de carcere, qui datur ad torturã & pœnã: in alijs verò caſibus, in quibus carcer adhiberi à iure conceditur, non requiritur talis aſſenſus *Diffinitorij*, vt patet in caſu inobedientiæ contumacis, vbi *Guardianus* cum conſilio tantùm *Diſcretorum Reum* incarcerat ex *textu*. (l) Ità in caſu noſtro, cum *Delegatus* repræſentet perſonam *Generalis*, vel *Prouincialis Delegantis*, & in ipſorum iuriſdictionem ſuccedat, liquet, quod ſicut *Generalis*, vel *Prouincialis* ſic inobedientem, & contumacem poteſt, ex officio abſque *Diffinitorij* conſilio, incarcerare, ad effectum ipſum compellendi ad obediendum, ità poterit etiam *Delegatus* ad ſuam iuriſdictionem ſuſtinendam; aliter eius auctoritas eſſet eluſoria, vt dicit *Paulus de Caſtro*, & alij *Doctores*. (m) Sed quia ſuprà dictum eſt, quod etiã per Cenſuras, nempè per Excommunicationem, & alias, putà Suſpenſionem (quibus poteſt competere,) & Interdictum procedere poteſt, & fortè *Delegati* non eſſent in hac materia valdè periti, dicendum eſt, quam formam tenere debent in ferendis his Cenſuris.

118. Dico ergò, quod in quodam *Canone* (n) conſulitur *Delegatis Apoſtolicis*, vt in procedendo contrà impedientes ſuã iuriſdictionem, ergà *Epiſcopos*, vt potè maiori dignitate præditos, ſeruent maiorem cautelam in procedendo. *Ità quod* (ait) *eis quadam condigna reuerentia ſupportatis, ingreſſus primò ipſius Eccleſiæ, vel Sacerdotale impediatur miniſterium, ac deindè ab Officio ſuſpendantur, & ſubſequenter aggrauetur Cenſura Eccleſiaſtica contrà eos*. Pari modo etiam procedere debent Regulares *Delegati* contrà impedientes ſuam iuriſdictionem. Non enim primo impetu debent æqualiter procedere contrà *Sacerdotes*, ſicut contrà *Laicos Conuerſos*, ſiuè *Clericos ſimplices*; nec æquali methodo contrà *Guardianos*, vel *Prouincialem*, ſicut contrà reliquos Religioſos, ſed reuerentiã exhibendo dignitati Sacerdotali, ſiuè officio Prælaturæ, debent contrà ſic reſiſtentes, & impedientes ſuam iuriſdictionem, à leuioribus Cenſuris incipere, nempè ab *Interdicto*, aut *Suſpenſione à Diuinis*, antequam ad *Excommunicationem*, quæ eſt remedium extremum, deueniatur. Quãuis autem, vt plures *Doctores* ſenſerunt, non ſit neceſsè, quod præcedat monitio, quando *Delegatus* vtitur Cenſura ad ſuæ iuriſdictionis defenſam, quià tunc procedit non vt *Iudex*, ſed vt *Pars*. Tamen æquum eſt, meliùs fit, & ità conſulo, quod priùs imponat præceptum ſub aliquo termino peremptorio, quò elapſo, ſi illi non paruerint, gladio Cenſuræ percutiantur: & hoc etiam voluerunt præſtantiſſimi *Doctores*, (o) quorũ ſententia in praxi eſt tutior. Ampliùs aduertant, quod formale præceptum debent in ſcriptis redigere, & Sententiam Cenſuræ pariter in ſcriptis ferre, & *Reis*, coram teſtibus, intimare, & in publica Communitate debent nunciari, & publicari ſic Cenſurati, ad hoc vt ab alijs euitentur, ſi ſunt excommunicati; vel alij deterreantur, ne ſimile crimen

com-

committant. Ideò ſi proceſſus, eſt inceptus, & citatur aliquis Teſtis, vel *Reus*; & comparere non vult, ſcribatur in actis eius recuſatio, & pariter monitio, & aſſignatio termini peremptorij ad obediendum; quò elapſo, fiat decretum de declaratione facienda, citetur ad audiendam declarationem, & feratur Sententia, intimetur, & in actis inſeratur iuxtà formam, quam dabimus in Praxi Parte ſecunda. Si nondum proceſſus eſt incœptus, & illa eſt prima citatio, deſcribatur pariter totum factum, & procedatur vt ſuprà, redigendo ſemper in ſcriptis, ad hoc quod *Delegatus* poſſit ſuas actiones iuſtificatas *Ordinario* exhibere. Sed quid ſi omnes commorantes in illo Conuentu conſpirauerint, & noluerint obedire, neque eſſe Teſtes reſpectu actuum, qui ad hoc, quod ſint legitimi, requirunt Teſtium præſentiam? De hoc plenè dicam quandò agemus de Rebellione in Superiorem, vbi dabimus remedium.

Viſo autem de medijs, quibus poteſt vti *Delegatus* prò tuenda iuriſdictione, remanet dicendum de caſibus, in quibus poteſt talibus remedijs vti. Dico ergò, quod impedimentum iuriſdictionis vel eſt notorium, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari, vt quandò aliquis publicè, vel coram Teſtibus ſufficientibus citatus, non vult comparere, vel iuſſus non vult obedire; Aut impedimentum non eſt notorium, ſed ſunt aliquæ coniecturæ; puta quià talis, qui obedire, vel comparere renuit, coniecturatur ex aliquo motiuo probabili, quod à tali Religioſo conſilietur ad non obediendum; Aut omninò eſt occultum; puta quià bene videtur, quod iſte non obedit, qui aliàs obediens erat, & modò eſt contumax, & hoc non poteſt eſſe, niſi quia ab aliquo malè conſiliatur, ſed quis ſit Conſiliator iſte, omninò occultum *Delegato eſt*.

119. In primo ergo caſu omnes *Doctores* concordant, quod poteſt procedere, compellendo per Cenſuras, & alia remedia, vt ſuprà dictum eſt, ad obediendum. In ſecundo caſu dicit *Panormitanus*, (p) quod *Delegatus* poteſt procedere contrà turbatorem, vel Conſiliarium, de quò coniecturatur, quod ſuo malo conſilio impediat; & ipſum cogere ad præſtandam cautionem de non impediendo, opere, vel conſilio, ſuam iuriſdictionem; & hoc deduci argumento cuiuſdam *Canonis*, (q) in quò ordinat *Papa*, quod *Mulier* reſtituitur *Marito*, ſed quià ab iſtius feritate timebatur, priùs à Marito debeat dari cautio, de non ſæuiendo in ipſàm. Sed hoc remedium in *Religioſis Franciſcanis* non habet locum, non enim poteſt dari cautio pecuniaria, aut fideiuſſoria vt patet. Bona cautio eſſet iuramentum de non conſiliando ampliùs, ſed hoc inutile eſt, quia malus Conſiliarius, qui non curat offendere *Deum*, in dando malum conſiliũ contrà præceptum obedientiæ, neque curabit de iuramento dato; & ſic fiet periurus, & adhuc durabit impedimentum iuriſdictionis. Meliùs eſt ergò quod cautio detur hoc modo, puta mittendo ipſum in alium Conuentum, donec proceſſus fuerit expeditus, & iſta eſt licita, & bona cautela. Et benè ad hoc aduertant *Iudices* in vniuerſùm, quià multoties ipſis proficiet, remouendo à Conuentibus, in quibus proceſſus condunt, quoſdam homines turbulentos, qui gaudent *Iudicibus* ponere impedimenta, & frequenter ob priuatas ſimultates. Verumtamen eſt, quod ſi *Iudex* eſt *Delegatus*, debet in proceſſu adnotare fundamenta coniecturæ ſuæ, etiam, ſi oportuerit, ponendo informationes habitas extraiudicialiter, ex quibus legitimè coniecturauit, quod ille malè conſiliaret, & ideò dedit Obedientiam, vt ad alium Conuentum vicinum ſe conferret, vſque ad tempus &c. Et hoc vt appareat quod *Delegatus*, ſic operando, non exceſſit fines ſui mandati. In tertio autem caſu, puta quando impedimentũ cernitur manifeſtum, ſed neſcitur à *Iudice* Auctor illius; diuiſæ ſunt *Doctorum* opiniones; *Innocentius* enim tenet, quod *Iudex* poteſt tunc ſummariè inquirere, Teſtes examinando ſuper hoc. *Speculator* verò (r) tenet, quod non poteſt procedere; ſed melior ſanè eſt opinio *Innocentij*, cum qua etiam conſenſit *Abbas*. (s)

120. Et ratio fundamentalis eſt, quia quando, (vt habet quædam Gloſſa (t) notabilis) dubitatur de Iuriſdictione alicuius *Iudicis*, ad eum ſpectat cognoſcere, An cognitio ad eum ſpectat, vel non; vt habetur in *Iure Ciuili*. (u) Sicut ergò poteſt cognoſcere ſuper dubio iuris, an ſibi competat iuriſdictio ad illam extendendam, ità poteſt cognoſcere ſuper facto, quod ſibi adhuc non eſt clarum, & inquirere, ad hoc vt plenè cognoſcat, & ibi exerceat ſuam iuriſdictionem, ſi eam ſibi compe-

petere iudicauerit. Quò ad praxim ergò, aduertat *Delegatus*; quod in hoc caſu debet in proceſſu adnotare, quod *Videns contumaciam ſiuè Rei, ſiuè Teſtis, qui aliàs erat humilis, ſimplex, & obediens Religioſus, & cognoſcens ipſum ſubornari, & ſeduci ab aliquo malo Conſiliario; decreuit ſuper hoc inquirere pro remouendo obſtaculo, quod impedit ſuam iuriſdictionem &c.* & ſic Teſtes formiter examinentur. Quod ſi ex Teſtiũ depoſitione emergant tantum coniecturæ, procedat, vt in ſecundo caſu ſupradictum eſt, adhibendo cautelam remotionis ab illo Conuentu. Si autem appareant claræ probationes, citet *Reum*, examinet, det tempus congruum defenſioni, & ipſum puniat, iuxtà crimen per Cenſuras, ſi adhuc in crimine perſeueret; ſin minùs, remittat ad *Ordinarium*, cum copia actorum, ad hoc, quod ab *Ordinario* puniatur dè crimine iam commiſſo.

121. Hucuſque diximus de *connexis* cauſæ delegatæ, quæ tangunt Iudicis iuriſdictionem; nunc dicendum eſt de ijs, quę *incidunt in cauſa*, vel ab ipſa *dependent* tanquam qualitates ipſius inſeparabiles; vel ſunt quidem cauſæ *connexa*, ſed ſunt ſeparabilia ab illa, & poſſunt cognoſci abſquè illa. Primi generis ſunt omnia delicta vel in perſonã, vel in præſentia *Iudicis* commiſſa; vel contrà perſonas ad iudicium ſpectantes, vt *Actuarij*, *Teſtium*, & ſimilia, quæ tamen delicta non lædunt *Iudicem* in exercitio ſuæ iuriſdictionis, ſed tantùm ipſum afficiunt iniuria, & contumelia, aut immediatè, aut mediatè. Secundi generis ſunt qualitates, quæ quidem diuerſificant ſpecie delictum, non tamen poſſunt cognoſci ſeparatæ à delicto. Vt ſi aliquis eſt denunciatus de furto, & in inquiſitione reperitur, quod furtum fuit de re ſacra, patet quod hæc qualitas mutat ſpeciem delicti, non tamen eſt cognoſcibilis ſeparatim à delicto furti, ſuper quo formatur inquiſitio. Tertij generis ſunt ea, quæ quidem dederunt cauſam, vel fuerunt effectus delicti, tamen abſque delicto poſſunt de ſe cognoſci. Vt ſi aliquis eſt accuſatus de fornicatione, in formando proceſſu emergit, quod furatus eſt nummos, quibus mediantibus fornicatus eſt; furtum tunc poteſt eſſe cauſa, aut effectus fornicationis. Cauſa quidem ſi fornicatus eſt, accepta occaſione pecuniæ, quã eſt furatus: effectus verò ſi furatus eſt, vt fornicaretur. Hoc tamen furtũ eſt delictũ ſeparatim cognoſcibile à fornicatione.

122. Dico ergò, quod reſpectu *connexorum*, ſiuè *incidentium in cauſa* primi generis *Iudex Delegatus* non poteſt ſuas, nec ſuorum iniurias, quæ non impediunt eius iuriſdictionem, vlciſci; ſicut nec punire delicta, quæ impediuerunt ſuam iuriſdictionem, ſed modò non impediunt; debet verò de his delictis informare *Ordinarium*, vt puniat, vt volunt *Doctores*. (x) Et ratio eſt, quia non habet mandatum procedendi in ijs, quæ exorbitant à cauſa ſibi delegata. Et licet *Iudex* poſſit iniuriam ſibi factam vlciſci; hoc tamen intelligendum de *Ordinario*, non de *Delegato*, quia ille habet de omnibus cognoſcere ex officio, hic verò non, ſed tantùm ea, quæ ſibi ſunt commiſſa. Nec facit in contrarium, quod dicitur in Formulario *Textus* noſtri, (z) quod ſi *Reus* delinquit in præſentia *Iudicis*, *Iudex* ipſum condemnet in eadem figura iudicij; quia debet intelligi de *Iudice Ordinario*, non verò de *Delegato*. Quo ad praxim ergo, ſi aliquis iniuriam protulerit, vel irreuerenter ſe habuerit, vel percuſſerit illum, aut alium; *Delegatus* in ſcripta redigat, &, pro modulo culpæ, commoneat aut *Guardianum*, ſi delictum commiſſum, vtpotè verbale, eſt ab eo punibile; vel *Prouincialem*, ſi delictum eſt grauius, ad hoc, quod ipſi *Reum*, poteſtate ordinaria, caſtigent. Si autem eſt quid connexũ cauſæ ſecundi generis, diſtinguendum eſt, quia aut qualitas connexa transfert delictũ de foro ad forũ, vt quãdò interuenit qualitas, ratione cuius, cognitio delicti pertinet ad *Tribunal Fidei* priuatiuè quo ad alios; aut non transfert.

123. Si transfert; vt exempli gratia, inquirendo ſuper fornicatione reperiatur, quod fuerit ſecuta, ſub prætextu Confeſſionis, vel ex ſollicitatione in Confeſſione: tunc *Iudex*, ſiuè *Ordinarius*, ſiuè *Delegatus* nequit ampliùs inquirere; ſed debet leuare manum à proceſſu, & denunciare *Inquiſitoribus*. Et benè aduertant ad hoc punctum *Regulares Iudices*, ne ex inaduertentia ſe immiſceant in cauſa ſpectante ad *Sanctum Officium*, & in multas pœnas, & Cenſuras incidant, vt aduertit de *Bictis*. (a) Si autem qualitas adnexa inſeparabiliter eſt cum delicto, & cognitionem ipſius non transfert; ad plenè probandum delictum, etiam ſuper qualitate, inquirat, hæc enim eſt ipſius facultas; cum enim acceſſorium ſequatur naturam prin-

principalis, ſi *Delegatus* habet facultatem inquirendi ſuper delicto, quod principale eſt, cenſetur habere eam etiam ſuper qualitate, quæ delicto eſt acceſſoria. Si autem eſt quid connexum tertij generis, vt explicuimus, *Delegatus* non poteſt ſe ingerere in inquiſitionem illius, quia hoc excedit limites ſuæ delegationis. In caſu ergò illo debet ſcribere ad *Ordinariū Delegantem*, certiorando eū, quod emergunt indicia circà alia delicta ab eo, ſuper quo fuit delegatus; & *Delegans*, vel eius cognitionē ſibi reſeruabit, ſeù nouam facultatem tribuet *Delegato* ad inquirendum ſuper nouo delicto, de quo apparuerunt indicia. Et aduertat *Delegatus*, quod ſi nouam delegationem ſuper tali delicto habebit, meliùs faciet, incipiēdo proceſſum ſeparatum ab alio, ad euitandam confuſionem, vt dicam in *Praxi*. Quæ autem hucuſque dicta ſunt, vt plurimùm, quadrant in *Delegato* ad cauſam particularem. Quia *Delegatus* ad vniuerſitatem cauſarum poteſt procedere, vt *Ordinarius*; proindè prudens Lector benè aduertat, & adaptanda adaptet cui, & quando debet.

XV. Quæritur An Delegatus poſſit ſubdelegare in aliquo caſu?

SVMMARIVM.

124. *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt aliquem ſubdelegare.*
Communitas, & Vniuerſitas idem ſunt.
Ità conuenit Villæ, aut Caſtro ſicut Prouinciæ.
Vniuerſitas quid importet.
Delegatus ad Vniuerſitatem cauſarum vnius Conuentus poteſt ſubdelegare.
Vt talis dicatur quid requiritur.
Vniuerſitas non afficitur ex actibus ſingulorum.
Factum Vniuerſitatis aliud à facto ſingulorum.
125. *Quos poſſit Delegatus ſubdelegare.*
Subdelegandus ſufficit, quod ſit ſubditus Delegantis.
126. *Delegatus ad cauſam particularem an poſſit ſubdelegare.*
Si eſt Delegatus à Principe poteſt ſubdelegare.
Sed non quando eſt electa induſtria perſonæ.
127. *Electà induſtrià perſonæ, nec Delegatus à Papa poteſt ſubdelegare.*
128 *Quando dicatur electa induſtria perſonæ.*
Clauſula per te ipſum, *vel* arbitrio tuo, *vel* Perſonaliter accedas, *vel* per te inquiras, *vel* tu expedies *dicunt electam induſtriam perſonæ.*
Clauſula de tua prudentia, *vel* integritate, *vel* Peritia *dicunt electam induſtriam perſonæ.*
In caſibus grauibus eligitur induſtria perſonæ.
129. *Cardinalis Protector non habet iuriſdictionem caſtigandi delicta particularia, ſed communia.*
Ab eo Delegatus dicitur Delegatus à Principe.
130. *Delegatus à Prouinciali ad cauſam particularem nequit ſubdelegare.*
Fallit hoc in duobus caſibus.
Procurator habens ſpeciale mandatum poteſt ſubſtituere.
Articulus cauſæ non requirens iuriſdictionem poteſt ſubdelegari.
131. *Actus iuriſdictionem requirētes qui.*
Statuta facere, carcerare, pœnitentiare, præcipere per obedientiam, viſitare ſunt actus requirentes iuriſdictionem.
Examinare Teſtem ſpontè iurare paratum non requirit iuriſdictionem.
Cogere Teſtem ad examen requirit iuriſdictionem.
Iurare ſpontaneè quilibet poteſt.
Iuriſdictio requiritur ad compellendum Teſtem ad iurandum.
In Subdelegato requiruntur eædem qualitates ſicut in Delegato.

124. Reſpondeo, quod vltra ea, quæ diximus ſupra de facultate, quam habent *Delegati* ad vniuerſitatem cauſarum; (prout ſunt *Commiſſarij Viſitatores*, qui habent facultatem ſubdelegandi tum à iure, tum à conſuetudine,) pro pleniori materiæ huius practicabilis intellectu, remanent adhuc alia dicenda. Siquidem aliquis poteſt deſtinari *Delegatus* à *Prouinciali* ad viſitandum Conuentum, cum ampla facultate in vtroque foro inquirendi, & faciendi opportunos proceſſus, vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè. Pariter aliquis poteſt ad cauſam particularem delegari à *Miniſtro*

Gene-

Generali, ſiuè à *Prouinciali*. Quærimus ergo, ſi iſti poſſint, & quid poſſint de cauſa, vel cauſis ſibi commiſſis ſubdelegare. Dico ergo, quod in primo caſu ille, qui *Delegatus* eſt ad viſitandum Conuentum cum facultate, vt præfertur, ſiuè à *Generali*, ſiuè à *Prouinciali* delegetur, poteſt aliquam cauſam alteri ſubdelegare. Ratio euidentiſſima eſt, ſiquidem vt habetur ex *Textu*, & ſuprà diximus in *Commentario*, *Delegatus* ad vniuerſitatem cauſarum, poteſt aliquam cauſam particularem delegare; ad hoc autem quod aliquis dicatur ſic delegatus, non eſt neceſſe, quod ſibi committantur cauſæ omnes vnius *Prouinciæ*, ſed ſufficiunt cauſæ omnes vnius *Conuentus*: quia, vt dicit *Bartolus*, *(b) Communitas*, quæ idem eſt, quod *Vniuerſitas*, tam conuenit *Villæ*, aut *Caſtro*, ſicuti *Prouinciæ*. *Vniuerſitas* enim non importat, niſi Congregationem multorum in vnum, eidem Capiti ſubiectorum, ſecundùm *Oldradum*. *(c)* Multi autem ità ſunt congregati ſub vno ad cōuiuendum in *Villa*, ſicut in *Prouincia* multi habitant ſub dominio alicuius Rectoris; vndè ſequitur, quod ità nomine *Vniuerſitatis* gaudeat *Oppidum*, ſeù *Villa*, ſicut *Ciuitas*, vel *Prouincia*. Et ità à pari dicendum eſt de *Conuentu*, & de *Prouincia* in Religione: in ea enim reperitur *Communitas* in vno *Conuentu*, ſicut in vna *Prouincia*; hinc æquè benè congregatur à *Guardiano Capitulum Conuentuale*, ſicut à Miniſtro *Capitulum Prouinciale*. Sicut ergo poteſt demandari alicui *Commiſſario* vniuerſitas cauſarū alicuius *Prouinciæ*, ità poterit fieri aliquis Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum alicuius *Conuentus*: & quemadmodùm *Delegatus* ad vniuerſitatem cauſarum in *Prouincia*, vt *Commiſſarij Viſitatores*, poſſunt ſubdelegare, vt ſuprà dictum eſt, ità poterunt etiam *Delegati* ad vniuerſitatem cauſarum vnius Conuentus. *(d)* Hic autem aduertendum eſt, quod ad hoc quod quis dicatur *Delegatus* ad vniuerſitatem cauſarum; oportet, quod eius delegatio ſit concepta in terminis *Vniuerſitatis*: ſi enim eſſet concepta in terminis ſingularitatis, non ſic diceretur *Delegatus* ad vniuerſitatem, quantumuis illa ſingularia ſimul Vniuerſitatem complecterentur. Pone caſum, quod in vno Conuentu ſint tria delicta, ſuper quibus debeat fieri inquiſitio, & alia nulla ſint. Prouincialis delegat *Commiſſarium*, cum facultate fabricandi proceſſus cōtrà A.B.C. denunciatos ſingillatim de illis tribus delictis, dicitur ne ille *Delegatus* ad vniuerſitatem cauſarum? minimè; quia eſto, quod illa tria delicta adæquent vniuerſitatem cauſarum in illo *Conuentu*, non tamen vniuerſitatem conſtituunt, quia importantur vt ſingula, & diſtincta, non vt collecta in vnum. Et hoc probatur, quia *Vniuerſitas*, tanquam vnum corpus, non afficitur ex actibus ſingulorum de *Vniuerſitate*, vt dicit *Oldradus*; *(e)* & aliud eſt factum *Vniuerſitatis*, & aliud ſingulorum, iuxtà *Doctores*: *(f)* proindè electio, quæ debet fieri à *Capitulo* nulla eſt, quamuis fiat à ſingulis, qui integrant *Capitulum*, quia venit nomine ſingulorum, non nomine *Vniuerſitatis*. A' pari ergo eſt in caſu noſtro. Quia delegationes illę sūt factę ſuper ſingulis perſonis, vt diſtinctis, ideò licet re vera vniuerſitas cauſarum illius *Conuentus* non excedat illas tres cauſas, tamen illæ tres ſic enumeratæ, & diſtinctæ, non faciunt, quod *Delegatus* ad eas dicatur *Delegatus* ad vniuerſitatem cauſarum. Ad hoc ergo, quod *Delegatus* talis ſit, & proindè poſſit ſubdelegare, oportet, quod in patentibus exprimatur, quod deputatur ab *Ordinario* ad viſitandum, & inquirendum tum in capite, tum in membris illius *Conuentus*, cum ampla facultate in vtroque foro, appoſita illa limitatione, quæ ſibi placuerit apponenda.

125. Sed pro pleniori inſtructione, quærere libet, quomodò, & in quos poſſit ſic *Delegatus* ſubdelegationem conferre; videtur enim, quod cum ſubdelegare, ſicut & delegare, ſit actus iuriſdictionis, non poſſit ſic *Delegatus* ſubdelegare aliquem, niſi ſit de familia illius *Conuentus*, ad cuius cauſarum vniuerſitatem delegatus eſt; non enim videtur, quod in alios vllam habeat iuriſdictionem. Sed contrarium eſt tenendum, puta, quod poſſit ſubdelegare alium ſibi benè viſum, qui ſit Subditus *Ordinarij*, qui ipſum delegauit. Ratio eſt, quia, commiſſa cauſa, cenſentur commiſſa ea omnia, ſinè quibus commodè expediri non poteſt, vt ex *Textu* *(g)* aliàs diximus; cum ergò, ad expeditionem commodam vniuerſitatis cauſarum ſibi commiſſarum, neceſſaria ſit alicuius ex illis ſubdelegatio, liquet quod tum ex diſpoſitione iuris, tum ex præſumpta facultate *Ordinarij*, poteſt in quemuis cauſam ſubdelegare, in quem *Ordinarius* ipſe poſſet, talem facultatem conferre; atqui hoc non poſſet niſi in ſuos

Sub-

Subditos, proindè in quemlibet, ex Subditis *Ordinarij*, poterit *Delegatus* ſubdelegationem decernere. Et hoc magis conualidatur arguendo à pari. Poteſt enim ex propria auctoritate *Delegatus* ex alijs Cnnuentibus Fratres quoſuis ad ſe vocare, ad eos examinandos in cauſis ſibi commiſsis, & iſti ſic vocati debent parere, quia ſuper illos hàbet iuriſdictionem indirectè, & reductiuè: poteſt etiam *Notarium*, Peritos, & alios ad cauſarum commiſſarum expeditionem à quocumque Prouinciæ loco petere; ergo à ſimili poterit etiam ſubdelegationem conferre alicuius cauſæ particularis alicui extrà Conuentum ſuæ delegationis, eo quia non minùs confert hic ad ſuæ iuriſdictionis exercitium, & cauſæ complementum, quàm illi; vndè ſicut poteſt illos vocare, poterit etiam hunc ſubdelegare è quocunque Conuentu petitum.

126. Quantùm ad ſecundum caſum, puta quandò ad cauſam particularem aliquis delegatur, an ſubdelegare poſsit in cauſa criminali; diſtinguendum eſt: vel enim delegatur à *Principe*, vel ab *Ordinario* inferiori. Si delegatur à Principe, cauſa infirmitatis, poteſt alium ſubdelegare, vt habetur *in iure*: *(b)* & licet *Abbas (i)* cum *Innocentio* limitent hoc in articulo non iuriſdictinnali; ità vt *Delegatus* etiam à *Principe* articulum iuriſdictionalem ſubdelegare non poſsit; tamen debet hoc intelligi, quandò *Princeps* in delegando elegit induſtriam perſonæ; aliàs poteſt benè ſubdelegare, vt tenet Baldus, *(l)* & alij *Iuriſtæ*. Cum ergò *Delegatus* à *Generali Miniſtro* cenſeatur *Delegatus Principis*, vt ſuprà *(m)* demonſtrauimus, concludendum videtur, quod ſi aliquæ cauſa particularis à *Generali* committatur, *Delegatus* ad hanc, poſsit ſubdelegare. Hoc autem de iure dictum, videtur de conſuetudine non ſubſiſtere. Nunquam enim vidi cauſam à *Generali* delegatam alteri ſubdelegari. Benè vidi; quod ſi *Generalis* aliquam denunciationem ad ſe tranſmiſſam mittat *Prouinciali*, ad hoc vt ſuper illa ſumat informationes; multoties *Prouincialis* alium deputat ad fabricationem proceſſus: ſed in hoc caſu *Prouincialis* procedit per ordinariam iuriſdictionem, quandoquidem delegatio ſibi facta à *Generali* eſt tantùm excitatiua ſuæ ordinariæ iuriſdictionis, vt ſuprà *(n)* tetigi.

127. Sed quando aliquis procedit per meram iuriſdictionem ſibi à *Generali* factam, nunquam vidi in aliũ ſubdelegatam, & hanc puto eſſe rationem, quia quando eligitur induſtria perſonę ad aliquam cauſam, tunc licet Delegatus eſſet à *Papa* ſubdelegare non poteſt, prout dicitur in *Textu*. *(o)* Quandò autem *Generalis* aliquem delegat ad cauſam particularem, cenſetur eligere induſtriam perſonæ, maximè quandò, neglecto *Prouinciali* illius Prouinciæ, in qua cauſa agitur, deſtinatur alius ſiuè ex eadem, ſiuè ex aliena Prouincia. Sed quia non ſemper *Generalis* ſic delegans eligit induſtriam perſonæ, & ſi omittit Prouincialem, eſt ex eo motiuo ſolo, quod iſte habeat intereſſe in cauſa delegata; & in tali caſu, *Delegatus* abſque vllo ſcrupulo, poteſt articulum, vel partem cauſæ ſibi delegatæ alteri ſubdelegare; ideò ad plenariam inſtructionem debemus explanare caſus, in quibus, iuxtà *Doctores*, intelligatur eſſe electa induſtria perſonæ; ad hoc quod *Delegati* in facti contingentia ſciant, quid facere poſsint.

128. Dico ergo, quod induſtria perſonæ dicitur eſſe electa tribus modis. Primus eſt, quandò hoc conſtat ex tenore litterarum delegationis, vt ſi dicatur *Per te ipſum*, vel *perſonaliter cognoſcas*, vel *arbitrio tuo determines*, vel *per te inquiras*, vel *tu expedies*, & ſimilia, ex quibus verbis conijcitur mentem fuiſſe *Delegantis*, vt *Delegatus* ipſe perſonaliter cauſam tractet, vt dicunt *Doctores*. *(p)* Secundus caſus eſt, quando ex litteris apparet, quod doctrina, aut prudentia, aut integritas, aut experientia, aut alia perſonalis *Delegati* conditio fuit cauſa motiua, ob quam Delegans ipſi commiſsionem demandauit; vt quandò dicitur de *tua prudentia*, vel *peritia*, vel *integritate confiſi*, vel *de qua plurimum in Domino confidimus*, & ſimilia: ex quibus clarè apparet, quod ſi Delegãs huic committit cauſam, eſt, quia cognoſcit in eo tales conditiones perſonales, quæ cum in alio non ſint, ſaltem notæ *Deleganti*, faciunt, quod alteri nequeat cauſa ſubdelegari. *(q)* Tertius caſus eſt magnitudo, ſiuè importantia negotij, aut enormitas criminis, aut difficultas cauſæ, quæ oritur, aut ex litigio ratione competentiæ; vel incompetentiæ iuriſdictionis, vel quia debet tractari cum Magnatibus; vel quia *Reus* eſt *Pater grauis*, vt *Ordinis*, vel *Prouinciæ*, & ſimilibus; & vniuerſaliter omnia, quæ explicanda ſunt coram *Principe*, cenſentur

com-

commiſſa induſtriæ perſonæ, vt docet *Felinus.* (r) Et ſic in cauſis omnibus, ſuper quibus *Generalis* vult ipſe ſententiare, dicenda eſt electa in Delegato induſtria perſonæ, quia cauſæ illæ debent coram ipſo referri, ſi ſuper illis ſententiare intendit.

129. Quæ autem hucuſque diximus de *Generali*, à fortiori dicenda ſunt de *Cardinali Protectore Ordinis*: licet enim iſte de iure communi non habeat auctoritatem corrigendi delicta particularia, ſed vniuerſalia totius *Religionis*, vt probat *Sanctorus*, (s) tamen, ex particulari facultate ſibi conceſſa à *Summo Pontifice*, cognoſcit paſſim de delictis particularibus; vndè cum iſte, ratione *Cardinalatus*, ſit *Princeps Eccleſiaſticus*, cuius poſt *Papam* maxima eſt in Mundo Dignitas, vt declarauit *Eugenius Quartus*, (t) & ratione iuriſdictionis ſuper vniuerſo *Ordine* habeat eminentem auctoritatem, liquet, quod ſi committit aliquam cauſam, *Delegatus* ad iſtam dicetur *Delegatus à Principe*, & proindè etiam huic quadrant ea, quæ diximus de *Delegato à Miniſtro Generali*.

130. Si verò eſt aliquis *Delegatus* ad cauſam particularem à *Miniſtro Prouinciali*, iſte, re vera, non poteſt aliquem alium ſubdelegare, iuxtà ea, quæ ſuprà diximus. Fallit tamen reſolutio in duobus caſibus. Primus eſt, quando *Delegans* in patentibus delegationis exprimit, quod *Delegatus* per ſe, aut per alium commiſſam cauſam tractet. Quia licet à lege non habeatur quod *Delegatus* ab inferiore Ordinario poſſit ſubdelegare, tamen hoc poteſt eſſe ab homine. Quia ſicut *Procurator* ad iudicium, antè litem conteſtatam, non poteſt ſubſtituere ex poteſtate legis, niſi eſſet datus in rem ſuam; tamen ſi habet ſpeciale mandatum poteſt ſubſtituere, vt dicit *Textus* in pluribus locis, (u) ità etiam licet à iure non habeat *Delegatus* ab *Ordinario* inferiori, vt poſſit ſubdelegare; tamen hoc poteſt habere ab homine, & hoc idem tenet vna *Gloſſa* (x) communiter recepta. Vndè ſi *Prouincialis* in patentibus ſuis exprimat, quod *Delegatus* ab eo, ſi fortè ſit aliquo iuſto impedimento detentus, poſſit aliquem in cauſa commiſſa ſubdelegare, hic poterit cauſam alij, non ſolùm in partem, ſed etiam in totum ſubdelegare: & ratio potiſſima eſt, quia *Delegatus* hoc facit, non ex ſuà, ſed ex auctoritate *Ordinarij Delegantis*.

131. Secundus caſus limitationis eſt, quandò eſt articulus aliquis cauſæ, qui non requirit iuriſdictionem, iſte enim articulus poteſt à *Delegato* alteri ſubdelegari, & ità tenent *Iuriſtæ*. (z) Quocircà ſciendum eſt, quod actus iuriſdictionem requirentes ſunt ij, qui non poſſunt fieri niſi ab habente merum, aut mixtum imperium, aut iudicialem iuriſdictionem; his enim tribus membris comprehenditur tota iuriſdictionis amplitudo, vt dicitur in iure. (a) Proindè, quantùm ad noſtram rem faciunt, *præcipere ſub obedientia*, *Statuta facere*, *carcerare*, *pœnitentiare*, *viſitare* dicuntur actus requirentes iuriſdictionem in eo, qui illos facit; cæteri autem, qui poſſunt fieri ab alio, licet iuriſdictionem non habeat, non dicuntur iuriſdictionales. Quandò ergò dicimus, quod *Delegatus* poteſt articulum ſubdelegare, qui non ſit actus iuriſdictionis, intelligo de ijs, qui iuriſdictionem non requirunt. Illuſtremus rem exemplo, quandoquidem pro imperitis laborem hunc ſuſcepi. *Delegatus* aliquis indiget pro perficiendo proceſſu ſuo, quod verbi gratia è libro baptizatorum vnius loci, aut ex *Archiuio* publico habeatur fides baptiſmi, aut extrahatur copia authentica alicuius ſcripturæ, vel viſitetur corpus delicti, vel ſumantur informationes ſuper aliqua conſuetudine, vel deſcribatur diſpoſitio ſitus, ſiuè loci, & ſimilia, & ipſe ob aliquam rationabilem cauſam non poteſt ſe conferre ad locum, in quo ſupradicta debent perfici, certè ſi delegauerit aliquem alium ad hæc præſtanda, valebit ſubdelegatio, quia hæc omnia non ſunt actus iuriſdictionales, & poſſunt à quouis præſtari. Quantùm autem ad Teſtium examen, puta an *Delegatus* ad cauſam particularem poſſit alium ſubdelegare ad examinandum aliquem Teſtem diſtantem pro cauſa illa, dubium eſt an actus iſte requirat iuriſdictionem. Dico ergò; quod dupliciter poteſt hoc contingere, vno modo, quod Teſtes ſimpliciter rogati ad veritatem dicendam ſe ſubijciant examini, iuramentum præſtent, & interrogationibus reſpondeant. Alio modo, quod Teſtis vocatus comparere recuſet, vel ſi compareat non velit iurare, nec reſponſionibus ſatisfacere. In primo caſu ſic examinare Teſtes non requirit iuriſdictionem: ſiquidem, vt deducitur ex vna *lege*, (b) quilibet voluntariè, & ſpontaneè poteſt iurare, & iuxtà iuramentum datum interrogationibus ſibi factis reſpondere;

& in

Digitized by Google

& in praxi videmus, quod Teſtes ad perpetuam alicuius facti memoriam, ad inſtantiam aliculus, cum iuramento examinantur à *Notarijs*, & ſic in publicas tabulas eorum depoſitiones recipiuntur. Si ergò *Subdelegatus* hoc modo recipiat examen alicuius Teſtis, actus iſte, ſic factus, valebit; hic enim ad ſui validitatem non exposcit, in recipiente tale examen, iuriſdictionem, ſed Teſtis ciuiliter, & familiariter monitus ſpontè præſtitit iuramentum. Et in hoc ſenſu loquutus eſt *Paſſerinus*, (c) dum inter actus non requirentes iuriſdictionem numerauit etiam *Teſtium receptionem*. In ſecundò autem caſu patet, quod requiritur iuriſdictio, & auctoritas ad compellendum ad iuramẽtum Teſtem, qui nec iurare, nec examinari vult, vt deducitur ex *iure*. (d) Proindè, ad tale examen faciendum, non poteſt à *Delegato*, vt præfertur, alius ſulidelegari. Et meminerint vniuerſi *Delegati*, quod ſi in caſibus à iure permiſſis, vt ſuprà dicitur, alios ſubdelegare eos, contingerit, ſeligant perſonas, quæ habeant conditiones à Statutis requiſitas, ad hoc vt actus illi valeant: tales enim, imò eædem qualitates debent eſſe in *Subdelegato*, ſicut in *Delegato*, vt dicit vna *Gloſſa notabilis*. (e)

XVI. Quæritur quantum duret iuriſdictio Iudicis Delegati.

SVMMARIVM.

132. *Duratio delegationis pendet à placito Delegantis.*
Primus Diſcretus Ordinis nequit prorogare iuriſdictionem Commiſſario Viſitatori.
Ordinarius, re integra, vel non, poteſt cauſam delegatam auocare.
Subdelegans poteſt cauſam ſubdelegatam ad ſe vocare.

133. *Delegante mortuo, depoſito, ſeù abſoluto ab Officio, re integra, ceſſat iuriſdictio Delegati.*
Et in hoc caſu nulla exceptio eſt neceſſaria.
Iuriſdictio non eſt radicata, donec ea vti cœperit Delegatus.

134. *Re non integra, durat iuriſdictio Delegati, etiam mortuo Delegante.*
Argumentum à contrario in iure fortiſſimum.

135. *Res integra quandò dicatur.*
Per creationem Notarij Delegatus incipit vti iuriſdictione.
Notarij creatio iuriſdictionem requirit.
Notarios creare qui poſſint.
Prælati Generales, & Prouinciales hoc poſſunt.

136. *Acta vt ſint authentica per Notarium ſcribenda.*
Notarij ſcriptura duobus Teſtibus æquiualet.
Notario fidem, & eſſe dat iuramentum, & authoritas Superioris.
Notarij creari ex conſuetudine poſſunt.

137. *Iudicij nomine veniunt etiam præparatoria ad iudicium.*

138. *Cauſa connexæ, & diſcretæ quæ.*
Cauſà vnà incœptà, prorogatur iuriſdictio pro connexis non incœptis.
Pro non connexis non eſt prorogata iuriſdictio.
Cautela in creatione Notarij ad incipiendam iuriſdictionem.

139. *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, vnà tantùm incœptà, continuat iuriſdictionem pro omnibus.*

IVriſdictionem *Delegati* ab arbitrio *Delegantis* pendere dubium non eſt. Cum enim aliquem delegare ad cauſam, vel cauſas plures, aut cauſarum vniuerſitatem ſit facultatiuum *Ordinario*, tantum durabit in *Delegato* iuriſdictio, quantum voluerit *Ordinarius* eam durare. Certum eſt autem, quod vltra hoc, poteſt eius iuriſdictio etiam ab alio capite plùs, aut minùs durare. Si enim alicui delegetur cauſa particularis, vſque ad ſententiam diffinitiuam tum incluſiuè, tum excluſiuè; poteſt protrahi iuriſdictio ex hoc, quod vel *Reus*, vel *Teſtis* neceſſarius aut ratione abſentiæ, aut ratione infirmitatis, ſiuè alia de cauſa, non poteſt in iudicio ſiſti; & ità cauſa, quæ intrà paucos dies expediretur, ſi tale impedimentum non adeſſet, non poſſit terminari, niſi ſpatio multorum menſium, & ſic in primo caſu iuriſdictio *Delegati* curta fuiſſet, & modò, ex impedimento proueniente, prorogatur. Sed vt ordinatè procedamus ſecundùm caſus magis practicabiles, diſtinguendum nobis eſt de *Delegatione*. Alia

eſt enim ad rem, ſiuè cauſam certam, & determinatam, quæ actu eſt, vel fuit; vt delegatio ad viſitandam *Prouinciam* ratione celebrationis *Capituli Prouincialis*, vel ad fabricandum proceſſum ſuper delicto commiſſo, &c. Alia verò eſt delegatio ad cauſas incertas, poſſibiles, ſeù futuras; vt quandò in vna *Prouincia magna*, quæ habet quatuor, vel ſex Conuentus valdè remotos à cætero corpore *Prouinciæ*, *Miniſter Prouincialis* ad hoc, quod celeriter obuietur inconuenientibus, quæ poſſunt oriri, deſtinet aliquem *Patrem grauem*, qui curam gerat illorum Conuentuum, eo modo, quo olim vbique, & modò in aliquibus *Prouincijs Vltramontanis*, adhuc ſunt Cuſtodiæ ſub vno *Cuſtode*, non per electionem Capitularem, ſed per deputationem à *Prouinciali* inſtituto: qui *Commiſſarius* habet auctoritatem delegatam pro expediendis omnibus cauſis illorum Conuentuum vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè.

132. Dico ergò quod iuriſdictio *Delegati* hoc modò, totaliter dependet ab arbitrio *Delegantis*, niſi aliquo iure aliter prohibeatur. Hoc dico quià ex *Statutis* habemus, quod iuriſdictio *Commiſſarij Viſitatoris* non durat niſi per tres menſes, (intrà quos celebrare *Capitulum* debet,) & per viginti dies numerandos ab ipſius celebratione; vndè si ex aliqua cauſa non poſſunt negotia Prouinciæ expediri, oportet, quod à *Generali* fiat illi iuriſdictionis prorogatio. Et ſi daretur caſus quod *Generalis*, qui eſſet ex eadem Familia moreretur illo tempore antè *Capitulum* celebratum, & non poſſet intrà trimeſtre *Capitulum* celebrari, certè expiraret *Commiſſarij* iuriſdictio, niſi ſibi à *Papa* Protectore, vel *Sacra Congregatione* prorogaretur; eo quià primus *Diſcretus Ordinis* illius Familiæ nullam habet iuriſdictionem, niſi in ordine ad conuocandos *Electores* tempore præſcripto, & præſidendum electioni *Vicarij Generalis*, vt ſuprà demonſtrauimus. Pendet ergò duratio iuriſdictionis in *Delegato*; in quocunque caſu, à voluntate *Delegantis*, quandoquidem ſiuè re integra, ſiuè cauſa incæpta, ſemper poteſt *Ordinarius* ad ſe cauſam auocare, & ſic iuriſdictionem *Delegati* terminare, vt dicit apertè *Textus*. (*f*) Et hoc etiam militat in *Delegato* ad vniuerſitatem cauſarum reſpectu Subdelegati; cum enim ille, vt aliàs diximus, æquiparetur *Ordinario*, ſequitur quod ſicut *Ordinarius* poteſt, quãdò vult, cauſam ad ſe auocare, & ità *Delegati* iuriſdictionem intercidere; ità etiam *Delegatus* ad vniuerſitatem cauſarum, ſi alium ad particularem cauſam ſubdelegauit, poteſt huic iuriſdictionem adimere, cauſam, quandò ſibi libuerit, ad ſe auocando, vt habetur per duas *Gloſſas*. (*g*)

133. Ceſſat autem iuriſdictio tum *Delegati* ad cauſam, vel cauſarum vniuerſitatem, tum *Subdelegati*, etiam per mortem, depoſitionem, ſiuè terminationem Officij ipſius *Delegantis*, vel *Subdelegantis*, ſi res, ſiuè cauſa ſit integra; & iſta ceſſatio iuriſdictionis eſt ipſo iure inducta, abſque vlla ope exceptionis: hoc eſt, ad hoc, quod iuriſdictio in *Delegato*, aut *Subdelegato*, re integrà, ceſſet, non requiritur quod *Reus* exceptionem hanc opponat *Delegato*, vel *Subdelegato*, proteſtando de nullitate actorum, eo quia poſt mortem *Delegantis*, vel *Subdelegantis* eius auctoritas expirauerit; ſed etiam nulla facta exceptione, ex ipſa iuris diſpoſitione hoc ſequitur, vt dicunt plures *Canones*. (*h*) Et ratio euidens eſt, quià quamuis iuriſdictio à tempore receptionis litterarum Delegationis imprimatur, non tamen eſt effectualiter radicata in *Delegato*, ſiuè *Subdelegato*, donec ea vti cœperit, vt expreſsè dicit vnus *Canon* (*i*) per hæc verba, *Iuriſdictio, ex quò ipſa vſus non extitit, non cenſeatur in eum efficaciter tranſiuiſſe*; & ideò antè illius vſum pendet in ſui duratione à *Delegantis* iuriſdictione, quæ eius morte, depoſitione aut terminatione Officij deſinit.

134. Si, ergò, re integrà, ceſſat, ex diſpoſitione iuris, in *Delegato*, vel *Subdelegato*, iuriſdictio, ergò, re non integrà, aut cauſà iam incœptà, non ceſſabit, per argumentum à contrario, quod in iure eſt fortiſſimum, vt dicit *Abbas*, (*l*) & hoc eſt communiter receptum vt pluribus probat Sanchez. (*m*)

135. Sed quià vt ſuprà diximus, cauſa non incipitur, ità vt poſſit dici *res non integra*, niſi, ad minùs, per citationem, vt latè diſputat, & pluribus ſecùm vectis, firmat *Paſſerius*, (*n*) & citatio Teſtium in ſcriptis, & executio citationis, & relatio de executione ſunt de ſolemnitatibus, & apicibus iuris, vt dicitur in *Textu*, (*o*) quæ ex priuilegio *Bonifacij Octaui* non ſeruantur in noſtra *Religione*, ſicut, & in cæteris: vt dicit *Canon quidam*. (*p*) Ideò videndum eſt; à quo, ſeù per quem actum

in

in noſtra *Religione* cenſeatur cauſa incœpta, ad hoc quod iuriſdictio in *Delegato*, ſiuè *Subdelegato Iudice* perpetuetur, licet moriatur naturaliter, ſeù ciuiliter *Delegans*, ſiuè *Subdelegans*. Quantùm ad hoc dico, quod cenſenda eſt res non integra, quando *Delegatus* aliquid facit, quod fieri non poteſt abſquè iuriſdictione; ità vt actùs ille dicatur iuriſdictionalis priuatiuè quo ad alios. Tetigimus ſuprà hoc loquendo de actibus iuriſdictionalibus *Commiſſarij Viſitatoris*, per quos incœpta dicitur eius iuriſdictio exercitatiuè, vt ſedere in publico *Capitulo* in loco *Prælati*, ſermonem habere ad Fratres poſt lectionem litterarum patentium. Modo loquendo de *Delegato* ad cauſam criminalem, dico quod ſi *Delegatus* creauit *Notarium*, qui ſibi inſeruire debet pro *Actuario*, in cauſa ad quam *Delegatus* eſt, & formam ſeruauit, quam aliàs ſuo loco (*q*) dabimus, incœpit vti ſua iuriſdictione, & per talem creationem *Notarij* ad illam cauſam deſcribendam, res non eſt ampliùs integra. Etenim creatio *Notarij* iuriſdictionem ſupponit in ſic Creante, & ſi credimus *Oldrado* (*r*) iuriſdictionem *Papalem*, aut *Imperatoriam* expoſcit: *Quod enim credatur pelli mortuæ*, (vt ipſius verbis vtar,) *eſt contrà ius commune*: proindè ſolus *Princeps Supremus*, aut *Papa*, aut *Imperator*, qui iuri communi poteſt derogare, valet, *Notarios* conſtituere. Verumtamen tum *Præſides Prouinciarum*, tum *Iudices Ordinarij* poſſunt, de iure, creare *Notarios*, vt expreſsè habet vnus *Canon*. (*s*) cum ibi *Scribentibus*: & *Superiores Generales*, & *Prouinciales Regularium* hoc idem poſſunt ex Motu proprio *Beati Pij Quinti*, qui ad hoc dedit Priuilegium *Ordini Prædicatorum*, de quo participant omnes, qui communicant in priuilegijs cum ipſis, vt ſcribit *Rodericus*, (*t*) qui etiam prædictum Motum propriũ refert per extenſum. Nec facit quod nonnulli priuilegiati ab *Imperatore*, vt ſunt *Comites Palatini*, poſſint *Notarios Imperiales* creare, licet illi nullam iuriſdictionem habeant. Etenim licet non habeant iuriſdictionem prò alijs caſibus, tamen habent prò iſto, ſicut & legitimandi filios natos ex illegitimo thoro, & creandi *Doctores*, & ſimilia iuxtà tenorem ſui priuilegij, per quod, reſpectu iſtorum, ſibi datur facultas, & iuriſdictio neceſſariã à Concedente priuilegium, ſiuè fuerit *Imperator*, ſiuè *Papa*.

136. Firmum ergò eſt, quod creatio *Notarij* iuriſdictionem ſupponit ſiuè à iure, ſiuè per priuilegium in ſic Creante. Pariter ſtabilitum in iure eſt, quod ad legalitatem actorum in iudicio, oportet, quod acta omnia, puta citationes, intimationes, relationes, interrogationes Teſtium, & Rei, eorum reſponſiones, decreta, Sententia, & omnia, quæ actitantur, ſcribantur, vel per duos Scriptores idoneos, vel per *Notarium*, ad hoc quod probent, & ſint authentica, vt apertiſſimè diſponunt duo *Textus Canonici*. (*u*) Et hoc non eſſe de ſolemnitate, ſed de ſubſtantia iuris, patet ex hoc, quià ſi ibi ſcripta debent plenè probare contrà, vel prò *Reo*; oportet quod à teſtimonio duorum ſaltem comprobentur, iuxtà illud. *In ore duorum, vel trium Teſtium ſtat omne verbum*, aliter nihil probarent. Si ergò duò eſſent Scriptores, qui eadem acta ſcriberent in eodem iudiciò, vt præfertur, ſcriptura eorum haberet vim probandi ex teſtimonio illorum; ſi autem adhibeatur *Notarius*, ſufficit, ex eo, quod iuramentum, quod interuenit in creatione *Notarij* ſupplet vicem vniùs Teſtis, & ſcriptura æquiualet alteri Teſti, & ſic ſcriptura *Notarij* plenè probat, quia *Notarius* ſic creatus æquiualet, ſcribendo, duobus Teſtibus vel dicentibus, vel ſcribentibus, vt eleganter ait vna *Gloſſa*. (*x*) Quod autem *Iudex*, etiam *Delegatus*, pro validitate actorum, debeat vti vel duobus Scribentibus, vel vno *Notario*, habetur maniſeſtè ex alia *Gloſſa*; (*z*) debet enim etiam ipſe reddere actus ſuos authenticos, maximè adhibendo *Notarium*, cui vt dicit *Ægidius* (*a*) *Bellamere*, fidem, formam, & eſſe duò dant, nimirum *Iuramentum*, quod in ſui creatione præſtat, & *Authoritas Superioris* ipſum conſtituentis. Vlteriùs certum eſt quod *Delegatus* creando *Notarium* per receptionem iuramenti, de fideliter præſtando officio ſuo in proceſſu, non creat ipſum, vt inſeruiat prò alijs actibus Religionis iuxtà *Motum Pij Quinti*, & ſit ſicut *Notarius publicus in Religione*; ſed creat ipſum prò determinata cauſa criminali, prò qua habet delegationem, & *Notarius* ipſe, ſic creatus, eſt effectus iuriſdictionis ſibi delegatæ à *Prouinciali*, qui regulariter in Patentibus dat facultatem ſumendi ſibi perſonam benè viſam in *Notarium*, ſiuè *Scribam*, dando illi iuramentum vt moris eſt. Et etiam ſi *Prouincialis* in litte-

Digitized by Google

ris ſuæ delegationis hoc non exprimeret, adhuc tamen conceſſa ſibi facultas creandi *Notarium* cenſeretur, ex eo quod conceſſo officio, conceduntur neceſſaria ad officium, vt aliàs *(b)* diximus; & praxis, & conſuetudo *Religionis* eſt, quod omnes ità *Delegati* creent huiuſmodi *Notarium*, & prò inde etiam à conſuetudine habent iſti quod iuriſdictionaliter creent *Notarium* Scribam ſuum, & quod ex ſola conſuetudine introductum valeat hoc ius creandi *Notarios*, firmat *Hoſtienſis*, *(c)* & alij *Canoniſtæ* communiter. Cum ergò creatio *Notarij* requirat iuriſdictionem, & *Delegatus* creet *Notarium* prò ſola cauſa commiſſa, & ad hoc faciendum non habeat aliam iuriſdictionem, niſi illam, quæ ſibi tribuitur vel à *Delegante*, vel à conſuetudine, liquet, quod in creatione *Notarij* ipſe incipit exercere ſuam iuriſdictionem: ità vt, hoc creato, & regiſtratis litteris ſuæ delegationis, vt moris eſt, & facto decreto procedendi in cauſa commiſſa, & ipſo per *Notarium* regiſtrato, vt moris eſt, licet adhuc nullius Teſtis examen receperit, aut illum citauerit, intelligatur incępta exercitatiuè ſua iuriſdictio, & cauſa non integra. Dicetur fortè quod cauſa ſibi commiſſa eſt iudicium ferendum, ſeù pronunciandum inter *Actorem*, & *Reum*, & proindè nunquam poſſe dici cœptum iudicium, niſi ſaltem citentur Teſtes ante ſe prò tribunali ſedentem, à quibus via ſternatur ad iudicandum. Reſpondeo negandò conſequenſequentiam; quià creatio *Notarij* eſt præparatio neceſſaria ad iudicium; in iure autem, eodem nomine veniunt expreſſa Res, & præparata prò re: *(d)* vndè nomine *iudicij* veniunt præparatoria ipſius iudicij.

137. Cum ergò iuriſdictio Delegati cenſeatur incœpta in actu iudicij, dicetur etiam incœpta in actu præparatorio neceſſario ad iudicium: attentò maximè, quod, ad hunc actum legitimè faciendum, interuenit præcisè eadem iuriſdictio ſibi delegata ad iudicandum. Nec facit quod à *Bartolo*, *Io. Andrea*, & alijs *Iuriſperitis* communiter, vt ſcribit *Abbas*, *(e)* reiciatur ſententia *Hoſtienſis*, qui ait, quod ſi *Iudex* vocat *Tabellionem*, & Teſtes, & publicat commiſſionem ſibi factam tanquàm *Delegatus*, animo perpetuandi iuriſdictionē, illa ſit perpetuata; vndè videtur, quod ab eiſdem *Doctoribus* improbetur etiam allata doctrina, ſcilicet quod per creationem *Notarij* ſit incœpta iuriſdictio. Quia non eſt per ratio hic, & ibi. In foro enim ſæculari ſunt *Notarij* publici, qui omnibus ſeruire tenentur, & ſunt idonei ex ſui officio ad quoſuis actus fori; nec in formandis proceſſibus ipſis datur iuramentum fidelitatis, quià hoc ſufficienter, & in vniuerſùm præſtiterunt, quandò fuerunt creati. Proindè tales *Notarios* vocare, coram Teſtibus patentes legere, commiſſionem publicare, & ſimilia non ſunt actus requirentes iuriſdictionem neceſſariò, ſiquidem iure familiaritatis omnia illa poſſunt fieri. Pariter habere animum perpetuandi iuriſdictionem, non eſt actus externus iuriſdictionis manifeſtatiuus, ſed purè internus, proindè optimè concludunt *Doctores*, quod per omnia hæc non cenſeatur prorogata iuriſdictio. Inter *Regulares* verò non ſic eſt; quandoquidem *Notarij* creantur, vt plurimùm, ad hoc ſolum, vt ſeruiant prò cauſa illa, quæ eſt actitanda. Poſſunt quidem iuxtà præcitatum priuilegium *B. Pij Quinti* creari ad hoc, vt ſeruiant Religioni prò omnibus actibus iuridicis, qui fauore Religionis fieri debent, & formam huiuſmodi *Notariorum* creandorum dat *Peyrinus*; *(f)* & Ego, qui hæc ſcribo, creatus fui *Notarius* anno 1660. à *Miniſtro Prouinciali Reformatæ Prouinciæ S. Didaci* in debita forma, ad effectum legalizandi quaſdam ſcripturas in fauorem Religionis, cum nullus alius reperiretur *Notarius* publicus, qui vellet illud facere. Si *Iudex Delegatus* tali *Notario* vteretur, non eſſet neceſſe, quod prò fabricando proceſſu iuramentum præmitteret, & alia faceret, quæ nunc ſolent fieri; ſed ſufficeret dicere in principio, quod *Delegatus accivit P. N. Notarium Religionis publicum ſibi notum, prò vt conſtat ex libro Prouinciæ, ad quod &c.* Et in tali caſu per deputationem talis *Notarij* non diceretur incępta Iudicis iuriſdictio, quandoquidem per talem deputationem, quæ aliàs poterat fieri ab *Ordinario*, ſimul cum deputatione ipſius *Delegati*, nullum actum iuriſdictionis exercet *Delegatus*. Sed quià rariſſimi in Religionibus tales *Notarij* ſunt, & ſemper creantur particulares, & prò illa cauſa, & à *Delegatis*, & ex ſola iuriſdictione, quæ ſibi tribuitur ſimpliciter in cauſam commiſſam, concludendum eſt, per *Notarij* creationem actum iuriſdictionis incipere, & ideò hoc facto, cauſam non eſſe integram. Sed de

No-

Notarijs alia neceſſaria, ſuo loco dicemus.

138. Sed ponamus, quod per eaſdem litteras patentes vni *Delegato* committantur tres cauſæ & cœpta vna cauſa moriatur *Delegans*, poterit ne *Delegatus* alias cauſas cognoſcere? Ad hoc pariter diſtinguendum eſt; vel enim ſunt cauſæ connexæ, vel ſunt diſcretæ, & ſeparatæ. Explico, pro claritate, exemplo. *Frater Peruerſus* accuſatur de Furto, proprietate, & fornicatione, tria hæc delicta ſunt, & tres reatus poſſunt illi dari: ſed quià habent conſequentiam ad inuicem, furtum enim commiſit, vt fornicaretur, & quia furtum retinuit proprietarius fuit; ideò iſta tria dicuntur delicta, & cauſæ connexæ, & vno proceſſu expediuntur. Cauſæ autem diſcretæ, & ſeparatæ ſunt illæ, quæ ad inuicem non habent conſequentiam, & vna cognoſcitur abſquè alia, & hæc ſiuè ſint reſpectu eiuſdem, ſiuè diuerſarum perſonarum. Exempli gratia quod *Frater Peruerſus* commiſit furtum, blaſphemauit, & Fratrem percuſſit; vel quod *Frater Diſcolus* vulnerauit Fratrem; *Frater Inſolens* contumeliam intulit *Superiori*; & *Frater Ceruicoſus* fuit contumaciter inobediens; hæc dicuntur delicta ſeparata. Si ergò loquamur de cauſis connexis ſiuè concernant eandem, ſiuè plures perſonas delinquentes, incœpta vna cauſa, durat iuriſdictio quo ad alias; ità ſentiunt *Canoniſtæ*. (g) Ratio euidentiſſima eſt, cum enim cauſæ illæ omnes cognoſcantur per vnicum proceſſum, & non poſſit plenè cognoſci vna, ſine alijs, patet quod proceſſus incœptus prò vna, erit incœptus prò omnibus: & prò indè iuriſdictio exercita in vna, facit rem non integram etiam prò alijs, ſinè quibus non poteſt plenè cognoſci illa vna, & quæ non poſſunt iudicari ſine illa vna. Dixi autem ſiuè illæ cauſæ ſic connexæ ſint reſpectu vnius, ſeù diuerſarum perſonarū; ſed hoc ſano modo debet intelligi; hoc eſt quod cauſæ non ſolùm ſint connexæ inter ſe, ſed etiam quod connectant plures in eiſdem criminibus; puta ſi Frater *Peruerſus* habuit complicem *Fratrem Diſcolum* in furto, & *Fratrem Frontoſum* in fornicatione. Et ſi litteræ delegationis dantur cum facultate inquirendi ſuper furto, proprietate, & fornicatione *Fratris Peruerſi*, & *Diſcoli*, & *Frontoſi*, reſpectiuè, complicum furti, & fornicationis, tunc vnica fit ſuper omnibus iſtis delictis inquiſitio. Non ſic autem poſſet fieri, ſi diſtinctæ eſſent datæ delegationes, & diſtincti per hoc faciendi eſſent proceſſus: quia tunc, licet, ratione complicitatis cauſę, eſſent connexę, etiam reſpectu diuerſarum perſonarum, tamen ex diſtinctis delegationibus, neceſſariò eſſent ineunda diſtincta iudicia, & fieri ad hoc diſtinti proceſſus, quorum reſpectu eſt diſtinta iuriſdictio, & ità cœpta vna, non dicetur cœpta alia. Si autem cauſæ diſtinctæ ſunt, ſiuè ſint in eadem perſona, ſiuè in diuerſis, incœpta vna; non cenſetur, reſpectu aliarum, perpetuata iuriſdictio. Et ratio eſt, quod de ijs debent fieri diſtincta iudicia, & diſtincti proceſſus, & iuriſdictio incœpta pro vno, non perpetuat aliud. Sed quid Iuris ſi tres cauſæ licet diſtinctæ, inciperentur per vnicum proceſſum? Reſpondeo hoc non faciunt prudentes *Iudices*, ſed prò diſtinctis delictis diſtinctas formant inquiſitiones. Si tamen hoc fieret, proceſſus non eſſet nullus, & cœpto proceſſu prò vna, prorogaretur iuriſdictio prò alijs. Ratio eſt, quia cum ſuprà probauerimus *Delegatum* exercere iuriſdictionem in creatione *Notarij*, perſpicuum eſt, quod in tali proceſſu præmitteretur. *Quod Delegatus ad effectum cognoſcendi ſuper tali, tali, & tali crimine iuxtà præinſertas litteras ſuæ Delegationis creauit Notarium Patrem N. dato iuramento &c. ad hoc vt ſibi prò legitimo Actuario inſeruiat &c.* Ex creatione ergò *Notarij* ad illas tres cauſas expediendas, liquet, reſpectu illarum triùm, cœptam eſſe iuriſdictionem. Aduerto tandem quod ſiuè cauſæ ſint connexæ, ſiuè non, ſiuè reſpectu vnius, ſiuè plurimum perſonarum, ſi *Delegatus* in creatione Notarij exprimit ſe creare illum, vt ſibi ſeruiat prò tali, tali, & tali cauſa, & ſic omnes enumeret, prò omnibus cauſis incœptum eſt exercitium ſuæ iuriſdictionis; vndè licet, cœpta vna tantùm, ſequatur mors *Delegantis*, poteſt ſecurè proſequi etiam alias. Proinde *Delegati* vtantur hac cautela, vt in creatione *Notarij* omnes cauſas ſibi demandatas explicent ad effectum incipiendi exercitium ſuæ iuriſdictionis.

139. In *Delegato* autem ad cauſarum vniuerſitatem ſufficit exercitium iuriſdictionis in vna, ad hoc quod dicatur ipſa perpetuata reſpectu cæterarum, vt ſentiunt communiter *Doctores*. (b) Et ratio eſt quod ipſius commiſſio eſt vna, & generica, & per modum generis impertita.

Cum

Cum autem genus contineat ſub ſe omnes ſpecies, ad quas eſt genus, & in vnaquaqne illarum eſſentialiter contineatur, liquet, quod exercita iuriſdictione in vna cauſa ſpecifica, quam *Delegatus* cognoſcit ex iuriſdictione generica, incœpta eſt eius generica iuriſdictio, quam proinde continuat in omnibus, in quibus talis ratio genericè ſaluatur. Pariter eius iuriſdictio eſt quaſi totum ſucceſſiuum, quo incœpto per partem, intelliguntur etiam incœptæ omnes partes, quæ requiruntur ad integrandum illud totum. Et in hoc dubium non eſt, vt quotidiana conſuetudine, & praxi firmatur.

XVII. Quæritur An Delegatus ex ſua authoritate poſſit à quocunquè Conuentu Prouinciæ perſonas neceſſarias prò ſua cauſa ad ſe vocare?

SVMMARIVM.

140. *Delegatus ex quacunque parte Prouinciæ poteſt Fratres vocare pro cauſa ſibi commiſſa.*
Delegatus etiam Papæ non poteſt trahere Reum ad ſuum Tribunal vltrà dietam.
Hoc intelligitur extrà Diæceſim Rei.
Diæceſis quid ſignificat.
Apud Nos Prouincia poteſt dici Diæceſis.
141. *Cauſa debet fieri in loco delicti.*
Delegatus debet Reum trahere ad ſuum Tribunal, non ipſe trahi à Reo.

140. Respondeo, quod ſic; cum enim vt dictum eſt aliàs, *(i)* conceſſa delegatione, conceſſa cenſeantur omnia neceſſaria ad cauſam delegatam, & cum neceſſaria ſit ad illam Teſtium examinatio, aliquoties ipſorum confrontatio cum *Reo*, Peritorum iudicium, & ſimilia, liquet quod *Iudex* per delegatam ſibi iuriſdictionem, eos vocare efficaciter poteſt, & ad ipſos opportunas litteras citatorias, quæ loco Obedientialium ſunt, dirigere, & ſic auocare à quocunque Conuentu Prouinciæ, quamuis remoto. Dicetur fortè ad hanc reſolutionem, quod *in iure (l)* determinatur, quod Delegatus non poteſt trahere ad ſuum tribunal Reum vltrà vnam *Dietam*, licet ſit *Delegatus Papæ*; ergò à fortiori *Delegatus* ab inferiori non poterit trahere Teſtem, aut Peritum, (de quibus maior eſt ratio,) vltrà vnam dietam, & ſic non poterit vocare ab omnibus Conuentibus, ſed tantùm ab his, qui non diſtant vltrà dietam à loco iudicij. Sed ad hoc dico, quod *Decretalis* illa diſponit hoc, quando *Delegatus* extrà Diæceſim *Rei* iudicium exercet, dicit enim. *Extrà Ciuitatem, & Diæceſim poſſit contrà prædictos cauſa committi; Nullus tamen eorum vltrà vnam dietam à finè ſuæ Diæceſis valeat conueniri.* Sed quando *Actor*, & *Reus* ſunt euſdē diæceſis, & in diæceſi *Rei* agitur cauſa, nulla extat talis prohibitio; ità vt non ſolùm per vnam, ſed duas, & plures dietas trahi poſſunt, iuxtà amplitudinem diæceſis. In caſu autem noſtro non ſic eſt. Siquidem cum *Diæceſis* non ſignificet niſi *Diuiſionem, ſeù gubernationem, quia diuiſa eſt ab Eccleſia alterius Epiſcopatus*, vt ait, *Additionator ad Gloſſam (m)* illius *Decretalis*, nomine *Diæceſis* venit *Prouincia* in Religione, quæ diuiſa eſt à gubernatione alterius *Prouincialis*: & ideò cum *Delegatus* habeat ſuum tribunal in *Prouincia Rei*, non habet locum diſpoſitio illius Textus. Pariter *Canon* ille loquitur tantùm de *Reo*, non de Teſtibus, Peritis, & alijs ad iudicium neceſſarijs, iſti enim à quocumque loco vocantur, expenſis Impetrantis, ſiuè *Actoris*, vt notum eſt, non attenta tali diſtantia dietæ vnius. Nos verò loquimur de Teſtibus, & alijs à *Reo*; proindè oppoſitio non concludit.

141. Sed quid dicendum de *Reo*? Dico, quod *Iudex* debet ſe conferre ad locum delicti, & ibi inquirere, quia ibi debet fieri cauſa, vbi commiſſum eſt delictum, vt dicitur *in iure. (n)* Et *Iudex* debet imitari *Deum Iudicem*, (cuius locum tenet,) qui ait, *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum venit ad me, deſcendam, & videbo, &c.* ità, & ipſe debet ire ad locum criminis patrati, & veritatem inquirere. Sed non ſic debet adire *Reum* ad ipſum conſtituendum, niſi fortè ob timorem fugæ, aut alia ex cauſa eſſet carceratus, aut non poſſet de Conuentu exire. Sed quandò *Reus* eſt in libertate, debet Iudex trahere *Reum* ad ſuum tribunal, non ipſe trahi à *Reo*, hoc enim eſſet indecorum officio, quod gerit. Et ità poteſt *Reum* ipſum à quocunq; Conuentu euocare.

XVIII.

XVIII. Quæritur quænam præcedentia in Noſtra Religione Iudicibus Delegatis conueniat?

SVMMARIVM.

142. *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum præcedere debet omnes.*
Commiſſarij Viſitatores etiam in præſentia Generalis præcedunt omnes.
Commiſſarius Delegatus à Prouinciali ad vniuerſitatem cauſarum præcedit omnes de Conuentu.

143. *Delegatus ad cauſam particularem nullum præcedit.*
Iudex ſedere, alij ſtare debent in actu iudicij.
Delegatus ſubeſt Superiori locali in foro paterno.

142. Reſpondeo, quod diſtinguenda eſt queſtio hæc, vel enim loquimur de delegatione ad vniuerſitatem cauſarum in vtroque foro facta à *Generali*, vel *Prouinciali* pro *Prouincia*, aut *Conuentu*; vel loquimur de delegatione particulari ad cauſas, vel cauſam criminalem. In primo caſu dico, quod præcedentia debetur *Delegato* ſuprà omnes, qui ſuæ delegationi ſubſunt. Ex eo enim, quod *Delegatus* ad cauſarum vniuerſitatem, vt ſuprà dictum fuit, æquiparatur *Ordinario*, & eſt Superior reſpectu omnium, in quos, tum in capite, tum in membris habet iuriſdictionem directiuam, & coercitiuam; liquet, quod omnes illos vbique locorum, & in omnibus actibus, debet præcedere. Et ità, (ſicut continua conſuetudine probatur) *Commiſſarij Viſitatores* à *Miniſtro Generali* miſſi in omnibus, & per omnia, intrà fines *Prouinciæ* viſitatæ præcedentiam habent reſpectu quorumcumque, etiam ſi eſſent *Patres Ordinis*; tales enim *Commiſſarij* ſunt veri *Superiores Prouinciales*, durante ſua Commiſſione, & ideò, in omnibus actionibus Diffinitorialibus, Capitularibus, & cæteris, præſunt. Sed præſente *Miniſtro Generali* deberent ne præcedere? Strictè loquendo, & de iure, dico, quod non. Ratio eſt, quia per præſentiam *Delegantis* ſuſpenditur iuriſdictio in *Delegato*; & hoc videtur manifeſtè, quia, in tali caſu, *Commiſſarius* nec habet votum, nec congregat, nec præſidet in *Diffinitorio*, ſi *Generalis* in eo interuenit; & hoc iure fit, ſi quidem duplici auctoritate, nempè ordinaria, & delegata, eadem cauſa tractari non poteſt, vt aliàs diximus. Et pariter ſtrictè loquendo, neque deberet *Commiſſarius*, tunc *Diffinitorium* ingredi, niſi vocaretur ad habendam informationem ſuper aliqua re, vtpotè conuenienter aſſumendam ab eo, qui *Prouinciam* viſitauit; ſed ad conſiliandum non deberet adhiberi, quippè qui votum conſultiuum, & electiuum habet præcisè, ex iuriſdictione delegata, quæ cum tunc ſit ſuſpenſa, etiam ſuſpendit ea, quæ ab ipſa deriuant: & ſicut votum, vt dicebamus, electiuum non habet, ità nec conſultiuum habere debet. Et hoc magis probatur ex hoc, quod *Diſcreti Ordinis*, qui ex *Statutis (o)* vnicum tantùm actualem Superiorem habent, in loco in quo ſunt, in præſentia *Prouincialis* præcedunt *Guardianos*, & in præſentia *Generalis* præcedunt *Prouinciales*, cum alioquin hi ſint Superiores ipſis *Diſcretis*; ità à pari, etiam *Prouinciales* vnicum tantùm Superiorem habere debent actualem, qui cum, in caſu, ſit *Generalis* præſens, *Commiſſarius* non poterit *Prouincialem* præcedere, & pari ratione, nec poterit præcedere *Diffinitores*, nec *Guardianum*, nec alios, ſed iuxtà ſtatum ſibi debitum, ac ſi non eſſet *Commiſſarius*, deberet incedere. Sed loquendo de conuenientia aliter eſt dicendum; ſi quidem licet ſit ſuſpenſum exercitium iuriſdictionis in actu, remanet tamen in habitu; & ſicut *Sacerdos* licet ſuſpenſus ab officio, tamen debet honorari ratione characteris, & gaudet omni alio priuilegio fori, & *Canonis*; ità debet etiam *Commiſſarius* ſic honorari per præcedentiam, etiam in præſentia *Generalis*. Et infælix nimis, & mutabilis, & contemptibilis eſſet *Commiſſarij* conditio, ſi tali viciſſitudini eſſet obnoxia, vt modò præcederet, paulo poſt præcederetur; vndè nimis timidè *Commiſſarij* munus ſuum implerent, & apud Subditos non eſſent in ea exiſtimatione, quam decet officium ſuum. Proindè, conſuetudine approbante, *Commiſſarij Viſitatores* ſemper decorantur præcedentia, præ *Prouincialibus Miniſtris* etiam in præſentia *Generalis*. Et circà prædicta habemus deciſionem factam à

Reue-

Reuerendiſſimo Commiſſario Generali Carolo Franciſco de Vareſio, ex compromiſſo in ſe facto à *Diſcretorio Reformatorum* in nuperrimo *Capitulo Generali Romano* celebrato nona Iunij 1688. quæ ſic ſonat. *Commiſſarius Viſitator alicuius Prouinciæ, etiam præſente Generali Miniſtro, aut Commiſſario, ſua gaudet præcedentia, vt cautum eſt in Statutis Generalibus.*

Pari autem modo dicendum eſt de *Commiſſario* deſtinato à *Prouinciali* ad vniuerſitatem cauſarum, cum plenitudine poteſtatis tum in capite, tum in membris pro aliquo *Conuentu*. Iſte ſiquidem æquiualet *Superiori Ordinario* deleganti; & proindè debet præcedere omnes, ſuper quibus extenditur ſua iuriſdictio; & cum etiam extendatur ſuper Superiorem localem, vt ſupponitur, etiam ipſum præcedere debet.

143. Si autem loquamur de *Commiſſario* ad cauſam, vel cauſas particulares, nulla ex hac delegatione ſibi debetur præcedentia. Ratio eſt, quia neque de iure communi, neque de lege Statutaria taliter *Delegatis* vlla præcedentia decernitur. Verum quidem eſt, quod omnes, qui poſſunt eſſe neceſſarij ad illud iudicium, & maximè *Reus*, ſubſunt iuriſdictioni illius, quando eſt in actuali exercitio ipſius, & facit figuram Iudicis; proindè poteſt Teſtes vocare, Peritis iubere, vt viſitent, & referāt, *Reum* conſtituere, & omnes iſti in illo actu iudicij ſunt inferiores illo: & ideò ille ſedet ſemper in actu iudicij, vt multipliciter dicitur *in iure:* (p) & cæteri omnes ſtant, tanquam ipſo inferiores, (vt expreſsè ſancitur in *Codice* ,,) (q) qui quantumuis aliàs, & alibi ſint, & cenſeantur *Iudice* digniores, tamen in actu, & illo loco, in quo *Iudex* pro tribunali ſedet, maior, & honorabilior eſt illis, qui ad cauſam, quàm cognoſcit, quoquomodo pertinent. Sed extrà illum actum nullam habet præſtantiam, reſpectu eorum. Et hoc multipliciter apparet in ſimilibus. Simplex enim *Sacerdos Hebdomadarius*, dum eſt in Choro, primus eſt in dicto Choro: pariter, in actu audiendi confeſſiones, *Confeſſarius* Ordinarius ſedet, & ante ipſum genuflectit etiam *Prælatus* ſuus, qui ipſi confitetur. In illo ergo actu iuriſdictionali ipſe digniorem ſe repræſentat, dignior enim eſt *Confeſſarius* Pœnitente, etiam ſi eſſet *Cardinalis* iſte, & ille ſimplex *Præsbiter*. Sed extrà illum actum mutantur vices, & *ſuperior* fit inferior.Ità hic, licet *Delegatus* habeat ſuperioritatem reſpectu eorum, qui in cauſam ingrediuntur, & maximè *Rei*; tamen hoc eſt præcisè in actu iudicij, aliàs non, quia extrà illum, nulla præcedentia ſibi debetur. Et hoc debet intelligi ſolùm, quandò cauſa delegationis militat contrà Fratrem Subditum; ſed quando eſt contrà Superiorem, *Delegatus*, etiam extrà actum iudicij, debet ipſum præcedere. Et hoc habemus deciſum in Statutis, (r) vbi decernitur, quod talis *Commiſſarius Delegatus* etiam à *Generali*, *Non precederà ne il Miniſtro, nè il Guardiano, ſe non foſſe deſtinato contra di loro, ò che nella patente ſi dichiari altrimente.* Et huic Statuto cohærenter decidit idem *Pater Commiſſarius Generalis*, qui ſuprà per hæc verba. *Commiſſarius Delegatus à Superioribus Generalibus ad aliquam cauſam criminalem, aut ciuilem, ſi debeat inquirere ſuper caput, & membra Prouinciæ, aut Conuentus, vel litem inter illa componere, omnes præcedet illius Prouinciæ, aut Conuentus reſpectiuè. Sin autem contrà priuatam aliquam perſonam ſolummodò: iuxtà noſtra Statuta, nulla ipſi competit præcedentia, niſi cauſa aliter expoſcere videbitur, ad arbitrium Superioris Generalis.* Proindè corrigenda eſt inſolentia nonnullorum, qui ex hoc quod ſunt *Delegati à Prouinciali* ad aliquā qualem qualem cauſam, ebrij ſuperbia, ſibi videntur *Prætoria Dignitate* eſſe ornati, & ex imaginaria authoritate tument, & *Superiores locales* ex ſimplici vocabulo *Commiſſarij*, quo nominantur, præcedere geſtiunt. Talibus reſiſtant *Superiores locales*, & ad reprimendos ſuperbiæ fumos, illos in officio contineant, ij enim, etiam ſi aliorum Iudices ſint; ſubſunt correctioni *Guardiani* in foro paterno.

Citationes Tituli præcedentis.

Pag. 1?. col. 1.

(a) *l. 1. ff. de Iuriſd. omn. Iudic.*
(b) *Cap. Forus. Extra de Verb. ſign.*
(c) *Abb. Rubric. de Iudic. verſ. Qua definitio.*

Pag. 13. col. 2.

(d) *Cicer. Orat. pro Cecin.*
(e) *Tit. de Off. Iud. Ordin. de Off. & Pot. Iud. Delegat. de Arbitr. Extra, & lib. 6.*
(f) *l. Nullo modo, ff. ad leg. Cornel. de Falſ.*

(g) Præ-

(g) Pratei.Lexic.verſ.Delegatus. Abb.in
(h) l.Societatem §. Arbitrorum,ff.Pro ſocio. Inrcitr.
cap. Quintavallis,num.7.Extra.de

Pag.14.col.2.

(i) Stat.Gen.Ord.Cap.8. §.11.num.2.
(l) Alciat.Rubr. ff. de Offic.eius cui mand.l.1. §.A. Præfectis ff.de Leg.
(m) Sanctor.Comment. cap.8. Stat.25. verſ, Prima dubitatio.
(n) Stat.Gen.Ord.cap.8.§.23. num.4.
(o) Stat.Gen.Ord.loc.cit.num.6.
(p) Text.Tit.Delictorum,§.1.& 3.

Pag.15.col.1.

(q) Stat.Gen Ord.cap.7.§.6.num.32.& 33.& cap. 8.§.39.num.10.& 11.
(r) cap.Irrefragabili,§.Exceſſus, de Off. Ordin. cap. Manumittitur 32.q.2.Abb.in cap.Prudentiam, de Off.Deleg.Bart.& Alex in l.Pomponius, ff. de Re iudicat. Felin. in cap. Auditis, de Præſcript.
(s) cap.1.de Hie, quæ ſi.à maio.l. Quæ maior,ff.Ad municip.Gloſſ.in cap.2.de Arbitr.in 6.
(t) Stat.Gen.Ord.cap.8.§.39.num.10.
(u) Sanctor.Comment.cap.8.Stat.38.quæſt.2.
(x) Stat.Salmant.cap.2.Stat.Gen.Ord.cap.2. §.8.n. 25.Stat.Gen.Reformat.cap.8.n.66.

Pag.15.col.2.

(z) Vrban.VIII.Conſtit.Iniuncti.1639.
(a) Stat.Gen.Reformat.cap.8.num.67.
(b) Clement.Exivi.de Verb.ſignif.
(c) Paſſerin.Trib.Regular. qu.2. n.10.& de Elect. Canon.cap.25.q.34.num. 436. Anton. à Spir. Sanct.Direct.Regul.Tract.4.Diſp.4.n. 134.
(d) Compend.priuil.verb.Guardianus, Cordub. q. 4. in cap.8.Regul.Syluest. verb. Prælatus, num.2. Angelic.verb.Delegatus, §.3.Mirand.Manual. Tom.2.q.19 art,1.3. & 4. Concl. 2. apud Sanctar.Comment.cap.1.Stat.4.§.11.
(e) Statut.Gen.Ord.cap.1.num.6.

Pag.16.col.1.

(f) cap.Suſcepimus,cap.Sicut,cap.Significaſti,il 2.de Homicid.cap.Mortales de Purgat. Canon.cap. Abbates 18.q.2.Abb.in cap. Si quis num.50.de For.compet.apud Peyrin.de Prælat.q.1.cap.4. num.18.
(g) Roderic.qq.Regul.tom.3.q.76.art.1.
(h) cap.Sane.2. de Offic. Delegat.

Pag.16.col.2.

(i) Gloſ.in l.2.C.de Offic.ei.qui vic.alter.ger.Alex.in Rubr.n.13.ff.de Offic.ei,cui mand. eſt iuris. Alciat.in Rubr.n. 25.de Offic.Ordin.Roderic.Tom. 3.q.76.art.1.Portel. verb. Guardianus num.3. apud Sanctor.Comment.cap.8. Stat.51. Donat. Prax.Regul.tom.2.tract.9.quæſt.5.cap. In ſingulis.de Stat.Monach.Angelic. verb.Prælatus, in princip.Raſella verb.Delegare num.11.
(l) Sanctor.Comment. cap.8. Stat. 51. verſ. Sextum Vicarius. Portel.verb.Vicarius in capite.
(m) Sanctor.loc.cit.verſ.Tertium quomodo. Peyrin. de Prælat.q.3.cap.4.num.6.
(n) Statut.Reformat.cap.8.num.61.
(o) Statut.Reformat.cap.8.num.52.

(p) Stat.Gen.Ord.cap.8.§.44.num.2.

Pag.17.col.1.

(q) Roderic.qq.Regul.tom.3 quæſt.76.art.3.in fin.
(r) Donat.Prax.Regul.tom.2.tract.9.quæſt.6.n.5.
(s) Peyrin.ad Conſtit.4.Sixt.V.§.6. nu.16. Lantuſc. Theatr.Regul.verb.Vicarius localis.
(t) Stat.Reformat.cap.8.num.60.
(u) Sanctor.Comment. cap.8. Stat.51. verſ. Quartum obedire.
(x) Concil.Trid.ſeſſ.23.cap.1.de Reform.

Pag.17.col.2.

(z) cap.Sane, de Offic. Delegat.l.2.C.de Offic. ei. qui ger.vic.Roderic.tom.3.quæſt.76. art.1.
(a) Gloſſ.in l.2.C.deOffic.ei,qui vic.Bartol.in l.Necquicquam,§.Vbi decretum, nu.6 ff.de Offic.Proconſ.Alex.Rubr.num.13.ff.de Offic.ei cui mand. Alciat.Rubr.num.25.de Offic.Ordin.
(b) cap.Eccleſiæ. Extra.de Suppl. neglig. Prælat.Oldrad. conſ. 208. verſ. Et quod dixi apud Tuſt. litt.V.concl 192.
(c) cap.Clericos. Extra de Offic.Vicar.

Pag.18. col.2.

(d) cap.Statutum, de Reſcript.lib.6.
(e) Concil.Trid.ſeſſ.25.cap.10.de Reform.

Pag.19.col.1.

(f) Gloſſ.in cap.Conſuetudinem in verb.Conſuetudinem. de Conſuet.lib.6.
(g) Statut.Gen.Ord.cap.8. §.53.
(h) Vrban.VIII. Conſtit. Aliàs pro Congregatione 22.Decemb.1642.
(i) Stat. Capit. Toletan.1682. Orb. Seraph. tom.4. fol.263.col.1. Innocent. XI. Exponi nobis 28. Martij 1686.
(l) Gloſſ.in cap.Statuimus, §.Inſuper, in verb. Moderatas, de Reſcript.in 6.& in cap.Super. §.Si verò, in verb.Delegare,de Offic.Delegat. Abb. in cap.Cum Bertoldus, num.20. de Sent. & re iudic.& in cap. Qualiter, & quando, il 2. de Accuſat.num.3.

Pag.19.col.2.

(m) cap.Iudex, cap. Quamuis, de Offic.Deleg.in 6. ubi Paſſerin.num.12.
(n) Statut.Gen.Reform.cap.8.num.5.
(o) Abb.in cap. Quod ſanè, num.2.de Iudic.
(p) Abb.in cap. Quod ſedem,num.3. de Offic.Ordin.
(q) Abb.in cap.de Cauſis,num.13.de Offic. Delegat.
(r) Abb.in cap. Quamuis, num.1.de Offic. Delegat.
(s) Abb.in cap.Paſtoralis num.2.de Offic.Delegat.Roderic.qu.68.art.3. Tom. 1. Sanctor.Comment. cap.1.Statut.4.§.1.verſ.Itaque ex Roderico.
(t) cap.Hac conſtitutione, cap. Si à Subdelegato, de Offic. Delegat. cap. Si cui, de Præben. Abb. in cap.Licet vndique, num.1.de Offic.Delegat.
(u) Gloſſ. in cap. Si Delegatus,not.3. de Offic.Delegat.in 6.
(x) l.Iudicium ſoluitur, ff.de Iudic.Bald.in l.Meminiſſe, ff.de Offic.Proconſ.Federic.conſil.251.
(z) Abb.in cap.licet,num.7,de Offic.Delegat. Archidiacon in cap.Non ita 2.q.6.& in cap. Quamuis de Offic.Deleg.in 6. Io:Monach. in cap. Vt animorum, de Conſtit.in 6.
(a) Abb.in cap.Relatum num.1.2.& 4.de Offic.Delegat.

gat. & in cap.cap.final.num.1.5.& 10.de Offic, Legat.

(b) *Bartol.in l.1.ff.de Iudic. Gloſſ.2. in l. Si conuenerit, Io:Andr. Add.ad Speculat. apud Abbat. in cap.1.num.18.de Iudic.*

(c) *Gloſſ.in cap.Si à Subdelegato in verb.Proceſſum, de Offic.Delegat.Hoſtien.in cap.Licet.Extra de Iudic.*

Pag.20.col.1.

(d) *Abb.in cap.Licet, num.8.de offic.Delegat.*

Pag.20.col.2.

(e) *Abb.in cap.Prætereà,nu.5.in fin. de Dilat.Bald. in l. Necquiquam, §. Vbi decretumff, .de Offic. Proconſul.*

Pag.20.col.2.

(f) *l.1.ff.de Recept.Arbitr.*

(g) *Abb.in cap.Quintanallis, num.7.de Iureiur.*

Pag.21.col.1.

(h) *Franc.in cap.ab Arbitris, num.2. de offic.Delegat.in 6.*

(i) *Tit.de Arbitr. Extra, & in 6. tit.de Recept.Arbitr ff.lib.4.tit.de Arbitr.C.lib.2.*

(l) *Archidiacon.Io:Andrea,Dominic.in cap.Ab Arbitris, de Off.Delegat. in 6. Vbi Paſſerin. n. 2.*

(m) *cap.Si contra,cap.Ab Arbitris,de Offic.Deleg. in 6.cap.Paſtoralis,de Reſcript.cap.Suſpicionis, cap.Cum ſpeciali,de Appellat.l.Apertiſſimi,C. de Iudic.*

(n) *Abb.in cap.Quintanallis, num.7. in princip. de Iureiur.*

(o) *Syluest.Summ.verb.Arbiter.*

Pag.21.col.2.

(p) *l.Pedius, ff.de Recept.Arbitr.*

Pag.21.col.2.

(q) *cap. Cum ſpeciali, cap. Suſpicionis . Extra de Appellat.*

Pag.22.col.2.

(r) *l.Licet autem.ff.de Recept.Arbitr.*

(s) *Gloſſ.in l.Licet autem, in verſ. Poſtea, ff.de Recept. Arbitr.*

(t) *Speculat.tit.de Arbitr.verſ.Item ſi capitales .*

(u) *Bald.Conſ.339.in princip.lib.3. Roman. Conſ. 338.in princip.apud Tuſc.litt. C.concl. 531. num.27.*

(x) *l. Non diſtinguemus, §. Compromiſſo, ff. de Recept. Arbitr.*

(z) *l.Si conuenerit.ff.de Re indicat.*

(a) *Bartol. in l. Quod tamen. in princip. ff. de Arbitr.*

Pag.23.col.1.

(b) *Bald.conſ.461.num.4.lib.1.& conſ.339.in princip.lib.3. Ludouic. Roman. conſ. 338. in princip.*

(c) *Gloſſ. in cap. Ab Arbitris , in verb. Appellandum,de Offic. Delegat.in 6.vbi Ancharan.num. 2.Butr. num.2. Domin.num.7. Franc. num.3. Turrecremat.in cap.Iudicibus 2.q.6.*

(d) *Marant.par.6.tit.de Appellat.num.272. Scacc. de Appellat.quæſt.17.limit.13. num.5. Barboſ. in cap. Ab Arbitris, num. 5. de Offic. Delegat. in 6.vbi Paſſerin.num.5.citat prædictos.*

(e) *l.Arbitrio. ff. Qui ſatis.cogan.l.final.ff.A qui appell.non lic.l.Ex conſenſu, ff.de Appellat.*

Pag.24.col.1.

(f) *cap.Non eſt, cap. Qui malos,cap.Si audiens,cap. Si vos 23.quæſt.5.cap.Si ii,qui.eo can.quæſt.4. cap.Legi Syromaſten ea.can. quæſt.8. D.Thom. 2.2.quæſt.67.art.4.Menoch. Iuſtic. politic.lib. 2. cap.12. Bell.lib.1. de Princip. Chriſtian. cap.10.*

(g) *Reg.lib.3.cap.20.verſ.42.*

(h) *l.Seruos. §.Iudicem,C.ad leg.Iul.de vi publ.Roman. Singular. 77. Peyrin. de Prælat. quæſt.2. cap.3.§.15.num.139.*

(i) *Hebr.cap.5.verſ.1.*

(l) *Barthol.in Authent.de Hæred.& Falcid.in princip.num 4.Roderic.tom.3.quæſt.34.art.5. Peyrin.de Prælat.quæſt.1.cap.7.num.13.*

(m) *Ezechiel.cap.3.verſ.18.*

(n) *D.Auguſtin.lib.de Paſtor.cap.9.*

Pag.24.col.2.

(o) *cap.Cum ad Monaſterium.de Stat.Monach. cap. Ne Religioſi,de Regul.*

(p) *cap.Irrefragabili, de Offic:Iudic.Ordin.*

(q) *cap.Error.83.Diſt.cap.Culpam 86.Diſt.*

(r) *cap.1.83.Diſt.*

(s) *cap.Nihil 83.Diſt.*

(t) *D.Gregor.Paſtoral.par.3. Admonit.23.*

Pag.25.col.1.

(u) *cap. Qui ſincerè, 45.Diſt.*

(x) *cap.Beatus, 45.Diſt.*

(z) *cap.Fraternitas,12.quæſt. 2.cap.Ecce,cap.Illud 24.quæſt.3.*

Pag.25.col.2.

(a) *cap.Corripiantur 24.quæſt.3.*

Pag.26.col.1.

(b) *cap. Quia aliquanti.82.Diſt.*

(c) *Gloſſ.in cap.Omnis, in verb.Portat 45.Diſt.*

(d) *cap.Et qui emendat.cap.final.de Pœnit.Diſt.vlt.*

(e) *cap.Tria ſunt 45.Diſt.*

Pag.26.col.2.

(f) *cap.Corripiantur 24.quæſt.3.*

(g) *D.Gregor.lib. 20.Moral.cap.8.*

(h) *Concil.Trident.ſeſſ.11.cap.1.de Reform.*

(i) *D.Bonauent.lib.de ſex alis Seraph.*

Pag.26.col.2.

(l) *Sanch.lib.6.in Decal.cap.5.n.3.& ſeqq. Caietan. 2.2.quæſt.186.art.2.*

Pag. 27.col.1.

(m) *D.Thom.2.2.quæſt.186. art.9.D.Antonin.par. 1.tit. 16.cap.1. §.9. Leſſ lib.2. de Iuſt.& iur, cap.7.Dub.1. num.2.& cap.41.Dub.9.n.76. Vaſq 1.2.diſp.158.cap.4.num.37.Salat par.2. quæſt.06.tract.14.diſp.10 ſect.8. apud Peyrin. de Subd.quæſt.1.cap.5.§.1.*

(n) *Stat.Gen.Reform.cap.12.num.4.*

(o) *Peyrin.de Subd.quæſt.1.cap.5.§.2.& 3.*

(p) *Peyrin.loc cit.cap.5.verſ. Explicat etiam,& §. 1.loc.cit.verſ. Ex quo ſequitur.*

(q) *Thren.cap.3.verſ.1.*

Pag. 27.col.2.

(r) *cap Culpam 86.Diſt.cap.Error 83.Diſt.*

(s) *Sot.de Tegen.ſecret.memb.2. quæſt.1. & quæſt.3. cap.3.Roderic.tom.2.quæſt.8.art.6. Suar.Bonu.*

Digitized by Google

Sà Tamer. Hurtad. Complaten. Salmantic. Lorca Oned. Trullench. apud Leandr. in Decal. tract.6.quaſt.9.

(t) *Cant.2.verſ.6.*

Pag.28.col.1.

(u) *Nald.verb Pralatus num.11.Donat.Prax.Regul. tom.2.tract.9.quaſt.9.num.4.*

Pag.28.col.2.

(x) *Abb.in cap.Super his num.2.de Acenſat.*

(z) *Roderic.qq.Regul.tom,2.quaſt.6.art.1.*

Pag.29.col.1.

(&) *Cordub.Add.ad Sot.de Tegent. ſecret. quaſt. 4. concl.5.apud Roderic.tom.2.quaſt.6. art. 4. 5. & 6.*

Pag.30.col.1.

(a) *D.Ambroſ.lib.de Ioſeph. cap.Ira ſapè 11.qu.3.*

Pag.30.col.2.

(b) *D.Io:Chriſoſt.Homil.29.in Epiſt.ad Roman.*

Pag.31.col.2.

(c) *Extrauag.Vnam ſanctam, §. In hac.de Maio.& obed.*

(d) *Conſuet.Feud.tit.de Inueſtit.lib.1.*

Pag.32.col.1.

(e) *Sanctor.Comment.cap-1.Stat.4.§.16.*

(f) *Orb.Seraph.tom.3.fol-10.*

Pag.32.col.2.

(g) *Stat.Gen.Reformat.cap.7.num.9.*

(h) *Peyrin. de Pralat. quaſt. 2. cap. 3.§. 18. num. 179.*

(i) *Caiet.2.2.quaſt.33.art.2.in reſp.ad 4. vbi Aragon.col.penult.verſ.4.Suar.de Charit. diſp. 8. ſect. 5.num.4 Soto de Tegen.ſecret. memb.2. quaſt.2.concl.7.Valent.tom.3.diſp.3. quaſt.10. punct. 2.verſ. Tertia ſententia apud Peyrin. de Pralat.quaſt.1.cap.7.num.19.*

(l) *Donat.Prax.Regul.tom.2.tract.10.quaſt.3.*

(m) *Gregor. Tholoſan. Partit. Iur.Canon. lib.1.tit. 27.cap.3.num.5.Moneta de Conſeruat. cap.5. num.26.*

(n) *Roderic.tom.1.qu.12.art.5. Sanctor. Comment. Stat.4.§.1.verſ. Qua poteſtatis cap.1.*

(o) *Text.in cap. Paſtorali.in princip.de Offic.Ordin. cap.Romana, cap. Venerabilibus , de Sent. excom.Clement.Si vna, de Reb.Eccl.non alie.Hoſtien.Cap.2.de Translat.Epiſc.Seace.de Appellat.quaſt.8. num.98.apud Paſſerin. in cap.Romana num.4.5.& 6.de Offic.Ordin.in 6.*

Pag.33.col.1.

(p) *Tit. Delictorum §.3.*

(q) *Clement.Exiui, §.Item quia,de Verb.ſign.*

Pag.33.col-2.

(r) *Suar.de Relig.tom.4.tract.8.lib.2. cap. 12.num. 28.Pelizar.Manual.Regul:tract.9. cap.3.num. 189.Anton.à Spir.Sanct.Direct.Regul.tract.4. diſp.4.ſect.6.num. 281. cap. Cum ad Monaſter. de Stat.Monach.*

Pag.34.col.1.

(f) *Peyrin.de Subdit.quaſt.1. cap.7.§.vnic.*

(g) *Concil.Lateranen·Tert.in Appendic. tit. de Appellat.cap.21.Gregor.VII.lib.6.ep.7.& lib.9. ep.22.apud Laura.Epitom. verſ.Excommunicatio iniuſta .*

Pag.34.col.2.

(q) *Concil.Trid.ſeſſ.24.cap.20.de Reform.*

(i) *Sahagun.apud Roderic.tom.1.quaſt.36.art.4.Nauar.conſ.2.num.4.de For. compet.in antiq. vel conſ.9.de Priuil in nou.Narbona l.59. Gloſſ. 1. num.66.tit.4.lib.2.Recopil. apud Barboſ. Collect.in Concil. ſeſſ.24. cap.20. num. 7. de Reform.*

(l) *Euerard.loc.à natur.diction.taxatin.num.4. Abb. in cap.Cum dilecta num.8. de Confirmat. Barboſ.Diction 97.num.5.Paſſerin. de Stat.homin. tom.1.quaſt.185.num.95.*

(m) *Barboſ.Collect.in Concil.ſeſſ.24.cap.20.de Reform.num.9.*

(n) *Sanctor.de Pœn.cap.29.quaſt.3. verſ.Dico primo fol.380.*

Pag.35.col.1.

(r) *Text.in cap.Religioſo, de Sent.excomm.in 6.*

(s) *Suar.contr.Reg.Anglia lib.4.cap.29.num.7.Layman.lib.4.tract.9.cap.7.num.1.*

(t) *Donat.Prax. Regul. tom. 2. tract. .quaſt. 1.per tot.*

(u) *Syluest.verb. Clericus num.1. Alyoſ.Ricc. Prax. par.4.reſol.239.*

(x) *Nauar.conſ.6.num.3.de Teſtam.*

(z) *Donat.Prax.Regul.tom.2.tract.5.quaſt.8.nu.3.*

(a) *Clemen.VIII.Decret,de Recept.Nouit.*

(b) *Roderic.tom.2. quaſt. 2. art. 10. Donat.tom.2. tract.6.quaſt.4.num.4.Sgroi lux Pralat par.2 cap. 1. num. 22. & ſeqq.& par.7.cap.3.num. 114.*

(c) *Abb.in cap Cum dilectus, de Conſuet. Felin. in cap.Eccleſia S.M.de Conſtit. Syluest.verb. Statutum, num.3.Roderic.tom.1. quaſt.66. art.5. in fin. Donat.tom.1.tract.6.quaſt.21.*

(d) *Sac. Cong. Concil. apud Donat. tom.1. tract.6. quaſt.21 num.9.Barboſ.Collect.Bull.verb.Tertiarij. Peyrin;ad Conſtit.4. Sixt IV.§.7. num 38.Lezan.Summ.cap.14.num.40.*

Pag.35.col.2.

(e) *l. 1.ff.de Pœn.l.Iniuriarum, ff.de Iniur. l.Doli §. Si quis,ff de Seru.corrup.Clar. quaſt. 36. num. 36.Layman. lib. 4. cap. 4. num. 4. Bonacin.de Cenſ.diſp.2.q.4.pun.1.§.2.num.5.*

(f) *Gloſs.in l.Nemo poteſt, ff.de legat. 1. verſ. Quia nec .*

(g) *Alex.in l.Nemo.num.31.ff.de leg.1.Graff.Effect. 1.num.865.& 866.Thoro Comp.Deciſ.tom.3. par.1.verb.Clericus ſe obligans .*

(h) *Ricc.deciſ.par.4.Anton.de Marin. Reſolut. quotid.lib.1.cap.48.num.6.Sanfelic.tom.1.deciſ.2. num.23.& ſeqq.*

Pag.36.col.1.

(i) *cap.Poſtulaſti de For.compet.*

(l) *Abb.in cap.At ſi Clerici, num.22. de Iudic.*

(m) *Abb.in cap. Inter alia num. 29. de Immunit. Eccl.*

(n) *Thom.Grammat.deciſ.10.Franc.deciſ.410. nu. 4.& 5.Dian.par.3.tract.1.reſol.34. Thoro tõ. 3. Comp. verb. Clericus ſe obligans M.A. Gennen. Pract.Neapol.cap.9.num.1. Graff.Effect. 1.num.1074. Donat.to.2.tract.6.q.6.num.2.*

Pag.36.col-2.

(o) *Sanchez to.2.in Decal.lib.6. cap. 10. num.14. Dian.tract.1 de Immunit.Eccl.Reſol 33.& 34. Lezan. tom.3. verb. Cleriens num. 22. & tom. 4.verb. Prælatus, num.9.Roderic. tom.2. quæſt. 2.art.10.apud Sgroi par.2. cop.1.num.25.*

(p) *Giurba conſil.15.nu.9. quem dat Sgroi Lux Prælat.par.2.cap.1.num.25.*

(q) *Thoro Compend. Deciſ.tom.3. verb. Cleriens ſe obligans, in fin.*

(r) *Bonacin de leg.diſp.10.quæſt.2.pun.1. §.2. nu.5. Sayr.Abb,Clar.Layman.Diana.Caſtropal.Bordon.Pelizar.Ant.à Spir.Sanct. apud Sgroi par. 2.cap.1.num.25.*

Pag.36.col.1.

(s) *cap. Poſtulaſti de For. compet. Abb. in cap. At ſi Clerici, num.22.de Iudic.& in cap.Inter alia, de Immunit.Eccleſ.cap.Placuit 6.q.3.*

(t) *cap.Ibi ſemper 3.quæſt.6.*

Pag.36. col.2.

(u) *cap.Poſtulaſti, de For.compet.vbi Abb. num.2.l. final ff.de Accuſat.l.de Militibus, ff. de Cuſtod. & exhib. Reo.*

(x) *Theſaur For.Eccl.par.2.cap.1.num.75.*

(z) *Tridentin.ſeſſ.14.de Reform.cap.8.*

Pag.37.col.1.

(a) *Aldan. Compend. Canonic. reſol. lib. 5.tit.9. num 8.*

(b) *cap final.de For.compet.Barboſ.Collect. in Concil. ſeſſion. 14. de Reformat. cap. 8. num. 1. & 2.*

(c) *Statut.Gen Ord.cap.7.§.6.num.75.*

(d) *Statut. Reform.cap.8.num.39.*

(e) *Gloſſ.in cap.Ibi ſemper , in verb. Cauſa 3. quæſt.6.*

(f) *cap.Si autem 9. quæſt. 3. cap. Inferior 21. diſt. cap.Nolite ea.diſt.cap.A nobis.Extro, de Sent. Excomm.*

(g) *Cardinal.de Laura.Epic.Canon.verb.Epiſc.quomod.iudic.vbi, & à quibus ſentent.*

(h) *Concil.Trident.ſeſſ.13.de Reform.cap.6.& cap. final.& ſeſſ.24.de Reform.cap.5.*

Pag.17.col.2.

(i) *Stat.Gen.Ord.cap.8.§.71.num.8. Stat. Gen. Reform.cap.8.num.10.*

(l) *Abb.in cap.Ex parte, num.5.de Decim.*

(m) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.num.14.*

Pag.38.col.1.

(n) *Stat.Gen.Ord.cap.8.§.16.& 17.*

(o) *Stat.Gen.Ord.cap.8.§.17.num.4.*

(p) *Sanctor.Comment.cap.8. Stat. 33. verſ. Quæro primo.*

(q) *l.Nullo modo, ff. ad leg.Cornel. de Falſ. Morla Empor.iur par.2.tit.2.num.88. Molin.de Iuſt. tom.6.diſp.8.num.2,& 3.apud Barboſ.de Offic. & poteſt.Epiſc.par.2.Allegat.36.num.16.*

Pag. 38.col,2.

(r) *Gloſſ.in cap.1. in verb. Conſuetudinem , de Conſuet in 6.*

(s) *DD.in l.Mori,vbi Bartol. num.7. Alex. num.2. Iaſon.num.15. Dec.num. 19.ff. de Iuriſd. omn. Iudic.Conarn.lib.3.varia. cap.15. num.3. Farinac.quæſt.29.num.74. Paſſerin. in cap. Si delegatus,num.8.de Offic. Iud.delegat.in 6.*

(t) *Stat.Gen.Ord.cap.8.§.20.num.8.*

(u) *Stat.Gen.Ord.cap.8.§.16.num.4.*

(x) *Sanctor.Comment.cap.8.Statut.33. verſ. Quæro primo.*

Pag.39.col.1.

(z) *Stat.Lugdunen.1518.Orb.Seraph. tom.3.fol. 23. col.1.Stat.Salmantic. 1553. cap. 8.tit.de Procur.& Comm.Cur.Orb.Seraph.loc. cit.fol.327. col.2.*

(a) *Stat.Roman. 1676 Orb. Seraph. tom.4.fol.218. col.1.verſ.Declaratur,& tom.1.lib.3. cap.23. §.5.num.39.*

Pag.39. col.2.

(b) *Congreg.Meſſan.1532.Orb. Seraph. tom.3. fol. 276.verſ.Decimooctauo.*

(c) *Congreg.Neapolit.1590.cap.21.Orb. Seraph.to. 3.fol.387. col. 1. & tom. 1.lib.3. cap.23.§.5. num.47.Chronolog.Ordin.fol.353.*

(d) *Statut. Vallisoletan. tit. de Fratr. quan. de eau. Orb.Seraph.tom.3.fol.442.col.2. & tom.1.lib. 3.cap,23.§.5.num.44.*

(e) *Statut.Toletan.1633.Chronol.Ord.fol.699.Orb. Seraph.loc.cit.num.54.verſ.Vt ſimilibus .*

(f) *Statut.Tolet.1658.cap.3.§.8.num.2.*

(g) *Orb.Seraph. tom.1. lib.3. cap.23. §.5.num.56. verſ.Tertium, & verſ.Septimum.*

(h) *cap.Irrefragabili,cap.Conquerente, cap. Pernicioſa,de Offic.Ordin.cap.ſi Clericos de ſent. excomm.in 6.*

(i) *Orb.Seraph.tom.1.lib.3.cap.23.§.5.num.28.*

Pag.40.col.1.

(l) *Orb.Seraph.loc.cit.verſ. Quartum .*

Pag.40.col.2.

(m) *cap.Prudentiam de Offic.Delegat.l.Licet, C.de Aſſeſſor.& dome.*

(n) *Gloſſ.in cap.Non eſt,de Conſuet.in 6.Abb.in cap. Ad Apoſtolicam,in fin.de Regular.Felin.in cap. Ex parte, init.de Conſtit.Bart.in l.1.§.Si plures, verſ.Aut ei qui, ff.de Exercit.act.*

Pag.40. col.1.

(o) *Orb.Seraph. tom.1.lib.3.cap.33.§.6.num.67.*

Pag.40.col.2.

(p) *Stat.Gen.Reform.cap. 8.num.63.*

(q) *cap.Priuilegia,3.diſt.Iſid.lib.5. cap. 18. Pratei. Caluin.in Lexic.*

Pag.41.col.1.

(r) *Tit. Quid, num.79.*

(s) *Alexand. VII. Breu. Illius qui , 1659. Orb. Seraph.lib.3.cap.23.§.6.num.79.tom.1.*

Pag.42.col.1.

(t) *Armilla,verſ.Conſeruator,num.2.Roderic.tom.1. quæſt.65.art.13.Mirand.tom.2.quæſt.19.art.1. apud Moneta,de Conſeruat.cap.5.num.26.*

(u) *cap.Statutum,de Reſcript.cap.final.de Offic.Delegat.in 6.Clemenc.2.de Reſcript.*

(x) *cap.Niſi eſſent, de Præben.*

(z) *Innoc. in cap. Cum dilecta , de Exceſſ. Prælat. Card.in cap. Nobis, de Iurepatr.Maſcard. de Probat.concl.580.*

(a) *Hoſtien.in cap.Nobis, de Iurepatr.*

(b) *Gre-*

Digitized by Google

(b) *Gregor.Tholoſan.Partit.Iur.Canon.lib.1.tit.27. cap.9.num.5.Apud Moneta, de Conſeruat.cap.5. num.26.*

(c) *Concil.Trident.ſeſſ.25.de Reform.cap.10.*

(d) *Clemen.VIII.19.Mart.1591.Sanctiſſimus.*

(e) *Moneta de Conſeruat.quæſt.5.num.145.*

(f) *Felin in cap.Cum dilectus, verſ. Nonum ſignum, de Reſcript.Anchor.conſ.241.§.in fin. Roland. à Vall.conſ.72.num.61.& ſeqq.lib.3.Socin.iun. conſ.2.num.7.lib.2.*

(g) *Decian.conſ.72.num.25.& ſeqq.lib.2.*

Pag.42.col.2.

(h) *Paul.de Caſtr.conſ.325. verſ. Nec etiam obſtat, lib.2.*

(i) *Decian.dict.conſil.72.num.35.lib.2.*

(l) *l.1.§.Hac autem ff.Quod quis iur.Farinac.conſ. 48.num.4.Guazzin.deſenſ.1.cap.1.num.1.*

(m) *Alex.conſ.77.num.5.verſ.Et idem habet, lib.2. Caſtren. conſ. 66. num. 4. verſ. Ad Teſtium, lib.1.*

Pag.43.col.1.

(u) *Stat.Gen.cap.8.§.37.num.& Statut.Gen.Refor. cap.8.num.31.*

Pag.43.col.2.

(o) *Gloſ.final.in Clement.2.de Reſcript.*

(p) *cap.Cum olim, de Priuileg.*

(q) *Sanctor.Comment.cap.12.Stat.12.verſ.Reſpondeo tertio.*

(r) *cap.Si motu proprio, de Præben.in 6.*

(s) *Gloſſ.in cap.Statutum, de Reſcr in 6. Vitalin. in Clem.2.num.44.eo.tit.Abb. conſil.101.num.9. lib.1.*

(t) *Franc in cap. Statutum, in princ. de Reſcr. in 6. Alex.conſ.122.num.2.lib.4.*

(u) *Abb.conſ.62.verſ.Dico, quod delegatio lib.1.*

Pag.44.col.1.

(x) *Alex.conſ.122.in fin.verſ.Tertiò lib.4.*

Pag.44.col.2.

(z) *cap.Vt litigantes, de offic.Ord.in 6. cap. Te quidem 11. quæſt. 1.l. vnic. C.Qui pro ſua.iuriſ. Abb.in cap.Nemini,num.1.de Offic.Legat.*

(a) *DD.in l.1.de offic.ei,cui mand.eſt iuriſd.*

(b) *Clar.§.final.quæſt.41.in princip.*

Pag.45.col.1.

(c) *Dominic.in cap.final.de Offic.Vicar.in 6. Rebuff. Menoch. Corſet. Sanchez apud Sanctor. Comment.cap.7.Stat.1.quæſt.9.*

(d) *Text.tit.Tortura §.3.*

Pag.45.col.2.

(e) *Angel.conſ. 214.in princip.Ancharan.conſ.201. num.2.verſ.Non obſtat. Signorol.conſ.36.verſ. Quarto præmitto, DD.in l.Et quia, ff.de Iuriſd.omn.Iud.*

Pag.46.col.2.

(f) *cap.Super quæſtionum. Extra de offic. delegat. l. Iudicium,ff de Iudic.*

(g) *Abb.in cap. Cum cauſam, num.2. de Iuram. calumn.*

(h) *cap.Cum in iure, iunct.Gloſſ de Offi.Iud.Delegat.*

(i) *cap.2.de Dilat.cap. Cum ſuper.de Offic.Delegat. Felin.in cap.Super de Reſcr.& in cap.Suborta, de Re iudic.*

(l) *Ludouic.Roman.conſ.326.num.4.*

(m) *Authent.de Collat. §.Eos.*

(n) *Bart.in l.Prohibitum,C.de Iur.Fiſc.lib.10.Bald. in l.1.C.de Superinduct.lib.10. Text.in l.1.C. de Mandat.Princip.*

Pag.47.col.1.

(o) *Roman.dict. conſ.336. num. 5. Faguan. in cap. Cum in iure num.8.& 10.de Offic.Delegat.*

(p) *Paſſerin.Tribun.Regul.quæſt.2.num.25.*

Pag.47.col.2.

(q) *Maſcard.concl.492.num.14. & ſeqq.Tuſc.litt. D.concl.154.num.22.*

(r) *Ang.Aretin.conſ.6.num.7. 8. 16. & ſeqq. verſ. Non obſtat tertium.*

(s) *Paſſerin.Trib.Regul.quæſt.2.num.28.*

(t) *Syluest.verb.Delegatus,num.5.Nauar.conſ.4. in antiq.& conſ.5.in non.de Sent.Excom.Mirand. de Iud.Ord.tit.1.quæſt. 2. num. 99. Faguan. in cap. Cum in iure, num. 29. de Offic.Iud. Delegat.*

Pag.48.col.1.

(u) *l.2.vbi DD.de Iuriſd. omn.Iudic.*

Pag.48. col 2.

(x) *Gloſſ.in cap.Cum dilectus, de Arbitr.*

(z) *Felin.in cap.Præterea,de Offic.Delegat.*

(a) *cap. Quia quæſitum, cap.Præterea, cap. Significaſti,cap.Prudentiam. Extra, de Offic.Iud.Delegat.*

(b) *Gloſſ.in cap.1.in verb.Impedire, de Offic.Iud. Delegat.*

(c) *Abb.in cap.1.num.6.de Offic.Iud.Delegat.*

Pag.49.col.2.

(d) *Roderic.tom.1.quæſt.54.art.1.& 4.*

Pag.50.col.1.

(e) *l.1.l.Si familia,ff de Iuriſd.omn.Iud.*

(f) *Abb. in cap. Quæſitum,num.6. circ.fin.de Offic. Iud.Delegat.*

(g) *Barboſ.in cap.1.num.12.& 13.& in cap.Significaſti, num.3.de Offic.Iud.Delegat.apud Paſſerin.Trib.Regul.quæſt.2.num.20.*

(h) *Abb.in cap.de Cauſis,num.12.de Offic.Iud.Delegat.*

(i) *Tit.Carcer.verſ.Carcer qui.*

(l) *Tit.Applicatio,§.12.*

Pag.50.col.2.

(m) *Fulgoſ. & Alexand.in l. 2. ff. de Iuriſd. omn. Iud.*

(n) *cap.2.de offic.Iud.Delegat.in 6.*

(o) *Couarru.in cap.Alma mater. par.1. §.9.num.6. Sayr.de Cenſ.lib.1.cap.12.num.20. Suar. diſp. 3.Sect.10.num.102.de Cenſur.*

Pag.51.col.1.

(p) *Abb.in cap. Quia quæſitum,num.6.in fin.de Offic.Iud.Deleg.*

Pag.51.col.2.

(q) *cap.Litteras in fin.Extra, de Reſt.ſpoliat.*

(r) *Speculat.tit.de Delegat.§. Sequitur, verſ. Item ad eius officium.*

(s) *Abb.in cap.1.n.6.in fin.de Offic.Iud.Delegat.*

(t) *Gloſſ. in cap. Statuimus, de Offic. Iud.Delegat. in 6.*

(u) *l.Si quis,ff.Si quis in ius. voca.non ierit.*

Pag.

Digitized by Google

Pag.52.col.2.

(x) *Inocent.in cap.Dilectas,de Pæn Bald. & Abb. in cap. Prætereà, de Off. Delegat. apud Sgroi par.1.cap.1.num.99.*

(z) *Formular.tit.Form.coaſt.Rc,§.7.*

(a) *Philipp.de Biſt.Epitom.crimin quaſt.5. Prælud. num. 5.& 6.*

Pag.54.col.1.

(b) *Bartol in Extrauag.ad reprimendam,verſ.Communitas.*

(c) *Oldrad conſil.315.num.1.*

(d) *Barboſ. in cap. Cum cauſam num. 5. de Appell. Sanch.de Matr.lib.7.diſp.31.nu.12. apud Paſſerin.Trib.Regul.quaſt.2.num.14.*

Pag.54.col.2.

(e) *Oldrad.conſ.224.num.19.verſ.Non obſtat hac.*

(f) *Federic.de Sen.Conſil.15.verſ.Prætereà aliud,in princip.Anton.Gabriell.lib.6.tit.de Cuinſ.Vniuerſ.nom.concl.1.*

(g) *l.2.& ibi DD.de Iuriſd.omn.Iud.*

Pag.55.col 1.

(h) *cap.Venerebili,cap.Si pro debilitate, de Off.Delegat.Abb.in cap.Venerabili,num.5.eo.tit. Federic.de Sen.Conſ.216.init.*

(i) *Abb.conſ.61.col.2.verſ. Secundo dicta ſententia. Innocent.in cap. Cam Bertoldus, de Re iudic. Gloſſ.in Authen.de Defenſor. Ciuit.prop.finem apud Taſc.litt.D.concl,150.num.8.*

(l) *Bald.conſ.449.verſ. Et ad declarationem, lib.1. Franc.& Franciſc.Aretin. apud Tuſc. loc. cit. num.20.& ſeqq.*

(m) *Suprà num.29.*

(n) *Suprà num.108.*

Pag.55.col.2.

(o) *cap.final.de Off Iud.Delegat.*

(p) *Paſſerin.Trib.Regul.quaſt.2.num.18.Bald. conſ. 12?. num.6. verſ. Et in ſumma lib.5. Decian. conſ.29.num 49.lib.2.Felin. in cap. final. §. Is autem, de Off.Delegat.*

(q) *Bald.d conſ.12?.verſ Item induſtria , Felin. in d.cap.final. verſ. Vtrum per iſta. Roman. conſ. 330 num.3.verſ.Tertiò,quia.*

Pag.56.col.1.

(r) *Felin.in cit.cap. final. §. Is autem,in fin. de Off. Delegat.*

(s) *Sanctor.Comment.cap.1.Stat.2.§.2.*

(t) *Eugen. IV. Conſtit. 15. Non mediacri .*

(u) *Cap.Non indiſcretè,§.Licet autem, cap.Quamuis,cap.final.de Procurat.in 6.*

(x) *Gloſſ. notab. in cap. Is cui , in §. Niſi forma,in verſ. Per alium eo. cap. de Off. Delegat. in 6. Franc.Aretin.Conſ.13.num.19.verſ.Et adeo.*

Pag.56.col.2.

(z) *Innocent.in cap.cum Bertold.de Sent.& Re iudic.vbi Abb.num.19.Felin. num. 17. Couarru. varia.cap.10.num 11.Sanch.de Matrim. diſp. 3.num.10.Paſſerin.Trib.Regul.quaſt.2. nu.13. & in cap.Quamuis num.14. de Offic. Delegat. in 6.*

(a) *l.Imperium iunct. Gloſſ.ff.de Iuriſd.omn.Iud.*

(b) *l.Ait Prætor.§.Eam cam quo,ff. de Iureiur.*

Pag.57.col.1.

(c) *Paſſerin.Trib.Reg.quaſt.2.num.13. Gloſſ. in cap. Statuimus, §.Cum vero, de Reſcript.in 6.*

Pag.57.col.2.

(d) *l.1.ff.de Iureiur. l.Iusiurandum , §.Pupillus, l. Admonendi,ff.eo.l.Videamus, §.Deferre, ff. de In lit iur.*

(e) *Gloſſ.notabil.in cap.Hac Conſtitutione , de Off. Deleg.in 6.*

Pag.58.col.1.

(f) *l.Iudicium,ff.de Iudic. Barboſ. in cap. Quamuis, num.7.de Off.Iud.Delegat.Couarra.Pract.cap. 9.num.1.apud Paſſerin.in cap. Quamuis,num. 9.de Off.Iud.Deleg.in 6.*

Pag.58. col.2.

(g) *Gloſſ.in cap.Statutum,§.Inſuper,in verb.Moderatas, de Reſcr.& in cap. Super , §. Si vera, in verb.Delegare,de Off Iud.Deleg.Couarra. lib. 3.Varia.cap.final.num.11.*

(h) *cap.final.de Off.Delegat in 6.cap.Gratum, cap. Licet. Extrà eo. tit. cap. Si eui , de Præben. Gloſſ.in cap.final.in verb.Ipſo iure,de Off. Delegat.in 6.& in cap.Cum veniſſet, de Teſt.*

(i) *cap. Quamuis, de Off.Iud.Delegat.lib.6.*

(l) *Abb.in cap.Oblata,num.8. de Appell.*

(m) *Sanchez de Matrim. diſp.28. nu.50. apud Paſſerin.in cap.Si Delegatus,num.8. de Off.Deleg. lib.6.*

(n) *Paſſerin.in cap. Quamuis, quaſt.vnic.art.1. à n. 18.de Off.Iud.deleg.in 6.*

(o) *Tit. Quum, §.2.*

(p) *cap. Qualiter , & quando, il 2.de Accuſat.*

Pag.59. col.1.

(q) *Tit.Inquiſitio, num.47.*

(r) *Oldrad.conſil.75.in princip.*

(s) *cap.Cum P.Tabellio.iunct.gloſ.in verſ. Auctoritate,de Fid.inſtr.vbi Abb. num.18. Felin.n.14. Bartol.in l.Nec ei,§.Eam,ff.de Adopt.*

(t) *Roderic.tom.3.quaſt.8.art.1.*

Pag.59.col.2.

(u) *cap. Quoniam , de Probat.cap. Vt officium , de Hæret. lib.6.Bald.in l. Non enim , num. 2. de Adopt.*

(x) *Gloſ.in cap. Quoniam,in verb.Duos viros . Extrà, de Probat.*

(z) *Gloſſ.in d.cap. Quoniam, in verb. Extraordinarios, de Probat.*

(a) *Ægid:Bellamer.conſil.42.num.4.*

Pag.60.col.1.

(b) *Supr.num.115.*

(c) *Hoſtien.in cap.Cum P.Tabellio. num.4. de Fid. inſtr.vbi Io. Andr.num.4. Bellamer. num. 24. Butr.& Imol.n.4.Felin.num.14.*

(d) *l.In argento,ff.de Aur.& arg.legat.*

(e) *Abb.in cap.1.num.18.de Iudic.*

Pag.60.col.2.

(f) *Peyrin.ad Conſtit.9.B.Pij V.num.9.*

Pag.61.col.1.

(g) *Innocent. in cap. Licet,de off Iud. Deleg. & ibi Io:Andr.num.17.Card.quaſt.7.Bellamer.n.11. Abb.num.5.Imol.in cap.Paſtoralis,§. Quoniam n.9.de Reſcript. Sanchez de Matrim. diſp. 28. n.25.*

Citationes Tit. præcedentis.

n.25. quos dat Paſſerin.in cap.Quamuis, n.27. de Off.Delegat.in 6.

Pag.61.col.2.

(h) *Bald.in cap.Paſtoralis,§.Quoniam,de Reſcript. & in cap.Licet vndique n.6.de off.Delegat.vbi Butr.n.15.Ancharan.q.4.Imol.n.3. Sanchez de Matr. d. diſp.28. n. 27. apud Paſſerin. loc.cit. num.28.*

Pag.62.col.1.

(i) *Supra num.115.*

(l) *cap.Statutum, §.Cum vero, de Reſcr.in 6.*

Pag.62.col.2.

(m) *Adde. ad Gloſſ.in cap.Statutum in verb.De ſua Diœceſi, de Reſcript. in 6.*

(n) *l.Sunt, ff.de Extraord.crim.*

Pag.63.col.2.

(o) *Stat.Gen.Ord.cap.8.§.53.n.1.*

Pag.64.col.1.

(p) *l.Quiſquis,C.de Poſtulan.in fin.l final.C.Vbi Senat.l.1.C.de Off Civ.Iud. Authent. Vt ab Illuſtr.Coll.5.*

(q) *l.Honorati,C.de Off.Civ.Iud.*

Pag.64.col.2.

(r) *Stat.Gen.Reform.cap.8,num.12.*

TITVLVS

Digitized by Google

TITVLVS SECVNDVS.

Quales eſſe debeant Iudices.

T E X T V S.

§.I. Licet Ordinarij Iudices eſſe non poſſint, qui ab Officijs excluduntur; attamen, claritatis gratia, tàm quo ad Ordinarios, quàm quo ad Delegatos hæc ſeruanda erunt. Primùm naturaliter inhabiles ad iudicandum, cuiuſmodi ſunt ſurdi, & muti, perpetuò furioſi, illiterati, amentes; ſiuè tales defectus habeant antè, ſiuè poſt acceptum munus Iudicis, & Superioris, Iudices eſſe non poſſunt. Præterea infames, excommunicati vitandi.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

1. *Conditiones eligendorum in Iudices,*
Superiores habent iuriſdictionem in foro paterno, & iudiciali.
2. *Officia ordinaria in Religione quæ ſint.*
Secretarij Viſitatorum mittendi ad viſitandum Conuentum quales eſſe debent.
Si non habent conditiones requiſitas, poſſunt recuſari.
3. *Iudex eſſe non poteſt, qui non poteſt eſſe Superior ordinarius.*
Impedimenta Prælaturæ.
Infirmitas prohibet promoueri ad Prælaturam.
Valetudinarij eligi non poſſunt.
Eorum electio eſt nulla.
4. *Leproſi.*
Scabioſi enormiter.
5. *Lue venerea euidenter contaminati.*
6. *Phtiſici, Tabidi, maraſmo laborantes.*
Podagrici perpetui.
7. *Itinerare pedeſtres non valentes.*
8. *Paralytici.*
9. *Epileptici.*
10. *Maniaci, lunatici, furioſi.*
11. *Energumeni, Arreptitij.*
12. *Fatui, ſtolidi, ſtulti, Amentes.*
13. *Deformes notabiliter in Statura.*
14. *Carentes naſo, auribus, oculo, manu, digitis.*
15. *Claudi, & Gibboſi.*
16. *Cæci.*
17. *Surdi, & muti.*
18. *Hermaphroditi.*
Non omnia impedimenta vniuerſaliter inhabilitant ad munus Iudicis.
Delegatus, & Arbiter eſſe poteſt, qui non habet, quod exercitium talis muneris impediat.
19. *Irregulares nequeunt eligi.*
20. *Priuationis pœna perculſi.*
21. *Aleatores, & Ebrioſi.*
22. *Maculati circa fidem.*
Neophiti.
Pænitentiati à Sancto Officio.
13. *Bigami.*
Bigamia vera, interpretatiua, ſimilitudinaria.
24. *Illegitimi non poſſunt habere dignitates.*
25. *Minores ætate requiſita.*
26. *Infames.*
Infamia quid ſit.
Infamia duplex iuris, & facti.
Infames de iure ciuili, ſunt etiam de iure Canonico.
27. *Excommunicati.*
28. *Suſpenſi.*
29. *Interdicti ſingulariter.*
30. *Priuatus iure ſuffragiorum non poteſt eſſe Iudex Ordinarius, benè tamen Delegatus.*
Qualitates Ordinarij, requiſitæ in Delegato quæ.
Pœna priuationis habet tres gradus.
Priuati Officijs Ordinis nequeunt eſſe Viſitatores.
31. *Magiſter Nouitiorum, & Confeſſarius Monialium ſunt Officia Ordinis.*
In lege nihil ſuperfluum admittitur.

Ele-

Electio generaliſſimè accepta quid importet.
Eadem accepta ſpecificè à quo diſtinguatur.
52. *Electio Canonica quid.*
Debet neceſſariò fieri à Collegio.
Prouiſio, & collatio fit à Superiore.
Superior deputans Commiſſarium non eligit.
Vno tantùm remanente de Collegio, ille vnus poteſt eligere.
Deputare Commiſſarios ſpectat ad Superiorem.
53. *Priuatus iure ſuffragiorum eſt tantùm inhabilis ad electionem actiuam, & paſſiuam.*
Viſitatores non habent votum in electionibus.
Differentia inter priuationem actuum legitimorum, & iuris ſuffragiorum.
34. *In odioſis fit ſtricta interpretatio.*
Dignitas ſumitur largè, & ſtrictè.
Dignitas quid ſit.
Superior quis dicatur.
35. *Diffinitoriatus quomodo ſit Prælatura.*
Diffinitores qui ſint.
Cardinales pars corporis Papæ.
Senatores pars corporis Imperatoris.
36. *Viſitator poteſt eſſe, qui actibus legitimis eſt priuatus.*
Viſitator non eſt Prælatus.
Prælatura importat iuriſdictionem ordinariam.
Viſitatoris iuriſdictio eſt delegata.
Duabus Prælaturis nemo frui poteſt.
37. *Commiſſarij ad viſitationem Conuentus, qui ſunt priuati actibus legitimis, eſſe poſſunt.*
Hoc item deſtinati ad cauſas particulares.

1. PRÆMITTITVR in hoc *Textu* Generalis Regula, pro habendis conditionibus corũ, qui, in *Seraphica noſtra Religione*, munus *Iudicis* debẽt exercere, & dicitur. Quod Regula generalis eſt, quod qui non poteſt aſſumi ad *Officia Ordinis*, nequè etiam poterit eſſe *Iudex Ordinarius*, aut *Delegatus*: & intellige etiam *Arbitrarius*, ex eo, quod ſuprà dixit, *Arbitri eaſdem conditiones habeant &c.* Ratio regulæ eſt, quià *Superiores* habent iuriſdictionem in vtroque foro tum paterno, tum iudicali ordinariam, vt dicunt *Canones*, (a) &, vt ſuprà viſum eſt, *Delegati*, &, *Arbitri* debent habere eaſdem conditiones, quas habent *Ordinarij*: ſequitur ergò, quod ſi aliquis non poteſt eſſe *Superior*, neque poterit eſſe *Iudex Ordinarius*, *Delegatus*, nec *Arbiter*. Qui ergò *excluduntur ab Officijs Ordinis*, *non poſſunt eſſe* Iudices Ordinarij.

2. *Officia* autem *Ordinis* in noſtra Religione ſunt, vt dicitur in *Statutis*, (b) *Quæ cum dignitate, & Superioritate coniuncta ſunt*, & alibi ſingillatim enumerantur (c) *Miniſteriatus*, *Vicariatus*, *Commiſſariatus Procuratoratus*, *Diffinitoriatus Generales*; *Miniſteriatus*, *Vicariatus*, *Commiſſariatus*, *Cuſtodiatus*, *Diffinitoriatus Prouinciales*; *Guardianatus*, *Vicariatus*, *ſeu Præſidentatus Locales*. Vnde qui aliquid, ex prædictis *Officijs*, habere, iuxà leges Religionis non poteſt, nequè poterit eſſe Iudex. Et vellem ad hoc punctum Superiores, maximè *Commiſſarios Viſitatores*, benè aduertere, qui aliquoties mittunt *Secretarios* ſuos, qui, ratione ætatis adhuc immaturæ, non poſſunt eſſe *Guardiani*, ad viſitandos aliquos *Conuentus*, & putant hoc ſibi licere, quia in *Statutis Reformatorum* (d) hoc ſibi conceditur. Sed Statuta debent intelligi cohęrenter ad alia iura. Tales ſic *Subdelegati*, vt ſuprà vidimus, debent habere conditiones *Delegatorum*: ſi ergò, ratione ætatis, tales *Secretarij* non poſſunt eſſe *Superiores Ordinarij*, nec *Delegati*, neque poterunt ſubdelegari, vt ſonat apertè hic *Textus*. Et re vera indecens eſt, quod aliquoties *Guardianus* grauis, & canitie venerandus *Viſitatorem Conuentus* ſui habeat adoleſcentem immaturum ad regimen, qui debeat ſeniorem ſyndicare, & vt plurimùm cum faſtu, & ſuperbia, ob præcoquam dignitatem, aut ſinè remedio eorum, ob quæ inſtituti fuerunt *Commiſſarij Viſitatores* in Religione, quæ ſunt reformatio abuſuum, diſciplinæ Regularis incrementum, & delictorum opportuna punitio, ad quæ inepta eſt iuuenilis ætas aut præceps, aut inexperta, aut rigoris parùm amica. Abſtineant ergò *Viſitatores* à talium Adoleſcentium deputatione, & ſi hoc fore ſibi neceſſarium præuiderint, ſeligant ſibi in *Secretarium* Religioſum maturum, qui habeat requiſita à legibus ad fungendum tali ſubdelegatione. Aliter poſſet *Guardianus*, qui ſciret ea, quæ ſunt ſui iuris, talem *Subde-*

Digitized by Google

legatum recuſare, (vt re vera hoc poteſt, vt aliàs dicam,) eo quia *Commiſſarius* non poteſt, contrà leges noſtras, illum ſic deſtinare. Licet autem *Textus* recenſitam Regulam tradiderit, attamen claritatis gratia affert ea, quæ, tàm ad quò Ordinarios, quàm quoad Delegatos ſeruanda ſunt. Dicit ergò. *Primò naturaliter inhabiles ad iudicandum, vt ſurdi, muti &c.* Aduertendum hic, quod *Textus*, exprimendo conditiones nonnullorum, qui *Iudices* eſſe non poſſunt, vt *Surdi*, *Muti &c.*, non enumerat omnia, quæ impediunt, quominùs aliquis poſſit fieri *Iudex*, ſed loquitur exemplariter.

3. Quia enim paulò ſupra dixerat, quod qui non poteſt eſſe *Superior Ordinarius*, neque poterit eſſe *Iudex*, liquet quod omnia impeditiua adipiſcendæ *Prælaturæ* militant etiam prò *Officio Iudicis*; vndè ſi poſteà deſcendit ad particulare dicendo *Naturaliter inhabiles vt Surdi, & Muti &c.* hoc dicit tradendo exemplum naturalis inhabilitatis, non enumerando omnia naturalia impedimenta, quæ inhabilitant ad iudicandum, & quę etiam conſequi *Prælaturas* impediunt. Naturaliter ergò inhabiles ad *Prælaturam* primò ſunt, qui ratione infirmitatis munus *Prælaturæ* exercere non poſſunt, vt dicunt multi *Canones*, (e) & præſertim (f) *Tridentinum*, quod ait, *In poſterium non fiat prouiſio, niſi ijs, qui iam ætatem, & cæteras habilitates integrè habere dignoſcantur, aliter irrita ſit prouiſio*: qui autem eſt impotens ad exercendum Officium, ſaltem cum debita decentia, non habent *habilitates* ad illum requiſitas. Et licet ibi loquatur *Concilium* de *Dignitatibus*, *Perſonatibus*, & *Beneficijs*, quæ ſunt in *Cathedralibus*, tamen etiam debet intelligi de ijs, quæ ſub illis nominibus veniunt etiam inter *Regulares*, vt ſcribit *Comitolus*. (g) Et hoc confirmatur per *Decreta Clementis Octaui*, *Pauli Quinti*, *Gregorij Quintidecimi*, & *Vrbani Octaui* pro *Reformatione* Regularium, vt notat *Peyrinus*. (h)

Primò autem ſunt *Valetudinarij*, illi ſcilicet, qui ex cauſa infirmitatis, aut ætatis, non poſſunt vitam communem ſequi, & rigorem ſeruare: & iſti non ſolùm ſunt ineligibiles, ſed etiam, ſi eligantur, de facto, electio redditur nulla, vt habetur in quodam *Canone*: (i) ſed & in conſcientia ſic Electi tenentur, officijs renunciare, aliter non poſſunt abſolui, vt teſtantur infigens *Doctores*; (l) & in noſtra Religione per multa *Statuta* cauetur, ne ad *Prælaturas* aſſumi poſſint, qui rigorem communis vitæ in victu, veſtitu, cæteriſque omnibus, ſeruare non valent: & hoc nouiſſimè firmauit *Sanctiſſimus Dominus Innocentius XI.* (m) in ſuo *Motu proprio*, & in *Breui Confirmationis Statutorum Capituli Generalis Romani* nouiſſimi.

4. Secundo ineligibiles ſunt *Leproſi*, iſti enim ſunt abominabiles, vt dicit quidam, *Canon* (n) in tantùm, quod, ex mandato *Dei*, à cohabitatione aliorum ſeueriſſimè arcebantur: proindè etiam repelluntur, quominùs ad præſidendum cæteris aſſumantur; vt communiter *Doctores*. (o) Et nonnulli tenent, (p) quod etiam *ſcabioſi* illi, qui non minus, ac leproſi, horribiles ſunt, à *Prælaturis* debeant elongari.

5. Tertiò non poſſunt eligi, qui *lue venerea ſunt infecti*, & hac de cauſa faciem cruſtis deformatam habent, & pili, & capilli deciderunt, vndè glabri, & depilati ſcandaloſè apparent; iſti ſi quidem vt publici peccatores, notoriè infames, & publici concubinarij etiam, *A Sacerdotis honore*, vt dicit *Canon*, (q) hoc eſt *Prælatura*, elongantur.

6. Quartò. Non poſſunt eligi in *Prælatos Phthiſici*, ſiue *Tabidi*, aut *Maraſmo laborantes*: iſti enim morbi contagioſi ſunt non minùs, ac lepra, totum corpus inficiunt, nauſeam aſpicientibus mouent, & ſunt incurabiles, & ideò iſti etiam à *Prælaturis* repelluntur, vt deducitur ex quodam *Capitulo*, (r) in quo laborantes morbo incurabili, maxime ſi contagioſus ſit, ineligibiles declarantur.

Quintò *perpetuò Podagra laborantes*, ità vt, vel ſemper, vel prò maiori parte anni cogantur, in lecto decumbere in tantùm, quod nec Choro, nec communi Refectorio poſſint intereſſe, & Subditorum vtilitatibus, aut neceſſitatibus proſpicere, & accurrere; & hoc etiam ex citato *Canone* deduci, tradunt communiter *Scribentes*. (ſ)

7. Sextò, qui *Pedeſtres non poſſunt itinerare* à Superioritatibus Prouincialibus elongantur. Hoc non à *Canonibus*, neque à *Regula* habemus nos *Reformati*, ſed à *Statutis* (t) *Reformationis*. Quarè autem *Prouinciales* tantùm, & non etiam *Generales*, & *locales Superiores* hoc impedimentum afficiat, ratio nulla eſt, niſi

quia

quia ſic voluere priores, cum omnis ratio, quæ contrà *Prouinciales* militat, militet etiam contrà *Guardianos*, qui debent ire ad *Capitulum*,& *Generales*,qui debent viſitare *Religionem*.

8. Septimò *Paralitici*, aut *Apopletici*, etiam ipſi *Prælati* eſſe non poſſunt, & hoc manifeſtè prohibetur per *Textum* (u) expreſſum in *Decretalibus*.

9. Octauò. *Laborantes morbo caduco*, ſiue *Epyleptici*, etiam ſi hoc morbo ſemel tantùm vexati ſint: tum quià hic morbus vix ſanabilis eſt, tum quia intuentibus horrorem, & ſtomachum mouet. Et hos aſſumi ad dignitates prohibetur expreſsè in vno *Canone*. (x)

10. Nonò *Maniaci*, *Lunatici*, qui lucida interualla habent; & perpetuò *Furioſi* ijſdem de cauſis, ob quas *Epileptici*, remouentur à *Prælaturis*, vt affirmant multi *Doctores*, (z) qui firmant electionem talium eſſe ipſo iure nullam.

11. Decimò *Energumeni*, ſiuè à *Dæmone obſeſſi*, & *Arreptitij*, qui à malis ſpiritibus adterram eliduntur, pariter non poſſunt eſſe *Prælati*, & hoc habemus in iure *Canonico* (a) de quibus videre, eſt apud ibi ſcribentes.

12. Vndecimò. *Fatui*, *Stolidi*, *Stulti*, & *Amentes* quoque inhabiles ſunt, vt probatur ex *Canone*, (b) & qui vult iſtorum differentiam ſcire, adeat *Gloſſam*, (c) *D. Thomam*, (d) & *Archidiaconum*. (e)

13. Duodecimò. Qui notabilem deformitatem habent in ſtatura Corporis ſiue ob altitudinem, ſiue ob paruitatem, etiam ipſi ad ſuperioritatem nequeunt promoueri, vt habetur ex multis *Capitulis*, (f) & communiter tradunt *Canoniſtæ*. (g)

14. Tertio decimò. *Carentes naſo*, *auribus*, *altero oculo*, *manu*, *vel digitis*; ipſi quoque ſunt ineligibiles tum ratione deformitatis, tum quià carentes membro neceſſario ad munus *Superioritatis* exercendum, nequeunt illud conſequi, & hoc diſertè habent plures *Textus Canonici*. (h)

15. Quartodecimò *Claudi*, illi nempe, qui nequè ſtare, nequè ambulare poſſunt, niſi, appoſitis fulcris ſubtùs axillas, ſuſtententur: *Gibboſi*, illi ſcilicet, qui recurui, oculos in Cælum non poſſunt attollere, aut qui ad pectus, & dorſum extraordinarium gibbum habent: iſti inquam ratione deformitatis exceſſiuæ elongantur à *Superioritatibus*: & de *Gibboſis* ſpecialis *Canon*. (i) habetur.

16. Quintodecimò. *Cæci* totaliter etiam ipſi arcentur à *Prælaturis*, & hoc ſiuè ſint à natiuitate, ſiue ex infirmitate; ſiue oculis totaliter careant, ſiue eos habent cataractis impeditos, ſiuè in neruis opticis occultum habeant obſtaculum, quominùs obiecta diſcernant; nomine enim Cœcorum veniunt iſti, & de ipſis loquitur idem *Canon*. (l)

17. Sextodecimò *Surdi*, & *Muti* non poſſunt eligi in *Prælatos*, quià Subditorum querelas non poſſunt audire, nec ad eos exhortationis, & correctionis verba facere, vt tenentur ex officio, vt paſſim tenent *Doctores*. (m)

18. Decimò ſeptimò *Hermaphroditi* ſunt ineligibiles ad dignitates. Si enim in ipſis præualeat ſexus fœmineus, de iure diuino, ſunt inhabiles. Si verò præualeat ſexus virilis, à *iure Canonico* inhabilitantur (n), vt communiter ſcribunt *Auctores*. (o) Quæ autem hucuſque dicta ſunt, ſunt irregularitates ex defectu corporis, ob quas illi, qui talibus laborant à *Prælaturis* arcentur, & ideò etiam ab officio *Iudicis* ſecundùm *Textus* diſpoſitionem. Sed tamen non ità ſtrictè facienda eſt hæc interpretatio, vt inhabilitans ad *Superioritatem*, inhabilitet ad omne munus *Iudicis* ſimpliciter, ſed inhabilitat ad illud, quod, ex tali impedimento, preſtare non poteſt. Vt exempli gratia ſurditas, & cæcitas, & amentia, & ſimilia inhabilitant ſimpliciter ad eſſe *Iudicem* ſiuè *Ordinarium*, ſiue *Delegatum*, ſiue *Arbitrum*: ſiquidem impoſſibile ſimpliciter eſt, quod talibus corporis vitijs affectus poſſit *Reum* interrogare, & ipſum loquentem audire, corpus delicti viſitare, & merita cauſæ prudenter diſcutere, quod neceſſarium munus *Iudicis* eſt. Sunt autem aliqua impedimenta, quæ reddunt inhabilem ad eſſe *Iudicem Ordinarium*, & etiam *Delegatum* ad vniuerſitatem cauſarum, vt impotentia itinerandi pedeſtrem, quæ impedit poſſe eligi in *Prouincialem*, impedit quoquè ad eſſendum *Commiſſarium Viſitatorem*; quia, ex munere *Viſitationis*, debet pedeſter facere iter; ſed non impedit quin poſſit eſſe *Iudex* in cauſa particulari *Delegatus*, in qua fortè tale iter non eſt faciendum, ſicut nec impedit eſſe *Arbitrum*. Et ratio eſt quià, non obſtante tali impotentia, itinerandi, poteſt ſic *Delegatus*, ſeu electus fungi perfectè ſuo munere. Quandò ergò dici-

dicitur, quod, qui non poteſt eſſe *Superior*, nec etiam poterit eſſe *Iudex*, intellige *Iudex Ordinarius*; Sed neque *Delegatus*, neque *Arbiter* ſi impedimentum, propter quod non poteſt eſſe *Superior*, eſt tale, quod, ſtante eo, non poſſet bene exercere munus *Delegati*, aut *Arbitri*. Sed quando non impedit exercitium talis muneris, bene poteſt deputari in *Delegatum*, & nominari in *Arbitrum*, licet habeat impedimentum, propter quod nequit eſſe *Superior*. Et iſtud ſuadetur ex hac ratione; quià ſicut non omnis infirmitas, etiam perpetua, impedit ad eligi ad omnem *Prælaturam*, ſed ad illam tantùm, cuius muneris executio incompoſſibilis eſt cum tali infirmitate, vt dicit vna *Gloſſa*, (p) ità neque corporales defectus recenſiti inhabilitare debent vniuerſaliter ad *Officium Iudicis*, ſed tantùm ad illud, cuius muneris executio à tali defectu impoſſibilitatur.

19. Decimò octauò *Irregulares* ex delicto nequeunt eligi ad *Prælaturas*, vt dicunt multi *Canones*. (q) Quod ſi eligantur electio eſt, ipſo iure, nulla; vt ſcribunt *Doctores* paſſim (r)

20. Decimò nonò *Priuati* iure ſuffragiorum, *Actibus legitimis*, aut *Officijs Ordinis* non poſſunt eligi in *Superiores*: apud nos enim hoc apertè ſonat diſpoſitio *Statutorum Ordinis*. (s) Quæ cum ſit concepta verbis negatiuis dicendo, *ità vt priuatus nec eligere, nec eligi ad quodcunque officium Ordinis poſſit*, irritat, ipſo, iure factum in contrarium.

21. Vigeſimò publici *Aleatores*, & *Ebrioſi*, ij nempe, qui frequenter in ebrietatem incidunt, à *Prælaturis* arcentur, & irrita, ipſo facto, redditur eorum electio, tum quià hoc habent plura *Capitula*; (t) tum quia ſic communiter ſcribunt *Doctores*; (u) tum quia huiuſmodi vitioſi ſunt irregulares, vt puta infames, & viles perſonæ, quibus portæ dignitatum patere non debent, vt ibi probat *Peyrinus*.

22. Vigeſimò primò *Maculati circà fidem*, puta *Hæretici*, eorum receptores, fautores, defenſores, tam manifeſti, quàm occulti, & hoc etiam poſt publicam emendationem; inſuper *filij hæreticorum*, fautorum, receptatorum, & defenſorum tam legitimi, quàm illegitimi, pariterque *qui abiurauerunt* de formali in *Tribunali fidei* ſunt ineligibiles ad *Eccleſiaſticas dignitates*. (x) Itemque *Neophiti* hoc eſt à *Iudaiſmo, Maumetiſmo*, aut *Paganiſmo* recenter conuerſi, vt plures *Doctores* (z) ſcribunt. Et licet qui abiurauit de leui, aut de vehemẽti, (vt optime aduertit *Peyrinus*,) (a) ex hoc ſolo quod taliter abiurauit, non remaneat ineligibilis, tamen eligi non poteſt in *Prælatum* ratione pœnitentiæ, quæ à *Sacro Tribunali* taliter abiurantibus imponi ſolet ad normam *Decreti Vrbani Octaui*: (b) quod etiam firmatur in *Conſtitutionibus Ordinis*, (c) in quibus ſancitur; quod abiurans de leui in *Tribunali fidei*, actibus legitimis priuatus remanet; dè graui autem, ad omnia *Ordinis Officia* inhabilis exiſtat.

23. Vigeſimò ſecundò *Bigami* ſeù *verè* (quandò nempè aliquis duas habuit vxores) ſeù *interpretatiuè* (quandò ſcilicet duxit in matrimonium, viduam, vel anteà corruptam, aut vxorem propriam adulteram ſcienter, aut ignoranter agnouit) ſeu *ſimilitudinariè* (quando nempe, poſt ſolemne votum Caſtitatis emiſſum, vel explicitè in profeſſione Religioſa, vel implicitè in ſuſceptione Ordinis ſacri nupſit) ſunt inhabiles ad dignitates Eccleſiaſticas, vt deducitur *ex iure*. (d)

24. Vigeſimò tertiò *Illegitimi* ij, nempè qui ex legitimo matrimonio nati non ſunt, aut per ſubſequens matrimonium legitimati non ſunt, inepti cenſentur ad *Prælaturas*, vt conſtat ex pluribus *iuribus*. (e)

25. Vigeſimò quartò *Minores* ætate, quæ per *Ordinis Conſtitutiones* præſcribitur, vt habetur in *Statutis* tum *Ordinis*, tum *Reformationis*. (f)

26. Vigeſimò quintò *Infamia* promotionem ad dignitates impedit. Eſt autem Infamis ille, cuius ſtatus lege, & moribus reprobatus eſt, vt deducitur ex *Iure*: (g) & infamia dupliciter diuiditur in infamiam ſcilicet *Iuris*, & *facti*; *Iuris* quidem, cum *Iudex* condemnat aliquem de crimine, per quod *Reus* notatur infamia. *Facti* verò cum aliquis infamatus eſt apud bonos, & graues viros de delicto infamiam importante; vt dicit vnum *Capitulum*. (h) Et licet *Abbas*, (i) quem multi ſequuntur, diuiſerit infamiam iuris *Canonici*, & *Ciuilis*, tamen ſuperflua videtur huiuſmodi ſubdiuiſio, ex eo, quod omnes infames de *Iure Ciuili*, ſunt etiam infames de *Iure Canonico*, vt habetur expreſſè ex *Textu* (l) dicente *Omnes, quos Eccleſiaſticæ leges, vel ſæculi, infames pronunciant*. Et licet *Gloſſa* dicat quod *Omne crimen infa-*

met

Digitized by Google

inet ſecundùm Canones, (*m*) tamen, vt habetur in illo *Capitulo*, viginti ſunt crimina ibi enumerata, ob quæ facti infamia incurritur, de quibus, ſicut & de cæteris videri poſſunt ij, qui ex profeſſo de *Cenſuris* tractant, & nos ſuo loco, loquendo de criminibus, dicemus.

27. Vigeſimò ſextò *Excommunicati* excommunicatione maiori ſiue à iure, ſiue ab homine, ad munus *Superioris*, & proindè etiam *Iudicis*; nequeunt aſſumi, vt diſponunt *Canones*. (*n*)

28. Vigeſimò ſeptimò *Suſpenſus* ſiue ab *Ordine ſolo*, ſiue à *ſola iuriſdictione* tum temporali, tum ſpirituali, ſiue ab vtriſque, eſt inhabilis ad *Eccleſiaſticas dignitates*, & ex conſequenti etiam ad *Officium Iudicis*, & ità habetur in pluribus *Decretalibus*. (*o*)

29. Vigeſimò octauò *Interdictus* ſingulariter arcetur ab electione ad *Superioritates Eccleſiaſticas*, & proindè etiam à miniſterio *Iudicis*, & ità diſponunt multa *Capitula*. (*p*)

30. Aduertendum tamen, quod licet *priuati iure ſuffragiorum, actibus legitimis*, & *Officijs Ordinis* æque ſint inteligibiles ad *Prælaturas*, vt ſupradictum eſt, & ità etiam ad officium *Iudicis Ordinarij*, tamen reſpectu *Iudicis Delegati*, aut *Arbitri* non vniuerſaliter afficiunt illæ priuationes. Priuatus enim tantùm *Iure ſuffragiorum*, quamuis non poſſit fieri *Iudex Ordinarius*, quia non poteſt aſſumi ad *Prælaturam*, non tamen impeditur quin poſſint eſſe *Delegatus*, hoc enim nulla lege prohibetur. Quod ſi dicas eaſdem qualitates requiri in *Delegato*, ſicut in *Ordinario*, vt paulò ſuprà dictum eſt, & cum priuatus *Iure ſuffragiorum* non poſſit eſſe *Ordinarius*, ſequitur quod non poſſit eſſe *Delegatus*. Reſpondeo quod illa Regula non eſt vniuerſaliter vera; ad munus enim *Iudicis Ordinarij* requiritur, quod iſte ſit *Prælatus*, quod tamen non requiritur in *Delegato*; ſed debet accipi quoad qualitates perſonales, vt ætatis, doctrinæ, grauitatis, & ſimilium; quæ ad iudicium bene, & auctoritatiuè dirigendum ſpectant, quod innuit *Textus* ſupra, (*q*) dum dicit *Delegari non poſſint, niſi ætate maturi, moribus graues, eruditione conſpicui, vt in re, quæ diuina eſt, quantùm fieri poterit, non erretur*. Priuatus ergò *Iure Suffragiorum* inhabilitatur tantùm ad actiuam, & paſſiuam electionem ad *Prælaturas*, & ità ad officium Ordinarium *Iudicis*, vndè non eſt quod extendatur ad *Delegatum*. Quod fortiùs ſuadeo: quià in *Statutis*, pœna *priuationis* habet tres gradus, infimum, (& eſt *priuatio ſuffragiorum*,) medium, (& eſt *priuatio actuum legitimorum*,) & ſupremum, (& eſt *priuatio officiorum Ordinis*.) Porrò medius inuoluit infimum, & ſupremum medium, eo quià ad plura ſe extendunt ſupremus, & medius reſpectiuè, quam infimus. Ex hoc habetur, quod ea, quæ prohibentur per ſupremum, & medium, non ſunt prohibita per infimum, aliter nulla eſſet inter ipſos graduatio; habetur autem expreſsè in *Statutis* (*r*) quod priuati *Officijs Ordinis* non poſſunt eſſe *Viſitatores*, & conſequenter *Iudices Delegati* ad vniuerſitatem cauſarum, ergò non poteſt hoc idem inferri de priuatis tantùm *Iure ſuffragiorum*, qui minima priuatione ſunt affecti. *Doctiſſimus Sanctorus* (*s*) contrarium ſentire videtur, ſcribit enim, priuatum *iure ſuffragiorum* non poſſe eſſe *Viſitatorem*, nec *Commiſſarium*, quià ſic priuatus non poteſt eligi *ad quodcunque Officium Ordinis*. *Viſitatoratus* autem eſt *Officium Ordinis*, & inſtitutio, facta a Superiore alicuius in *Viſitatorem*, eſt vera electio: quià electio canonica poteſt conſiſtere in vno ſolo: quià ius Communitatis poteſt remanere in vno ſolo, & ità electio *Commiſſariorum* fiat à ſolo *Generali*; nec requiritur electio facta à pluribus, quià hæc tantum fit in *Eccleſijs Collegiatis*, vbi omnes vocem habent, non verò vbi ius eligendi eſt in vno ſolo, vt in noſtro caſu; & tandem quià priuatus iure ſuffragiorum delictum commiſiſſe conſtat, & turpè eſt *Prælatum* conſtituere eum, quem vita dedecorat.

31. Sed eruditiſſimi viri ſalua ſemper reuerentia, adductæ rationes non quadrant. Quià ſi nomine *Officiorum Ordinis*, ad quæ prohibentur eligi, & eligere *priuati iure ſuffragiorum*, veniunt vniuerſaliter omnia *Officia Ordinis*, taliter priuatus non poſſet inſtitui *Magiſter Nouitiorum*, & *Confeſſarous Monialium*, quæ ſunt *Officia Ordinis*, vt *Sanctorus* ipſe (*t*) fatetur; ſed ad hæc Officia, ex *Statutis*, (*u*) poſſunt eligi etiam, qui affecti ſunt pœna priuationis *actuum legitimorum*, quæ eſt grauior priuatione *iuris ſuffragiorum*, & illam inuoluit, vt ſuprà dictum eſt: non poteſt ergò adaptari priuatio *Iuris ſuffragiorum* ad omnia *Officia Ordinis*. Præterea, ſi pœna hæc inhabilitaret ad omnia *Ordinis*

of-

Officia vniuerſaliter, eſſet eadem penitùs, ſaltem quo ad electionem, cum alijs duabus, puta *priuatione actuum Legitimorum*, & *priuatione Officiorum Ordinis*, & ſic ſuperflueret talis diſtinctio, quod non admittitur in lege, in qua nihil ſuperfluum admitti debet. (x) Quod & ampliùs ſuadetur, quià in priuatione *Officiorum Ordinis* ponitur expreſsè munus *Viſitatoris*, ex quo de alijs priuationibus non debet intelligi, aliter ſuperfluè ibi poneretur, & idem abſurdum ſequeretur. Quod autem inſtitutio, deputatio, & delegatio differant tantùm nomine ab electione, quià electio non importat niſi liberum arbitrium eligendi, & non eſt niſi alicuius perſonæ idoneæ ad dignitatem canonica vocatio, non ſubſiſtit. Verum enim eſt, quod electio generaliſſimè accepta importat quamlibet prouiſionem, collationem, inſtitutionem, poſtulationem, præſentationem, nominationem, deputationem, omnemquè alium modum, quo prouidetur *Eccleſia de Prælato*, aut alio *Officiali*, vel *Beneficium de Rectore*; ſed talis ſic generaliſſimè accepta non dicitur *electio Canonica*, hoc enim nomine venit tantùm illa, quæ ſpecificè ſumitur, & contradiſtinguitur à collatione, inſtitutione, creatione, confirmatione, prouiſione, aut deputatione, quæ fit à ſolo *Superiore*; & diſtinguitur pariter à poſtulatione, præſentatione, & nominatione, quæ fit vel ab inferioribus, vel ab habente ius præſentandi, aut nominandi; vt plenè aduertit, & docet *Paſſerinus*, (z) apud quem videre eſt, quid importent ſinguli ex recenſitis modis, quibus de Eccleſiaſticis Officijs, ſeù Beneficijs fit prouiſio, quæ iuxtà quandam *Gloſſam* (a) eſt latum verbum comprehendens nominationem, poſtulationem, præſentationem, collationem, & electionem.

32. Electio verò ſic ſpecificè ſumpta à Baldo, & Paſſerino ità definitur: (b) *Determinatio Voluntatis alicuius Collegij Eccleſiaſtici ad perſonam idoneam, quæ in Prælatum, vel in Rectorem, vel ad aliquod Officium, vel Beneficium Eccleſiaſticum eligitur, producta in actum per formam debitam, & numerum competentem*; ex qua aduerto id, quod maximè ad rem noſtram facit, nempè determinatio voluntatis alicuius *Collegij Eccleſiaſtici*, hoc enim eſſentiale eſt electioni Canonicæ, vt fiat à *Collegio*, apud quod, iuxtà *Canones*, (c) reſidet ius eligendi; prouiſio enim, quæ fit à *Superiore* non eſt *electio canonica*, ſed *collatio*, & ab electione canonica ſpecificè diſtinguitur. Ex dictis ergò apparet falſitas aſſumpti à *Sanctoro*; Superior enim creans, deputans, inſtituens, aut delegans *Commiſſarium Viſitatorem*, non dici poteſt canonicè eligere. Nec ſaluat dictum *Sanctori*, quod *electio Canonica* poteſt reſidere etiam in vno ſolo Eligente, quià ius Communitatis in vno ſolo remanere poteſt. Quia in illa *lege* (d) ius reſidet penès vnum de *Vniuerſitate*, quià ſolus remanet, pereuntibus cæteris de *Vniuerſitate*, cui ius primò, & principaliter conueniebat. Proindè etiam remanente vno tantùm de *Collegio*, ad quod primò pertinet ius eligendi, poteſt ille ſolus eligere, vt *Canoniſtæ* (e) docent. Tum quià *Collegium* non eſt priuandum iure eligendi, tum quià in vno ſolo ſaluatur ius *Collegij*. Vera eſt ergò propoſitio *Sanctori*, quandò electio ad totum *Collegium* ſpectat, & caſu deficientibus cæteris de *Collegio*, vnus tantum ſupereſt, in quò, (vt genus, & ſpecies in vno indiuiduo) ſaluatur *Collegium* repræſentatiuè. Sed hoc non currit in caſu noſtro, quià Deputatio *Viſitatorum*, & *Commiſſariorum* nullo modo ſpectat ad *Collegium Conuentuale*, *Prouinciale*, aut *Generale* Religionis: tum quià in omnibus Statutis, ab initio ipſius vſq; modò, tales deputare, ſpectat ad *Superiores Generalem*, & *Prouincialem* reſpectiuè: tùm quia illorum iuriſdictio eſt delegata, & proinde emanat ab *Ordinario* delegante: tum quia, ſi nomine totius Religionis ſic à *Superiore* deputarentur, eorum authoritas eſſet *Ordinaria*, quod nullo modo eſt dicendum. Porrò quod electio à pluribus fiat in *Eccleſijs Collegiatis*, non verò quandò poteſtas eligendi reſidet in vno ſolo, vt ſubiungit *Sanctorus*, nihil facit ad propoſitum; quià, vt ſupradictum eſt; *Canonica electio* requirit eſſentialiter, quod ſit facta à *Collegio*; quod ſi eſt ab vno tantùm habente facultatem eligendi, & confirmandi electionem, hæc dicitur Collatio, Creatio, ſiue Inſtitutio vt dictum eſt. Tandem quod priuatus *iure ſuffragiorum* ſupponatur commiſiſſe delictum, ipſum maculans, cuius ratione arceri debeat à *Viſitatoratu*, non conuincit intentum; nam pœna *priuationis ſuffragiorum*, vt inter tres priuationes ſupradictas minima, apponitur minimis delictis inter grauiora, vt frangentibus ieiunium, officium non recitantibus, notabi-

liter

liter otioſis, *Prælatum* iniuriantibus, *Nouitios* oon legitimè recipientibus, & ſimilibus crimioibus, quæ grauem notam non inurunt, & via iudiciali, ex conſuetudine non vindicantur. Proiodè talem non impingunt maculam, vt per eam, qui ſic fuit priuatus, nequeat deputari *Viſitator*.

33. Concludo ergò, qnod *priuatus iure ſuffragiorum* inhabilis eſt ad electionem actiuam, & paſſiuam, ad *Officia Ordinis*, nempè *Prælaturas*, & *Dignitates*, quæ ordinariam ſapiuot iuriſdictionem, non verò delegatam. Aduerto autem quod ſi *Viſitator* eſſet affectus tali priuatione inflicta à iure communi, aut *Pontificia* ſanctione, ſuper quibus, vt ſuppooo, nequit *Generalis* diſpenſare, ille nequiret habere votum electiuum, neque deciſiuum in electiooibus *Capitularibus*, quià priuatus eſt iure eligeodi. Licet enim, de iure *Statutario*, (*f*) *Viſitatores* tale votum oon habeant, tamen de conſuetudine ipſis tribuitur à *Generalibus*, cuius tamen incapaces ſunt, ſi priuatione, vt præfertur, ſunt affecti; ſed ſi priuatio eſt tantùm per Statuta, tunc intelliguotur diſpenſati. Maior difficultas eſſe poteſt in *priuatione actuum legitimorum*, nempè, vtrum, qui taliter ſunt priuati, poſſint eſſe *Commiſſarij Viſitatores*, aut *Delegati* ad Vniuerſitatem cauſarum. Prò reſponſiooe præmitto, quod differentia inter priuationem ſuffragiorum, & actum legitimorum hæc eſt, quod priuati ſuffragijs non poſſunt eligi, nec eligere ad *Ordinis Prælaturas*, beoe tamen poſſunt eas adminiſtrare, caſu quò priuatio ſibi aducoerit poſt illas adeptas; ſed priuati actibus legitimis oequeunt, exercere actus Officiorum, *quæ cum dignitate, & Superioritate ſunt coniuncta*. Vndè ſequitur quod adueniente, alicui *Prælaturam* adepto, tali priuatione, licet in actu primò non intelligatur priuatus *Officio*, tamen priuatus remanet exercitio illius *Officij*.

34. Hoc poſito prò reſolutione difficultatis aduerto, quod, cum verſemur in lege pœnali, & odioſa, verba legis tantummodò ſtrictam admittunt ioterpretationem, iuxtà *Leges* tum *Canonicas*, tum *Ciuiles*. (*g*) Cum autem *Statutum* dicat, quod priuati actibus legitimis ſuot inhabiles ad *Officia Ordinis*, quæ cum *Dignitate*, & *Superioritate* ſuot coniuncta, liquet quod debet accipi *Dignitas*, & *Superioritas* propria, & ſtricta, & non extendi ad latam, & impropriam, quandoquidem nomen *Dignitatis* largè, & ſtrictè accipi ſcripſit *Franciſcus Aretinus*. (*h*) Quid autem propriè importet *Dignitas* difficilem eſſe quæſtionem ait *Abbas*, (*i*) tamen, poſt multa dicta, affert cooclusionem, quam teſtatur eſſe communem, puta, quod is dicatur habere *Dignitatem*, qui habet iuriſdictionem, quod etiam fuit de mente *Archidiaconi* ibidem citati, qui ait, quod *Dignitas* preſsè accepta *eſt adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum cum iuriſdictione*, ad differentiam *Perſonatus*, qui importat prærogatiuam ſine iuriſdictione, vndè euidenter coocluditur, quod *Prælati* tantum, nempè *Generales*, *Prouinciales*, & *Locales* apud nos ſtrictè *Dignitatem* habere dicuotur, ex eo, quod ſoli adminiſtrationem habent, cum iuriſdictione; quod videtur apertiùs ſignificari in citato *Statuto*, dum ait, *quæ cum dignitate, & ſuperioritate ſunt coniuncta*, cum enim oomen *dignitatis* lato vocabulo poſſit extendi ad quodcunque officium importans præeminentiam, ſiue cum iuriſdictione, ſiue non, addit, & *Superioritate*, quæ importat ſimpliciter iuriſdictionem cum *Superior* dicatur, qui poteſt corrigere, comminari, ſeù conteotiosè iudicare, vt ſcripſit *Oldradus*: (*l*) & per hoc nomen *Dignitatis* in tali *Statuto* expreſſum, accipi debet pro ea, quæ habet iuriſdictionem, puta pro *Prælatura*, ad quam taliter priuati, ſunt inhabiles. Verum eſt, quod in citato *Statuto*, in quo ſtatuitur inhabilitas exercitij *Officiorum*, quæ cum *Dignitate*, & *Superioritate* ſunt coniuncta, reſpectu illorum, qui actibus legitimis ſunt priuati, connumeratur etiam *Diffinitoriatus*, qui *Prælatura* non eſt; imò iuxtà mentem *Sanctori* (*m*) nec *Prælaturam*, nec iuriſdictionem importat.

35. Tamen ſi benè examinetur munus *Diffinitoris*, dicemus eſſe aliqoo modò *Prælatum*, eo quia, & dignitatem & iuriſdictionem habet. *Diffinitores* enim non ſuot tantum *Conſiliarij*, ſed etiam ſunt *Ordinarij coniudices*, idem integrãtes tribunal cũ *Superiore Generali*, vel *Prouinciali*. Syndicare habent *Superiores in Capitulis Generalibus* ſi *Diffinitores Generales* ſint, & poſſunt eos deponere, & punire iuris ordine ſeruato, & ab eorum ſententia appellatio non datur, vt ex *Statutis*, & *Bullis* quibuſdam aſtruit *Sanctorus*. (*n*) Si ſunt

Digitized by Google

ſunt *Diffinitores Prouinciales* ſunt *Iudices ordinarij cauſarum Prouinciæ*, *Syndicatores Prouincialium*, *legiſlatores Statutorum Prouincialium*, ius habent eligendi *Guardianos*, inſtituendi Lectores, *Concionatores*, *Confeſſarios*, *Magiſtros*, *Nouitiorum*, recipiendi Sæculares ad habitum, & omnia Prouinciæ negotia grauia dirimendi; & quæ maior iuriſdictio? *Dignitatem* pariter habent, quià cæteros præcedunt, iuxtà *Statuta*. Cum ergo præeminentia, & iuriſdictione potiantur, liquet, *Prælatos* dici poſſe. Fateor non poſſe dici abſolutè *Prælatos*, cum hic vnus tantùm eſſe debeat, aut *Generalis*, aut *Prouincialis*, aut *Localis*, ne tot capita habens *Religio* euadat in monſtrum, *Diffinitores* autem multi ſunt. Tamen ſunt *Prælati* prout ſimul cum Prouinciali regunt *Prouinciam*, & eiuſdem *Prælati* cenſentur eſſe pars, ſicut *Cardinales* ab *Eugenio IV.* (o) vocantur *pars corporis Papæ*, quo titulo *Senatores* fuerant ab *Imperatoribus Arcadio, & Honorio*, (p) iam pridem, decorati. Vndè cum *Diffinitorum* iuriſdictio ordinaria ſit, ſicut, & eorum dignitas, iure optimo dicuntur habere *Officium* importans *Dignitatem*, & *Superioritatem*. Ad rem ergò noſtram redeundo, videtur quod inter *Officia*, quæ *Dignitatem*, & *iuriſdictionem* dicunt, connumerari debeat etiam *Viſitatoratus*, quià etiam iſte fert præeminentiam, (Cum *Commiſſarius Viſitator* omnes de *Prouincia* præcedat,) & iuriſdictionem in foro vtroquè; quià, & paternaliter, & iudicialiter punit, & ſyndicat tum *Prouincialem*, tum *Diffinitores*, & conſequenter eſſet dicendum, quod priuatio actuum legitimorum inhabilitet ad exercitium huius muneris.

36. Saluo tamen meliori iudicio dicerem contrarium eſſe verius. Ducor, quia, vt ſuprà vidimus, taliter priuatis interdicitur exercitium tantùm *Prælaturæ* formaliter acceptæ, aut partialiter, vt diximus de *Diffinitoratu*; porrò *Viſitatoratus* non importat *Prælaturam*, licet dicat *Dignitatem*, & *iuriſdictionem*, eoquià *Prælatura* importat *iuriſdictionem ordinariam*, iuriſdictio autem *Viſitatoris* eſt *Delegata*, vt patet: proindè nequit vllo modo comprehendi inter *Prælatos*; & cum ſimus in pœnalibus, non eſt vndè fiat extenſio, vt paulò ſuprà dictum eſt. Quod autem *Viſitator* non ſit *Prælatus* amplius concluditur ex hoc, quod *Prælatus*, aut *Generalis*, aut *Prouincialis*, aut *Localis* eſt, nullus horum poteſt eſſe *Viſitator* quià nec *Generalis*, nec *Localis* ſuperior eſt, vt patet, *Prouincialis* item eſſe non poteſt, quià per hoc, quod *Viſitator* eſt in *Prouincia*, non deſinit *Prouincialis* eſſe verus, & *Ordinarius Superior*, & vt talis dimittit ad Ordines, ſedet vt *Iudex* in *Deffinitorio*, recipit *Nouitios*, deſtinat *Concionatores*, deputat *Confeſſarios Monialium*, diſtribuit ſpolia Defunctorum, quæ omnia argumenta *Prælaturæ*, cum ſint negata *Viſitatoribus* per *Statuta*, (q) concludunt ipſos non eſſe *Prælatos Prouinciales*; quod ſi non tales, neque alio modo eſſe poſſunt. In ſuper *Viſitator* poteſt inſtitui tũ *Prouincialis* actualis, tum *Guardianus*, de quibus non poteſt ambigi, quod non ſint *Prælati*; ſi ergò *Viſitatoratus* eſſet *Prælatura*, vnus poſſet vno, & eodem tempore frui duabus *Prælaturis*, quod eſt manifeſtè contrà *Canones*. (r) Et fortius vrget, quod in citato *Statuto*, in quo exprimitur effectus priuationis actuum legitimorum ponitur, quod taliter priuatus poteſt exercere *Lecturam*, & munus *Concionatoris*, *Confeſſarij Monialium*, & *Magiſtri Nouitiorum* non tamen *Confeſſarij Sæcularium*; de *Viſitatoratu* autem nulla prorſus mentio; numero autem ſequenti, in quo ponuntur effectus *priuationis Officiorum Ordinis*, expreſsè ponitur inhabilitas ad munus *Viſitatoris* in ſic priuato.

37. Ex hoc deduco quod ſi mens *Statuti* fuiſſet comprehendere etiam *Viſitatores* in *priuatione actuum legitimorum*, ipſos expreſſiſſet; quod ſi ibi tacuit, & ſolùm recenſuit *in priuatione Officiorum Ordinis*; concludendum eſt *Statutum* voluiſſe inhabilitare ad *Viſitatoratum* ſolummodò priuatos *Officijs Ordinis*, non verò actibus legitimis. Quod ſi de *Commiſſarijs Viſitatoribus*, de quibus potior eſt ratio dubitandi, hoc probauimus, à fortiori concludendum idem eſt de *Commiſſarijs* deſtinatis à *Prouinciali* ad viſitandum vnum Conuentum, aut ad cauſam particularem, cum, in iſtis ſic Delegatis, minor militet ratio dignitatis, & iuriſdictionis, & ideò licet ſint priuati *Iure ſuffragiorum*, aut *actibus legitimis*, poſſunt delegari.

TEX-

Digitized by Google

TEXTVS.

§. II. Inimici etiam non capitales, aliàs ſuſpecti; vel à quibus aliàs fuerit appellatum, Iudices recuſari poterunt.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

38. *Repellentia ab Officio Iudicis.*
Inimicitia etiam non capitalis.
Qualitas reddens ſuſpectum Iudicem.
Appellatio aliàs ab ipſo facta.
Coniunctio Iudicis cum Actore, aut Reo.
Si Iudicis Secretarius eſt Actor, aut Reus.
39. *Potiſſima cauſa recuſationis Iudicis eſt inimicitia.*
Capitalis inimicitia quæ.
Eius cauſæ adnumerantur.
40. *Inimicitia capitalis inter Regulares quomodò probanda.*
Iniuria eſt factum contrà ius.
Iudex, qui legitimè damnauit non poteſt cenſeri inimicus.
Ad Iudicem ſpectat decernere in facto leuem, aut grauem cauſam inimicitiæ.
Conatus ad crimen, quando puniatur, vt crimen conſummatum.
Iniuria verbalis aliquando eſt cauſa inimicitiæ.
Quando hoc accidat.
Religioſus propter decentiam ſui ſtatus maximè iniurias ſentit.
41. *Coniectura ad dignoſcendum, ſi ex iniuria verbali ſit contracta inimicitia.*
Per ſcripturam irrogatur grauis iniuria.
Epitheſes quid ſint.
Libelli famoſi Compoſitores, qua pœna puniantur.
43. *Ex quibus factis irrogetur iniuria.*
Factum atrox quando ſit.
Accuſatio, & lis Criminalis cauſa inimicitiæ.
Inimicitia ad quos extenditur.
43. *Iudex, qui fuit iniuriatus, aut iniuriauit, poteſt, recuſari, vt inimicus.*
44. *Conſideranda à Iudice Regulari, vt decernere poſſit quandò conſtet de inimicitia.*
45. *Factionum diuerſitas potiſſima cauſa inimicitiæ inter Regulares.*
Iudex contrariæ factionis poteſt recuſari.
40. *Dictio* Aliàs *quid importet.*
Iudex non habens conditiones requiſitas à iure ad Officium Iudicis, poteſt recuſari.
Iudex poteſt à me recuſari, ex eo quod ſcio eſſe excommunicatum.
Iudex riualis, ignorans, auarus, iniquus ex conſuetudine, poteſt recuſari.
47. *Iudex à quo fuit benè appellatum, & malè iudicatum poteſt recuſari.*
Item ille, qui aliàs grauauit.
48. *Iudex coniunctus ſanguine, aut amicitia cum Actore, aut Reo poteſt recuſari.*
Aduertentia Iudicum, qui debent ſententiare ſuper cauſis recuſationis.
Cauſa recuſationis in iure expreſſa non poteſt elidi à præſumptione.
Arbitri debent ferre ſententiam ad præſcriptum legum.

38. HVcuſque *Textus* locutus eſt de ijs, quæ de iure repellunt aliquem ab *Officio Iudicis*, nunc aggreditur ea, ob quæ repellitur aliquis à iudicando, ſiue ſit *Iudex Ordinarius*, ſiue *Delegatus*, per recuſationem ipſius factam à *Reo*. Et hæc ſunt in duplici differētia; aliqua enim pertinent ad *eſſe* ipſius *Iudicis*; alia verò ſpectant ad *operari* eiuſdem. Quæ pertinent ad *eſſe*, ſunt 1. Inimicitia etiam non capitalis; 2. Qualitas ſuſpectum reddens ipsū *Iudicem*. 3. Appellatio alias ab ipſo facta; 4. Coniunctio eiuſdem cum *Actore*, vel *Reo*; & 5. Si *Iudicis Secretarius*, aut *Socius* eſſet *Accuſator*, vel *Reus*. Quæ dependent ab *operatione* ipſius recenſentur in §. *ſequenti*, ex quo tamen duo vltima membra excerpſimus, nè confunderemus cauſas recuſationis, quæ dependent ab *eſſe*, cum illis, quæ dependent ab *operari Iudicis*.

39. Prima ergo recuſationis cauſa eſt *Inimicitia*. Hæc cauſa eſt potiſſima, inter eas, quæ ſtatuuntur ad *Iudicem* recu-

ſandum, & habetur multipliciter in vtroque *Iure.* (s) Et licet non appareat ex alijs iuribus, quod inimicitia, etiam non capitalis ſit cauſa legitima recuſationis, vndè apud alios ſit tantùm opinio *Doctorum*; (t) tamen Nos habemus pro lege, quod etiam non capitalis, ſufficiat, dicit enim *Textus*, *Inimici etiam non capitales*. *Capitalis* autem *Inimicitia* dicitur ea, in qua inter partes intercedit odium capitale, hoc eſt graue, vt dicit *Innocentius*, (u) & oritur vel ab expoliatione, vel lite mota ad ſpoliationem totius, vel maioris partis facultatum, vel ex morte, aut mutilatione intentata, vel minitata inimico; vel data fratri, vel conſanguineo ipſius, de qua fusè ſcribit *Abbas*, (x) & *Iureconſulti* paſſim ad iura citata. Cauſæ autem Inimicitiæ compendiantur à *Pegna*, (z) & alijs, & ſunt 1. Qui occidit conſanguineum; 2. Qui conatus eſt occidere aliquem; 3. Qui minatus eſt occidere. 4. Qui parauit inſidias ad mortem. 5. Qui accuſauit in cauſa capitali, ſeù grauiſſima. 6. Qui depoſuit contrà aliquem, aut deponere voluit falsò in cauſa capitali. 7. Qui detinuit aliquem iniuſtè in vinculis. 8. Qui graues iniurias in aliquem protulit. 9. Qui pudicitiam matris, ſororis, vel conſanguineæ maculauit, vel attentauit. 10. Qui litem mouit de gradu honoris, ſeù bonis in quantitate magna. 11. Qui grauiter offendit aliquem in perſona, vel rebus. 12. Qui vulnerauit aliquem, maximè in facie, vel membrum mutilauit. 13. Deſcendentes, vel conſanguinei, vel familiares, vel ſocij in officio, vel ſtricti amici eius, qui eſt capitalis inimicus. 14. Qui ſunt contrariæ factionis, vt *Guelphi* contrà *Gibellinos* dicuntur capitales inimici. Sed quia ſupradicta non omnia poſſunt quadrare Regularibus, maximè ex noſtra Religione, pro qua ſcribo, recenſebo ea, quæ faciunt inter nos, probationem de inimicitia ſufficienti ad recuſandum *Iudicem*; & exemplis clarificabimus.

40. Sit ergo hæc Regula firma. Ex iniuria facta, ſiue attentata vel verbo, vel ſcripto, vel factis in perſonam, vel honorem alicuius, vel ſuorum oritur inimicitia. Dixi *Iniuriam*, hoc eſt factum contrà ius, vt dicit quædam *Lex*, (a) Quod enim ſecundùm ius factum eſt, neminem debet mouere ad inimicitiam; vndè ad hoc, quod ex facto aliquis debeat reddi inimicus, oportet, quod factum ipſum iniuſtum ſit, per quod iuſtè poſſit conqueri, quod fuerit læſus. Vndè *Iudex*, qui ſententiauit legitimè aliquem ad carceres, aut aliam pœnam grauem, non poteſt reputari inimicus Sententiati, ex eo, quod talis ſententia non fuit contrà ius, immò à iure ſecundùm quod *Iudex* proceſſit in officio ſuo vt dicit vna *Lex*, (quam ſequitur *Farinacius*,) quæ habet, ſic, *Quæ iure poteſtatis à Magiſtratu fiunt, ad iniuriarum actionem non pertinent*. (b) Dixi *grauem* non enim cenſetur rationabiliter, quod, ex leui iniuria, aliquis ad inimicitiam accendatur; & ſi in aliquibus hoc accidit, eſt, quia iniuriatus apprehendit, & falſo iudicio reputat iniuriam leuem eſſe grauem. Sed hoc circumſcribi debet à *Iudice*, qui ſecundùm *Abbatem* (c) debet iudicare, ſpectata conditione loci, temporis, perſonæ, modi, & aliarum circumſtantiarum, quandò iniuria fuerit leuis, an grauis. Dixi *facta ſiuè attentata*, quandò ſcilicet, qui iniuriam attentauit, fecit quantum potuit, & per ipſum non ſtetit quin executioni demandaret cum effectu. Et hoc rationabile eſt, quia ſicut, in iure, ordinaria pœna punitur in graui, & enormi crimine conatus, & affectus, licet effectu non ſecuto, (vt habet vna *lex*, (d) quandò ſcilicet delinquens deuenit ad actum delicto proximum, & per eum non ſtetit quin effectus ſequeretur, vt explicant *Doctores*, (e) ità vt in pœna parificantur affectus, & effectus;) ità rationabiliter ſic offenſus, & ex conſequenti æqualiter inimicus cenſendus eſt is, qui ſi non effectiuè, ſaltem affectiuè grauem iniuriam eſt paſſus. Dixi *Verbo*; quia iniuria, etiam merè verbalis, eſt cauſa ſufficiens inimicitiæ. (f) Vndè ſi perſonæ graui dicitur *Tu mentiris*, *Tu eſt Baſtardus*, irrogatur Iniuria ſecundùm *Bartolum*, & *Abbatem*, (g) ſi tamen talia verba non ſint prolata familiariter, ſed animo iniuriandi, vt ibi aduertit *Abbas*, & dicit *Lex*: (h) & hoc procedit etiam ſi perſona iniuriata non fuerit præſens, (i) & de illo per detractionem diſſeminantur vel falſa crimina, vel vera, occulta tamen, ad nocendum ſuæ bonæ famæ, vel contrà illam proferuntur conuicia, vt dicendo, quod eſt infamis, indignus, relaxatus, ſcandaloſus, & ſimilia, vt paſſim tradunt *Doctores*, quos cumulat *Farinacius*. (l) Et hæc omnia maximè procedunt inter *Religioſos*, vt benè aduertit *Rodericus*, (m) qui licet minimi ſint, tamen, propter decentiam ſtatus, iniu-

iniurias maximè ſentiunt; & proindè non admittitur limitatio, quam ponit ad ſupradicta *Maſcardus*, & *Farinacius*, (n) qui volunt contumelioſa verba iniuriam inferre ſolùm *Nobilibus*, & præcipuis viris, non verò vilibus, & gregarijs.

41. Magnum tamen indicium (ad diſcernendum ſi à verbo iniurioſo contrà eum prolato aliquis offenſus eſt, (ità vt poſſit conijci, ex tali prolatione inter iniuriantem, & iniuriatum ortam eſſe inimicitiam) credo eſſe, obſeruare ſi iniuriatus poſtquam talia verba audiuit, excanduit irà, immutatus eſt in vultu, aut alium ſubitaneum motum fecit; quia ex eo coniicitur, ſe à tali verbo fuiſſe ſenſibiliter inflammatum ad iram, & proindè ad inimicitiam præſumptam.

Dixi *vel ſcripto*, quia etiam per ſcripturam grauis irrogari poteſt iniuria, & eò grauior, quàm ea, quæ oretenùs, & verbo profertur, quò durabilior, & pluribus manifeſtabilior eſt ſcriptura, quàm verba, quæ tantùm à circumſtantibus audiuntur, & raptim tranſeunt. Et hoc poteſt contingere multipliciter; puta quandò euulgatur aliquis *Liber*, vel *Allegatio in Iure*, &, ex hoc incidenti, Auctor inſerit in ea dicteria, ſcommata, ſarcaſmos; & ſatyrizat maledicis verbis aliquem ad denigrandam eius famam, ſiuè in ſcientia, ſiuè in moribus; aut cum data opera componuntur, diuulgantur, ſparguntur, aut in publico affiguntur. Libelli famoſi, aut cantiones contumelioſæ, aut compoſitiones maledicæ, quas *Itali* vocant *Paſquinate*, *Vlpianus* autem (o) *Epitheſes*, hoc eſt, *Inſcriptiones appoſitas in contumeliam alicuius factas*, vt interpretatur *Prateius*; (p) Ex horum omnium compoſitione enormis conſurgit iniuria, vt dicunt *Leges*: (q) & datur ex his actio iniuriarum contrà Compoſitores, qui, de *Iure Ciuili*, vltimo ſupplicio afficiuntur, de *Canonico* autem Fuſtigatione, vt cum quadam *Gloſſa*, (r) tenent quamplures *Doctores*. Pariter eadem, naſcitur iniuria ex ſcriptura quandò aliquis animo nocendi mittit aliquod *Memoriale* continens falſa crimina ad *Superiores*, maximè *Generales*, ad hoc, quod iniuriatus malè audiat apud *Curiam*, & impediatur, hoc modo, quominùs ad dignitates, quas meretur perueniat: & de his memorialibus in ſpecie loquitur vna *Lex*. (s) Dixi *vel facto in perſonam*, quod multipliciter contingere poteſt, ſiuè percutiendo, ſiuè mutilando, ſiuè vulnerando, minando, terrendo, falsò accuſando, ſiuè contrà teſtificando, ſpoliando, mortem intentando, & ſimilibus; quia nimius eſſem, ſi de ſingulis vellem loqui; ex his namque clarum eſt iniuriam irrogari, & inimicitiam oriri, maximè quandò factum terminatur in propria perſona, quod, iuxtà *Bartolum*, (t) tunc dicitur *atrox*, & cauſat inimicitiam capitalem. Dixi *vel honorem* oritur enim grauis inimicitia ex contumelia per quam minuitur honor alicui, maximè in præſentia exterorum, apud quos iniuriatus eſt in exiſtimatione; ſiuè talis contumelia fiat verbis indecentibus, ſiuè ſit factis indicantibus vilipendium ipſius; Pariter ex artificijs, & ſuaſionibus factis apud *Electores*; ob quas non electus eſt Iniuriatus ad *Prælaturam*, quam merebatur; prætereà etiam ex accuſatione criminali alicuius delicti grauis, de quo pœnitentiatus fuit, & læſionem honoris eſt paſſus, aut per priuationem ab Officio, aut per amiſſionem voti; Inſuper etiam ex lite ciuiliter ſecùm habita ſuper re graui, vt ſuper puncto præcedentiæ, aut prætenſione Lecturæ, in qua Iniuriatus ſuccubuit; ex omnibus inquàm ſimilibus, oritur præſumptiuè *capitalis inimicitia*, & maximè de lite, & accuſatione criminali apertè loquitur *Textus*, (u) & in vno *Capitulo* (x) *Accuſator* vocatur *Inimicus*. Dixi *vel ſuorum*; & hoc nomine veniunt non tantùm aſcendentes, & deſcendentes, ſed & laterales, conſanguinei, affines, coniuncti amicitià, factione, ſeruitute, clientela, patrocinio, magiſterio, diſcipulatu, & ſimilibus, quæ nomine *ſuorum* comprehenduntur. Ex iniuria ergo illata alicui ex nominatis, præſumitur orta etiam inimicitia cum conſanguineo, amico, factionario, &c. qui poteſt ex hoc recuſari, vt ſuſpectus *Iudex*, & ità in terminis loquitur vna *lex* (z) *Lege* Cornelia *cauetur, vt non iudicet, ei, qui agit Gener, Socer, Vitricus, Priuignus, Sobrinuſuè, probiuſuè eorum, quemquam ea cognatione, affinitateuè, attinget, quiuè eorum eius, parentiſuè cuius eorum Patronus erit*. Et huius rationem reddit alia *lex* in eodem *Digeſto*, (a) dicens, *Spectat ad nos iniuria, quæ ijs fit, qui vel poteſtati noſtræ, vel affectui ſubiecti ſunt*. Vndè ibidem (b) dicitur, quod *Quoties funeri Teſtatoris fit iniuria dicendum eſt Hæredi quodammodo factam*.

43. Ex his ergò concludimus, quod ſi aliquo modorum ſupradictorum iniuria

fecerim *Titio*, vel alicui ex ſuis, ſi *Titius* eſt meus *Iudex Ordinarius*, vel *Delegatus*, poſſum illum recuſare, vt inimicum à lege præſumptum. Pariter ſi *Titius* eadem ſimili modo contrà me, & meos fecerit, etiam ſi me ità læſerit abſque vlla cauſa ex parte mea, tamen, ex illis, meus præſumitur inimicus, non tantùm ob illatam iniuriam, ſed & quia *Proprium ingenij humani eſt*, (vt profundiſſimè more ſuo *Tacitus*) *odiſſe, quem læſerit*. (c)

Quæ autem hucuſque dicta ſunt de inimicitia, ſunt tantùm præſumptiones iuris, quæ inter *Religioſos* non multùm durare præſumuntur. Ponamus enim, quod vnus *Religioſus*, alium vna, vel altera ex recenſitis iniurijs affecerit, ob quā ambo effecti ſint *capitales inimici*; fortè poteſt præſumi, quod inter eos talis inimicitia ſit aut perpetuò, aut per multum temporis duratura, ſicut inter Sæculares? Hoc nequit legitimè præſumi, & faciunt in contrarium frequentia *Sacramentorum*, orationes, pœnitentiæ, & alia exercitia perfectionis in vita Regulari, per quas, ſi non immediatè poſt receptam iniuriam, ſaltem paulò poſt, quàm deferbuit ira, præſumitur, inimicitiam eſſe extinctam, & perfectam reconciliationem ſecutam. Non nego tamen eſſe aliquos peruerſos, qui (ſicuti *Iudas in Collegio Apoſtolico*) etiam in Religione, (quæ eſt ſchola virtutum,) in vitijs miſerrimè viuunt, & venenata conſcientia ad *Sacramenta* ſacrilegè accedunt; & fateor, in his, non minùs, ac inter Sæculares, immortalem, ex recepta iniuria, inimicitiam perſeuerare.

44. Tamen, vt in pluribus, non ſic eſt. Et ideò cum decernere quandò conſtet de inimicitia, ſit arbitrarium *Iudici*, (d) qui cauſas pro recuſatione *Iudicis* adductas examinare debet in *iure*, & *facto*: debet benè penſare longitudinem temporis, ex quo irrogata fuit iniuria, ſigna reconciliationis ſecutæ; conuerſationem, familiaritatem, acta, officia mutua Iniuriantis, & Iniuriati; huius naturam, mores, genium, & huiuſmodi, ex quibus omnibus poſſit coniecturari, & pronunciare, ſi abolita ſit inimicitia, an adhuc ſufficienter ſubſiſtat, ad effectum recuſationis. Et prè omnibus caueat, & aduertat ſimulatam reconciliationem nonnullorum, qui *Moliti ſunt ſermones ſuos ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula*. Fingunt ſe iniuriam condonaſſe, & peperciſſe ob amorem Dei, ſed parcunt, vt fert adagium, *More Fratrum* & expectant tempus vlciſcendi, maximè quandò ſunt *Superiores*, & vtuntur auctoritate publica ad ſatisfactionem paſſionis priuatæ. Ab his ſint *Iudices* oculati, & benè caueant.

45. Vt autem in re, quæ paſſim occurrit, verum fatear; nulla inter *Regulares* verior, & magis legitima cauſa recuſandi *Iudicis* ob inimicitiæ, non dico ſuſpicionem, ſed exiſtentiam eſt, quàm Factionum diuerſitas, hoc eſt, ſi *Reus*, ſiuè *Actor* ſit ex vna, *Iudex* autem ex alia Factione. Incidimus in mala tempora, ea ſcilicet, in quibus cum *dormirent homines*, hoc eſt, *remiſſiùs agerent Prælati*, vt explicat *Beda*, inimicus homo ſuperſeminauit zizania in agro Religionis, in quo Cæleſtis ille Agricola bonum ſemen, omnium nempè virtutum, ſeminauit. Ille idem Spiritus ambitionis, quem *Diabolus* ſuggerere tentauit inter *Apoſtolos*, qui cum omnia Mundi dimiſiſſent, vt ſequerentur Chriſtum, *inter eos* tamen *facta eſt contentio, quis eorum videretur eſſe maior*; eoſdem identidem affectus ſuſcitauit inter *Religioſos* noſtra tempeſtate. Res ſanè cordato viro an ridenda, an deploranda, ambiguum eſt. Ridenda ſanè videretur iſtorum fatuitas, qui delicijs carnis, mundi illecebris, ſæculiquè pompis deſpectis, vitamque aſperam inter Regulæ rigores ducentes nudi, famelici, mendici pro Chriſti amore, terribile certamen (vt *de Virginibus fatuis* philoſophatur *Chriſoſtomus*) ſuperauerint; & poſteà cadant in pugna longè minori, dum ſe ſubmitti ſinunt ab ambitu infeliciſſimæ dignitatis, quam, vtinam ſaltem, cum *Tertulliano* (vt infinita alia, quæ de illa dici poſſent, omittam,) *Vnius anni volaticum gaudium* appellare, liceret. At iugibus lachrymis potiùs eſt à bonis viris deploranda: quandoque terribili hoc ſpiritu concutiuntur, & quaſſantur anguli domus *Religionis*, vndè & extremum imminet periculum, nè eius tam turpiter fatiſcentibus fundamentis irreparabiliter corruat ædificium. Etenim ab hoc ambitu naſcitur, quod qui geſtiunt dominium inter *Religioſos* conſequi, vel prorogare, non minùs ac ſi de Regno, vel parando, vel tuendo eſſet agendum, conquirunt ſocios, ſequaces venantur, clientes inuitant, & ex his, tanquam militari, agmine facto contrà cæteros, qui ipſorum potentiam inuiſam habent bellum gerunt; incruentum

fateor,

fateor, ſed longè periculoſiùs, quam cruentum: in hoc enim tantùm vitæ diſcrimen ſubitur, in illo autem ſauciatur, & occiditur fama, quę, iure meritò, debet vitę corporali præferri. Etenim & calamo, & lingua impetitur vita, licet innocens, illorum, qui ſuæ militiæ nomen dare renuerunt, & monopolijs, artificijs, murmurationibus, figmentis, ſubornationibus tanquam ſtratagematibus agitur, vt illi, vel apud Superiores infami nota irreligioſitatis ſignentur, vel ſoli derelinquantur à deſertoribus, qui ad aliena ſigna conuolantes, defectionis præmia conſequuntur. Sic ergo hinc indè ſtabilitis Factionibus, & declaratis Partibus inter *Religioſos*, mirum eſt, qua beneuolentia inter ſe afficiantur, qui compare gaudent teſſera, & qua animoſitate inuehantur in alios, qui oppoſita ſigna ſequuntur; ità vt, licet nulla perſonalis interuenerit iniuria, tamen quia vnus eſt *Pauli*, alius eſt *Apollo* non ſecùs, ac inter milites oppoſiti exercitus, capitalis inter eos viget inimicitia. Et, quod etiam mirabilius eſt, non contenti huiuſmodi *Optimates* factioſi, in propria *Prouincia* habere ſequaces, etiam in alijs fautores ſibi ſimiles conquirunt, & mutuum ſpondentes auxilium pro ſe, & ſuis, ſtrictè fœderantur; hinc ſi *Religioſus* aduena ex fœderata *Prouincia* aduenit omnia humanitatis hoſpitalis obſequia conſequitur à Socijs collegatis, ruſticitatibus alioquin paſſis ab eo, aut ijs, qui non fœderatæ *Factioni* adhærent: ità vt identitas non *Religionis*, non Prouinciæ, non Conuentus, non Patriæ, non Nouitiatus, non Scholæ, (plùs dicam) non ſanguinis, aut parentelæ amicitiam inter iſtos tueatur, ſed ſola *Factio*, & ab hac ſola, (*ſtupendum*,) amor, & odium inter illos menſuratur. Non omnes tamen huius farinæ ſunt, qui viuunt in *Clauſtris*, in quibus optimi, & ſanctiſſimi, & zelantes Religioſi, vt plurimùm ſunt; & de his non eſt ſermo meus. Sed loquor de quibuſdam, qui ſuperbia tumidi, virtute vacui, alios geſtiunt per *Prælaturas* anteire: his enim malis artibus eas violenter, doloſè, & culpabiliter inuadunt, tuentur, & protendunt; & ſic inter inimicitiarum diſcrimina, de dominatione anxij, miſerrimè viuunt.

Si ergò talis farinæ ſit *Iudex* ſiuè *Ordinarius*, ſiuè *Delegatus*, *Reus* verò, aut *Actor* ſit diuerſæ *factionis*, dico euidenter conſtare de inimicitia, & poſſe huiuſmodi *Iudicem* recuſari, quia tutum non eſt ſibi coràm illo litigare, etiam ſi *Iudex* eſſet ex aliena *Prouincia*, dummodò ſit ex *Factione* fœderata. Quia in quodam *Canone* (e) cauſa committitur *Iudici Delegato* extrà *Ciuitatem*, vel *Diæceſim Actoris*, quia ipſe *Eandem Diæceſim, aut Ciuitatem intrare non audet*, & hoc *quia Actor*, vt habet ibi Gloſſa (*f*) *eſt fortè Gibellinus, & ibi regnant Guelphi*; hoc eſt contrariæ *Factionis*. Sicut ergo potentia Factionis aduerſæ eſt *Actori* cauſa ſufficiens ad recuſandum locum iudicij, ità vt hac de cauſa, ex præallegata *Decretali*, ad alium locum iudicium transferatur; ità à fortiori, vel ſaltem à pari, diuerſitas *Factionis* in perſona *Iudicis* erit legitima cauſa *Actori*, & *Reo*, (de quo maior eſt ratio, præſertim in criminali iudicio) recuſandi *Iudicem*: & ſic tenuit *Rodericus*, (g) poſt *Baldum*, & *Royas*; licet dicat ex propria ſententia, hoc non habere locum in *Religione*, in qua ex multiplici virtutum exercitio cenſet, diſcordias ipſas, aut non naſci, aut natas paulò poſt emori; ſed non ità ſcripſiſſet, ſi hoc tempore infelici vixiſſet. Ideò fundatiſſimam cauſam pro recuſando *Iudice*, teneo eſſe diuerſitatem *Factionis* à *Reo* in *Iudice*: quod etiam ex *Baldo* firmauit *Sapia Additionator Abbatis*. (h)

46. Secunda cauſa ſpectans ad *eſſe* Iudicis, ob quam poteſt, vt ſuſpectus recuſari, eſt *qualitas reddens illum ſuſpectum*; & licet hoc membrum, quod ponitur vt ſpecificè contradiſtinctum à primo videatur continere illud, vt genus ſpecies (ex eo quod inimicia, ex qua *Iudex* inimicus dicitur eſt *qualitas reddens Iudicem ſuſpectum*;) tamen non ſic ipſam accipimus: ſed nomine qualitatis reddentis *Iudicem* ſuſpectum, intelligimus alias conditiones perſonales diſtinctas ab inimicitia, ob quas legitimè redditur ſuſpectus. Dicit enim *Textus*, *aliàs ſuſpecti*; quod aduerbium *Aliàs*, licet ex vi vocabuli non importet niſi alietatem *temporis*, aut *loci*, vt vult *Calepinus*, (i) tamen in iure importat etiam alietatem *modi*, (l) *actus*, (m) & etiam *cauſæ*, vt ex *Bartolo* (n) habemus in explicatione vnius *legis*. Et ſecundùm hunc vltimum intellectum accipitur in noſtro *Textu*, ità vt *Aliàs ſuſpecti*, idem importet, ac ſi diceretur, *ſuſpecti* ob alias *cauſas*, *qualitates*, ſiuè *conditiones* ab inimicitia contradiſtinctas. Pro his autem ſequentem Regulam ſtatuo.

47. *Iu-*

47. *Iudex* habens qualitatem, ob quam, iuriſdictionem non poteſt exercere, vel ob quam *Actor*, vel *Reus* poteſt legitimè timere de grauamine, aut præiudicio, poteſt iuſtè recuſari.

Duas partes habet Regula hæc. Prima eſt, ſi *Iudex* habeat aliquam ex qualitatibus ſuprà recenſitis, à quibus impeditur à iure ne officium *Iudicis* poſſit exercere, maximè ſi aliquà eſſet innodatus cenſurà. Licet enim hoc impedimentum ſit à iure, per quod proceſſus redditur ipſo iure nullus, tamen non tollitur, quin etiam poſſit contrà illum in iudicio proponi ab homine. Et ne proponamus caſum Metaphiſicum ſicuti eſt, quærere ſi *Actor*, aut *Reus* poteſt recuſare *Iudicem* excommunicatum denunciatum vitandum; caſus enim hic licet poſſibilis ſit, nunquam tamen eſt actu dabilis, vt ſcilicet ità fatuus eſſet *Superior*, vt excommunicato denunciato, aut publico percuſſori *Clerici* vellet, delegationem iudicandi committere. Demus caſum maximè practicabilem. Ego citor ad comparendum, & reſpondendum, vti *Reus*, à *Iudice*, (ſiue *Ordinarius* ſit, ſiue *Delegatus* perindè eſt,) & ſcio illum introduxiſſe fœminas in Monaſterium, vel dignitates Religionis ad cõmendationes laicorum contuliſſe, vel aliud ſimile geſſiſſe, propter quod incurratur excommunicatio *ipſo facto*, poſſum ne ego ex hac excommunicatione, quæ *Iudicem* inhabilitat, ipſum recuſare, licet non ſit re publica ſed nota ſolùm mihi, & duobus alijs, quorum teſtimonio poſſum, factum probare? Dico quod ſic, quià poſſum nolle communicare cum illo, & ſic recuſare iudicari ab illo, quem ſcio in foro externo excommunicatum, licet fortè ipſe pro interno receperit abſolutionem; & ita poſt *Suarez*, & *Lezanam* firmat *Paſſerinus*. (o) Secunda pars eſt, quandò ex qualitate perſonali, quæ eſt in *Iudice*, iuſtè poteſt *Reus* habere ſuſpicionem de grauamine, aut *Actor*, de præiudicio, & ſic poteſt illum recuſare. Hoc autem multipliciter contingere poteſt. Puta ſi *Iudex* eſt meus *æmulus*, concurrens mecum ad dignitatem obtinendam, & ſuſpicari mihi licet, quod faciat contrà me, quantum poterit adhoc, quod ego condemner, & ità tollatur mihi ſpes de illa conſequenda. Pariter ſi eſt *illiteratus*, & *ignorans*, & regitur ad nutum *inimici mei*, qui eſt ipſius *conſiliarius*, vndè timere iuſtè poſſum, quod ex ignorantia, & malitia ſibi ſuggeſta, grauiter cauſæ meæ præiudicabit. Item ſi eſt *indiſcretus*, ex conſuetudine *iniquus*, & *crudelis*, gaudens affligere proximum; item ſi eſt *auarus*, & timere poſſum ne muneribus ab *Accuſatore* poſſit induci ad me grauandum; ex his inquàm, & ſimilibus qualitatibus ipſius, à quibus poſſum timere præiudicium, ipſum poſſum recuſare, vt communiter *Doctores*. (p)

Tertia cauſa recuſationis eſt, ſi *Reus*, aliàs, ab eodem *Iudice* appellauit. Hoc autem debet intelligi, non abſolutè, ſed cum moderatione; puta ſi à *Iudice*, *ad quem* fuit data ſententia, quod benè fuerit appellatum, & malè iudicatum. Si enim aliàs appellaſſet, & iudicatum poſteà fuiſſet, appellationem nõ habuiſſe iuſtam cauſam, & ſic *Appellans* coactus fuiſſet ſubire ſententiam *Iudicis à quo* appellauit, non eſſet hæc legitima cauſa recuſationis. Ratio autem iſtius eſt, quià præſumitur quod *Iudex à quo* appellatum eſt, odium in tali caſu conceperit contrà appellantem: ſiquidem per talem appellationem, in Superiori Tribunali cognita eſt eius ignorantia in malè fabricando proceſſu, & iniuſtitia in grauando indebitè Appellantem. Et iſta iuris præſumptio authenticatur quotidiana experientia. Quandò enim aliqui *Prouinciales*, vel *Viſitatores* fabricant proceſſum contrà aliquem, & ipſe appellat ad *Generalem*, incredibile dictu eſt quas artes, violentias, induſtrias non adinueniant iſti *Iudices*, vt proceſſus à ſe facti, licet mille nullitatibus ſcatentes, ſubſiſtant. Pugnant enim prò ijs, quaſi prò aris, & focis adhoc, vt declarentur ſubſiſtentes, & ſic ipſorum non appareat turpitudo intellectus, aut voluntatis; & ſic ab *Officio Iudicis*, quo per ſententiam ſunt plenè functi, tranſeunt ad partes *Actoris*, & frequentiſſimè etiam *Accuſatoris*, & vtinam cum iuſtitia. Appellans autem ità ipſis inuiſus eſt, ac ſi *Læſæ maieſtatis* in primo capite *Reus* apud ipſos exiſteret. Optimo ergo iure firmata eſt diſpoſitio talis cauſæ recuſationis, quam canonizat tum *Lex*, (q) tum communis opinio *Doctorum*. (r) Alia etiã cauſa rationabilis eſt, quià ſi ſemel *Reus* fuit, in alia cauſa, ab hoc *Iudice*, grauatus iniuſtè, poteſt præſumere, quod ſit etiam grauaturus in hac, quam habet præ manibus iuxtà *regulam iuris*, (s) maximè ſi grauamen fuit per torturam indebitam,

aut

aut carcerationem, quæ ſpecies tormenti eſt; tunc enim talis, ſic indebitè tortus, torquentis *Iudicium* declinare poteſt, vt dicit *Angelus*. (t)

48. Quarta, & Quinta cauſa poſſunt copulari ex eo, quod ambæ loquuntur de coniunctione vel ſanguinis, vel affectionis cum *Accuſatore*: vel *Reo*. Si ergò *Accuſator*, vel *Reus* erunt affines, vel conſanguinei vſquè ad quartum gradum, vt vult *Paſſerinus*: (u) vel *Secretarius*, vel *Socius* ipſius *Iudicis*, poterit ipſe vt Suſpectus recuſari. De *Secretario*, vel *Socio* conſtat ex *Textu*, de affine, vel conſanguineo extat diſpoſitio aperta *Canonum*. (x) Et ponderabile punctum adducitur, prò *Iudicibus*, qui debent cognoſcere ſuper cauſa recuſationis *Iudicis*, à *Paſſerino*, (z) & eſt; quod cum probatio cauſæ legitimæ recuſationis pendeat multùm ab arbitrio *Iudicis* eam cognoſcentis, vt ſuprà diximus; multoties à grauitate, religioſitate, & moribus *Iudicis* recuſati, de quo non poteſt faciliter præſumi, quod ex priuata paſſione velit iuſtitiam violare, mouentur *Iudices* ad ſententiandum cauſam recuſationis non eſſe legitimam. Sed benè aduertant, quod vbi cauſa ſpecifica recuſationis eſt in iure expreſſa, & pars vtitur exceptione recuſationis, non poteſt impediri ab inferiori *Iudice*, ſaltem regulariter, ex præſumpta perſonæ rectitudine, ne illam in *Iudicem* recuſet. Et ratio, licet ipſe nullam adducat, eſſe poteſt, quia ſententia *Arbitri* debet regulari ſecundùm leges, quià ipſe debet procedere ſeruato ordine iuris, vt dicit *Abbas*: (a) & arbitrium *Iudicis* non eſt, ſententiare ſecundùm propriam voluntatem ſed ſecundùm *Ius*: (b) proindè, cum ſupponamus caſum ſpecificè expreſſum in iure, non poſſunt *Arbitri* aliter iudicare, ex cauſa præſumpta, in contrarium.

T E X T V S.

§. III. Ad hæc recuſari poterunt, qui iuris ordinem non ſeruauerint. Qui parti nimiùm fauerint; Qui inimico, ſuprà quàm decet, familiares ſe oſtenderint; Qui modum Commiſſionis, & executionis exceſſerint; Qui Reos extraiudicialiter grauauerint; Qui votum ſuum ad fauorem partis manifeſtauerint; Qui Recuſantes minati ſunt; Hi omnes recuſari poterunt. Aduertentes Reos, ne ſub colore concepti, vel imaginati grauaminis, probos Iudices recuſent. Quià, niſi certò timeant, ſibi à Iudice imminere periculum, eum leuiter recuſantes in mortalis culpæ reatum incurrunt.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

49. *Iudex non ſeruans ordinem iuris poteſt recuſari.*
Hac exceptio in quacunque parte litis poteſt opponi.
50. *Iudex, qui parti nimiùm fauet recuſari poteſt.*
Familiaris quis dicatur.
Familiaritas duplex.
Familiaritas nimia quandò ſit.
51. *Iudex excedens modum Commiſſionis poteſt recuſari.*
52. *Iudex extraiudicialiter grauans recuſari poteſt.*
Grauamen ſit verbis, & factis.
53. *Iudex manifeſtans votum ad fauorem partis poteſt recuſari.*
54. *Iudex, qui minatus eſt, poteſt recuſari.*
Minæ quales eſſe debeãt, vt ſufficiant ad recuſationem.
Cautela prò Iudicibus, qui debent pronunciare ſuper minis.
55. *Abſquè legitima cauſa recuſans Iudicem, peccat mortaliter.*
56. *Religioſus non poteſt recuſare Iudicem, niſi ex cauſa certa.*
Qualis eſſe debet certitudo cauſæ prò recuſatione.
57. *Papa quo caſu committere poſſit cauſam Iudici ſuſpecto.*
58. *Grauamen duplex.*

49. Hic ponuntur cauſæ recuſationis, quæ ſpectant ad *Operationem Iudicis*, ex quibus ſe prodit *Iudex* vel actualiter grauantem, vel probabiliter

Digitized by Google

ter grauaturum, & eas ſingillatim expendemus. Recuſari ergò poſſunt ij, *Qui iuris ordinem non ſeruauerint*. Hoc debet intelligi de ordine iuris eſſentiali, non verò de ſolemnitatibus iuris; quæ autem ſint de eſſentia, & quæ de ſolemnitate dicemus infrà *Tit. 7.* licet ergò eſſentialis forma *iudicij* non ſeruata, etiam ſine alia exceptione reddat proceſſum *ipſo iure* nullum, tamen hoc poteſt etiam exceptiuè proponi ab *Actore*, ſeù *Reo* ad *Iudicem* recuſandum; *(c)* & hoc vel antequam *Reus* conſtituatur, vel in quacunque alia parte iudicij, in qua apparuit, ordinem iuris ſeruatum non fuiſſe. Vt exempli gratia, Si nulla præcedente *infamia*, *Accuſatione*, ſiue *denunciatione* incœptus eſſet proceſſus: vel dum *Iudici* non conſtitit de corpore delicti iuridicè, ipſe tamen ad inquiſitionem proceſſit; & hæc ità eſſent nota *Reo*, vt poſſet ea probare, poſſet vtiquè *Reus Iudicem* recuſare ob non ſeruatum iuris ordinem, etiam antequam conſtitueretur. Hoc etiam poteſt poſtquam ſemel conſtitutus eſt, dum tamen notitia huius perueniſſet ad ipſum poſt conſtitutum, & hoc poſſet probare, vt aliàs dicemus, & conſtat *ex Iure*. *(d)*

50. *Qui parti nimium fauerint*. Hoc procedit vel quando iudicium procedit *ciuiliter*, vel quandò *criminaliter per viam accuſationis*: in his enim caſibus in Religione poſſunt dari partes litigantes. Si ergo nimium fauorem oſtendat *Iudex* ergà *Actorem*, vel *Reum*, poterit alia pars, ex hoc titulo, ipſum recuſare; & ità communiter tenent *Doctores*, quos congerit *Guazzinus*. *(e)* Quid autem ſit, & in quo conſiſtat hæc nimia *Familiaritas*, difficile eſt aſſignare. *Familiaritas* enim in *Iure*, *(f)* vt exponit *Prateius*, idem eſt ac Amicitia, vel domeſticitas, & puto hoc verbum tranſumptiuè eſſe dictum. Propriè enim *Familiaritas* eſt quædam facultas, quam vnus habet in alium, cum quo viuit, vel habitat, eandem familiam conſtituendo, vt optimè habet *Baldus*, *(g)* & quædam *Gloſſa*, *(h)* & diuiditur in *poteſtatiuam*, vt Patris in filium, Domini in ſeruum, Mariti in vxorem, Magiſtri in diſcipulum; & *Socialem*, vt Patris familias in ſeruitorem liberum, Mercatoris in Socium mercaturæ, Officialis in Comparem in eodem officio, & ſimilia. Sicut ergò, iure familiaritatis ſupradictæ ſiue *poteſtatiuæ*, ſiue *ſocialis* poteſt quis aliquid iubere, ſeù obtinere ab eo, cum quo habet *Familiaritatem*, ità domeſticitas, amicitia, & conuerſatio cum aliquo venit nomine *Familiaritatis*: quia ratione illius, amicus amico, comes comiti, ſocius ſocio poteſt iubere, & obtinere id, quod abſque tali familiaritate non iuberet, aut non impetraret. Ad hoc ergò quod nimia cenſeatur *Familiaritas* ad effectum recuſandi &c. non puto ſufficere, quod *Iudex* illum, de quo præſumitur nimia familiaritas, ſalutet, alloquatur, & hilari vultu eum excipiat, aut aliquandò ſecùm, prout cum alijs Religioſis, extrà Conuentum vadat; ſi quidem omnia iſta indifferenter à morigeratis cũ omnibus Religioſis fiunt. Sed requiruntur extraordinaria ſigna beneuolentię: vt puta quandò in loquendo vtuntur illo modo, quo ſolent tractare ſolummodò ij, qui inter ſe ſunt confidentiſſimi; quandò Iudex exeundo à conuentu, vt plurimum impetrat à Superiore vt ſibi detur ille in ſociũ; quandò cauſa abſentiæ ſuæ committit illi clauem ſuæ cameræ, aut aperitionem ſuarum litterarum; quando frequenter noctu conuenit alius in camera *Iudicis* ad diſcurrendum; quandò ab alijs ſequeſtrati frequentur loquuntur; ſiue ad aures, & ſimilia, quæ omnia recenſere longum eſſet. Ex his, & alijs, quorum diſcuſſio arbitrio *Iudicum* relnquitur, poteſt cognoſci nimia *familiaritas*, ob quam *Iudex* vt ſuſpectus, recuſetur; & ex dictis etiam explicata remanet tertia cauſa, puta *Qui inimico, ſuprà quam deceat, familiares ſe oſtenderint*; cum enim pars collitigans ſit aduerſaria, *ciuiliter* cenſetur inimica, licet nulla reuera, (vt decet inter collitigantes, maximè Religioſos,) inter eos eſſet inimicitia; & proindè quadrant pro parte aduerſa ea, quæ quadrant pro inimico.

51. *Qui modum commiſſionis, & executionis exceſſerint*. Hæc cauſa præcipuè *Delegatos* tangit, qui licet attentent, hoc eſt nulliter procedant ipſo iure, quando excedunt limites mandati, tamen hæc nullitas poteſt fortificari etiam ex exceptione partis ex hoc capite recuſantis *Iudicem*, & hoc habetur ex *Canone* quodam. *(i)* Exempla ſunt ſi *Delegatus*, cui commiſſa vna cauſa, vellet inquirere de alia; ſi commiſſum eſt, vt examinet tantùm *Fratres*, & ille vellet examinare etiam *Sæculares*; ſi haberet in mandatis vt *paternaliter*, aut *ciuiliter* cognoſceret, & ipſe vel *iudicialiter*,

liter, vel criminaliter procedere centaret, & ſimilia.

52. *Qui Reos extraiudicialiter grauauerint*. Grauamen multiplex eſſe poteſt, vel *verbis*, vel *facto*; *verbis* quidem mordacibus, exaggeratiuis, & exorbitantibus à crimine, ſuper quo facta eſt paterna correctio, ex quibus colligitur malus animus *Superioris* erga Subditum, quem illis verbis inhonorat, infamat, & facit eum malè audire apud cæteros Religioſos. *Factis* verò dum ipſis opera magis laborioſa, ex malo animo, committit, indebitè fatigat, & in pœnitentijs iniungendis excedit pœnam alijs dari conſuetam, aut à *Statutis* taxatam pro tali defectu. Ex his ergo extraiudicialibus grauaminibus apparet malus animus Iudicis contrà grauatum, ex quo poteſt iuſtè timeri, ne etiam ipſum iudicialiter grauet, & ideò iuſtè recuſatur, & coincidit hæc cauſa inimicitiæ cum alia, de qua ſuprà dictum eſt.

53. *Qui votum ſuum ad fauorem partis aduerſæ &c.* Hoc non poteſt contingere in criminalibus *Criminaliter*, vbi quæritur publica, ſed tantùm *Ciuiliter* tractatis, vbi quæritur priuata vtilitas: & proindè vbi *Iudex* manifeſtauit votum parti, antequam ſententiauerit, arguitur extraordinaria familiaritas ipſius cum parte, & proindè inducitur iuſta præſumptio recuſationis, vt dicunt præter *Textum*, etiam *Doctores*. (l)

54. *Qui recuſantes minati ſunt*. Minæ iſtæ debent eſſe graues, & ortæ ex graui cauſa, & de recenti, & à perſona, quæ ſit ſolita minas exequi, ad hoc vt inducant præſumptionem legitimam. Si enim habent recitatas conditiones, patet, quod arguunt animum inimicum in ſic minitante, & iiſdem de cauſis, & iuribus legitimatur hæc cauſa recuſationis, quibus probatum eſt de inimicitia. Si verò ex leui motiuo ortæ, aut iam à multo tempore minæ fuerunt incuſſæ, & à perſona ſubitanei motus ad bilem, ex nonullis, qui ſolent ſubitò excandeſcere in iram, & ſtatim deferuent, nulla retenta iniuriæ memoria, (ſicut Canes, qui impetuoſiſſimi in ira, ſi, ſtatim ac percuſſi fuſte ſunt, illis dominus abblanditur, illicò, irà dimiſſa, ſunt familiariſſimi;) puto reijciendam eſſe hanc præſumptionem, nec poſſe *Iudicem* ex hac recuſari; quià minæ illæ fuerunt potius verbales, quam reales; cautè tamen in ijs examinandis ambulent *Iudices*; quià multoties.

Qua flumen placidū eſt, ibi latet altiùs vnda.
Et uidentur nonnulli, qui apparent placati, reſeruare iram tempore vindictæ, & ipſis, vt de *Iunone Virgilius* cecinit,
. . . . *Latet altum in pectore vulnus*;
ideò in libranda natura eius, qui minatus eſt, ſint benè oculati.

55. *Aduertentes Reos nè ſub colore &c.* Quod præſidio innocentiæ à lege inductū eſt, non debet à malitia humana detorqueri ad maculandam innocentiam. Recuſatio *Iudicis*, ex iuſta cauſa, introducta, fuit ad fauorem *Rei*, ne à *Iudice* inimico, aut ſimpliciter, aut plùs iuſto grauaretur; non debet ergo eſſe cauſa, niſi iuſta ad hoc vt recuſatio ſit iuſta; aliter ſi *Reus* ob imaginatam ſuſpicionem ſibi timeret, & ob hanc recuſaret *Iudicem*, aut (quod grauius eſt) fingeret ſibi hoſtem, quem feriret; aut ad protelandum iudicium; aut ex occulta ipſius animoſitate contrà *Iudicem*, (præterquam quod excideret à cauſa in iudicio *Arbitrorum*,) etiam peccaret mortaliter, quia iniuſtè infamaret *Iudicem* in re graui, vt ſentiunt *Doctores* plures cum *Textu*.

56. Proindè ſciendum eſt, quod Religioſus non poteſt recuſare *Iudicem*, ſiuè *Ordinarium*, ſiue *Delegatum* ex cauſa ſola probabili, ſiuè dubia, ſed ſolùm ex certa, & manifeſta, vt tenent communicer *Doctores*. (m) Certitudo autē iſta triplex eſſe debet; puta quod ſit certa *in iure*, ideſt, quod cauſa, ob quam ipſe recuſet ſit *à iure* expreſſa tanquam ſufficiens ad recuſādum. Secundò quod ſit certa *in facto*; hoc eſt, quod *Iudex* recuſatus certò talis ſit, qualem Recuſans dicit, vtpotè inimicus, excommunicatus, & ſimilia. Tertiò quod ſit moraliter certus de grauamine iniuſto, quod ſibi euenturum eſt à tali *Iudice*; & non ſufficit quod periculum talis grauaminis ſit probabile, vel dubium. Et licet de re futura non poſſit haberi certitudo phyſica, poteſt tamen haberi moralis, quià, penſatis circumſtantijs, & qualitatibus, & modo agendi *Iudicis* cum *Reo* extraiudicialiter, inducitur vehemens præſumptio, quod etiam in iudicio ſimili modo contrà *Reum* debeat agere: & iſta præſumptio *in iure* æquiualet probationi, ex qua inducitur moralis certitudo. Grauamen autem de quo timetur, non ſufficit, quod ſit quodcunque, ſed requiritur quod ſit grauamen iniuſtum, & ad hoc benè explicandum recolenda eſt doctrina *Abbatis*. (n)

57. Vbi mouet dubium, ſi Papa, *ex certa ſcientia* (quod idem eſt, ac *de plenitudine poteſtatis*,) poteſt committere cauſam *Delegato* ſuſpecto? Dicit ergò *Abbas*, quod aut cauſa, quæ committitur eſt de re, quæ dependet à ſimplici poteſtate *Papæ*, ita vt in ea poſſit pro libito ſuo diſponere; aut non dependet ſimplicer ab ea, ſed debet iudicare ſecundùm ius, & iuſtitiam, ex eo quod agatur aut de perſona, aut de re, in qua, vel ad quam pars habet ius. In ſecundo caſu dicit *Panormitanus*, quod *Papa* non poteſt committere cauſam *Iudici* ſuſpecto: eò quia recuſatio *Iudicis* eſt de iure naturæ, & grauamen, quod timetur à tali *Iudice*, eſt grauamen iniuſtum, ex eo quod pars habet ius in cauſa, de qua agitur. In primo verò caſu poteſt, quià grauamen, quod poſſet timeri non eſſet iniuſtum, vt pote facultatiuè dependens à voluntate *Papæ*. Ad maiorem claritatem. *Aulus*, & *Baldus* litigant inter ſe; *Papa* dat *Caium Iudicem Delegatum* in Cauſa cum clauſula. *Ex certa ſcientia*; *Caius* verò eſt inimicus *Auli*; poteſt ne *Aulus* recuſare *Caium*? Diſtinguitur caſus. *Aulus*, & *Baldus* litigant de re, quæ dependet à facultate ſimplici *Papæ*, vtpotè de *Canonicatu*, cuius collatio dependet à ſola voluntate *Papæ*, qui poteſt illum conferre cui vult, nulla facta alteri inuſtitia; aut litigant de re non dependente à mero arbitrio *Papæ*, ſed à iure; vt ſi litigant de *Canonicatu*, qui eſt de *Iurepatronatus* alicuius, & *Aulus*, exempli gratia, eſt perſona, cui competit ius ad talem *Canonicatum*, vel quia ipſe habet ius præſentandi, & ſe præſentat, vel quia præſentatur ab ijs, in quibus eſt *Iuſpatronatus*; ex aduerſo prætendente *Baldo*, quod tale ius præſentandi non ſubſiſtat. Et in hoc caſu *Papa* non poteſt decidere pro libito, ſed debet iudicare ſecundùm iuſtitiam. In primù ergo caſu tenet delegatio, & non poteſt *Iudex* recuſari, in alio verò non tenet delegatio, & poteſt fieri recuſatio.

58. Ex hac ergo doctrina elicimus, quod duplex eſt grauamen, vnum quidem contrà iuſtitiam, aliud verò non. Timor ergo futuri grauaminis contrà iuſtitiam eſt cauſa ſufficiens ad recuſationem, ſed grauamen, quod non eſt contrà iuſtitiam, non eſt cauſa ſufficiens. Clarificemus rem exẽplo practico Ciuili, & Criminali. Litigant duo quidam *Guardiani* de *Villa*, & ambo prætendunt eam eſſe de diſtrictu ſui *Conuentus* quò ad quæſtuationẽ; declaratio autem talis diſtrictus pendet à beneplacito *Prouincialis*, & *Diffinitorij*, à quibus poteſt talis *Villa* adiudicari cuilibet Conuentui, nulla facta alteri iniuria. *Prouincialis Delegatum* in cauſa deputat, qui vni *Guardiano* eſt inimicus, à quo poteſt timere, quod grauetur adiudicando *Villam* alteri. Hoc grauamen ſufficit nè ad illum recuſandum? Dico, quod non, eo quia abſque vlla iniuſtitia, ſed ex ſolo motiuo ſibi benè viſo, *Diffinitorium* poteſt illam *Villam* ab vno Conuentu, qui per multùm temporis ibi quæſtuauerit, auferre, & alteri tradere. Sed faciamus, quod lis ſit criminalis, & vnus *Guardianus* accuſat alium de *Apoſtaſia*, quia fuit in illa *Villa*, quæ prætenditur eſſe extrà diſtrictum ſui Conuentus, abſque licentia, aut obedientia *Prouincialis*. *Delegatus* inimicus poterit recuſari? Dico, quod ſic, quia grauamen, puta ſententia, quod ille ceciderit in *Apoſtaſiam*, (cum tamen non ceciderit) poteſt eſſe iniuſtum, quia *Guardianus* ille habet ius ad ſe probandum, & manutenendum innocentem, & ad ſe defendendum per viam recuſationis. Ex quo deducitur, quod in ciuilibus non poteſt eſſe grauamen (apud nos, qui nullum ius in re, nec ad rem habemus,) ſed tantùm in criminalibus.

I. Quæritur quæ nam perſonæ Iudicis ſint neceſſaria?

SVMMARIVM.

59. *Scientia Iudici neceſſaria.*
Competens debet eſſe, & de quibus,
Scire debet quiſquis, quæ ſunt ſu muneris.

60. *Ignorans neceſſaria ad aliquod munus, illud non poteſt acceptare.*
Si acceptat, peccat mortaliter.
Etiam ſi nullum damnum ſequatur.

61. *Non habens peritiam Conſtitutionum non poteſt eſſe de corpore Diffinitorij.*

62. *Prudentia neceſſaria Iudici.*
Moderatrix virtutum eſt.
Ipſius partes potentiales quæ?
Eubulia, Syneſis, & Gnomis quid?
Prudentiam præ omnibus petijt Salomon.

Fer-

63. *Fortitudinem debet habere Iudex. Circà quæ verſetur fortitudo. Maximè in reſpuendis muneribus.*

59. **R**Eſpondeo, quod multa ſunt neceſſaria *Iudici*, quorum tamen præcipua expendemus, ne omnia recenſere volentes, vt nimij arguamur. Dico ergo, quod *ſcientia Iudici* neceſſaria eſt iuxtà dictum *Pſalmographi*, (o) & habetur in multis *Capitulis*. (p) Verum tamen eſt, quod non requiritur neceſſariò, quod ſit peritiſſimus, ſed ſufficit, quod habeat *ſcientiam* competentem tum ordinis iudiciarij eſſentialis, tum legum, ad quarum normam iudicare debet. (q) Ratio autem, & quidem potiſſima iſtius eſt, quia vnuſquiſque tenetur ſcire ea, quæ ſunt ſui muneris, vt poſt *D. Thomam* multi communiter docent. (r)

60. Et proindè qui publica officia aſſumit exercenda cum illa ignorantia, vt verilimile ſit per illorum exercitium aliquod notabile damnum aut *Reipublicæ*, aut *priuatis* eventurum, peccat mortaliter, argumento quarundam *legum*: (s) & hoc veriſſimum eſt non ſolùm, quandò ex huiuſmodi adminiſtratione damnum ſequatur; ſed etiam cum, nullo damno ſecuto, officia eiuſmodi appetit quis, qui, ex ignorantià, illa, vt conuenit, adminiſtrare non valet, ex multis iuribus probat *Nauarrus*, (t) qui addit non poſſe talem abſolui, niſi illis renunciet, vel habeat animum efficacem renunciandi, & hoc ratione periculi alios damnificandi, cui ſe exponit.

61. Hinc ſaluberrimè in nuperrimo noſtro *Capitulo Generali Romæ* celebrato (u) declaratum indiſpenſabiliter eſt, non poſſe ad munus aliquod de corpore *Diffinitorij* aſſumi, qui non habet competentem ſcientiam *Canonum*, & *Conſtitutionum Ordinis* proditam exercitio *Lecturæ*, vel *Concionandi*, quia omnes, qui ingrediuntur *Diffinitorium, Iudices Ordinarij* cauſarum Prouinciæ eſſe debent, ad quod munus exercendum, neceſſaria eſt talis ſcientia.

62. Deſideratur pariter in Iudice *Prudentia*, ſiuè diſcretio, quæ eſt iuxtà *Bernardum*. (x) *Non tantum virtus, quam quædam moderatrix, & auriga virtutum, ordinatrix affectuum, & morum doctrix.* Non enim omnia, quæ leges iubent vniuerſaliter, & in ſingulis exequi oportet, ſed in aliquibus moderandus quandoque, quandoque augendus illarum rigor. Expedit quandoque *Reipublicæ*, & etiam Subditis, crimina diſſimulare, & in aliud tempus punienda differre, quia, vel maius damnum *Reipublicæ*, ex vindicta de ſonte capta, eueniret, vel fructuoſiùs ex ſecreta correctione, quàm, ex publica punitione, *Reus* emendaretur. *Prudentiæ* partes potentiales iuxtà *D. Thomam* (z) *Eubulia, Syneſis, & Gnomis*; prima eſt habitus rectè conſultandi in dubijs. Secunda eſt habitus rectè iudicandi quid magis expediat ex cõſultatis, & hoc ex conſideratione communium principiorum practicorum, nempè rerum naturalium, & poſitiuarum. Tertia porrò eſt habitus rectè iudicandi ex principijs quibuſdam altioribus contrà tenorem verborum *Legis*, ſed tamen iuxtà mentem *Legiſlatoris*. Tria hæc *Iudici* neceſſaria ſunt in inquirendo de corpore delicti, Teſtibus examinandis, Reo conſtituendo, interrogando, torquendo, ſententiando, &c. cum enim multa arbitrio *Iudicum* committantur, vt paſſim reperire eſt in toto Operis huius progreſſu, *Prudentia* magna opus eſt ipſi, vt ſuum arbitrium ad præſcriptum verborum legis regulet; aliquando autem ad ſenſum Legiſlatoris altiorem, qui ad publicam vtilitatem leges inſtituit, illud moderetur, & communia principia practica derelinquat, vt ſecundùm altiora determinet. Certè *Dauid Ioab* homicidam punire debebat ob necem à ſe illatam *Amaſæ*, & *Abner* iuxtà principia communia legis; ſed iudicando ſecundùm principia altiora, puta ne Regnum ex punitione viri potentiſſimi turbaretur, punitionem diſtulit, vſq, ad ipſius ſenium quandò eius decreuerat potentia, & Regno optimè firmato, illius mortem *Salomoni* filio exequendam commiſit. Proindè *Salomon* nihil à *Deo* magis petijt, quàm *Prudentiam*, & *Diſcretionem*, vt populum rectè iudicare poteſt. (a) *Dabis* (inquit) *ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum, & malum.* Et ex defectu *prudentiæ* in *Iudice* oppreſſionem iniuſtam multorum oriri teſtatur *Sapiens* (b) *Dux indigens prudentia multos per calumniam opprimet.*

63. Inſuper pollere debet Iudex *fortitudine*, ne potentiam *Reorum* paueat, ſed ſtrenuè officium ſuum exerceat, vndè dicebat *Eccleſiaſticus* (c) *Noli quærere fieri Iudex, niſi valeas virtute* (puta fortitudinis) *irrumpere iniquitatem* *Timor* autem, quo primò peccatur contrà fortitudinem

iuxtà *D. Thomam (d)* de *Iudice*, vt plurimum circà duo verſatur, puta circà malum, quod imminere timetur, & circà bonum, quo priuari metuitur. Accidit primum quando *Reus* potens eſt, vel vi natiua percutere ſolitus; vel authoritate, aut adhærentia potentis. Rarius illud intrà *Clauſtra* eſt, in quibus talium violentia validè reprimitur, & tali incommodo per vim publicam poteſt *Iudex* obuiare, carceri mancipando ad cuſtodiam illum, qui minas iactauit, aut inſidias ſtruxit contrà *Iudicem*, ſeù aliàs perſonas ad iudicium neceſſarias. Frequentiùs accidit aliud, ſi enim *Reus* adhærentiam habet, & dependentiam à *Magnatibus*, qui volunt noxium impunitum, ſibi metuit *Iudex* ab illis perſecutionem, omnibus enim conatibus contrà *ius*, & *fas*, illi nituntur *Superioribus* imponere, proceſſatum eſſe virum bonum; accuſationem prodijſſe ex malignitate æmulorum, *Iudicem* non ex zelo, ſed ex priuata ſimultate motum ad procedendum; & ſi deberet fieri ſuper ipſius moribus inquiſitio, quæ formatur contrà *Reum* prætenſum, longè grauiora delicta reperirentur, & ſimilia; & ità dum *Iudex* ſibi metuit potentium inimicitiam perſecutionum fœcundam, iuſtitiæ obliquat rectitudinem, nec, vt deberet, ſtrenuè munus ſuum proſequitur. Timet etiam ſperatis bonis ex eodem capite. Si enim à *Magnate Reum* protegente ſperat *Iudex* ad dignitates promoueri, ſcit illas non eſſe conſecuturum, ſi contrà *Magnatis* deſiderium *Rei* crimina legitimè probabit, & ad legum præſcripta ad pœnam damnabit, hinc trepidans priuari deſideratis, obnubilat veritatem criminum, Accuſatorem reprimit, Teſtes corrumpit, eorum dicta mutilat, & tandem malum bonum apparere facit. Nec contrà munera Iudici oblata minori ipſe indiget ad reſiſtendum *fortitudine*; potentiſſima hæc machina ad euertendam *Iudicum* integritatem, & pauci ſunt, qui obſiſtant; vndè dicebat *Propheta (e) Principes tui* (alia littera legit) *Iudices tui infideles, ſocij furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributione.*

Citationes Tituli præcedentis.

Pag.73. col.2.

(a) *cap. Ea quæ. de Stat. Monach. cap. Si quis contra. de For. comp. cap. Ne Religioſi. de Regular. & ibi Abb. Specul. tit. de Off. Ordin. §.1.*

(b) *Stat. Gen. Ord. cap.7. §.6. num.3.*

(c) *Stat. Gen. Ord. cap.8. §.1. num.1.*

(d) *Stat. Gen. Reform. cap.8. num.5.*

Pag.74. col.1.

(e) *cap. Niſi. §. Alia vero. de Renunc. cap.2. de Cler. ægrot. cap. Expoſuiſti, cap. Thomas. de Corp. vitiat.*

(f) *Concil. Trident. ſeſſ.22. de Refor. cap.4.*

(g) *Paul. Comitol. Reſp. Moral lib.6.*

(h) *Peyrin. de Prælat. quæſt.2. cap. 4. num. 2. & ad Conſtit. 10. Vrb. VIII. num.53.*

(i) *cap. final. de Reſcr. in 6.*

Pag.74. col.2.

(l) *D. Thom. 2.2. quæſt.185. art.4. Nauar. Manual. cap.25. num.133. Pariſ. de Reſign. benef. lib.5. q.6. num.9. Suar. in 3. par. diſp.51. ſect.2. num. 17. apud Peyrin. de Prælat. d. q.2. cap.4. n.3.*

(m) *Innocent. XI. Militantis. §. Item ſtatuitur. 22. Nouemb. 1679. & Conſt. Solicitudo. §. Quia verò. 20. Nouemb. 1679. apud Orb. Seraph. tom. 4. fol.221. & 224.*

(n) *cap. Tua nos. de Cler. ægrot.*

(o) *D. Thom. par.3. q.82. art.10. ad 3. Sayr. lib.6. cap.9. num.7. de Cenſur. Maiol. de Irregular. lib.2. cap.18. num.1.*

(p) *Campanil. Diuerſ. iur. Canon. Rubr.11. cap. 17. num.163. Sayr. loc. cit. num.9.*

(q) *cap. Sacerdotes. 50. diſt.*

(r) *cap. Ex parte. de Cler. ægrot.*

(s) *Pariſ. de Reſign. benef. quæſt.6. num. 3. Reginald. Prax. lib.30. num.57.*

(t) *Stat. Gen. Reform. cap.8. num.31.*

Pag.75. col.1.

(u) *cap. final. de Cler. ægrot.*

(x) *cap. Communiter. iunct. gloſ. in verb. Exceptis. 34. Diſt.*

(z) *Petr. Gregor. Syntagm. lib. 47. cap.9. num. 12. & 14. Molin. tract. 3. de Iuſt. diſp. 70. num.12. Campanil. Diuerſ. iur. Canon. Rubr.11. cap. 17. num.179. Sigiſmund. à Bonon. de Elect. dub.89. num.4.*

(a) *cap. Maritum. cap. Communiter. 33. diſt.*

(b) *cap. Petrus. 39. diſt.*

(c) *Gloſſ. in d. cap. Petrus. 39. diſt.*

(d) *D. Thom. 2.2. quæſt.46. art.1.*

(e) *Archidiac. in cap. de Conſtantinopolitana. 22. diſt. vbi Gloſ. in verb. Stultus.*

(f) *cap. Hinc etenim. 49. diſt. cap. 2. iunct. Gloſ. in verb. Deformitatem. de Cler. ægrot. cap. final. de Corp. vitiat.*

(g) *Innocent. in cap. Ex parte. de Cler. ægrot. Abb. in cap.2. num.2. & 3. eo. tit. Tiraquel. in l.2. Connub. gloſ.1. par.2. num.59.*

(h) *cap. Qui in aliquo. 51. diſt. cap. Pænitentes. 55. diſt.*

Digitized by Google

Diſt.cup.2. & cap.final. de Cler. ægrot.

Pag.75.col.2.

(i) *cup. Hinc atenim. 49. Diſt. iunct. gloſ. in verb. Gibboſus.*

(l) *d.cup.Hinc etenim. §.Cacus.49.Diſt.*

(m) *Sayr.de Cenſ.lib.6.cup.8.num.17. Petr.Gregor. Syntagm.lib 47.cup.9. num.3.& 10. Reginald. lib.30.tract.2.num.51. verſ.7.*

(n) *cap.Si Teſtes.4.q.2.§.Hermaphroditus.*

(o) *Azor.par.2.lib.6.cap.2.quæſt.1. Suar. in 3.par. Tom.5.Diſp.51.ſect.2. num.1. Auila de Cenſ. par.7.Diſp.3.Dub.5.*

Pag.76.col.1.

(p) *Gloſſ.in cup.Niſi. verb. Impotens. Extra de Renunc.*

(q) *cup.Si eo.de Reſcr.in 6. cap. Is, qui, de Sent. Excom.in 6.cup.2.de Cler.pugn. cap.Dudum. il 1.de Elect.cup.Studeat. 50.Diſt.*

(r) *Suar.de Cenſur.Diſp.40.Sect.2. num. 36. & de Relig.Tom.4.tract.1.lib.2.cup.3.num.24.Sayr. eo.tit.lib.6. cup.1 n. 25. Bonac. Diſp. 7.q.1. par.3.num.6. apud Peyrin. de Prælat.quæſt. 2. cup.5.§.3.num.44.*

(s) *Stut.Gen.Ord.cap.7.§.6.num. 1.3.& 4.*

(t) *cap.A crapula. de Vit.& Honeſt.Cleric.cup.Epiſcopus 35.Diſt.Concil. Trident.ſeſſ.22. de Refor.cup.1.& ſeſſ.24.cup 12.eo.tit.*

(u) *Cencd. Aldret. Barboſ. Menoch. Salzed. Rebuff. Hoſtien. Sayr. Tabien. Maiol. Specul. Medic. Gutier.citat.à Peyrin.loc.cit.num. 58. 61. 62. & ſeqq.*

(x) *cap. Quicumque. §.Hæretici. cup. Statutum. il 2.de Hæret.in 6.*

Pag.76.col.2.

(z) *Peyrin.de Prælat.quæſt.2. cap. 5. §. 6. num. 82. & 83.*

(a) *Peyrin.loc.cit.§.7.num 92.*

(b) *Decret.Inquiſit.1.Octob.1626. apud Peyrin. ad Conſt.9.Paul.V.num.29.*

(c) *Stat.Gen.Ord.cup.7.§.6.num.73.*

(d) *cup.1.& 2.Diſt.33.cup.1.2.& 3.de Bigam.Trident.ſeſſ.23.cup.17.de Refor.Peyr. loc.cit. §.8. num.96.& ſeqq.& ad Conſtit.2. Iul.IV. §.29. num.120.*

(e) *cup.Cum in cunctis.cap.Innotuit.de Elect.cap.1. & cap.final.de Fil. Presb.cap.1. & 2. eo. tit. lib.6. cap. Per venerabilem. Qui fil. ſint leg. cap. Conſuluit.iunct. gloſ.de Seru.non ord. cap. Niſi. §.Perſonæ. de Renunc.*

(f) *Stat.Gen.Ord.cap.8.§.37.num.1. & §.39.n. 12. & §.43.n.2.Stat.Gen.Refor.cap.8.num.32.40. & 53.*

(g) *l.Sed ſi.§. Prætor.iunct.gloſ. ff. de In ius voc. l. Honori.l.Licet.ff.de Obſequ.a libe.*

(h) *cap.Sunt plurimi 6.q.1.*

(i) *Abb.in cap.Teſtimonium. Extra de Teſt.*

(l) *cup.Infames.6.quæſt.3.iunct.gloſ. in verb.Fures.*

Pag.77.col.1.

(m) *cap. Omnes.cap.Illi ... in 6.q.1.*

(n) *cup.Conſtituens.de ... 2.cap.Poſtulaſtis.de ... ſcr.in 6. ... pell. cap.Nos in. 9.quæſt. Cler.excom. cap.1. de Re-*

(o) *cap.Cum dilectus. §. Quia nobis. de Conſuetud. cap.Cum inter.§.final.de Elect.cup.Cum bonæ. de Ætat.& qualit.Ord.*

(p) *Cup.Inter R.de Elect.cup.p.de Poſtul.Præl.cup. final.de Exceſ.Prælat.*

(q) *Tit.Quid.§.3.num.24.*

Pag.77.col.2.

(r) *Stat.Gen.Ord.cup.7.§.6.num.4.*

(s) *Sanctor.de Pæn.cap.3.quæſt.2.Diffic.8. verſ.Reſpondeo tamen.fol.516.*

(t) *Sanctor.loc.cit.Diffic.6.fol.114.*

(u) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.num.3.*

Pag.78.col.1.

(x) *Caſtrenſ.conſ.242. verſ. Videndum. in fin. lib.1. Roland.à Vall.conſ.1.num.122. & 123. lib. 3. & conſ.61.num.14.& ſeqq.eo.lib. apud Tuſc. litt.S.concl.894.num.6.& concl. 895. num. 7. & 35.*

(z) *Paſſerin.de Elect.Canon.cap.1.quæſt.2.num.35.*

(a) *Gloſſ.in Clement.vlt.verb.Prouiſione. de Elect.*

(b) *Bald.in cap.1.num.1.de Elect.Paſſerin.de Elect. Canon.cap.1.quæſt.2.num.36.*

(c) *cup.Congregatio 16.q.7.cup.2.3. & 4. Cum.18. q.2.cap 9.Extra.de Elect.cup.Cum Eccleſia.eo. tit.Gloſſ.in cap. final.in verb. Communiter. de Suppl.negl.Prælat.*

Pag.78.col.2.

(d) *l.Sicut.in fin.ff. Quod cuius. Vniuer.*

(e) *Abb.in cap.Cum nobis. num. 10. vbi Innoc. n.5. Gloſſ. in cap. Gratum. de Poſtul. Prælat. & ibi Abb.num.9.& apud eum Innocent.& Hoſtien. Gloſſ.in cap.1.& ibi Abb. num.6.de Elect.*

Pag.79.col.1.

(f) *Stut.Gen.Ord. cup. 8. §.56.Stat. Reform. cup.8. num.10.*

(g) *cap. Odia. de Reg.iur. in 6. l. Si de interp. ff. de Pæn.l.Cum quidem ff.de Liber.& poſth.l.Arianus.ff.de Act.& obl.*

Pag.79.col.2.

(h) *Aretin.conſ.23.num.5.& 6. apud Tuſc. litt. D. concl.419.num.3.*

(i) *Abb.in cap.de Multa.num.21. Extra de Præben.*

(l) *Oldrad.conſ.128.verſ. Quartò arguitur. num. 14. & ſeqq.Tuſc.litt.S.Concl.897.*

(m) *Sanctor. Comment. cap. 8. Statut. 37. quæſt. 5. verſ.Reſpondeo tertiò.*

(n) *Sanctor.loc.cit. quæſt.4.verſ.Sunt Syndicatores.*

Pag.80.col.1.

(o) *Eugen.IV.Conſt.Non mediocri apud Cherubin. Bullar.tom.1.Conſt.15.Eugen.4.*

(p) *l.Quiſquis. C.ad l.Iul.Maieſt.*

Pag.80.col.2.

(q) *Stat.Gen.Ord.cap.8.§.56.verſ.Commiſſarij Viſitatores.*

(r) *cap.De multa. Extra de Præben.*

Pag.82 col.1.

(s) cap. Quod ſuſpecti.3.q.5.cap.Sciſcitatus. de Re. ſcr.cap.Suſpiciones.de Off. Delegat. cap. Cum ſpeciali. de Appell. cap. Cum oporteat.iunct. gloſ in verb. Inimicus. de Accuſat. l. Apertiſſimi.C.de Iudic.

(t) Guazzin.Defen.1.cap.21.num.5. (u) Inno.

(u) Innocent. In cap. Bonæ. il 1. de Elect.
(x) Abb. in cap. Accedens. il 1. num. 3. Vt lit. non conc.
(z) Penn. Comment. 116. in 3. par. Direct. Inquiſit. Farinac. quæſt. 49. num. 1. Berti Pract. crim. tit. 3. cap. vnic. num. 21.
(a) l. 1. ff de Iniur. & fam. lib.

Pag. 82. col. 2.

(b) l. Iniuriarum. §. Quæ iure. ff. de Iniur. & fam. Farinac. q. 49. n. 72.
(c) Abb. in cap. Peruenit. n. 3. de Sent. Excomm.
(d) l. Is qui cum telo. C. Ad Leg. Cornel. de Sicar.
(e) Angel. Alber. Rayn. in l. Qui ca. ff de Furt. Bald. conſ. 316. verſ. At tu. lib. 1. apud Farinac. q. 124. n. 37.
(f cap. Veniens. de Iniur. vbi Bald. Iaſon. Marſil. Grammat. quot dat Roderic. tom. 2. quæſt. 16. art. 3. verſ. Sextò arttur.
(g) Bart. in l. Si quis extraneus. ff. de Acquir. hæred. Abb. in cap, Cum te. num. 27. & 28. de Sent. & re iudic.
(h) l. Illud relatum. §. Sanè. de Iniur. & fam. lib.
(i) l Item apud. §. Conuicium. ff. de Iniur. & fam. lib.
(l) Farinac. quæſt. 49. num. 39. 43. & ſeqq.
(m) Roderic. tom. 2. quæſt. 16. art. 3. verſ. Sed.

Pag. 83. col. 1.

(n) Farinac. quæſt. 49. num. 45.
(o) l. Lex Carnelia. §. Si quis. ff. de Iniur. & fam. lib.
(p) Pratei. Lexic. iur.
(q) d. l. Lex Cornelia. §. Si quis. & §. Eadem pœna. l. Item apud. §. Hæc autem. ff. de Iniur. et fam. lib.
(r) Gloſ. in cap. Qui alterius. 5. q. 1. vbi Archidiac. Bellamer. Præpoſit. Turrecrem. apud Farinac. q. 105. num. 420.
(s) l. Item apud. §. Si quis libello. ff. de Iniur. & fam.

Pag. 83. col. 2.

(t) Bart. in l. 4. §. final ff de Adimen. legat.
(u) Authent. de Teſt. verſ. Si verò dicuntur. Coll. 7.
(x) cap. Meminimus. Extra de Accuſat.
(z) l. Lex Carnelia. ff. de Iniur. & fam. lib.
(a) l. Iniuria. §. Item aut. ff. de Iniur. & fam. lib.
(b) l. citat. §. Quoties.

Pag. 84. col. 1.

(c) Cornel. Tacit. Vit. Agricol. circ. med.
(d; Bald. conſ. 472. num. 6. verſ. Breuiter. lib. 1.

Pag. 85. col. 2.

(e) cap. Statutum. §. Cum verò. de Reſcr. in 6.
(f) Gloſſ. in d. cap. Statutum. in verb. Non audent. de Reſcr. in 6.
(g) Roderic. tom. 2. quæſt. 16. art. 3. verſ. Decima dico. Berti Pract. Crim. tit. 3. num. 21. Bald. in l. Vnic. C. de Rapt. virg. Rotæ conſ. 200. num. 8.
(h) Bald in cap. de Cauſis. de Offic. Iud. Delegat. Sebaſt. Sapia Add. ad Abbat. in cap. Cum ſpecial. num. 10. de Appellat.
(i) Ambroſ. Calepin. verb. Aliàs.
(l) l. Diuortio. ff de Negat. geſt.
(m) l. Qui teſtamenta. §. Mulier. ff. de Teſtam.
(n) Bartol. in l. 1. verſ. Quintò quæro, ff. de Condit. & demonſtr.

Pag. 86. col. 1.

(o) Suar. de Cenſur. diſp. 15. ſect. 7. num. 3. Lezan. verb. Excommunicatio 4. num. 7. apud Paſſerin. Trib. Regul. quæſt. 3. art. 6. num. 132. in fin.

Pag. 86. col. 2.

(p) Bald. in cap. Ad noſtram. de Probat. Franc. in cap. Paſtremo in fin. de Appellat. Marant. par. 6. num. 37. Iaſon. in l. Apertiſſimi, C. de Iudic. Pax Iordan. lib. 13. tit. 4. num. 111. apud Paſſerin. loc. cit. num. 133.
(q) cap. Ad hæc. il 1. cap. Propoſuit. de Appell.
(r) Io: Andr. in d. cap. Ad hæc, & ibi Franc. de Appellat. Scacc. quæſt. 17. limit. 47. mem. 3. num. 2. Guazzin. Defenſ. 1. cap. 21. num. 24.
(s) cap. Semel. de Reg. iur. in 6.

Pag. 87. col. 1.

(t) Angel. in l. 2. num. 4. ff. de Appell. Scacc. loc. cit. num. 3.
(u) Paſſerin. Trib. Regul. q. 3. num. 113.
(x) cap. Poſtremò. de Appell. cap. Accuſatores. 3. q. 5. cap. Exiſtimamus. 13. q. 2. l. Quia poterat. ff. Ad S. C. Trebell.
(z) Paſſerin. loc. cit. num. 114.

Pag. 87. col. 2.

(a) Abb. in cap. Quintanallis. num. 9 de Iudic.
(b) Abb. in cap. 1. num. 13. de Conſtit. & in cap. final. num. 9. de Tranſact.

Pag. 88. col. 1.

(c) Direct. Inquiſit. par. 3. quæſt. 67. vbi Penn. verſ. Tametſi.
(d) cap. Inſinuante. de Offic. Iud. Delegat.
(e) Guazzin. Defenſ. 1. cap. 21. num. 25. cap. Ad hæc de Reſcr. cap. Cum. R. Extra de Offic. Delegat.
(f) l. Qui iure ff. de Acquir. poſſ. Pratei. Lex. verb. Familiaritas.
(g) Bald. in l. 1. C. de Epiſc. & Cler.
(h) Gloſſ. in cap. In litteris. verb. De familia. de Teſt.

Pag. 88. col. 2.

(i) cap. Super quæſtionum. §. 2. de Offic. Delegat. Stephan. de Recuſat. num. 73. Nauar. in cap. Si quando. 6. de Reſcr. apud Berti Pract. Crim. tit. 3. num. 33.

Pag. 89. col. 1.

(l) Cæſar de Graſſ. deciſ. 93. num. 5. & 9. Berti tit. 3. num. 40. verſ. Si Iudex. Curtius. conſ. 134. num. 2. Guazzin. Defen. 1. cap. 21. num, 64.

Pag. 89. col. 2.

(m) Sanchez Decalog. lib. 6. cap. 8. in fin. Caſtropal. Tom. 3. Tract. 16. Diſp. 4. par. 16. num. 11. Lugo de Iuſt. Diſp. 37. quæſt. 14. num. 176. Lezan. tom. 1. cap. 9. num. 8. Peyrin. de Subd. quæſt. 1. cap. 19. Paſqualig. deciſ. 348. in fin. Bizz. quæſt. 6. num. 58. Sgroi par. 5. cap. 1. num. 44. apud Paſſerin. Trib. Regul. quæſt. 3. art. 4. num. 66.
(n) Abb. in cap. Cum inter num. 9. de Except.

Pag. 91. col. 1.

(o) Pſalm. 2. verſ. 10.
(p) cap. fin. 2. quæſt. 2. cap. 1. diſt. 6. de Pœnit. cap. Ex litteris. de Conſangu. & affin. Auth. de Iudic.

in

Citationes Tit. præcedentis.

in princip. Gloſſ in cap. Sciſcitatus. de Reſcr.

(q) *cap. Cum nobis. de Elect. cap. Cum in cunctis, cap. Dudum. eo. tit. cap. Si fortè eo. tit. in 6. Clemen. 1. iunct. Gloſ. de Ætat. & qual. Ord.*

(r) *D. Thom. 1-2 quæſt. 76. art. 2. D. Antonin. 3. par. tit, 9. Sylueſt. verb. Iudex, quæſt. 4. num. 10. Nauar. Manual. cap. 25. num. 12. & in cap. Si quando. de Reſcr.*

(s) *cap. final. iunct. gloſ. in verb. Imperitia. de Iniur. & damn. Inſtit. de Leg. Aquil. §. Imperitia. lib. 4. l. 6. §. 7. ff. de Offic. Præſid. l. Imperitia. ff. de Reg. iur. l. Si quis fundum. ff. locat.*

(t) *Nauar. in cap. Inter verba 11. q. 3. concl. 18. cap. Non eſt. §. Quiſquis. 1. quæſt. 1. & cap. Non eſt. de Reg. iur. in 6.*

(u) *Capit. Gen. Roman. 1688. Tit. Pro Reformat. num. 46.*

(x) *D. Bernard. ſerm. 49. in Cantic.*

Pag. 91. col. 2.

(z) *D. Thom. 2. 2. q. 51.*

(a) *lib. 3. Reg. cap. 3. verſ. 9.*

(b) *Prouerb. cap. 28. verſ. 16.*

(c) *Eccl. cap. 7. verſ. 6.*

Pag. 92. col. 1.

(d) *D. Thom. 2. 2. quæſt. 125.*

Pag. 92. col. 2.

(e) *Iſai. cap. 1. verſ. 23.*

TITVLVS

TITVLVS TERTIVS.

Canones circà Recurſum, & Appellationem.

T E X T V S.

§.I. Quia recuſare Iudicem, & ab illo appellare, non minùs concernit Reos, in quorum innocentiæ præſidium conceditur, quàm ipſos Iudices, qui recuſantur, & à quibus prouocatur. Ideò in hac parte, vbi de Iudicis perſona agitur, totam materiam Recuſationis, & Appellationis congerimus. Primò appellari poteſt tàm ab Ordinario, quàm à Delegato.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

1. *Canon Regulam ſignificat.*
Regula, quid ſit.
Dogma, quid apud Iureconſultos.
Et quid apud Theologos, & Canoniſtas.
2. *Mandatum, quid importet.*
Decretum, quid ſit.
Sanctio, quid ſit.
3. *Appellatio, quid ſignificet.*
Duplex eſt.
Extraiudicialis dicitur Prouocatio
Iudicialis duplex eſt.
4. *Sententia interlocutoria, quæ dicatur.*
Diffinitiua, quæ ſit.
5. *Recuſatio, quid ſit.*
Æquiparatur appellationi iudiciali.
6. *Recurſus, quid ſit.*
Ipſum impediens incidit in crimen læſæ Maieſtatis.
Non admittitur à Supremo, niſi habitus ſit priùs ad Superiorem intermedium.
In quo differat ab Appellatione, & Recuſatione.
7. *Appellatio, & Recuſatio Iudici* à quo *eſt ignominioſa.*
8. *Appellatio poteſt fieri tàm ab Ordinario, quàm à Delegato.*
Appellatio, & Recuſatio ſunt de iure naturæ.

1. QVIA prò imperitis ſcribo neceſſarium eſt etiam terminos, (quos viris doctis explicare, tum me puderet, tum illis ità eſſet iniurium, ſicut ſuperfluum) aperire, ne Lector, qui in hac materia verſatus non eſt, ex vocum nouitate incognita, dubius hæreat, & in doctrinæ intelligentia laboret. Circà *Titulum* ergo tria ſunt explicanda, nempè *Canon, Recurſus*, & *Appellatio*. *Canon* nomen *Græcum* eſt, & idem importat ſicut Latinè *Regula*, vt ex *Iſidoro* dicit quoddam *Capitulum (a)* *Regula* verò vt ibidem ſubiungitur; *eſt ex eo, quod rectè ducit, nec aliquem aliorsùm trahit*, vel vt alij dixerunt, *quod normam rectè, & benè viuendi præbeat*, vel *quod diſtortum, prauumque corrigat*: *Canon* ergo genericè ſumptus, vt eſt Regula morum, ſiuè *Eccleſiaſtica lex*, vt aduertit *Gloſſa (b)* ſub ſe habet quatuor ſptcies, quæ enunciantur in alio *Capitulo*, *(c)* puta *Dogma*, quæ apud *Iureconſultos* ſignificat *Decretum*, aut *Senatuſconſultum*, vt ex quadam *lege (d)* ſcribit *Prateius*: *(e)* apud *Canoniſtas* autem, & *Theologos* importat *Doctrinam ad fidem ſubſtantialiter ſpectantem*: vndè dicitur *Theologia dogmatica*, hoc eſt, quæ tradit ea, quæ tanquam de fide habentur ex *Canonibus* Sacris, & ex *Scriptura Sacra* excerpta.

2. *Mandatum* verò *Accurſio (f)* definiente, importat *Officium gratuitum ab eo, qui ſuſcepit exhibendum*; & apud *Canoniſtas* poteſt ſignificare *præceptum* pertinens ad mores, quod ex præſcripto *Eccleſiæ* iniunctum eſt *Chriſtianis*, qui *Eccleſiæ* ipſi

Obe-

Digitized by Google

Obedientiam in baptiſmo promiſerunt, dicente *Sacerdote* verba *Chriſti*. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata*. *Decretum*, quod apud *Iuriſtas*, vel eſt *Deliberatio Iudicis cum cauſæ cognitione ad mixtum Imperium pertinens*, vt habetur ex quadam *lege*, (g) vel deliberatio *Iudicis* interponentis auctoritatem ſuam in iuriſdictione voluntaria, vt ait *Spiegelius* (h) ex *Alciato*: apud *Canoniſtas* autem importat ordinationem ab *Eccleſiæ* auctoritate dimanatam circà aliquod tenendum, vel præſtandum à fidelibus; Et *Sanctionem*. Eſt autem *Sanctio lex cum terrore pœnæ*, vt elicitur ex iure, (i) vndè in *Sacris Canonibus* omnes leges pœnales nomine *Sanctionum* veniunt. Sicut ergò nomine *Canonum* veniunt *Eccleſiaſticæ leges*, quæ Regulæ ſunt certæ, & infallibiles, quibus populus *Chriſtianus* in foro ſpirituali, & animæ gubernatur, quas leges nullus inferior *Romano Pontifice* abrogare, nec irritare poteſt, ità *Practica* hæc noſtra nomine *Canonum* inſignit ea, quæ in hoc *Titulo* dicere intendit: innuens debere adamuſſim ſeruari, & non poſſe à *Reis*, aut *Iudicibus* aliter practicari, ex eo quod ſunt excerpta *Sacrorum Canonum*, facientium ad rem, de qua tractant, quibus vt dictum eſt, nullus *Summo Pontifice* inferior poteſt aliquid contrarium aut ſtatuere, aut ſeruare.

3. Secundus terminus eſt *Recurſus*, ſed quia meliùs de hoc habebitur intelligentia, poſtquàm de *Appellatione*, & *Recuſatione Iudicis* dictum erit; ideò priùs de *Appellatione* dicemus. *Appellatio* ergò ſecundùm *Hermogenianum* (l) eſt *iniquitatis ſententiæ querela*: vel, vt dicit *Canon* quidam, (m) *A minori Iudice ad maiorem prouocatio*. Diuiditur autem in *extraiudicialem*, & *iudicialem*. *Extraiudicialis* (quæ propriè non dicitur *Appellatio*, ſed *Prouocatio*; vndè in odioſis non venit nomine *Appellationis*) eſt, *quæ fit extrà iudicium à Iudice, vel alio quidem procedente extraiudicialiter, ſed tamen ex publico Officio, ad Superiorem à præſenti, vel futuro grauamine veriſimili*, vt ait *Paſſerinus*. (c) Vt exempli gratia, ſi *Guardianus* pro defectu imponeret pœnitentiam nimis grauem; aut iuberet aliquid faciendum, comminata graui pœna ni illud faciat, & Subditus appellet ab illo grauamine, dicitur *Appellatio extraiudicialis*, ſiuè *Prouocatio ad Superiorem*. *Iudicialis* autem appellatio eſt, quæ fit in iudicio à *Superiore* minori, vt *Iudice ad Superiorem maiorem*.

4. Porrò hæc duplex eſt. Alia eſt à *ſententia interlocutoria*; alia eſt à *ſententia diffinitiua*. *Sententia* autem *interlocutoria* dicitur ab interloquendo; *Interloquitur*, verò, *Prætor*, *cum quid*, *donec cauſa principalis diſceptatur, pronunciat*, ait *Prateius*, (o) vndè dicitur *ſententia interlocutoria* decretum *Iudicis*, quod in actitatione cauſæ fertur. Exempli gratia. Si *Iudex* tulerit *Decretum*, quod *Reus* carceretur ad *cuſtodiam*, quod *arctetur*, quod non exeat è *Camera*, & ſimilia, antequam per ſententiam diffinitiuam cauſa, ſeù iudicium abſoluatur. *Sententia* autem *diffinitiua* eſt, vt placuit *Modeſtino* (p) *quæ finem controuerſiarum pronunciatione Iudicis accipit, quod vel condemnatione, vel abſolutione contingit*.

5. *Recuſatio*, vt eam definit *Speculator*, (q) *eſt Iuriſdictionis, ſeù audientiæ Iudicis, cauſà ſuſpicionis, propoſita declinatio*, & hanc definitionem recipiunt *Doctores* communiter ſcribentes ſuper vtroque *Iure*. (r) Porrò *Recuſatio*, & *Appellatio iudicialis* æquiparantur, vt ſentiunt *Iuriſperiti*, (s) ambæ enim requirunt cauſam legitimam ad hoc, vt poſſint proponi; ambæ ſunt pro defenſione *Rei*; ambæ ſuſpendunt regulariter iuriſdictionem, vel ſententiam *Iudicis*, & cauſam ad maius Tribunal deuoluunt. Differunt ſolummodò in tempore, in quo proponuntur, quia *Appellatio* propriè interponitur poſt ſententiam interlocutoriè, aut diffinitiuè latam, poſtquam *Iudex* ſe immiſcuit in cauſa: *Recuſatio* autem proponitur etiam antequam *Iudex* cauſam incipiat, aut ſaltem antequam ſententiet, ad effectum eius forum declinandi.

6. *Recurſus* verò definiri poteſt, quod ſit *imploratio Iudicis Superioris in caſibus, in quibus denegatur Appellatio, ſeù Recuſatio*, vt eſt in notorio, aut excepto crimine, aut vbi à *Papa* commiſſa eſt cauſa cum clauſula *quacunque Appellatione, & Recuſatione remota*. (t) Hinc infertur, quod *Recurſus* habet locum, quandò non habet locum *Appellatio*, vt dixit *Paulus de Caſtro*, (u) quia eſt introductus fauore *Rei*, cui deficit remedium *Appellationis*. Imò ità licitus eſt, quod *Iudex* inferior, qui tentaret impedire *Recurſum* ad *Superiorem*, ſiuè ad *Principem*, incideret in crimen Læſæ Maieſtatis, vt cum alijs probat *Farinacius*. (x) Verumtamen eſt, quod *Recurſus* non ad-

admittitur, nec eſt licitus, quandò *Iudex* immediatè *Superior*, qui potuit expedire, non fuit requiſitus; vt ſi aliquis recurreret ad *Protectorem*, omiſſo *Generali*, qui poterat prouidere, ſuper cauſa cognita à *Prouinciali*. Et ratio huius eſt, quià omiſſio hæc illegitima *Superioris immediati* dicitur quidam contemptus, ſeù ſpretus immediati *Superioris*, vt deducitur ex *Iure*. (a) Licet autem *Recurſus* regulетur ſecundùm terminos *Appellationis*; tamen differt ab *Appellatione*, & *Recuſatione*, quià in ijs ſuſpenditur *Iudicis* iuriſdictio, retardatur executio ſententiæ, & deuoluitur cauſa ad Superiorem; non ſic autem eſt in *Recurſu*, quià per hunc nec iuriſdictio impeditur, nec executio retardatur, vt ex *Menocbio* docet *Tuſcus*. (a) Ex his ergò habemus intelligentiam *Tituli*, ſub quo annotantur ea, quæ ſunt ſeruanda in *Appellatione*, & *Recuſatione Iudicis*, & *Recurſu* ad *Superiorem*.

7. *Quia recuſare Iudicem &c.* Sanè *Recuſatio Iudicis*, & *Appellatio* ab eius ſententia non ità fauorabilis eſt *Reo*, vt poſſit per eas defendi: quin *Iudici*, qui recuſatur, aut à quo appelletur, iniurioſa quodammodò, aut ſaltem ignominioſa non ſit. Cum enim *Recuſatio* ipſius poſſit aliquandò fieri ex cauſa turpi, & famoſa, aut ad minùs ex cauſa inimicitiæ, vel amicitiæ cum Inimico, vt ſuprà viſum eſt, & *Appellatio* ab ipſo ſupponat iniuſtum grauamen, patet quod, quoquo modò eueniat, indecorum *Iudici* ſemper eſt; quià ſic recuſatus, aut per appellationem declinatus, indigitatur tanquam aut realiter, aut præſumptiuè iniuſtus, ſi non ex malitia, ſaltem ex ignorantia. Hinc eſt quod ſubſcribere non poſſum *Paridi*, (b) & alijs quos citat *Farinacius*, (c) qui dicunt, quod allegare ſuſpectum *Iudicem*, niſi ſit in cauſa famoſa, & inhoneſta, non tendit in ipſius dedecus, imò potius in honorem, & commodum, ex quo ipſum exonerat à munere iudicandi. Imò totum oppoſitum eſt, quià Iudices ſe tenent maxima ignominia affectos, & omnem mouent lapidem, vt nec *Recuſatio*, nec *Appellatio* decernatur valida, & cauſa ad ipſos remittatur. Hinc in tantum iraſcuntur contrà *Recuſantem*, quod etiam *lex* præſumit, quod ex iſta *Recuſatione*, ſeu *Appellatione Iudex* fiat *Capitalis inimicus* Appellantis, in tantùm, quod habemus ex *Textu*, vt *Titulo* præcedenti viſum eſt, quod *recuſari* vt ſuſpectus poſſit *Iudex*, à quo *fuerit aliàs appellatum*, eo quod præſumitur ſic *Recuſatus*, inijſſe grauem inimicitiam cum *Appellante*, ex qua, in alia cauſa iuſtè poſſit recuſari.

8. *Primò appellari poteſt tam ab Ordinario, quam à Delegato.* Quis *Ordinarius*, & quis *Delegatus Iudex*, alias dictum eſt. Quod autem ab *Ordinario*, & *Delegato* poſſit appellari, & ipſe poſſit recuſari, patet ex pluribus textibus vtriuſque *Iuris*. (d) Licet autem in quodam *Capitulo*, in quo *Papa* loquitur de *Appellationis*, & *Recuſationis* forma, ſic per duas *Decretales* habeatur (e) *Cæterum has duas Conſtitutiones præmiſſas nolumus ad Regulares extendi contrà ſuas ſpeciales obſeruantias*; tamen in Noſtra Religione tum *Appellatio*, tum *Recuſatio*, quæ à *Sacris Canonibus* ordinatur, in iudicijs criminalibus admittitur: ex eo quod *Textus* noſter, quem habemus pro lege, apertè ipſas decernit, vt patet, & hoc modo in ſubſtantialibus iudicij nec latum vnguem à *Sacris Canonibus* recedit. Scio *Doctores* controuertere inter ſe an *Appellatio*, & *Recuſatio* ſit à Regularibus admittenda, alijs dicentibus quod ſic, quià ambæ, ſunt *de iure naturæ*, alijs tuentibus quod non, quià ſunt tantùm de *ſolemnitatibus iuris poſitiui*, ad quas Regulares non obligantur. (f) Mihi compertum eſt, quod vt dicit *Textus*, (g) *Quodammodò naturale eſt ſuſpectorum Iudicum iudicium declinare; & ratio ipſa dictat, quod ſuſpecti, & inimici Iudices eſſe non debeant*, vt habet alius *Canon*, (h) & quod *Apertiſſimi iuris eſt licere litigantibus Iudices recuſare*, vt ait *Imperator*. (i) Vndè *de iure naturæ*, (per quod quiſquis poteſt ab iniuſto aggreſſore ſe defendere,) *Appellationem*, & *Recuſationem* eſſe non eſt ambigendum; & idem dicitur in *Clementina*, (l) & ſic cum *Turrecremata* teſtante *de Communi* (m) tenet *Peyrinus*. (n) Et verum eſt quod in Religione noſtra, ſicut & in alijs apices, & ſolemnitates iuris non ſeruantur: tamen eo quià ad ſubſtantiam Iudicij *Appellatio*, & *Recuſatio* pertinent, extrà omnem aleam eſt, quod inter nos ſeruari, & practicari debet, etiam ex noſtræ legis præſcripto, & de hac materia agemus infrà.

TEXTVS.

§. II. Secundò. Recuſans Iudicem Ordinarium, coram ipſo adducere debet legitimam cauſam, ſiuè ſcriptò, ſiuè voce. Puta, ſi eadem die, eademque iudicij formâ perſiſtente, Appellatio incontinenti interponatur: vel ſi publicè, aut coram Teſtibus Reus proteſtetur, & ad Superiorem petat recurſum. Tunc Iudex in actis hanc inſtantiam, vel Appellationem redigere debet, quam (ſi friuola ſit) reijciat, ſi legitima, admittat; Reumquè, vel ad Superiorem remittat, vel ei alium Iudicem non ſuſpectum aſſignet. Si dubia, electis vtrinque Arbitris, de Appellationis validitate decernatur. Quibus non concordantibus, de Arbitrorum conſenſu adijciatur tertius. Ex quorum iudicio valida exiſtente Appellatione, à iudicio abſtineat, & Reo alium Iudicem concedat, vel (vt dictum eſt) ad Superiorem remittat. Si verò non ſubſiſtere iudicetur, Reus Ordinarij ſui iudicio ſtet, qui circà illum ſuo fungatur Officio. Quæ omnia ſeruari debent in recuſatione Iudicis Delegati, præcipuè vbi grauis cauſa agenda eſſet, & Periti in hac profeſſione, non ità facilè reperirentur.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

9. *Recuſans Ordinarium debet adducere cauſas recuſationis.*
Et iſtæ debent exprimi ſpecificè.
10. *Quid agendum, ſi cauſa ſit Iudici turpis, aut tertio præiudicialis.*
Et quid ſi Iudex iuramento non vult acquieſcere?
11. *Recuſatio poteſt fieri etiã ſinè ſcripto.*
Expedit & ſcripto, & coram Teſtibus eam producere Iudici.
12. *Quandò interponenda Recuſatio.*
Citatus à Iudice, & nolens reſpondere, quandò poſſit declarari in cõtumacia.
Incontinenti *quid importet.*
Cauſæ recuſationis vno libello producendæ.
13. *Recuſatio poteſt fieri etiam coram alijs, quam Iudice, & quibus, & quandò.*
Publicè factum quid dicatur.
14. *Quid agendum, ſi illi, coram quibus eſt producta recuſatio, nollent eam recipere.*
Quid ſi Recuſans non reperit, qui velint eſſe Teſtes?
Publicare quid importat.
15. *Recuſatio antè omnes actus facienda.*
Ex cauſa poteſt proponi etiam poſt concluſum in cauſa.
Ignorantia facti non nocet.
16. *Facta Recuſatione ſi Reus comparet coram Iudice, in eum conſentit.*
17. *Recuſatio humilibus, & reuerentibus verbis facienda.*
In Appellatione præſtanda omnia, quæ in Recuſatione.
18. *Recuſatio producta debet inter acta recipi.*
Notarius non deſcribens fideliter acta tenetur de falſò.
Si Notarius grauaret Reum non fideliter ſcribendo quid agendum?
19. *Cauſæ Recuſationis dicuntur friuolæ, dubiæ, & legitimæ dupliciter.*
Si friuolæ ſunt in iure, aut in facto, reijciendæ ſunt.
Si legitimæ admittendæ.
Si dubiæ Arbitri ſunt eligendi.
20. *Arbitri quomodò eligendi.*
Vnus etiam poteſt eligi Arbiter de conſenſu partium.
Remotus non valdè *quis dicatur.*
21. *Arbitri non requiritur quod ſint ſubditi Iudicis recuſati.*
Illos poteſt Iudex recuſatus compellere ad ſententiandum.
Electio Arbitrorum apud Nos practicanda.
Expedit Iudici recuſato cauſam ad Superiorem dimittere.
22. *Arbitris præfigi poteſt terminus ad pronunciandum ſuper recuſatione.*
Et debet eſſe competens.
Ipſis non concordantibus, ab eiſdem nomi-

nominandus tertius.

Tenentur in conſcientia, & ſub mortali in tertio concordare.

23. *Quid ſi Recuſans Arbitrum non inueniret prò parte ſua?*

24. *Suſpecto Ordinario, & recuſato, cauſa ſi committitur Delegato, debet eſſe de conſenſu Recuſantis.*

Aliter ad Superiorem remittenda.

25. *In recuſatione Delegati, quæ ſeruanda?*

Vrgentiores cauſæ requiruntur pro recuſando Ordinario, quam Delegato.

9. AGitur hic primò de *recuſatione Iudicis Ordinarij*, ſecundò verò de *recuſatione Delegati*. *Recuſans Iudicem Ordinarium coram ipſo adducere debet legitimam cauſam Recuſationis*. Hoc eſt expreſſum in *iure Canonico*:(o) quandoquidem de *iure Ciuili* ſufficit iuramentum de calumnia, ſed hoc nihil ad Nos. Habet ergò *Recuſans* adducere cauſam, ſeù cauſas, ob quas *Iudicem*, vt ſuſpectum, recuſat. Cauſa autem debet exprimi ſpecificè, non autem generaliter, vt dicunt *Doctores*: (p) hoc eſt, non ſufficit dicere *Recuſo te in Iudicem, quià es mihi ſuſpectus*; ſed debet ſpecificare cauſam, ob quam ſuſpectum illum habet, vt dicendo *Recuſo te, quia es meus inimicus*, vel quià *minatus es mihi*, vel quià *corruptus fuiſti ab Actore*, & ſimilia. Ratiò autem eſt, quia ad hoc, quod cauſa legitima ſit, oportet quod probari poſſit, aut ex facti euidentia, vt puta ſi *Actor*, aut *Accuſator* eſſet conſanguineus *Iudicis*: aut per Teſtes. Quod autem ſic proponitur generaliter, vt bene aduertit *Paſſerinus*, (q) non poteſt probari, & ideò debet exprimi in ſpecie.

10. Sed hic occurrit non leuis difficultas, & eſt: ſi cauſa exprimenda eſſet ſcandaloſa, aut in ea interueniret præiudiciũ tertij, quid agendum in caſu? Do exemplum. Ego debeo recuſare *Iudicem*, qui eſt inimicus meus, quia eſt riualis meus; vel quià fornicatus eſt cum ſorore mea, & ipſe ſcit me de hoc eſſe conſcium, & tentaſſe illi vitam adimere ob iniuriam mihi allatam: quapropter ex malo animo meo contrà illum, ipſe habet inimicitiam contrà me. In his caſibus, teneor ne ego, cauſas iſtas occultas prodere cum dedecore, & infamia *Iudicis*, & tertij? In hoc caſu, dicit *Scialoia*, (r) deberet ſufficere iuramentum *Recuſantis*, & *Iudex* deberet libentiſſimè acquieſcere *recuſationi*, ne eius infamia publicetur in probatione cauſæ propoſitæ, ſicut etiam prudenter debet facere, quandò *Recuſans* proponit cauſam *Iudici* ignominioſam, puta quod eſt *Excommunicatus*, *ignarus*, *corruptus pecunia &c.* & *Iudex* ſcit has cauſas eſſe veras, & à *Recuſante* plenè probabuntur. Tunc enim optimum conſilium *Iudicis* erit, acquieſcere *recuſationi*, & cauſam ad Superiorem remittere. Difficultatem habet in hoc *Paſſerinus*, (s) quià ſpecificatio cauſæ *recuſationis* eſt de iure *Canonico*, nec ſufficit iuramentum, cui *Iudex* derogare, aut in ipſo diſpenſare nequit. Sed hoc parùm curandum eſt, quia *Canones* intelligi debent, quod tunc exprimendæ ſunt cauſæ *recuſationis*, quandò, abſque læſione tertij, fieri poteſt; quandoquidem videmus quod etiam in *Confeſſione Sacramentali* reticeri poteſt circumſtantia mutans ſpeciem peccati, ſi *Confeſſarius* veniret ex manifeſtatione illius in cognitionem *Complicis*, vt dicunt *Theologi Morales*. (t) Si ergo, quantumuis explicatio talis circumſtantiæ peccati ſit de iure diuino, & forum pœnitentiale ſecretiſſimum, tamen diſpenſatur, expreſſio talis circumſtantiæ, ne prodatur fama *Complicis*; à fortiori diſpenſari debet obſeruantia introducta de mero iure poſitiuo, ne fama tertij in foro publico lædatur. Tum quia talis expreſſio eſt potiùs de ſolemnitate, quàm de ſubſtantia iudicij: quià ſi talis eſſet, etiam ſeruaretur in *iure Ciuili*; in quo optimè eſſentialia iudicij præſcribuntur; ad illa autem, quæ de ſolemnitate ſunt non obligantur Regulares. Tum tertiò quia hoc inductum fuit *à iure* in fauorem *Iudicum* quiſquis verò fauori ſuo renunciare poteſt. Ideò tenendum eſt cum prima opinione, quam, argumento quorundam *Canonum*, (u) etiam tenuit *Abbas*, (x) qui dicit, illam naturali æquitati congruere.

11. Sed quid iuris, ſi *Iudex* nollet tali iuramento acquieſcere, aut quià neſcit cauſam, quam vult proponere *Reus* ad ſui *Recuſationem*; aut quià ſibi ipſi perſuadet, quod *Reus* non probabit? In tali caſu *Reus* de neceſſitate tenetur cauſam aperire, ipſam tamen explicando tali modo, quod non poſſit cauſari graue præiudiciũ tertio. Quod ſi famæ *Iudicis* damnum inferatur, ipſe ſibi imputet.

Cauſam verò ſic ſpecificatam debet

Reus

Digitized by Google

Reus exhibere ſe ad probandum coram quibus de iure; vt infrà dicemus. Et licet de *iure Canonico*, & *Ciuili* (a) teneatur *Reus* recuſationem in ſcriptis *Iudici* præſentare, tamen ex *Textu* habemus, quod hoc fieri poſſit *ſiuè ſcripto*, *ſiuè voce*, & hoc fieri poſſe ſenſit etiam *Turrecremata*. (a) Melius tamen ſemper erit, ſi ſcripto præmeditato feratur; ità enim fiet, vt *Reus* cum maiori ponderatione procedet. Inſuper bonum erit *Reo*, ſi coràm Teſtibus huiuſmodi libellum recuſationis offerat, ne *Iudex* poſſit illum diſſimulare, & negare, vt poſſunt facere illi, qui magnam ignominiam ſibi timent ex tali *Recuſatione* euenire.

12. Tempus hinc præſcribitur exprimendę recuſationis, dum dicit, *ſi eadem die, eademque iudicij forma perſiſtente Appellatio incontinenti interponatur*. Senſus huius *Textus* eſt, quod ſtatim ac *Reus* in iudicium vocatur, debet *Recuſationem* opponere, ſed quia *Reus* fortè ex improuiſò citatur ad comparendum, & neſcit aliquo modo eſſe proceſſatum, niſi ex citatione, & proinde non potuit libellum *Recuſationis*, vt præfertur, præparaſſe, ideò dicitur quod *Appellatio*, hoc eſt *Recuſatio interponatur eadem die*, puta naturali. Ex hoc rationabile eſt, vt *Reus* poſſit habere tempus congruum ad conſulendum Peritos prò ſui indemnitate: attento maximè, quod ſi ipſe citatus à *Iudice* ad reſpondendum, & nollet reſpondere, non poteſt, declarari contumax, niſi trina monitione præmiſſa, vt ex vtroque iure colligit *Abbas*: (b) (quæ monitio, cum deberet habere debita interualla, non poteſt expediri in minori tempore, quàm diei naturalis;) ità *Reus* habet tale ſpatium ad producendam *Recuſationem* ſuam. Interponenda pariter *Appellatio* eſt *incontinenti*, *eadem iudicij forma perſiſtente*. Hęc particula non ſumitur hic in rigore grammaticali, ſed accipitur prò vt ſignificat iuxta *Iuriſperitos*. *Incontinenti* enim factum dicitur etiam illud, quod eſt factum cum aliquo ſpatio temporis intermedio, vt elicitur ex *textu in Digeſto nouo*, (c) vbi dicitur, *Quod ait lex Iulia, incontinenti filiam occidat, ſic erit accipiendum, ne occiſo hodiè adultero, reſeruet, & poſt dies filiam occidat, vel contrà. Quod ſi non affectauit occidere, ſed dum adulterum occidit profugit filia, & interpoſitis horis apprehenſa eſt à Patre, qui perſequebatur, incontinenti videbitur occidiſſe*. Imo incontinenti reſiſtere dicitur, qui etiam interuallo trium dierum reſiſtit, & homo vulneratus, ſi intrà tres dies moriatur, dicitur incontinenti mortuus, vt ex *Digeſtis*, & *Codice* (d) colligit *Spiegelius*. (e) Vult ergo dicere *Textus*, quod *Reus* facta ſibi citatione à *Iudice*, *incontinenti*, hoc eſt nulla præſtita illi obedientia in præſtando iuramento, aut in reſpondendo interrogationibus ſibi factis, (ſi enim *Reus* hæc præſtitiſſet, in *Iudicem* conſenſiſſet; niſi fortè proteſtationem præmiſiſſet, quod licet ità faciat, aut reſpondeat, non tamen intendit in ipſum, vllo modo, conſentire) *eadem forma iudicij perſiſtente*, puta perſeuerante adhuc pura *Reicitatione*, *Reus*, intrà tempus diei naturalis, *Recuſationem* ſuam proponit.

Aduertendum hic pariter eſt, quod *cauſæ recuſationis*, quæ intrà illud tempus produci debent, debent ſimul in vno libello produci. Vndè ſi hoc non faciat pręſumptio vrget contrà *Recuſantem*., & eum de dolo arguit, vt docuit *Hoſtienſis*. (f) Quod ſi *Recuſans* ex interuallo cauſas exprimat, vel reijciendus eſt, vel ſi *Iudex* ipſum non vult repellere, debet illi præfigere diem, in qua omnes exprimat, poſt quam, non debet illum ampliùs audire, niſi cauſa exprimenda ſit noua, aut de nouo cognita, vt poſt alios docet *Paſſerinus*. (g)

13. Non eſt autem neceſsè, quod *Recuſatio* prędicta fiat in pręſentia *Iudicis*, quià multoties impediretur modus debitæ defenſionis, quandò ſcilicet *Reus* timidus veretur, & timet faciem *Superioris*, & *Iudicis*, & ſicnon poſſet ſe tueri; ſed valet *Recuſatio ſi Reus publicè*, aut coram Teſtibus proteſtetur, & ad ſuperiorem petat recurſum. *Publicè* autẽ fieri dicitur, quod coram Populo fit, vt ex *Alciato* docet *Prateius*. (h) Vndè infertur, quod ſi in aliquo loco, vbi eſſet maior pars Fratrũ Conuentus, recuſatio, & proteſtatio talis fieret, valeret. Sed melius eſt, ipſam interponere coram *honeſtis viris*, & duobus teſtibus; vt dicunt *Doctores* (i) loquentes de *Appellatione*, de qua eadem eſt ratio, quæ eſt de *Recuſatione*. Si ergò timet, vel veretur faciem *Superioris*, vt *Iudicis*, compareat coram duobus ex grauioribus *Patribus* illorum, qui ſunt in Conuentu, vocatis ad hoc duobus Teſtibus, & dicat; *Quod*, *quià timet ſibi inferendum eſſe grauamen in cauſa, quæ contrà ipſum agitatur coram Superiore*,

re, qui eſt ſibi ſuſpectus ob motiua expreſſa in libello recuſationis; & ex reuerentia, & timore non audet coram eodem Superiore ſic comparere; vt indemnitati ſuæ conſulat, coram illis Patribus N. N; tanquam coram honeſtis Viris, & in præſentia N. N. Teſtium, illum libellum recuſatorium producit, rogans ipſos Patres, vt talem libellum ad Iudicem recuſatum deferant, vt in actis inſeratur. Poterit etiam (ſi tales *Patres* graues difficulter poteſt habere) idem facere coram *Notario* cauſæ, & Teſtibus vt dicunt alij *Doctores*. (l)

14. Quid autem iuris, ſi *Patres* illi, vel *Notarius*, coram quibus produxit libellum *Recuſationis*, nollent ipſum vllo modo recipere? Quid agendum? Dico quod illi malè facerent, quià hoc eſt contrà *iuſtitiam*, & *charitatem*. Per fictionem enim Iuris illi *Patres* ſuccedunt loco *Iudicis*, & ſicut *Iudex* tenetur illum libellum inter acta recipere, ità etiam tenentur facere illi. Pariter eſſet contrà *charitatem*, quià tenentur proximo ſuccurrere in graui neceſſitate. Nec tamen eorum defectus debet nocere *Reo*. Proindè *Reus*, ſi ipſi nolunt recipere libellum, ad eorum pedes ipſum reuerenter ponat, coram iiſdem Teſtibus, & ità dimittat. Quod ſi illi nolint ipſum colligere, & ad *Iudicem* deferre, ipſi viderint. Certè *Reus* ſibi ſufficienter prouidit, & ſi cauſæ legitimæ productæ ſunt, & *Iudex*, non attenta tali *Recuſatione*, in cauſa procedat, omnia indè ſecuta ſunt per Superiorem reſcindenda. Ad ſui ſecuritatem autem *Reus* habeat tranſumptum, ſiuè copiam illius libelli, quam faciat ſubſignare à Teſtibus, qui præſentes fuerunt, fidem faciendo, quod *copia ſimilis illi, fuit producta à Reo tali loco, & die coram Patribus N. N. in præſentia Teſtium N. N.* Ità enim fiet, vt *Reus* habeat pœnes ſe rationem ſe defendendi, faciendo conſtare de recuſatione interpoſita.

Si autem *Reus* non reperiret aliquos, qui vellent eſſe Teſtes, & ſe ſubſcribere, vt in pluribus accidit, dum Religioſi ægrè ſe immiſcent huiuſmodi actibus criminalibus, tum ne Superioribus ſe reddant inuiſos; tum quia timent aliquod præiudicium ſubire, quid agendum tunc? Dico quod *Reus* ſuæ indemnitati poteſt conſulere, affigendo in aliquo loco patenti, & publico libellum Recuſationis; vt potè ad valuas Refectorij; ità vt nequeant illud diſſimulare Religioſi, aut *Superior* ipſe *Recuſatus*. In illo autem libello debet præmittere cauſam Recuſationis, vt ſuprà dictum eſt, & etiam cauſam, propter quam, in modum edicti, coactus eſt, de *Recuſatione Iudicem* commonere; puta, quod ob reuerentiam non auſus eſt in facie *Superioris* illam proponere; & quod nullus voluit eſſe Teſtis de ea proponenda coram honeſtis Perſonis, & proindè, vt ſibi iuxtà iuſtitiam, prouideat, coactus eſt tali modo, puta per modum edicti, procedere. Ratio huius eſt, quià ex *Textu* habemus, quod *publicè* fiat recuſatio. Cum autem hæc ex eodem *Textu* poſſit fieri vel voce, vel ſcripto; ſi voce fiat, vel publicetur, oportet, quod fiat in loco, & tempore, in quibus Religioſi conueniunt, vt in Choro, Refectorio, & Capitulo, cum *publicare* importet, quod actus fiat in loco, & actibus, in quibus Populus loci conuenit, & tempore, quo conuenit: vndè licet fiat actus in loco publico, non extantibus aliquibus, non dicitur fieri publicè, vt dicunt *Doctores*. (m) Si autem publicetur per ſcripturam, ſufficit vt ſcriptura affigatur in loco patenti, & publico, in quo conſueuit conuenire maior pars populi, ſicuti de publicatione Conſtitutionis, ſiuè Legis ſingulariter docet *Abbas*: (n) hoc enim modò dicetur ſufficienter publicata *Recuſatio*, & publicè interpoſita *Apellatio*.

15. Aduertendum inſuper circa tempus proponendæ Recuſationis; quod ipſa debet proponi antè omnes actus, qui fiunt in iudicio. Cum enim inter nos ſummariè procedatur, & litis conteſtatio non fiat, (ex eo quod hoc eſt iuris ſolemnitas,) ſequitur, quod, inter nos, lis criminalis dicetur conteſtata per primum actum, qui fit circà *Reum*, vt eſt ipſius citatio. Antè quam ergò hic actus compleatur, & ſortiatur effectum ſuum, debet interponi *Recuſatio*. Hoc eſt, ſi citatur *Reus* ad comparendum coram *Iudice*, & *Iudex* illi iubet *vt præſtet iuramentum de veritate dicenda*, præmiſſa admonitione eorum, quæ contrà ipſum conſtant in proceſſu, ob quæ poteſt ipſum legitimè conſtituere, & interrogare: *Reus* debet ſtatim *Recuſationem* proponere, aut ſi ipſam paratam non habet, debet recedere, nullo præſtito iuramento, nec facta reſponſione; vel ſi *Iudex* minando, aut terrendo ipſum adigat ad iurandum, debet præmittere proteſtationem dicendo, *ſe non intendere iurare,*

rare,

rare, aut in ipſum conſentire, niſi quatenus erit de iure, & citrà præiudicium ipſius, & facere quod *Notarius* illam proteſtationem in actis redigat; hoc enim modo fiet, vt quantumuis *Recuſatio* ex poſt interponatur, retrotrahatur, & valida fiat, & actus præſtiti in nullo erunt *Reo* præiudiciales, vt dicunt *Doctores*. (o) Hoc autem dico, ſi *Reus* nullam habeat notitiam, quod contrà illum inſtituatur proceſſus; ſi enim hoc ſciat, (vt communiter euenit) melius erit *Reo Iudicem* præuenire, concipiendo libellum recuſationis hoc modo; puta, quod, *cum fama deferente, ipſe Reus audierit à Iudice proceſſum fabricari contrà ipſum, & Iudex ipſe meritò ſit ſuſpectus ipſi, ex cauſa tali, & tali, ipſum recuſat in Iudicem, & promptum ſe offert probare expoſita, & proindè appellat ab omni, & quouis actu, quem Iudex ipſe præſtitit, vel præſtabit &c.* Quià ſemper melius eſt quod *Iudex* hoc modo præueniatur, & ſic antè litis conteſtationem *Recuſatio* interponatur, vt cum multis alijs dicit *Guazzinus*. (p) Quod ſi cauſa *Recuſationis* ſuperuenerit poſt litem conteſtatam, aut probari poſſit, quod cognità fuit à *Reo* ſolummodo ex poſt; & cauſa iſta eſſet notoria, & clara; etiam poſtquam fuiſſet concluſum in cauſa poteſt interponi *Recuſatio*, vt pluribus adductis idem *Criminaliſta* (q) probat. Vt exempli gratia ſi *Reus* poſtquam examinatus eſt, & ſunt illi datæ defenſiones, & etiam poſt ſententiam cognouerit, quod *Iudex*, vel antè fabricationem proceſſus, ſe iactauerit, velle ex illa occaſione ſe vindicare de *Reo* ob acceptam iniuriam, aut alio modo ſe prodiderit extraiudicialiter inimicum *Rei*, & *Reus* poſſit probare, ſe hoc cognouiſſe tantùm, poſtquam concluſum fuit in cauſa, habet adhuc tempus ad recuſandum illum, & reſcindendos actus contrà illum factos vt à *Iudice* inimico. Et ratio euidens eſt, quià ſibi nocere non potuit ignorantia illa, quæ fuit *facti*, & non *iuris*, vt habetur ex *Canone*: (r) proindè habet adhuc tempus vtile ad *recuſandum*, & ſe tuendum.

16. Quod ſi facta *Recuſatione* antè *Iudicem* compareat, allegando, producendo Teſtes, petendo dilationes, & ſimilia; *Reus* per illos actus ſibi, & ſuæ *recuſationi* præiudicat, & à *Iudice* remouet ſuſpicionem, vt tenet *Doctores*, (s) Et eſt *Textus* expreſſus *in iure*. (t) Proindè *Reus* facta Recuſatione *Iudicis*, antè ipſum non comparet; vel ſi comparet præmittat proteſtationem, *ſe comparere citrà præiudicium interpoſitæ recuſationis, & intendere per actus illos ſe nullo modo in Iudicem conſentire*; ità enim habet *Praxis Vrbis*, vt poſt alios teſtatur *Bictus*. (u)

17. Tandem ſi *Reus Iudicem* recuſare neceſſe habet, faciat hoc reuerentibus, & humilibus verbis, non *Superiorem*, aut *Iudicem* increpando, aut iniurando, ſed demonſtrando ſe ad hoc adactum ex pura neceſſitate. Hoc enim etiam *Aduocatis* inculcat disertè *Imperator* dicens (x) *Agant, quod cauſa deſiderat, temperent ſe ab iniuria. Nam ſiquis adeo procax fuerit, vt non ratione, ſed probris putet eſſe certandum: opinionis ſuæ imminutionem patietur*; cui concordat *Canon*. (z) Et quæ dicta ſunt hucuſquè de *Recuſatione*, ſeruari etiam debent in *Appellatione*, excepto tempore interponendæ *Appellationis*. Quia *Appellatio* interponi debet poſt *Sententiam* ſiuè *interlocutoriam*, ſiuè *definitiuam* & non antè, vt aliàs dicemus.

18. *Tunc Iudex in actis &c.* Hic ponitur quid debeat præſtare *Iudex* poſt propoſitam *Recuſationem*; ſiuè enim *voce*, ſiuè *ſcripto*, feratur, debet in actis deſcribi, & acceptari, adnotando non tantùm verba Recuſantis, ſed etiam modum loquendi, & acta ipſius, puta ſi humiliter, genuflexus, porrexit, rogans acceptare &c. ſiuè imperiosè, procaciter, aut alio modo ſpretum *Iudicis* indicante, ipſam interponat; & hæc omnia præſtare tenetur *Notarius* fideliter, ne *Reus* grauetur. Si enim aliquod ex his ſiue pro, ſiue contrà *Reum* malitiosè non ſcriberet, aut diuerſo modo notaret, aut *Reum* quaquauerſùm grauaret, peccaret contrà iuſtitiam, eſſet periurus, & deberet puniri crimine falſi, vt dicunt *Doctores*. (a) Proindè *Reus* faciat, quod Teſtes, quos adhibebit ad præſentandam *Recuſationem*, benè aduertant omnia, & ſi inuenerit *Notarium* notabiliter alteraſſe veritatem in ſcribendo, proteſtetur illicò de falſa deſcriptione illius actus, & nullo modo ſe ſubſcribat, niſi deſcriptio corrigatur, non quidem caſſando, quod ſcriptum iam fuit, ſed explicando meliùs, vel ſi neceſsè fuerit etiam retractando, quæ anteà ſcripta erant; ſic enim fiet, vt nullum præiudicium ſubibit, in proponenda *Recuſatione*.

19. *Quam ſi friuola ſit reijciet, &c.* Hic *Textus* debet benè ponderari ne ex illius mala

mala intelligentia reſultent turbida, & indebitæ diſſenſiones. Sciendum ergò, quod *cauſæ Recuſationis* dupliciter poſſunt dici *friuolæ*, *legitimæ*, & *dubiæ* puta aut *de iure* aut de facto. De iure quidem, cauſa vel *friuola*, vel legitima eſt, ſi vt talis *in iure*, exprimitur, puta ſi ius dicat talis, vel talis cauſa friuola eſt, (vt in *Textu* hoc eodem *Titulo* expreſſas habemus cauſas, quæ *friuolæ* ſunt;) talis, aut talis *legitima eſt* (vt pariter in *Textu Titulo* præcedenti dictum eſt, quæ ſint *Cauſæ legitimæ Recuſationis*;) *Dubiæ* verò ſunt, quæ ex iure non habentur, quod ſint *legitimæ*, aut *friuolæ*, & proindè *Arbitrorum* iudicio ſtandum eſt. Nec per hoc intelligendum eſt, eas ſolas cauſas eſſe *friuolas*, vel legitimas, quæ vt tales in *iure* annotantùr. Quia etiam aliæ tales eſſe poſſunt, licet vt tales non ſint expreſſæ in *iure*, ſed relinquantur iudicio *Arbitrorum*, qui debent in hoc regulari à ſimilitudine rationis inter cauſas *Recuſationis* in iure expreſſas, & à *Reo* propoſitas, vt optimè aduertit *Abbas*. *(b) De facto* autem dicetur cauſa *friuola*, quæ euidenter eſt falſa; *legitima* autem, quæ patenter eſt vera, *dubia* verò eſt, de cuius veritate, ſeù falſitate euidenter non conſtat. Claritieemus rem exemplo. Si *Reus* eſſet *Laicus Conuerſus*, & vellet recuſare *Iudicem* ſuſpectum, quia ipſe eſt *Sacerdos*, *Reus* verò ſuſpectos habet *Sacerdotes*, iſtà eſſet recuſatio *friuola* ex iure. Si recuſaret *Iudicem*, quia ſuſpectus ex cauſa, quod *Accuſator* in illa cauſa eſt propinquus, ſiuè conſanguineus *Iudicis*, & hoc euidenter falſum eſt, dicetur *friuola* ex facto. Pariter ſi recuſatur *Iudex*, vt inimicus, iſta cauſa eſt *legitima* ex iure; & ſi notoria eſt inimicitia, quia exempli gratia, *Reus* percuſſit *Iudicem*, *&c.* dicetur legitima etiam de *facto*. *Dubia* verò, quando nec ex iure, nec ex facto reſultat, quod *friuola*, vel *legitima* ſit. Ad hoc ergò, quod cauſa recuſationis reijci poſſit à *Iudice*, ſufficit, quod ſit *friuola* aut *de iure*, aut *de facto*; & ità intelligitur *Textus*, dum ait, *ſi friuola ſit, reijciat*. Ad hoc vt admitti debeat requiritur, quod ſit *legitima* (c) tum *ex iure*, tum *ex facto*, & hoc ſonat *ſi legitima admittar*. Si verò aut *ex iure*, aut *ex facto* non conſtat, quod ſit friuola, vel legitima, tunc redditur *dubia*. Quod ſi legitima fuerit cauſa, debet *Reum ad Superiorem Iudicem remittere*, *vel alium Iudicem non ſuſpectum aſſignare*. Hoc manifeſtè præcipitur in *Decretali* quadam, *(d)* vbi præſcribitur, quod cauſa Recuſationis *Probatà legitimè, de Recuſatoris aſſenſu perſonæ idoneæ committat negotium Recuſatus, vel ad Superiorem remittat, vt in eo ipſo procedat ſecundùm quod fuerat procedendum*. In quo *Textu*, vt optimè aduertit *Gloſſa*, *(e)* intelligi poteſt, quod de arbitrio *Recuſatoris* ſit eligere, vel quod cauſa alteri *Iudici* non ſuſpecto committatur, vel ad *Superiorem* remittatur, vt tenuit opinio *Ioannis Andreæ*, quam *Gloſſa* probabilem dicit, & quam recitat, nec improbat *Abbas*. *(f)* Aut ſi facultatiuum *Iudici* eſt, vel remittere ad *Superiorem*, vel alteri cauſam delegare, tamen neceſſitatur *Iudex*, ſi alteri cauſam vult committere, talem *Delegatum*, de conſenſu *Recuſatoris* eligere, ne poſſit ab hoc *recuſari* ſuſpectus, vt pluribus confirmat *Abbas*. *(g)* Si verò *dubia* eſt vel ex iure, vel ex facto, *electis vtrinque Arbitris, de Appellationis validitate decernatur*. Hoc conſonat iuri communi, *(b)* in quo ſtatuitur, quod ſi cauſa ſiuè ciuilis ſit, ſiuè criminalis per accuſationẽ procedens, *Arbitri* eligi *vtrinque* ab *Actore*, & *Reo*; aut ſi cauſa criminalis ſit, & *Iudex* in ea procedat ex officio, *Arbitri* debent eligi à *Iudice*, & *Reo*.

20. Modus autem electionis, eſt quod *Iudex* vnum eligat pro ſe, *Reus* verò pro ſe eligat alium. Sed quia vix, aut nunquam, *Arbitri* ità electi concordarent, melius eſt, ſi *Reus* quatuor, aut ſex *Patres* ſibi non ſuſpectos nominet, ex nominatis autem à *Reo Iudex*, ſiuè *Actor* duos ſeligat: ità enim fiet, quod *Arbitri* erunt electi vtrinque, à *Reo* quidem per propoſitionem, à *Iudice* verò, ſiuè *Actore* per nominationem. Hoc autem, quod dicitur, quod *Arbitri* plures eligendi ſunt, ad cognoſcendum ſuper cauſa Recuſationis, non eſt de neceſſitate, imò poteſt, vt ex quadam *Gloſſa*, & *Speculatore (l)* aduertit *Abbas*, vnus tantùm eligi de conſenſu partium, ſiuè *Iudicis*, & *Rei*, & hoc facilè fieri poteſt, ſi, vt dictum eſt, *Reus* multos proponat, & *Iudex*, ſiuè *Actor*, ex ſic propoſitis, vnum nominet. Ex ego ad citiùs, & abſque controuerſia expedienda negotia, ſemper ità faciendum iudicarem. *Arbitri* verò plures ſunt eligendi vtrinque, hoc eſt vnus à *Reo* alius ab *Actore*, ſiuè *Iudice*, quandò nunquam poſſet *Iudex*, vel *Actor* conuenire in aliquo ex nominatis à *Reo*.

23. Quia verò *Reo* difficilè eſſet in pro-

propria *Priuincia* aliquandò inuenire *Arbitrum* pro ſe, quilibet enim Subditus *Prouincialis* recuſati timeret contrà *Prouincialem* ſententiam proferre ſuper validitate *Accuſationis*; maximè ſi hæc fieret ex cauſa turpi, vel ſi *Reus Arbitros* factionis aduerſæ *Prouinciali* proponeret, iſte nullum iſtorum vellet eligere, & neceſſarium eſſet, quod *Prouincialis* ex ſua factione, & *Reus* ex ſua, alterum nominaret, & ex iſta *Arbitrorum* diuerſitate fieret, quod nunquam cònuenirent in ſententia, & magnæ orirentur diſſenſiones: ad euitanda hæc omnia, melius eſt, ſi *Reus* ex *Prouincijs* conterminis proponat *Arbitros* nominandos, vt præfertur. Et hoc expreſsè habetur in quadam *Decretali*, *(m)* in qua dicitur, quod *Partes in aliquos non valdè remotos conueniant*. Non valdè autem remoti dicuntur, ſecundùm *Abbatem*, qui non diſtant vltrà duas dietas. Et hoc quidem rationabile eſt, vt idem ſubiungit, ex eo, quod *Sæpè Iudex eſt ità potens in vno loco, maximè ſi eſt Prælatus loci, quod Accuſans non habeat idoneos Arbitros in loco*; & ità per electionem *Arbitri*, ſiuè *Arbitrorum* ex aliena *Prouincia*, indemnitati *Rei*, Religioſæ quieti, & expeditioni cauſæ omninò prouidetur. Nec facit in oppoſitum id, quod ex *(n) Sgroi*, ſcribit *Paſſerinus*, *(o)* quod *Arbitri* debent eſſe tales, in quos *Iudex* habeat iuriſdictionem, vt eos compellere poſſit, ad arbitrium ſuſcipiendum, & in caſu diſcordiæ ad eligendum tertium, & cauſam Recuſationis terminandam per ſententiam. Quia nullibi habetur in iure, quod *Arbitri* de neceſſitate debeant eligi ex Subditis Recuſati: quod patet ex hoc, quod recuſato *Delegato*, de neceſſitate adhibentur *Arbitri*, qui non poſſunt eſſe Subditi *Delegati*, quia extrà illam cauſam nullam habet iuriſdictionem, vt ſupponitur. Ergò de neceſſitate non eſt, quod *Arbitri* tales ſint, quod *Iudex* poſſit illis *Arbitrium* ſuſcipiendum iubere. Arbitrium enim ſicut eſt vòluntarium ex parte Eligentis, ità etiam ex parte Electi; nec poteſt ad hoc aliquis adſtringi, niſi in caſu neceſſitatis; in quo illud, quod aliàs eſt facultatiuum, fit, & cadit ſub præcepto, vt patet de obligatione eleemoſynæ in caſu extremæ neceſſitatis proximi; ad quam obligamur ex iuſtitia, & extrà illum caſum pendet à mero arbitrio charitatis. Suſcepto verò arbitrio, quantumuis *Arbitri* non ſint Subditi *Iudicis*, tamen circà electionem tertij, & pronunciationem ſententiæ ſuper validitate cauſarum Recuſationis, ſubduntur iuriſdictioni *Iudicis Recuſati*. Quæ fundantur in *iure (p)* ordinante, quod ille poſſit *Arbitros* compellere ad illa præſtandum; & ità ceſſat ratio *Paſſerini* ad probandum adducta, quod *Arbitri* eligi debeant intrà Religionem, & Prouinciam *Iudicis Recuſati*. Quod verò electio *Arbitrorum* ab Aula in Vrbe, & Statu Eccleſiaſtico receſſerit, vt ex *Farinacio* ibidem probat *Paſſerinus*, non facit, quod apud nos ſeruari non debeat, vt expreſsè habet noſter *Textus*, ad euius normam debemus noſtra iudicia tractare. Fateor, quod habere recurſum ad *Superiorem*, vt cognoſcat ſuper cauſis Recuſationis, ſecurius eſt. Tamen etiam hìc modus habet ſuas difficultates. *Generalis* enim deberet nihilominùs alterum delegare ad examinandos Teſtes à *Reo* adductos ad probandas cauſas Recuſationis, non enim poteſt per ſe facere; & ità plus temporis conſumeretur, quàm in electione *Arbitrorum*. Ideò, *me Iudice*, ſatiùs eſt, ad lites truncandas, quod dubia exiſtente ſiuè *ex iure*, ſiuè *ex facto* cauſa *Recuſationis*, Recuſatus in hoc dubio inclinet in fauorem *Rei*, & cauſam ex integro ad *Superiorem* remittat, ità enim citiùs ſe expediet à litium anfractibus, & ab odio *Reorum*; & *Reo* demonſtrabit, ſe contrà illum inimicitiam, aut liuorem non habere.

22. Quod ſi *Reus*, & *Actor*, ſiuè *Iudex* non poſſunt conuenire in deputatione vnius *Arbitri*, ità vt neceſſarium ſit, duos eligere hinc indè, vt ſuprà dictum fuit, poteſt *Iudex* Recuſatus ipſis ſtatuere terminum, intrà quem debeant ſuper validitate *Recuſationis* ſententiare, vt dicit *Canon. (q)* Et ſi intrà terminum præfixum non pronunciauerint, cauſa reuertitur ad *Iudicem* recuſatum. Verum tamen eſt, quod terminus debet præfigi competens ad hoc, quod poſſint à *Reo* fieri probationes ſuper cauſis propoſitis; debet item *Iudex* prorogare terminum ad petitionem *Rei* (cum proteſtatione tamen, quod per hoc non conſentire intendit in illum, vt *Iudicem* ſuper principali,) vt fit quandò conceduntur dilatoriæ *Aduocato*, pro præſentandis defenſionibus.

Quibus non concordantibus de Arbitrorum conſenſu adijciatur tertius. Textus hic debet intelligi, quod adiectio tertij non fiat a partibus, qui *Arbitros* elegerunt, ſed

ſed ab ipſiſmet *Arbitris*, vt expreſſè habet *Gloſſa:*(r) & re vera *Textus Canonis* ſic habet. *Si nequiuerint* (Arbitri) *in vnam concordare ſententiam aduocent tertium*, ex quo habetur, quod ab *Arbitris* ipſis debet tertius aduocari; & hoc faciliter poteſt fieri ſi ille, qui eſt *Arbiter* pro parte *Rei*, nonnullos proponat, ex quibus vnum nominet alius, qui erit pro parte *Iudicis*, vel *Actoris*, aut vice verſa. Et *Canon* præuidit poſſe dari caſum, quod *Arbitri* ſint inter ſe, ità diſcordes, ex propria ceruicoſitate, vt neque in ſententiando, neque in aduocando tertium, conuenire poſſint: & circà hoc prouidit per hæc verba. Arbitri *ſciant, ad id fideliter exequendum, ex iniuncto à nobis in virtute Obedientiæ, ſub obteſtatione Diuini iudicij diſtricto præcepto, teneri*. Ex quibus euidenter conſtat *Arbitros* teneri ſub pœna peccati mortalis, & etiam *Excommunicationis*, vel concordare in ſententia, vel in electione tertij ad hoc, quod cognitio cauſæ *Accuſationis* terminetur, & ad hoc poſſunt à *Iudice* recuſato per iuris remedium compelli, vt habet *Gloſſa* ſupracitata.

23. Quid autem iuris, ſi Reus non inueniret aliquos, qui vellent *Arbitri* officium acceptare, vt frequenter accidere poteſt ex magna potentia *Iudicis* Recuſati, quem omnes, etiam ex alienis Prouincijs, timent? Non reperio caſum hunc in iure expreſſum, nec *Doctorem* de eo loquentem adhuc inueni; dicerem tamen, quod deberet fieri recurſus ad *Superiorem*; neque *Iudex* poſſet, ſic cauſam ad ſe auocare poſt *Recuſationem*. Licet enim poſſit terminum *Arbitris* ſic ſtatuere ad ſententiandum, & ipſos compellere, vt dictum eſt, non poteſt tamen præfigere illum *Reo* ſic, vt ſi iſte, poſt adhibitam diligentiam ad inueniendum *Arbitrum* pro parte ſui, non inuenerit, cauſa ad illum reuertatur, hoc enim modo abſque ſua culpa priuaretur *Reus* beneficio legis, quod non debet. Vndè *Iudex* ex officio debet præcipere alicui ex nominatis, vel requiſitis à *Reo*, vt arbitrium acceptet, & hoc non obſtante, quod ipſe *Iudex* iam recuſatus ſit, vt in terminis expreſſis dicit quædam *Gloſſa* (s) (ſi tamen ipſi eſſent eius Subditi,) vt fit quandò *Iudex Reo* non inuenienti *Aduocatum*, ipſe, ex officio, aliquem ſibi aſſignare tenetur, vt dicetur in *Textu* infrà. Vel ad *Superiorem* cauſa deferatur circà cognitionem *Recuſationis* legitimæ, vel ſuper principali. Hoc enim modo conſulitur indemnitati *Rei*.

24. *Ex quorum iudicio valida exiſtente, &c.* Factis, & adductis à *Reo* probationibus coram *Arbitris* ſuper cauſis, *Recuſationis*, ſi *Arbitri* ſententient validam fuiſſe *Recuſationem*, debet Iudex à iudicio abſtinere, & *Reum*, vel ad *Superiorem Iudicem* remittere, vel ipſi alium *Iudicem* non ſuſpectum deſignare. Licet verò non poſſet recuſari *Delegatus* ex hoc ſolo motiuo; puta quia *Delegans* ſuſpectus eſt, vt optimè probat *Paſſerinus*, (t) vndè ad recuſandum illum requiritur, quod alia cauſa concurrat preter ſuſpicionem *Delegantis*; tamen debet *Iudex Recuſatus* aſſignare *Reo Delegatum* de conſenſu ipſiuſmet *Rei*, vt ſuprà dictum eſt. Quod ſi *Reus* omnes quomodolibet *Delegatos* à *Iudice* recuſato ipſi propoſitos recuſaret, & nollet vllum illorum acceptare, neque *Reus* ipſe vellet aliquos *Iudici* Recuſato proponere, ad hoc vt ex illorum numero alicui cauſam delegaret, quantumuis præſumi poſſet illam perpetuam *Recuſationem* eſſe calumnioſam, vt pluries tenuit *Rota* (u) tamen cenſerem cauſam eſſe *Superiori* maiori remittendam; tum quia ſecundùm opinionem, quam ſuprà retulimus in facultate *Rei* eſt eligere, vt cauſa vel alteri committatur, vel ad *Superiorem* remittatur; tum quia ità magis conſulitur *Reo*, cui magis quàm *Actori*, ſeù *Iudici* fauendum eſt; tum quia nullus poteſt præſumi dolus, iniuſtitia, ſeu corruptio in *Superiore maiori*.

25. *Si verò non ſubſiſtere iudicetur, &c.* Ex eo, quod nulla militat tunc legitima exceptio, iuriſdictio *Ordinarij*, quæ ex interpoſita Recuſatione manebat ſopita, denuò reuiuiſcit, & ità munere ſuo plenè fungi poteſt. Caueant tamen *Iudices*, qui ex *Recuſatione*, quæ de ipſis fit immoderatè turbantur, & contrà *Recuſantes* iraſcuntur, nè ex odio concepto ex tali *Recuſatione*, grauent *Reum* in ſententijs interlocutorijs, quia erit locus *Reo* ad appellandum de grauamine, & cauſæ *Recuſationis*, quæ non fuerunt priùs admiſſæ, poſſunt cumulare cauſas appellationis à grauamine, & ipſas ſufficientes reddere, quæ ſine ipſis forſan ſufficientes non eſſent; & ità coram *Iudice ad quem* recuſationem validare. Ideò cauti ſint ne odium conceptum prodant contrà *Reum*, ipſum potiùs mitiùs, quàm cum rigore iuris tractando.

Quæ omnia ſeruari debent in Recuſatione

tione

tione Iudicis Delegati, &c. Et hoc maximè ſi ſit *Delegatus* ad vniuerſitatem cauſarum, qui æquiparatur *Ordinario*; & hoc intelligendum eſt quantùm ad prædicta circà *Recuſationem*, non verò quantùm ad iudicium circa validitatem cauſarum *Recuſationis*. Etenim maior, & vrgentior debet eſſe cauſa pro recuſando *Ordinario*, quam *Delegato*, quia magis læditur per Recuſationem *Ordinarij iuriſdictio*, quæ eſt ſibi propria, & officio ſuo connaturalis, quam iuriſdictio *Delegati*, quæ eſt aſcititia, & debilis, vtpotè pendens ab arbitrio *Delegantis*. Vndè *Arbitri* debent ad hoc benè aduertere, & in ſententiando ſuper validitateRecuſationis *Ordinarij* rigoroſiùs examinare cauſas, quàm in recuſatione *Delegati*. Addit tamen *Textus*, quod *vbi grauis cauſa agenda eſſet, & Periti in hac profeſſione non itâ facilè reperirentur*, idem ſeruari debet in *Delegato*, ſicut in Ordinario. Senſus huius *Textus* eſt, quod ſi aliqua fuerit cauſa *grauis*, puta quia eſt ſcandaloſa, & ſæcularibus nota; vel quia delictum eſt atrox, vt ſi ageretur de homicidio, veneno, aut ſimilibus; & *Periti in hac profeſſione itâ facilè non reperirentur*, per quos benè poſſet conſtrui proceſſus: in tali caſu ſeruanda ſunt adamuſſim omnia tum circà propoſitionem cauſarum *Recuſationis* faciendam coram *Recuſato*, tum circà probationem earum faciendam coram *Arbitris*, ita ſi Recuſatus fuerit *Delegatus*, ſicut ſi fuerit *Ordinarius*.

TEXTVS.

§. III. Tertiò. Appellatione interpoſita, & adhuc pendente, Iudex, ſub pœna nullitatis actuum, & priuationis officij, non debet procedere in cauſa. Admiſſa deindè Appellatione, cauſa tota ex integro cum effectu ſuſpenſiuo, & deuolutiuo ad Superiorem Iudicem deferatur. Excepta ſententia lata Excommunicationis, quam Appellatio non ſuſpendit.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

26. *Appellatione interpoſita, Iudex non procedit.*
Si procedit, ipſe euadit priuatus officio, & actus ſunt nulli.
Appellatio ab interlocutoria, in quibus caſibus licita.
27. *Regula Generalis pro licita appellatione ab interlocutoria.*
28. *Appellatione interpoſita, ſuſpenditur Iudicis iuriſdictio.*
29. *Appellatione admiſſa, cauſa deuoluitur ad Superiorem.*

26. Qvia in hoc *Titulo*, vtpotè materiæ affines comprehenduntur omnia, quæ faciunt ad *Iudicis Recuſationem*, & *Appellationem* ab eius ſententia, poſtquam de *Recuſatione* hucuſque dictum eſt, modò loquitur de *Appellatione*. Cum autem duplex ſit *Appellatio*, nempè ab *interlocutoria*, & à *diffinitiua*, cuius definitiones ſuprà dedimus, in hoc Paragrapho loquitur de *Appellatione* ab interlocutoria. Dicit ergò, quod *Appellatione interpoſita*; puta tali, quæ euidenter non ſit friuola, vt exponit vna *Gloſſa*; (x) & *adhuc pendente*; hoc eſt, quod etſi nondùm fuerit diſcuſſum à Iudice ad quem, an talis appellatio ſuſtinenda ſit, nec nè, *Iudex ſub pœna nullitatis actuum, & priuationis officij, non debet procedere in cauſa*. Hoc autem congruit apertè diſpoſitioni *textus* in quodam Capitulo (z) dicentis, quod *Appellatione* interpoſita, ſiuè ea recepta fuerit, ſiuè non, medio tempore nihil nouari oportet. Quia autem hic eſt ſermo de *Appellatione ab interlocutoria*, vt dictum eſt; *Concilium Tridentinum* (a) autem circà tales appellationes nouum ius induxit; ideò quid circà hoc ſeruandum ſit explicandum eſt. Dico, quod appellare à ſententia interlocutoria, vel à quocunque alio grauamine antè ſententiam diffinitiuam, in foro Eccleſiaſtico vetitum eſt: hoc autem intelligendum eſt, de grauamine, quod in diffinitiua reparari poſſet, vt poſt decretum Sacræ Congregationis Epiſcoporum (b) recitatum à *Barboſa* tenent plures *Doctores*, (c) quod concordat iuri Ciuili; (d) & hoc verum eſſe etiamſi grauamen poſſit reparari, ſed non ex toto, vel magna

gna cum difficultate, ſeù præiudicio, tenet *Surdus*, *Gratianus*, & *Hieronymus Rodericus*. (e) Quænam autem ſint grauamina, quæ non poſſunt reparari per diffinitiuam, ſi fuerint illata in interlocutoria, poſt multos alios, quos citat *Barboſa*, (f) recitat ipſe: (g) & nos excerpemus ea, quæ faciunt ad rem noſtram. Appellari ergò licet ab interlocutoria.

Primò. Ab iniuſta articulorum admiſſione, vtpotè ſi Actor, vel Reus quoſdam articulos admitti inſtet à Iudice, pars autem dicat non eſſe admittendos, Iudex autem admittendos eſſe decernat, poteſt alia pars appellare à tali decreto; vel ab eorum denegata iuſta admiſſione. (b)

Secundò. Quandò Iudex ſe pronunciat competentem, vel incompetentem, & ſic recuſationis (à Reo, ſeù parte interpoſitæ) cauſam dicit friuolam, & Recuſator dicit legitimam. (i)

Tertiò. Ab admiſſione, vel reiectione Teſtium, an ſcilicet Teſtes admittendi ſint, vel non admittendi. (l)

Quartò. A reiectione articulorum propoſitorum, dum declarat Iudex illos eſſe impertinentes, ſiuè calumnioſos, Reus autem dicit legitimos ad ſui defenſam facientes; itemque à reiectione probationum. (m)

Quintò. Quandò Iudex daret dilationem adeò breuem ad probandum, vt ex breuitate poſſit deficere facultas probandi, & hoc ſiuè in Accuſatione, ſiuè in Defenſione. (n)

Sextò. A decreto torturæ cuiuſuis, puta arctationis, funis, taxillorum, ieiunij, flagellationis, & cuiuſuis afflictiui corporis, quod venit nomine Torturæ, & hoc tenent communiter *Doctores*, (o) quos dat *Barboſa* ibidem.

Septimò. A ſententia interlocutoria, vt quis conijciatur in carcerem: quia hoc etiam continet damnum irreparabile. (p) Hoc autem intelligendum, ſi non adeſt ſuſpicio de fuga.

Octauò. A ſententia Excommunicationis per decretum interlocutorium prolata. (q)

Nonò. A ſententia lata, qua quis excluditur ab aliquo publico officio tum conſequendo, tum conſecuto. (r)

Decimò. A denegatione copiæ actorum, vel inſtrumentorum communium. (s)

Hæc autem exemplariter dicta ſunt, non omnes enim caſus, in quibus licet appellare ab interlocutoria, hic ſunt numerati, itàut præter hos, alij non dentur. Siquidem alij optimè dari poſſunt.

27. Ad ſciendum verò vbi & quandò appellatio conueniat, ſit Regula generalis, quàm dat *Textus Concilij Tridentini*, (t) & eſt, quod licet appellare à ſententia interlocutoria *Diffinitiuæ vim habente*, & *cuius grauamen per Appellationem à diffinitiua reparari nequeat*, in his enim caſibus ſemper appellare licet, & Iudex Appellationi deferre tenetur. Vt exempli gratia *ſi Iudex* decerneret *Guardianum* proceſſatum diſcedere à Conuentu ſuo, donec compleatur proceſſus; aut *Lector Theologus*, qui deberet in breui terminare tempus ad iubilandum, remoueretur à lectura, & *Iudex* in longum duceret abſolutionem proceſſus, & ità inſenſibiliter ipſum ſuo munere (ſaltem inchoatè) priuaret: pariter ſi *Iudex* ad petitionem *Rei*, ſiuè *Aduocati* petentis reuelationem nominum Teſtium iunctam depoſitionibus illorum in proceſſu offenſiuo, decerneret ſibi non concedendam; & ità non habet locus *Reus* ſe tuendi exceptionibus perſonalibus contrà Teſtes: itidem ſi *Reus* præſentaret *Iudici Aduocatum*, ſeù *Procuratorem* ad ſui defenſam, & *Iudex* illum non concederet, & ad aſſumendum alium adſtringeret: in his enim, & ſimilibus caſibus poteſt *Reus*, ità interlocutoriè grauari, quod in diffinitiua, non poſſit, aut difficiliter poſſit reparari. Et aduertendum, quod hoc procedit non ſolùm quandò *Iudex Ordinarius*, ſiuè *Delegatus* iudicialiter, ſed etiam quandò extraiudicialiter grauat, vt docet, poſt *Narbonam*, *Modernus*, (u) qui refert ità à *Sacra Congregatione* fuiſſe deciſum. Auctores autem, qui plures caſus in ſpecie recenſent, in quibus poteſt ab interlocutoria appellari; vide plena manu, more ſuo, congeſta per *Barboſam*, (x) à quo hæc mutuaſſe, candidè profitemur. Aduertendum autem eſt, quod in Appellatione ab interlocutoria, debet exprimi cauſa grauaminis, ſuper quo appellat, vt habet *Gloſſa*: (z) & quomodò debeat hoc intelligi, & de qua interlocutoria, vide *Abbatem*, (a) à quo diſces quid eſt *interlocutoria*, quæ habet vim *definitiuæ*: & eſt ea, per quam finitur *Officium Iudicis*.

28. *Appellatione* ergò ſic interpoſita ſuper interlocutoria, ſuſpenditur, in Iudice *à quo*, iuriſdictio; itàut nulliter procedat,

dat, ſi procedit. Sed quid iuris ſi *Iudex* talem *Appellationem* non admitteret, ſed reijciendam decerneret? Dico, quod ſi *Reus* vlteriùs non appellaret, & *Iudex* procederet, validè procederet. Ratio eſt, quia *Iudex* poteſt friuolam *Appellationem* iuſtè repellere, vt notum eſt; dum autem *Appellationem* ſic, vt præfertur, per ſuum decretum reijcit, ſententiat *implicitè*, & aliquandò *explicitè* illam eſſe *friuolam*; ſi autem *Reus* vlteriùs non appellet, ſignum eſt, quod acquieſcit tali decreto reijcienti *Appellationem*, vt *friuolam*, & illam, vt talem concedit, & ſic *Iudex* validè procedit, quia *Reus* etiam concedit *Appellationem* illam à ſe interpoſitam eſſe *friuolam*. Vt ergò *Reus* ſibi conſulat, moneo ipſum, vt ſemper ſit vltimus in appellando, & ſemper Appellationem reiteret; & ſic ſi *Iudex* dicat *non admitto*, ſiuè *reijcio*, ſiuè *eſt friuola Appellatio*, *Reus* ſemper replicet; *Appello*, *Appello*, *Appello*: ita enim ſiet, vt *Iudex*, Appellatione ſic pendente, procedere nequeat, donec à *Iudice ad quem* ſit prolata ſententia ſuper validitate illius *Appellationis*.

29. *Admiſſa deindè Appellatione*, puta à *Iudice ad quem*, qui ſententiauit Appellationem fuiſſe legitimam, & ſic admittendam; *cauſa tota ex integro cum effectu ſuſpenſiuo, & deuolutiuo ad Superiorem Iudicem deferatur*. Et hoc rationabile eſt; quia licet *Appellatio* ab *interlocutoria* ſit ſuper articulo incidenti, tamen ipſa ſi legitima eſt, debet etiam ſuſpendere iuriſdictionem *Iudicis*, & deuoluere totam cauſam principalem ad *Superiorem*, eo quia, ſicut *Iudex, à quo* appellatum fuit, grauauit in *interlocutoria*, præſumptio eſt contrà ipſum, quod etiam in *diffinitiua* grauabit, & ità cauſa ex integro ſibi adimitur. Quod ſi à *Iudice ad quem* ſententiatum fuerit, Appellationem interpoſitam non ſuſtineri, cauſa reuertitur ad *Iudicem à quo*, ac ſi à *Reo* minimè fuiſſet appellatum. *Excepta ſententia lata Excommunicationis, &c.* & intelligi debet etiam *Suſpenſionis à diuinis*, & *interdicti*, vt dicit vna *Gloſſa*. (b) *Excommunicatio enim ſuſpenſio*, & *Interdictum*, quo ad hoc, paria, ſunt; & ſicut *Appellatio* interpoſita ſuper ſententia *Excommunicationis* non ſuſpendit eam, licet cognitionem validitatis eius deuoluat ad *Superiorem*, ità eſt de *Suſpenſione à Diuinis*, & de *Interdicto*, vt eſt textus expreſſus in *Sexto Decretalium* (c) circà hoc.

T E X T V S.

§. IV. Quartò. Vbi Appellationi ſit locus, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, a Protectore ad Sacram Congregationem, à Sacra Congregatione ad Sanctiſſimum appelletur. Quo ordine temerè non ſeruato, Appellans non audiatur, immò omni ſuffragiorum iure trienniò careat; & bimeſtri carceri mancipari debet.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

30. *Appellatio gradatim facienda.*
Aliter nulla redditur.
Si appellatio ſit immediatè ad Papam ſuſtinetur.
31. *Pœna non ſeruantium gradationem in Appellatione.*
Temerè, *quid ſignificet.*
Temeritas, quæ?

30. IN hoc Textu præſcribitur gradatio Appellationis faciendæ, & hoc tam ab interlocutoria, quàm à diffinitiua, & licet incipiat à Prouinciali ad Generalem, tamen non eſt, quin habeatur alius gradus adhuc inferior. Cum enim (vt aliàs probatum eſt) poſſit Subditus à *Superiore locali*, paternaliter etiam, inferente grauamen *appellare*, dicendum eſt, quod à *Superiore locali* ad *Prouincialem*, ab hoc ad *Generalem*, & deinceps *appellandum* ſit. Hic autem modus gradatim aſcendendi in *Appellatione* interponenda, non tantùm fundatur in *Generalibus Conſtitutionibus Ordinis*, (d) ſed abſolutè iniungitur per *Conſtitutionem Gregorij* XIII. (e) ſic habentis. *Si ſe à Prælatis ſuis grauari prætendant, ad Generalem Miniſtrum ipſius Ordinis, ſeù illius Protectorem, aut Vice Protectorem in Romana Curia, vel ad Nos, ſiuè noſtrum Succeſſorem Romanum Pontificem* Supre-

Supremum in Eccleſia Dei Iudicem recurſum habeant. Vbi notandum, quod *Papa* minimè expreſſit hic *Sacram Congregationem Regularium*, ſicut exprimitur in *Textu*, eo quia illud *Purpuratorum Patrum Tribunal* nondùm erat erectum, ſed inſtitutum fuit ex poſt à *Sixto V.* Hoc autem, quod à *Gregorio* ſpecificatum fuit in prædicta Conſtitutione, longè priùs ſtatuerat *Honorius Tertius*, in quadam famoſa *Decretali*, (*f*) ex qua *Gloſſa* hanc Regulam ſtatuit: *Quod gradatim eſt appellandum*; hoc eſt, vt *Canoniſtæ* communiter ibi ſcribentes, habent, quod ad *Superiorem* immediatum *Iudici*, *à quo* appellatur, appellandum ſit; aliter *Appellatio*, & proceſſus nulli ſint, vt tenent multi *Doctores*, quos dat *Biſſus*. (*g*) Quatuor autem exceptiones huic Regulæ ponit *Abbas* (*h*) ex *Gloſſa*, & quinque extrà *Gloſſam*; ſed ad noſtrum intentum vna tantùm exceptio militat, & eſt, quod non vitiatur *Appellatio* ratione non ſeruatæ gradationis, quandò immediatè à *Iudice* inferiori appellatur ad *Papam*, omiſſo medio, vt habetur ex *Textu* vnius *Canonis*, (*i*) & in hoc differt *ius Canonicum* à *Ciuili*: hoc ſiquidem gradationem ità ſeruandam in *Appellatione* præſcribit, vt Appellationem factam à *Iudice* minori ad *Imperatorem*, omiſſo, medio annullet, vt in *textu* quodam exprimitur: (*l*) illud autem factam à minimo *Superiore* ad *Papam* ſuſtinet.

31. *Quo ordine temerè non ſeruato, &c.* Cum ſimus in pœnalibus, ſtrictè interpretanda eſt *lex*, iuxtà *Regulam*: (*m*) quapropter pœnas in *Textu* expreſſas non debent ſubire, niſi qui *temerè* ordinem appellationis præſcriptum non ſeruant. *Temerè* autem factum, dicitur id, quod, abſque ratione vlla, eſt factum: vndè *temeritas* dicitur, eum quid facimus propria voluntate, & citrà *Superioris* auctoritatem, vt ait *Geminianus*: (*n*) & *temerè litigare* dicuntur, qui per calumniam quid petunt, aut ſine iuſta cauſa; (*o*) vndè habemus in *Inſtitutionibus Ciuilibus* Titulum *de Pœnis litigantium temerè*, hoc eſt, *abſque iuſta cauſa*, vt explicat *Prateius*. (*p*) Ad hoc ergò, quod pœnæ, quæ exprimuntur in *Textu* afficiant *Appellantes* ſic abſque gradatione ſeruata, oportet, quod *temerè*, hoc eſt, *abſque legitima ratione*, ità appellent: ſi enim aliquam rationabilem cauſam adducant, puta, quod *Iudex* intermedius ſit ſibi ſuſpectus, aut penès ſe habet ſuſpectos Appellanti, aut cauſam non videbit ipſe, ſed committet alijs, de quorum perſona non confidit, quod iuſtitiam faciant: vel nimis in longum cauſa traheretur, & ſimilia; certè valet *Appellatio* talis, quia Appellans non violat ordinem præſcriptum *temerè*, ſed ex cauſa rationabili; & ipſam cauſam debet exprimere in libello *Appellationis*: ſiuè, ſi oretenùs appellet, curare, vt ab *Actuario* in ſcriptis redigatur, vt ſic appareat de iuſtitia ſuæ *Appellationis*.

T E X T V S.

§. V. Quintò. Appellatio interpoſita, poſt decem dies à ſententia, nulla eſt. Numerari tamen debent dies ab habita cognitione ſententiæ, vt abſentium indemnitati conſulatur.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

32. *Appellatio interponenda poſt decem dies à ſententia.*
Dies computantur de momento ad momentum.
Aduocatus Rei vocandus ad audiendam ſententiam.
In grauamine ſucceſſiuo etiam poſt decendium poteſt appellari.

33. *Remedia ad remouendum grauamen poſt latam ſententiam, & expirato decendio.*

32. HIc loquitur *Textus* de tempore interponendæ *Appellationis*, tum ab *interlocutoria*, tum à *diffinitiua*; & vt habet quædam *Gloſſa*, (*q*) intelligi debet etiam de *Appellatione extraiudiciali*, & ſuper grauamine iam illato. Debet ergò, iuxtà *Canones*, (*r*) quibus etiam concordat *ius Ciuile*, (*s*) interponi Appellatio intrà decem dies, & iſti debent computari de momento ad momentum, vt habet *Gloſſa*;

Gloſſa; (t) hoc eſt, ſi prima die menſis, hora octaua matutina lata fuit ſententia; *Appellatio* debet fieri antequam expiret hora octaua matutina diei decimæ eiuſdem menſis; hoc autem intelligi debet, quandò in præſentia *Rei*, & *Procuratoris* ſui, lata fuit ſententia. Hoc dico, eo quod poteſt dari caſus, quod *Reus* totaliter ignoret hoc tantùm temporis à iure eſſe conceſſum ad appellandum, quod ſi ſciret in tempore appellaret. Vt ergò eius indemnitati conſulatur vocandus eſt ad audiendam ſententiam etiam eius *Patronus*, ſeù *Procurator*, qui præſumitur ſcire, quæ ſui iuris ſunt, & non ſinet expirare tempus vtile *Clientulo* ſuo, ad appellandum. Dicit ergò *Textus*, quod *Appellatio interpoſita poſt decem dies, à ſententia lata nulla eſt*; poſt tale enim ſpatium tranſit ſententia in *rem iudicatam*, vt dicit vnum *Capitulum*. (u) *Numerari tamen habent dies* modò ſuprà expoſito, de momento, nempè ad momentum, *ad habita cognitione ſententiæ*. Si enim proferretur ſententia in abſentem, non currunt illi decem dies, niſi poſtquàm ſibi fuerit intimata.

Quod autem dictum eſt, non procedit in grauamine ſucceſſiuo, vt puta ſi aliquis ob crimen damnatus eſſet ad Carcerem, vel exilium; dum enim durat tale grauamen; hoc eſt, dum eſt actualiter carceratus, aut in loco exilij, ſemper habet tempus vtile ad appellandum, etiam poſt decem dies, vt poſt *Rotam* (x) docet *Farinacius*, cum alijs, (z) & teſtatur de obſeruantia. Et ideò bona cautela eſt, quod in tali caſu *Reus*, poſt decem dies, non appellet à grauamine ſibi illato per ſententiam, quia cùm expiraſſet tempus ſibi vtile ad appellandum non ampliùs audiretur; ſed debet appellare ab illo grauamine, quod actualiter ſuſtinet, & habet tractum ſucceſſiuum, vt optimè ex *Franco*, & *Scaccia*, aduertit de *Bictis*. (a)

33. Licet autem poſt decem dies *Reo* appellare non liceat, non tamen ſibi adempta ſunt alia remedia ad ſubleuandum ſe à grauamine; poteſt enim dicere apud *Iudicem Superiorem* de nullitate ſententiæ; & etiam implorare officium *Iudicis* ab eo; ad illum habere recurſum, & alijs extraordinarijs remedijs vti; vt ex *Doctoribus* idem docet de *Bictis*. (b) Quod ſi *Reus* præſentiam *Iudicis à quo* habere non poteſt, aut ipſum reformidat, aut ex reuerentia ipſum adire non audet, poteſt appellare coram honeſtis perſonis, & duobus Teſtibus, vel coram *Notario* cauſæ, vel coram *Iudice ad quem*, ſi eius præſentiam habere poteſt; vel per modum edicti, ſi alius ſibi modus non ſuppetit, vt ſuprà de Recuſatione docuimus; & poſt multos ſcribit *Guazzinus*. (c)

T E X T V S.

§. VI. Sextò. Admiſſa Appellatione, tenetur Iudex, à quo, ad Iudicem, ad quem appellatum eſt, per ipſum Reum copiam ſigillatam, & gratis conceſſam, intrà triginta dies cum litteris obedientialibus deſtinare. Niſi ille ſit de fuga ſuſpectus; quia tunc, Reo in cuſtodia recento, ſufficit per alterum acta tranſmittere, antè quorum receptionem Iudex Appellationis nihil in cauſa decernere debet, aliàs proceſſus erit nullus, niſi in eo caſu, quo proceſſus copia in tempore Statuto non mitteretur, tunc enim quid iuſtitia ſuaſerit exequatur.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

34. *Iudex quid præſtare debet admiſſa Appellatione.*
35. *Apoſtoli quid in iure ſignificent.*
Conuentionales quid ſint?
Qui Refutatorij.
Dimiſſorij quandò dicantur.
Reuerentiales qui vocentur.
Teſtimoniales qui, & à quibus concedantur.
Quando petendi.
Elapſo termino petendi apoſtolos, Reus habetur prò non appellante.
Apoſtolos ter petere eodem contextu ſufficit.
36. *Reo idiotæ apoſtolos non petenti debet ex officio concedere Iudex.* 37. *Iu-*

37. *Iudex Appellationi non deferens peccat.*
Et proceſſum facit nullum.
Et ſi excommunicat non curandum.
Religioſo neceſſarium cibum impediens incurrit cenſuram Canonis Siquis ſuadente.
Forma apoſtolorum teſtimonialium.
38. *Quid ſi Reus petens illos non reperit qui concedere velit?*
Regularis appellans ad Tribunal ſæculare excommunicatur.
Quæ ſit defenſio tuitiua?
39. *Quid præſtandum à Iudice poſt interpoſitam appellationem.*
Iudex poteſt reuocare grauamen illatum in interlocutoria.
Diffinitiuam ſententiam nequit Iudex reuocare.
40. *Forma apoſtolorum refutatoriorum.*
Quid iſti operentur, & quare concedantur.
41. *Friuola notoriè exiſtente apellatione, apoſtoli debent denegari.*
42. *Quid ſi appelletur à declaratoria notorietatis?* . . .
43. *Admiſſà Appellatione, copia actorum ſigillata datur ſimul cum apoſtolis.*
44. *Sed expedit ad Superiorem ſcribere, vt deleget in partibus Iudicem.*
45. *Iudex* ad quem *nondum recepta copia actorum non poteſt ſe immiſcere in cauſa.*
Aliter acta ſunt nulla.
46. *Quid agendum ſi Iudex* à quo *mittere copiam doloſè retardet?*

34. LOquitur *Textus*, de eo, quod præſtare debet *Iudex à quo* appellatur in *ſententia interlocutoria* caſu, quo *Appellatio* admittatur, eo quià cauſa expreſſa in *Appellatione* eſt legitima, *vel dubia*, vt dictum eſt. *Admiſſa ergò appellatione &c.* Multà omittuntur in hoc *Textu*, quæ debent præcedere conſignationem copiæ actorum ſigillatæ *Reo* faciendam, à *Iudice*, de qua hic loquitur, & omiſſa ſupplere neceſſe eſt, ne illi, qui rem criminalem non perfectè callent, perplexi reperiantur. Dicam ergò quomodo ſe gerere debeat *Reus* in appellando ab interlocutoria: & *Iudex*, poſtquàm *Appellatio* interpoſita eſt, vſquè ad copiæ conſignationem, quid facere debeat. Et ad hoc quod faciliùs res poſſit intelligi figuro caſum. Proceſſatur *Frater Iracundus*, & conſtito de corpore delicti, ex depoſitione vnius Teſtis de viſu, quod baculo grauiter percuſſerit *Fratrem Modeſtum*, dum *Reus* ſtat in negatiuo, decernitur à *Iudice*, de conſenſu *Diffinitorij*, *Reum* eſſe arctandum, ad habendam confeſſionem; Hoc decretum Iudicis eſt *Sententia interlocutoria*, vt dictum eſt, & *Reus*, ſi debet legaliter appellare ab hoc, oportet quod adducat cauſam legitimam appellandi; vt potè dicendo *Appello ab hac ſententia, in qua grauatum me ſentio, quià articuli propoſiti à meo Aduocato in mei defenſam non fuerunt recepti*; aut *ipſius reſponſiones, & rationes ad deſtruenda indicia, irrationabiliter iudicatæ ſunt inſufficientes*; vel *quià Iudex denegauit aperire nomen Teſtis, qui depoſuit contrà mè, vndè non potui facere legitimas exceptiones perſonales contrà ipſum*, & ſimilia &c. *Inſuper inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè, ſæpè, ſæpius, & ſæpiſſimè inſto, rogo, & ſupplico, vt mihi, intrà tempus à Iure ſtatutum, concedatur copia actorum, cum apoſtolis ad proſequendam meam Appellationem coram Superiore.* Hunc autem, vel ſimilem libellum *Appellationis* cum omni reuerentia debet *Reus Iudici* præſentare coram Teſtibus ad hoc vocatis, vel *Notario*, vel honeſtis viris, vel in publico affigere, ſi alius modus non ſuppetit, vt aliàs diximus. Et hic terminatur id, quod debet præſtare *Reus* appellare volens *ab interlocutoria*.

35. Quià verò de *apoſtolis* hic facta eſt mentio, & de tempore ſtatuto à iure ad ipſos concedendos, ideò quidnam ſint, & quandò concedi debeant, dicendum eſt. *Apoſtoli* ergò qui petuntur, non ſunt *Apoſtoli Petrus, & Paulus*, quaſi qui petit apoſtolos, petat quodammodo *Apoſtolicam Sedem*, ad quam vt ad caput omnium *Iudicum*, Appellationem proſequi intendat, vt audiui aliquãdò interpretatum à viris, etiam aliàs doctis. Interpretatio hæc ridicula eſt; ſed nomine *apoſtolorum* veniunt litteræ dimiſſoriæ quibus *Reus* dimittitur à *Iudice inferiori* ad *Superiorem* vt dicit vna *Gloſſa*, *(d)* & vt habet alia *Gloſſa* notabilis cuiuſdam *Clementinæ* *(e)* aliquoties vocantur *Epiſtolæ*, aliquoties *dimiſſoriæ*, & à *Textu* noſtro hic vocantur *litteræ obedientiales*. De his verò *apoſtolis* mentio fit etiam in *iure ciuili*, *(f)* & ait Modeſtinus *Dimiſſoriæ litteræ dicuntur, quæ vulgò dicuntur apoſtoli. Dimiſſoriæ autem dictæ ſunt, quod per eas cauſa ad eum, qui appellatus eſt,*

Digitized by Google

eſt, *dimittitur*: *Hoſtienſis* verò dicit eos deriuari à *Græco Apo*, quod latinè valet *De* & *ſtolon*, quod eſt *Miſſio*, quaſi *Dimiſſio*, nempè cauſæ à *Iudice*, ad *Iudicem*. Horum quinquè dantur ſpecies, vt ait *Speculator*, (g) quas explicat quædam *Gloſſa*; (h) alij enim ſunt apoſtoli *Conuentionales*, quandò *Pars* admittit *Appellationem* ſiue *Iudicialiter* tacente, vel refutante *Iudice*; ſiue *extraiudicialiter*. Alij *Refutatorij*, per quos apparet, quod *Iudex* non detulit *Appellationi*. Alij *Dimiſſorij*, per quos *Iudex* dimittit Appellantem ad *Iudicem ad quem*, quià Appellationi detulit. Alij *Reuerentiales*, in quibus *Iudex* ob reuerentiam *Superioris* appellati defert *Appellationi*, cui aliàs deferre non tenebatur. Alij *Teſtimoniales*, & iſti non conceduntur à *Iudice*, ſed ab *honeſtis viris*, qui teſtantur *Reum* tempore, & modò debito *apoſtolos* petijſſe, & ſibi fuiſſe denegatos. Eodem ergò contextu, quo interponitur *Appellatio*, debent *apoſtoli* peti à *Iudice à quo*, & non tantùm ſemel, aut bis, ſed ſæpè, & ſæpiùs, vt expreſsè habet *textus Clementinæ*; (i) non tamen eſt ità neceſſarium, quod tempore eodem, quo interponitur *Appellatio*, petantur *apoſtoli*, vt ibi aduertit *Gloſſa*, (l) ſed ſufficit, ſi tempore, aut intrà tempus debitum, petantur; Et ſi in eodem contextu, quo interponitur *Appellatio*, petantur *apoſtoli*, valet petitio, vt habet alia *Gloſſa* (m) *notabilis*. Tempus autem, à iure ſtatutum prò *apoſtolis* petendis, ſunt triginta dies, vt dicit *Textus*, (n) & iſti numerandi ſunt à die Sententiæ latæ incipiendo, ſi *Appellatio* interponatur intrà decem dies à lata Sententia, vt dictum eſt ſuprà. Si verò *Appellatio* interpoſita ſit poſt decem dies, eo quod Sententia fuit lata in abſentia *Rei*, tali caſu, triginta dies incipiunt currere à die notitiæ, quam habet *Reus* de Sententia lata, ſiue *interlocutoria*, ſiue *diffinitiua* ſit, vt habet *Gloſſa* proximè citata. Quod ſi intrà tempus, vt præfertur, *apoſtolos* non petierit *Reus*, habetur prò non appellante, & ſic poterit *Iudex* non obſtante *Appellatione*, ad vlteriora procedere, vt habetur ex *textu duarum Decretalium*. (o) *Apoſtoli* autem, vt dixi paulò ſuprà, debent *inſtanter*, & *ſæpiùs*, & *repetitis vicibus* peti. Quid autem, ſi eodem tempore *Reus* dicat *Apoſtolos peto*, & *iterum peto*, *atquè iterùm*, & *tertiò peto*? Sufficit ne hoc, ne *Reus* ſua intentione fruſtretur, & de ſuo iure minuat? Dico quod ſic; tum quià hæc eſt *iuris ſolemnitas*, ad quam nos non arctamur: tum quià conſuetudine introductum eſt, quod petitio ſemel facta illo modo, nempè ter petendo *apoſtolos*, habetur prò ſufficienti, vt dicatur petitio facta cum inſtantia, vt, poſt *Speculatorem*, habet *Gloſſa*: (p) tum quià ità, poſt *Scacciam*, tenuit etiam *Rota Romana*; (q)

36. Quæ autem dicta ſunt, de rigore iuris procedunt, & quandò *Iudex Appellationi* non detulit, vt dicunt *Doctores*: (r) & in foro *Eccleſiaſtico* ſæculari, in quo litigantes, ſiue Rei habent in promptu *Procuratores*, & *Aduocatos* ſibi paratos pecunia. Sed in *Religione* noſtra, vbi *Frater ſimplex*, aut *idiota* hos iuris apices neſcit, nec *Procuratorem* facilè inuenit, & ſi inuenit, moltoties etiam ipſe hæc ignorat, debent nè hæc ſtrictè curari, ità vt, ijs non ſeruatis, periclitetur Proceſſati cauſa? Hoc non patitur charitas. Proindè amplector *Sententiam Gloſſatoris* dicentis, quod *Iudex* charitatiuus, & timens *Deum*, *Reo*, præſertim *idiotæ*, *appellanti*, debet ipſe, tempore congruo, concedere *apoſtolos*, licet *Reus* illos non petat: (s) quod ſi hoc prò Sæcularibus in foro laico deberi, Sanxit *Imperator* in quodam *Authentico*, (t) à fortiori, dico, in *Tribunali Regulari* eſſe ſeruandum. Et licet nonnulli *Doctores* (u) limitent hoc in caſu, quod *Iudex* Appellationi detulerit; Ego tamen crederem inter Regulares debere vniuerſaliter obſeruari: vt *Iudex*, etiam non facta ab Appellante petitione *apoſtolorum*, tamen debeat illos ex officio concedere; non enim ex ignorantia *Rei*, (in negotio præſertim, cuius ſcientiam habere non tenetur,) ſibi tantum præiudicium naſci, æquitas patitur.

37. Quid autem iuris, ſi *Iudex Reo* petenti *apoſtolos* denegat, Appellationi non defert, & obſtinatus in ſua opinione procedit contrà *Reum*? Dico quod non valet proceſſus, vt dicit *Gloſſa notabilis* ſupracitata, (x) & *Iudex* peccat. Quantumuis enim videat cauſam Appellationis adductam eſſe friuolam, aut falſam, (dum tamen notoriè talis non ſit, quià tunc poſſet ipſam ſpernere, vt aliàs dictum eſt,) ſi *Reus* perſiſtat in *Appellatione*, & petitione *apoſtolorum*, debet concedere illi *apoſtolos refutatorios*, vt dicam infrà, & habet *Gloſſa* quædam (z) notabilis. Sed quomodò ſe tuebitur *Reus*? Hunc caſum vidi multoties

toties in praxi; & frequenter euenit. Ideò benè explicandum eſt, quid debeat tunc *Reus* facere, vt ſibi conſulat. Vel *Iudex* procedit ſolùm per præcepta formalia, & Cenſuras; vel minatur poſt præcepta formalia, & trinam monitionem, procedere contrà Reum, tanquam contrà contumacem, & ipſum in carcerem detrudere. Si primò modo; & *Iudex Reum* vel coram Teſtibus, vel in Refectorio, præcepto Obedientiæ adigit, vt pareat decreto interlocutorio de ſe diſciplinando, ieiunando, aut arctatione ſubeunda; Rèus cum omni reuerentia, & humilitate dicat, *Reuerende Pater, non vt veſtra mandata ſpernam, ſed vt meæ indemnitati conſulam, cogor à veſtra ſententia, & decreto appellare. Appellaui iam, & denuò appello ad Superiores maiores, & apoſtolos peto, atque peto, & iterum peto, & hoc in præſentia Patrum F.F. N. & N.* Et hæc cuicunquè præcepto facto opponat. Quod ſi, trina monitione facta, ipſum excommunicatum declaret; non debet curare de Excommunicatione vllo modo, abſtinendo ab executione Ordinum, talis enim Excommunicatio, poſt interpoſitam *Appellationem*, non ſolùm eſt iniuſta, ſed etiam nulla, & eſt *Textus* expreſſus *in iure*. (a) Et hæc eſt differentia inter *appellationem* interpoſitam antè, & poſt ſententiam Excommunicationis; ſi enim eſt interpoſita antè, ſuſpendit Cenſuram, ſi poſt ac Excommunicatio eſt lata, non ſuſpendit, vt poſt *Sanchez* tradit *Antonius à Spiritu Sancto*. (b) Si verò vltrà Excommunicationem vellet per vim in Carcerem detrudere, aut Officialibus, (vt vidi aliquandò à Superiore ſtulto, & furioſo) iuberet ne darent *Reo* cibum, & potum ita vt coactus eſſet fame aut mori, aut obedire; ſi *Reus* expectat tale tempus, vt Superior ordinet Fratribus, quod, facto impetu, ipſum apprehendant, ligent, & in Carcerem trudant; aut præceptum audiat factum Officialibus, de victu ipſi denegando; poteſt tum *Superiori* præcipienti, tum Fratribus iuſſis proteſtari de violentia, & aufugere ſi poteſt; ſin minùs dicere, *omnes eſſe excommunicatos tanquam inijcientes manus violentas in Clericum:* per ſubſtractionem enim alimentorum Clerico, ſeù Religioſo, incurritur etiam talis cenſura. Sed non conſulo, quod *Reus* tale tempus expectet, & cenſuram ſubeat, aut in carceres detrudatur. Facta ſecunda monitione, (& maximè ſi Iudex ſit homo ſolitus minas exequi, & minatus ſit poſt tertiam monitionem velle excommunicare, vel incarcerare;) *Reus* adeat *Patres* illos, quos in Teſtes vocauit, & ſpecialiter nominauit, quandò ipſe appellauit, & petijt *apoſtolos*, & ab ipſis petat, vt ſibi concedant *apoſtolos teſtimoniales*, in quibus fidem faciant à tali *Reo* Appellationem fuiſſe repetitam, & ad formam iuris *apoſtolos* fuiſſe ab illo petitos, & denegatos à *Superiore*, qui minatus, eſt illum carcerare &c. Quapropter cum ipſe *Superior* ſolitus ſit minas exequi, *Reus* ſuæ indemnitati proſpiciens, & volens beneficio legis vti, *apoſtolos teſtimoniales* petijt ab ipſis, cauſa adeundi Superiores recta via, quos ipſi denegare de iure non potuerunt.

38. Quid autem ſi pauper iſte *Frater*, vt accidere poteſt, nec reperiat *Religioſos*, qui ne reddantur inuiſi *Superioribus*, velint concedere *apoſtolos teſtimoniales*? Dico, quod prò tuendo ſe à grauamine notabili, vt carcerationis indebitæ, & ſimilium, poteſt recurrere ad *Epiſcopum*, ſi ibi adeſt, ſin minùs ad *Iudicem laicum*; non quidem appellando ad ipſorum tribunal, etenim ſic appellando eſſet excommunicatus excommunicatione *Papæ* reſeruata, ac alias pęnas incurreret fulminatas à *Gregorio XIII:* (c) ſed ad illos recurrendo, vt grauamen iniuſtum impediant, modò tamen ſibi licito, puta ſuadendo *Prælato*, vt vel abſtineat à vi iniuſta, vel det locum *Appellationi*, vel nouos *Iudices* deſtinet; ità poſt *Portellum* (d) *Antonius à Spiritu Sancto*. (e) Et hunc modum defenſionis, quam *Tuitiuam* vocant, approbatum fuiſſe in *Romana Curia*, in contradictorio iudicio in quadam cauſa *Indiarum Occidentalium*, ex *Fratre Emmanuele à Monte Oliueti*, (f) ſcribit citatus Ant. à *Spiritu Sancto* ibidem. (g)

39. Hucuſquè ergò dictum eſt de ijs, quæ præſtanda ſunt à *Reo*, qui appellauit ab *interlocutoria*; nunc dicendum, quid nàm facere tunc debeat *Iudex à quo* appellatum fuerit. Dato ergò libello *Appellationis ab interlocutoria* à *Reo*, cum aſſignatione cauſæ *Appellationis*, vt diximus, *Iudex* debet benè ponderare cauſam adductam à *Reo* in *Appellatione* an ſit legitima, nec nè; & hoc non ad pronunciandum an cauſa ſit legitima, aut non, quià hoc eſt officium *Iudicis ad quem*; ſed tantùm ad inſtructio ſui, vt ſciat quomodò ſe debeat gerere circà

cà

cà illam *Appellationem*, vt dicunt *Canoniſtæ*. (*b*) Et ideò, debet poſt petitos à ſe *apoſtolos*, vt præmiſſum eſt, in ſuo decreto ità pronunciare, *Admitto*, vel *Non admitto*, vel *reijcio*, *&c.* hoc enim eſt *quid facti* ad ipſum ſpectans; non autem debet in decreto apponere, quod iudicauerit *Appellationem illam eſſe admittendam*, *vel non*, quia hoc eſt, *quid iuris ad Iudicem ad quem* ſpectans, vt ex *Franco*, & *Scaccia* aduertit de *Bictis*. (*i*) Ad cognoſcendum autem an *Appellatio* legitima, dubia, aut friuola ſit, debet eo modo ſe gerere; quo diximus ſuprà de Recuſatione, puta in examinandis cauſis Recuſationis. Non tenetur autem *Iudex* ſtatim ac *Appellatio* eſt interpoſita, & *apoſtoli* ſunt petiti pronunciare, ſi Appellationem admittat, nec ne, & quos *apoſtolos Reo* concedat puta *dimiſſorios*, *reuerentiales*, vel *refutatorios*; ſed habet triginta dies ad deliberandum; iſti verò numerari debent ſicut de petitione *apoſtolorum* dictum eſt, & ità teſtantur *Doctores*. (*l*) Quæ autem dicuntur à Scribentibus communiter, quod *Iudex* poteſt præfigere terminum *Reo* ad comparendum, pro recipiendis *Apoſtolis*; & ipſo comparente, terminum alium infrà illos triginta dies aſſignare; & *Reo* non comparente in tempore illo *Appellatio* cenſenda ſit deſerta, & *Iudex* poſſit ad vlteriora procedere, & centum alia, quæ recitat *Bictis*; (*m*) ſunt potiùs apices, & ſolemnitates iuris, ne dicam cauillos, & ſubtilitates Litigantium, quæ à plano modo procedendi, quem debent ſeruare Regulares, obſeruanda minimè ſunt.

Aduertendum tamen eſt, quod audita cauſa *Appellationis*, & ipſa benè ponderata, *Iudex* ſi aduertit cauſam eſſe legitimam, vel ad minùs dubiam, poteſt ſuam Sententiam interlocutoriam, & grauamen *Reo* in illa allatum reuocare, vt habetur ex *Textu*, & *Gloſſa notabili* cuiuſdam *Capituli*. (*n*) Non enim eſt par ratio de Sententia interlocutoria, & diffinitiua. Diffinitiuam enim Sententiam *Iudex* reuocare non poteſt; quia iam, illa prolata, functus eſt officio ſuo ſemel iudicando ſiue benè, ſiue malè. (*o*) Sed per pronunciationem interlocutoriæ non plenè adhuc functus eſt officio ſuo, & ideò poteſt eam reuocare. Et ego conſulo *Iudici*, vt ſemper reuocet interlocutoriam, ſi viderit cauſam Appellationis *Rei* eſſe dubiam; quia in dubio, *Reo* fauendum eſt; & dubia Appellationis exiſtente cauſa, vt habet *Textus* infrà, debet pronunciari pro *Reo*. Vndè ſi ipſe ex ſe non reuocet, reuocabitur nil minùs ſententia ſua per *Iudicem ad quem*, & hoc erit ipſi Appellato indecorum, & cauſa ad ipſum ampliùs non reuertetur. Vndè meliùs faciet, ſi ipſe, miſericordiam oſtendens, reuocet interlocutoriam, & ſe prodat *Sapientem*, cuius eſt, aliquandò *mutare conſilium*.

40. Nunc ergò explicandus ingreditur *Textus* noſter. *Admiſſa Appellatione teneatur Iudex*, *&c.* Hoc non debet accipi *taxatiuè*, ità vt ſi Iudex non admittat, non det copiam; ſed accipitur *exemplariter*; hoc eſt, ſi *Iudex* Appellationem admittat, det *Reo* copiam, &c. ſi autem non admittat, non minùs debet dare *Reo* copiam actorum. Et hic benè aduertant *Iudices*, nè errent. Facta Appellatione, & petitis à Reo *apoſtolis*, licet *Iudex* in ſuo decreto, dicat *Appellationem non admitto*, ſiue *eam refuto*, vel *reijcio*, *&c.* tamen non poteſt per hoc *apoſtolos* denegare, ſed debet illi concedere *apoſtolos refutatorios*; hoc modo. *Cum N. Reus prætenſus appellauerit à tali decreto à Nobis facto prout in actis*, *&c. & Appellationis cauſam talem*, *&c. propoſuerit*, *ipſam reiecimus*, *& reijcimus prout*, *&c. Quia verò iterum appellauit*, *& apoſtolos petijt*, *ipſos*, *vt de iure*, *(eius appellationis cauſam ſemper refutantes) concedimus. Intendendo*, *quod per hoc talem Reum à noſtra iuriſdictione minimè dimittimus*, *ſed ipſius cauſam*, *vt de iure*, *proſequi*, *& diffinire velle*, *pronunciamus*, *&c.* Quod ſi quæras quidnam operentur; & quare concedi debeant iſti *apoſtoli refutatorij*? Dico, quod concedi debent ex eo, quod licet cauſa *Appellationis* ab interlocutoria; ſicut & *Recuſationis*, proponenda ſit coram *Iudice* appellato, ſiue recuſato; tamen probanda eſt, ſiue coram *Arbitris*, vt dictum eſt de *Recuſatione*, vel coram *Iudice ad quem*. Proindè interpoſita à *Reo Appellatione* non poteſt *Iudex à quo* iudicare an ſit admittenda *de iure*, nec ne; ſed *de facto* ipſam admittit, vel non, vt dictum eſt. Per hoc autem, quod ipſe *de facto* non admittit, non tollitur quominùs iudicandum ſit, an admitti de iure debeat; quod cum ſpectet ad *Iudicem ad quem*, *Reo* debent omnimodè concedi *apoſtoli*. Vt verò declaret *Iudex à quo* mentem ſuam, in concedendo illos, exprimit, ſe *de facto* Appellationem reijcere; quia, ſic faciendo, declarat, ſe non ablegare *Reum* à ſua iuriſdictio-

ctione, imò intendit causam eſſe continuandam coram ſe, ac *Reum* remittendum ad ſuum Tribunal, ſi *Iudex ad quem* iudicauerit, *Appellationem* factam *de iure* non eſſe ſuſtinendam. Si enim *Iudex* non declararet ſe *Appellationem* reijcere, & *Reo apoſtolos* ſiue dimiſſorios, ſiue reuerentiales abſolutè concederet, quamuis *Appellatio* eſſet friuola; cauſa non ampliùs eſſet ad illum remittenda, quantumuis *Iudex ad quem* ſententiaſſet, *Appellationem* non eſſe ſuſtinendam. Quia concedendo illos *apoſtolos* dimiſſorios, ſeù reuerentiales ſuam iuriſdictionem in illa cauſa abdicauit à ſe, & tranſtulit in *Iudicem ad quem*, vt habet *textus* cuiuſdam *Decretalis*. *(p)* Cum autem explicat ſe, dicendo, quod *Appellationem* illam reijcit, & cauſam dimittere non intendit, continuat iuriſdictionem ſuam, & ſi à *Iudice ad quem*, *Appellationem non eſſe ſuſtinendam* ſententietur, cauſa debet remitti ad *Iudicem à quo* vt expreſsè ſonant iura. *(q)* Et quia forte aliquibus videbitur nouum, quod dixi; de conceſſione *apoſtolorum* refutatoriorum, dò verba præciſa *Gloſſæ*. *(r)* *Ponamus, quod Iudex* à quo *dedit apoſtolos reuerentiales, ſiue dimiſſorios, poſteà Iudex Appellationis pronunciauit malè appellatum, & benè iudicatum; vtrum teneatur cauſam principalem remittere ad Iudicem* à quo? *Reſpondeo, quod non, nam ex quo Iudex* à quo *detulit Appellationi friuolæ, videtur abdicaſſe à ſe cognitionem cauſæ principalis, ideò Iudex Appellationis poterit retinere cauſam principalem. Tamen remittet ad Iudicem* à quo *quandò Iudex* à quo *præſumit Appellationem friuolam, & non deferat Appellationi, ſed det Appellanti apoſtolos refutatorios*. Ad euadenda autem hæc incommoda, *Iudex* in decreto *Appellationis* recipiendæ, vel reiciendæ ſe ponat in tuto, ità dicendo *Appellationem non admittimus, niſi quatenus de iure, & non aliter, &c.* Et ratio eſt, quia hæc clauſula ſaluat ipſum à reatu, quem incurrere poteſt, tum in reijcienda *Appellatione iuſta*, tum in admittenda *Appellatione friuola*, vt pluribus probat *Abbas*. *(s)*

41. Non tenetur tamen *Iudex à quo* concedere vllo modo *apoſtolos*, nec etiam Refutatorios, quandò notorium eſt, quod cauſa *Appellationis* eſt friuola ex iure (puta quia eſt in iure expreſſa tanquam friuola) aut *ex facto*, quia notoriè eſt falſa. Sed debet pronunciare de notorietate cauſæ, quod ſit friuola, & Appellationem reijcere, & ad vlteriora procedere, puta ſic decernendo. *Audita appellatione, & cauſa eius producta à Reo prætenſo, Pater N. Iudex dixit, cauſam adductam eſſe notoriè friuolam, & proindè Appellationem, vt notoriè nullam, reijcit, & ea minimè obſtante, in cauſa procedere intendit, &c.*

42. Quod ſi *Reus* à Sententia declaratoria notorietatis appellet, (& appellare poteſt, quia hæc habet vim Sententiæ diffinitiuæ,) dicendo, *non conſtare de notorietate, quod nempè cauſa Appellationis interpoſitæ friuola ſit*; quid debet facere *Iudex*? Oportet, quod hanc ſecundam *Appellationem* ſuper Senteotia declaratoria notorietatis admittat, in tali enim caſu licita eſt *Appellatio*, vt dicitur in *Textu* infrà; & *apoſtolos refutatorios* det; & ſi *Iudex ad quem* pronunciauerit *de notorietate non conſtare*, ipſe *Iudex ad quem* procedet ad cognoſcendum ſuper validitate cauſæ *Appellationis* ab interlocutoria. Si verò ſententiauerit conſtare de notorietate cauſæ friuolæ, tunc cauſa principalis reuertitur ad *Iudicem à quo*, quia ſic corruit, ex integro, *Appellatio* interpoſita.

43. Si autem admittitur *Appellatio*, vel quia de iure admittenda eſt, vel quia ob reuerentiam *Iudicis ad quem* appellatum eſt, *Iudex à quo* ipſi detulit; debet iſte dare *Reo* copiam proceſſus *ſigillatam*, ne ſcilicet *Reus*, cum præiudicio Curiæ, videat merita cauſæ principalis, & quid in proceſſu contrà ipſum conſtet; *intrà triginta dies*, de quibus iam ſuprà dictum eſt, *cum litteris obedientialibus*, puta apoſtolis *dimiſſorijs*, ſiue *reuerentialibus* ad hoc, vt ſe præſentet *Iudici ad quem*, vt cogooſcat de cauſa principali. Siue enim cauſa *Appellationis* ſit ſuſtinenda, ſiue non, tamen ex qun *Iudex à quo* ipſi detulit, cauſam principalem à ſua iuriſdictione tranſtulit in *Iudicem Appellationis*, vt dictum eſt. Hoc verò debet intelligi, *niſi ille ſit de fuga ſuſpectus, quia tunc, Reo in cuſtodia retento, ſufficit per alterum acta tranſmittere.* Quandò autem poſſit dici aliquis ſuſpectus de fuga; dicemus ſuo loco, quandò nempè de *carcere* agemus.

44. Quæ autem hucuſqne dicta ſunt, qnadrant prout à *Canonibus* diſponitur. Sed vt quies Religioſa minùs perturbetur, & vagandi occaſio, ſemper Religioſæ perfectioni inimica, intercludatur; melius eſt, (ſi *Reus* appellet ab interlocutoria,) ſcribere ad *Superiorem Generalem*, vt ipſe

in

in partibus, ſiue in illa, ſiue in proxima Prouincia, *Iudices* deleget, qui de cauſa Appellationis cognoſcant;& hoc vidi multoties practicatum,& ità debet fieri in partibus illis, quæ ſunt valdè remotæ à *Superiore Generali*.

45. Subiungit verò *Textus*, quod antè actorum *receptionem Iudex Appellationis in cauſa nihil decernere debet, aliàs proceſſus erit nullus, niſi in eo caſu, quo proceſſus copia in tempore ſtatuto non mitteretur*. Fateor, quòd hæc poſſent aliqualiter remorari Lectorem, qui ità poſſet diſcurrere. Si vt paulò ſuprà dictum eſt, *Iudex à quo* debet mittere *Reum ad Iudicem Appellationis*, cum copia actorum ſigillata, & quomodò poterit dari caſus, quod *Iudex Appellationis* aliquid decernere poſſit in cauſa, non recepto proceſſu? Sed optimè dicit *Textus*, ſi benè capiatur. Euenit aliquando, quod, *Reo* appellante, nolit *Iudex*, niſi maxima cum difficultate, copiam actorum tradere, ex eo quod ſcit, proceſſum eſſe aut malè fabricatum, aut non ſufficienter probare; vel *Reus* eſt detentus in Carcere, & non poteſt ad *Generalem* copiam actorum deferre. *Reus* grauatus ſcribit ad *Superiorem Generalem*, ſe appellaſſe ad illum, & cauſam aperit Appellationis. *Superior Generalis* nolens, inaudito *Iudice*, vt debet, procedere, ſcribit, vt tranſmittatur proceſſus. *Iudex à quo* retardat, quantùm poteſt, mittere, ne appareat ipſius ignorantia, aut paſſio. En ergò quid dicit *Textus*. Decernit, quod *Iudex Appellationis*, ſub pœna nullitatis proceſſus, non procedat ſuper cognitione cauſæ *Appellationis*, niſi priùs receperit copiam proceſſus fabricati à *Iudice à quo*: & hoc rationabile eſt; ſi enim aliter fieret, eſſet iudicare parte inaudita, quod in iure non ſubſiſtit, vt notum eſt; dum enim *Reus* appellat, circà articulum Appellationis *Iudex* migrat in partem, & tunc maximè quandò *Iudex* Appellationem reijcit. Debet ergò etiam ipſe audiri, ſcilicet per productionem actorum à ſe fabricatorum.

46. Quod ſi *Iudex à quo* in longum duceret, & proceſſum, tempore ſibi per *Generalem* Statuto, non mitteret, *Reo* miſerrimo intereà intrà Carceris anguſtias afflicto, poteſt tunc *Iudex Appellationis* exequi, *quod iuſtitia ſuaſerit*. Et quid ſuadet iuſtitia? Certè maxima oritur præſumptio contrà *Iudicem à quo*, ex eo quod differt comparere, media copia actorum, coram *Iudice Appellationis*, & arguit ipſum, aut iniquo eſſe animo contrà *Reum*, quem vult diù detinere in carcere ſic protelando iudicium ſuæ *Appellationis*; aut prodit ſe ignorantem, ex eo, quod timet eſſentiales defectus ſui proceſſus in propatulo poni; aut iniuſtitiam detegit, ſciens non adeſſe ſufficientes probationes ad taliter grauandum *Reum*, ob quod non audet proceſſus copiam in medium proferre. Suadebit ergò iuſtitia, ab indebita vexatione *Reum* appellantem liberare, & *Iudicem à quo* in locum Rei ſubſtituere. Ita enim conſultum Religioni cenſeo, in huiuſmodi iniuſtos aut ex ignorantia, aut ex paſſione, *Iudices* animaduertere, ſicuti Sontes dignis pœnis in proprijs exceſſibus coercere.

TEXTVS.

§. VII. Septimò. Dubia appellationis exiſtente ſententia in Rei fauorem Iudex inclinare tenetur.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

47. *In cauſa Appellationis dubia, ſtandum pro Reo.*
Et hoc ab omni Iudice, & in omni iudicio.
In dubijs Reo fauendum, tum in dubio iuris, tum facti.
Non autem in foro Paterno, vbi ſtandum pro Prælato, & diſciplina Regulari.
A correctionibus Regularibus non datur appellatio.

48. *A Iudice* ad quem *datur vlterior appellatio.*

47. D*Vbia ſententia Appellationis, &c.* hic accipitur pro cauſa Appellationis; cum hucuſq; enim dixerit de Appellatione ab interlocutoria, in qua Appella-

pellatione neceſſarium eſt exprimere in ſpecie cauſam grauaminis, vt dictum eſt, & conſtat *ex iure*, *(g)* ſubiungit modò, quod ſi cauſa *Appellationis* ſit dubia, vndè *Iudex* perplexus reddatur, an ſit illi deferendum nec nè, *in Rei fauorem Iudex inclinare tenetur*. Hoc aut debet accipi de omni *Iudice* tum *Ordinario*, tum *Delegato*, tum *Arbitris*; tum *à quo*, tum *ad quem*; tum in *Recuſatione*, tum in *Appellatione* vniuerſaliter. Siue enim *Iudex Ordinarius*, ſiue *Delegatus* ſit; dum *Reus* illum recuſat, ſiue ab eo interlocutoriè appellat, & cauſa *Recuſationis*, ſiue *Appellationis* dubia ſit, itá vt euidenter non appareat ipſam eſſe friuolam, tenetur inclinare in fauorem *Rei*, & admittere eius *Appellationem*, & hoc propter reuerentiam *Superioris* appellati, vt poſt *Innocentium*, & *Ioannem Andræam* tradit *Abbas*. *(b)* Pariter *Iudex ad quem*, ſiue *Arbitri*, qui debent cognoſcere de cauſa Recuſationis, ſiue *Appellationis* ſemper debent inclinare in fauorem *Rei*, & pronunciare Recuſationem, ſiue *Appellationem* eſſe admittendam, quandò cauſa adducta fuerit dubia. Et ratio eſt, quia in *Dubijs Reo potiùs quàm Actori eſt fauendum* iuxtà commune dicterium *Iuriſtarum*. Hoc verò accipiendum eſt tum de dubio *iuris*, tum de dubio *facti*, non quidem cumulatiuè, ſed diuiſiuè; ſcilicet, poteſt eſſe cauſa dubia, an nempè admittenda ſit, cum in iure non exprimatur, quod talis cauſa ſit admittenda; & pariter in eodem iure non expreſsè dicatur, quod talis cauſa non ſit admittenda; vndè animus *Iudicis* redditur dubius, ex hoc, quod non reperit in *iure* expreſſum, quod ſit admittenda, vel reicienda. Cauſa ergò tum eſt dubia ex *iure*, & *Iudex* debet in fauorem *Rei* decernere. Item poteſt eſſe dubia ex *facto*, ex eo quod cauſa, quæ de *iure* legitima eſt, non ſufficienter, & plenè, ſed ſemiplenè tantùm probatur, vndè dubius redditur *Iudex* ex *facto*; & tunc pariter debet *Iudex* in fauorem *Rei* pronunciare. Non eſt verò neceſsè, quod ad hoc, quod *Iudex* teneatur pro *Reo* ſententiare, concurrat in cauſà duplex hæc dubietas, *iuris* nempè, & *facti*, ſed ſufficit alterutra; ſemper enim verificatur, quod ſit, dubia cauſa, ſiue ſit ex ſolo *iure*, ſiue ex ſolo *facto*. Quod ſi concurrat vtraque dubietas, non minùs *Iudex* debet fauere *Reo*, eo quia *Textus* loquitur vniuerſaliter, vel indefinitè, quod in iure æquipollet vniuerſaliter dicto.

Quod autem dictum eſt, puta quod, dubia exiſtente *Appellationis* Sententia, *Iudex* debet fauere *Reo*, intelligi debet de foro iudiciali tantùm, non verò de paterno. Si enim *Superior*, vt *Pater* pœnitentiam Subdito infligeret, & iſte ſe grauatum diceret ex eo, quod *Superior* modum excederet, & itá Subditus appellaret: dubia exiſtente cauſa illius Appellationis, *Iudex* non pro *Reo*, ſed pro *Superiore* pronunciare deberet; & ratio eſt, quia, cum habeamus in *iure* expreſſum, quod à correctionibus Regularibus non datur *Appellatio*, *(i)* dubia cauſa grauaminis non poteſt excuſare ab executione legis certæ prohibentis *Appellationem*; vndè oportet, quod ad hoc, quod Subditus paternaliter punitus appellare poſſit, grauamen ſit euidens, vt poſt *Gloſſam*, *Suarez*, & *Sanchez*, quos ſequitur, docet *Caſtropalao*. *(l)* Si ergò grauamen ſit dubium *Reus* appellare non poteſt, & proindè ſi appellat, nulliter appellaſſe, pronunciandum eſt à *Iudice ad quem*. Et ideò in punitione paterna, dubia exiſtente cauſa *Appellationis* non in fauorem *Rei*, ſed *Superioris* punientis, imò in fauorem diſciplinæ Regularis *Iudex* debet inclinare. Proindè minimè (ſaltem in noſtra Religione) eſt admittenda doctrina *Antonij à Spiritu Sancto* *(m)* dicentis, quod hæc eſt differentia, quæ datur inter *Clericos*, & *Regulares*: puta quod *Clericis* abſolutè conceditur *Appellatio* à grauamine, vndè ſufficit grauamen dubium; at verò *Regularibus* abſolutè *Appellatio* interdicta eſt, ac proindè requiritur grauamen manifeſtum. Si enim hoc intelligit de foro iudiciali, in qua *Superior*, iudiciali forma eſſentialiter ſeruata, procedit, nulla eſt inter *Regulares*, & *Sæculares* Clericos differentia; debent enim omnes æqualiter ſeruare eſſentialem formam iudicij; quod autem *Reus* in iudicio poſſit defendi, eſt de eſſentia iudicij, quo impedito iudicium eſt nullum; *Appellatio* autem eſt primum remedium *Reo* ad ſe defendendum, proindè circa hanc inter *Clericos*, & *Regulares* non poteſt dari differentia; & maximè inter *Nos*, qui habemus *Textum* clarum. In foro autem paterno, in quo iudicij rigoroſam formam non ſeruat *Superior* (ibi enim eſt Pater, non Iudex) vtique *Appellatio* minimè datur niſi ex notabili, & euidenti grauamine; proindè grauamen dubium minimè admittitur. Et ſic debent accipi *Canones*, vt ſuprà dictum eſt.

48. Sed

48. Sed quid Iuris, ſi *Iudex ad quem*, in cauſa dubia, non pronunciet pro *Reo*, & ipſum grauet? Dico, quod poteſt *Reus* ſecundò appellare ab iſto *Iudice*, & ad *Superiorem* recurrere, vt poſt *Speculatorem* docet *Abbas*. (n)

T E X T V S.

§. VIII. Octauò. A correctionibus Regularibus, à mortificationibus, pœnitentijſque ſalutaribus, de quibus proceſſus non formatur, ab obedientiæ præſcriptis, ac à pœnis in Statutis Generalibus Ordinis taxatis, nulli fas eſt appellare, niſi vbi modus notabiliter in mortificationibus excederetur; & non à pœna legis; ſed à Iudice pœnam applicante, appellaretur.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

49. *Modus notabiliter excedens in mortificationibus, quis.*
Notabiliter, *quid importet.*
Facta notabiliter, *quæ.*
A pœna legis non appellatur, ſed à Iudice declarante.

49. TRadit modò *Textus* caſus illos, ſuper quibus interlocutoriè, & extraiudicialiter non licet appellare, ſed quia ſatis locuti fuimus de iſtis ſuprà, quandò docuimus de caſibus, in quibus non licet recuſare *Superiorem*, vt ſuſpectum, ideò non immoror ſuper his. Remanet ſolùm explicandum quid importet *modus notabiliter excedens in mortificationibus*, in quo licet appellare. Dico ergò, quod hoc loco ly *notabiliter* ſonat, ac ſi dicatur *inferens infamiam*. Vndè habet *Gloſſa* cuiuſdam *legis*. (o) *Facta notabiliter*, ideſt, *quæ fiunt ad notam, & infamiam alicuius*. Et *notabilem*, ideſt, *infamem*, vt explicat *Abbas* (p) reddunt delicta, & mali mores. Modus ergò *excedens notabiliter*, eſt modus, qui infamiam irrogat in mortificationibus, vt exempli gratia deferre ſignum probationis; aut ſe diſciplinare in publico Refectorio in illis Prouincijs, in quibus vſus eſt, quod ſoli *Apoſtatæ* in tali loco ſe diſciplinent, cæteri autem ob ordinarios defectus, quibus à Superiore pro correctione indicitur flagellatio, hoc præſtant in cella vinaria, ſecretò, ob maiorem honeſtatem. Si ergò in danda pœnitentia præſeruatiua, aut ob exercitium mortificationis, in quibus *Superior* arbitrio ſuo procedit, taliter, vt præfertur, modum excederet, pœnam nempè, infamantem, apud Religioſos, iniungendo; vel ſi pro aliquo defectu, cui à *Statutis* taxata eſt pœnitentia determinata, *Superior* præciperet Subdito, vt talem pœnam ſubiret tali modo irrogante infamiam; diceretur Superior *notabiliter* excedere modum mortificationis, & poſſet tunc Subditus appellare. *Sed tunc non à pœna legis, ſed à Iudice pœnam applicante appellaretur*. Quia enim à diſpoſitione *legis* nulli appellare licet, quandòquidem *Lex ligat omnes*; ſi eſt in caſibus ſuprà dictis *Appellatio* permiſſa, hoc erit non à pœna ipſa iniuncta per *legem*, ſed à modo executionis pœnæ determinato per *Iudicem*. Et hoc *iuri* concordat (q) *communi*, & *Statutis*. (r)

T E X T V S.

§. IX. Nono. Si Reus fuerit repertus indebitè iudicatus, & notabiliter grauatus, Iudex, à quo appellatum fuit, puniatur. Si verò rectè iudicatus reperiatur, ei pœna iniuncta duplicetur.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

50. *Iudex* ad quem *fuit* appellatum quid *debeat facere.*
Pronunciat ſuper interlocutoria, & cauſa principali.
Etiam poteſt punire Iudicem à quo, *qui grauauit.*
51. *Iudicis malè iudicantis pœna.*
An debeat audiri, antequam puniatur

tur, Iudex grauans.

Si grauamen apparet ex actis euidenter notorium non eſt citandus.

Notorius homicida, etiam non citatus priuatur beneficijs.

52. *Si Iudex à quo rectè pronunciauit, Reo appellanti pœna eſt duplicanda.*

Reus talem pœnam euadit, ſi habet prò ſe motiuum probabile.

50. CONcluditur in hoc *Textu* id, quod à *Iudice ad quem* præſtandum eſt, recepta Appellatione. Quià enim *Appellatio* deuoluit cauſam, non tantùm ex acceſſorio, ſed etiam principalem ad *Iudicem Appellationis*, poteſt *Iudex ad quem*, quandò appellatum eſt ab interlocutoria antè definitiuam, pronunciare *malè eſſe interlocutum, & benè appellatum*, & de cauſa etiam principali cognoſcere, ſicut poteſt ipſe *Ordinarius*, etiam ſi *Iudex* ſit *Delegatus* ad cauſam Appellationis, vt dicunt *Doctores*. (s) Ex hoc ergò poterit, ex officio ſuo, reuocare omnia attentata per *Iudicem à quo*, etiam abſquè petitione *Partis*; & ipſummet *Iudicem* punire. Si ergò à *Iudice ad quem Reus repertus fuerit iudicatus indebitè*; puta vel quia eſſentialem iuris ordinem non ſeruauit; vel *quià notabiliter grauauit*, & hoc in Sententia aut interlocutoriâ, aut diffinitiua, *Iudex à quo appellatum fuerit puniatur*: puta ab eodem *Iudice ad quem*, vt probat *Sanctorus* ibidem; Ipſius enim munus eſt cognoſcere de meritis Appellationis, & Cauſæ principalis.

51. Si verò quæras quà pœna puniendus ſit *Iudex* malè procedens, vel non deferendo Appellationi, vel indebitè *Reum* grauando, vel iuris ordinem non ſeruando: dico cum *Abbate*, (t) quod debet *priuari Officio*, & ex noſtro *Textu*, vt ſuprà dictum eſt habetur, quod *Pendente appellatione Iudex ſub pœna nullitatis actuum, & priuatione Officij, nequit in cauſa procedere*. Hoc autem concordat cum *textu Canonico* (u) vbi habetur, quod debet *ſubmoueri ab Officio Cleri*, hoc eſt deponi ab Officio, vt explicat quædam *Gloſſa*. (x) Et vtinam in Religione *Superiores Generales* curarent hoc *Statutum* ſeruari: plura enim bona à tali obſeruantia prouenirent.

Dubium verò oritur, an caſu, quo *Iudex à quo* reperiatur malè iudicaſſe, ordinem iuris non ſeruaſſe; aut notabiliter grauaſſe, ipſe debeat audiri à *Iudice ad quem*, antequam ab iſto puniatur tanquam malè iudicauerit? *Sanctorus* (z) diſtinguit dicendo, quod ſi agatur ad pœnam imponendam debet audiri, ſecùs ſi agatur de ſola reuocatione Sententiæ, vt habet quædam *Gloſſa* communiter approbata à *Doctoribus*, (a) quià citari debet, & audiri ad tuendum ſuum honorem; & oſtendendum ſe bene proceſſiſſe, vt habent quædam iura. (b) Ego aliter diſtinguo, vel notoriè patet ex actis, quod *Iudex* iuris ordinem non ſeruauit (puta ſuggeſtiuè interrogando Teſtes abſque iuramento examinando; Reum non præcedentibus ſufficientibus indicijs conſtituendo, & ſimilia,) aut quod grauauerit notabiliter *Reum* in Sententia; vel non eſt notorium ex actis grauamen, ex eo quod *Iudex à quo* vel habet rationes *ex facto*, ob quas contrà talem Reum ità proceſſit, (quod factum non poteſt apparere ex actis;) vel habet rationes *ex iure*, puta opiniones aliquorum *Doctorum*, qui ſcribunt illum ità potuiſſe operari. Explico ſecundum membrum, vt bene capiatur. Eſt aliquis *Reus* homo inquietus, rixoſus, turbidus, immorigeratus, & defectus ſuos ita callidè celat, vt nunquàm de ipſis potuerit iuridicè conuinci; licet à *Superiore* extraiudicialiter ſciantur; & de his eſt fama publica. Proceſſatur iſte, & conſtituitur vt *Reus*, eo quod Religioſum alium percutere minatus ſit grauiter, & delictum eſt tantùm ſemiplenè probatum. Negat *Reus* delictum; & *Iudex* ad habendam veritatem cum conſilio *Diffinitorij* ipſum arctare decernit. Appellat iſte à Decreto, & petit *apoſtolos*; *Iudex* illi refutatorios dat; ſed quia eſt de fuga ſuſpectus, ipſo in cuſtodia retento, ad *Superiorem* mittit copiam actorum. In hoc caſu ergò licet videatur grauamen, quod arctandus eſſet *Reus* prò ſolis minis verbalibus forte ex iracundia inaduertenter prolatis, aut ex his poſſit cuſtodiri in carcere, vt de fuga ſuſpectus, tamen notorium non eſt grauamen, quià *Iudex à quo* habet prò ſe rationem, quarè illum ſic ſeuerè arctandum decreuerit, puta quia eſt Religioſus malus, inquietus &c. Et *Iudex* voluit, hac occaſione accepta, illum punire de delictis, quæ vera ſunt, & extraiudicialiter ſciuntur, ſed in iudicio non potuerunt probari; & ratio iſta, quam habet *Iudex à quo* pro ſe, non patet ex actis tranſmiſſis ad

Iudi-

Iudicem ad quem. Pariter videtur, quod cum delictum ipſius non ſit atrox, grauamen ſit, ipſum habere ſuſpectum de fuga, & ſic cuſtodiæ mancipare, ſed hoc notorium non eſt, quod grauamen ſit; quia *Iudex à quo* probare poteſt *Reum* fugæ conſilium iniſſe, licet hoc minimè conſtet in actibus tranſmiſſis.

Dico ergò ſi grauamen notorium ita eſt, ex actis tranſmiſſis ad *Iudicem ad quem*, quod nulla poſſit tergiuerſatione celari, *Iudex à quo* minime debet citari, aut audiri, eo quià conſtat expreſsè nullam defenſionem ipſi competere, vt dicunt *iura*, *& Doctores*. (c) Sic notorius homicida priuatur beneficijs, etiam ſi non citetur, vt dicit quædam *Decretalis*, (d) & beneficia conferuntur alijs *liberè*, ideſt *ſine contradictione*, puta ipſius, qui notoriè deliquit, vt explicat *Hoſtienſis*, non enim citatur ad contradicendum. Sententiare ergò debet *Iudex ad quem*, & pronunciare ſuprà grauamine notorio, & *Iudicem à quo*, qui notoriè deliquit in non ſeruata iuris forma, in pœnam *priuationis ab Officio* condemnare, atque eius actus reſcindere. Si verò notorium non ſit ipſum grauamen, & poſſit aut ex iure, aut ex facto aliqualiter defendi Sententia *Iudicis à quo*, tunc concedo quod debet citari, & audiri, vt ſonant iura à *Sanctoro* adducta. Conſulerem tamen ad vitanda litigia, & querimonias, vt *Iudex à quo* ſemper audiretur, vt alibi dicemus.

52. *Si verò rectè iudicatus reperiatur, ei pœna iniuncta duplicetur.* Si appellatum fuerit ab interlocutoria, debet *Reus* remitti ad *Iudicem à quo* (ſi tamen iſte appellationi non detulit abſolutè, vt dictum eſt) & coram eo, & ab eo puniri, iniuncta duplici pœna, vt dicit *Textus*. Si verò appellatum fuit à diffinitiua, pœna debet iniungi à *Iudice ad quem*, eo quia, per prolationem diffinitiuæ *Iudex à quo* functus iam eſt officio ſuo. Aduertendum tamen quod *Reus* euadit pœnas malè Appellantium, ſi adducit motiuum probabile *ex iure*, ob quod aliquo modo probari poſſit, quod rationabiliter appellauerit; aut (ſi cauſa Appellationis dependeat *ex facto*,) ſemiplenè ſaltem probauerit cauſam adductam, in facto ſubſiſtere; vt puta, quod *Iudex* ad conſilium Inimici dictauit Sententiam; quod inimicum ſe *Rei* prodidit &c. Et ratio eſt, quia ſicut Accuſans, ſemiplenè tantum probans euadit pœnam talionis, vt habet *Textus*, (e) ita à pari Appellans, ſi probabilem Appellationem ſuam fuiſſe *ex iure*, ſiue *ex facto* demonſtraret, malè appellantium pœnas debet euadere; quod, & benè ſentit *Sanctorus*. (f)

Quæ autem in hoc paragrapho dicta ſunt tum de *Iudice* male iudicante; tum de *Reo* male Appellante, ac de eorum pœnis, debent accipi non tantùm in appellatione ab interlocutoria, ſed etiam à diffinitiua.

T E X T V S.

§. X. Decimò. Si Reus non expectata Sententia, vel Appellatione interpoſita; vel ea interpoſita, non expectatis litteris obedientialibus, copiaquè proceſſus Superiores ipſos adierit; ad Iudicem à quo appellauit, vel diſceſſit remittendus eſt, ab ipſo iudicandus, atquè Apoſtatarum pœna plectendus.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

53. *Reus Superiorem indebitè adiens ad Iudicem remittendus.*

Arripiens iter ad Superiorem, vt à grauamine ſubleuet, cenſetur appellare.

54. *Grauamen debet eſſe notabile, vt Subditus, abſquè obedientia, recurrat ad Superiorem.*

Et quod grauamen duret.

Grauamen notabile quidnam.

53. HIc *Textus* debet ſobriè, & cum maturitate accipi, vt iuri communi cohæreat, vt de facto concordat. Non enim vniuerſaliter, & abſolutè ſumptus *Reo* tales pœnas importat, ſed ita debet intelligi. *Si Reus*, nullo preſſus grauamine inflicto, imminenti, aut præſumpto, *non expectata Sententia*, ſiue interlocutoria, ſiue diffinitiua, vel Appellatio-

latione interpoſita; hoc eſt minimè propoſita appellatione coram Iudice à quo, ſuper grauamine aut illato, aut comminato; *vel ea interpoſita, non expectatis litteris obedientialibus*, puta apoſtolis; vt ſupra dictum eſt; *copiaquè proceſſus*, quam ex legis præſcripto, vt viſum eſt, debet Iudex Reo dare, *Superiores ipſos adierit*, vel Curiam Romanam petendo, vel ſe conferendo ad præſentiam Superioris Generalis, *ad Iudicem à quo appellauit, vel diſceſſit remittendus eſt, ab eo iudicandus, Apoſtatarum pœna plectendus*. Quod autem cum prædicta limitatione debeat *Textus* accipi, patet ex communi doctrina, quam tradunt *Doctores*, quas plena manu congerit *Barboſa*, (g) qui docent, quod licet *Concilium Tridentinum* (h) determinet *Ne liceat Regularibus à ſuis Conuentibus recedere, etiam prætextu ad Superiores ſuos accedendi, niſi ab eiſdem miſſi aut vocati fuerint*; tamen dicunt, quod ſi *Religioſus* ſupra modum grauatus ſit à *Prælato* ſuo; & ad redimendam iniquam vexationem recurſum habeat ad *Superiorem*, non incurrit vllam pœnam Apoſtatæ, licet à *Prælato* nullas obtinuerit litteras obedientiales. Et ratio eſt, quia iuſta defenſio eſt de iure naturæ, ideò cum alia via non ſuppetit ſe defendendi, niſi per recurſum ad *Superiorem*, de iure naturæ eſt, quod *Subditus* grauatus ipſum adeat vt dicit *Nauarrus*. (i) Nec valet dicere, quod poteſt à *Superiore* grauante petere licentiam, aut appellare legitimè, ideò ſi Subditus hæc omittit, debet puniri. Quià ſi certus moraliter eſt, quod non concederet, fruſtrà peteret licentiam ab eo, qui iam grauat; imò non ſolùm eam denegaret, ſed ex petita, & denegata obedientia, conijciens *Reum* velle ad *Superiorem* confugere, ipſum vincularet, & grauamen grauamini adderet. Pariter non eſt petenda licentia ab eo, ad cuius grauamen tollendum pergitur ad *Superiorem*, vt ex quadam *Gloſſa* ſcribit *Rodericus*. (l) Et dum iter aliquis arripit ad *Superiorem*, vt à grauamine ſubleuet, cenſetur appellare, vt apertè dicit vna *Decretalis*: (m) imò aduertit ibi quædam *Gloſſa notabilis*, quod *plus eſt facto quam verbo appellare*: & itinerando ad *Superiorem* appellat facto, quod plus eſt, quàm verbis.

54. Optimè autem aduertit *Sanctorus*, (n) quod ad hoc, quod *Subditus* poſſit ſic, ſine obedientia in ſcriptis, *Superiorem* adire, oportet quod grauamen, quo præmitur ſit notabile, & cauſa non leuis, & pariter *Reus* non iam grauatus ſit, ſed vel actualiter grauetur, vel de proximò eſſe grauandum iuſtè timeat. Quia decretum *Sacræ Congregationis Regularium*, quod ibidem adducit *Sanctorus* prohibet *Regularibus Romam adire*, ob recurſum ad *Superiorem, temerè, leuiuè ex cauſa*; vndè ad hoc quod adire poſſint, oportet, quod *rationabiliter*, & *graui ex cauſa* recurrant. Pariter ſi iam grauatus fuit, & iam non durat grauamen, poteſt per litteras ad *Superiores* recurrere, nec opus eſt, quod ipſe vadat, vt notat *Hieronymus Rodriquez*: (o) proindè neceſſe eſt ad hoc quod talis recurſus legitimetur, quod grauetur Subditus actualiter, vel grauandus legitimè timeatur.

Quæ nam autem dici poſſint grauamina notabilia, ob quæ licitum ſit *Reo* ſic confugere ad *Prælatos maiores* pluribus *Doctoribus* citatis (p) explicat *Sanctorus* alibi: (q) & ſunt; quandò Reus in iuſtè carceratus detinetur, vel carcerari timeret; quando *Iudex*, minas ſolitus exequi, minaretur velle *Reum* ex communicare, ſententiare, vel inauditum condemnare; quandò *Ordinarius*, vel *Delegatus* eſſet inimicus *Rei*, & contrà ipſum proceſſum formaret, non ſeruato iuris ordine, ex quo poſſet irreparabili Sententia condemnari; quandò appellaret à Sententia in re graui, & *Iudex* Appellationem non admitteret, vel ei ſe defendendi commoditatem denegaret, negando *Procuratorem*, vel *Aduocatum*; non recipiendo articulos ad ſui defenſam; non examinando Teſtes à ſe propoſitos; quandò *Reum* tormentis iniuſtè vellet ſubijcere; & his ſimilia, non enim omnia grauamina, ob quæ ita recurrere licet, hic ſunt enumerata, ſed alia plura adhuc ſuppetunt, quæ, iudicio prudentis, *Iudicis ad quem* relinquuntur examinanda.

Quod verò Reus ſic, vt præfertur, adiens Superiores, *ad Iudicem à quo appellauit, vel diſceſſit remittendus ſit ab ipſo iudicandus, atquè Apoſtatarum pœna puniendus*, intelligendum eſt quandò *Reus* non habuiſſet legitimam cauſam ſic recurrendi ad *Superiorem* abſquè *apoſtolis &c.* conſtito enim de iniuſto recurſu, & de cauſa Appellationis non ſubſiſtente, ad *Iudicem à quo* male aufugit, debet remitti, & ab eo puniri.

Si ergò Iudex *ad quem* cognoſcit nullam

lam Reo fuiſſe cauſam appellandi, ſed hoc feciſſe ex mera malitia, vt nempe occaſionem ſumeret euagandi, aut *Iudicem à quo* diffamandi, vt iniuſtum, iniquum &c. (vt fit à quibuſdam peruerſis Religioſis, qui mille tricas, cauillos, iurgia, & centum huiuſmodi peſſimi Mercurij artes callent, fingunt, verſant;) iſtis nullus habendus eſt reſpectus, debent nanquè ad *Superiorem à quo remitti ad iuris totum* rigorem puniendi, tum ſuper principali, tum ſuper crimine mali recurſus habiti. Et vtinam ſimilis farinæ homines poſſent à *Religione* exterminari; ſunt enim *Religioni* exitio; Sęcularibus ſcandalo; *Superioribus* martyrio; Subditis patientiæ exercitio; publicæ pacis inquietudini, & Regulari Reipublicæ confuſioni.

T E X T V S.

§.XI. Vndecimo. Friuolæ Appellationes omninò reijciantur; eæ autem ſunt. Primò cum appellàtur à delicto notoriè commiſſo, quod nulla poſſit tergiuerſatione cælari, niſi à Iudice declarante notorietatem appellaretur: Secundò: cum appellat Reus confeſſus; & conuictus, niſi probare vellet confeſſionem factam per vim, metum, vel errorem. Tertiò: ſi Iudici interroganti reſpondere, vel citatus comparere noluerit, ex quo tanquam confeſſus, & contumax fuit condemnatus, niſi priùs purgauerit contumaciam. Quartò: ſi Sententiam acceptauit, vel ſuo nomine ſubſcribi fecit. Quintò: ſi poſt trinam Appellationem, quartam addere vellet: poteſt enim Reus in eadem cauſa apud diuerſos Iudices bis, vel ad ſummùm ter appellare; vlteriùs non poteſt. Sextò: ſi nullam iuſtam Appellationis cauſam afferret, quià ex Bernardo ad Eugenium, qui non grauatus appellat, manifeſtè liquet, quod autem grauare intendit, aut tempus redimere: id autem habet locum cum ab interlocutoria, ſiue extraiudicialiter, vel à correctionis exceſſu appellatur, non verò cum à diffinitiua, & iudicialiter. Septimò: ſi à Iudicis Arbitri, in quem conſenſit, Sententia appellaretur. Octauò, cum appellatur ab interlocutoria, quæ per diffinitiuam reparari poteſt. Si enim reparari non poteſt, vt accidit in carceratione indebita, in tortura, in Excommunicatione etiam comminata, Suſpenſione, Interdicto, quæ ſunt damna irreparabilia, vel interlocutoria vim diffinitiuæ haberet, tunc Appellationem acceptare tenetur. Atque hæ friuolę Appellationes dicendæ ſunt.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

55. *Appellationes friuolæ quæ?*
Notorium quid, & quotuplex.
Notorium iuris multiplex.
Notorium facti itidem multiplex.
Factum coram maiore parte populi dicitur notorium.
Notorietas debet probari.
Plura de Notorio.

56. *In notorijs quandò procedendum.*
In illis non ſeruatur forma iudicij ſtricta.
Probanda eſt notorietas per Teſtes.
Pronunciandum eſt, conſtare de notorio, aliter proceſſus eſt nullus.

57. *An in notorio debeat citari Reus.*
Fruſtrà citatur qui nihil poteſt opponere.
Si eſt dubium, quod Reus poſſit aliquod opponere in notorio, eſt citandus.

58. *Si delictum eſt notorium etiam Iudici, quid agendum.*
Quando dicatur notorium Iudici.
Notorium quomodò proponatur in Sententia.
In notorio friuola eſt Appellatio.

59. *Si notorium non proponatur in ſententia, ab ea poteſt appellari.*
Appellari etiam poteſt, ſi pœna non eſt à iure taxata.

Vel ſi pœna eſt maior eà, quæ imponitur à lege.

60. *Appellari poteſt à Iudice declarante notorietatem.*

Notorietas quoquo modo obfuſcetur, valet appellatio.

Forma proceſſus in delicto notorio.

61. *Reus confeſſus, & conuictus friuolè appellat.*

Confeſſus quandò appellare poſſit.

In Appellatione à diffinitiua, nulla eſt exprimenda cauſa Appellationis.

62. *Friuola eſt Appellatio eius, qui Iudici interroganti non reſpondet.*

Reſpondere nolens, per fictionem iuris, eſt contumax.

Contumax comparens antè Sententiam eſt audiendus.

Etiam ſi compareat intrà decendium à Sententia lata.

Contumacia quomodò purgatur.

63. *Friuola Appellatio eius eſt, qui Sententiam acceptauit.*

64. *Friuola eſt Appellatio,. poſtquam ter appellatum eſt.*

65. *Appellatio ſine iuſta, cauſa eſt friuola.*

In Appellatione extraiudiciali, & ab interlocutoria iudicialiter cauſa eſt exprimenda.

Iudex interlocutoriam poteſt reuocare.

In Appellatione à diffinitiua non requiritur expreſſio cauſæ.

66. *Friuola eſt appellatio ab Arbitro, in quem quis conſenſit.*

67. *Friuola eſt appellatio ab interlocutoria reparabili per diffinitiuam.*

Grauamen irreparabite quid.

Interlocutoria habens vim diffinitiuæ, quæ ſit.

55. IN hoc *Textu* enumerantur omnes friuolæ *Appellationes*, quæ de iuræ reijciuntur: vndè ſi ipſæ notoriè, & euidenter tales ſunt, à Iudice poſſunt contemni, & ad vlteriora procedi, abſque metu, quod proceſſus reddatur nullus.

Prima eſt, quandò Reus appellat *à delicto notoriè commiſſo, quod nulla poſſet tergiuerſatione cælari*. Ad huius intelligentiam ſciendum, quod, iuxtà *Iuriſconſultos*, (r) *Notorium* dicitur id, cuius veritas nulla poteſt tergiuerſatione cælari. Multiplex autem eſt, nempè *iuris*, & *facti*. *Iuris* autem aliud eſt *notorium præſumptum*, vt qui nati ſunt in domo ſint filij Coniugum, aliud quod apparet ex confeſſione *Rei*; aliud quod conſurgit ex probationibus Teſtium non impugnatis; aliud, quod conſtat ex ventre publici inſtrumenti; vel ex regiſtro publico, & multis alijs modis, quos recenſent *Doctores*. (ſ) *Notorium* verò *facti*, aliud eſt *facti tranſeuntis momentanei*, vt quod aliquis, coràm maiore parte populi, occiderit hominem; aliud *facti tranſeuntis interpellati* (meliùs fortè diceretur interpolati,) vt quod aliquis quibuſuis adſe accedentibus det ad vſuras; aliud verò *facti permanentis*, vt quod aliquis careat oculis. (t) Quià verò hic *Nobis* loquendum eſt de crimine *notorio*, liquet, quod hoc debet accipi de *notorio facti*, & non iuris. Hinc ſciendum, quod factum ſiue momentaneum, ſiue interpolatum tranſiens redditur notorium, ſi ſit factum, vel fiat, coram maiore parte populi aſtantis, vel cum ſcientia pleræque multitudinis, vt dixit *Salycetus*. (u) Vnde quod poteſt probari per Teſtes vltra decem, dicitur tranſire in *notorium*, licet factum ſit momentaneum, vt cum *Baldo* ait *Farinacius*, (x) qui teſtatur de communi; ſi tamen concurrant tria, nempe *loci qualitas*, ſcilicet quod ſit factum in publico loco; *adſtantium multitudo*; & *temporis qualitas*, vt de die, vel in nocte illuminata, pro vt aduertit *Baldus*.(z) Iſta autem notorietas debet formiter probari, ad hoc quod *Iudici* de illa conſtet; & debet etiam ferri ſententia, *quod delictum eſt Notorium*, ad hoc quòd in illa cauſa poſſit procedi non ſeruato iuris ordine, vt ſcripſit *Abbas*. (a) Probatur autem per duos ſaltem Teſtes, qui deponant de viſu, & quod fuit factum delictum coram maiore parte populi; vel fuiſſe factum publicè coram multitudine perſonarum; vel in platea; vel quod maior pars populi ſciat hoc; vt *Doctores* communiter. (b) Pariter *factum tranſiens momentaneum* tunc eſt notorium ipſi *Iudici*, quandò committitur in præſentia *Iudicis*, quandò ſedet pro tribunali in actu iudicandi, & cum hoc adſunt ſaltem duo Teſtes, vt ſcribunt *Doctores*, (c) vel *Reus* confiteatur delictum iudicialiter, quantumuis neget qualitatem delicti, puta dicendo illud non eſſe *notorium*. (d)

56. Vt autem ſciatur quandò, & quomodò verificetur id, quod traditur in *Textu*, quod nempè repellenda à *Iudice* tanquam friuola ſit *Appellatio*, quandò inter-

Digitized by Google

terponitur ſuper notorio delicto, neceſſarium eſt dicere quomodò procedere debeat *Iudex* in delictis notorijs, attento maximè, quod in noſtra *Praxi Criminali*, nullibi habetur ſermo de hoc, & multùm conferet pro expediendis proceſſibus in multis caſibus, in quibus *Iudices* noſtri ſolent multum laboris impendere abſque neceſſitate.

56. Dico ergò quod licet multa *Iura Canonica (e)* habeant, quod in *notorijs*, non ſit ſeruanda forma iudicij; tamen hoc intelligendum eſt ſobriè, ita vt iura illa non excludunt omnem formam iudicij, ſed tantum formam rigoroſam, & ſolemnem; admittunt tamen ordinem iuris aliqualem; & hoc, vltrà conſenſum omnium *Canoniſtarum*, habetur ex *Textu* cuiuſdam *Decretalis*, *(f)* in qua dicitur: *In eis* puta notorijs, *non eſt ordo iudiciarius obſeruandus, qui debet in alijs obſeruari*, vbi *Gloſſa* ſubiungit *ex toto*, innuens quod debet ſeruari in parte. Quod & clarius ſubiungit idem *Textus* infrà vbi dicit *Subtilitatem Ordinis iudiciarij, quam in his non ſeruari per omnia, iuris ratio poſtulat*. Quod ſi dicit non ſeruari *per omnia*, patet quod in aliquibus ſeruatur, vt firmat *Paſſerinus*, qui teſtatur de communi *(g)*. Primum ergò quod ſeruari debet eſt, quod ſicuti in cæteris iudicijs, in quibus proceditur per *Accuſationem*, ſiue *Inquiſitionem* ante omnia conſtare debet de corpore delicti; ita *Iudici* procedenti in *cauſa notoria*, prius conſtare debet de *notorietate* delicti. Poteſt autem delictum eſſe *notorium* Populo, & non *Iudici*, ſiue ſit delictum facti permanentis, ſiue tranſeuntis, & poteſt eſſe *notorium* etiam ipſi *Iudici*. Si eſt *notorium* Populo, & non *Iudici*, debet probari in iudicio *notorietas*: *(h)* vnde *Iudex*, qui non poteſt procedere niſi in *notorijs*, prius debet probare qualitatem *notorij*; vt ſunt, & facere debent *Conſeruatores Regularium*. *(i)* Probatio autem debet fieri concludenter, & plenè, per duos ſaltem Teſtes conteſtes iuratos omni exceptione maiores, qui deponant non ſolùm ſuper delicto de viſu, ſed etiam quod illud tale ſit *notorium* toti, ſiue maiori parti Populi; ita *Panormitanus Maſcardus, Farinacius, Speculator, Butrius, Clarus Capra, Moneta, quos dat*, & ſequitur *Paſſerinus*, *(l)* Vnde aduertit *Farinacius*, *(m)* poſt *Felinum*, quod Teſtes ſaltem groſſo modo debent deponere quid ſit *notorium*, aliter notorietatem non probarent, quia deponerent ſuper *re*, nempe *notorietate*, quam neſciunt. Sufficienter verò probarent, ſi dicerent, delictum illud eſſe notum maiori parti populi, quia fuit publicè commiſſum coram pluribus, qui illud diffamauerunt, vt docet *Paſſerinus*: *(n)* ſic enim *notorietatem* probarent, licet ipſam neſcirent diffinire.

Sic probata *notorietate* delicti, Iudex debet pronunciare, quod conſtat de *notorietate*; ità quod ſi hoc non fiat, proceſſus ſit nullus, vt tenuerunt multi *(o)* licet alij contrarium ſentiant; tamen ſine vllo dubio, tutiùs eſt taliter ſententiare, ſic enim fiet, quod ex nulla parte poſſit proceſſus impugnari, & ſic conſulit *Paſſerinus*. *(p)*

57. Dubium autem eſt, an ſic conſtito de *notorietate* debeat citari *Reus*, & audiri in ſuis defenſionibus? Pro Reſponſione diſtinguitur dubium. Quia vel *Iudex* eſt certus, quod *Reus* nullo modo poteſt ſe defendere, eo quia delictum tales habet qualitates, quod nulla poſſit tergiuerſatione excuſari nec in toto, nec in parte: tunc non eſt neceſſè citare eum; fruſtrà enim citatur, qui citatus nihil habet opponere, quod ſit releuans, vt ex *iure (q)* deducunt *Doctores*. Vel eſt dubium an *Reo*, quantumuis *notoriè* delinquenti, poſſint aliquæ defenſiones competere; & tunc omninò eſt citandus, & debet ſibi dari tempus congruum, & omnia neceſſaria ad ſe defendendum, quod ſi aliter fiat proceſſus eſt nullus, & præcipuè quandò agitur contrà abſentem, vt docuit *Butrius*. *(r)* Sed quo ad praxim difficillimum, imò moraliter impoſſibile eſt, quod *Iudex* poſſit eſſe certus, quod *Reus* nullas prorsùs habeat exceptiones, per quas vel in toto, vel in parte poſſit impugnari delictum, vel eius qualitates, vel *notorietas*, niſi audiat ipſum *Reum*, qui aliquandò contrà Teſtes, vel eorum dicta poteſt adducere, & probare exceptiones, quas *Iudex* nunquam imaginatus eſt. Vndè infero, quod cum in nullò caſu, in quo per dicta Teſtium probatur *notorietas* delicti, poſſit *Iudex* eſſe certus, quod *Reus* nullas habeat exceptiones, niſi *Reus* ipſe audiatur, in omni tali caſu debeat *Reus* citari, & audiri priuſquam condemnetur. Hinc non poſſum ſubſcribere opinioni *Sanctori (s)* dicentis non eſſe citandum *Apoſtatam*, vel qui aufugit à Conuentu vbi Fratrem *notoriè*

riè occidit, eo' quia non habet exceptiones, quas poſſit adducere in ſui defenſam, & per hoc citatio eſt fruſtranea. Quia doctrina hæc theoricè eſt vera; hoc eſt, ſi datur hypotheſis, quod Apoſtata, vel Homicida nullam prorsùs exceptionem habeat pro ſe tuendo; tunc eſt verum non eſſe neceſſariam citationem. Practicè autem eſt falſa, quia nunquàm poteſt in praxi dari caſus, quod *Iudex*, ſiue *Superior* ſit certus, quod *Reus* nullas habeat exceptiones, ſi non ad excuſandum delictum in totum, ſaltem in partem, & ità poſſit euadere pœnam ſaltem ordinariam. Poteſt enim probare ſè diſceſſiſſe à Conuentu, aut ob inimicitiam capitalem alicuius ſibi mortem machinantis per venenum; vel ob habendum recurſum ad *Superiorem*, *&c.* Pariter, ſi occidit alium, fuit ad ſui defenſam, vel inuoluntariè iocando; vel tunc erat ebrius, &c. & centum huiuſmodi exceptiones. Pariter poteſt excipere contra Teſtes, qui depoſuerunt ſuper *notorio*, dicendo eſſe inimicos ſuos, ſiue iure inhabiles ad teſtificandum, & ſimilia. Et re vera ſi citatur *Reus* abſens, licet ſit conuictus per conteſtes, ad ſe defendendum, vt eſt praxis *Iudicum* in toto Mundo, quare non debet pariter citari *Reus*, licet *notoriè* delinquens in caſu, quo per Teſtes probata ſit *notorietas*? Certè ſicut non poteſt dici *Reus* plenè conuictus, niſi nihil habeat proponendum, per quod contrà Teſtes excipiat; ità neque dicetur plenè probatum *notorium*, ſi *Reus* oſtendat per exceptiones legitimas, Teſtes, per quos *Iudex* probauit *notorietatem*, non eſſe omninò integros. Si Apoſtatæ minimè citati, apud Nos, in prima refectione, iuxtà *Statuta*, declarantur excommunicati, hoc fit ex eo, quod ità inualuit vſus, prout *Sanctorus* ipſe ibidem fatetur. Non eſt autem hoc iuxtà veras Regulas iuſtitiæ, deberent enim citari, ſicut in omnibus alijs delictis citantur *Rei*, etiam abſentes, per affixionem Monitoriorum, de quibus ſuo loco dicemus. Vndè concludendum eſt, quod in caſu, in quo per Teſtes probatur delictum eſſe *notorium*, ſemper debet citari, & audiri *Reus* antequam condemnetur.

58. Si autem delictum ſit *notorium* etiam *Iudici*, aliter eſt dicendum. Eſt autem *notorium* etiam *Iudici* aliquod delictum, quandò factum eſt coram ipſo, non prout *Iudex* eſt vnus de populo, ſed vt eſt in actu, & exercitio indicandi, vel in loco, & actu exercendi ſuam iuriſdictionem, vt ex *Archidiacono*, & *Butrio* docet *Paſſerinus*. (t) Exemplum ſit. Si aliquis in Refectorio præſente Guardiano, & tota Communitate, alium percuteret pugno, tale delictum eſſet plenè notorium tum populo, quia ibi eſt Fratrum Communitas congregata; tum *Iudici*, quia Refectorium eſt locus tribunalis Guardiani, & dum ibi ſedet, exercet ſuam iuriſdictionem, punit, iudicat, & alia iubet. Pariter, ſi *Reus* dum eſt coram *Iudice* ſedente pro tribunali, & ipſum examinante, committeret aliquod delictum, illud pariter eſſet *notorium Iudici*. Nec ſubſcribo *Paſſerino* dicenti quod ad hoc, quod aliquid ſit *notorium Iudici*, non ſufficere, quod fiat coram perſona *Iudicis*, ſi ſimul non adſint tot Teſtes, quot ſunt neceſſarij ad *notorium*. Etenim hoc modo non daretur, quod *Reus* dum examinatur, poſſet coram *Iudice notoriè* delinquere; examinatur enim vt plurimum cum ſolo Actuario, aut in grauiſſimis in præſentia duorum Aſſiſtentium, & iſti non ſufficiunt ad faciendum *notorium* populo. Dico ergò, quod ſufficiunt duo Teſtes ſi adſunt, imò ſufficit ſola ſcriptura *Notarij* teſtantis *Reum* in præſentia *Iudicis* blaſphemaſſe, exempli gratia, nomen *Domini*, ad hoc, quod delictum dicatur *Iudici notorium*, & appareat tale ex proceſſu, & *Iudex* procedere poſſit ad puniendum. Et in noſtra *Practica* (u) habemus, quod ſi *Reus* coram *Iudice* delinquat, vt blaſphemando, Actuarius debet in proceſſu ſcribere totum, & *Iudex* debet *Reum* interrogare cur ſic blaſphemauit? Quod ſi *Reus* confitetur, ſtatim ipſum condemnet, ſi negat examinentur duo Teſtes, qui de facto deponant, & ſtatim ipſum condemnet in ipſa figura iudicij. Ex quo patet, quod ſi *Iudex* ſtatim condemnat, nulla data defenſione, ſupponit lex delictum fuiſſe Iudici *notorium*, abſque eo, quod examinentur decem ad minùs Teſtes, quot requiri ad faciendum, & probandum notorium, ſcripſit *Baldus*. Si autem Teſtes examinandi non adſint, ego dico, quod ſufficit, quod *Iudex* legi in faciem *Rei* faciat id, quod Notarius ſcripſit: puta quod *Reus* in præſentia *Iudicis* blaſphemauit. Quia ſi acta per Notarium plenè probant in iudicio, & quare non plenè probabit ſcriptura illa ad *Reum* conuincendum, attento maximè, quod *Iudi*-

ci

ri notum ex euidentia eſt delictum, licet *Reus* proteruiat in negando?

Caſu ergò quo delictum ſit *notorium Iudici*, vt præfertur, non eſt neceſſarium, quod *notorium* eſſe probetur, neque *Iudex* interlocutoriè decernat, quod *conſtet de notorio*; quia hoc ſupponitur ipſi euidens: licet verò eximatur *Iudex* ab onere faciendi conſtare de *notorio*, non tamen tollitur quin debeat ipſum proponere, vt latè probat quædam *Gloſſa* ſingularis (a) communiter recepta à *Canoniſtis*, & *Iuriſtis*. (a) Proponere autem debet hoc modo, dicendo. *Quia notorium eſt, quod Titius tale delictum commiſit, eum condemnamus in talem pœnam*.

Sic ergò explicato ordine procedendi in *notorio* crimine, benè intelligetur, quandò dicetur eſſe *friuola Appellatio in crimine admiſſo*, & vt friuola à *Iudice* debeat ſperni. Si enim delictum eſt *notorium Iudici* modo ſuprà explicato, non conceditur *Reo*, quod poſſit appellare, vndè ſi appellat, *friuola* erit *Appellatio*, & vt talis reijcienda eſt, vt dicit *Textus noſter*, cui concordant *Canoniſtæ*. (b)

59. Limitatur autem hæc doctrina, ſi *Iudex* condemnando *Reum* non proponeret, vt ſuprà dictum eſt, *delictum eſſe notorium*, & quod *Reum damnat*, *quia crimen ipſius notorium eſt*. Si enim ſimpliciter pronunciet, dicendo ipſum condemno ad talem pœnam ob tale crimen, poteſt *Reus* appellare, vt argumento cuiuſdam *legis* (c) *Canonicæ*, pluribus *Doctoribus* citatis probat *Farinacius*. (d) Et ratio eſt, quia *notorietas* delicti eſt, quæ facit, quod ſuper tali delicto non poſſit fieri *Appellatio*; ſi ergò *Iudex notorietatem* eius non proponit, ſed abſolutè dicit *condemno ob tale delictum*, videtur condemnare non ratione delicti, vt *notorij*, ſed delicti vt ſic in genere ſumpti, & minimè qualificati; proindè deficiente propoſitione *notorietatis*, quæ reddit Sententiam inappellabilem, fit ipſa appellabilis.

Pariter à ſententia ſuper delicto *notorio Iudici* appellari poteſt, quandò non habetur pœna à iure taxata pro tali delicto, ſed eius punitio remittitur *arbitrio Iudicis*, & hoc probari poteſt argumento cuiuſdam *Capituli* (e) dicentis, quod in *notorijs* non poſſit recuſari *Iudex*, vbi *Abbas* ex *Ioanne Andreæ*, & *Hoſtienſi* docet, quod ſi pœna delicti eſt à iure taxata non poteſt *Iudex recuſari*; ſi verò eſt *Iudici arbitraria* recuſari poteſt, quia poteſt grauare *Reum*, vt aliàs docuimus. Sicut ergò quando pœna delicti eſt in *Iudicis* arbitrio *Iudex* recuſari poteſt, quantumuis delictum ipſi *notorium* eſſet; ità in tali caſu à Sententia *Iudicis* appellari poterit ex eo, quod *Recuſatio*, & *Appellatio* parificantur, imò plus eſt *Recuſatio Iudicis*, quæ ipſi totaliter impedit iuriſdictionem, quàm *Appellatio*, quæ ſolùm impedit in illo articulo, ſiue in illa cauſa. Quod ſi *Recuſatio* in tali caſu admittitur, à fortiori admittenda eſt *Appellatio*. Et re vera *Appellatio* in tantùm vniuerſaliter ſuſtinetur, in quantùm vel non probatum eſt perfectè delictum, ſuper quo *Iudex* ſententiauit; vel *Reus* grauatus eſt in Sententia condemnante in talem pœnam, quæ non eſt delicto proportionata; & ideò in *notorio Appellatio* vniuerſaliter non datur, quia non poteſt claudicare Sententia ex parte delicti non probati; cum enim *notorium* ſit, probatione non indiget; non poteſt pariter claudicare ex parte Sententiæ, quæ grauet, quandò lex expreſsè habet, quod tali delicto talis pœna detur, & *Iudex* dat *Reo* pœnam illam à lege taxatam. Si autem pœna remittitur *arbitrio Iudicis*, Sententia illius non eſt ità euidens, quod ſit iuſtificata ex lege, quin impugnari à *Reo* poſſit, eo quia arbitrando grauare potuit; vndè concluditur, quod *Appellatio*, in tali caſu etiam *notorio*, poſſit ſuſtineri; & hoc multò magis quandò *Iudex* grauiorem pœnam imponeret, quàm imponat lex, ſi in lege expreſſa eſſet tali delicto pœna, vt ex *Farinacio* aduertit *Paſſerinus*. (f)

60. Hinc apparet intelligentia illius, quod ſubiungit Textus dicentis, quod non datur *Appellatio in notorijs, niſi à Iudice declarante notorietatem appellaretur*. Suprà enim diximus de delicto *notorio Iudici* ipſi, à quo non appellatur, niſi aut grauet in pœna; aut grauare in ea poſſit, quia in iure non eſt expreſſa; aut condemnando, *notorietatem* delicti non proponat. Modò debet intelligi de *notorio* Populo, quod diximus reddi *notorium Iudici* per probationes Teſtium deponentium ſuper *notorietate*, in quo caſu debet *Iudex* pronunciare interlocutoriè, quod *conſtet de notorietate delicti*. Dicit ergò *Textus*, quod à *Iudice* ſic declarante *notorietatem* appellari poteſt, & ratio eſt, quia quocunque modo offuſcetur *notorietas* ſemper valida eſt *Appellatio*, vt dicit vna *Gloſſa*, (g) quàm ſe-

Digitized by Google

ſequuntur multi. Dum ergò notorietas non conſtet *Iudici*, niſi per probationes, ſi iſtæ infirmantur à *Reo*, qui contrà illas habet excipere, *notorietas* ipſa obfuſcatur, & ſic *Appellatio* admitti debet, quia tunc tantùm repelli poteſt, quandò *notorietas* delicti clara eſt. Et hoc idem ſenſerunt multi *Doctores*, (b) qui ſubiungunt, quod, in hoc caſu, ſi *Iudex* procedat ad executionem Sententiæ, erit non minùs attentatum, quàm ſi eſſemus in quouis alio caſu appellabili. Dum enim *Appellatio* admittitur à iure regulariter, ſequitur effectus ſuſpenſionis, qui ſolet cauſare attentata. Pariter cum ſuprà dictum ſit, quod (cum variæ ſint opiuiones *Doctorum*, quid requiratur ad conſtituendum *notorium*) remittitur *Arbitrio Iudicis* determinare an in delicto, de quo agitur, interueniat notorietas. Si *Iudex* ergò pronunciet delictum illud eſſe *uotorium*, & *Reus* prætendat non eſſe *notorium*; poteſt *Reus* appellare à *Iudice uotorietatem declarante*, vt habet *Textus*. Aduertendum tandem eſt, quod in *Appellatione*, quæ fieret in crimine prætenſo *notorio*, vt præfertur, *Reus* tenetur proponere *cauſam Appellationis*, aliàs *Appellatio* non ſubſiſtit. Ratio eſt, quia hæc *Appellatio* eſt ab interlocutoria, in qua *Appellatione* proponenda eſt cauſa, ob quam appellatur, vt ſuprà docuimus.

Libet autem ad inſtructionem inexpertorum dare axemplum, quomodò procedere poſſit in *uotorijs* Superior recapitulando breuiter, quæ dicta ſunt. Demus caſum, quod dum maior pars Fratrum vnius Conuentus eſt ad ignem communem, tempore hyemis, vnus percutiat alium. *Prouincialis* vel ex denunciatione, vel ex fama motus vult procedere ad punitionem. In hoc caſu poteſt, imò debet procedere per viam *notorij*. Incipiat ergò deſcriptionem actorum hoc modo. *Cum notorium ſit iu tali Conuentu Fratrem N. percuſſiſſe ligno Fratrem N., decreuit ex ſui officio P.N. Prouincialis Reum caſtigare; & accito me N. Notario Secretario ſuo à quo, &c. prout iuraui iu præſentia N. & N. Teſtium, ſe contulit in illum Conuentum; vbi vocare fecit Fratrem N. Teſtem aſſumptum ex officio ad probandam notorietatem, cui dedit iuramentum de veritate dicenda, &c.* Etità ipſum interroget breuiter ſuper ſubſtantia, & qualitate delicti, puta quod *notoriè* commiſſum fuerit, coram maiori parte Fratrum illius Conuentus, à quibus diffamatum eſt, ità vt omnes hoc ſciant, & omnibus notum factum eſt. Examinet autem etiam alios Teſtes ad minùs duos, & meliùs erit ſi examinet omnes. His captis depoſitionibus ſententiam ferat, *Conſtare de delicto notoriè commiſſo*; & citet *Reum* ad dicendum quarè non debeat condemnari in pœnam taxatam à Statuto. Si *Reus* compareat, & neget delictum, non audiatur, quia iam conuictus eſt, & non debet interrogari an delictum commiſerit, quia *notorium* eſt, quod deliquit. Sed ſolùm audiri, ſi pro ſe habet proponere aliquid, per quod poſſit defendi. Si *Reus* dicit ſimpliciter *Appello ad Generalem*; tali Appellationi nullo modo debet deferre, quia, non aſſignata cauſa aliqua legitima, *Appellatio ab iuterlocutoria* non valet, vt dictum eſt. Si dicit *appello, quia non eſt verum, quod notoriè percuſſerim, quia qui teſtificati ſunt contrà me ſunt inimici*; vel *quia uon ſunt ſufficientes ad conſtituendum notorium*; aut aliam cauſam adducit, quæ obfuſcet *notorietatem*. Si cauſæ adductæ ſunt euidenter falſæ, aut friuolæ, *Iudex* iterum decernat, eas *non releuare*; & ſic ad condemnationem procedat. Si verò cauſæ adductæ ſunt veræ, aut dubiæ, iam obfuſcatum redditur *notorium*; ideò debet deferre *Appellationi*, & via ordinaria debet conſtruere proceſſum. Quod ſi *Reus*, vt præfertur, nullam cauſam legitimam *Appellationis* adduxerit; *Prouincialis* cum *Diffinitorio* ipſum condemnet ad pœnam Statutariam. Nec mirari debet Lector, quod hanc formulam præſcribam à *Iudice* Regulari ſeruandam, dum procedit in *notorio*, in quo dicunt *Doctores*, quod non eſt neceſſaria ſcriptura, neque in ipſa ſententia ferenda. Apud nos enim ſcriptura neceſſaria eſt circà acta, quia *Prouincialis* non poteſt procedere ſe ſolo, ſed debet adhibere conſilium *Diffiuitorij*, coram quo debent produci acta legitima. Pariter debet regiſtrari in libro copia ſententiæ, vt præſcribitur in *Statutis*, (i) vndè neceſſaria eſt ſcriptura in condemnando. Inſuper poteſt *Reus* appellare ab interlocutoria ſuper *notorio*, vt dictum eſt; item appellare in diffinitiua in eodem caſu. Quomodò autem poſſet *Iudex ad quem* cognoſcere, an benè iudicatum ſit in *notorio*, ſi non adeſſet copia actorum ad ipſum tranſmittenda? Meliùs ergò fiet, omnia (vt præfertur) ſcribendo, vt *Iudex Superior* poſſit oſtendere, ſe legaliter omnia feciſſe.

61. *Se-*

61. *Secundò cum appellat Reus confeſſus, & conuictus, &c. Appellatio* hæc poteſt interuenire tum in *interlocutoria*, tum in *diffinitiua*, quia poteſt *Reus* ſuper vno articulo eſſe confeſſus, & conuictus, ſicut ſuper cauſa principali. *Textus* autem noſter cumulatiuè loquitur, dicendo *confeſſus, & conuictus*, ita vt ad reddendam *Appellationem*, ex hoc capite, friuolam vtrumque requiratur; & hoc concordat cum aperta diſpoſitione Imperatoris, *(l)* vbi ait. *Argumentis conuictus, Teſtibus ſuperatus, voce etiam propria vitium, ſceluſque confeſſus ne audiatur appellans*, & ſubiungit. *Æquum eſt Teſtibus productis, inſtrumentiſque probatis, alijſque argumentis præſtitis, ſi ſententia contrà eum lata ſit, & ipſe qui condemnatus eſt, aut minimè voce ſua confeſſus ſit, aut formidine tormentorum territus contrà ſe aliquid dixerit, prouocandi licentiam ei non denegari*. Ex quo euidenter habetur, quod ad hoc, quod *Appellatio* non recipiatur oportet, quod *Reus* non tantùm *conuictus* ſit per Teſtes, ſed quod *confeſſus* ſit ſcelus etiam *voce propria*, hoc eſt ſpontanea, & *non territus tormentis*, vt ait ibi *Gloſſa* in *verbo Propria*. Si verò *conuictus* ſit, ſed non *confeſſus*; vel *confeſſus* per tormenta, poteſt appellare. Supradicta autem Regula ſuas patitur exceptiones, proindè ſubiungit *Textus niſi probare vellet confeſſionem factam per vim, metum, vel errorem*. Quod *confeſſus* ſpontè, licet non *conuictus*, non poſſit *appellare*, quia non poteſt ſe dicere grauatum, docet de *Bictis*. *(m)* Si autem probare vellet, quod ſi *confeſſus* eſt crimen, non fuit ſponte, ſed per *vim* tormentorum iam incuſſorum, vel per *metum* eorum infligendorum; vel per *errorem* reminiſcentiæ, tunc debet admitti *Appellatio* etiã *Rei confeſſi*, & hoc egregiè probat *Abbas* ſuper quadam. *(n) Decretali*. Hinc deducitur, quod ſi quis, vt præfertur *confeſſus* appellare voluerit, tenetur aſſignare cauſam, per quam obſuſcetur ſua confeſſio, & ſe offerre incontinenti expreſſam cauſam probare, aliàs videretur, quod appellaret ad redimendum tempus, vt notat *Scaccia*. *(o)* Et licet in *Appellatione* à diffinitiua non ſit neceſsè exprimere cauſam, vt notatur in quibuſdam *Capitulis*, *(p)* tamen in hoc caſu, in quo appellatur contrà ius, debet exprimi cauſa, quæ vincat ius prohibens *Appellationem*, vt tenuit *Speculator*; *(q)* & *Innocentius*, & illa ſic producta debet *Iudex à quo* ipſi deferre, & *Iudex ad quem* de cauſa à *Reo* producta cognoſcere, & inhibere *Iudici à quo*, vt ab executione Sententiæ ſuperſedeat, vt ex vtroque iure probat *Abbas*. *(r)*

Aliam etiam exceptionem patitur adducta Regula, & eſt; quod ſi pœna inflicta per ſententiam excederet pœnam impoſitam à lege pro tali delicto; aut ſi lex relinqueret in arbitrio *Iudicis* pœnam infligendam pro illo, & *Iudex* in arbitrando exceſſiſſet modum; in talibus caſibus *Reus* licet *conuictus*, & *confeſſus* appellare poteſt. Et hoc procedit vniuerſaliter in omnibus caſibus, in quibus eſt prohibita *Appellatio*; quandocunque enim grauatur *Reus*, ſemper illi appellare licebit, vt, ex *(s)* iure, notant *Doctores*.

62. *Tertio. Si Iudici interroganti reſpondere noluerit &c.* Ex quo ſupra dictum eſt quod *Reus confeſſus*, delictum appellare non poteſt, ſequitur quod idem dicendum eſt de *Reo*, qui vel coram *Iudice*, qui eum interrogat, eſt contumax in reſpondendo; vel citatus eſt contumax ad comparendum coram eodem. Qui enim à *Iudice* interrogatus non dat reſponſum, per fictionem iuris, vt vult *Bartolus*, *(t)* & *Felinus*, habetur pro confeſſo delictum, ſuper quo interrogatur, vt habet *textus* expreſſus cuiuſdam *Digeſti* *(u)* dicentis, *Qui tacuit apud Prætorem, & omnino non reſpondit, contumax eſt*; quod etiam eſt verum de iure *Canonico*, *(x)* in quo decernitur, quod non tantùm qui interrogatus à *Iudice* non reſpondet, ſed & qui citatus legitimè non comparet, habetur pro confeſſo. Sicut ergo vere confeſſus crimen non admittitur in *Appellatione*, ita neque defertur *Appellationi* eius, qui delictum confitetur ex fictione iuris, ſicut eſt contumax in reſpondendo, vel in comparendo.

Aduertendum verò, quod ad reddendam ſic *Appellationem* friuolam non ſufficit, quod *Reus* per contumaciam ſit ficte confeſſus; ſed requiritur, quod etiam ſit ſententiatus, ſubiungit enim *Textus ex quo tanquam confeſſus, & contumax fuit condemnatus*. Quia ſi *Reus* poſtquam fuit contumax per aliquot dies, compareat antequam ſententietur, omnia, quæ præceſſerunt reducuntur in vim ſimplicis citationis; ipſe *Reus* audiri debet, & ſibi competunt ordinaria iuris remedia, vt dicunt *Criminaliſtæ*. *(z)* Si autem compareat

R

reat poſt ſententiam, intrà decem dies à ſententia lata computandos, admitti etiam debet eius *Appellatio*, & ità teſtatur *Rota*. (a) ſeruari in *Curia Romaua*. Tranſacto verò termino illo, & ſententiato in contumacia, non debet audiri, *niſi prius purgauerit coutumaciam*. Purgatio contumaciæ poteſt fieri, vel adducendo rationes legitimas coram *Iudice*, ob quas non potuit in tempòre venire; vt pote quod fuit detentus infirmitate, aut alia cauſà, quæ ipſum impediuit; ſic enim probando legitimam cauſam oſtendit ſe non fuiſſe contumacem ex dolo, & ita euadit pœnas contumaciæ, vt ex quadam *lege gloſſata* colligit *Bartolus*. (b) Imò licet in criminalibus non poſſit *Reus* reſpondere *Iudici* per Procuratorem, vt multis rationibus probat *Abbas* (c) communiter receptus, tamen admittitur Procurator ad proponendas exceptiones, & excuſationes pro *Reo*, vt habetur ex quadam *Decretali*. (d) Et ità poſſet *Reus* per Procuratorem ſuum oſtendere *Iudici*, & probare cauſam, quæ ipſum impediuit ad veniendum intrà tempus ſibi aſſignatum, puta *quod fuit tali tempore occupatus in officio publico vt concionandi in Quadrageſima*, vel *fuit febricitans*, vel *ſocium non potuit habere*; vel *viæ erant impracticabiles*, & centum ſimilia, vt ait *Sanctorus*. (e) Et hoc modo dicetur purgata contumacia per cauſam rationabilem. Alio etiam modo poteſt purgari contumacia per pœnam. In foro quidem ſæculari contumacia purgatur per mulctam, vt plurimum pecuniariam. Sed apud Nos, qui pecunia caremus, quià eam habere à Regula prohibemur, loco mulctæ, debet ſuccedere pœna corporalis; & hoc arbitrio *Iudicis*, qui debet eſſe in arbitrando eam diſcretus. Mulcta ſiquidem, quæ ad luendam contumaciam imponitur, eſt *Iudici arbitraria*, vt poſt *Boſſium* & *Menochium* ſcribit *Farinacius*. (f) Sicque purgata contumacia poteſt *Reus* appellare.

63. *Quarto*. *Qui ſeutentiam acceptauit, eique ſubſcripſit, aut ſuo nomine ſubſcribi fecit*. Tum quià iuri ſuo renunciauit, vt ait *Sanctorus*, (g) tum quià iam cauſa per diffinitiuam ſententiam tranſiuit in rem iudicatam. Vndè non eſt amplius locus appellationi, bene tamen poteſt haberi recurſus ad Superiorem, quo ad deuolutiuum, non quo ad ſuſpenſiuum.

64. *Quinto*; *ſi poſt triuam Appellationem, quartam addere vellet. Poteſt enim Reus iu eadem cauſa apud diuerſos Iudices bis, vel ad ſummum ter, appellare; vlterius non poteſt*. Huic conſonant *iura* tum *Canonica*, tum *Ciuilia*; (h) & hoc ità cauetur, vt notat *Abbas* (i) tum vt euitetur infinitas in litigando; tum propter præſumptionem iniuſtitiæ, quæ orta eſt contra appellantem ex quo toties ſuccubuit.

65. *Sexto*. *Si nullam cauſam Appellationis afferret, quià ex Bernardo ad Eugenium, qui non grauatus appellat, manifeſtè liquet, quod aut grauare intendit, aut tempus redimere. Id autem locum babet, cum ab interlocutoria, ſiue extraiudicialiter, vel à correctionis exceſſu appellatur, non verò cum à diffinitiua, & iudicialiter*. Duæ ſunt ſpecies *Appellationis*, vna quidem *extraiudicialis*, cum nempe Subditus appellat à grauamine illato, vel inferendo à *Superiore vt Patre*, & non vt *Iudice*; vt alias dictum; alia verò *iudicialis*, & eſt, quando *Appellatio* fit à grauamine iudicialiter illato, & hoc ſiue fit per ſententiam interlocutoriam, ſiue per diffinitiuam, vt olim explicuimus. Quandò ergò aliquis appellat *extraiudicialiter*, vel à *ſentētia interlocutoria iudicialiter* debet adducere in libello ſuæ *Appellationis*, ſiue oretenus coram *Iudice*, & *Notario*, (& Teſtibus ad cautelam) cauſam quarè appellet, & hanc in ſpecie exprimere; alias *Appellatio* non valet, vt habet *textus* expreſſus cuiuſdam *Decretalis* (l) dicentis. *Coram eodem Iudice cauſa probabili Appellationis expoſita*; & ita tenent *Doctores* communiter. (m) Et ratio eſſe poteſt, quià ſi Superior in *Appellatione extraiudiciali*, ſiue *Iudex* in *Appellatione ab interlocutoria* audiat cauſam *Appellationis* propoſitam à *Reo* poteſt de illa recogitare, deſiſtere à grauamine inferendo, & mutare, ſiue reuocare ſententiam interlocutoriam, hoc enim *Iudex* poteſt dum interloquitur, non verò poſtquam diffinitiuè pronunciauit, vt dicit apertè vnus *Textus* cum ſua *Gloſſa*. (n) Et ita non priuatur *Iudex* iure ſuo, cognoſcendi ſcilicet ſuper principali, caſu quo ad *Iudice ad quem* pronuncietur *beue appellatum*, & *male interlocutum*. Vnde ſequitur, quod ſi in *appellatioue extraiudiciali*, ſiue ab *interlocutoria* iudiciali cauſa non exprimatur, friuola redditur talis *Appellatio*, vt dicit *Textus*. Expreſſio autem talis cauſæ

non

non eſt neceſſaria quandò appellatur in diſſinitiua, ſed ſufficit quod dicat *Appello à grauamine*, vt dicunt *iura*. (o) Et ideò ridendi ſunt non nulli *Iudices* Regulares, qui *Appellatione* interpoſita à *Reo* in diſſinitiua inſtant vt *Reus* aſſignet cauſam, quarè appellet, proteſtantes ſe nolle *Appellationi* deferre, niſi *Reus* cauſam expreſſerit. Ad hoc ipſe minimè tenetur, proindè diſcant amodò tales *Iudices* non ſic ſe prodere ridiculos, & ignorantes eorum, quæ ſcire debent. *Iudicis* enim *ad quem* officium eſt cognoſcere de cauſa *Appellationis*. Et *Iudex à quo*, pronunciata diſſinitiuà, functus eſt officio ſuo: nec eſt vndè poſſit ſe amplius immiſcere in cauſa cognoſcenda, ſed tantum in ſententia exequenda, niſi per *Appellationem* executio ſuſpendatur, & ad Superiorem cauſa ex integrò deuoluatur.

66. *Septimo; Si à Iudicis Arbitri, in quem conſenſit, ſententia appellaret.* Hoc contingere poteſt in cauſa ciuili, non verò in criminali, in hac enim non eliguntur à partibus Arbitri, niſi ad cognoſcendum ſuper cauſa Recuſationis *Iudicis*, & ab iſtorum ſententia, quandò manifeſtè eſt iniqua, appellari poteſt, vt habetur alibi ex *Textu*. (p)

67. *Octauò. Cum appellatur ab interlocutoria, quæ per diſſinitiuam reparari poteſt.* Hoc ſuprà ſatis abundè probatum eſt ex *Concilio Tridentino*, (q) vbi etiam habetur; Quod *Si reparari non poteſt, vt accidit in carceratione indebita, in tortura, in Excommunicatione, etiam comminata, Suſpenſione, Interdicto, (quæ ſunt damna irreparabilia,) vel interlocutoria vim diſſinitiuæ haberet*, vt ad litterã habet Textus, Iudex *Appellationẽ acceptare tenetur*. Et ad prædicta bene intelligenda, aduertendum eſt, quod aliud eſt ſententia continens *grauamen irreparabile*, aliud *ſententia interlocutoria habens vim diſſinitiuæ*. Grauamen enim irreparabile, eſt *Omnis actus irretractabilis, & à quo mandato executioni pars grauata amplius non ſubleuatur Appellatione à diſſinitiua, vel nõ ſine difficultate, & præiudicio ſubleuaretur*; vt ait *Berti* (r) *ſententia* verò *interlocutoria habens vim diſſinitiuæ* eſt, quæ diſſinit vnum articulum cauſæ ſubſtantialem; vel etiam totum negotium perimit, licet per indirectum; vt ſi quis repellatur ab agendo, hoc eſt vt non poſſit eſſe *Actor* in iudicio per aliquam exceptionem; ſententiato ſiquidem, quod non poteſt eſſe *Actor* in tali cauſa, perimitur totaliter cauſa illa. Siue ergo *interlocutoria* contineat grauamen irreparabile, ſiue habeat vim diſſinitiuæ, ſemper valet Appellatio ab ea. Et qui vult videre differentiam inter ſententiam interlocutoriam, & diſſinitiuam, adeat *Felinum*, *Hoſtienſem*, & *Abbatem*. (.)

T E X T V S.

§.XII. Duodecimò. Appellatio à Subdelegato non ad Delegatum, ſed ad Delegantem deferenda eſt, niſi Delegatus fuerit ad vniuerſitatem cauſarum, ad quarum aliquam Commiſſarium poſteà deſtinauit.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

68. *Appellatio à ſubdelegato fit ad Delegantem, non ad Delegatum.*
Fallit in Delegato ad Vniuerſitatem cauſarum.

68. MVlta congerunt Scribentes de *Appellatione*, ad quem nempè facienda ſit, & qui vult hanc materiam videre, præter Antiquos adeat *Paſſerinum* ſuper *Sexto*, (t) qui ad ſaturitatem multa cumulat. Sed quia illa quadrant potius prò cauſis ciuilibus, quam criminalibus, & pro foro ſæculari potiùs, quàm pro Regulari, ideò ſimpliciter explico *Textum* exemplariter, quià apud imperitos aliquam habet difficultatem. Demus caſum, quod *Generalis* deputet *Commiſſarium* in aliquam *Prouinciam* ad duos caſus particulares, vnum quidem homicidij, alium verò percuſſionis grauis. *Commiſſarius*, vt ſe expediat ſubdelegat facultatem ſuam *Secretario* ſuo, & mittit ad inquirendum ſuper percuſſione; iſte in proſecutione proceſſus aliquam ſententiam interlocutoriam profert non reparabilem in diffinitiua, vel extraiudicialiter grauat *Reum*, ità quod iſte extrajudicialiter ab ipſo appellet, ad quem debet

bet appellare? Reſpondetur, quod *non ad Delegatum*, puta ad *Commiſſarium*, *ſed ad Delegantem* puta ad *Generalem deferenda eſt*. Hoc autem fallit in *Commiſſario Viſitatore*, eo quod ipſe eſt *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum*, quià licet ipſe Delegatus ſit, tamen ſi cauſam particularem alicui ſubdelegat, Appellatio ſuper tali cauſa non ad *Generalem Delegantem*, ſed ad ipſum *Commiſſarium Delegatum* facienda eſt.

TEXTVS.

§.XIII. Decimo tertio. Cauſas Appellationis tenetur examinare Prouincialis, cum ſuo Diffinitorio. Commiſſarij, Viſitatores, & Delegati eiuſdem Diffinitorij voto, & conſilio vti debent, niſi aliud cauſæ genus, & ratio ſuaſerit, quo caſu probatos aliquos Patres illius Prouinciæ in hoc examine adhiberi poterint.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

69. *Cauſæ Appellationis à Delegato, vel à Superiore locali factæ examinantur à Diffinitorio.*
Prouincialis ſolus nequit eas admittere, vel repellere.
Si ſolus hoc facit poteſt ab eodem appellari.
Omnes caſus graues iudicandi à Diffinitorio.

70. *Dictio* Et *copulatiua, & disiunctiua eſt.*
Contrà ius naturale, & diuinum eſt, quod aliquis ſit Iudex ſui.
Supremus poteſt eſſe Iudex in cauſa propria.
Qui allegantur ſuſpecti nequeunt de cauſa ſuſpicionis cognoſcere.
Cauſæ, ob quas, qui ſunt de corpore Diffinitorij non poſſunt cauſas Appellationis examinare.
Cauſæ ob quas, quis poteſt recuſari ſuſpectus, ſufficiunt vt excludatur à Diffinitorio.

71. *Licet Reus non excipiat contrà aliquem vt ſuſpectum, poteſt hoc facere Prouincialis ex officio.*
Iudex debet iudicare ex ſolo motiuo Iuſtitiæ.

72. *Ratio quid ſit.*
Eam quærere in ijs, quæ probantur ad ſenſum, infirmitas rationis eſt.
Ratio naturalis tacita lex eſt.
Quandò ratio dictat aliquem excludendum à conſiliando in Diffinitorio, excludi poteſt.
Caſus, in quibus ratio hæc poteſt cadere.
Iudex ignorans recuſari poteſt.
Ignorantia mater errorum.
Iudex prius iudicans, quam intelligens incidit in labyrinthum.
Diffinitores ſub mortali tenentur cognoſcere merita cauſæ.

73. *Statuti Valliſoletani circà Diffinitores eligendos mens explicatur.*
Iudex debet habere ſcientiam prò cognoſcendis meritis cauſarum.
Et ſupplere in Rei fauorem, quæ deſunt Aduocato.
Diffinitor eſſe cupiens, qui eſt ignorans peccat mortaliter.
Debet renunciare Officio, ſi illud adeptus eſt.

74. *Diffinitor imperitus non ſatiſfacit ſuo muneri adhærendo alijs.*

75. *In locum Diffinitorum imperitorum, alij ſubſtituendi ſunt, & qui.*

69. CVm ſuprà dictum ſit quod in *Appellatione à Diffinitiua* non ſit neceſſe aliquam cauſam adducere, ſed benè in *interlocutoria*; & pariter demonſtratum ſit, quod licet cauſa *Appellationis* ſit proponenda coram *Iudice à quo*, non tamen coram eodem examinanda eſt, ſed à *Iudice ad quem*; itemque dictum ſit quod *Appellatio* ſemper fit à minori ad maiorem *Iudicem*, liquet, quod *Textus* iſte non poteſt intelligi, niſi de *Appellatione iudiciali interlocutoria* facta coram *Iudice Delegato*, ſiue de *Appellatione extraiudiciali* à grauamine illato, vel ab exceſſu correctionis factæ à *Superiore* locali; minimè enim fieri poteſt, quod appelletur quo-

quo-

quomodo à Prouinciali, *& cauſam Appellationis teneatur examinare Prouincialis cum ſuo Diffinitorio.* Intelligitur ergò quod ſi à *Prouinciali* delegatur aliquis ad cauſam particularem, & *Reus* appellet ab *interlocutoria* huius *Delegati*; Vel ſi *Superior* aliquis localis grauet Subditum in exceſſu pœnitentiæ impoſitæ, & iſte appellet à tali grauamine, adducendo cauſam; cauſas iſtas debent examinare *Prouincialis*, & *Diffinitorium*. Et ad hoc aduertant *Prouinciales*; multoties enim ego vidi, quod ipſi ſoli, abſque *Diffinitorio*, tales *Appellationes* vel remittunt, vel reijciunt, ſecundum qnod ergà *Guardianos*, à quibus appellatum fuit, ſunt bene, vel male affecti. Hoc nullo modo poſſunt. Talis enim cauſa *Appellationis* cum grauis ſit, nequit, *iuxtà ſtatuta*, (u) à ſolo *Prouinciali*, ſed cum *Conſilio, & aſſenſu Diffinitorij* iudicari debet. Vndè ſi ſic appellans à *Guardiano*, à *Prouinciali* ſolo iudicaretur, & remitteretur ad *Guardianum*, vt caſtigaretur, poſſet optimè appellari à *Prouinciali* ex cauſa, quod non ſeruat ordinem iuris, & valeret ſua *Appellatio*. Et optimo iure cautum eſt, ne ſolus *Prouincialis* de cauſis huiuſmodi cognoſcat, ſed pendeat à *Diffinitorio*; quandoquidem affectio iſtius ergà *Delegatum* à ſe miſſum, vel ergà *Guardianum* amicum, multoties *Rei* grauati querelas non admittit. Idipſum autem facere debent etiam *Commiſſarij* ad cauſas particulares, *Commiſſarij Viſitatores*, & *Delegati* quiuis, nam in iudicando vt *Iudices*, ſemper *debent vti Diffinitorij voto, & conſilio*. Et de hoc eſt *Statutum* expreſſum (x) ſic habens. *Caſus graues, qui in viſitationibus occurrerint nullo pacto per diffinitiuam ſententiam Commiſſarius Viſitator terminet niſi de conſilio, & conſenſu Diffinitorum.*

70. *Niſi aliud cauſæ genus, & ratio ſuaſerit.* Hic *Textus*, ità afficit *Prouinciales*, ſicut *Commiſſarios Viſitatores*. Duo autem caſus exprimuntur hic, in quibus poſſunt excludi vel omnes, vel aliqui ex *Diffinitoribus* tum à *Prouinciali*, tum à *Commiſſario* à iudicio cauſæ alicuius; & hoc non ſolùm ſiagatur de cauſis *Appellationis* admittendæ, vel non, ſed etiam de cauſa principali, & ſententia diffinitiua ferenda. Primus eſt *cauſægenus*, ſecundus verò eſt *Ratio*; & licet *Textus* hæc duo coniungat per ly *&*, quæ videtur copulatiua, tamen ego cenſerem poſſe commodè ſumi etiam disiunctiuè, quia talis dictio etiam diſiunctiuè interpretatur, vt docet *Tuſcus*. (z) *Cauſæ genus* ergò eſt ſi ageretur cauſa contra *Diffinitorium*, vel aliquem ex *Diffinitoribus*. Quia vt optimè ex *Panormitano. Conſtant. Tiraquell. D. Thoma*, & *Scaccia*, notat *Sanctorus* (a) contrà naturale, Diuinum, & humanum ius eſt, quod aliquis ſit *Iudex* ſui; & licet hoc fallat in *Iudice Supremo*, qui *Iudex* eſſe poteſt in cauſa propria, vt ex iure eliciunt *Doctores*, (b) tamen *Prouinciales, & Diffinitores*, qui *Iudices Supremi* non ſunt in propria cauſa iudicanda non poſſunt ſe ingerere. Itidem ſi aliquis, vel omnes *Diffinitores* eſſent allegati ſuſpecti coram *Commiſſario*, & allegata legitima cauſa ſuſpicionis, nequirent ipſi in tali cauſa cognoſcenda interuenire ad pronunciandum num ſit legitima, nec ne. *Iudex* enim recuſatus procedens in cauſa antequàm pronunciatum ſit ſuper dicta recuſatione facit contrà iuris formam, vt dicunt *Doctores*, (c) præter quamquod, nunquam cauſa recuſationis cognoſcenda eſt à *Iudice* recuſato, ſed à *Iudice ad quem*, vt aliàs diximus. Pariter ſi cauſa ſiue *Recuſationis*, ſiue *Appellationis* ab interlocutoria cognoſcenda; aut cauſa principalis per diffinitiuam terminanda ſit alicuius *Rei*, qui ſit conſanguineus, affinis, vel ità coniunctus amicitia cum aliquo, aut aliquibus de *Diffinitorio*, vt legitimè præſumi poſſet, quod iſti vt amico faueant, rectitudinem iuſtitiæ peruertere curabunt, *Prouincialis*, ipſis excluſis, alios *Patres* in ipſorum locum ſubſtituere poteſt pro tali iudicio faciendo. Ratio eſt, quia vt optimè habet *Sanctorus* (d) cauſæ vrgentes, ob quas poteſt *Iudex* recuſari ſuſpectus, de quibus ſuprà abundè dictum eſt, ſunt etiam ſufficientes, vt *Prouincialis* poſſit à *Diffinitorio* excludere aliquem, vel aliquos *Diffinitores*, & alios ſubſtituere; cum autem amicitia, ſicut & inimicitia *Rei* cum *Iudice* vna ſit ex cauſis ibi expenſis, liquet quod ex cauſa amicitiæ, aut conſanguinitatis cum *Reo* poterit *Diffinitor* excludi; & hoc pariter dicendum eſt de inimicitia, & alijs cauſis, quæ in *Textu* (e) ſuprà ſunt enumeratæ.

71. Licet autem Recuſatio *Iudicis* fieri debeat vel ab *Actore*, vel à *Reo* iuxtà cauſarum exigentiam, non tamen eſt, quin poſſit *Iudex* ex officio pro indemnitate iuſtitiæ aliquem è *Diffinitoribus*, vel aliquos, vel etiam omnes *Diffinitores* omittere

Digitized by Google

tere in cognoſcenda aliqua cauſa, quandò videt iuſtitiam periclitari, licet nulla ab *Actore*, vel *Reo* propoſita ſit recuſatio; aut cauſa talis ſit, quod *Iudex* in ea procedit ex officio. Quia *Iudex* tenetur Iuſtitiam, & iuris ordinem tueri, & ſub mortali obligatur pro bono publico ad delinquentes puniendos ad legum præſcriptum. Si ergò *Prouincialis* videt aliquos *Rei* inimicos in *Diffinitorio*, qui ex liuore detorquebunt rectitudinem iuſtitiæ, & in amaritudinem conuertent iudicium, ipſos non debet admittere ad iudicandum in illa cauſa, quantumuis *Reus* contrà tales ſuos inimicos recuſationem non proponat, quia fortè tale remedium ignorat. Pariter, ſi *Reus* habet in *Diffinitoriò* conſanguineos, aut amicos, qui poſſint contrà iuſtitiam Delinquentem abſoluere, *Prouincialis* pari modo poterit illos amouere. Et ratio eſt, quia *Iudex*, vt docet *D.Thomas* (*f*) debet moueri ad iudicandum ex ſolo motiuo iuſtitiæ, & proindè indemnitatem rectitudinis ipſius ſiue pro, ſiue contrà *Reum* ex officio tenetur tueri.

72. Alius caſus eſt *Ratio*, quæ poteſt mouere *Prouincialem* ad omittendum conſilium aliquorum de *Diffinitorio*, ac alios ſubſtituere. *Ratio* autem *certa veritatis demonſtratio eſt*, vndè rationem quærere in his, quæ ad ſenſum probantur infirmitas rationis eſt, vt pulchrè ſcripſit *Baldus*. (*g*) Hinc ratio non minùs debet mouere *Iudicem*, quàm *lex*; ſiquidem vbi *lex* non eſt, *Ratio naturalis tacita quædam lex eſt*, vt ait *Paulus Iuriſconſultus*. (*h*) Quandò ergò *ratio* euidens, nempè veritatis probatio, ſuadet *Prouinciali* non eſſe admittendum aliquem in conſilio ſuper aliqua cauſa decidenda, tunc poterit illo omiſſo, alium conſiliarium in *Diffinitorio* adhibere, ex diſpoſitione iſtius *Textus*. Præcipua autem (me Iudice) *ratio* eſſet, ſi cauſa eſſet valdè ardua, aut ex delicti natura; aut ex probationum ambiguitate; vel decernenda eſſet tortura maximè funis, taxillorum, aut alia ſimili; & notoria eſſet ignorantia *Diffinitoris* circà ius *Canonicum*, & materiam criminalem, & inhabilitas ad tale ſtudium, ità vt etiam adhibita diligentia ſtudendi, nil minùs incapax eſſet ille *Diffinitor* ad capiendas, & enodandas difficultates, & benè conſulendum iuxtà legum fundamenta. Ducor, quia, vt aliàs diximus recuſari poteſt *Iudex* ob ipſius perſonales conditiones, nempè ſi ſit indiſcretus, furioſus, præcipitoſus, nimis ſeuerus, impatiens, de quibus multi ſcribunt, (*i*) maximè verò ſi ſit illitteratus, & ignorans. Ignorantia ſiquidem mater eſt cunctorum errorum, vt ait *Canon*, (*l*) nec minùs grauaminis poteſt timeri, vel iuſtitiæ, vel *Reo* ab ignorantia, quàm à malitia *Iudicis*. Vndè ſi *Iudex* in labyrinthum incidit, quia priùs iudicat, quàm intelligat, vt dicit quoddam *Capitulum*, (*m*) multò magis ità fiet, ſi iudicare debet id, quod nullo modo intelligit. Porrò *Diffinitores* ſunt *Iudices* ſimul cum *Prouinciali*, & ſub peccato mortali, & reſtitutione damni illati tenentur probè noſſe merita cauſæ, quàm iudicant, vt argumento cuiuſdaam *Canonis* (*n*) tenent multi *Doctores* allegati per *Sanctorum*, (*o*) Si ergò cauſa valdè ardua ſit, & Prouincialis ipſe non multum calleat iuris Regulas, & cognoſcat in *Diffinitorio* aliquem, vel aliquos, qui ſunt totaliter incapaces rerum criminalium, etiam ſi per annum talium ſtudio incumbant, in hoc caſu *Prouincialis* non ſolùm poteſt, ſed debet, illis omiſſæ, alios in eorum loco ſufficere, ne ſcilicet Iuſtitia periclitetur, & ne *Reus* plus iuſto puniatur, & etiam ne *Prouincialis* ipſe in iudicando erret. *Diffinitores* ſiquidem *Conſiliarij* ipſius ſunt; quod ſi ipſi ignorantes iuris ſint, quomodò poterit ab illis conſiliari circà agenda de iure, quod non nouerunt?

73. Nec dicendum, quod ex quo iam electi ſunt, & iudicati idonei ad tale munus, ſupponuntur habere ſcientiam, vndè non debent hac de cauſa priuari iure conſulendi, & iudicandi cum cæteris in *Diffinitorio*, nec tenentur illi in tali caſu ſuo iuri renunciare, attento maximè, quod ſi aliquis *Diffinitor* eſt indoctus, poteſt audire alios peritiores, & ipſorum ſententiæ ſe confirmare.

Quia. Reſpondeo, quod non valet hæc conſequentia aliquis promotus eſt ad officium, quia ab eligentibus iudicatus eſt dignus; ergò in re talis eſt. Siquidem Electores aliquoties, plus propriæ, quam Religionis vtilitati ſtudentes, in electionibus ſeruant diſpoſitionem Conſtitutionum in cortice, non in medulla, ſicque legem obſeruant materialiter, non verò formaliter, quia verbis, non menti legis adhærent. *Statuta* (*p*) *Valliſoletana* præſcribunt quidem conditiones eorum, qui poſſunt eligi in *Diffinitores*, dicendo, quod vltrà

ibi expreſſam debeant eſſe vltrà ætatem *Concionatores exercitio* per *Lectores*, vel quadriennium, vel per *Triennium Magiſtri Nouitiorum*, *Secretarij Prouincialis*, vel *Guardiani*. Cortex hìc eſt *Statuti*, & qui ſiſtit in hoc, profectò menti ipſius non obtemperat. Quis enim ſibi perſuaderi poterit, vt grauiſſimum *Statutum* concernens electionem *Senatorum Prouincialium*, & tanta maturitate diſcuſſum in famoſiſſimo *Capitulo Valliſoletano* 1593. contentum fuiſſe, vt *Diffinitores Prouinciales* poſſent eligi ij, qui tantùm per triennium *Magiſtri* fuerint *Nouitiorum*, aut *Secretarij Miniſtri*, aut *Guardiani*? An nè ignorabat Capitulum *Diffinitores* eſſe debere *Conſiliarios*, *Aſſeſſores*, *Collegas*, & *Coniudices Prouincialis*? Certè, quod non. An nè ignorabat, quod ex quo *Coniudices* ſunt in cauſis Religionis debent ſcire non tantùm Statuta Religionis, ſed etiam eſſentialia Ordinis iudicialis pro diſcernendis meritis cauſarum, & ſententijs ferendis, & vt notant nonnulli *Doctores* (q) poſt *S. Thomam* debent habere ſcientiam diſcernendi, & perpendendi iura, quæ allegant Aduocati pro *Reis* num ſcilicet euacuent indicia, & elidant probationes contrà *Reum*, imò multoties debent ipſi ex officio in *Rei* fauorem ſupplere ea, quæ *Aduocatus* ex inaduertentia, aut ignorantia fortè omiſit, vt ordinat *Imperator*, dicens. (r) *Non dubitandum eſt Iudicem, ſi quid à litigantibus, vel alijs, qui negotijs aſſiſtunt, minus fuerit dictum, id ſupplere, & proferre, quod ſciat legibus, & iuri publico conuenire*; ità vt ſi hæc non præſtent, peccent mortaliter? Neque dici, quod non. Quæ ſcientia ergò, circà prædicta, argui poteſt in aliquo ex hoc, quod triennio fuerit *Nouitiorum Magiſter*. (Cum talis poſſit eſſe ſimplex *Confeſſarius*, qui ſit deuotus, & Orationis mentalis amicus, & in cæremonijs Eccleſiaſticis inſtructus.) *Secretarius Prouincialis* (quod munus peritiam rectè ſcribendi tantùm requirit) aut *Guardianus*, qui ex *Statutis* poteſt etiam eſſe *Laicus*? (s) Dicendum ergò eſt hunc eſſe corticem *Statuti Valliſoletani*, mentem autem ipſius aperiri in paragrapho immediatè præcedenti, vbi ſic habet. (t) *Prudenter quidem, & ſanctè decretum eſt, vt qui ad dignitates vocantur tales eſſe debeant, qui ſuis muneribus, ac eorum neceſſitatibus pares eſſe, & ſufficienter reſpondere, ac ſatiſfacere valeant*. En ergò ſupponit *Statutum*, quod eligantur in *Diffinitores* ij, qui re vera habent ſcientiam, ſecundùm quam conſiliare in dubijs *Prouincialem*, & cauſarum merita rectè expendere poſſunt; exindè requirit, quod, cum ſcientia, ſimul adſint exercitia lecturæ, Concionum, Magiſterij Nouitiorum, Secretariatus, ſiue Guardianatus. Quod autem aliquis ſit Lector titulo, non ex ſcientia, ſed ex fauoribus, procurato; ſit exercitio prædicans in diebus feſtiuis Quadrageſimæ per quadriennium; prædicet autem Conciones ab alijs compoſitas, quas tamen non intelligit ob ignorantiam, non eſt vllo modò ſufficiens ad hoc, quod poſſit eligi in *Diffinitorem*, quia ſibi deficit id, quod ſubſtantialiter *Statuta* requirunt, neque ex hoc, quod ſit electus habet tales conditiones abſque doctrina, ſequitur, quod ſcientiam ſufficientem, & requiſitam à *Statutis* habeat. Imò ait *Sanctorus*. (u) Ex *D. Thoma*, *Antonino*, *Nauarro*, & *Caietano*, quod eligentes huiuſmodi *Diffinitores* ignorantes peccant mortaliter, quia *Rempublicam* offendunt, quia conſtituunt in illa *Iudices*, à quotum ignorantia patitur detrimẽtum; offendunt ſic *electos*, quia conſtituunt ipſos in continuo periculo peccandi; quia dum mali iudicant ex ignorantia peccant; quia tenentur ſcire, quæ ſui muneris ſunt; offendunt tandem *iuſtitiam*, & alios *Religioſos* idoneos, quia tollunt ſibi dignitates, quæ deberentur eorum virtuti, & indignis conferuntur. Licet ergò tales *Diffinitores* habeant materiales conditiones à *Statuto* requiſitas, non ſequitur, quod excludi non poſſint à *Diffinitorio*, ſi deficit ſibi doctrina, quæ eſt formalis qualitas à Conſtitutione in *Diffinitoribus* deſiderata.

Hinc deberent huiuſmodi indocti, & ambitioſi priùs ſuas vires, habilitatem nempè ſcientificam, perpendere, antequam dignitatem quærant, vt habet quædam *Gloſſa*, (x) quæ ad hunc ſenſum accommodat *Lyrici* verſus:

Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis æquã
Viribus, & verſate diu quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri . . . .

& poſtquam illam adepti ſunt, & in facto vident, quod habent adminiſtrare munus, quod neſciunt debent muneri renunciare, quia iuri naturali repugnant, quod cantare neſciens officium Cantoris aſſumat, & fiat *Iudex*, & iudicium tentet exercere, qui iuris Regulas, & præcepta ignorat,

rat, habet enim hie formalem indignitatem officio repugnantem, ob quam, vt expreſsè habet *Canon* (z) abſtinere ab officio tenetur.

74. Verùm tandem eſt, quod ſi imperitus erit *Diffinitor* in materia legali, & ordinis ſeruandi in proceſſibus, nè proximo, aut iuſtitiæ noceat in ferendo voto ſuo, voto aliorum peritiorum poteſt ſe accommodare. Bona qualis qualis eſt hæc cautela, non tamen legitimat vndequaque permanentiam talis *Diffinitoris* ignari in conſeſſu *Diffinitorij*. Quia vt benè notat *Sanctorus* ibidem. (a) Ex quo *Diffinitores* ſunt *Coniudices*, & *Collegæ Prouincialis* non ſatisfaciunt ſuo muneri credendo aliorum dictis, ſed cognoſcendo merita cauſarum. Quomodò enim cognoſcent, quod ille, cuius conſilio adhærent melius conſiliet, quam alius; & conſulat ex animi ſinceritate, & veritate doctrinæ, & non ex ſubtilitate cauilloſa ad liberandum *Reum* amicum ſuum, aut detorqueat in damnationem eius rectitudinem iuſtitiæ, quia *Reus* eſt ſibi exoſus, niſi *Diffinitores* ipſi habeant ex ſe peritiam diſcernendi inter dictum, & dictum, rationem, & rationem, conſilium, & conſilium? Et hæc omnia tandem confirmantur ineluctabiliter ex *Statuto Toletano*, (b) quod ſic habet *Diffinitorium Generale declarat Statutum de Diffinitoribus adhibendis pro Iudicibus, & Inſtitutione, & examine Lectorum, intelligendum eſſe, quatenus ijdem Diffinitores, ac cæteri, qui ad idem officium vocantur ſint periti, ſcilicet, quod Philoſophiam, & Theologiam legerint, ſeù docuerint; alioquin Superiores Generales, vel Prouinciales, cum conſilio, & aſſenſu duorum ſaltem digniorum Prouinciæ Patrum deputare debeant peritos*. Ex qua declaratione ità arguo; ſi *Statuti* mens eſt, quod ad iudicium ferendum pro *Lectoribus* inſtituendis, adhibeantur *Iudices Diffinitores* illi; qui ex habito exercitio *Lecturæ de Philoſophica, & Theologica* materia habent peritiam, vtique mens etiam eiuſdem Statuti erit, quod ad iudicandum in criminalibus cauſis illi ſoli adhibeantur *Diffinitores*, qui legalem peritiam habent; & hoc à fortiori, cum maius ſit damnum, quod prouenire poteſt ex iniuſto grauamine irretractabili facto alicui *Reo*, quam ſit ex inſtitutione *Lectoris* minùs periti, qui facilè poteſt loco moueri per *Prouincialem* ſi benè non fungatur ſuo officio. Sicuti ergò pro *Lectoribus* examinandis, remouentur *Diffinitores imperiti*, & alij docti in eorum locum adhibentur, ità in cauſis criminalibus decidendis excludendi ſunt illi, qui non ſunt criminalium periti, & alij experti ſunt ſubſtituendi. Et benè aduertant *Prouinciales* ad hunc punctum. Si enim hoc curabunt, vt debent, non ità frequenter proceſſus criminales, aut ſententiæ reuocabuntur in caſu *Appellationis*; cum diſpendio, & iacturæ conſcientiæ, & famæ eorum, qui iudicauerunt.

75. Excluſis ergò imperitis debet *Prouincialis probatos aliquos Patres illius Prouinciæ in hoc examine adhibere*. Sed quos nam? vtique *Patres Prouinciæ*, qui nempè aut *Prouinciales*; aut *Lectores Iubilati* fuerint, aut *Cuſtodes &c.* Sed ſi iſti pariter imperiti in criminalibus fuerint, vt multoties euenit? Dico, quod iſti non ſunt *probati* quales *Textus* requirit. *Probati* enim ſunt, *qui benè poſſunt docere*, vt ex *Canone* (c) dicit *Prateius*, vndè ſi tales *Patres periti* non ſint, qui in conſiliando in cauſa illa benè docere non poſſint, non ſunt *probati*, ſed qui ſubſtituantur alijs quærendi ſunt. Hoc verò non pendet ab arbitrio Prouincialis, ità vt eos, qui bene viſi fuerint ſibi, ipſe ſolus ſubſtituere poſſit; ſed ad hoc debet habere *Conſilium, & aſſenſum duorum ſaltem dignorum Prouinciæ Patrum*, vt ſonat recitatum *Statutum Toletanum*, cuiusdiſpoſi tio ex identitate rationis debet extendi etiam ad caſum, de quo hucuſque fuimus locuti; & non eſt facienda reſtrictio ad ſubſtitutionem *Patris dignioris* in loco *Diffinitoris* abſentis, vt fit in caſu electionis alicuius celebrandæ.

TEX-

T E X T V S.

§. XIV. Decimo quarto. Cui appellare conceditur, is in quacunquè parte cauſæ, vbi grauaminis ſuſpicio aduenerit hoc naturæ, & legis beneficio vti poteſt.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

76. *Grauamen illatum eſt cauſa appellationis.*
Appellatio à grauamine futuro non tenet, niſi præceſſerit illatum.
Recuſatio proponenda antè litis conteſtationem, ſi cauſa ſuſpicionis præceſſerit.
Et poſt cauſam ceptam, ſi cauſa ſuſpicionis exorta eſt poſt.
Etiam ſi Reus dederit Iudici cauſam inimicitiæ.
Ex noua cauſa, etiam poſt ſcriptam ſententiam proponi poteſt.

76. IN hoc *Textu* confunditur nomen *Recuſacionis* cum *Appellatione*, ità vt declinatio à *Iudice*, quæ propriè eſt *Recuſatio*, nomine *Appellationis* intituletur. Si quidem non eſt verum, quod vbi adſit ſuſpicio grauaminis, aut in quacunquè parte cauſæ licet *Reo* appellare. Grauamen enim illatum eſt cauſa immediata *Appellationis*, vt dicunt *iura*, (d) & *Doctores* communiter, & in tantum quis poteſt appellare à grauamine futuro, in quantum iam illatum eſt aliud grauamen, quod in *Appellatione* debet exprimi ad hoc quod valeat *Appellatio* à futuro, alias non tenet, prò vt docet *Abbas*. (e) Sequitur ergò quod à *Iudice* nullo modo licet appellare, niſi actu grauauerit. Quod ſi non grauauit, ſed eſſe grauaturum, timeret poteſt ipſe *recuſari*, vt alias dictum eſt; ſed quia *recuſatio* eundem effectum producit Regulariter, nempè ſuſpenſiuum, & deuolutiuum, ſicut *Appellatio*, ideò *Textus* noſter vocans *recuſationem Appellationem* dicit, quod is, *cui appellare conceditur* puta in caſibus, & ex cauſis ſuprà declaratis, *is in quacunque parte cauſæ, vbi aduenit ſuſpicio grauaminis* poterit *Iudicem* recuſare. Et ita antequam lis inchoetur, ſiue formetur inquiſitio, ſi cauſa ſuſpicionis præceſſit, recuſari poterit *Iudex*. (f) Pariter ſi poſt initium cauſæ, attamen antè illius concluſionem fuerit orta, vt dicunt *Canones*. (g) Itidem ſi etiam antè cauſæ initium orta fuerit, ſed poſtea ad recuſantis notitiam peruenit, vt probat *Couaruuias*. (h) Itemque licet, ſi *Reus* dederit *Iudici* cauſam, ob quam redditus eſt eius inimicus, & ideo ſuſpectus. (i) Vlterius ex noua cauſa poſtquam *Iudex* ſententiam ſcripſit, & *Notario* tradidit recuſari poteſt, vt ſuſpectus, ità vt teneatur ſuperſedere à promulgatione ſententiæ, vt multis citatis docuit *Paſſerinus*. (l) Ex his concluditur, quod in quacunquè parte cauſæ *Iudex* ſuſpectus poterit recuſari.

T E X T V S.

§. XV. Decimo quintò. Poſt Appellationem ſi Iudex tempus proſequendæ Appellationis non determinauerit. Reus Appellans habet ſex menſes, quibus ſua iura deducere poteſt. Iis autem expletis cenſetur Appellationis iuri ceſſiſſe, niſi infirmitate, vel ſimili aliquo impedimento ſe detentum fuiſſe monſtraret, quominus appellationem proſequi valuerit.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

77. *Tempus vtile proſequendæ Appellationis eſt annus, & ex cauſa biẽnium.*
Iudex poteſt præfigere breuiorem terminum Appellanti.
Apud nos tempus vtile Appellationis ſunt ſex menſes.

Poteſt tamen Iudex abbreuiare.
Reus poteſt terminum longiorem petere, Iudex tenetur dare.

77. Tempus ſtatutum à iure communi ad Appellationem proſequendam eſt annus, & ex cauſa biennium. *(m)* Poteſt autem *Iudex à quo* præfigere breuiorem terminum appellanti, intrà quem ſuam *Appellationem* proſequatur, & doceat de proſecutione *(n)* non tamen poteſt aſſignare terminum, intrà quem *Appellatio* finiatur, quià eſſet imponere legem *Superiori*. *(o)* Tamen apud nos terminus Appellationis proſequendæ abbreuiatus reperitur; vt cauſæ criminales, quæ religioſam quietem interturbant citiùs terminentur; Vndè per *Textum* hunc correcta eſt iuris communis diſpoſitio, vt notauit *Sanctorus*, *(p)* & redacta eſt ad ſex menſes, intrà quos iura ſua tenetur deducere coram *Iudice* ad quem. Hoc autem intelligi debet ſi *Iudex* terminum *Reo* non abbreuiet, vt poteſt. Et ad hoc vt ſciant *Iudices* quid facere debent in aſſignando tali termino, aduertendum eſt; quod quatuor terminos poſſunt ſtatuere ab *Appellatione* interpoſita, ſiue ab interlocutoria, ſiuè à Diffinitiua. Primus eſt terminus, intrà quem debent accedere ad ipſum ad patendos *Apoſtolos*. Secundus ad iter arripiendum ad *Iudicem ad quem*. Tertius eſt ad ſe præſentandum antè illum. Quartus eſt ad proſequendam coram eo *Appellationem*, vt docet *Paſſerinus*. *(q)* Sed iſtè ſunt potius iuris ſolemnitates, quam ſubſtantialia. Quià de ſubſtantia iudicij ſolum eſt, vt *Iudex* terminum *Reo* præfigat ad proſequendam *Appellationem*. Aduerto autem, quod ſi termini præfixio nimis breuis eſſet, attenta longitudine itineris, tempore hyemali, vel ſi per mare arripiendum eſſet iter, vel *Reus* eſſet grauis ætatis, & valetudinis infirmæ; poteſt tunc *Reus* terminum prolixiorem petere. Et ſi *Iudex* denegat, poteſt *Reus* à tali denegatione, & termini breuitate appellare, vt optimè *Paſſerinus* ibidem. Si verò *Reus* terminum competentem aſſignatum tranſgreſſus ſit, nullamque cauſam legitimam, ob quam poſſit defendere ſe, adduxerit, cenſetur Appellationem deſeruiſſe, & tutum *Iudici* eſt cauſam ad ſe auocare denuò, & eam proſequi, vſque ad ſententiæ executionem incluſiuè.

I. Quæritur. An liceat Regularibus Iudicem Recuſare, vel ab eo appellare?

SVMMARIVM.

78. *Appellatio, & recuſatio an Religioſis licita ſit variæ ſunt ſententiæ.*
Recuſatio Iudicis ſuſpecti eſt de iure naturæ ſpecifico.
Eſt modus ſecurior, & breuior ſe tuendi.
79. *Statutum poteſt condi, per quod prohibeatur Appellatio inducta per ius poſitiuum.*
Non verò inducta de iure naturæ.
Cauſa dubia appellationis eſt de iure poſitiuo.
80. *Regulares procedunt in criminalibus ſimpliciter, & ed plano.*
Obligantur tamen ad eſſentialia iuris.
81. *Concordantur diuerſæ opiniones circà Appellationem Regularium.*
Apud Nos licita eſt appellatio.
Regula Minorum ex fragmentis Euangelij compoſita.
Practica noſtra Criminalis medulla eſt Sacrorum Canonum.

78. Reſpondeo, quod in iure communi in pluribus locis, & ſignanter in vno *Capitulo*, *(r)* in quo loquitur Textus de cauſis, perſonis, & forma recuſationis ità habetur. *Cæterum has duas Conſtitutiones præmiſſas nolumus ad Regulares extendi contrà ſuas ſpeciales obſeruantias.* Vndè dicendum videtur, quod inter Regulares *Iudicis* tum *Ordinarij*, tum *Delegati* recuſatio locum habere non poſſit. Diuiſæ ſunt in hac re ſententiæ alij *(ſ)* enim dicunt, quod Regulares habentes obſeruantiam perfectam non poſſunt *Iudicem* maximè *Ordinarium* recuſare. Alij *(t)* diſtinguunt inter *Prælatum* iudicantem, & corrigentem ſecundum Regulam, & inter *Prælatum* excedentem modum in corrigendo; & dicunt in primo caſu non licere; in ſecundò verò licere. Alij *(u)* aliter diſtinguunt dicentes, quod ſi cauſa recuſationis eſt leuis, & dubia; non poſſunt; ſi grauis, & certa poſſunt Regulares recuſare. Sed meo uideri hæc opinionum diuerſitas optimè poteſt con-

concordari, ſi benè perpendantur cauſæ, ob quas in iure introducta eſt *Recuſatio Iudicis*, & cauſæ ob quas telæ iudicialis ſolemnitas à Regularibus ſit eliminata; & his cognitis apparebit veritas; & *Doctorum* ſententiæ minimè inter ſe pugnabunt. Dico ergò quod *Recuſatio Iudicis* ſuſpecti eſt de iure naturæ, quia homo habet ius à natura ad ſe defendendum à damnis, iniurijs, ac iniuſtitijs imminentibus; vndè ſicut pro tuenda vita, licet ſe defendere contrà iniuſtum aggreſſorem, & hoc de iure naturæ; ità habet etiam ex eodem iure vndè poſſit tueri ſuam famam, rem, dignitatem &c. *Recuſatio* autem *Iudicis* ſuſpecti ſpecies eſt iuridicæ, & iuſtæ defenſionis introducta ad anteuertendum malum imminens, proindè ſequitur quod talis *Recuſatio* de iure naturæ ſit. Et ſicut de iure naturæ eſt quod homo poſſit fugere à facie inimici ipſum aggredientis, ita pariter de eodem iure erit, quod recuſando *Iudicem* inimicum fugiat, & declinet ab eius foro; Et hæc eſt communis concluſio *Canoniſtarum* fundata in iure. (x) Licet autem Felinus, (z) quem nonnulli ſequuntur dicat, quod ſit de iure naturæ generico tantùm, inquantum defenſio ſui ſumpta in genere eſt de iure naturæ; non autem ſit de iure naturæ ſpecifico; ſed ſpecificè ſit de lege poſitiua; contrarium tamen verius eſt, & euidenter demonſtro. Sicut enim non datur genus, niſi ratione ſpecierum, nequè ſpecies niſi ratione indiuiduorum; ità non conceditur genus, niſi quia conceduntur ſpecies, & indiuidua. Poſito ergo, quod ſe tueri ab iniquo aggreſſore ſit de iure naturæ generico, tueri ſe in iudicio ab iniquo Iudice pariter erit de iure naturæ. Videamus nunc quotupliciter contingere poterit iſta defenſio. Patet quod quatuor modis, nempè vel appellando à *Iudice*; vel recurrendo ad *Superiorem*; vel impediendo *Iudicem* occidendo, aut inhabilitando ad iudicandum; vel ab eius tribunali declinando. Ex his duò prohibentur à lege, ſiquidem occidere iniquum *Iudicem*, etiam ſi certò ab ipſo immineat grauiſſimum damnum nullus poteſt; vt conſtat ex propoſitionibus damnatis ab *Alexandro Septimo*. Recurrere perſonaliter ad Superiorem ſub prætextu grauaminis, ſine requiſita licentia prohibetur à *Tridentino*, (a) & licet multi Doctores relati à *Barboſa* (b) doceant nullam adeſſe prohibitionem, quandò grauis, & vera ſubeſt cauſa recurſus, vt alias diximus; tamen eſt res plena periculi, attenta maximè praxi introducta de mandato *Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium*, quod Religioſi Romam petentes abſque licentia, ſeù obedientia, etiam pro recurſu legitimo ad Superiores non audiantur, niſi in carceribus. Tertius modus, qui eſt *Appellatio* ſiue ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ, ſiue à diffinitiua non perfectè defendit, tum quia *Appellatio* aliquoties non habet vtrumquè effectum, nempe ſuſpenſiuum, & deuolutiuum, vt in Excommunicatione, & donec à *Iudice* ad quem cognoſcantur merita cauſæ, Appellans cogitur ſubire grauamen; tum quià *Iudex* poteſt fingere in *Reo* ſuſpicionem fugæ, & ipſum ad cuſtodiam carceri mancipare, & donec de *Appellationis* validitate cognoſcatur, opprimitur tali grauamine; tum quià dum *Reus* ſit à *Iudice* ſuſpecto contrà ſe fabricari proceſſum ſemper eſt anxius de periculo iniuſtitiæ imminente. Relinquitur ergò qnartus modus, qui eſt ſecurior, & breuior, puta *Recuſatio Iudicis*, per iſtam namquè, compendiariâ via, *Reus* ſibi vſquequaquè conſulit, & tollitur affatim metus, & grauamen tum reparabile, tum irreparabile per diffinitiuam. Si ergò defenſio ſui in iudicio de iure naturæ eſt, & nulla breuior methodus defenſionis, nequè naturalior dari poteſt, quam fugere à *Iudice* offenſore per ipſius recuſationem, liquet quod *Recuſatio* talis erit de iure naturæ non tantùm genericè, ſed etiam ſpecificè. Et hoc conceſſit etiam *Paſſerinus*, (c) qui immemor eorum, quæ ſuprà ſcripſerat aſſerendo, quod *Recuſatio Iudicis* eſt de iure naturæ tantum genericè, ſed ſpecificè eſſe de iure poſitiuo; concedit quod vbi eſt vera, & ſubſiſtens cauſa recuſationis, vt *inimicitia Iudicis*, recuſatio eſt de iure naturæ; vbi verò ſunt cauſæ non naturales, ſed aliæ à iure introductæ, quæ ſunt potius iuris ſolemnitates, tunc *Recuſatio* eſt de iure poſitiuo. Sed nos loquimur de cauſis naturalibus, & veris, vt potè inimicitia reali *Iudicis*, & loquimur de *Recuſatione*, quæ ſit ob iuſtam cauſam, proindè *Recuſationem* ſic eſſe de iure naturæ ſpecifico affirmamus, & ita tenet *Peyrinus* (d) cum iuribus, (e) quæ citat.

79. Hinc ſequitur poſſe quidem in Religione condi Statutum, per quod prohibeatur *Appellatio*, & *Recuſatio* illa, quæ inducta eſt per ius poſitiuum; puta, quod non poſſit recuſari *Iudex* ob talem, aut talem cauſam, quæ de iure naturæ non eſt ſufficiens ad recuſandum. Non verò prohiberi *Recuſatio* illa, quæ habet cauſam naturalem, vtpotè *Iudicis inimicitia*. Et ratio eſt, quia illud, quod de iure naturæ eſt, per quamcunque inferiorem legem tolli non poteſt, vt eſt iuſtus modus ſe defendendi; & ità contrà *Megalam* (*f*) tenet *Paſqualigus*. (*g*) cui, & ego ſubſcribo.

Inſuper aduerto, quod, vt ſuprà probauimus, cauſa *Recuſationis* debet eſſe euidens, & moraliter certus Religioſus de futuro grauamine iniuſto; & iſta cauſa tales habens conditiones, eſt cauſa de iure naturæ ſufficiens ad *Recuſationem*; imò ad ipſam requiſita. Si autem cauſa eſt dubia, aut probabilis tantùm, aut grauamen non ſit ità patenter iniuſtum, aut enorme, & tamen à iure approbatur talis cauſa, aut metus à tali grauamine, vt ſufficiens ad recuſationem; tunc cauſa illa non eſt naturalis, aut de ſubſtantia iudicij, ſicut eſt naturalis defenſio, ſed eſt ſolemnitas à iure inducta, quæ, ſalua iudicij eſſentia, poteſt tolli.

80. Ampliùs aduerto, quod licet Regulares omnes ex diuerſis ipſorum priuilegijs, quæ recitat citatus *Paſſerinus*, (*h*) vltrà ea, quæ exprimuntur in iure (*i*) procedant in cauſis criminalibus *ſimpliciter, de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij*; tamen ad iudicij eſſentialia tenentur, hæc enim ſunt partim de iure naturali, partim de iure diuino, quibus nec *Pontificum* diſpoſitiones, nec Regularia Statuta poſſunt contraire. Et nos ſpecialiter habemus ex *Textu* infrà, (*l*) in quo ſancitur, quod ad apices, & rimulas iuris non tenemur, ſed ad iuris eſſentialia obligamur, quibus non ſeruatis, actus ſunt nulli, & *Iudices* procedentes officij priuatione caſtigantur. Ratio autem ſaluberrimæ huius diſpoſitionis eſt, vt & Religioſæ quieti, & Superiorum auctoritati, & iuſtitiæ debito, & *Reorum* indemnitati conſulatur. Ex eo enim, quod multoties reperiuntur *Superiores*, aut nimio, & indiſcreto zelo accenſi, aut aliqua paſſione moti, qui in puniendo non commenſurant pœnam delicto; aut ex leui indicio, aut alicuius informatione, nulla facta aſſequendæ veritatis indagine, contrà illos, quos volunt *Reos* procedunt, & pœnas graues carcerationis, priuationis, & alia huiuſmodi infligunt; ſalubriter inſtitutum eſt, vt ſeruentur; ſubſtantialia iudicij, & nulla pœna, niſi Statutaria, aut extraordinaria, iuxtà modum delicti, & probationum, irrogetur *Reo* confeſſo; aut conuicto; citato, & defenſo. Ex eo autem, quia etiam, vt dicebat *S. Leo Papa*. *De mundano puluere Religioſa corda ſordeſcunt*, & intrà clauſtra reperiuntur Subditi ceruicoſi, vafri, inobedientes, callidi, & litigioſi, qui ſi ad iudicium ſiſterentur tanquam *Rei*, rimulas, & apices iuris obſeruando, aut *Iudicem* ea non ſeruantem impugnando, debitas pœnas eluderent, lites immortales fierent, iudicia in infinitum protraherentur, & Religioſa quies nimis perturbaretur; hinc prouidè cautum eſt ne ad ſolemnitates iuris Regulares arctentur, & ità tum *Prælatis*. tum *Religioni*, tum *Reis* conſultiſſimè eſt prouiſum. Cum ergò vt ſupra probatum eſt *Rei* defenſio de iure naturæ ſit, & talis etiam *Iudicis ſuſpecti recuſatio* ex certa, & naturali cauſa, vt inimicitia; liquet hanc ſpectare ad ſubſtantialia Iudicij; puta naturalem defenſionem.

Qua autem *Recuſatio* eſt ſolemnitas iuris, ratione cauſæ, quæ non eſt de iure naturæ, ſed poſitiuo tantùm, pertinet ad apices iuris. Concludendum ergò eſt, quod *Recuſatio* ex certa, & naturali cauſa, puta inimicitiæ, ob quam legitimè timetur futurum grauamen, non eſſe eliminatam à Regularibus, ſed ad ipſam teneri, vt ad ſubſtantiale iuris. Quæ autem ab alia cauſa eſt ſolùm per ius poſitiuum inducta; talis eſt iuris ſolemnitas, inter Regulares minimè ſeruanda.

81. Prima ergo opinio illorum, qui dicunt *Recuſationem* à Regularibus reſpectu *Iudicis Ordinarij* non eſſe ſeruandam, intelligetur ad *Recuſatione* in ſecundo ſenſu, vt eſt iuris apex. Secunda opinio intelligitur de *Recuſatione*, quæ fit Superioris in foro paterno corrigentis, non de ipſo in foro iudiciali caſtigantis; & verè in illo foro nulla eſt *Recuſatio* ſuſpenſiua iuriſdictionis, ſed tantùm deuolutiua; proindè benè poteſt in illo fieri *Appellatio* à grauamine ob eceſſum punitionis; vt aliàs dicam, non verò *Recuſatio* per quàm declinatur *Superioris* iuriſdictio. Tertia tandem ſententia, quæ *Recuſationem Iudicis*

ad-

admittit ex cauſa graui, & certa, concordat cum noſtra ſententia, quæ in tali caſu agnoſcit *Recuſationem* ad ſubſtantiam iudicij pertinere. Vt autem illam à Regularibus reijcit, loquitur pariter nobiſcum, dum dicimus eam ſic eſſe de iuris ſolemnitate.

In noſtra autem *Seraphica Religione* minimè eſt ambigendum, quin poſſit ſuſpectus *Iudex* recuſari ſiue ſit *Ordinarius*, ſiue *Delegatus*, tum ad vniuerſitatem cauſarum, vt *Viſitatores*; tum ad cauſas particulares; & hoc ſiue delegentur à *Generali*, ſiue à *Prouinciali*. Ratio iſtorum eſt, quia ex *Textu* (m) habemus ità. *Appellari poteſt tam ab Ordinario, quàm à Delegato. Secundò Recuſans Iudicem Ordinarium coram ipſo, &c.* Vbi aduertendum eſt, quod promiſcuo nomine declinationem fori intitulat *Appellationem*, & *Recuſationem*; *Recuſatio* ſiquidem *Appellationis* ſpecies eſt, & non differt, niſi quia *Recuſatio* fit antè ſententiam ſuper grauamine, quod timetur infligendum; *Appellatio* autem poſt decretum, ſiue ſententiam à grauamine per illam illato. Et apparet ex hoc, quod PRACTICA hæc noſtra eſt in hac materia criminali medulla *Sacrorum Canonum*, nec latum vnguem ſe ab ijs elongat; & peculiare *Seraphicæ Familiæ*; hoc eſt, *Apoſtolicæ Romanæ Sedis veſtigijs inhærere, ſeque illis prorsùs conformare.* Sicut enim *Seraphicus Pater* Apoſtolicam viuendi formam ex puris textibus Euangelij compoſuit, vt ingenioſiſſimè poſt *B. Conradum de Spira* demonſtrauit *Hugo de Dina*, (n) & *Romanæ Eccleſiæ* politicum Regimen in ſua Religione à principio inuexit, ità eius filij à *Sacrorum Canonum* ſanctionibus, ipſiuſque *Eccleſiæ* communibus legibus nunquam declinarunt; & ſicut puram *Regulæ Minoriticæ* obſeruantiam ab ipſius explicatione in corpore iuris clauſa (o) auſpicantur, ità etiam quidquid *Summi Romani Pontifices* canonicè ſanxerunt, nihil penitùs immutato, vt obedientiſſimi filij ſeruandum receperunt, nec ſibi ſcioli terminos tranſgreſſi ſunt, quos potuerunt Patres eorum. Et ſic quidquid in re iudiciali ius commune ſtatuit, *Textus* noſter ſuccoſa, ac medullari hac *Epitome* eſt amplexatus.

II. Quæritur. An à Superiore Ordinario poſſit quis appellare, aut ipſum recuſare in foro paterno?

SVMMARIVM.

82. *Forus paternus, quis ſit.*
In eo proceditur ex informata conſcientia.
A correctionibus paternis non datur Appellatio.
Neque etiam Recuſatio.
83. *Correctio ſi eſt excedens, ab ea poteſt appellari.*
Grauamen in correctione paterna poteſt eſſe multiplex.
84. *De correctione verbali apprehenſiuè graui nequit conqueri Subditus.*
85. *De ipſa appretiatiuè, aut realiter graui poteſt apud Superiorem querelare.*
Prælati abſtinere debent à verbis contumelioſis in correctione.
Verba iniurioſa plus lædunt, quàm vulnera.
Subditus, qui iniuriatur non proficit ex correctione.
Prælatus ſi vult honorari, honoret pro modulo Subditum.
86. *Subditus poteſt appellare à pœna graui paternè impoſita.*
Exceſſus pœnæ in foro paterno quandò contingat.
Conſideranda à Superiore circà hoc.
87. *Appellari non poteſt à pœna Statutaria.*
Neque quandò iniungitur pœnitentia ad mortificationem.
Pœnitentia non infamat, ſed crimen.
88. *Ab exceſſu pœnæ Statutariæ appellari poteſt.*
89. *In foro paterno licet poſſit aliquandò quis appellare, non tamen poteſt Superiorem recuſare.*
Appellatio in foro paterno humiliter facienda.
Forma appellationis in foro paterno.
Monitio ad Superiores à quibus, & ad quos appellatur.
90. *Superior cognoſcens de Appellatione in foro paterno ad ſe facta, paternaliter debet cognoſcere.*

82. RESPONDEO, quod Fori paterni nomine venit locus, in quos Superior, vt Pater, & qui filiorum errores

tores leuiter corrigit, & caſtigat, pœnitentiam pro defectibus quotidianis leuibus, & quibuſdam etiam grauibus ex officio, ſinè ſcriptura infligit, & locus iſte eſt vbi habetur *Capitulum culparum*, quod ex præſcripto *Conſtitutionum* (*p*) tenetur tribus diebus inqualibet hebdomada ſiue in Refectorio, ſiue alibi, iuxtà morem *Prouinciarum*. In hoc foro autem Superior extraiudicialiter caſtigat, non enim formalem inquiſitionem criminis inſtituit, priuſquam puniat, vt fit in foro iudiciali, ſed ex informata conſcientia, quandoque ex officio, aliquoties ad aliorum inſtantiam, aut relationem procedit. Quantùm autem ad hoc forum reſoluitur quæſtio negatiuè, & hoc apparet ex aperta diſpoſitione Textus, (*q*) vbi dicitur. *Quia remedium Appellationis non ideò eſt inuentum, vt alicui à Religionis, & Ordinis obſeruantia exorbitanti debeat in ſua nequitia patrocinium exhibere; mandamus quatenus ſi quandò quilibet Subditorum tuorum ad remedium Appellationis conuolauerit, non ideò minùs eum iuxtà tenorem mandati, quod in prædicta Regula continetur, & inſtitutionem Ordinis corrigas, & caſtiges*; & huic concordant aliæ duæ *Decretales*. (*r*) Proindè illum Textum ſummando, ait *Abbas*. (*s*) *A correctione non appellatur*. Cum autem *Appellatio*, & *Recuſatio Iudicis* perindè ſit, quo ad effectum deuolutiuum, & ſuſpenſiuum, vt dictum eſt, & eſt Communis doctrina *Canoniſtarum*, vt cum *Io: Audreæ* ſcribit *Abbas*, (*t*) ideò ſi Subdito non licet *appellare* à Correctione Prælati in foro paterno punientis, ex conſequenti neque poterit ipſum in eodem foro procedentem *recuſare*; & huius rationem reddit *Gloſſa*, (*u*) dicens, quod ideò à correctione paterna Superioris appellare, ipſumque recuſare non licet, quia correctio fit ad pœnitentiam, hoc eſt emendationem Subditi à delicto, quod eſt vndequaque bonum, & proficuum ipſi Subdito, & in hoc nullum poteſt ſubire grauamen; punitio autem iudicialis fit ad vindictam publicam commiſſi criminis principaliter, & ad profectum aliorum, vt à punitione, quàm vident in vno, cæteri ad delinquendum deterreantur; licet minùs principaliter etiam conuerſio Subditi, & eius reordinatio per punitionem intendatur; & in hac poteſt interuenire grauamen; ſuper quo licet appellare.

183. Quia autem correctio aliquoties poteſt fieri cum modo excedenti, & inferre grauamen; in tali caſu poteſt Subditus *appellare*, non quidem à correctione, ſed à modo, & grauamine ipſius, & circà hoc eſt diſpoſitio clara *Canonum*. (*x*) Difficultas autem eſt aſſignare quandò poſſit dicere Subditus ſe eſſe grauatum, ità vt liceat ipſi appellare à modo correctionis. Rem autem hanc valdè intricatam, & quæ frequenter ad praxim venit conabor per multas aduertentias declarare. Dico ergò, quod vel Superior pro arbitrio imponit aliquod opus pœnale, vt verbi gratia, diſciplinam, vel ieiunium in punitionem alicuius defectus Subditi; vel imponit pœnam illam præcisè, quæ taxata eſt à *Conſtitutionibus* pro tali delicto. Exempli gratia. Aliquis violat ſilentium in Dormitorio, aut Refectorio; vel ridet, & incompoſitè verſatur in Choro; pro his defectibus non habemus pœnam taxatam à *Statutis*, ſed relinquitur iniungenda arbitrio *Superioris*. Alius non ſurgit ex deſidia ad Matutinas, huic delicto taxata eſt pœna à *Statutis*, (*z*) in quibus habetur, quod prima vice brachijs deductis ad modum Crucis, genuflexus, in Refectorio qu.nquies recitet Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam. In primo caſu poteſt excedere Superior, vel in verbis, quibus vtitur ad Subditum corrigendum, vt vulgo dicitur *nell'aſcoltar la colpa*, vel in pœnitentia ipſi iniungenda, puta quandò *Superior* dicit Subdito, vt pro illo defectu faciat talem, vel talem pœnitentiam. Grauaminis autem exceſſus etiam poteſt tripliciter contingere aut *apprehenſiuè*, aut *appretiatiuè*, aut *realiter*, & hoc tum in verbis correctionis, tum in pœnitentia iniuncta. Pariter exceſſus grauaminis huiuſmodi poteſt eſſe vel *abſolutè*, vel *comparatiuè*. Explico terminos. Exceſſus grauaminis *apprehenſiuè* ille eſt, qui re vera exceſſus non eſt, ſed vt talis apprehenditur à Subdito vel quia ignorans, vel quia nimis ſenſitiuus, vel quia nimis ſuæ exiſtimationis amans, vt ſunt nonnulli, qui ad minimum verbulum contrà eos prolatum excandeſcunt in iram, & ex læuitate, aut ſuperbia loquenti ſuccenſent, honorem ſuum eſſe læſum, criminantes, (Italicè. *Perſo il riſpetto*) *Appretiatiuè* eſt ille, quià tota Cõmunitate reputatur eſſe maxime ignominioſus; vt comedere panem, & aquam in terra abſque caputio; aut deferre ſigna probationis. *Realis* eſt, qui re-

uera

uera talis eſt, vt diſciplinatio per totos ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, ieiunium quindecim dierum in pane, & aqua. Exceſſus grauaminis *abſolutè*, eſt per quod vniuerſaliter, & indifferenter Religioſus ſeù Sacerdos, ſeù Laicus quiuis grauatur. *Comparatiuè* autem eſt grauamen, quod eſt excedens, attenta qualitate perſonæ. Exempli gratia. Diſciplinatio per totos ſeptem Pſalmos eſſet grauis pœna cuicunque Religioſo cuiuſuis conditionis; & hoc *abſolutè*. Facere autem diſciplinam, (vt vtar idiotiſmo Italico) per vnum *Miſerere*, Clerico non eſſet grauamen; *Patri* autem *graui*, aut *Sacerdoti ſeni*, grauamen eſſet ex *comparatione*, ſpectata ſui qualitate. Iuxtà ergo factam diuiſionem totam materiam abſoluemus.

84. Dico ergo, quod ſi Superior corrigit Subditum ob defectum, & excedit in verbis, quæ apprehenſiuè tantùm grauant Subditum, iſte nullo modo poteſt conqueri, aut apud Superiorem maiorem mouere querelam contrà *Prælatum* inferiorem. Ratio eſt, quod ſicut imaginatio, aut falſa apprehenſio alicuius non reddit obiectum apprehenſum realiter tale, ità nec imaginatio Subditi falſa, quæ apprehendit correctionem *Superioris* verbalem, vt grauem reddit eam talem, ſi talis non eſt realiter; puta iniurioſa; & proindè licet Subditus ſe læſum ex illa reputet, non tamen *Prælatus* illum realiter iniuſtè læſit, neque in legem commiſit, ob quod poſſit à Subdito in iudicium vocari. Hiſtoriam ad rem ridiculam do. Redibat ad Conuentum poſt curſum Quadrageſimalium Cōcionum Prædicator quidam ex noſtris habens in comitatu Ruſticum; cui in ſportula tradiderat Conciones ſuas ad brachium deferendas; voluit Ruſticus ad ſe eximendum à labore ſportulam portandi, illam alligare inter reliquas ſarcinas, quibus onuſtus erat aſellus. Obſtitit Concionator, dicens Conciones ex quaſſàtione paſſuras detrimentum. Denegat Ruſticus periculum; replicat Concionator, perſiſtit Ruſticus, & varias affert excuſationes. Tum Concionator imperioſè ait. (Dicam Italicè, quia maiorem habet emphaſim) *Non mi far del Teologo, portala al braccio*. Obmutuit Ruſticus, nec vt anteà ſolebat, vlla verba Concionatori faciebat; & aliquoties ab iſto interrogatus, reſponſum denegauit. *Iratum* ex hoc ipſum cognoſcens Concionator ad Ruſticum conuerſus, quid inquit eſt hoc? Quare non loqueris? Cur concidit vultus tuus? Tum Ruſticus, pœnè plorans dixit. Ex quo in hoc mundo ſum nullus me tantùm iniuriauit, ſicut hodie mihi factum eſt. Pauper ſum; & mendicus, verum eſt, tamen ſum honoratus. Admirans Concionator replicauit. Inſanis? Quis te iniuriauit? Tu Pater (ait ille) iniuriaſti me. Et quomodò ſubintulit Concionator. Tum ille. Vocaſti me *Theologum*; & per gratiam Dei nec ego, nec vllus ex meis vnquam fuit *Theologus*. Ex falſa ergo imaginatione, quæ apprehendit nomen *Theologi*, vt iniurioſum, conquærebatur Ruſticus ſe grauatum verbis Concionatoris, quod tamen non fuit; ridenda proindè eſt eius querimonia. Pari modo dicendum eſt in caſu noſtro, de Subdito, qui reputat ſe grauatum à Superiore corrigente verbis apprehenſiuè tantùm grauatiuis, vndè non poteſt de his contrà Superiorem moueri.

85. Si autem *Superior* grauat Subditum verbis, aut *appretiatiuè*, aut *realiter* grauantibus, Subditus poteſt iuſtè à *Superiori* maiori iuſtitiam petere, & agere contrà *Prælatum* ſic indebitè corrigentem actione iniuriarum. Sicut enim punitur ille, qui calumniatur valdè occulto delicto, quod probare non poteſt, diffàmat proximum, vel contrà illum iniurioſa, & contumelioſa verba profert, ità debet etiam puniri Prælatus, qui tali modo Subditum offendit; imò ſeueriùs caſtigari, quia abutitur poteſtate ſibi tradita non in ædificationem, ſed in deſtructionem, non ad promouendam morum correctionem, ſed ad prouocandum Subditum, & ſæpè ſæpiùs ad proprias paſſiones adimplendas; ex quo fit, quod Subditus exaſperatus maneat incorrectus, & erga Prælatum non ſe gerit, vt filius humilis, & obediens, quem videt ſuperbia elatum, irritantibus, & contumelioſis verbis procedere, & per contemptum contrà illum quidquid ſibi paſſione dictante in buccã venerit effutire. Audiant *Prælati* monitum Tridentini (*a*) ad Epiſcopos, & proindè ad quoſuis *Superiores* directum. *Se Paſtores, non percuſſores eſſe meminerint, atque ita præeſſe ſibi Subditis oportere, vt non in eis dominentur, ſed illos tanquam filios, & fratres diligant, elaborentque, vt hortando, & monendo ab illicitis deterreant, nè vbi deliquerint, debitis eos pœnis coercere cogantur.* Quos tamen, ſi quid

ſi quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apoſtoli eſt ab eis ſeruanda perceptio, vt illas arguant, obſecrent, increpent, in omni bonitate, & patientia, cum ſæpè plus erga corrigendos agat beneuolentia, quàm auſteritas; plus exhortatio, quàm comminatio; plus Charitas, quàm poteſtas. Pariter Superiores locales audiant *Statutum Valliſoletanum.* (b) *Illud verò, vel in primis Superiorem ipſum admonendum neceſſariò duximus; vt in arguendis Fratribus, & pœnitentijs imponendis, à contumelijs, Iniurijs, improperijs, & calumnijs, vel maximè abſtineat: nec verò concitatè, niſi quantùm zelus Dei, ſecundùm ſcientiam, ſuaſerit; ſed animo per omnia ſedato, grauibus verbis, ſeueritate opportuna, cum paterna lenitate coniuncta, reprehendat, & arguat, hortetur, & moneat; ac memor ſalutaris moniti Beatiſſimi Patris Noſtri Franciſci cum miſericordia pœnitentiam iniungant; caueatque omninò, ne iraſcatur, & conturbetur propter peccatum alicuius; quia ira, & conturbatio in ſe, & in alijs impediunt charitatem. Denique, quod nullius confuſionem velit, aut deſideret, ſed tantum Dei gloriam, animarum ſalutem, ſingulorum emendationem, omnium ædificationem, & quærat, & optet, & verbis, & factis, quo ad eius fieri poteſt oſtendat. Nullum aggrauet, neminem confundat, niſi prout iuſtitia popoſcerit; ſed magis ità paternæ charitatis ſtudio efficere conetur; vt ſua quiſque culpa ad ſalutem confundatur, nec verò ad iracundiam filios prouocet, vt Apoſtolus admonuit. Demùm ità ſeueritatem cum humanitate, cum lenitate aſperitatem, indulgentiam cum rigore coniungat, ac vinum, & oleum ità miſceat; vt nemo ex rigore confringatur, ex indulgentia nemo inſoleſcat, nullus ex humanitate laxetur, ex ſeueritate nemo deſperet; ſed omnes hinc comitate illecti, illinc grauitate deterriti, regularis diſciplinæ rigorem, & ſuaue Chriſti iugum ſuauiter, ac patienter ferant.* Longiuſculè textum Statuti dedi, ſed nec verbum omittendum duxi, totum enim prætioſum, & magni ponderis eſt. Et ex neglectu aduertentiæ tam ſalubris euenit plerumque, quod Subditi ex aliquorum *Prælatorum* correctionibus minimè proficiant, quia (vt eruditè ſcripſit *Caietanus.* (c) *Repræſentatur Subditis, quod non ex charitate, ſed ex paſſione procedant, fiuntque deteriores non ſuſcipientes diſciplinam, leuiuſque verba, quàm contumelioſa verba ſuſcipiunt.* Vndè ſubiungendum duco documentum *Statuti.* (d) *Conſultiſſimè Prælatis abſtinendum eſt à conuitijs, quæ humanos animos amarulentius, quàm corporalia vulnera exulcerant.* Quod etiam doctiſſimè more ſuo proſecutus eſt *Nauarrus.* (e) Monet proindè *Prælatos Abbas*, (f) vt diſcant à *Canone*, (g) quomodo ſe gerere debent in correctione Subditorum defectuoſorum. *Epiſcopi* (ait) *Sacerdotes ſciant ſe eſſe, non Dominos. Honorent Clericos, quaſi Clericos, vt ipſis Epiſcopis à Clericis, quaſi Epiſcopis honor deferatur.* Conqueruntur nonnulli *Prælati*, quod à Subditis honor debitus Obedientiæ ipſis non præſtetur; ſed non agnoſcunt propriam culpam, dum in correctione imperioſa, & ſuperciliari Subditos contemptui habere oſtendunt, verba vilipendij, contumeliæ, & quæ defectum nimis exagerant ipſis improperando. Quidam duriſſimè increpant de re leui defectuoſum, tanquam ſi *Chriſtum* crucifixiſſet; & hoc, quia Subditus eſt ſibi inuiſus, vtpotè ex Factione contraria. Alios imponere Subditis defectus, quos non commiſerunt, aut comminiſci eorum, de quibus iam fuerunt puniti, & emendati, & ipſos denuò improperare; aut ſeriem totius vitæ ſuæ, non ſolùm in Religione, ſed etiam in ſæculo recenſere, cum ſarcaſmis, & ſcommatibus mouentes auditores ad cachinnos; alios vilitatem natalium, aut maculatum genus exprobare; alios doloſè reticere defectus, per quos pœnitentiant, dicentes ſe illos non aperire, ne cæteri Fratres ſcandalizentur, ex quo grauem iacturam propriæ famæ patitur *Subditus*, & centum iudicia temeraria faciunt alij in diuinando, quodnam delictum potuit tam enormè committi ab illo, quod non auſus fuerit *Superior* aperire. In his, & ſimilibus caſibus à grauamine Subditus poteſt (non quidem appellare, quia cum illud illatum ſit per verba, quæ tranſeunt, non poteſt reuocari,) ſed recurſum habere ad *Superiorem*, & agere contrà *Prælatum*, aut de calumnia, aut de iniuria. Et ratio eſt, quia *Prælatus* non ſe geſſit, vt *Pater*, qui filij correctionem amat, & punit quidem, ſed honorem eius tuetur; at vt *Iudex* iniquus, imò vt inimicus. Et vtinam *Prælati* maiores continerent in officio inferiores, caſtigando eos, quando in correctionibus, ſibi conceſſa abutuntur poteſtate. Per hoc enim vitiata correctio non habet virtutem reformandi mores in Subditis, & Regularis

di-

diſciplinæ vigor ſenſim eneruatur.

86. Si verò *Superior* (quando arbitrariè procedit) excedit pœnam rationabiliter debitam, & nimis ſæuit, aut per nimium zelum indiſcretum, aut ob aliquam paſſionem priuatam, Subditus poteſt ab illa appellare ad *Superiorem* maiorem, quia exceditur modus in correctione. Difficilè autem, ne dicam impoſſibile, eſt regulam fixam ſtatuere ad diſcernendum, quādo talis exceſſus pœnitentiandi adeſt. *Gloſſa* quædam (*b*) exceſſum pœnitentiandi, ob quem appellatum fuit à *Canonico Regulari* à correctione ſui *Prioris*, (quam Appellationem *Papa* ſuſtinuit) deſcribens dicit, quod *Prior Canonicum fecit veſtibus vſque ad camiſiam ſpoliari*. Poſſemus à ſimili dicere etiam nos, quod exceſſus committeretur à *Superiore* iubente, vt Subditus, aut retentis ſolis fœmoralibus ſe flagellaret; aut in publico Refectorio ſe diſciplinaret, ſi in illa Prouincia mos eſſet, quod ſoli Apoſtatæ illud facerent; aut ſi iuberetur Subditus abſq; chorda, & caputio comedere in terra panem, & aquam, aut ſignum probationis deferre, & ſimilia. Sed horum exceſſus in modo corrigendi, relinquitur iudicandus arbitrio *Superioris ad quem* appellatum eſt, & iſte debet librare qualitatem defectus commiſſi; grauitatem pœnitentiæ aut realiter, aut appretiatiuè, vt ſuprà dictum eſt; facere diſcrimen inter pœnitentiatum, & pœnitentiatum, quia vna, & eadem pœnitentia erit grauis *Sacerdoti*, *ſeni graduato*, quæ talis prudenter non iudicari debet inflicta *Laico*, *Clerico*, aut *Sacerdoti* iuueni, & ordinario. Pariter conſiderari alia concomitantia, & adiuncta in *Superiore*, puta ſi eſt indiſcretus, partialis, factionarius, contrarius pœnitentiato; & etiam qualitates pœnitentiati, ſi eſt nimis defectuoſus immodeſtus, litigioſus, ità vt potuerit *Prælatus* illa pœnitentia punire multos alios defectus, de quibus aliàs punitus non eſt, ſumpta occaſione caſtigandi ab illo, ob quod fuit inflicta pœnitentia, quæ cenſeretur grauis, ſi eſſet pro illo ſolo defectu, ſed non eſt talis, ſi eſt data ad puniendos multos alios.

87. Si autem Prælatus iniungit pœnitentiam præſcriptam in *Statutis* pro tali crimine, nullo modo poteſt *Reus* ab illo appellare; & de hoc apertè loquuntur *Canones*, quos in principio citauimus; ſicut etiam ſi iuberet vt Subditus faceret aliquod opus pœnale, vt ieiunium, diſciplinam, &c. *ob mortificationem, ſiue ad exercitium virtutis*. Ratio eſt, quia proprium *Paſtoris* eſt Subditos ſuos ad actus virtutis exercere, nec vllum ipſis reſultat in hoc grauamen, nec vlla paritur infamia, quod cauſa mortificationis aliquis flagellationem, aut ieiunium, aut aliud opus mortificatiuum fecerit. Non enim, vt plerique autumant ſubitur infamia ob pęnam, ſed tantum ob culpam; & ſi pœnitentia affert aliquam ignominiam; hoc eſt occaſionatiuè, & remotè, puta quia declarat talem ſic pœnitentiatum fuiſſe delinquentem, & ideò dedecoroſa eſt pœnitentia non ex ſe, ſed quia culpam regulariter ſupponit. Si autem *Superior* iniungit pęnitentiam, & declarat ſe non ob culpam aliquam, ſed tantùm ad virtutis incitamentum illam iniungere, nullo modo poteſt Subditus illam recuſare, quia ſibi nulla poteſt per hoc irrogari iniuria, nec infligi grauamen, à quo legitimè poſſit appellari. Quid autem iuris ſi *Superior* dubitans fortè nè Subditus pœnitentiam recuſet, dicat illi. *Vade ad faciendam diſciplinam ob mortificationem*, exindè, illa facta, aperiret cauſam aliam, & diceret ſe ob talem, aut talem defectum illam pœnitentiam iniunxiſſe? Dico, quod ſi pœnitentia iniuncta non excedit modum, & defectus eſt verus, debet Subditus humiliter acquieſcere. Si autem excedit modum, aut delictum eſt falſum, poteſt ad *Superiorem* maiorem mouere querelam contrà inferiorem, qui debet de hoc puniri. Non enim *Superiores*, eo quia paternè corrigunt, poſſunt pro libito procedere ex tali quali informatione circà defectus Subditorum, neque præcipitanter ſe gerere ad relationem cuiuſuis in fulminandis pœnitentijs, ſed debent cautè procedere, & non adhibere tam citò fidem Referendarijs, qui aliquoties ob priuatas paſſiones, maximè contrà iuuenes, vendunt falſa pro veris. Quia licet defectus impoſiti ſint leues, tamen maximè conturbant Religioſos, & præſertim eos, qui gaudent fama vndequaque incontaminata, ſi vident ſe falsò accuſatos, & verè punitos; & pœnitentia ex cauſa ſiue vera, ſiue falſa, ſemper aliquale dedecus ipſis affert, ad quod reparandum, licitum illis eſt ad *Superiorem* recurrere.

88. Si autem Superior excedit pœnam taxatam à *Statuto*, & nulla eſt conditio aggra-

aggrauans defectum, dico, quod ab illa pœna poteſt Subditus appellare. Ratio euidens eſt; quia ſicut in foro iudiciali nequit *Iudex* excedere in Sententia pœnam ordinariam præſcriptam à lege pro tali delicto; ità nec poteſt *Superior* in foro paterno maiorem pœnitentiam iniungere, quàm ſit à *Statutis* determinatum; quia non habet Superior arbitrium, niſi in caſu, in quo non diſponit lex; hìc autem legis ordinationem habemus, proindè nequit *Superior* illam tranſgredi.

89. Licet autem, vt ſuprà dictum eſt, in caſibus iſtis liceat à *Superioribus* in foro paterno ſuper grauamine appellare, non tamen poteſt Subditus ipſum *Superiorem* recuſare in illo foro, ità vt per talem recuſationem ſuſpendatur in Superiore auctoritas, & iuriſdictio paterna, ſicut per recuſationem in *Iudice* ceſſat iuriſdictio in cauſa. Ratio eſt, quia ſicut ſi recuſetur aliquis *Superior Ordinarius* in foro Iudiciali, talis Recuſatio non ſuſpendit Ordinariam eius iuriſdictionem, quam habet, vt *Pater* in Subditum, vt notum eſt; ità licet à *Superiore* appelletur ſuper aliquo grauamine, non tamen tollitur, quin in foro paterno ſibi ſarta, & tecta remaneat eius iuriſdictio; & proindè recuſari non poteſt, ità vt Recuſans ab ordinaria ipſius, paternaque poteſtate eximatur. De iure enim diuino eſt, quod Subditus *Superiori* pareat; & videmus in *Eccleſiaſtica Hierarchia*, quod quilibet *Eccleſiaſtico Superiori* ſuo locali, (vt *Parocho*) Prouinciali, (vt *Epiſcopo*,) & Generali, (vt *Summo Pontifici*) ita ſubiectus paternaliter eſt, vt nullo modo, aut quauis de cauſa, etiam enormis grauaminis, ab eorum cura eximi poſſit. Caueant proindè Subditi ne ad Appellationem deueniant, niſi enorme, & manifeſtum ſit grauamen; & quando appellare coacti ſint, humilibus, & modeſtis verbis appellent, non *Superiori* inſultando, non dicendo illum *iniuſtum*, *Tyrannum*, *inimicum*, & huiuſmodi; ſed modo reuerenti dicant illi. *Bona veſtra venia, Reuerende Pater, in pœnitentia, quàm mihi infligitis nimis grauatum me ſentio, proindè non vt recuſem obedientiam, ſed vt curem indemnitatem meam, ſuper hoc appello ad Patrem Prouincialem, Generalem, &c.*

Pariter *Superiores*, à quibus Appellatur, non debent ex iſta Appellatione turbari, aut contrà Subditos furere, ſè ſe fortè deſpectos criminantes; quia hoc iuridicum præſidium illos non lædit, & ità conſulit indemnitati Subditorũ, vt in minimo Superiorum auctoritatem non labefactet. Aut enim à *Superiore ad quem* declaratur, non ſubſiſtere *Appellationem*, aut ſubſiſtere; ſi primum, non doleant *Superiores* de *Appellatione* interpoſita à Subdito, ſed propriam aut paſſionem, aut aliam imperfectionem culpent, ob quam ab ipſis inflicta fuit pænitentia indebita. Si verò non ſuſtinetur Appellatio ipſi redundabit ad honorem, ſi quidem Subditus, qui indebitè appellauit debet remitti ad *Superiorem à quo*, & debet pœnitentiam impoſitam duplicatam adimplere; iuxtà *Textum (i)* infra, & in hoc caueant *Superiores* maiores, qui ad retundendam nonnullorum Subditorum audaciam debent *Superiorum* minorum auctoritatem defendere, nec eſſe faciles ad decernendum *Appellationem* Subditi fuiſſe legitimam. Si cauſa *Appellationis* non eſt manifeſtè, & euidenter iuſta nullo modo debet admitti; ſi patenter nulla eſt, & à Subdito fuit interpoſita, vt frequenter accidit, ad ſolum finem eludendi pœnam ſibi impoſitam, & inſultandi *Superiori minori*, *Prælati maiores* armentur zelo iuſtitiæ prò tuenda dignitate *Superioris*, & frangenda inſolentium Subditorum temeritate. Ad normam legum duplicent pœnitentiam Subdito malè appellanti, & mittant eum ad *Superiorem à quo* appellatum eſt, tum vt magis eum timeant, cæteri Subditi, tum vt reſarciatur tali modo eius exiſtimatio, tum vt caſtigata Appellantis temeritate, cæteri non tam facilè Superiorum mandata deſpiciant, & iugum obedientiæ, ſine qua diſſipatur Religio, excutiant. Et pro amore Dei, non faciant *Superiores maiores*, vt multoties vidi, ſcilicet quià *Prælatus inferior* non eſt ſibi amicus, decernunt Appellationem à Subdito defectuoſo interpoſitam iuſtam fuiſſe, & *Superiorem minorem* indebitè illum grauaſſe, & ſic inſolentiorem Subditum reddunt, & contemptibilem faciunt Prælatorum minorum auctoritatem: Aut ſi Subditum juſtificare non poſſunt, ipſi nec pœnitentiam duplicant, vt debent, nec ad *Superiorem à quò* appellatum eſt, Subditum, qui appellauit, remittunt, & interea Subditus gloriatur, quod *Superior* ille non potuit habere intentum ſuum, ſcilicet illum pœnitentiandi coràm ſe. Hoc nullo modo poteſt fieri, & *Superior maior*

hæc

hæc faciens peccat mortaliter contrà iuſtitiam, quià lædit ius tertij, puta *Superioris minoris*, & hoc in re graui; ille enim habet ius puniendi ſuum Subditum errantem, quo non debet priuari; & Subditus debet puniri in loco, in quo deliquit, & à Iudice loci delicti, vt notum eſt. Pariter peccant in cauſa, quià ſic fouent inſolentiam in Subdito, qui ex tali indulgentia redditur audacior ad peccandum. Deniquè peccant ſcandalo, quià à tali exemplo inuitantur cæteri ad contemnenda mandata Superiorum localium, & obediunt ipſis, quando volunt, nec *Superior* audet illos, vt par eſſet, cogere per pœnitentias, ne in periculo ponat auctoritatem ſuam, puta quod à pœnitentia appelletur, & ità vigor Regularis diſciplinæ eneruatur. Nec per hoc dico, quod *Superiores maiores* debeant ſic tueri dignitatem inferiorem, vt ipſos, licet euidenter iniuſtos, defendant; quià pari modo contrà iuſtitiam peccarent. Contigit aliquando *Superiorem localem* præcipitoſum eſſe, indiſcretum, fatuum, totam famiiiam conturbantem, & quià amicus *Prouincialis* eſt, omnia ſibi cedunt in bonum, ità vt nulla contrà ipſum, licet iuſta, Subditorum querela audiatur. Si Subditus, indiſcreta pœnitentia grauatus, ab illo appellat, quantumuis iuſta ſit Appellatio, nihilominus durè à *Prouinciali* tractatur, & ad eundem *Superiorem* remittitur, vt dupliciter puniatur; & dicunt ità debere fieri ad bonum regimen, prò defendenda *Prælatorum localium* dignitate. Sed falſiſſimum hoc eſt, quia bonum eſt regimen, quod fulcitur iuſtitia; iuſtitia autem debet erga omnes, & cōtra omnes oſtendi æqualitate geometrica, non arithmetica. Si *Superior localis* iniuſtè pœnitentiauit, ſibi ipſi imputet ſi inhonoratus remanet, quià iniuſtè puniendò ipſe priùs propriam dignitatem dehonorauit. Subditus ex alia parte habet ius ſe tuendi, & famam ſuam defendendi, & ob hoc, iuſtum recurſum habet ad *Superiorem*. Quod ſi *Superior* hoc negligat, & *iuſtitiam iuſti auſert ab eo*, vt dicit *Propheta*, certè peccat mortaliter, & ob iuſtitiam deſpectam, iuſtum incurrit *Væ* ibidem comminatum. Si enim Subditus in amaritudine animæ ſuæ videns ſe manifeſtè læſum clamet ad *Deum*, maximè ſi eſt pauper Fraterculus, & proindè oppreſſus, certè à Deo exaudietur. Et ſi in deſperationem actus fugiat à Religione, perditio illius iniuſto *Superiori* imputabitur, & eius exactiſſimam rationem reddet in puncto mortis. Librent ergò *Superiores maiores*, & maturum conſilium adhibeant, omni paſſione ſepoſita, in iudicanda cauſa Subditi Appellantis. Arbitria iuſta dent ſemper *Superiori*, quorum potior debet eſſe ratio, fauore diſciplinæ Regularis, ſed vbi arbitrium non habet locum, quià euidens eſt iuſtitia, iuxtà illam iudicent, nec reſpectum habeant ſiue *Superiori*, ſiue Subdito. Quod ſi *Prælatus* cognoſcens de cauſa Appellationis euidenter iniuſtè iudicat, & grauet vel *Superiorem localem*, ipſius auctoritatem contrà Subditum non ſuſtinendo; vel Subditum, iuſtitiam illius contrà *Superiorem* localem non defendendo, poterit vterquè ſuper illo grauamine, aut appellare, aut recurſum habere ad *Superiorem Generalem*; vterquè enim habet ius ad tuendam dignitatem, ſiue indemnitatem ſuam.

90. Sed demus, quod Subditus in foro paterno, vt præfertur, Appellet à *Superiori locali*, & ſuper cauſa Appellationis debeat *Prouincialis* cognoſcere; quomodò procedet? Dico, quod debet procedere vt *Pater*, non autem vt *Iudex*; & ratio eſt, quia eodem modo cognoſcitur de Appellatione, ſicut de cauſa principali; & cum iſta ſit in foro paterno, etiam in illo debet cognoſci Appellatio. Quid autem ſi *Reus* Appellans vellet, quod Prouincialis iuridicè inquireret, ex eo quod relationes, quæ veniunt ad *Prouincialem* ſunt diuerſæ, imò inter ſe contrariæ? Dico, quod nil minus debet *Prouincialis* ſummariè, & ſine ſcripto procedere, aliter enim eſſet infæliciſſimum ipſius regimen, nec Religioſæ quieti accommodum, ſi deberet inſtitui proceſſus iuridicus ſuper hoc. Verum tamen eſt, quod ad habendam veritatem, debet *Prouincialis*, aut tempore viſitationis, aut alio commodo, (dummodò interea non expiraret officium *Superioris à quo* appellatum eſt) ſe informare à teſtibus de veritate, præmiſſo iuramento, & ſecundum illam informationem ſententiare ſimul (cum Diffinitorio vt habet Textus ſupra) ſuper iuſtitia *Appellationis*. Imò cōſulo, quod *Prouincialis* ad ſui iuſtificationem, ne teneatur fortè in ſyndicatu *Commiſſarij*, ſeriem facti, ſuper qua ſententiauit, redigat in ſcriptis munitam atteſtatione iurata Teſtium; & ità optimè iuſtitiæ, & indemnitati ſuæ erit conſultum.

III. Quæritur. An poſſit recuſari Prouencialis in actu Viſitationis?

SVMMARIVM.

91. *Prouincialis in viſitatione nequit recuſari.*
Appellatio à correctionibus in viſitatione non datur.
Et non habet effectum ſuſpenſiuum.
Epiſcopus impeditus ne viſitet, procedit per Cenſuras.
92. *Prouincialis habet ius viſitandi.*
Si Prouincialis vellet iuridicè viſitare, ex iuſta cauſa poteſt recuſari.
93. *Effectus ſuſpenſiuus, & deuolutiuus quis?*
Suſpenſio alia eſt Cenſura, alia eſt pœna.
Vt pœna eſt incboata priuatio.
Fertur ob delictum, non præmiſſa monitione.
Apud nos eſt remotio à ciuili adminiſtratione.
Priuatio Officij eſt mors ciuilis.
Suſpenſio ab Officio non poteſt infligi ob exercitium virtutis.
Nequè ex leui cauſa.
94. *Prouincialis tenetur aſſignare cauſam ſuſpenſionis.*
Forus paternus, & iudicialis in quibus conueniant.
Sententia lata contrà inauditum eſt nulla.
Si Prouincialis non aſſignat cauſam ſuſpenſionis non tenetur Guardianus obedire.
Cauſam pœnitentiæ debet aſſignare Superior.
Et debet eſſe rationabilis.
Religioſus tenetur obedire in contentis in Regula, vel ad eam conducentibus.
Prælatus non poteſt præcipere indifferentia niſi, cohoneſtata fine bono.
Si cauſa aſſignata eſt leuis, aut falſa, poteſt appellari à ſuſpenſione.
95. *A ſententijs Epiſcoporum, quæ continent grauamen, etiam in Viſitatione poteſt appellari.*
Si tamen eſt grauamen irreparabile per diffinitiuam.
96. *Si totus Conuentus recuſaret Prouincialem, & viſitationem impediret quid faciendum?*
Epiſcopus impeditus ne viſitet procedit per Cenſuras.
Pariter frangit muros, portas, & remouet obſtacula.
Inuocat auxilium brachij ſæcularis.
Ad eum præſtandum adigit Iudicem laicum per Cenſuras.
Brachium ſæculare inuocandum poſt fulminatas Cenſuras.
97. *Impedientes Viſitationem Epiſcopus excommunicat.*
Sed debet præmittere trinam monitionem.
Nullus poteſt dici contumax, niſi ter priùs monitus.
Monitio, & citatio ſunt de iure diuino.
98. *Prouincialis impeditus viſitare, eadem præſtet, quæ Epiſcopus.*
Sed expedit alia via prudentiali vti.

RESpondeo, quod euenit aliquandò caſus, quod *Superior* localis ſibi parum amicum reputat *Prouincialem*, & ſupponit hunc in viſitatione debere aliquod grauamen ſibi inferre velle, ſiue pœnitentiando, ſiue ſuſpendendo ab officio, inquirimus nunc ſi in tali caſu poſſit *Guardianus* recuſare *Prouincialem*, & ita ipſum impedire quominus viſitet. Ad hoc dico, quòd hoc nullo modo poteſt; & circà hoc eſt aperta diſpoſitio *Tridentini*, (*l*) quod pro viſitatione Epiſcoporum ità ſanxit. *Nec in bis, vbi de viſitatione, aut morum correctione agitur exemptio, aut vlla inbibitio, Appellatio, ſeu querela, etiam ad Sedem Apoſtolicam interpoſita executionem eorum, quæ ab bis mandata, decreta, aut iudicata fuerint quoquomodò ſuſpendat, aut impediat.* Ex quibus habetur, quod ſi nulla admittitur Appellatio ab Epiſcopo in actu viſitationis circà concernentia viſitationem ipſam, vel morum correctionem, à fortiori non admitti debet Appellatio, ſiue recuſatio ipſius quominùs fungatur munere ſuo viſitandi, ad quod ex Canone (*m*) ius habet, & ita tenent Communiter *Doctores.* (*n*) Imò illud idem quod decernit Concilium, & militat etiam ad punctum noſtræ quæſtionis, renouauit *Sacra Congregatio Concilij* in ſuo *decreto* approbato à *Clemente Octauo*, quod per extenſum re-

fertur à *Quaranta*, (o) vbi habetur, quod *Appellationes in cauſis viſitationis ordinariorum, aut correctionis morum, quò ad effectum deuolutiuum tantùm admittantur*. Vndè deducitur quod *Appellationes* ſuſpenſiuæ in viſitatione admitti non debent, & à fortiori nec admitti *recuſatio* ſuper viſitatione ne fiat; nec per eã ſuſpenditur recuſati iuriſdictio, vt notum eſt. Et cohærenter huic doctrinæ *Paulus V.* in ſuo *Breui* ſub *die 29. Octobris* 1610. quod per extenſum dat *Barboſa* (p) ſcripſit *Epiſcopo Portugalen.* declarando, *Epiſcopum, vel alium, cui legitimè competit, viſitantem non poſſe vti ſuſpectum recuſari, non obſtantibus &c.* Et poſſe *Epiſcopum* ſi ab aliquibus, prætendentibus ſe aliquo iure exemptos à viſitatione, impediretur, quominus viſitaret, procedere per Cenſuras excommunicando taliter eius viſitationem impedientes docent multi *Doctores*, (q) eo quià licet ipſi gladio ſpirituali ius ſuum defendere, vt dicit *Canon*. (r)

92. Cum autem vt alias dictum eſt, optimo iure *Prouinciales* non tantum *Epiſcopis*, ſed etiam *Archiepiſcopis* comparentur, ea, quæ dicta ſunt de *Epiſcopis*, extendi debent ad *Prouinciales Regulares* in viſitandis ſuis *Prouincijs*. Tum quià etiam iſti, ex mandato *Tridentini*, (s) vltrà proprias *Conſtitutiones*, tenentur ad viſitationem omnium Conuentuũ ſuæ *Prouinciæ*, vt *Epiſcopi*. Tum quià declaratio allata *Pauli Quinti* loquitur in ſpecie non ſolum de *Epiſcopis*, ſed dicit, *Vel alium, cui legitimè competit Viſitantem*, & cum *Prouinciali* legitimè competat viſitatio, vt dicit vna *Clementina*, (t) liquet quod ipſi in viſitatione nullo modo poſſunt recuſari, nec eorum iuriſdictio per recuſationem ſuſpendi. Hoc autem ſemper intelligendum eſt de viſitatione paterna generali, & ordinaria. Si autem veniret *Prouincialis* ad viſitationem generalem quidem, ſed iuridicam, ex eo quod conſtat ſibi ex denunciatione, aut fama, delictum eſſe ibi commiſſum, cuius auctor ignoratur, & ex iuſta cauſa timeret Guardianus ſibi imminere grauamen à *Prouinciali*; vtique poſſet ipſum recuſare vt *Iudicem*, nec in hoc ſenſu loquuntur ſuprà citata *Decreta*, vt tenet *Franciſcus Leo*: (u) & ad idem faciunt ea, quæ ad legitimam *recuſationem Iudicis ordinarij* requiruntur, vt ſuprà docuimus.

93. Sed ponamus, Quod *Prouincialis* de facto, (licet de iure nequeat, vt alias dicemus) in viſitatione paterna ſuſpẽdat *Guardianum*, poterit ne *Guardianus* appellare, ità vt Appellatio ſortiatur effectum *ſuſpenſiuum*, vltrà *deuolutiuum*? Explico terminos pro imperitis. Effectus *ſuſpenſiuus* eſt quandò ſententia, ſiue iudicialis, ſiue extraiudicialis ſuſpenditur, & impeditur, ſicut & *Iudicis*, ſeù *Superioris* iuriſdictio. *Deuolutiuus* autem eſt, per quem cauſa deuoluitur ad alium *Superiorem* maiorem à quo debet cognoſci. Prò clariori intelligentia dubij dò exemplum. *Prouincialis* viſitat modo cõſueto Conuentum meum, ſermonem, habendo in *Capitulo*, quod vulgo dicitur *Rendere la viſita* vocat me Guardianum, & dicit *ob imperfectiones, ſiuè defectus in meo Officio commiſſos, me ſuſpendere ab Officio*: vel priuatè me vocat, & dat litteras obedientiales in quibus non exprimit ſe me *ſuſpendere* ab officio; vel, in diſceſſu ſuo à Conuentu, relinquit Obedientiam mihi conſignandam, in qua præcipit, vt ad alium Conuentum me conferam, Quærimus ergò an mihi liceat in Refectorio, vel quandò tradit mihi obedientiam appellare ab ipſo ad *Generalem*, ità vt facta illa *Appellatione* poſſim contrà mandatum ipſius continuare in Officio meo, (& hic eſſet effectus *ſuſpenſiuus* Appellationis;) aut non obſtante tali *Appellatione* debeam obedire, & recurſum interea ad *Generalem* habere?

Turbida eſt quæſtio hæc; & vt eam clarificemus aduertere debemus, quod *Suſpenſio* alia eſt *Eccleſiaſtica Cenſura, qua impeditur perſona Eccleſiaſtica vti iure aliquo, vel poteſtate*, vt dicunt *Summiſtæ*, (x) quæ non incurritur, ſiue fulminatur, niſi propter culpam mortalem, vt ex multis probat *Layman*, (z) & de hac non loquimur hic. Alia verò eſt tantum *pœna*, & induit *naturam* inchoatæ *priuationis*, & cenſura appellari non poteſt, & hoc fertur ob delictum patratum nulla præmiſſa monitione, vt poſt *Innocentium* docet *Abbas* (a) ex quodam *Canone*, (b) & de hac loquimur nos in caſu propoſito; & vniuerſaliter quando in *Statutis* prò aliquo delicto ponitur *pœna Suſpenſionis ab Officio*. (licet Superiores Regulares ex ſua poteſtate poſſent ferre etiam cenſuram Suſpenſionis ab Ordine, ſicut, & poſſunt excommunicare) tamen ſemper intelligitur *Suſpenſio ab Officio*, quæ eſt pura pœna, & impedit ab Officio, quatenus Officia

ficia concernunt ciuilem adminiſtrationem, & talis pœna infligitur, vt ſic ſuſpenſus impediatur per impedimentum regiminis, vt optimè aduertit *Sanctorus*. (c) Hæc autem pœna grauis eſt, quià vt dixi eſt *priuatio* imperfecta, & ſicuti *priuatio ab Officio* eſt pœnarum grauiſſima, eſt enim mors ciuilis, quià priuatus ab officio, dicitur capite minutus, quià *ſtatu permutatus*, vt dixit *Caius*, (d) ità imperfecta priua tio, quæ eſt *Suſpenſio ab Officio* erit pœna grauis. Vndè cum *iuxtà menſuram delicti debeat eſſe plagarum modus*, (e) ſequitur, quod non poterit, niſi pro culpa graui, infligi huiuſmodi pœna *Suſpenſionis*. Proindè non adhæreo ſententiæ *Sanctori* (f) dicentis poſſe *Prouincialem* ſuſpendere Guardianum, *ſi id fieret ad obedientiæ exercitium, vel aliqualem mortificationem, quæ eſſet ſpecies pœnitentiæ ſalutaris, & ad breue tempus*. Si quidem exercitium mortificationis, & obedientiæ non debet eſſe cum infamia, vel dedecore Religioſi, & amiſſione bonæ exiſtimationis; ſtat autem quod in Religione Suſpenſus aliquandò ab Officio iacturam patitur in fama: communiter enim exiſtimatur, quod ſic Suſpenſus deliquerit in illo Officio, à quo ſuſpenſus eſt; vndè ſolet ſibi ab ijs, in quorum oculis ipſe poſitus eſt, exprobari, quod ſuſpenſus fuerit ab Officio, & *Suſpenſio* talis impedit, & retardat quominùs aliàs ad Officia promoueatur, ex quo ſemel ſuſpenſus fuit, & ita impeditur ipſe a conſequendis illis honoribus, qui ex Religioſa conuenientia ſibi debentur. Stat ergò, quod non ex ſolo mortificationis exercitio poteſt Guardianus ſic ſuſpendi, ne infamiam abſque crimine incurrat, ſed requiritur cauſa criminoſa, cum *Suſpenſio* pœna ſit, qua, niſi pro crimine, non debet vllus inuri; vt fatetur paulo poſt prædicta ipſe *Sanctorus* (g) ſibi non cohærens. Et quandò *ſtatuta* loquuntur, quod defectuoſi Guardiani in tali, vel tali delicto, *arbitratu Superioris*, ſuſpendantur ab Officio, cenſendum eſt, quod Statutum non reputet delictum illud, pro quo infligit *Suſpenſionem*, eſſe leue, alioquin eſſet irrationabile, quià delicto leui, grauem pœnam apponeret.

94. Ex his ad quæſitum dico; Quod *Prouincialis*, vel abſolutè ſuſpendit Guardianum ob Officio, non aſſignans cauſam ſuæ *Suſpenſionis*; vel dicit ſe illum ſuſpendere ob tale, aut tale crimen. Si primum, dico, quod Guardianus poteſt à tali *Suſpenſione* appellare, ſi *Prouincialis* rogatus ab illo non vult detegere cauſam *Suſpenſionis*, & ſic interpoſita *Appellatione* poteſt continuare in Officio ſuo. Ratio eſt quia forum paternum non differt à iudiciali quantùm ad ſubſtantialia iudicij, vtrobiquè enim interuenit corpus delicti, & probationes, & *Reus*, & citatio eius, & *Iudex*, & Sententia. Differentia eſt ſolummodò in fonma probandi, & ſententiandi, quià, vt notum eſt, in foro iudiciali, probationes per Teſtiū depoſitiones iuratas fiunt, quod non eſt neceſſarium in paterno; pariter in iudiciali ſententiatur ad præſcriptū legis; in paterno verò iuxtà dictamen rationis, & prudentiam *Superioris*. Sicut ergò in iudiciali *Reus* condemnandus de neceſſitate ſcire debet delictum, de quo ſententiatur; imò in ſententia ipſa debet inſeri per extenſum, vt ex illa delinquens cognoſci poſſit, vt determinatur in *Textu*; (b) ità etiam in paterno *Reus* debet habere notitiam de delicto, ob quod pœnitentiatur; tum vt poſſit cognoſcere ſi pœna delicto commenſuretur, & ſcire ſi ipſi infertur grauamen; tum vt valeat ſe defendere adducendo cauſas, quibus poteſt tueri ſe quominùs pœnitentietur; tum vt poſſit de delicto, de quo punitur emendari, attento quod finis principalis punitionis paternæ eſt Delinquentis emendatio. Si ergò *Superior*, qui Guardianum ſuſpendit non vult illi reuelare præciſam cauſam talis punitionis. Sed dicit tantum in genere, quod ſit propter defectus ſuos, poteſt Guardianus Appellare ad *Generalem*, & non obſtante *Suſpenſione*, perſeuerare in ſuo Guardianatu, quià ſicut non tenetur obedire *Prouinciali* iniuſtè aliquid præcipienti, ita neque tenetur obedire tali *Suſpenſioni* inflictæ ſine cauſa. Sine cauſa illam dico, quià in iure idem iudicium eſt de his, quæ non ſunt, & de his, quæ non apparent; & cum *Prouincialis* non velit, aut neſciat ipſi manifeſtare cauſam *Suſpenſionis*, ſignum eſt nullam talem ſubeſſe; vndè cum ſententia lata pro delicto nulla ſit, ſi delictum commiſſum non ſit, nulla pariter cenſenda eſt talis *Suſpenſio* lata pro delicto, quod, cum non appareat manifeſtatum à Iudice, idem operatur ac ſi non eſſet. Pariter ſententia lata contrà *Reum* inauditum, & indefenſum eſt nulla, vt dicunt *iura*, (i) eſt enim citatio, & defenſio de iure naturali,

rali,

rali, & diuino; Si ergò *Prouincialis* negat aperire cauſam, neque poteſt *Reus* ſcire delictum, de quo punitur, nec defenſiones idoneas opponere, ità vt cogatur ſic manere indefenſus, proindè ſententia *Suſpenſionis* nulla eſt. Nec dicendum allatam rationem quadrare pro foro iudiciali, & non pro paterno, in quo *Superior* procedit ex informata conſcientia; ſiquidem vt dicebam etiam in paterno *Superior* procedit ſeruando ſubſtantiam iudicij, & ſicut *Reus* in iudicio iudicialiter citatur ad ſe defendendum, ita in foro paterno paternaliter debet audiri. Habetur hoc ex *Euangelio*, vbi Pater familias, audiens Seruum diſſipaſſe ipſius bona, ipſum citauit ad reddendam rationem villicationis, de qua, vt male adminiſtrata, fuerat accuſatus. Debet ergo *Superior* quandò pœnitentiam iniungit, obijcere Subdito delictum ſuum, ad hoc vt ſciat pro tali malè facto ſe puniri, vt in poſterum caueat à ſimili lapſu, & ſe emendet; pariter, vt poſſit Subditus, ſi fortè falsò accuſatus eſt, ſe defendere, & maximè quandò pœnitentia grauis eſt, & ignominioſa vt *Suſpenſio ab Officio*, de qua loquimur. Et ſi Subditus quærit a Superiore cauſam, & hic nolit aperire; neque ille cogitur obedire, quia indebito modo illi præcipitur. Non tamen hoc velim de quauis pœnitentia, & de quouis Subdito indifferenter accipi. Quia ſi Subditus eſt, exempli gratia, *Clericus*, aut *Laicus neophitus*, & huic Guardianus iubeat, vt ſe ob defectus ſuos diſciplinet, ieiunet in pane, & aqua, priuetur obſonio, & alijs huiuſmodi pœnitentijs, quæ conſueuerunt dari in Religione iuxta morem Prouinciarum, & non ſunt infamatoriæ, ſeu ignominioſæ, nec dantur pro determinatis delictis, nec in pœnam, ſed ad exercitium mortificationis, certè Subditus nullo modo poteſt eas recuſare, nec ab illis appellare, nec a *Superiore* quærere cauſam quare tales pœnas iniungat. Imo ſi Subditus temerariè hanc reſpuat, & velit ſcire cauſam, debet *Superior* interpellatus dicere hoc eſſe ob ſui mortificationem; ſed nouam pœnitentiam imponere, grauiorem, pro temeritate, quam oſtendit. Et debet quidem *Superior* illam cauſam adducere, quæ ſit rationabilis, quia ſine cauſa rationabili non tenetur Subditus obedire ex vi voti; nam ex hoc ea ſolum præſtare tenemur, quæ vel in Regula, vel in conducentibus ad Regulam continentur, vt dicunt *Theologi*. (l) Vndè Prælato præcipienti indifferentia, niſi cohoneſtentur fine bono, non tenemur obedire, vt docuit *Layman*. (m) Si ergò dicit *Superior* ſe talem pœnitentiam iubere ob mortificationem, aſſignat cauſam rationabiliſſimam, & obediri debet, attento maximè quod non eſt exceſſus in modo, nec detrimentum famæ in tali pœna. Sed ſi dicit talem pœnitentiam iniungere, quia *ſibi ſic placet*, aut quia *ſic ſibi videtur*; Dico quod Subditus ſi ſimpliciter obediret, benè faceret, maximè Nos *Minores*, qui debemus obedire in omnibus, *quæ non ſunt contrà animam, & Regulam noſtram*. Sed de rigore iuſtitiæ non tenetur obedire, & ſi recuſaret illam pœnitentiam facere, & ad Prouincialem appellaret, deberet valere Appellatio; quia licet à correctionibus paternis non admittatur Appellatio, tamen intelligitur de factis rationabiliter, & debito modo, non de factis irrationabiliter, & indebito modo.

Si autem *Prouincialis* aſſignet cauſam Guardiano, per quam ipſum ſuſpendit, quæ in *Statutis* reperitur expreſſa, & euidens. Sit, quod Guardianus talem defectum commiſerit, non poteſt vllo modo appellare; tum ob euidentiam, & notorietatem criminis; tum quia a pœna taxata in *Statuto* appellare non poteſt, maximè quod modus non exceditur. Sed ſi aſſignat cauſam, quæ vera non eſt & Guardianus paratus eſt ſe probare innocentem; aut ſi cauſa, quam aſſignat non eſt in *Statuto* expreſſa, cui debeatur pœna *Suſpenſionis*, ita vt per hanc Guardianus grauetur, tunc poterit appellare, & talem *Suſpenſionem* ſuſpendere; & ea non obſtante in ſuo Officio perſeuerare, ob rationes, quas dedimus Superiori Quæſtione loquendo de grauamine illato, propter exceſſum modi in correctione.

95. Nec facit contrà prædictam reſolutionem decretum *Concilij Tridentini*, quod dedimus in principio Queſtionis, per quod reijcitur omnis Appellatio a morum correctione in viſitatione *Epiſcopi*, cui ſimile tradiderat idem *Concilium* in alio loco (n) dicens, *In cauſis viſitationis, & correctionis, ſiuè habilitatis, & inhabilitatis* ... *Nec Epiſcopus ab Epiſcopo non appelletur, tanquam friuolæ de-* *Appellationi huiuſmodi* ... *ferre teneatur &c.* Ex quo decreto multi Doctores (o) deducunt concluſionem, quod præſertim correctio- a Viſitatione Epiſcopi

ctione morum non datur Appellatio. Quia *Concilium* loquitur de decretis, ſiue ſententijs interlocutorijs in viſitatione *Epiſcoporum* factis, quæ non continent Grauamen, & de *Appellationibus* interpoſitis abſquè expreſſione cauſæ grauaminis, iſtæ enim nullo modo admitti debent in tali actu viſitationis, vt adnotauit *Stephanus Vueyms*. (p) Non autem intellexit de *Appellationibus*, quæ interponuntur eum expreſſione cauſæ, & ſuper grauamine prodeunte ab interlocutoria, quod per diffinitiuam non poteſt reparari. Et ne hoc videatur gratis dictum, legatur *Concilium* loco citato, ſic enim habet, *Niſi grauamen huiuſmodi per diffinitiuam ſententiam reparari, vel ab ipſa diffinitiua appellari poſſit, quibus caſibus ſacrorum, & antiquorum Canonum Statuta illibata perſiſtant*. Et concordat cum hoc *Decretum Sacræ Congregationis Concilij*, de quo ſuprà meminimus, per quod *Appellatio* ab interlocutoria, aut extraiudiciali ſententia ſpectante ad morum correctionem in viſitatione tollitur, habet enim ſic poſt verba ſuprà allata, *Niſi de grauamine per diffinitiuam irreparabili agatur*, & in hoc ſenſu accipitur *Concilium*, vt multi *Doctores* (q) ſentiunt, & ad litteram hoc idem ſonant *Statuta Generalia Ordinis* loquendo de *Appellatione*. (r) Cum ergo grauamen indebitæ *Suſpenſionis*, ſi executioni, demandetur reparari non poſſit, (fieri enim nequit, quod priuatio adminiſtrationis, qua perculſus eſt is, qui manſit ſuſpenſus, pro tempore, quo *Suſpenſionem* ſubijt, retrò trahatur,) ideò concludendum eſt, quod a tali grauamine irreparabili Guardianus in actu viſitationis ex iuſto motiuo, pro vt diximus, poſſit, appellare, etiam quo ad effectum ſuſpenſiuum, ſed de hoc alias.

96. Quid autem iuris, ſi Guardianus coniuratus eum tota familia recuſaret *Prouincialem*, vt ſuſpectum, & nollet ipſum ad faciendam viſitationem admittere, & ipſum vel in Conuentu non reciperet, vel vocati ad viſitationem Fratres, nollet obedire, nec ante ipſum comparere, prætextu interpoſitæ *recuſationis*; Quid facere deberet *Prouincialis*? Reſponſionem diſtinguo prius dicendo quid poſſit de rigore iuris; ſecundò quid debeat de dictamine prudentiæ. De rigore iuris poſſet idem quod *Epiſcopus*, quandò impeditur ab aliquo in Viſitatione. Cum enim *Prouincialis* ad viſitandos Conuentus ſuæ *Prouinciæ*, idem ius habeat, quod habet *Epiſcopus* in viſitanda ſua *Diœceſi*, ijſdem medijs, quibus ad tuendam ſuam iuriſdictionem poteſt vti *Epiſcopus*, poteſt etiam vti *Prouincialis*. *Epiſcopus* ergo ſi, reſpectu alicuius *Eccleſiæ exemptæ*, habet ius viſitandi, aut vt *Delegatus Apoſtolicus*, aut alia de cauſa legitima, & impediatur à poſſeſſoribus illius *Eccleſiæ*, aut perſonaliter *Epiſcopum*, aut *Viſitatores* ab eo deſtinatos repellendo, ſiue fores, & oſtia claudendo; poteſt vti gladio ſpirituali excommunicationis, ipſam fulminando de facto contrà eum in viſitatione impedientem, vt dicit quædam *Decretalis*. (s) Poteſt etiam vti gladio materiali confringendo portas, deijciendo oſtia, diruendo parietes, & obſtacula remouendo, vt dicunt *Canoniſtæ*, (t) & ſi *Epiſcopus* non habet familiam armatam, & illi, qui reſiſtunt, ſunt, armati poteſt recurrere ad *Iudicem Laicum*, & inuocare auxilium brachij ſæcularis, imò poteſt illum cogere ad dandum ſibi auxilium, etiam per cenſuras vt habetur ex *iure*. (u) Difficultas ſolùm eſt an prius gladio temporali vti debeat *Epiſcopus* inuocando brachium armatum laicorum ad tuendam ſuam iuriſdictionem, an potius prius per cenſuras procedere, & his inutiliter tractatis, confugere ad præſidium poteſtatis ſæcularis. Nonnulli enim *Doctores* (x) cenſent poſſe *Epiſcopum* antequam cenſuris vtatur, inuocare brachium ſæculare, & *Iudicem laicum* teneri ad illud præſtandum, quantumuis *Epiſcopus* adhuc non proceſſerit per cenſuras. Imò nonnulli eorum (z) autumant taliter diſpoſuiſſe *Concilium Tridentinum*, (a) vbi datur facultas Epiſcopis vtendi brachio ſæculari ad eijciendas à Diœceſi, vel Ciuitate Adulteras, & publicas Concubinas. Sed ſalua horum riuerentia non ità loquitur *Concilium*, vt patet legenti, imò in illo Capitulo ordinat, quod Concubinarij *Si poſtquam ab Ordinario, etiam ex Officio ter admoniti ea de re fuerint, Concubinas non ſolum eiecerint, ſeque ab earum conſuetudine non ſeiunxerint, excommunicatione feriendos eſſe, à qua non abſoluantur, donec re ipſa admonitioni factæ paruerint. Quod ſi in concubinatu per annum cenſuris neglectis, permanſerint, contrà eos ab Ordinario ſeuerè, pro qualitate criminis procedatur*. Et poſt, idem ſancit de mulieribus adulteris, ſiue concubinis, quas iubet poſt

tri-

trinam monitionem grauiter puniri, exinde extrà Diœceſim expelli. *Innocato ſi opus fuerit brachio ſæculari*. Patet ergo, quod *Concilium* tum pro viris, tum pro mulieribus iniungit trinam monitionem; & expreſſè iubet pro viris excommunicationem; vndè hæc debet etiam intelligi pro mulieribus quia trina monitio non fit, niſi in ordine ad cenſuram; & hoc fieri debet ex præſcripto *Concilij*, antequam eijciantur mulieres impænitentes (nec reſipiſcentes per monitionem, & Cenſuram) à Diœceſi; & adhoc præſcribit inuocationem brachij ſæcularis *ſi opus fuerit*, hoc eſt, ſi fruſtranea fuerit monitio, & cenſura ſpiritualis; vndè opus ſit, vi ſenſibiliori corporali vti. Vndè verior eſt ſententia, quam tenent multi *Doctores*, (b) quod priuſquam vtatur brachio laico debet *Epiſcopus* vti cenſuris, & donec iſtæ non ſunt expertæ inualidæ, non tenetur, *Iudex laicus* auxilium armatum præſtare; tum quià brachium ſæculare inuocatur contrà contemptores excommunicationis, vt dixit *Anchar anus*; (c) tum quia debet inuocari, quandò remedia Eccleſiaſtica deficiunt, & non incipiendum à cauda, vt lepidè ſcribit *Federicus de Senis*. (d) Alia pariter difficultas eſt, an *Epiſcopus* poſſit reſiſtentes ſibi, quominus viſitet, ſtatim excommunicare, nulla præmiſſa monitione Canonica.

97. Multi *Doctores*, (e) Theologi potiùs, quàm *Canoniſtæ* tenent opinionem affirmatiuam, moti, quia aliud eſt excommunicare per modum iudicij, vt *Iudex*, aliud extraiudicialiter per modum defenſionis, vt Pars, & dicunt neceſſariam eſſe monitionem in primo caſu, in ſecundò verò neceſſariam non eſſe, proindè poſſe *Epiſcopum* incontinenti, ſtatìm ac videt ſibi factam reſiſtentiam, excommunicare, nullo iuris ordine ſeruato; & diſtinctionem hanc oſtendunt in *iure* (f) fundatam. Sed longè verior eſt oppoſita ſententia, quàm tenuerunt celeberrimi *Canoniſtæ* antiqui, & moderni, (g) licet à *Campanili* citentur *Innocentius*, & *Abbas* pro oppoſita ſententia, ſed immeritò, vt optimè aduertit *Peyrinus*, qui docet nullo modo poſſe *Epiſcopum*, vt præfertur excommunicare, omiſſa canonica monitione. Quia monitio eſt neceſſaria ſimpliciter antè omnem cenſuram, & maximè excommunicationem ferendam, vt cantant tot *Canones*. (h) Et cum ad hoc requiratur iuriſdictio, vt Excommunicatio fulminari poſſit, liquet, quod diſtinctio allata de *Epiſcopo* procedente, vt *Iudex*, & vt *pars*, eſt aerea; vt enim eſt *pars* iuriſdictionem non habet excommunicandi, & *Canon* ille (i) in quo ſe fundant nihil habet de hoc. Pariter cenſura, vt pœna pro delicto præterito fertur ob contumaciam, nullus autem poteſt dici, nec eſt contumax, niſi fuerit monitus, proindè, nec excommunicari. Et vrgentius eſt, quia monitio, ſeù citatio eſt de iure diuino, quod nec per conſuetudinem, nec per *Papam* poteſt tolli prout *Chartarius*, (l) & alij ſuſtinent.

98. Correſpondenter ergò ad hucuſq; tradita de *Epiſcopo* impedito à viſitatione facienda, debet dici de *Prouinciali* in caſu propoſito. Si enim Guardianus, & alij nollent ipſum admittere in Conuentum, & Eccleſiam etiam clauderent (quod tamen penès me inauditum hucuſque in noſtra Religione eſt, ſed accidit in alia, in Conuentu campeſtri) *Prouincialis* deberet monitorium facere cum termino competenti, verbi gratia, ſex dierum, quorum duo eſſent pro primò, duo pro ſecundò, & duo pro peremptorio termino, & ipſum affigere ad valuas Eccleſiæ. Quibus elapſis, ſi non reſipiſcerent, deberet ſententiam anathematis ſcripto ferre, & ibidem affigere. Quod, ſi die ſequenti non obedirent, tunc poſſet inuocare auxilium brachij ſæcularis. Et hoc Prouinciali licere pro cogendis Subditis ad obedientiam patet expreſsè in *Statutis* (m) tum *Ordinis*, tum *Reformationis*, in quibus ſancitur, quod *Apoſtatæ poſſunt à Superioribus cogi ad faciendas pœnitentias pro Apoſtaſia commiſſa, etiam inuocato, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis*. Et cum non ſit maior ratio de iſtis Fratribus ſic renuentibus obedire cenſuræ latæ à *Prouinciali*, quàm de *Apoſtatis* recuſantibus ſubire pœnitentiam, vtrobique enim idem crimen eſt, puta rebellio, & contumax inobedientia, patet, eodem remedio eſſe vtendum, & æquali vi eſſe eradicandam. Et hæc omnia, & eodem ordine fieri deberent, ſi Fratres admitterent quidem *Prouincialem* in Conuentum, nollent tamen ſinere, ſe ab illo viſitari, nec illi obedire. Et eadem prorsùs poſſet Guardianus, caſu quo maior pars Familiæ contrà ipſum eſſet coniurata, & rebellis, quandoquidem crimen inobedientiæ contumacis, vt alias dicam ſpe-

ſpectat ad *Guardianum* in ſuo *Conuentu*, ſicut ad *Prouincialem* in tota *Prouincia*.

Sed aliud longè diuerſum remedium in hoc caſu adhibendum dictat prudentia. Fateor hucuſque dicta eſſe de pleno iure, & licere *Prouinciali* ità facere, ſed vt dicebat *Apoſtolus*. (n) *Multa licent, ſed non multa expediunt*. Periculoſum nimis eſſet tali remedio vti, & maius damnum Religioni eueniret ex medicina, quàm ex ægritudine. Bonum *Religionibus* eſt, quod earum imperfectiones clauſtri ſepe limitentur: ſi inter ſæculares euulgentur, actū eſt de *Religione*, quia de bona ipſius fama actum eſt. Non tam altas radices in Laicorum memoria agit exemplum virtutis tot perfectorum, ſicut ſcandalum vnius peruerſi Religioſi, & vnius crimen omnes maculat, dum multorum virtutes illos tantùm, vt par eſt, commendat. Concedam apud viros cordatos, & graues iuſtitiæ rigorem exercitum in ea non maculare, imò commendare Religionem; ſed apud plebem, cui non minùs debet *Religio Mendicans*, quam Nobilibus, non ità eſt. Plus enim ſcandalizantur puſilli de crimine admiſſo, quàm ædificentur de crimine per iuſtitiam vindicato. Non enim recogitant, quod Deus *etiam in Angelis ſuis reperit prauitatem*, (o) & quod *Neceſſarium eſt de mundano puluere etiam Religioſa corda ſordeſcere*, vt dicit *D. Leo Papa*, (p) ſed ſibi monſtrum videntur cernere, cum aliqua imperfectio ſcandaloſa auditur ab aliquo ex Religione, maximè noſtra, in qua ſolitum eſt non aliud, quàm virtutis exempla intueri. Dimiſſa ergò via ſuprà recenſita, *Prouincialis*, vt præfertur, recuſatus, non iraſcatur, ſed diſſimulet, & reprimat bilem. Placidis verbis illos alloquatur; & quaſi de viſitatione parum curaret, dicat illis, *ſi me ſuſpectum habetis, alium non ſuſpectum mittam; in omnibus volo vos conſolari, vt filios, ne vobis moleſtus eſſe, vt oſtendam, & probem factis, in quanto vos fallamini*. Diſcedat tunc, & mittat alium *Delegatum* prudentem, & dextrum in agibilibus. Hic viſitet, & obedientias largiatur, aut in alium Conuentum mittat illos, quos nouit eſſe ſeductores, & ſic omnes ſeparet, & alios in illo Conuentu ſufficiat. Tum *Prouincialis* ſic diſperſos viriliter puniat, & in eorum temeritatem ſeueriſſimè animaduertat, ità fiet, vt diuiſo impiorum conſilio, quieto modo, & ſenſim, & ſecretò ipſorum contumaciæ obuietur. Quod ſi coniurati, nec *Delegatum Viſitatorem* nollent admittere, nec à Conuentu diſcedere, nec ſeparari ab inuicem, tunc nulla habita ratione de toto iuſtitiæ rigore, prout primo loco dictum eſt, procedere oporteret.

IV. Quæritur. An Commiſſarius Viſitator Delegatus à Generali poſſit recuſari, vt ſuſpectus in Viſitatione paterna?

SVMMARIVM.

99. *Commiſſarius deſtinatus congruo tempore ad viſitandum nequit recuſari.*
Eius deputatio iuri naturali, diuino, & humano cohæret.
Recuſantes ipſum incurrunt excommunicationem Papæ reſeruatam.
Hoc verò intelligendum eſt in foro paterno.
In iudiciali ex cauſa recuſari poteſt.
Commiſſarius ligatur legibus Religionis.
100. *Inimicitia, factio, vel partialitas non ſufficiunt, vt tanquam ſuſpectus poſſit recuſari.*
Quilibet procurare tenetur vtilitatem Reipublicæ.
101. *Commiſſarius miſſus quouis tempore ad viſitandum non poteſt recuſari.*
Generalis, quoties expediens iudicauerit, poteſt mittere Commiſſarium ad viſitandum.
Viſitatio ſalus eſt Religionis.
Debet eſſe bis, aut ſemel in anno.
Quoties neceſſitas fuerit, poteſt Superior viſitare.
Vigiles plures præfecti ad viſitandam Vrbem propter incendia.
Superiores debent frequenter viſitare.
102. Frequenter *dicitur fieri, quod bis fit.*
Frequenter *ſignificat aliquandò* multoties, *aliquandò* aſſiduè.
Frequens viſitatio conducit morum reformationi.
103. *Optima eſſet frequens viſitatio.*
Abuſum initia comprimenda.
104. *Conſuetudo mittendi Viſitatorem ſingulo triennio, non impedit, quin Generalis poſſit frequentiùs mittere.*

Ge-

Generalis ex Regula debet ipſe viſitare Prouincias.
105. Viſitationis ſcopus quis?
Remedia præſeruatiua excellentiora ſubleuatiuis.
106. Procurationes, quæ ſint.
In Ordine Minorum Viſitatores procurationes non recipiunt.
Pedeſtres incedunt.
Generalis modeſto comitatu vtitur.
Licet nulla ſit in Prouincialibus negligentia, poteſt Generalis quoties vult mittere Viſitatorem.
Archiepiſcopus ſuffraganeorum Diœceſes viſitare poteſt, licet iſti non ſint negligentes.
In ijs, quæ ſunt meræ facultatis, non præſcribit conſuetudo.
107. Opponitur Statutum reſolutioni quæſtionis.
Statutum illud eſt adulteratum.
Refertur Statutum genuinum.
Generalis poteſt Commiſſarios deſtinare pro ſuo arbitrio.
Et etiam ad inſtantiam Prouinciarum.
108. Commiſſarius ità deſtinatus nequit recuſari.
109. Commiſſarius deſtinatus ad præſidendum electioni alicui non poteſt recuſari.
Dummodò cauſa deſtinationis ſit valdè notoria, & vrgens.
110. Deficientibus illis conditionibus poteſt recuſari.
Generalis ligatur legibus Religionis.
Capitulum Generale eſt ſuprà Generalem.
Et ſi deliquerit, Generalis à Capitulo punitur.
Statuta per verba negatiua, vel cum clauſula irritanti reddunt nullum factum in contrarium.
Poteſtas Generalis pendet à Capitulo Generali.
In prohibitis per Capitulum non poteſt diſpenſare.
111. Quid iuris ſi Diffinitores admitterent Commiſſarium, contrà reclamante Miniſtro, aut viceuerſa?
Electiones deberent annullari.
Ad electiones non admittendi, niſi qui votum habent.
Debent recuſantes Commiſſarium proteſtari de nullitate, & non intereſſe electioni.
112. Capita, quæ poſſunt adduci pro recuſatione Commiſſarij.
Vt Generalis poſſit talem Commiſſarium ex ſe mittere, oportet, quod cauſa ſit valdè notoria, & vrgens.
Notorium dicitur, quod nulla poteſt tergiuerſatione celari.
Cauſa vrgens, eſt cauſa grauis.
Cauſa grauis, eſt cauſa Eccleſiæ, vel in qua agitur de alicuius præiudicio.
Cauſæ grauis in Religione exemplum.
Si talis Commiſſarius dicitur miſſus ad inſtantiam maioris partis Diffinitorij, & hoc verum non ſit, poteſt recuſari.
113. Generales obtinere ſolent facultatem à Papa diſpenſandi ſuper Statutis.
114. Commiſſarius licet non habeat conditiones requiſitas, recuſari non poteſt.
Qualitates requiſitæ iuxtà iura in Viſitatoribus.

99. Reſpondeo, quod multæ poſſunt ſuppetere cauſæ recuſationis, & ſingulas expendere oportet, quia reſpectu ſingularum alia, & alia ſunt reſolutionis fundamenta. Vel enim *Commiſſarius* deſtinatur tempore conſueto, & congruo, iuxtà Statutorum diſpoſitionem ad viſitandam Prouinciam, pro celebratione Capituli; vel deſtinatur extrà tempus ad viſitandam Prouinciam tantùm, quia *Generalis* fortè audiuit in ea eſſe multa inconuenientia, quæ indigent remedio: vel deſtinatur ad præſidendum in *Congregatione Capitulari* intermedia, & hoc ad inſtantiam alicuius, vel ex motu proprio *Generalis*: vel *Viſitator* non habet conditiones à Conſtitutionibus præſcriptas: vel eſt factionarius, & auerſionem habet a *Prouinciali*, & ideò ratione inimicitiæ eſt ſibi ſuſpectus. Iuxtà ergò factam diuiſionem ſingillatim reſpondeo, & dico.

Primò. Commiſſarius, qui habet conditiones à *Conſtitutionibus* requiſitas, miſſus tempore debito ad viſitandam *Prouinciam*, non poteſt in viſitatione paterna quomodolibet recuſari, neque ſub prætextu inimicitiæ. Ratio autem fundamentalis eſt, quia deputatio talis *Viſitatoris* eſt fundata in iure ſcripto, puta *Conſtitutionibus*; (q) tum *Ordinis*, tum *Reformationis*, & illos ſic deſtinare. *Non eſt contrà Regulam, aut eius Pontificias declarationes, imò naturali, Diuino, atque humano iuri, & noſtro potiſſimum conſentaneum*, vt dicitur

citur in *Statutis antiquis*. (r) Vndè, & ipſorum authoritas ad viſitandum eſt præſcripta à *Tridentino* (s) his verbis. *Viſitatores eandem habeant authoritatem in ſuæ Congregationis Monaſteria, ac Regulares in eis commorantes, quàm alij Præſides, & Viſitatores in cæteris habent Ordinibus*; & licet *Concilium* re vera ibi loquatur de *Viſitatoribus Religionum Monachalium*, quæ ſolis *Abbatibus* ſuberant, & ibi iubentur in *Congregationes* erigi, Præſidem eligere, ac *Viſitatores* deſtinare; tamen de omnibus *Viſitatoribus* quarumcunque Religionum indifferenter debet accipi, quia de omnibus eadem eſt ratio. A *Viſitatoris* ergò iuriſdictione nullus eximi poteſt, neque *Prouincialis* ipſe, licet ſibi facta eſſet *Commiſſio in propria Prouincia, etiam cum plenitudine poteſtatis à Generali*, vt expreſsè habetur in *Statutis Ordinis*, tum quia vanum, & ſuperfluum eſſet mittere *Viſitatorem* ſuprà *Prouincialem*, & illum à *Viſitatoris* authoritate ſubtrahere; tum quia licet in libertate *Generalis* ſit *Viſitatorem* deſtinare, non tamen poteſt eximere quenquam ab eius iuriſdictione, quàm habet à lege, quæ ligat manus *Generali*, vt optimè aduertit *Sanctorus*. (t) Ex hoc ergò ſequitur, quod omnes tenentur talem Viſitatorem *recipere*, & *illius Ordinationes exequi*, vt ordinat *Tridentinum*. (u) Proindè nullo modo recuſari poſſunt in foro paterno, quia ipſi ſuccedunt in officio *Prouincialis*, quem debent ſyndicare, & proindè ſicut in paterna viſitatione *Prouincialis* recuſari nequit, vt probauimus, pari modo, nec poterit recuſari *Viſitator*, aut appellare à pœnitentijs impoſitis ad morum correctionem, dummodò non fiat exceſſus in modo, & emergat grauamen, quemadmodum de *Prouinciali* ſuprà probatum eſt. Quod totum confirmatur ex *Conſtitutione* (x) *Gregorij Decimitertij*, in qua, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ reſeruatæ *Papæ* priuationis officiorum obtentorum, & inhabilitatis perpetuæ ad alia obtinenda ipſo facto incurrenda, præcipitur omnibus, & quibuſuis Superioribus, & Subditis, ne audeant talibus *Commiſſarijs reſiſtere, nec iis ſe opponere, aut contradicere, ſeù ſe rebellem exibere, ipſos quacunque de cauſa, vel quæſito colore, non recipiendo*. Quæ tamen intelligenda ſunt cum ſobrietate; non enim intendit per hæc impedire Subditos, vt in caſibus à iure permiſſis appellare non poſſint, quandò ſcilicet grauamen aliquod Subdito interueniret, aut *Commiſſarius* in fora iudiciali procederet. Sicuti nec incurrerent Subditi illas pœnas, ſi eſſent inobedientes *Commiſſario*, dum præciperet aliquod, quod iuxtà *Conſtitutiones* non poſſet. Quia vt benè dicit *Rodericus*, (z) licet habeant plenam authoritatem in concernentibus, *Viſitationem* tamen etiam illi ſunt ligati legibus Religionis, vltrà quas non poſſunt præcipere, & ſi præcipiunt, non tenetur Subditus obedire.

100. Nec facit ad *Commiſſarium* paternaliter recuſandum, inimicitia, quàm habet contrà *Prouincialem*, aut ſuſpicio, qua iſte laborat, quia ille eſt factionarius, aut amicus æmulorum *Prouincialis* ipſius, ex qua timet *Prouincialis*, quod *Commiſſarius* erit partialis, non caſtigabit defectuoſos amicæ Factionis, ſcribet ad *Superiores Generales* aggrauando *Prouincialem*, & eius amicos, & diſponet omnia ad hoc, quod in Capitulo fiant electiones omnes, aut ſaltem principaliores, ad fauorem aduerſæ Partis. Hæc inquam, & ſimilia in nullo releuant, vt per hoc *Commiſſarius* recuſari poſſit. Etenim ſupradictæ cauſæ militare tantùm poſſunt in foro iudiciali, aut quandò in paterno infertur grauamen. Quod autem partialis ſit in caſtigando, aut curet, vt electiones ſequantur in perſonas Factionis diuerſæ à *Prouinciali*, hoc nullum eſt ipſi grauamen, quandoquidem non habet *Prouincialis* aliquod ius perpetuandi in ſuos Dignitates, & Officia. Si *Commiſſarius* partialis eſt in caſtigando, vel vnum, & non alium puniendo, vel in pœnas nimis graues infligendo, vtique poteſt *Prouincialis* recurſum habere ad *Superiores*, & qui grauatus eſt, poteſt pœnitentiam recuſare, & appellare, vt ſuprà dictum eſt. Pariter poteſt proteſtare *Prouincialis*, quod informationes, quæ à *Commiſſario* mittantur ad *Superiores Generales* ſunt ſuſpectæ, quia veniunt ab inimico. Inſuper ſi *Commiſſarius*, aut muneribus obligatus, aut factioſorum adhærentia procuraret aliquos patenter indignos promouere ad officia; non ſolùm *Prouincialis*, ſed quiuis etiam priuatus Religioſus non ſolùm poteſt, ſed etiam teneretur ad reclamandum contrà *Commiſſarium*, quia malè electiones vergunt in extremum damnum Religionis, ad cuius conſeruationem quilibet pro modulo

dulo ſuo obligatus eſt, argumento eius, quòd dicitur in *iure*, (*a*) vbi ait *Paulus I.C. nam Reipublicæ intereſt quamplurimos ad defendendam ſuam cauſam admittere.* Sed ipſum recuſare quominùs viſitet, puniat, corrigat, & alia præſtet in foro paterno, nullo modo poteſt, quia hoc nullo iure fulcitur.

101. Dico ſecundò, quod *Commiſſarius*, qui habet conditiones requiſitas à *Statutis*, miſſus extrà tempus conſuetum à *Generali* ex proprio motu cum facultate ad viſitandam *Prouinciam* paternaliter, & etiam iudicialiter, in foro paterno, non poteſt recuſari. Probatio huius concluſionis pendet à reſolutione quæſtionis, An liceat *Generali*, extrà tempus celebrandi *Capitulum*, mittere *Commiſſarium*, ad viſitandam *Prouinciam*. Et in hac quæſtione doctiſſimi duo Regularium rerum *Scriptores*, nempè *Peyrinus*, (*b*) & *Sanctorus* (*c*) Quæſtionem negatiuè reſoluunt. Sed *Peyrinus* re vera tractat quæſtionem pro *Generali ſuæ Religionis*, & in caſu quo ob fines priuatos lucri, aut alterius commodi, *Generalis* vel viſitaret per ſe, vel alios *Viſitatores* mitteret, nulla extante legitima cauſa mittendi *Viſitatorem*, ex eo quod *Prouincialis* rectè, & in bona Regulæ obſeruantia *Prouinciam* gubernet. *Sanctorus* verò inſiſtens veſtigijs *Peyrini*, reſolutionem illius applicat pro noſtra Religione, cuius fundamenta infrà ſummatim dabimus, cum illa ſoluemus. Dico ergò, quod *Generalis*, ſicut, & *Prouincialis* poteſt per ſe, vel per alios, quoties expediens iudicauerit, *Prouinciam*, & Conuentus, reſpectiuè, viſitare. Quia viſitatio ſalus Religionis eſt, fit enim, vt ait *Hoſtienſis* (*d*) ad hoc vt *Eccleſia* ſanctiùs regatur, crimina purgentur, & virtutes inſerantur; & viſitationis fructus vberrimos recenſet *Io. Franciſcus de Pauinis* (*e*) ex quadam *Gloſſa*, (*f*) vndè ad tales fructus vbertim procurandos, non eſt cur *Viſitationes* multiplicatio poſſit inhiberi. Habemus ſiquidem circà hoc diuerſa iura, quia nonnulli *Canones* (*g*) habent, quod viſitatio debet eſſe annua; alij verò (*h*) ordinant, quod debet eſſe bis in anno. Sed *Canones* prædicti intelligi debent quantùm ad obligationem, quàm habent Prælati viſitandi ordinariè loquendo, non autem quantùm ad facultatem, quàm habent, & neceſſitatem, ſi ſe obtulerit viſitandi, Ità vt ſi *Conuentus*, vel *Prouinciæ* ſibi commiſſæ, quo

ad viſitationem, regulariter viuant, *Superior* ſuo muneri ſatisfacit, ſi bis, vel ad minùs ſemel in anno viſitet; non autem per hoc tollitur, quod ſi, peracta viſitatione, intelligat, aliqua inconuenientia in locis iam viſitatis exorta eſſe, non poſſit iterum, atque iterum viſitare; aut etiám viſitationem *ex Officio* reiteraret ad hoc, quod Subditi in Officio contineantur. Et hoc ſonant manifeſtè *Canones*, (*i*) & nonnullæ *Gloſſæ*, (*l*) quæ dicunt, quod *Quotiès neceſſitas fuerit*, poteſt *Superior* viſitare. Quod ſi plures *Viſitatores* ſuper eadem re, & reſpectu eiuſdem loci congruè dari poſſunt, argumento quarundam *legum*, (*m*) imò *Septem cohortes conſtitutæ ſunt præpoſitis eis Tribunis, & ſuper omnes Spectabili Viro, qui Præfectus Vigilum appellatur, vt Vrbes ab incendijs defendantur*, vt dicitur in quodam *Digeſto*., (*n*) ità vt vigiles perpetuò luſtrarent Ciuitatem, & vnus locus per vigilem viſitatus ab alio, & alio vigili, atque vigilum *Præfecto* viſitabatur, & ſic multiplex, & reiterata, ad euitandum incendium, erat Vrbium viſitatio; ità maximè congruit, quod, ad euitandum ſpirituale incendium, quod ex ignitis Diaboli tentationibus excitari poteſt, maximè inquam congruit in *Religionibus* replicata ſæpiùs ipſarum viſitatio.

102. Ad quod maximè facit *Tridentinum*, (*o*) quod non limitat *Viſitatoribus* facultatem viſitandi, imò iniungit obligationem reiterandi eam, dicendo. *Teneantur ſuæ Congregationis Monaſteria frequenter viſitare.* Admiſſo enim, quod *Prælati* ſuo muneri ſatisfaciant ſi bis, aut ſemel in anno viſitent iuxtà ſuprà datos *Canones*, attento maximè, quod in quodam *Authentico* (*p*) dicitur fieri *frequenter*, quod bis fit; Tamen iuxtà pleniorem mentem *Concilij* eſt, quod *Superiores* viſitent *frequenter* hoc eſt *multoties*, vt notatur in *iure* (*q*) ſiuè *aſſiduè*, vt explicant nonnullæ leges, (*r*) ex eo enim, quod vt dicit *Apoſtolus*, (*s*) *Aduerſarius Diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens, quem deuoret*; & ideò ipſe confeſſus eſt.. (*t*) *Circuiui terram, & perambulaui eam*; voluit *Concilium*, quod etiam *Paſtores* vigilantes ſuper gregem ſuum *aſſiduè* circumeant viſitando, & cuſtodiendo oues; ità vt poſſint dicere Subditi cum *Iob* (*u*) *Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum.* Enim verò nunquam magis Religioſi ſe colligunt, & à vitijs temperant, quàm quandò vel actu eſt, vel inſtat

inſtat viſitatio *Prouincialis*; nec magis *Superiores locales* curant ea, quæ muneris ſui ſunt, exequi, quàm eo tempore quo in in viſitatione ſub ſyndicatu debent eſſe. Quod ſi aut ſemel, aut bis tantùm in anno ſe viſitandos, ità vt ampliori viſitationi non poſſe ſubdi, ſcirent certò, pro illo determinato tempore ſe cohiberent à vita laxiori, habenas in poſterum proprijs voluntatibus laxaturi; Si autem neſciunt *qua hora Dominus* (Superior nempè) *venturus ſit* ad viſitationem, & vna peracta, ex improuiſo, alia inopinata ſubſequeretur, profectò vigilarent in cuſtodia, & mores ſuos in meliùs reformarent.

103. Ex hoc ergò deducitur, quod ſi *Generalis*, vel *Prouincialis* zelo reformandæ Religionis *Prouincias*, & *Conuentus*, vel per ſe, vel per *Commiſſarios* ſæpè ſæpiùs viſitarent; optimè quidem facerent, & non ſolùm contrà ius, imò menti *Concilij* rem conformem, & Religioni vtiliſſimam præſtarent. Quod euidentiùs fit, ſi ad aures *Superioris* peruenirent, extrà tempus viſitationis, rumores, qui eius præſentiam deſiderarent. Frequentiſſimè ſuccedit hoc. Si quidem vel in *Conuentu*, vel in *Prouincia* ex factionum diuiſione ſuſcitantur diſcordiæ, vel ex oſcitantia Superioris irrepitabuſus, qui paterna virga corrigi debet, aut per *Superioris* præſentiam ſopiri, vel per alicuius viri grauis deputationem componi poteſt: Si *Superior* haberet manus ligatas quin per ſe, vel alium viſitare poſſet ad plenè indagandam cauſam, vt opportunè prouideretur, & coactus eſſet expectare, donec veniret tempus ineundæ alterius viſitationis, quæ nam mala Religioni euenirent? Sanè ſcintilla parua, quæ in initio facilè poſſet extingui, magnum diſcordiæ generaret incendium; & puſtula de facilè curabilis, in incurabilem cancrenam degeneraret, & ſimplex abuſus in apertam inobſeruantiam Regulæ adoleſceret. Debet ergò tunc *Superior* (& vtinam hoc facerent) attendere ad monitum *Poetæ*:

Principijs obſta. Serò medicina paratur
Cum mala per longas inualuere moras.

Debent cætera omnia negotia poſtponere, & perſonaliter ire; nullum enim vrgentiùs negotium poſſunt habere ex Officio ſuo, quàm obſeruantiam Regulæ, Religioſam diſciplinam, & Subditorum charitatem, & pacem procurare: Quod ſi ex infirmitate nequeant, debent mittere ſtatim *Viſitatores*, qui interrogent omnes, & audiant ab omnibus veram cauſam diſcriminis, quàm ex priuatorum litteris non poſſunt cognoſcere, niſi decurtatim, palliatè, & vt plurimum, ad proprium intereſſe compoſitis, & ità falsò.

104. Nec facit in contrarium prima ratio *Peyriui* ſumpta ex conſuetudine, per quàm probat, quod conſuetudo in ſua *Religione* inoleuit, quod *Generalis* ſemel tantùm viſitet. Quod argumentum vrget *Sanctorus* ex eo, quod conſuetudo in noſtra *Religione* eſt, quod ſemel in triennio *Generalis* mittat *Commiſſarium Viſitatorem*, & hæc conſuetudo debet haberi pro lege, ex qua deducatur, quod alium *Viſitatorem* intrà triennium deputare non poſſit. Hæc inquam ratio non quadrat. Quia retorqueo argumentum. Conſuetudo eſt, quod in noſtra *Religione* viſitatio *Prouinciarum* fiat per *Viſitatores Commiſſarios*, ergò ità pro lege haberi debet, vt *Generalis* non poſſit viſitare Religionem per ſe, ſicut facit *Generalis Minimorum*, & *Capuccinorum*. Conſequentia falſiſſima eſt. Hoc enim habet ex Officio per *Textum Regulæ* (w) *Fratres, qui ſunt Miniſtri, & ſerui aliorum Fratrum viſitent, & moneant Fratres ſuos, &c.* & mittere *Commiſſarios*, quandò ipſi non poſſunt per ſe, fuit ipſis indultum per *Statuta*. (z) Ergò falſum eſt illud antecedens. Concedo ſi quidem conſuetudinem eſſe mittendi ſingulo triēnio *Commiſſarium*, ex præſcripto *Conſtitutionum*, ad viſitandum pro celebratione *Capituli*; non tamen talis conſuetudo limitat facultatem *Generali* viſitandi per ſe, & alios, quod habet à iure; ſicut etiam conſuetudo eſt, quod quilibet Chriſtianus in Paſchate ſemel communicet in ſua Parochia, iuxtà *Canonem*, & (a) non per hoc limitatur illi facultas communicandi extrà tempus Paſchale in eadem Parochia. Dicetur cum *Sanctoro*, quod hoc eſſet *ordinem, & conſuetudinem perturbare*. Sed hoc nego. Iniuſta quippè eſſet iſta perturbatio, ſi Fratres turbarentur ex hoc, quod *Generalis* zelo manutenendæ obſeruantiæ in Religione per ſe, vel alios frequenter viſitaret: Quod ſi ex cauſa rumorum, quos audiuit, eſſe in *Prouincia*, *Commiſſarium* extrà tempus ad viſitandum deſtinaret, vt illis rumoribus obuiaret, non poſſent Fratres, qui ex tali viſitatione perturbarentur, de alio conqueri, niſi de ſe ipſis, qui cauſam dederunt viſitationi, vt

dicunt

dicunt quædam *Capitula*. (b) Quod ſi nomine perturbationis intelligatur ſuſpenſio iuriſdictionis in *Miniſtro*, quæ quo ad aliqua concernentia regimen politicum ceſſat, dum *Commiſſarius* eſt in *Prouincia*; dico, quod ſi *Generalis Commiſſarium* ad viſitandam *Prouinciam* deſtinaret, & viſitationem vltra congruum tempus producere faceret, ex hoc ſolo motiuo, quod ſuſpēderetur *Prouincialis* iuriſdictio nulla alia legitima extante cauſa; *Generalis* quidem iniuſtè, ſed tamen validè hoc faceret, ſicut diximus de eodem cognoſcente cauſas pertinentes ad inferiores *Prælatos* in prima inſtantia; iniuſtitia quippè *Prouinciali* fieret ſi interrumperetur, & turbaretur abſque cauſa propriæ iuriſdictionis exercitium. Nec tamen poſſet ex ſe *Prouincialis* talem *Commiſſarium* recuſare, & impedire in munere *Viſitationis* ſibi demandato; ſed deberet recurſum habere ad *Eminentiſſimum Protectorem*, ſiuè *Sanctam Sedem*, vt à tali grauamine liberaretur. Quantumuis re vera *Prouincialis* poſſet ſe tueri, dicendo, quod non poteſt *Generalis* ipſius iuriſdictionē abſq; cauſa ſuſpendere iuxtà Statuta, & pariter ſine cauſa talem *Commiſſarium* deſtinare, per quem eius iuriſdictio ſi non in totum, ſaltem in partem ſuſpenditur; tamen quomodò poterit probare, quod *Generalis* hoc faciat abſque cauſa, cum commodiſſimum ſit *Generali* ipſi (attento maximè, quod *Nemo ſine crimine viuit*, & *Prælati poſiti ſint ſicut ſignum ad ſagittam*, vt dicit *Canon (c)*) in *Prouincialis* gubernio multa reperire, ob quæ arguatur ipſius regimen, vt defectuoſum tali remedio corrigendum? Et hac ratione motus *Sanctorus* (d) monet nè temerè miſſis à *Generalibus* opponatur, cum neſciri poſſint, (ſaltem in modo, qui probari poſſit) cauſæ, ob quas *Commiſſarij* tales mittantur. Si verò *Generalis* patentem habeat cauſam, quia ex clamoribus *Prouinciarum* intendit *Prouincialem* inertem nullum caſtigare, ſed ventri, & ſomno deditum Subditos proprijs voluntatibus dimittere; ſiuè liuore factionis tabidum contrà ſibi inuiſos malignari; aut œſtro furoris percitum in aduerſos furere, omnia ad libidinem adhærentium facere, partiales defectuoſos non ſolùm defendere, ſed etiam exaltare, cunctam tandem *Prouinciam* contrà ius, & fas turbare; ſaluberrimum in Religione eſſet, *Commiſſarium* deſtinare ad viſitandum, vt ſic pernicioſi *Prouincialis* limitaretur nocendi licentia, & mala in Religione diutiùs non graſſarentur, ex nociuo ipſius regimine. Et faxit *Deus*, quod *Generales* verò zelo, & charitate moti hoc vtiliſſimum remedium adhiberent, obuiaretur enim per hoc tot inconuenientibus, quæ ideò ſerpunt, quia regimini *Prouincialium* virga non adhibetur, niſi in fine triennij, quandò malum iam inualuit, & tunc non pro delicto, ſed pro forma, &c.

Pariter non facit ſecunda, tertia, & quarta ratio *Peyrini* pro noſtra Religione contrà ſententiam ſuprà datam; ſi quidem illæ fundantur ſuper iure municipali *Ordinis Minimorum*, non verò quadrant in Religione noſtra, pro qua ſcribo.

105. Quinta ratio eſt, quod *Tridentinum (e)* loquendo de fine viſitationis ait, quod ſcopus eius eſt *Sanam doctrinam inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, & ſubiectas oues cohortationibus, & admonitionibus ad Religionem, & pacem accendere.* Vndè ſequitur, quod vbi non fuerit cauſa corrigendi &c. non poterit inſtitui viſitatio. Sed hæc ratio nihil concludit; imò facit ad oppoſitum. Si enim *Tridentinum* diceret ad hoc ſolum inſtitutam eſſe *viſitationem*, puta ad caſtigandum defectus, euellendos abuſus, diſſenſiones ſopiendas; valeret conſequentia, quod vbi hæc non adeſſent, non deberet inſtitui viſitatio. Sed non ita loquitur *Concilium*, imò dicit *ſanam doctrinam inducere, bonos mores tueri, & oues admonitionibus ad pacem accendere*. Palam autem eſt, quod hæc non neceſſariò ſupponunt in *Prouincia* viſitata ſemper oppoſitum; puta quod *ſana doctrina* inducatur, quià ibi peruerſa ſuccreuit; aut *boni mores* plantentur, quia mali inoleuerunt; aut *oues ad pacem accendantur*, quià in bello ſunt, vel fuerunt. Sed ad doctrinam, bonos mores, & pacem, quæ iam in Prouincia ſunt firmanda, ſtabilienda, & augenda, eſt inſtituta viſitatio. Hæc ſiquidem medicina ſpiritualis eſt, & remedium animæ. Ineptum autem eſt dicere, quod omne remedium ſupponat infirmitatem iam exiſtentem, ſiquidem ſunt remedia præſeruatiua, quæ ſanitatem vigentem à futura infirmitate præſeruant; & talia (teſte noſtro *Doctore*) (f) longè nobiliora ſunt, quam remedia ſubleuatiua, quæ curant ab ægritudine, quæ iam præualuit. Negare ergo viſitationem, quià Prouincia ſana, & quieta eſt, re-

reſpuere medicinam præſeruatiuam, quam nullus ſanus reſpuet, ni mente laboret.

106. Similiter ſexta ratio non concludit, admiſſo enim quod *Tridentinum* (g) iniunxerit *Prælatis*, quod congruo tempore *viſitationes* non prætermittant; non tamen ſequitur, quod auferat ab ipſis facultatem viſitandi cum libuerit. Illud enim *neceſſitatis* ex præſcripto legis eſt, quod nequeunt prætermittere; ſed non ob hoc impeditur id, quod *facultatis* eſt, imò & magis menti legis accommodatur, vt ſuprà demonſtrauimus.

Vltima tandem ratio pænitus nil concludit, puta, quia ſubditus ſcit nullam eſſe legitimam cauſam viſitandi; ergò ſupponendum eſt *Superiorem* hoc facere ex fine priuato lucri, aut alterius cauſæ. Falſum eſt totum argumentum. Tum quià multa ſciunt *Superiores*, quæ neſciunt ſubdditi; tum quia ſemper adeſt cauſa *viſitationis* nempè manutenentia Religioſæ obſeruantiæ; ſi non adſunt abuſus extirpandi; & ſic ruit antecedens. Pariter interpretari, quod ex motiuo malo Superior bonum opus, *viſitationem* nempè, præſtaret, ſapit calumniam, & iudicium temerarium, quod de omnibus, & præſertim de *Superioribus* vitandum eſt; &ità etiam conſequentia argumenti eſt neganda.

Vnam re vera cauſam aſſignare poſſemus, ob quam viſitationem reiterare extrà tempus non licet, & hæc eſt expenſa, ſiuè ſumptus, qui fit in *procurationibus Viſitatorum*, vt habetur in *iure.* (h) *Procurationis* autem nomine veniunt expenſæ, quæ fiunt à *Viſitatoribus* in alimentis, equitatu, & cæteris; quorum quantitatem taxauit *Benedictus XII.* (i) Si enim *viſitationes* pro libito poſſent multiplicari à *Superioribus, Eccleſiæ* nimis grauarentur, & Conuentus depauperarentur, & debitis ſe redderent obnoxios. Sed quid quid valeat hæc ratio pro cæteris Religionibus, in quibus *Monaſteria*, & *Prouinciæ* dant *Superioribus* debitas procurationes; in noſtra *Sacra minorum familia* ſaltem *Reformata*, hoc non quadrat. Si enim aliarum *Religionum Viſitatores* iuxtà licitum, & conſuetum ipſarum inſtitutum vadunt *Hi in curribus, & hi in equis*; in noſtra, *Viſitatores* ambulant *In nomine Domini* pedeſtres, ex eo quod ex *Statutorum* (l) noſtrorum præſcripto, niſi peditando viſitare non poſſunt, & ad tale munus nequeunt deputari, qui Apoſtolico hoc more non valent peregrinari. Victus pariter tenuis eſt, & qui ſobrietatem ſapiat Religioſam; dempta enim prima, vel ſecunda ad plus refectione, in qua aliquid particulare obſonium ſibi, & ſocijs datur, (ſicut & omnibus alijs Aduenis, qui apud nos hoſpitantur) refocillandi cauſa vires ex itinere fractas, in cæteris menſà, cibis, cella, & obſonio communi vtitur nullo facto diſcrimine inter *Viſitatorem*, & alium quemuis ex gregarijs hoſpitibus. *Generalis* pariter modeſtiſſimo vtitur Commitatu ad Statutorũ *Generalium* normam (m) nec pecuniarias procurationes recipit; ita vt hæc ratio pro noſtra Religione minimè officiat quominus *Generalis* poſſit per ſe, vel alios, quoties expedire iudicabit, *Religionem* viſitare, quantumuis nulla ſit in *Prælatis* inferioribus negligentia. Et quod magis vrget contrà ſententiam *Peyrini*, & *Sanctori* eſt, quod habemus circà hoc apertam diſpoſitionem *Canonis* (n) *Bonifacij Octaui* dicentis. *Perpetuò declaramus edicto, Archiepiſcopum poſſe ſuam Prouinciam viſitare liberè, licet non ſint eius Suffraganei negligentes, & iterare viſitationem eandem, & procurationes recipere à locis viſitatis*; vbi *Gloſſa* (o) dicit. *Quod licet Epiſcopi non ſint negligentes in viſitandis ſuis Diœceſibus, tamen nihilominus poterit Archiepiſcopus illas Diœceſes Suffraganeorum viſitare, & non ſolum ſemel, ſed pluries, & iteratè.* Quod ſi, (vt communiter Scribentes concedunt,) *Generalis*, vel *Prouincialis Archiepiſcopis*, vel *Primatibus* comparantur; liquet, quod illud, quod circà viſitationis reiterationem præſenti *Canone* ſancitur, quadrat pro *Generalibus*, & *Prouincialibus* non tantum noſtræ, ſed & aliarum quarumuis *Religionum*.

Tandem quod ſecurim ad radices huius difficultatis agit, eſt *Conſtitutio Gregorij XIII.* (p) quæ ſic ſonat. *Volentes eumdem Miniſtrum Generalem quotieſcunque ſibi expedire videbitur, quos voluerit Commiſſarios ad quoſcunque ſui Ordinis vtriuſque Familiæ Prouincias, quibuſuis conſuetudinibus, ac Statutis, per quaſlibet perſonas in contrarium factis non obſtantibus, liberè mittere poſſe.* Non ſatis proindè mirari poſſum, *Sanctorum* (q) voluiſſe contrà expreſſa verba, & ſenſum *Bullæ* arctare *Generales* ad mittendos *Commiſſarios* ſingulo triennio, cum *Bulla* dicat *Generalem*

ralem

ralem, poſſe illos liberè mittere *Quotieſcunque ſibi expedire videbitur*. Quomodo poteſt *Sanctorus* tueri ſuam ſententiam, ex *ConſuetudineStatuti*, mittendi eos quolibet triennio, ſi *Gregorius* ſubiungit *quibuſuis conſuetudinibus, & Statutis per quaslibet perſonas in contrarium factis minimè obſtantibus*? Profectò ſi de Statutis loquimur, nullum tale habemus, prohibens *Generali* mittere *Viſitatores*, quandò ſibi placuerit: imò reperio in *Statutis Benedicti XII.*, (r) quod ſi viſitata aliqua *Prouincia*, emerſerit aliqua cauſa, propter quam Generalis iudicauerit eam viſitare per ſe, vel per alium, hoc poſſit; nec lego vllibi talis Statuti derogationem. Quod attinet ad *Conſuetudinem*, verum eſt, quod ſingulo triennio mittuntur, ſed per hoc non tollitur, quin, extrà tale tempus, poſſint mitti *Viſitatores*. Hos enim deputare, merè facultatiuum eſt *Generali*, & in ijs, quæ ſunt meræ facultatis, non datur præſcriptio contrariæ conſuetudinis, vt notum eſt in *iure*. (s) Et dato, quod eſſent *Statuta*, & *Conſuetudo* contraria, ipſis derogat *Gregorius*, vt dictum eſt. Nec deſinam apponere verba *Sanctori*, vt ipſius rationibus plenè ſatisfiat. Dicit ergò, *Mens* (Gregorij) *ſtatuentis eſt, ſeruare illæſam, & liberam facultatem Generalis, vt ſuis temporibus Viſitatorem mittat. Ait enim in proemio*. Vel Commiſſarios ab ipſo Generali, pro tempore, deputatos, &c. *& in diſpoſitione ait.* Ne quis Prouincialis, &c. ab ipſo Generali miſſis pro viſitandis Prouincijs reſiſtere, & c. *pro*tempore *autem*, & viſitandis Prouincijs *reſpicit Conſuetudinem, & Statuta Ordinis, quæ ſingulo quoque triennio viſitari præcipiunt. Et quoad hoc, annullat conſuetudines, & Statuta in contrarium. Et prætere notanda ſunt illa* quotieſcunque expedire videbitur. *Extra autem tempus nec expedit, nec vtile, ſed pacis conturbatiuum, ſcandalorum generatiuum, & magnarum conturbationum productiuum eſt*. Hæc *Sanctorus*. Ad quæ dico, falſum eſſe, quod mens *Papæ* fuerit ea, quam ipſe ſcribit. Ecce proemium *Bullæ* ex quo (vt ipſe cum *Abbate* profitetur) mens Statuentis cognoſcitur. *Quoniam noſtro paſtorali potiſſimum incumbit officio, vt ea, quæ auſu temerario ab Eccleſiaſticis perſonis plerumque attentantur, opportuuis remedijs compeſcamus: Idcircò, cum referente dilecto filio Chriſtophoro de Capite Fontium Fratrum Minorum Miniſtro Generali, nuper intellexerimus: quoſdam Religioſos Ordinis huiuſmodi, ab ijs, quæ per Prælatos eiuſdem Ordinis, etiam Guardianos, ſiue Prouinciales, vel Commiſſarios ab ipſo Generali Miniſtro pro tempore deputatos, acta ſunt, & decreta, ad Tribunalia ſæcularia appellare, & ad ea temerè confugere*. Iudicet prudens Lector, ſi ea fuit mens *Papæ*, quam *Sanctorus* ſcribit. Principaliter fuit compeſcere *temerè Appellantes* ad Laicos, contrà *Prælatorum* quorumuis obedientiam, numerat enim *Guardianos, Prouinciales*, & *Commiſſarios* à *Generali Miniſtro, pro tempore, deputatos*, ly enim *pro tempore* refertur ad *Generalis Miniſtros*, & eſt ſenſus à *Generali Miniſtro*, qui *pro tempore* fuerit, ne poſſet fieri expoſitio, quod Bulla arctaret tantùm rebellantes contrà *Commiſſarios* deputatos à *Chriſtophoro Generali*, qui eam impetrauerat. Pariter refertur ad *Guardianos*, & *Prouinciales pro tempore*, cum de ijs, eodem clauſulæ contextu, dicatur. Nec ſuſtineri poteſt expoſitio, quod ly *pro tempore* coniungatur cum ly *deſtinatos*, & faciat ſenſus *deſtinatos pro tempore*, nempè *iuxtà conſuetudinem, & Statuta Ordinis, quæ ſingulo triennio viſitare præcipiunt*. Etenim, vt dictum eſt, conſuetudo talis, cum ſit de re facultatiua *Generali*, non præſcribit, nec vllum reperire eſt Statutum prohibitiuum contrarium; & gratìs admiſſo, quod ly *pro tempore* copulandum eſſet cum ly *deſtinatos*, faceret hunc ſenſum *ſecundùm tempus*, vel *quandò* erunt deſtinati; & ſic nihil concludit ad intentum *Sanctori*, qui excuſari non poteſt, quà truncum dat textum *Bullæ*, vt ad ſuum ſenſum trahat, dum dicit *notanda ſunt illa* quotieſcunque expedire videbitur, *extrà autem tempus nec expedit, &c. Bulla* enim dicit *Quotieſcunque ſibi*, hoc eſt Generali, *expedire videbitur*, qui eſt ſenſus longè diuerſus, vt patet, per quem traditur facultas *Generali* mittendi *Viſitatores*, quandò ipſe iudicabit expedire. Quod porrò non expediat, quia eſt *pacis conturbatiuum*, etiam falſum eſt. Pax *Prouinciarum*, in qua molliter regens *Prouincialis*, Subditos, pro libito, relaxatè viuere ſinit, non eſt pax, ſed bellum contrà *Deum*, Religionem deuaſtans. Præiudicialem hanc pacem *viſitatione rigoroſa* turbare affatim expedit. Conquerebatur *Acbab* de zelante *Elia*, dicens. (t) *Tunè es ille, qui conturbas Iſrael?* Sed reſpondit Propheta. *Non ego turbaui Iſrael*, dum honorem Dei, ſed in, & do-
& legis obſeruantiam procuro

X

domus Patris tui, qui dereliquiſtis mandata Domini. Ità in caſu. Turbant *Prouincias Miniſtri* malè regentes, aut ex iniuſtitia, aut ex conuiuentia circà Subditos relaxatos, aut ex furioſa factione, qua armantur contrà inuiſos: ſi ergò, ad iſtos compeſcendos, mittuntur *Viſitatores*, non poteſt dici turbata *Prouincia*, ad cuius bonum mittuntur, ſed turbati malè adminiſtrantes, de quorum turbatione curandum non eſt, ipſi enim ſunt in cauſa quare mittantur *Viſitatores*.

107. Quod ſi contrà hoc objiciatur *Statutum*, (u) in qua determinatur, quod *Commiſſarij* non poſſunt deſtinari *Extrà tempus celebrationis Capitulorum, niſi vrgentibus de cauſis à maiori parte Patrum Prouinciæ requirantur*. Dico, *Statutum* illud eſſe vnum ex adulteratis, quæ dederunt cauſam, vt in *Capitulo Generali Toletano* 1682. (x) fieret ordinatio, quod compilatio illorum *Statutorum*, facta à *Generali Sambuca*, corrigeretur, ad normam *Statutorum* antiquorum, ex quibus illa excerpta fuit. *Statutum* ergò citatum ſumptum eſt à *Valliſoletanis* de anno 1593., vt in margine adnotatur. *Valliſoletana* autem ſic habent. (z) *Niſi vrgentibus de cauſis, tumque Generali anteà probatis, Commiſſarij Viſitatores in Prouincias non mittantur, niſi ab ipſis Prouincijs, vel à maiori parte Patrum, petantur*. Quod *Statutum* longè diſtat à ſenſu præcedentis, & loquitur, vt patet de *Commiſſarijs* deſtinatis ad inſtantiam partis. Non tamen ligat manus *Generali*, quin poſſit, pro ſuo arbitrio, *Commiſſarios* tales mittere. Et ne videar gratis hoc dicere, ecce quod ſequitur in *Valliſoletano*. *Quod ſi quidem pro arduo negotio, aut Generalis ipſius arbitrio, aut ad poſtulationem alicuius Prouinciæ, quandoque mitti contigerit, &c.* Quibus verbis clariſſimè apparet *Generalem* poſſe pro ſuo arbitrio, & ad inſtantiam *Prouinciarum* ſic deputare *Commiſſarios*; Et *Statutum* illud intelligi de miſſione illorum ad alicuius inſtantiam; non autem inhiberi arbitrium *Generalis*, cuius poteſtas ad eos, vt præfertur, deputandos, abundè probata eſt.

108. Sic ergò reſoluta quæſtione, patet, quod *Generalis*, deſtinando virum idoneum ad viſitandam *Prouinciam*, etiam extrà tempus *Capituli*, ad ſui arbitrium, vel etiam ad alicuius inſtantiam, non excedit limites ſuæ facultatis. Et proindè talis *Commiſſarius*, prętextu cuiuſuis inimicitię, nequit vllo modo recuſari.

109. Dico tertiò. Quod *Commiſſarius* miſſus à *Generali*, ſpontè, ad præſidendum electionibus in *Congregatione intermedia*, ex cauſa valdè *notoria*, & *vrgenti*; vel ad petitionem maioris partis *Diffinitorij*, non poteſt à *Prouinciali*, ſub quouis prætextu inimicitiæ, recuſari. Fundamentum huius reſolutionis ſtabilitur in *Statutis Ordinis*, (a) quæ ex *Capitulo Romano* 1639. ità habent. *Item prohibemus eiſdem Prælatis Generalibus, ne poſthac ad Prouincias quemquam mittant, vt celebrandis Congregationibus intermedijs præſit, niſi cauſa valdè notoria, & vrgens ſe obtulerit; vel maior pars Diffinitorij Prouinciæ ità poſtulet. Alioquin Prouinciales, & alij, ad quos ſpectat, vti iure ſuo, in hac parte, permittantur*. Ex hoc ergò clarè patet, quod *Generalis* poteſt ad illum effectum Commiſſarium deſtinare, & ideò cum contrà ius non ſit, aut in electionis negotio aliquid iudicialiter agitetur, clarum eſt, quod, quauis inimicitia extante, à *Prouinciali*, ſiuè alijs, recuſari non poteſt. Difficultas ſola eſt. an, deficientibus conditionibus in Statuto præſcriptis, recuſare illum liceat.

110. Et reſolutiuè dico, quod ſic. Quia etiam *Generalis* tenetur legibus Religionis, non ſolùm quo ad vim directiuam, ſed etiam quoad coercitiuam, vt elicitur ex *iure*, (c) & ſcribunt *Doctores*. (c) Quia *Capitulum Generale* eſt ſuprà *Generalem*, vt declaratum fuit in *Capitulo Romano* 1632., & habetur in *Statutis Ordinis*, (d) & ſi deliquerit, ſyndicatur, & punitur ad normam *Conſtitutionum Ordinis*, vt ex pluribus *Statutis* probat *Sanctorus*. (e) Nequit ergò *Generalis* aliter facere, quàm ſibi præſcribatur per *Statuta*, maximè quandò non ſunt directiua tantùm, ſed ſunt negatiuè concepta, & habent formam irritantem, quod tunc eſt, quandò vel in *Statuto* expreſsè ponitur clauſula irritans; vel lex *Statutaria* importatur per verba negatiua, & prohibitiua, quæ, cum adimant poteſtatem facienti, reddunt actum nullum, vt elicitur ex *iure*, (f) & ſcribunt communiter *Doctores*, quos dat *Tuſcus*. (g) In propoſito autem; *Statutum* præcitatum importatur per verbum *Prohibemus*, vndè apparet, quod *Capitulum Generale* non dat facultatem *Generali* mittendi tales *Commiſſarios*, niſi cum altera ex appoſitis conditionibus. Et cum tota po-

teſtas

teſtas *Generalis*, in diſpenſandio ſuper *Statutis*, pendeat à facultate ſibi facta per *Capitulum*, vt dicitur ibidem, ſequitur, quod ſi *Capitulum* prohibet *Generali* aliquid facere, *Generalis* poteſtatem diſpenſandi ſuper *Statuto* non habet; & cum actus factus, ſine auctoritate illum faciendi, nullus ſit, ſequitur, quod factum in contrarium *Statuto* ſic prohibenti, nullum eſt. Nulla ergò cenſenda erit deputatio *Commiſſarij*, vt præfertur, miſſi abſque eo, quod ſubſiſtat altera ex cauſis requiſitis à *Statuto*; & proindè benè poterit tum *Prouincialis*, tum cæteri de corpore *Diffinitorij*, illum recuſare. Et hoc manifeſtè dicitur in finali clauſula Statuti, quæ, me Iudice, importat aliam nouam clauſulam irritantem factam in contrarium. Dicit porrò. *Alioquin Prouinciales, & alij, ad quos ſpectat, vti iure ſuo in hac parte permittantur*. Quid enim importat hæc clauſula, niſi quod *Prouinciales*, & alij de *Diffinitorio* talem *Commiſſarium* recuſare poſſint? Certè ius *Prouincialis* eſt, in electionibus, quæ fiunt per *Diffinitorium*, regulariter præſidere, & ius *Diffinitorum* eſt excludere eos, qui ſuffragandi ius non habent, à *Diffinitorio*; ſi ergò his *iure proprio vti conceditur* in tali caſu, conceditur pariter talem *Commiſſarium*, vt *Præſidem* electionis, non recipere; & illum à ſuffragando excludere; per quod ruit totaliter, vt nulla, eius deputatio.

111. Quid autem iuris, ſi *Diffinitores* talem *Commiſſarium* admitterent, & cum eo *Congregationem* celebrarent, contrà reclamante *Miniſtro*? Et quid iuris ſi *Miniſter* admitteret, recuſantibus vno, vel pluribus *Diffinitoribus*? Et quid agendum in tali caſu? Dico primò, quod *Congregatio* illa ſic facta, recuſante *Miniſtro*, vel *Diffinitoribus* illum Commiſſarium, debet annullari. Ratio eſt, quia ad electiones non debent admitti, niſi qui vocem habent in *Capitulo*, vt dicitur in *iure*: (b) ex ſuppoſitione ergò, quod talis *Commiſſarius* legitimè recuſetur, votum non habet; annullanda proindè veniet electio ſequuta, vt optimè aduertit *Paſſerinus*. (i) Dico ſecundò. Quod vel *Prouincialis*, vel *Diffinitores* debent coram Teſtibus voce, vel ſcripto proteſtare: *Se talem Commiſſarium, ex tali capite non admittere; proteſtare de inualiditate electionis, ſi fiat; appellare à grauamine ad Superiores*, quibus de iure, & tali *Congregationi* nullo modo intereſſe, nec ſuffragari in ea; ità enim fiet, quod ſi nihilominùs alij *Commiſſario* adhæreat, & *Congregationem* celebrent, electiones factę in ea ſint annullandæ ex alio capite, puta quia in illa non interfuerunt, & fuerunt contempti, qui vocem habebant, cum ipſi non negauerint *Congregationi* intereſſe, ſi illa legitimè facta eſſet, ſed noluerunt cōuenire ad illam factam contrà pręſcripta à lege.

112. Sed quænam capita poſſunt adduci in tali proteſtatione ad hoc, quod recuſatio *Commiſſarij* ſic *Præſidentis* valida ſit? Reſpondeo, quod ſunt defectus conditionum appoſitarum in *Statuto*, quibus non ſubſiſtentibus, *Generalis* non poteſt talem *Præſidem Commiſſarium* deſtinare; quæ conditiones ſunt expreſſæ illis verbis. *Niſi cauſa valdè notoria, & vrgens ſe obtulerit; vel maior pars Diffinitorij Prouinciæ, ità poſtulet*. Iſtas autem cauſas expendere hic libet, quia hoc eſt frequenter practicabile in *Religione*. Prima cauſa quadrat caſu quo *Generalis* ex arbitrio, non ad alicuius inſtantiam, deſtinet talem *Commiſſarium*; ſecunda verò, quandò, aliquibus ſic poſtulantibus, mittit. Ad hoc ergò, quod *Generalis ex Officio* poſſit ſic mittere, requiritur, quod in *Prouincia* adſit cauſa *valdè notoria, & vrgens*. *Notorium* porrò in *iure* (l) dicitur, quod *per euidentiam rei nulla poteſt tergiuerſatione celari*, vt ait *Prateius*. (m) *Vrgens* autem venit à verbo *vrgere*, quod ſignificat *impellere, accelerare, & premere*; & proindè *vrgens cauſa*, poteſt dici *cauſa grauis*, hæc enim ob rei magnitudinem animum premit, & ipſum impellit ad accelerandum remedium, ſiue ad prouidendum. Multa autem dici poſſunt *cauſæ graues*, ſed ad rem noſtram faciunt, quæ dicit vna *Gloſſa*, & *Abbas*, (n) dicentes, quòd *cauſa grauis* dicitur in *Cauſa Eccleſiæ*; ſiue in qua agitur de alicuius præiudicio. Vt ergò *Generalis* poſſit deputare *Commiſſarium*, vt præfertur, oportet, quod in *Prouincia cauſa grauis* ſit, hoc eſt præiudicium *Eccleſiæ*, puta *Religionis*, & cum hoc talis cauſa ſit *valdè notoria*, hoc eſt, talem habens euidentiam, quod nullo modo celari poſſit. Dò exemplum. Audit *Generalis* in vna *Prouincia* diuiſa à Factionibus, quod *Prouincialis* cum aſſenſu totius, vel maioris parti *Diffinitorij*, eligit Superiores locales indignos, ratione inhabilitatis, vel morum; aut quod maior pars *Diffinitorij* colligata contrà *Prouincialem*, illum cogit, ad proponendos pro *Superioribus* homines ſimul ſis

 fari-

ſarinæ, qui ſunt eorum adhærentes, & ità nota eſt talium *Guardianorum* ineptitudo, quod celari non poteſt. *Generalis ex officio* non ſolùm poteſt, ſed tenetur, *Commiſſarium* mittere, qui electioni præſideat, non proponat niſi habiles, & illos ſic indignos excludat. Ratio eſt, quia hæc *cauſa* eſt *grauis*, redundat enim in graue præiudicium *Religionis*, quod per indignos gubernetur; & ex hypotheſi, eſt etiam *notoria*. Quod autem *Prouincialis* cum maiori parte, vel maior pars *Diffinitorij*, diſtribuat pleraque officia inter ſuos Factionarios, in quibus tamen eſt habilitas, & meritum, abiectis remanentibus alijs diuerſæ Factionis, non exiſtimarem eſſe *cauſam grauem*, ob quam ſtrictè poſſet ſic deputari *Præſes Congregationis*. Ratio eſt, quia licet, ad pacem in Religione conſeruandam, debeat vigere iuſtitia diſtributiua, & in hoc caſu ſupponatur talis iuſtitia non adeſſe, tamen defectus talis iuſtitiæ in nullo lædit *Religionem*, ex eo, quia ipſa alioquin gubernatur per idoneos, vt ſupponitur; ſed præiudicat tantùm priuatis, qui cum aliàs habeant meritum, non tamen Dignitatem conſequuntur. Imò præiudicium hoc non poteſt, ſtricto modo, vocari tale, eo quia licet ipſi ob virtutem, & habilitatem habeant meritum ad conſequenda Officia, non tamen ad illa habent ius, quod ſi ipſis non conferantur, remaneant præiudicati, & læſi in iure ſuo. Quandòquidem de rigore iuris eſt, quod digni ad Officia eligantur, ſed de iure non eſt, quod omnes, qui ſunt digni, Superiores fiant, alioquin poſſet dari caſus, quod omnes deberent eſſe *Superiores*, & nullus Subditus, vel ad ſatisfaciendum omnibus dignis, oporteret ſingulis hebdomadis *Superiores* mutare. Peſſimum in Religione concedo eſſe, optima quæque inter ſuos diuidere, & de alijs non curare; ſed ſi qui aſſumuntur, digni, & miniſterijs ſubeundis pares, verè ſunt, non eſt locus querimoniæ, ſiquidem non iuſtitia, ſed conuenientia tantùm violatur. Si ergò hac de cauſa (puta, quia vna Factio eſt Officijs deſtituta, alia pro libito gubernante *Prouinciam* per ſuos aſſeclas dignos) *Generalis Præſidem Congregationis* deſtinaret, non auderem condemnare eos, qui illum recuſarent, quia cauſa illum mittendi non eſt, vt requirunt Statuta, *valdè grauis*.

112. Alia conditio eſt, quod *maior pars Diffinitorij* poſtulet illum *Præſidem*. Si ergò in litteris patentibus ſuis dicat *Generalis ſe illum mittere ad inſtantiam Prouinciæ*, & re vera maior pars *Diffinitorij* ad talem inſtantiam non concurreret, certè poterit *Commiſſarius* iuſtiſſimè recuſari, quia miſſus eſt contrà formam, & ità nulliter.

113. Sed quæ diximus hucuſque, procedunt de toto rigore iuris. Sed in facti contingentia, prudentia dictante, non ità conſulerem. Siquidem *Generales* ſolent obtinere à *Pontifice* auctoritatem diſpenſandi ſuper *Statutis*, vt opportunum iudicauerint; proindè operantur eo modo, quo *Spiritus Sanctus* ipſis ſuggerit, abſolutà vinculis *Statutorum*. Si certus quis poſſet eſſe, quod talis facultas ſibi non fuiſſet conceſſa, poſſet quis ius ſuum tueri fundatum in Statutorum diſpoſitione. Sed quis poteſt de hoc certificari, niſi qui hoc didicerit à *Papa* ipſo? Ideò admoneo omnes, vt in recenſitis caſibus inclinent caput, colligant humeros, & *Generali* obediant, ſcientes, quod *Durum eſt, contrà ſtimulum calcitrare*.

114. Dico quartò, quod *Commiſſarius* deſtinatus à *Generali*, quantumuis non habeat conditiones perſonales in *Statutis* præſcriptas, nullo modo poteſt in foro paterno recuſari. Ratio eſt, quia licet *Tridentinum* (o) diſponat, tales debere eſſe *Viſitatores*, vt poſſint *ſanam doctrinam inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, & ſubiectas oues cohortationibus, & admonitionibus ad Religionem, & pacem accendere*. Et in iure (p) decernatur debere eſſe *Religioſas, & circumſpectas perſonas*, & in *Statutis* (q) ordinetur, quod aſſumantur ad munus viſitandi, *Prudentia, Pietate, ac Religione inſignes, rerum agendarum vſu, ac dexteritate præſtantes; qui aliàs Miniſtri fuerint, vel ſint, aut Diffinitores Generales, vel Patres Ordinis, ſeu Prouinciarum Diffinitores*. Tamen, vt optimè aduertit *Sanctorus* (r) hæc omnia ſunt potiùs conſultiua, & directiua, quàm præceptiua, & coarctatiua facultatis *Superioris Generalis*. Vndè paſſim videntur deſtinari *Commiſſarij*, qui *Patres* nec *Ordinis*, nec *Prouinciæ* ſunt, nec talibus *Commiſſarijs*, ex hoc hoc titulo, vlla vnquam facta eſt oppoſitio. Vndè nec poſſunt, ex hoc motiuo, vllo modo recuſari. Nec dicendum, tales viros non eſſe muneri viſitationis idoneos, quia, cum non ſint doctrina, aut dignitate ſpectabiles, nequeunt exequi tale Officium,

quod

quod requirit *Sacrorum Canonum*, & *Conſtitutionum Religionis* peritiam, regiminis experientiam; & ſi non ſunt Dignitatis charactere inſigniti, à Fratribus viſitatis non timentur, aut exiſtimantur, vndè graue damnum emergit in *Religione*; imò quod ſicut ex titulo ignorantiæ iuris poteſt recuſari *Iudex Delegatus*, vt dictum fuit; ità videtur, quod poſſit recuſari *Commiſſarius* indoctus, & requiſitas conditiones non habens. Quia hæc omnia non cogunt, ſiquidem officium *Generalis* eſt, indemnitati Religionis conſulere: & ſi ipſe talem idoneum iudicauit, non eſt, vndè contrà ipſius iudicium, niſi temerè, poſſit opponi. Vt enim elegantiſſimè dicitur in quadam lege Codicis, (s.) *Diſputare de Principali iudicio non oportet. Sacrilegij enim inſtar eſt, dubitare, an is dignus ſit, quem elegerit Imperator*. Nec per hoc, quod *Generalis* in tali deputatione erret, licitum ſit, de facto ipſum corrigere, recuſando à ſe Deputatum: non enim *Superior* debet ſic ab inferiori patenter confundi, ſed ad plus, ſi audiretur talis *Commiſſarius*, qui idoneus non eſſet, eſſe deputatum; antequam in *Prouinciam* ingrederetur, poſſet *Prouincialis* humiliter commonere *Generalem* de neceſſitate Prouinciæ, in qua, cum ſint Religioſi turbidi, & ceruicoſi, neceſsè eſſe mittere virum ſtrenuum, & multæ opinionis, & famæ, qui metum illis poſſit incutere, & in officio continere. Sed poſtquam ingreſſus eſt *Prouinciam*, nec licitum eſt, de iure, illum recuſare, nec prudentialiter eſſet factum, electionem illius factam à Generali, inutiliter, imò damnosè mordere. Nec eſt par ratio de *Iudice* per ignorantiam recuſabili, & de *Viſitatore*. Quia Recuſans habet ius ſic recuſandi *Iudicem*, quia probabiliter, & iuſtè timet grauamen, quod poteſt ſibi ab illius ignorãtia prouenire; non ſic autem eſt in *Commiſſario* in foro paterno. Quantumuis enim ex illius ineptitudine damnum timeatur Religioni euenturum, non tamen quiuis, ex officio, debet tale damnum anteuertere, ſed hoc ſpectat ad *Generalem*, qui & rationem reddet. Poſſumus benè monere, vt damnum impediat, ſi autem monitio non proficit, non per hoc poſſumus eſſe Cenſores *Generalis*, & illius errorem in tali deputatione emendare, recuſando à ſe Deputatum. Quod ſi *Prouincialis* à tali *Commiſſario* paternaliter grauaretur, tutum illi eſt, ſicut ſupra diximus, ab illo appellare.

Dico vltimò, quod *Commiſſarius* licet ſit amicus Factionis contrariæ, imò etiam poſitiuè inimicus *Prouincialis*, ſiue alterius *Superioris localis*, minimè poteſt recuſari in foro paterno, quominùs viſitet. Et de hoc iam ſuprà abundè dictum eſt.

V. Quæritur. An, vt ſuſpecti poſſint recuſari Diffinitores, Aſſeſſor, Conſiliarius, Peritus, vel Notarius, ſiue Actuarius, aut Scriba?

SVMMARIVM.

115. *Qui nam interuenire ſoleant in iudicijs Religionis.*
Recuſari poteſt totum Diffinitorium, vt ſuſpectum, ex cauſa legitima.
Vniuerſitas, Ciuitas, Senatus integer poteſt recuſari, vt ſuſpectus.
Iudex familiaris, aut dependens ab inimico poteſt recuſari.
Recuſato Epiſcopo, poteſt recuſari Vicarius.
116. *Poſſunt aliqui, vel aliquis de Diffinitorio recuſari, vt ſuſpecti.*
Et hoc ſiue ſint electi, ſiue ſubrogati, ſiue ſubſtituti.
Differentia inter ſubrogatum, & ſubſtitutum.
117. *Aſſeſſores, qui dicantur.*
Non poſſunt ſe ſententijs ſubſcribere.
Dirigunt Iudicem in cauſis arduis.
Aſſeſſor poteſt eſſe Laicus in cauſa Clerici.
Conſilia à Sapientibus quærenda.
D. Auguſtinus paratus erat doceri à puero.
Ignorantia non prodeſt, quandò poteſt ſciri per ſe, vel per alium.
Aſſeſſor ſuſpectus poteſt recuſari.
118. *Peritus, quis ſit.*
Perito creditur in arte ſua.
Peritus poteſt recuſari ſuſpectus.
Pariter Conſiliarius, Aduocatus, Procurator, Adiunctus, & omnis in iudicio interueniens.
119. *Notarius recuſari poteſt, ex cauſa, ſuſpectus.*
Cauſa probari poteſt per ſolum iuramentum.
Hoc pariter in recuſatione Periti.

115. Re-

115. RESpondeo, quod in iudicijs criminalibus, quæ fiunt in noſtra Religione, interueniunt præcitati, licet non in omnibus iudicijs omnes. De neceſſitate in omnibus interueniunt vltrà *Prouincialem*, qui eſt *Iudex*, *Diffinitores*, qui ſunt *Coniudices*, & *Aſſeſſores*, & *Notarius*, ſiue *Actuarius*, ſiue *Scriba*. Sed datur caſus, quod etiam debet adhiberi *Aſſeſſor*, puta Religioſus doctus, qui dirigat conſilio *Prouincialem*, qui non habet multam peritiam fabricandi proceſſum. *Conſiliarius*, ſiue *Conſultor*, qui ex præſcripto Practicæ criminalis noſtræ conſulitur à *Prouinciali* in cauſis arduis, vbi debet *Reus* torqueri; & *Peritus*, qui debet adhiberi ad faciendum conſtare de corpore delicti, vt in *Furto*, *Defloratione*, *Percuſſione*, & ſimilibus. De iſtis ergò omnibus quærimus, An poſſint recuſari, quominùs interueniant in iudicio, ſi *Reo* ſint ſuſpecti?

Dico ergo primò, quod omnes de corpore *Diffinitorij*, ſiue *collectiuè*, ſiue *diſtributiuè* poſſunt recuſari, ſi *Reus* habeat legitimam cauſam recuſandi. Dixi notanter *collectiuè*, quia poteſt recuſari totum *Diffinitorium* vnitum, ſi contrà totum, vt ſic, militat cauſa legitima Recuſationis, & hoc patet in *iure*, (t) vbi habetur, quod poteſt recuſari *Vniuerſitas*, & *Ciuitas*, ſi eius iudicium ſit ſuſpectū, vt notat *Abbas*: (u) imò etiam *Concilium Prouinciale*, & *Senatus* integer, vt probant *Nauarrus*, & *Menochius*. (x) Procedit autem hoc non ſolùm, quādò omnes de corpore *Diffinitorij* ſint ſuſpecti, ob cauſam perſonalem inimicitiæ, ſed etiam ſi pendeant à nutu *Prouincialis*, aut ratione auctoritatis, aut Factionis, aut alia de cauſa, ob quam licet *Reo* ſuſpicari, quod quantumuis recuſetur *Prouincialis*, ne procedat in iudicio, ſed alteri committat causā, tamen ipſe per *Diffinitorium* ab ipſo dependens poterit grauare. Et ratio eſt, quia ſicut *Iudex* amicus, familiaris, aut intereſſe, ſiue dependentiam habens cum inimico, poteſt recuſari, vt habent *Canones*, (z) ità etiam *Diffinitores*, maximè ſi ſint homines triuiales, ſubleuati ad illud munus fauore *Prouincialis*, qui ſemper ſolent in omnibus obſequi illi, & ſequi ſenſum ſuum, poterunt, illo recuſato, recuſari. Et eſt etiam potior ratio alia de his talis conditionis; quod quia non habent meritum ex propria virtute, & tamen *Prælaturas* intemperanter ambiunt, omnibus medijs, licet turpibus, venantur amicitiam potentum; qua permanente, ſtat eorum fortuna, & qua ablata, abiecti viuunt; ideò nihil non faciunt, vt per obſequium, & cœcam obedientiam illam ſibi confirment. Sicut ergò, recuſato *Epiſcopo* ratione inimicitiæ, recuſari poteſt eius *Vicarius*, quia creatus fuit ab eo, & ab eo timere poteſt, quod deponatur, ſi quid iudicet contrà eius inclinationem, vt dicunt duæ *Gloſſæ*: (a) ità etiam tales *Diffinitores* poſſunt recuſari: quia licet non poſſint à *Prouinciali* deponi, ſicut *Vicarius* deputatus ab *Epiſcopo*, tamen, abſoluto officio, ad ſtatum abiectum poſſunt redigi, & in diutina ſubiectione contempti viuere. Et quod dico de dependentia *Prouincialis*, dico etiam de dependentia ab aliquo alio graduato magnæ exiſtimationis, & potentiæ, (Italicè *Capo Rioni*,) qui ſit inimicus *Rei*, ſi enim *Diffinitorium* totum ab illius nutu pendet, vtique, ex prædicta ratione, optimè poterit recuſari.

116. Dixi etiam *diſtributiuè*; quia ſi non recuſatur totum *Diffinitorium*, quia totum non eſt ſuſpectum, poteſt tamen recuſari vnus quiuis, vel plures quilibet de *Diffinitorio*, ſi ſuſpecti ſint. Ratio eſt, quia *Diffinitores* ſunt verè *Iudices*, ſimul cum *Prouinciali*, qui, ſe ſolo, iudicare, vel procedere per ſententiam, non poteſt, & integrant cum illo vnum Tribunal. Cum ergo *Iudices* ſint (vt benè docet *Sanctorus*) (b) liquet, quod etiam ipſi recuſari poſſunt, ex toties citatis iuribus. Et hoc etiam in *Praxi* eſt in alijs *Collegijs*, vbi plures ſunt *Iudices*, vt eſt *Senatus Mediolanenſis*. In cauſis enim tum Ciuilibus, tum Criminalibus paſſim recuſantur à litigantibus, & *Reis*, Senatores illi, qui ſunt ſuſpecti, & ſic recuſati abſcedunt à conſeſſu, nec de hoc conqueruntur, eſt enim de toto rigore iuris. Quod autem dico de *Diffinitoribus* actualibus ſiue electis, ſiue *ſubrogatis*, intelligi etiam debet de *Subſtitutis* (dicuntur autem *ſubrogati*, qui ſuccedunt in locum *Diffinitoris* mortui; *Subſtituti* verò, qui ſuccedunt in locum abſentis, vt dicit *Statutum*,) (c) ità vt ſi ille etiam, qui debet *ſubſtitui* in locum *Diffinitoris* abſentis, ſit ſuſpectus, poteſt etiam recuſari, quia militat, etiam de iſtis, eadem ratio.

117. *Aſſeſſores* dicuntur, qui à *Iudicibus* in conſilium adhibentur, ità dicti, quod illis iuri dicendo aſſideant, vt ex *Digeſtis*, & *Codice* elicitur. (d) Iſti autem non iudicant,

dicant, imò lege *Imperatoris* prohibentur libellos, vel ſententias ſubſcribere ſub pœna exilij, vt dicitur in *Codice Iuſtinianeo*: (e) ſed conſilio ſuo dirigunt *Iudicem*, vt iuxtà leges ciuiliter, & criminaliter iuſtitiam adminiſtret. Vndè *Aſſeſſores* debent eſſe multùm in iure verſati, ad hoc, quod *Judicem* benè poſſint dirigere. His vti non eſt vetitum *Iudicibus* in foro *Eccleſiaſtico*, non enim reperitur in *Sacris Canonibus* hoc prohibitum. Imò tum *Speculator*, tum *Hoſtienſis* de horum officio ſcribunt, notantes, quod etiam Laicus poteſt eſſe *Aſſeſſor Iudicis Eccleſiaſtici*, (f) etiam in cauſa *Clerici*: aduertendo tamen, quod non poteſt iudicare, nec ſententiam dictare, nec torquere, aut vllam iuriſdictionem exercere, ſed purè conſulere, vt per plures leges probat *Abbas*. (g) Scio hoc inter nos receſſiſſe ab aula, nullus enim reperitur *Prouincialis*, qui in conſtruendis proceſſibus talibus *Conſiliarijs* vtatur; & hoc fortè ne videantur imperiti. Sed vtinam ſe in hoc humiliare dignarentur, & viros in hac parte peritos conſulerent, ità enim fieret, vt non paſſim apparerent tot proceſſus inualidi, quia peccantes in ſubſtantialibus. Sanè à Sapientibus conſilia quærere, laudem meretur, ſicut è conuerſo *D. Gregorius* reprehenſibilem dicit quendam *Epiſcopum*, quia *Conſilia Sapientium, & recta ſuadentium nulla ratione patiatur ſuſcipere, vt quod per ſe nequit attendere, ab altero ſaltem poſſit addiſcere*, (h) vbi *Gloſſa* notat celebre dictum *D. Auguſtini*. *Quod à puero nondum anniculo paratus erat doceri*, & qui aliter facit *ſtultus eſſe conuincitur*. *Nec Iudici licet deuiare à reſponſo prudentum, & dicit lex, quod tunc non prodeſt alicui ignorantia, quando potuit ſcire per ſe, vel per alium*. (i) Vndè talium imperitorum *Superiorum* errores in conſtruendis proceſſibus, non deberent excuſari ex illorum ignorantia circà criminales cauſas, ſed puniri tanquam *Iudices* malè iudicantes, quia ignorantia ipſorum punibilis eſt, quia etiam culpabilis, cum poſſint eam auertere per conſilium *Aſſeſſoris* adhibitum, quod tamen ex ſuperbia aſpernantur. Dato autem, quod aliquis fortè legens hoc monitum, *Aſſeſſorem* aliquem, qui Reo eſſet ſuſpectus adhiberet, *Reus* poſſet talem *Aſſeſſorem* recuſare. Ratio eſt, quia ità poteſt grauari à conſilio iſtius, ſicut à decreto *Iudicis*, ex eo quod ſupponitur, quod *Iudex* acta proceſſus ſui dirigat, eo modo, quo *Aſſeſſor* illi dat conſilium. Cum ergo poſſit, ita nocere *Aſſeſſor* conſilio, ſicut *Iudex* decreto, poteſt etiam ille, ex cauſa ſuſpicionis, legitimè recuſari.

118. *Peritus* licet à *Prateio* reſtringatur ad peritiam, & experientiam legum, & iudiciorum, iuxtà interpretationem cuiuſdam *legis*; (l) tamen communiter ſumitur pro eo, qui habet experientiam in qualibet arte, ſiue ſcientia. Regulare autem eſt, vt dicunt nõnulli *Textus*, (m) quod *Peritis* credatur de qualibet re. Neceſſarium autem eſt *Iudici* in multis caſibus adhibere conſilium *Peritorum*, & hoc maxime in faciendo conſtare de corpore delicti, quod, vt diximus, neceſſarium eſt, antè inquiſitionem Delinquentis. Vt ſi agatur de veneficio, debent adhiberi *Medici* ad viſitandum cadauer, ſiue Laborantem veneno; ſiue materiam ipſam propinatam. Si de vulneratione, debet audiri iudicium *Chirurgorum* circà vulnera, ſi ſunt mortalia, nec ne? Si de defloratione adhibendæ ſunt *Obſtetrices*, vt ſuo loco dicemus. Cum ergo, vt dictum eſt, in qualificatione corporis delicti in iudicio, *Peritis* credatur, non minus grauamen poteſt prouenire à iudicio illorum, quàm à ſententia *Iudicis*. Ex ijſdem ergo rationibus, ex quibus *Iudex* inimicus, vt ſuſpectus, recuſari poteſt; pariter recuſari poterit *Peritus*. Et ijſdem de cauſis recuſari pariter poterit tum *Adiunctus* datus à Superiore Iudici ſuſpecto, tum *Conſultor*, tum *Aduocatus*, ſiue *Procurator* deſtinatus à *Iudice* ad defendendum *Reum*, & vt vno verbo omnes claudam, recuſari poſſunt omnes ij, qui in cognitione cauſæ interueniunt, vt dicunt *Doctores*. (u) Et licet in iure expreſsè non habeatur, quod huiuſmodi recuſari poſſunt, tamen, quæ dicuntur de *Iudice* ſuſpecto, ad iſtos optimè extendi poſſunt, recuſatio enim *Iudicis* ſuſpecti introducta eſt à iure, iuxtà dictamen naturale ad fauorem, & præſidium innocentiæ, quapropter optimè extenſionem admittere debet.

119. De *Notario* autem, ſiue *Actuario* an poſſit, vt ſuſpectus recuſari, non video aliquid in iure expreſſum. Tamen perſpicuum eſt, quod cum poſſint multum nocere, ſi ſuſpecti ſint, recuſari ex cauſa poſſunt, & hoc ſimplici iuramento dato coram Iudice, vt tenuit *Rota*. (o) Sicut etiam ſolo iuramento recuſari poſſe

Peri-

Peritum, docet, poſt *Sanchez*, *Fermoſinus*, vt teſtatur *Paſſerinus*; (*p*) qui, ex *Scialoia* ſubiungit, etiam *Commiſſarium* deſtinatum ad recipiendum examen, poſſe per ſolum iuramentum recuſari; non quia non requiratur cauſa legitima recuſationis, ſed quia ſufficit cauſa leuis, & ideò per ſimplex iuramentum probanda. (*q*) Licet verò nonnulli (*r*) dicant, quod in Recuſatione *Notarij* non ſufficiat iuramentum, ſed probari debeat cauſa Recuſationis per examen Teſtium, & alia legitima documenta; tamen hoc intelligendum eſt in foro Laico, in quo adſunt *Notarij ex officio*, qui, ex ſcriptura, mercedem recipiunt: vndè ex leui, aut non legitima probata cauſa, non debent damnificari tum in exiſtimatione communi, tum in omiſſione lucri, quod ex ſcriptura pereiperent. Apud Nos autem *Notarij ex officio* regulariter non ſunt, nec ex labore ſcripturæ commodum capiunt, & ideò eum, per recuſationem, talem iacturam non incurrant, benè poſſunt ſimplici iuramento recuſari, hoc eſt adducta cauſa Recuſationis, & ea probata per iuramentum.

VI. Quæritur. Quid facere poſſit Reus, ſi Iudex pronunciet, eſſe friuolam cauſam Recuſationis, quæ Reo videtur legitima?

SVMMARIVM.

120. *Iudice reijciente cauſam Recuſationis, vt friuolam, ab eo poteſt appellari.*

Iudices ſint faciles in Arbitris admittendis.

120. Reſpondeo, quod huic quæſtioni ſatisfacit *Abbas*, (*s*) dicendo, quod ſi *Iudex* non defert *Recuſationi* de ſe factæ, & pronunciat cauſam illius eſſe friuolam, & ad vlteriora procedit, *Reus* poteſt ſe tueri per *Appellationem*: appellando ſcilicet à decreto, ſiue ſententia interlocutoria declarante cauſam adductam eſſe friuolam, & ideò ſpernendam. Et ſententia *Abbatis* fundatur in argumento cuiuſdam *Canonis*, (*t*) & hic caſus poteſt eſſe frequentiſſimus, dum proponitur à *Reo* Recuſatio. Ex hoc ergo diſcant *Iudices* non eſſe difficiles in admittendo electionem *Arbitrorum*, pro cognoſcenda validitate cauſarum *Recuſationis*. Licet enim ipſi *Recuſationem* nolint admittere, & ad normam iuris *Arbitros* eligere, tenentur tamen deferre Appellationi interpoſitę ſuper decreto nullitatis cauſæ productæ, aliter acta indè ſequuta poſſent nihilominùs reddi nulla à *Iudice*, *ad quem* Appellatio huiuſmodi deuoluta fuerit.

VII. Quæritur. Quidnam facere debeant Arbitri, recepto munere iudicandi ſuper cauſis Recuſationis.

SVMMARIVM.

121. *Arbitri, quæ præſtare debeant, accepto arbitrio.*

Debent examinare, ſic cauſa Recuſationis ſubſiſtit in iure.

Item aſſignare Recuſanti terminum ad probandum in facto.

Item Teſtes firmiter examinare, & eorum teſtimonia per Notarium ſcribere.

Teſtes renuentes poſſunt compellere.

Vt veri Iudices habent iuriſdictionem, & coercitionem.

Non poſſunt Notarium creare.

Debent procurare, vt à Prouinciali creetur.

Antè ſententiam debent citare Recuſantem.

Debent ſententiam ferre ſcripto.

Et ſi eſt cauſa Recuſationis dubia, debent pronunciare pro Recuſante.

121. Reſpondeo, quod cum *Arbitri* ſint veri *Iudices*, debent, ſeruata tela iudiciali, cognoſcere de cauſa Recuſationis. Primo ergo debent conſiderare, ſi cauſa ſit legitima, vel friuola ex iure; ſi friuola ſit, debent ſententiare ſtatim eam talem eſſe, & Recuſantem ad Iudicem recuſatum remittere. Si autem legitimam ex iure eam agnouerint, eo quia eſt vna ex expreſſis in iure, vel habet ſimilitudinem ad eas, debent ſtatuere

tuere Recuſanti terminum, intrà quem habeat probare, ex facto, cauſam allatam eſſe ſubſiſtentem, vt dicitur in vna *Decretali* (u) & ſi *Reus* petat termini prorogationem, debent eam ſibi concedere competentem ad hoc, vt poſſit ſuas probationes deducere, præſentando atteſtationes, inſtrumenta, Teſtes, & alia ſubminiſtrando, quæ de iure faciunt ad probationem. Habent ergo *Arbitri* examinare Teſtes à Recuſante productos formiter, & accito *Notario*, vt veri *Iudices*, proceſſum formare, & poſſunt etiam procedere contrà illos, qui nollent ſe ſubijcere examini, per Cenſuras, & alia iuris remedia: cum enim ſint *Iudices*, illis *ſicut iuriſdictio, ſic & cætera, ſine quibus explicari non poteſt, intelliguntur eſſe commiſſa*, vt ait *Textus*: (x) vndè vt ibi habet *Gloſſa*, *Habent iuriſdictionem, & coercitionem, & poſſunt compellere Teſtes, & impedientes punire*, & ideò cognoſcunt de omnibus ad cauſam ſuſpicionis ſpectantibus, incidentibus, & neceſſarijs, vt dicunt *Canoniſtæ*. (a)

Quod ſi quæras, an habeant facultatem creandi *Notarium* pro ſuo proceſſu, cenſerem, quod non, cum huiuſmodi facultas, vt aliàs dictum eſt, ſit conceſſa *Prælatis Prouincialibus* per priuilegium, quod cum ſit odioſum, quia exorbitat à iure, recipit ſtrictam interpretationem, nec poteſt extendi ad non expreſſa. Si ergo nolint vti *Notario* cauſæ iam cœptæ à *Iudice* recuſato, (quod & conſulo) ſeligant virum idoneum, quem præſentent *Prouinciali*, qui, ſeruata forma aliàs tradita, ipſum creet *Notarium*, vt *Arbitris* ſeruiat. Et omnia acta iſta ſcribantur à *Notario* cauſæ, & inſerantur in *Proceſſu*. Et ſi *Prouincialis* ibi non eſt, quia fortè Recuſatus eſt *Delegatus*, ſcribant *Arbitri* ad *Prouincialem*, vt ſibi, vel alijs det facultatem creandi *Notarium* pro proceſſu *Arbitrorum*.

Inſuper debent antè ſententiam citare Recuſantem, ad dicendum, ſi aliquid habet ſubminiſtrandum pro probatione cauſæ propoſitæ, ne locus ſit querelæ, quod eius iura non fuerint audita, & denuò petat admitti ad nouas probationes.

Tandem debent ſententiam ferre, & illam *Iudici* recuſato ſignificare ad hoc, vt cauſam incœptam proſequatur, ſi cauſa ſuerit iudicata friuola, vel ad *Superiorem* remittat, ſi cauſa Recuſationis fuerit iudicata legitima. Si autem cauſa Recuſationis dubia eſt, vel ex iure, vel ex facto, quia ſufficientes probationes non habet nec pro, nec contrà, & eſt tantùm ſemiplenè probata; *Arbitri* debent ſententiare pro *Reo*; hoc enim manifeſtè habetur in *Textu*, (a) vbi ordinatur, quod *dubia Appellationis exiſtente ſententia in Rei fauorem Iudex inclinare tenetur*. Et cum *Arbitri* verè *Iudices* ſint, & iuridicè procedant, & Recuſatio, ac Appellatio æquiparentur, ſicut fit in cognoſcendo de validitate Appellationis, ità fieri debet de Recuſatione.

VIII. Quæritur. An Arbitri debeant admittere Iudicem recuſatum, ad opponendum contrà cauſam Recuſationis propoſitam, & eius probationes?

SVMMARIVM.

122. *Iudex recuſatus non admittendus ab Arbitris ad dicendum contrà recuſationem, ſi cauſa eſt incœpta per accuſationem.*
Pariter quandò cauſa Recuſationis non eſt Iudici turpis.
Sed ſi cauſa eſt turpis, aut Iudex procedit ex Officio, debet admitti.
123. *Præſumptio oritur contrà Iudicem, cuius ſententia fuit retractata.*
Præiudicium Iudicis maius eſt in Recuſatione, quam in Appellatione.

122. Reſpondeo, quod diſtinguenda eſt quæſtio hæc, cum ſit valdè perplexa, nec adſint aperta iura, quæ de illa loquantur. Dico ergo, quod vel cauſa procedit per *Accuſationem*, vel in ea *Iudex* agit *ex officio*. Pariter vel cauſa Recuſationis producta à *Reo* eſt *Iudici* turpis, vel non. Si iudicium eſt incœptum per *accuſationem*, & *Reus* recuſans *Iudicem*, producit cauſam Recuſationis non turpem ipſi *Iudici* recuſato, puta dicendo, quod recuſat *Iudicem* ex hoc, quod eſt Conſanguineus, vel Factionarius *Accuſatoris*, cenſerem *Iudicem* recuſatum nec requirendum, nec admittendum eſſe ab *Arbitris*, ad impugnandas cauſas Recuſa-

 tionis

tionis nec ex iure, nec ex facto. Ratio petitur à ſimili ex quadam *Decretali*,(b) in qua ordinatur, quod ſi in aliquo caſu interponatur appellatio ad *Archiepiſcopum* ſuper ſententia excommunicationis lata ab *Epiſcopo*, & Appellans inſtet, vt *Epiſcopo* Excommunicati imponatur pœna, ob ſententiam latam contrà ſe; & hoc quandò lis procedit ad inſtantiam partis; vel Appellans ſimpliciter inſtat admitti appellationem, & reſcindi ſententiam datam ab *Epiſcopo*, qui in cauſa procedit *ex officio*; his duobus caſibus *Archiepiſcopus* debet admittere, & audire *Epiſcopum* contradicentem Appellanti. Et ratio deciſionis euidens eſt, cum enim agatur de pœna alicui imponenda, ſiue de præiudicio, & intereſſe ſuæ iuriſdictionis, omninò debet audiri, eo quia in præiudicium abſentis nihil eſt innouandum, vt multipliciter dicitur in *iure*. (c) Infertur ergo per argumentum à contrario, quod in iure eſt fortiſſimum, (d) quod vbi Appellans non petit, quod puniatur *Iudex à quo*, vel iſte non procedit *ex officio*, non debet citari *Iudex*, vel audiri in cognitione Appellationis, quia de eius præiudicio non agitur. Si ergo Recuſatio interpoſita non contineat cauſam *Iudici* turpem, quæ ipſi præiudicet, & cauſa principalis tractetur ad inſtantiam partis, liquet, quod nullum interuenit *Iudicis* recuſati præiudicium, vndè *Arbitri* poſſunt ferre ſuam ſententiam ſuper Recuſationis cauſa, minimè citato, nec audito *Iudice* recuſato. Si verò cauſa Recuſationis ſit turpis, (vt quod recuſatur *Iudex*, quia excommunicatus, infamis, &c.) in tali caſu, cum agatur de ipſius præiudicio, debet audiri: licet enim cauſa Recuſationis ab *Arbitris* tractetur ciuiliter, nec poſſit ab iſtis ſententiari, aut puniri de quouis crimine *Iudex* recuſatus, & exindè nullum præiudicium pœnale poſſit ſibi naſci, tamen ſubit in hoc præiudicium infamiæ, dum probatur, & conſtat cauſa turpis, ſiue criminoſa, ob quam recuſatur. Et ideò, ad eam elidendam, debet admitti ad ſuæ famæ tutelam. Pariter, ſi *Iudex ex officio* procedit, ex quauis cauſa, ſiue turpi, ſiue alia recuſetur, ſemper habet præiudicium circà exercitium ſuæ iuriſdictionis, quæ per Recuſationem impeditur, vndè ad ipſam tuendam, debet audiri ſuper probatione, & impugnatione cauſarum Recuſationis.

123. Quod confirmatur, quia ex quadam *Gloſſa*, (e) quam ſequitur *Innocentius*, *Hoſtienſis*, & *Abbas*, habetur, quod ſi cauſa Recuſationis, cognoſcitur coram *Iudice Superiori*, debet vocari *Iudex* recuſatus, quandò iſte vel proceſſit *ex officio*, vel Recuſans agat ad pœnam *Iudici* imponendam, quia, cum agatur de eius præiudicio, debet vocari. Imò addit *Abbas*, quod vbi *Iudex* proceſſit ad inſtantiam, nec agitur ad puniendum illum, tamen poteſt aſſiſtere in proceſſu pro cognoſcenda validitate Appellationis, aut ab interlocutoria, aut diffinitiua, licet neceſſariò vocandus non ſit, quia quædam præſumptio oritur contrà eum, ex retractatione ſuæ ſententiæ, vt dicitur in *iure*, (f) & proindè, ratione talis præſumptionis, quæ illi præiudicat, poteſt intereſſe proceſſui. Et hoc idem ſenſit *Antonius de Butrio*, & *Federicus de Senis*, qui (g) addit ex *Innocentio*, (h) proceſſum eſſe nullum, ſi *Iudex*, qui proceſſit *ex officio*, non fuit citatus per *Iudicem* Appellationis, cui opinioni etiam conſentit *Abbas*. Si ergo in cognitione facienda à *Superiore*, debet in caſibus ſupradictis, vt præfertur, audiri *Iudex* recuſatus, idem dici debet, quandò eadem cauſa cognoſcitur ab *Arbitris*, qui, & ipſi ſunt *Iudices*; & reſpectu ipſorum, militat eadem ratio; ità vt ſi ad euadendum ſui præiudicium, debet admitti *Iudex* recuſatus, dum cauſa cognoſcitur coram Superiore; idem præſtari debet etiam, cum ab *Arbitris* ventilatur; nec eſt aſſignabilis vlla ratio diſparitatis ad probandum contrarium. Similiter ſi, vt probatum eſt, admittitur *Iudex à quo* in iudicio Appellationis ad tuendam ſuam ſententiam, à fortiori debet admitti in iudicio Recuſationis. Et ratio eſt, quia maius præiudicium poteſt reſultare *Iudici* in Recuſatione, quã in Appellatione; tum quia in caſu Appellationis à ſententia iam *Iudex* functus eſt officio ſuo; in caſu verò Recuſationis impeditur officium ſuum quoad exercitium iuriſdictionis; tum quia Appellatio interponi tantùm poteſt ſuper grauamine ſententiæ, Recuſatio verò poteſt proponi etiam ex cauſa turpi, ex qua maius præiudicium oritur *Iudici*, quam ex illatione grauaminis, aut ex iuris ordine non ſeruato. Si ergo, ratione præiudicij ſui cauendi, auditur *Iudex à quo* in iudicio Appellationis coram Superiore, à fortiori debebit audiri in iudicio Recuſationis coram *Arbitris*, vbi maioris præiudicij periculum poteſt ſubire.

IX. Quæ-

IX. Quæritur. An proceſſus factus à Iudice poſt recuſationem interpoſitam, ſit ipſo iure nullus?

SVMMARIVM.

124. *Proceſſus factus à Iudice recuſato; quandò ipſo iure nullus eſt.*
Recuſari non poteſt, vt ſuſpectus Papa.
Nec Concilium Oecumenicum.
Nec Imperator.
Nec Princeps, qui Superiorem non agnoſcit.
Iudicis iuriſdictio ſuſpenditur per cauſam Recuſationis legitimam, aut dubiam.

125. *Cauſa Recuſationis proponenda coram Iudice recuſato.*
Aliter proceſſus à Recuſato factus eſt validus.
Reuocata Recuſatione tacitè, vel expreſsè, valet proceſſus factus.
Aſſignata cauſa Recuſationis, debet Iudex ſuperſedere.
Sententia lata poſt interpoſitam Appellationem, eſt nulla.
Vbi non eſt locus Appellationi, neque eſt Recuſationi.

126. *Iudex ſi cauſam legitimam reijciat dicens friuolam, proceſſus poſt Recuſationem non eſt ipſo iure nullus.*
Hoc autem intelligitur, ſi Reus non Appellat à reiectione.

127. *Ordinarius Iudex iuriſdictionem habet à lege.*
Lex prohibens ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis circà prohibita.
Appellatio eſt remedium grauaminis illati.
Appellatio conditionata, hoc eſt, ſi grauabis appello *non ſuſtinetur.*
Recuſatio inficit iuriſdictionem Iudicis.
Iudex recuſatus nequit cauſam committere, niſi dè conſenſu Recuſantis.

128. *Reiecta recuſatione à Iudice, & interpoſita Appellatione, ſi Iudex procedit, actus ſunt ipſo iure nulli.*
Reiecta Recuſatione, cuius cauſa eſt notoriè legitima, licet non appelletur à Reiectione, ſi Iudex procedit, nullus eſt ipſo iure proceſſus.
Reiecta Recuſatione, cuius cauſa eſt dubia, ſi Reus non appellauit, & Iudex proceſſit, proceſſus non eſt nullus, ſed annullandus iuxtà caſum.
Reiectio Recuſationis ſanat iuriſdictionem.
Recuſatio ex cauſa friuola notoriè ſiue reijciatur, ſiue non, minimè vitiat acta.
Iudex non poteſt procedere contrà Recuſantem, eo prius non citato.

124. RESpondeo, quod ſcabroſa quæſtio eſt hæc, ob multiplicem *Doctorum*, diuerſa ſentientium, varietatem, & qui vult eorum opiniones videre adeat *Paſſerinum*. *(i)* Nos claritatem, & breuitatem affectantes, omiſſis diſputationibus, quæ ad praxim faciunt, afferemus. Dico ergo, quod ſi *Iudex* talis ſit, qui poſſit recuſari, & legitima, aut dubia proponatur coram illo cauſa Recuſationis, cui tacitè, vel expreſsè, renunciatum à *Reo* non fuerit, & *Iudex*, illa non reiecta, ad vlterinra procedit, proceſſus erit ipſo iure nullus.

Dixi nntanter, *ſi Iudex talis ſit, qui poſſit recuſari*, quia validus eſt proceſſus, nnn obſtante quacunque, & ex quauis cauſa propoſita Recuſatione, ſi *Iudex* eſt talis, qui non poſſit recuſari, vt eſt *Papa*, *Concilium Oecumenicum*, *Imperator*, ſiue quiuis *Princeps* Superinrem nnn agnoſcens, vt dicunt *Doctores*. *(l)*

Dixi *ſi legitima, aut dubia proponatur cauſa Recuſationis*. Ad hoc enim, quod per Recuſationem ſuſpendatur *Iudicis* iuriſdictio, oportet, quod cauſa vel legitima ſit, vel ſaltem dubia; ſi enim friuola nntoriè ſit, non læditur eius authnritas, & poteſt eam ſpernere, & ad vlteriora procedere, vt ex *Decretalibus* ſuprà habet *Textus* noſter; ſi legitima debet totaliter à cauſa abſtinere, vt præſcribunt *Canones*; *(m)* ſi verò dubia, *Arbitri* ſunt eligendi, ſuſpenſa in *Iudice* remanente iuriſdictione, vſque ad *Arbitrorum*, ſiue *Superioris* ſententiam, vt aliàs dictum eſt.

125. Dixi *coram illo proponatur*. Determinatur enim in citatis *Decretalibus*, vt ſupra docuimus, quod cauſa coram *Iudice* recuſato proponatur, debet enim de ea ipſi iudicialiter conſtare, aliter eſt inualida, & proceſſus tenet, vt habet quoddam

Capitulum. (*n*) Vndè neceſsè eſt, quod *Iudex* ſcientiam habeat de Recuſatione, ad hoc, quod teneatur abſtinere, à proſequendo proceſſu; & per hoc, validum eſſe proceſſum fabricatum à *Iudice* ignorante recuſationem, probat quidam (*o*) apud *Farinacium*.

Dixi, *cui tacitè, vel expreſsè renunciatum à Reo non fuerit*. Quia ſi taliter fuerit reuocata, proceſſus erit validus; & tunc cenſetur facta reuocatio tacita, ſi Recuſator, in proſecutione cauſæ, comparuerit coram *Iudice* recuſato, qua comparitione ſtante, proceſſus non erit nullus, vt dicunt *plures*, (*p*) & multoties tenuit *Rota* apud *Paſſerinum*. (*q*)

Si ergo *Iudex* cauſam adductam non reijciat, ſed ad vlteriora procedat, proceſſus erit ipſo iure nullus, & hoc tenent vltrà *Textum* famoſiſſimi *Canoniſtæ*: (*r*) & ratio eſt, quia talis Recuſatio (hoc eſt, propoſita ex cauſa legitima, ſeu dubia) per ſe ſuſpendit iuriſdictionem *Iudicis*, qui propterea ſuperſedere debet à iudicando, vt dicit *Canon*: (*s*) & *Iudex*, cuius iuriſdictio eſt ſuſpenſa, nulliter agit. Tum quia in *iure* (*t*) præſcribitur quid agendum, ſi propoſita fuerit cauſa Recuſationis legitima, aut dubia: quod ſcilicet *Iudex* recuſatus vel abſtineat, vel cauſam committat, vel *Arbitros* deputari faciat: forma autem non ſeruata inualidat actum, vt notum eſt. Tum quia ſententia lata, poſt Appellationem iuſtam, eſt ipſo iure nulla, vt habet *Textus*: (*u*) Recuſatio verò, & Appellatio æquiparantur, & vbi non eſt locus Appellationi, non eſt etiam locus Recuſationi, vt dicitur in *iure*. (*x*) Tum quia vna *Gloſſa notabilis* (*z*) habet; quod licet *Iudex* ſit ſuſpectus, dum tamen non recuſetur, tenet eius proceſſus. Notatur ergo à contrario ſenſu, quod ſi recuſetur non tenet, & ad idem allegat *Bartolum*. (*a*) Nec faciunt in contrarium *Innocentius*, *Io: Andreæ*, *Anchoran*. *Zarabella*, & alij, quos plena manu citat *Paſſerinus*, (*b*) qui cum illis videtur ſentire, quod Recuſatio independenter ab Appellatione non irritat proceſſum ſubſequutum: ità quod non ſufficiat Recuſationem, eſſe propoſitam coram *Iudice* recuſato, ad hoc, vt proceſſus indè ſequutus ſit ipſo iure nullus. Quia *Canoniſtæ* illi loquuntur vel de Recuſatione friuola, vel de Recuſatione à *Iudice* reiecta: Clarum enim eſt, quod propoſita cauſa friuola, ſiue *Iudex* illam reijciat, ſiue non, & ad vlteriora procedat, non proindè proceſſus eſt in tali cauſa propoſita nullus, eò quia talem cauſam Recuſationis poteſt ſpernere, vt ſupra dictum fuit, & dum ad vlteriora procedit ipſam ſpernit de facto; & proindè ſuſtinetur proceſſus, non obſtante, quod fuerit propoſita Recuſatio, hæc enim non qualis qualis fuerit ſuſpendit iuriſdictionem *Iudicis*, ità vt, ipſa ſimpliciter propoſita, *Iudex* debeat abſtinere, aliter proceſſus ſit nullus; ſed ſi cauſa ipſius fuerit legitima, aut dubia, & in hoc ſenſu locuti ſunt *Doctores* citati.

126. Pariter, ſi *Iudex* cauſam reijciat, vt friuolam, licet ipſa legitima, aut dubia ſit, ſi *Reus* non appellet, & *Iudex* ad vlteriora procedat, certè proceſſus ſecutus non eſt ipſo iure nullus; ſed eius nullitas, aut, aut valor, dependet à ſententia *Iudicis ad quem*, ſi *Reus* appellabit à diffinitiua; & ità eſt vera opinio *Innocentij*, (*c*) ſecundùm quam alij ſecuti ſunt eum, præcipuè *Rota Romana in* 13. *Deciſionibus* citatis per *Paſſerinum*, (*d*) & re vera rationi, & æquitati congruit. In tantùm enim iuriſdictio *Iudicis* impeditur, in quantùm cauſa Recuſationis legitima eſt, aut dubia, & *Iudex* vt talem ipſam admittit, liquet enim, quod friuola admiſſa, aut non, eius iuriſdictionem non vitiat. Si ergo *Iudex* reijciat cauſam, quantumuis legitima, aut dubia ſit, *Iudex* per talem reiectionem quodammodò ſanat eius iuriſdictionem, ità vt, procedendo ad vlteriora, non procedat nulliter ipſo iure, ſed nullitas cognoſcenda ſit ab alio *Iudice*, & ab ipſo declaranda. Concluſio autem noſtra loquitur de cauſa legitima, aut dubia propoſita, & non à *Iudice* reiecta. Dices, ſiue reijciat per decretum, ſiue non, ſemper tamen cenſeri eam reieciſſe ſaltem implicitè, ex quo ad vlteriora procedit, ergo nihil facit talis reiectio explicita; quandoquidem in cauſa friuola, etiam non appoſito decreto reiectionis, ſi procedit, procedit validè. Reſpondeo negando conſequentiam. Siquidem dum *Iudex* explicitè reijcit cauſam, quantumuis legitima, aut dubia ſit, explicat mentem ſuam, quæ iudicat cauſam adductam eſſe friuolam, & proindè reijcit eam, & iuxtà formam legis ſcriptæ operatur, licet in iudicando erret: proindè per talem explicitam reiectionem adimit quodammodo vim cauſæ propoſitæ inficiendi ſuam iuriſdictionem, & proceſſum reddendi nullum ipſo facto. Non ſic au-

autem eſt dum, audita propoſitione cauſæ, nullo facto ſuper ea iudicio, aut decreto reiectionis, ad vlteriora procedit, quia tunc cauſa propoſita habet totam ſuam vim ſuſpendendi iuriſdictionem ipſius *Iudicis*, ex eo quod, iuxtà leges, *Iudex* eà audita debet, vel à cauſa principali abſtinere, vel *Arbitros* decernere. Nec eſt par ratio de friuola, quæ adhuc non explicitè reiecta, tamen non reddit proceſſum nullum, & de cauſa legitima, aut dubia; quia illa de iure non habet vllam vim inficiendi iuriſdictionem *Iudicis*, ſicut habent cauſa legitima, aut dubia, proindè iſtæ non reiectæ, vt præfertur, vitiant, illa verò non ſuſpendit iuriſdictionem *Iudicis*.

127. Nec facit ad propoſitum reſponſio *Paſſerini (e)* dicentis, quod Recuſatio prohibet quidem ne *Iudex* ad vlteriora procedat, ſed eius iuriſdictionem non ſuſpendit. Quia *Iudex* in tantùm validè procedit, & iuriſdictionem habet, in quantùm ſibi conceditur a iure, maximè ſi eſt *Iudex Ordinarius*, qui talis eſt, quia iuriſdictionem habet à lege, vel Statuto, vt dicit *Bartolus*, & *Baldus*: *(f)* ſi ergo lex prohibet, ne procedat in tali caſu, lex eadem ſibi adimit iuriſdictionem procedendi, & ità parificantur in hoc, quod *lex prohibeat*, & quod *iuriſdictio ſuſpendatur*, ſiue hoc eſt effectus eius. Sicut ergo, ſuſpenſa iuriſdictione, *Iudex* nulliter agit, ità etiam nulliter agit, ſi agere à lege prohibetur. Porrò *Capitulum* illud, *(g)* quod allegatur à *Paſſerino* ad probandum, quod, ad reddendum proceſſum ipſo iure nullum, non ſufficit recuſatio *Iudicis*, ſed requiritur *Appellatio* eſt contrà illum, non pro illo. *Gloſſa* enim ibi *(h)* habet. *Nota quod poteſt à Iudice ſuſpecto recedi per Appellationem, vel etiam per Recuſationē. Et quidquid ſit, poſt Recuſationem æquè cauſatur, ſicut fieret poſt Appellationem*. Et huic *Gloſſæ* facta Additio dicit, ex *Patre Canoniſtarum Innocentio*. *Nos non credimus, quod à Iudice Ordinario, vel Delegato poſſit appellari ex ea cauſa, quia ſuſpectus eſt, cum tunc habeatur certum medium Recuſationis*, & hoc idem discertè habet alia *Gloſſa*. *(i) Sufficit proteſtari ſuſpicionem, & quidquid poſt ipſam proteſtationem fit, non tenet ſicut ſi poſt Appellationem eſſet factam*. Pariter alia *Gloſſa (l)* habet *citationem eſſe nullam, interpoſita euidenti Recuſatione*. Primus autem actus iuriſdictionis, quo *Iudex* explicat ipſam, maximè ſi eſt *Delegatus*, eſt citatio, vt aliàs dictum eſt, ergo ſi nulla eſt citatio poſt Recuſationem, nullus pariter erit quiuis alius actus. Et re vera aut Recuſatio aliquid debet operari independēter ab Appellatione, aut non: ſi non, ergo erit futilis, & nulliter inuenta, & inutiliter in iure præſcripta, quod non eſt dicendum, cum in tot famoſis *Canonibus* non perfunctoriè, ſed ex inſtituto, præcipiatur. Ergo aliquid, & ſic aliud non erit niſi ſuſpenſio iuriſdictionis in *Iudice*, ad quam ineuitabiliter ſequitur actuum nullitas; Et effectus Recuſationis, ex ſe ſola independenter ab Appellatione annullantis acta, patet ex hoc, quod proceſſus factus à *Iudice*, etiam inimico notorio, valet, niſi à *Reo* opponatur exceptio inimicitiæ, vt notum eſt; ſi autem opponatur inimicitia notoria, eſt ipſo iure nullus, etiam poſt concluſum in cauſa; ergo eadem exceptio oppoſita in Recuſatione, vel antè litem conteſtatam, vel poſt, debet reddere nullos omnes actus *Iudicis* abſque Appellatione. Et re vera illi, qui dicunt Appellationem requiri cum Recuſatione ad annullandos actus *Iudicis*, ponunt *Iudicem* iniquum in tuto, vt poſſit iuxtà inimicitiam, quam habet contrà *Reum*, agere, nec *Reo* locus ſit ſe defendendi. Quia ponamus, quod ex diffamatione *Reus* ſciat *Iudicem* veniſſe ad Conuentum, in quo manet *Reus*, ad ipſum proceſſandum, *Reus* autem cōpareat coram illo, & ipſum recuſet ex cauſa legitima; palam eſt, quod *Reo* nulla adhuc competit Appellatio; ſuper quo enim appellabit, ſi Appellatio non introducta eſt à iure, niſi in remedium grauaminis illati, vt dicunt *Canoniſtæ*, *(m)* & *Iudex* adhuc in nullo grauauit? Pariter quid faciet Appellatio, ſi tunc etiam ſimul cum Recuſatione fiat conditionatè ſuper futuro grauamine, ſcilicet ſi contingat *Iudicem* Recuſationem non admittere? Nihil penitùs: quia Appellatio tali modo conditionatè interpoſita, nihil operatur, vt ex *Præpoſito*, *Farinacio*, & *Fermoſino* docet *Paſſerinus*. *(n)* Ergo, ſi talis Recuſatio ex ſe non valeret interpoſita antè litis conteſtationem, neque valeret, ſi ipſi copularetur Appellatio; & ità nihil operaretur ad annullandos actus futuros, nec ex ſe ſola, nec ſimul cum Appellatione, & ità *Iudex* poſſet ſuum proceſſum inſtituere, & Teſtes extraiudicialiter inſtruere, & in iudicio contrà *Reum* examinare; ità vt ex pro-

proceſſu nullum appareret grauamen, & ſic pro libito nocere, quæ omnia abſurdà ſunt. Inſuper ſecundùm *Abbatem (o)* ex ſola propoſitione Recuſationis Inficitur adeò *Iudicis* iuriſdictio, vt etiam committere non poſſit cauſam, ſine conſenſu Recuſatoris, nec procedere In principali, niſi diſcutiatur articulus Recuſationis; vt probat ibi *Abbas* ex multis iuribus. *(p)* Ergo actus procedentes ex iuriſdictione infecta erunt ipſo iure nulli. Ergo de primo ad vltimum patet, quod propoſita Recuſatione ex cauſa legitima, ſiue dubia, quam *Iudex* non reiecerit, ſi ipſe procedit ad vlteriora, proceſſus eſt ipſo iure nullus.

128. Si autem cauſa recuſationis legitima, aut dubia reiecta fuerit à *Iudice*, & *Reus* appellauerit, & non obſtante Appellatione *Iudex* procedat, proceſſus pariter erit nullus ipſo iure, ità *Baldus*, & alij. *(q)* Ratio autem eſſe poteſt, quia, per Appellationem interpoſitam, iterum ſuſpenſa eſt *Iudicis* iuriſdictio, quam ipſe ſanauerat ex reiectione Appellationis, & proindè dum procedit ex iuriſdictione ſuſpenſa, attentat, & nulliter facit.

Si verò Recuſationis cauſa eſt notoriè legitima, & euidens tum ex iure, tum ex facto, & *Iudex* ipſam reijciat, licet *Reus* non appellet, tamen proceſſus erit nullus; ità docent multi *Doctores* ex quadam *Decretali*: *(r)* & ratio eſt, quia cum cauſa Recuſationis notoria ſupponatur, ità vt nulla poſſit tergiuerſatione celari, reiectio Recuſationis nulla eſt, & proindè per eam non potuit ſanari iuriſdictio *Iudicis*, quæ ex Recuſatione fuit ſuſpenſa.

Si autem Recuſationis cauſa dubia fuerit, & *Reus* non appellauerit à decreto reiectionis, ſi *Iudex* procedat, proceſſus non erit ipſo iure nullus, ſed annullandus venit à *Iudice ad quem* (ſi appellatio interponatur à diffinitiua) vel ab *Arbitris* electis ad cognoſcendum de iuſtitia Recuſationis. Si enim iudicabunt ſuſtineri cauſam, proceſſus per ipſorum ſententiam eſt annullandus; ſi non ſuſtineri, proceſſus erit validus, & ità tenent *Doctores*. *(s)* Ratio autem eſt, quia reiectio ipſius Recuſationis ſanauit iuriſdictionem in *Iudice* vulneratam à Recuſatione facta, & cum reiectio ipſa non ſit notoriè iniuſta, ſuſtinetur, donec per ſententiam, prout in iure, decidatur.

Si tandem Recuſatio ſit ex cauſa notoriè friuola, ſiue à *Iudice* per decretum reijciatur, ſiue non; & à *Reo* ſuper reiectione appelletur, ſiue non; proceſſus erit ſemper validus, & in hoc omnes *Doctores* conueniunt, prout etiam expreſſum habemus in *Textu* ſuprà.

Quoad praxim autem, vt ſecuriùs procedatur, conſulo, vt *Reus* poſt Recuſationem, ſi *Iudex* illam reijcit, ſemper interponat Appellationem. Nec eſt vndè poſſit timere *Reus*, quod *Iudex*, ipſo inſcio, poſt Recuſationem procedere poſſit. Siquidem *Iudex* contrà Recuſatorem procedere non poteſt, niſi priùs illum citet, vt dixit *Rota*. *(t)* Quandò ergo ipſum citabit, appellet, & proteſtetur de nullitate; & ità, cumulata Recuſatione, & Appellatione, ligat manus *Iudici*, quo minùs ampliùs procedere poſſit validè, priuſquam cauſa Recuſationis plenè fuerit diſcuſſa.

X. Quæritur. An in crimine notorio poſſit Iudex recuſari, vt ſuſpectus.

SVMMARIVM.

129. *In delicto notorio actus tranſeuntis Iudex ſuſpectus poteſt recuſari.*

In notorio facti permanentis, pro quo pœna eſt Iudici arbitraria, poteſt iſte recuſari.

In notorio facti permanentis, cui pœna eſt taxata à iure, non datur Recuſatio.

129. RESpondeo, quod ex *Textu* habemus, quod ſuper delicto *notoriè* coram miſſo, quod nulla poſſit tergiuerſatione celari, non admittitur *Appellatio*, ſed ſi admittenda ſit *Recuſatio*, necne, non loquitur *Textus*. Dico ergo, quod dupliciter diſtinguenda eſt quæſtio. Vel enim loquimur de *notorio facti tranſeuntis*, vt exempli gratia, quod aliquis coram Fratribus in Refectorio congregatis, alium pugno percuſſerit; vel de *Notorio facti permanentis*, vt quod aliquis, dimiſſo habitu, apoſtatauerit à Religione, & adhuc in habitu ſæculari, inter ſæculares commoretur, hoc ſciente tota vicinia. Pariter vel loquimur de delicto, cuius punitio eſt *Iudici* arbitraria, ità vt pro eo poſſit pœnam ſibi benè viſam iniungere, vt eſt in extraordinarijs delictis; vel loquimur

mur de delicto, cui à lege taxata eſt pœna, quam non poteſt *Iudex* iuſtè tranſgredi, vel excedere. Si loquamur de delicto *notorio actus tranſeuntis*, dico, quod poteſt recuſari *Iudex*, vt ſuſpectus. Ratio eſt, quia vt habet vna *Gloſſa*,(u) & patet etiam argumento cuiuſdam *Capituli* (x) in *notorijs* facti tranſeuntis requiruntur probationes, ad probandam notorietatem, vndè *Iudex* ſuſpectus poſſet in illis recipiendis partem grauare, & hinc meritò poteſt recuſari ſuſpectus.

Si verò delictum ſit *notorium facti permanentis*, cuius punitio ſit *Iudici* arbitraria, etiam poteſt fieri *Recuſatio*; & ratio eſt, quia poteſt grauare in arbitrando pœnam. Et hæc fuit ſententia *Antonij de Butrio*, (z) quam dicit fuiſſe *Archidiaconi*. (a) Sed *Abbas* (b) dicit fuiſſe originaliter *Hoſtienſis*, quem ſecutus eſt *Io: Andrea*, (c) & *Sebaſtianus Sapia*. (d) Quod autem poſſit appellari, & ex conſequenti etiam recuſari *Iudex*, qui poteſt in pœna arbitrari, vltrà *Gloſſam*, (e) probat *Bartolus* ſupra quadam lege. (f)

Si verò fuerit notorium facti permanentis, cui in lege reperitur determinata pœna, quam non poteſt *Iudex* excedere, & *Reum* grauare, tunc non eſt locus Recuſationi, & hoc patet manifeſtè ex *Textu*.(g)

XI. Quæritur. An proceſſus inceptus à Iudice recuſato ſit validus.

SVMMARIVM.

130. *Acta Iudicis Recuſati geſta ante Recuſationem ſunt valida.*
Sed ad Rei petitionem debent annullari.

131. *Recuſato Notario, ad Rei petitionem, ſunt annullandæ illius ſcripturæ.*
Similiter annullandum Iudicium Periti.

130. RESpondeo, quod cum *Iudex* antè Recuſationẽ non habeat impedimentum ſuæ iuriſdictionis, acta per eum ſunt legitima, & debent ſuſtineri, nihil enim adhuc interuenit, per quod eorum valor labefactetur; Vndè geſta per *Iudicem* recuſatum, antè recuſationem, tenere decidit *Rota Romana*. (b) Tamen ſi *Arbitri* ſententient validam fuiſſe Recuſationem *Iudicis*, & *Reus* petat annullari acta *Iudicis* recuſati debent annullari, nec viſitatio corporis delicti, Teſtium depoſitiones, & alia ab ipſo geſta, poſſunt ad aliquid inſeruire alteri *Iudici*, niſi tanquam notitiæ extraiudiciales; ſed ipſe debet ex integro nouum proceſſum cudere, ac ſi alius minimè cœptus eſſet. Ratio eſt euidentiſſima. Siquidem, vt plurimùm, proceſſus incipiuntur, & Teſtes ſecretò examinantur, *Reo* de tali proceſſu minimè informato; & proindè non potuit, antè acta à *Iudice*, ipſum præuenire, & recuſare. Pariter *Iudex* ſuſpectus plus poteſt grauare in fabricando proceſſu, inſtruendo Teſtes, depoſitiones aut truncando, aut extendendo vltrà illorum dicta; corpus delicti deſcribendo, quàm inferenda ſententia; quia in hoc dependet à conſilio *Diffinitorum*, qui *Iudicem* poſſunt compeſcere ne grauet; ſed in illo ſolus, & ad proprium dictamen operatur. Si ergo ob præſumptionem grauaminis inferendi valet *Iudicis* ſuſpecti Recuſatio reſpectu actuum futurorum, ità valere debet noua *Recuſatio* facta à *Reo* circa acta præterita ipſius *Iudicis*, quia militat eadem præſumptio, quod potuerit grauare, & fortè grauauerit in illis actitandis. Et ſicut per *Recuſationem Iudicis* tollitur omnis vigor ipſius iuriſdictioni, ne quid contrà *Reum* poſſit; ità noua *Recuſatio* actuum illius, quæ ſunt *Reo* ſuſpecta, vtpotè procedentia ab origine ſibi pariter ſuſpecta, auferre debet illis totum eorum valorem, per quem poſſet *Reus* grauari; & ità annullari debent à *Iudice ad quem*.

131. Et hæc ratio quadrat etiam pro recuſatione *Notarij*, & *Periti*, quandoquidem ambo potnerunt nocere *Reo*, ille in non ſcribendo fideliter, aut falſificando Teſtium dicta, vel alias ſcripturas; ille autem aggrauando iudicium circà corpus delicti. Si ergo *Reus* recuſet *Notarium*, vt ſuſpectum, ex cauſa legitima, ſeu etiam dubia, & iuret ſuper eius veritate, ad illam probandam, vt dictum eſt; *Iudex* tenetur remouere *Notarium*; & ſi *Reus* iterum recuſet, & proteſtetur illius ſcripturas tanquam ſibi ſuſpectas de vitio, per quod ipſe ſit grauatus; tenetur *Iudex* illas habere pro nullis, & noua acta aggredi, & per *Notarium* non ſuſpectum deſcribi facere de nouo; ſicut & iudicium *Periti* pari modo reſcindere, & nouum iudicium à *Perito* non ſuſpecto procurare.

XII. Quæ-

XII. Quæritur. An appellatio à ſuſpenſione Guardianatus, ſeu alterius Superioritatis, ipſam ſententiam ſuſpendat.

SVMMARIVM.

132. *Suſpenſio duplex, nempè Cenſura, & pœna.*
Vt Cenſura alia eſt ab Officio, alia à Beneficio.
Suſpenſio à Prælatura, eſt pœna.
133. *Suſpenſio, vt Cenſura currit eodem modo cum Excommunicatione.*
A ſuſpenſione, vt pœna datur Appellatio quoad vtrumque eſſectum.
Cenſura medicinalis eſt.
Ratio quare detur Appellatio à Suſpenſione, vt pœna, & non vt Cenſura.
A Depoſitione datur Appellatio.

132. RESpondeo affirmatiuè, & ratio eſt, quia *Suſpenſio* alia eſt, quæ eſt *Eccleſiaſtica Cenſura, qua perſona Eccleſiaſtica impeditur vti iure aliquo, vel poteſtate Eccleſiaſtica*, vt dicunt *Canoniſtæ*, & *Theologi* communiter, *(i)* & diuiditur in *Suſpenſionem ab Officio*, & à *Beneficio*, ſeu totalem, & partialem. Alia verò eſt *pœna*, & induit naturam priuationis inchoatæ, & hæc non poteſt appellari Cenſura, *(l)* *Suſpenſio* autem à Guardianatu, vel alia Superioritate, non eſt Cenſura, ſed pœna, quia vt optimè dicit *Sanctorus*, *(m)* licet Officia Religionis *Eccleſiaſtica* ſint, quatenùs in perſonis Fratrum, qui Clerici ſunt, reperiuntur, & adminiſtrationem ſpiritualem in Subditos habent, & materia *Suſpenſionis*, vt Cenſuræ, eſſe poſſint; tamen *Suſpenſio*, quam incurrunt *Prælati* & Officiales delinquentes, reſpicit, vt plurimum, Officia quatenùs ſunt ciuiles adminiſtrationes. Vndè videmus, quod Officiales, ità ſuſpenſi ab Officio, omnia alia munera Ordinis exequuntur, excepta ſola adminiſtratione ciuili, vt *Superiores*, ſeù *Patres familias* ſunt.

133. *Suſpenſio* ergo, vt Cenſura eſt, pari paſſu ambulat cum *Excommunicatione*, & Interdicto, vt ait *Abbas*, *(n)* & ſicut *Appellatione* non ſuſpenditur Excommunicatio, vt dictum eſt paulò ſuprà, ità neque ſuſpenditur ſententia *Suſpenſionis*, vt Cenſura eſt. Si verò ſuſpenſio feratur, vt pœna tantùm; vt fit in Religione, vt plurimum, (& poſſe ità fieri, probatur ab *Innocentio*) *(o)* ſuſpenditur per *Appellationem* ſequentem, vt optimè dicit *Abbas*. *(p)* Et ratio eſt, quia Cenſuræ ſunt medicinales, & feruntur principaliter ad corrigendum, vndè antequam ferantur, præmittenda eſt monitio, vt dicitur in *iure*. *(q)* Vndè nè prætextu friuolæ *Appellationis* impediretur correctio, fuit introducta illa ſpecialitas, quod ſcilicet *Appellatio* interpoſita eas minimè ſuſpendat. Et ideò ſententia illius *Suſpenſionis*, quæ Cenſura eſt, per *Appellationem* non ſuſpenditur. Vt autem *Suſpenſio* Cenſura non eſt, ſed pura pœna, non poteſt dici medicina; & ad eam ferendam non requiritur, quod præcedat monitio; & proindè *Appellatio* interpoſita benè ipſam ſuſpendit. Et huic ſimile eſt, quod, vt notat *Abbas*, ibidem ex quadam *Gloſſa*, *(r)* Appellatio à Depoſitione ſuſpendit Depoſitionem, licet hæc ſit perpetua remotio ab Altaris miniſterio, & proindè in ſe includat *Suſpenſionem*: & tamen *Appellatio* non ſuſpendit ſententiam *Suſpenſionis*, quia hæc datur in medicinam, & illa in pœnam. Vndè concludendum eſt, quod ſi aliquis interlocutoriè, ſiue iudicialiter, ſiue extraiudicialiter ſuſpendatur à Guardianatu, ſiue alia Superioritate, & iſte appellet, Appellatio vtrumque effectum, ſuſpenſiuum nempè, & deuolutiuum, ſortiri debet.

Citationes Tituli præcedentis.

Pag.96.col.2.

(a) *cap.Canon.3.Diſt.Iſidor.lib.6.Ethimol. cap. Regula.ea.Diſt.*
(b) *Gloſ.in cit.cap.Canon.3.Diſt.*
(c) *cap.Si quis.25.quæſt.2.*
(d) *l.2.ff.Ad S.C.Velleian*
(e) *Pratei.Lexic.iur.verb,Dogma.*
(f) *Inſtit.de Mandat.Vide.Spiegel.Pratei.& Caluin, in Lexic.iur.*

Pag.97.col.1.

(g) *l.Nequicquam.§.Vbi.ff.de Offic.Proconſ.*
(h) *Spiegell.Lexic.verb.Decretum.*

(l) *Sa-*

(i) *l.Sacra loca.§.Propriè.ff.de Diuiſ. rer. l.Sanctis. ff.de Pœn.*

(l) *l.Præfecti.ff.de Minor.*

(m) *cap.Placuit.2.quæſt.6.*

(c) *Paſſerin.Trib.Regul.quæſt.32.num.3.*

Pag.97.col.2.

(o) *Pratei.Lexic.iur.*

(p) *l.1.ff.de Re iudic.*

(q) *Speculat.Tit.de Recuſ.par.1.§.1.*

(r) *DD.in l.Apertiſſimi. C.de Iudic.cap.Suſpicionis de Off.Deleg.cap. Secundò requiris . cap. Cum de ſpeciali. de Appell. cap.Quod ſuſpecti . 3. quæſt.5.*

(s) *Scacc.de Appell.quæſt.16. limit.1. num.8. Farinac.Fragm.crimin.litt.I.verb. Index. à n.685. apud Bict.quæſt.6.num.57.*

(t) *Menoch. de Arbitr. Iud. quæſt. 70. num.23. & ſeqq.*

(u) *Paul.deCaſtr.conſ.89.verſ.Quiatus autem lib.1.*

(x) *Sforz.Odd.apud Farinac.quæſt.113. num.62. & 63.cit.à Bict.quæſt.110.num.21.*

Pag.98.col.1.

(z) *l.Litigatores.ff.de Arbitr.*

(a) *Tuſc.litt.R.Concl.64.num.5.*

(b) *Pariſ.conſ.31. num. 89. lib.1. Carant.ſup.Rit. Mag.Cur.265. num.2.*

(c) *Farinac.Fragm.crim.litt.I.num.919.*

Pag.98.col.2.

(d) *cap.Placuit.2. q.6.cap.Siquis.il 2.de For.comp. cap.Ad hæc de Appell.cap.Cum ſpeciali. iunct. Gloſ.in verb. Cum Iudice , & in verb. de Recuſatione.eo.tit.cap.Index de Off.Delegat. in 6. l.Nemo. C. de Iur ſd.omn. Iud. l.Apertiſſimi. C.de Iudic.*

(e) *cap.Cum ſpeciali de Appell.*

(f) *Paſſerin.Trib.Regul. quæſt. 3.art. 1. & 4. per tot.*

(g) *cap.Quod ſuſpecti.3.quæſt.5.*

(h) *cap.Secundò requiris. de Appell.*

(i) *l.Apertiſſimi.C.de Iudic.*

(l) *Clement.Paſtoralis.de Sent.& re iudicat.*

(m) *Turrecrem.in cap.Quod ſuſpecti.num.6. Can. 3.quæſt.5.*

(n) *Peyrin. de Subd.quæſt.1.cap.19. verſ.Reſpondeo adhuc.in fin.*

Pag.100.col.1.

(o) *cap.Cum ſpeciali.de Appell.cap.Secundò requiris. §. final. eo. tit. cap. Legitima. de Appell. in 6.*

(p) *Specul. lib.1. tit. de Recuſat. §. 4. Marcheſ. de Commiſ.par.2.cap.3.§.1.num.23.Pax Iordan. lib.13.tit.4.num.122.*

(q) *Paſſerin.Trib.Regul.quæſt.3.num.81.*

(r) *Scialoia.Tract.de For.compet. cap.9. num.145. Abb.in cap.Secundò requiris. num.17. de Appellat.*

Pag.100.col.2.

(s) *Paſſerin.Trib.Regul.quæſt.3.num.93.*

(t) *Nauar. Manual. cap. 7. Bann. Caietan. Valent. Præpoſit.apud Buſemba.de Integr.Confeſſ.*

(u) *cap.Nicolao.de Appell.cap.Statutum. de Reſcr. lib.6.*

(x) *Abb.in cap.Secundò requiris.num.16. de Appell.*

Pag.101.col.1.

(z) *Gloſ.in cap. Quoniam. in verb. Recuſatione. de Probat.vbi Barboſ.cum alys num. 26. l. Apertiſsimi.C.de Iudic.iunct. gloſ.in verb. Libello. l.final.eo.tit.& lib.*

(a) *Turrecremat. in cap. Quod ſuſpecti. num. 4. in fin.3.quæſt.5.*

(b) *Abb.in cap.final.num. 12. de Eo qui mi. in poſſ. cap.Honoratus.73.Diſt.cap.Quiſquis.4.qu.5. Gloſ. in cap. Querela. de Procurat. Bart. & gloſ.in l.Si finita.§.Iulianus.ff.de Damn.inf.*

(c) *l.Quod ait.§.final.ff.Ad leg.Iul.de Adult.*

Pag.101.col.2.

(d) *l.Sciend.ff.de Ædilit.edict.l.1. iunct. gloſ. C. de Emend.Seru.*

(e) *Spiegel.Lexic.verb.Incontinenti.*

(f) *Hoſtien.Summ.tit.de Recuſat. §. Qualiter recuſatio.*

(g) *Paſſerin.Trib.Reg. quæſt.3. num. 83. Speculat. lib.1.tit.de Recuſat.§.5.num.32. Pax Iordan. lib.13.tit.4.num.128.*

(h) *Pratei.Lexic.iur.verb.Publicè .*

(i) *Ferrar.Maran.Franc.Card.Alex.Surd. Scacc.de Appell.quæſt.6. num.20. & 23.quos dat Bict. quæſt.148.num.3.*

Pag.102.col.1.

(l) *Miſinger. Gramm. Marſil. Veſtr. apud Guazzin. Deſen.36.cap.1.verſ.Et poteſt.*

Pag.102.col.2.

(m) *Geminian.Conſil.75.num.2.3. & 4.apud Tuſc. litt.P.concl.964.num.1.*

(n) *Abb.in cap.Cognoſcentes.num.11.in fin.de Conſtit.*

Pag.103. col.1.

(o) *Guazzin.Deſen.1. cap.19. num. 92. apud Bict. quæſt.6.num.23.*

(p) *Bertazz.conſ.8.num.5.lib.1. Guazzin. Deſen.1. cap.19.num.87.apud Bict.loc.cit.num.22.*

(q) *Carauit.Franc.Maran. Guazzin. quos dat Bict. loc.cit.*

(r) *cap.Ex tenore . Extra. Qui fil.ſint legit. Abb. in cap.Referente num.5.eo. tit.*

(s) *Abb.in cap.Inter Monaſterium. num.3. de Sent. & re iudicat.& in cap. Cum veniſſet. de Teſt. & ibi DD.communiter .*

(t) *cap.Gratum.de Off.Deleg.cap.Si à Iudice.de Appell.in 6.cap.3.de Eo,qui mitt.in poſſ.cap.Cum veniſſet.de Teſt.*

Pag.103.col.2.

(u) *Bict.quæſt.6.num.26.*

(x) *l. Quiſquis. C.de Poſtul.*

(z) *cap.In loco. 5.quæſt.4.*

(a) *Guazzin. Deſen.14.cap.2.num.5.& 6.apud Paſſerin.Trib.Regul.quæſt.9..num.108.*

Pag.104.col.1.

(b) *Abb.in cap.Cum ſpeciali.num.7.de Appell.*

(c) *Rota deciſ.284.num.4.par.2.Recentior.& deciſ. 20.num.27.par.6.apud Paſſerin.Trib. Reg.q.3. num.86.*

Pag.104.col.2.

(d) *cap.Cum ſpeciali. Extrà de Appell.*

(e) *Gloſ.in cap. Cum ſpeciali. in verb. de Recuſatoris. de Appell.*
(f) *Abb.in d.cap.Cum ſpeciali.num.11.de Appell.*
(g) *Abb.loc.cit.num.13.& ſeqq.*
(h) *d.cap.Cum ſpeciali. Extra de Appell.*
(l) *Gloſ.in cap.Secundò requirit. vbi Abb.in Addit. num.12.de Appell. Speculat.tit. de Recuſat. §. Effectus.verſ.Sed nunquid.*

Pag. 105.col.1.

(m) *cap.Secundò requiris.§.Conſultationi.vbi Abb. in Addit.num.7.de Appell.*
(n) *Sgroi Lux Prælat.par.5.cap.1.num.25.*
(o) *Paſſerin.Trib.Regul.quæſt.3.num.150.*

Pag. 105.col.2.

(p) *Text.in cap. Suſpicionis. Extra de Off.Iud. Delegat.*
(q) *cap.Cum ſpeciali . Extra de Appell.*

Pag.106.col.1.

(r) *Gloſ.in d.cap.Cum ſpeciali.in verb.Tertium.Extra de Appell.*
(s) *Gloſ.in cap.Suſpicionis. in verb. Ad quos. verſ. Sed quid dices.de Offic.Iud.Delegat.*

Pag.106.col.2.

(t) *Paſſerin.Trib.Regul.quæſt.3.num.51.& ſeqq.*
(u) *Rota deciſ.563. num.1. par.1. diuerſ. & deciſ. 197.coram Seraph. & in Hiſpalen. primitiar. 31. Maij 1617. coram Pamphilio. Beltram.ad deciſ.327.Gregor.XV.num.15.*

Pag.107.col.2.

(x) *Gloſ.in cap.Poſt appellationem. §.Appellatione, in verb.Interpoſita 2.quæſt.6.*
(z) *d.cap. Poſt Appellationem . §. Appellatione. 2. quæſt.6.*
(a) *Concil.Trident.ſeſſ.13.de Reform.cap.1. & ſeſſ. 24.eo.tit.cap.20.*
(b) *Sac.Congr. apud Barboſ. Collect. in Concil. ſeſſ. 13.cap.1.num.13.de Refor.*
(c) *Quaranta Summ.Bullar.verb.Archiep. auctoritas. verſ. Primo quero.Ricc.Prax. deciſ. 105. vel 405,Piaſec. Prax. Epiſcop. par.2. cap.4. num.98.*
(d) *l.Ante ſententiam. ff.de Appellat.*

Pag.108.col.1.

(e) *Surd.deciſ.39.num.14 & 15. Gratian. Diſcept. For.cap.14.num.12.& 13.& cap.77. num.9. Hieron.Roderic.reſol.10.num.36.*
(f) *Barboſ.Collect.in Concil. ſeſſ. 24.de Refor. cap. 20.num.38.*
(g) *Barboſ.loc.cit num.21.& ſeqq.*
(h) *Salgad.de Reg.protect.tom.1.par.2. cap.1, num. 141.cum Bald.Maſcard.Tuſc.Surd. Ricc. Gratian.Scacc.*
(i) *Salgad.loc.cit.num.138.*
(l) *Salgad.ibid.num.151.*
(m) *Salgad.cum alijs pluribus.ibi.num.138.*
(n) *Salgad.loc.cit.num.118.cum Scacc. & Alexand. Trentac.*
(o) *Reg.Luſitan.lib.3.tit.69.§.1.& lib.5.tit.122.§. 3. Hippolit.in l.1.num.34.ff.de Quæſtion.Clar. Azeued.Ricc.Zeroln, Scaccia , Narbona , Salgad.apud Barboſ. Collect. in Trident. ſeſſ. 24. cap.20.num.30.de Reform.*

(p) *Barboſ.loc.cit.num.31.*
(q) *Barboſ.ibid.num.32.*
(r) *Gam.Luſitan.deciſ.139.num.1.apud Barboſ.loc. cit.num.33.*
(s) *Duenn.Azeued.Ricc.Salgad.apud Barboſ.loc.cit. num.35.*

Pag.108.col.2.

(t) *Tridentin.ſeſſ.24.de Reform.cap.20.*
(u) *Narbon.l.52.Gloſ 1.num.179. Modern.de Suppl.ad Sanctiſſ.par.2.cap.5.§.2.num.10.& cap. 23.num 26.*
(x) *Barboſ.Collect.in Concil.Trid. ſeſſ.24. cap.20. num.20.& 38.de Ref.*
(z) *Gloſ.in cap. Quod ad.de Sent.& re iudic.text.in cap.Vt debitus de Appell.*
(a) *Abb in cap.Peruenit.de Appell.num.7.*

Pag.109.col.2.

(b) *Gloſſ.in cap. Is, cui.§.Sanè.in verb. Sequentem. de Sent Excom.in 6.*
(c) *Text.in d.cap.Is, cui. de Sent. Excom.lib.6.*
(d) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.7.num.2.*
(e) *Gregor.XIII. Quoniam noſtro.8. April. 1575. in Stat.Gen.Ord.cap.7.§ 8.in fin.*

Pag.110.col.1.

(f) *cap.Dilecti.il 3.de Appell. & ibi Gloſ. in verb. Poſt huiuſmodi.cap.Romana.eo.tit.*
(g) *Bict. quæſt. 151.num. 2. & 9. & ibi Archidiac. Bart.Hoſtien.Innocent. & Scacc.*
(h) *Abb.in cap.Dilecti. n num.7. ad 15.il 3.de Appell.*
(i) *cap.Ad Romanum.2.q.6.*
(l) *l.Imperatores.ff de Appell.& rat.*

Pag.110. col.2.

(m) *cap.Odia.de Reg.iur.in 6.*
(n) *Geminian.in cap. Eum, qui, §. Inſuper de Præben.*
(o) *l.29.§.1.ff.de Libera. cau.*
(p) *Pratei.Lexic.verb.Temerarius litigator.*
(q) *Gloſſ.in cap. Concertationi. verb. Grauatum. de Appell.in 6.*
(r) *cap.Non ſolum . cap. Concertationi. de Appell in 6.*
(s) *l. Addictos.iunct.gloſ.§.final.C.de Epiſc.audie.*

Pag.111.col.1.

(t) *Gloſs.in d.cap.Non ſolum.in verb. Infra decendium de Appell.in 6. & in cap. Concertationi. in verb.Sciuerit.eo.lib.& tit.*
(u) *cap. Quod ad.Extra de Sent.& re iudic.*

Pag.111.col.2.

(z) *Rot.deciſ.4.alias 54.de Reſtit. ſpoliat.in antiq.*
(z) *Farinac.Fragm.crimin.litt.A.num. 236. Guazzin.Defen.36.cap.1. num.5. Scacc. de Appell. quæſt.12.num 145. apud Bict.quæſt.148.nu.9.*
(a) *Philipp.de Bict.quæſt.148.num.10.*
(b) *Bict.loc.cit.num.16.*
(c) *Guazzin.Defen.36.cap.1.verſ.Et poteſt.*

Pag.112.col.2.

(d) *Gloſs.in cap.Cordi nobis. in verb. Petat.de Appell.in 6.*
(e) *Gloſs.notab.in Clement.Quamuis.eo.tit.*
(f) *l.Vnic. ff. de Dimiſs. libell.l. 106. ff. de Verb. ſign.*

Pag.

Pag.113.col.1.

(g) *Speculat.par.4.tit.de Appellat. §.Seqaltur.*
(h) *Gloſſ.notab.in Clement.1.de Appell.*
(i) *Clement. Quamuis vigor.de Appell.*
(l) *Gloſſ.in citat.Clement.verb.Vno coatextu.*
(m) *Gloſſ.in cap.Ab eo.de Appell ia 6.*
(n) *Text.in d.cap.Ab eo de Appell.in 6.*
(o) *Clement. Quamuis. de Appell.d.cap.Ab ea eod. tit.in 6.*

Pag.113.col.2.

(p) *Specal.par.4.tit.de Appell.§.Sequitur. Gloſ. in d.cap.Ab eo.ia verb.Inſtanter.*
(q) *Scacc.de Appell.q.13. anm. 26. Rata decif. 46. aliàs 351.de Appell.in aaniſ.*
(r) *Franc. Geminian.apud Scacc.loc.cit. num.42.*
(s) *d.Gloſſ.in cap. Ab eo. in verb. Inſtanter. de Appell.in 6.*
(t) *l.Eos, qai.§.final.C.de Appell.& conſult.*
(u) *Aachar.Franc.Gemiata. apud Scacc. de Appell. quaſt.13.num.27.*
(x) *Gloſ.aotab.in cap.Ab eo.de Appell.in 6. cap. Vt ſuper.iunct.gloſ.eo.tit.& lib.*
(z) *Gloſſ.notab.in cap. Cum appellatianibus. de Appell.in 6.*

Pag.114.col.1.

(a) *cap. Prateread 2. vbi Abb. num. 11. Extra de Appell.*
(b) *Sanch.lib.3.coaſ.cap.vu.aum.246. Anton.à Sp. Sanct.Direct. Regul. par. 2. tract. 3. diſput.6. num.816.*

Pag.114.col.2.

(c) *Gregar XIII. Quoniam noſtro. 8.April.1575. apud Stat.Gen.Ord.cap.7.poſt§.9.*
(d) *Portell.Addit.ad Dub.Regul.V.Appelbare. num. 3. Souſa in Bull.Cœn.cap.15.Diſp.78.num.2. Del Ben. de Immun.Ecc.Tom.2.cap.9.Dub.6. Sect.1.num.23.*
(e) *Aaton. à Sp.Sanct.Direct.Regul.Par.2.Tract.3. Diſp.6.num.776.*
(f) *Emman. à M. Olinet. Pract.Regul.Par.2.art.7. nam.495.*
(g) *Antoa. à Sp.Sanct.loc.cit.num.777.*

Pag.115.col.1.

(h) *Innoceat.in cap. Paſtoralis. §.Praterea. de Off. Delegat.Abb. in cap.Ad audientiam. num.11. & ibi, Franc.n.2. de Appell.*
(i) *Franc. in cap. Conſtitutus. num. 19. de Appell. Scacc eo.tit.quaſt.10.num.4.apud Bict. Quaſt. 148.num.24.*
(l) *Lancellot.Veſtr. apud Scacc.de Appell.quaſt.13. num.42.quas dat Bict.d.quaſt.148.num.29.*
(m) *Bict.loc.cit. à num.30.*
(n) *cap. Si à Iudice.§. Niſi ad hoc.de Appell. in 6.*
(o) *cap. In litteris. cap. Venerabilis. de Off. Deleg. l.Iudex.ff. de Re iudicat.*

Pag.116.col.1.

(p) *cap. Cum appellatioaibus.§. Si vero.de Appell. in 6.*
(q) *cap. Vt debitus. cap.Romana §. Cum autem. de Appell.in 6.*
(r) *Gloſſ. in cap.Cum appellationibus. in figur. caſ. verſ. Sed quid. de Appell. in 6.*
(s) *Abb. in cap. De priore.num.2.Extra.de Appell.*

Pag.118.col.1.

(g) *cap. Vt debitas. vbi. Abb. num. 1. Extra de Appel.*
(h) *Innocent. in cap.Paſtoralis.§.Praterea. da Offic. Iud. delegat. Ia. Andr. in cap. Si à Iudice de Appell. in 6.Abb.in cap. Vt debitus. aum. 30. Extra eo.tit.*

Pag.118.col.2.

(i) *cap. Reprehenſibilis.cap.Ad noſtram cap. Cum ſpeciali. de Appell.*
(l) *Caſtropal.Tom.3.Tract.16.Diſp.4.P.15.n.3.*
(m) *Anton. à Sp.Sanct. Direct.Regul.Par.2. Tract. 3. Diſp.6.num.791.*

Pag.119.col.2.

(n) *Speculat. Par.4. Tit. de Adpell. §. Nunc dicamus. verſ.1. Abb. in cap.Vt Debitus. num.27. ea.tit.*

Pag.119.col.1.

(o) *Gloſſ.in l. Item apud Labeon.§. Ait Prator.in V. Notabiliter.ff. de Iniur. & fam. lib.*
(p) *Abb. in cap. Da Priore.num.2. de Appell.*

Pag.119.col.2.

(q) *cap. Ad noſtram. cap.Cum ſpeciali.de Appell.*
(r) *Stat. Gen. Ord. cap.7.§. 7.*

Pag.120.col.1.

(s) *cap. Vt debitus. & ibi Inaoc.Hoſt.Butr.& Abb. De Appell. Sanctor. de Pœa. cap. 26. quaſt.5. verſ. Altera difficultas.*
(t) *Abb. in cap. De Priore in Addit. num. 7. De Appell.*
(u) *cap. Decreto. 2. qaaſt. 6.*
(x) *Gloſſ. ia d. cap. De Priare. in V. Exceſſa. de Appell.*

Pag.120.col.2.

(z) *Sanctor. de Pœn.cap.26.quaſt.5.verſ. Sed hic eſt difficaltas.*
(a) *Gloſſ. ia cap.Sacro. De Sent. excom. & in cap. Cum ſpeciali.§.Porro. De Appell. Boer.Deciſ. 259. Viai. Commun.apin.414. Clar.quaſt.94.*
(b) *l.final. C. de Offic.Vicar.l.1.ff. Ne vis fiat ei.*

Pag.121.col.1.

(c) *cap. Cum olim.iunct.gloſ. de Sent.& re iudic. & ibi Felin.num.11.verſ. Non eſt citandus. & in cap. Eccleſia Sancta Maria. verſ. Tertio limita. de Conſtit. cap. Ex inſinuatione. de Appell.circ. fin.*
(d) *cap.1. de Homicid. in 6. vbi Hoſtien.*

Pag.121.col.2.

(e) *Tit. Accaſatio. §.4.*
(f) *Sanctor. de Pœn.cap.26.Quaſt.5.verſ. Reſpondea ſecundo.*

Pag.122.col.1.

(g) *Barboſ.Collect. in Concil. Seſſ.25.cap.4.num.9. de Regular.*
(h) *Trident. Seſſ.25. de Regul. cap.4.*
(i) *Nauar. ia cap. Non. dicatis. a.61.Cau.12.q.1.*
(l) *Gloſſ. in cap. Cum paſtoris.2.q.7. Roderic.Tom. 1. Quaſt.30.art.17.*
(m) *Cap. Dilecti.52. de Appell.*
(n) *Sanctor. Comment. cap. 3. Stat. 22. verſ. Prima eſt.*

Pag.122.col.2.

(o) *Hieron. Roderic. Reſol.11.num.18.*

(p) *D.Thom.2.2. Quaſt.69.art.4.ad 2. Sot.lib.5. de Iuſt & iur. Quaſt.6.art.4.Vaſq.1.2.Diſp. 174.cap.2.num.10.Leſſ.cap.3.Dub.5.lib.2.Lezan.Summ.verb.Apoſtata.n.6.*

(q) *Sanctor.de Pœn.cap.9. Quaſt. 2.verſ. Sed quæ ſint cauſæ.*

Pag.124.col.1.

(r) *Clar. Quaſt.9.num. 2. Menoch. de Arbitr. Iud. Caſ. 166.n. 1. & 4.*

Pag.124.col.2.

(s) *Dec. in cap. Cum ſpeciali. §. Porrò. num. 2. de Appell.Iaſon.in l. Si verò §. Qui pro rei.num. 8.ff. Qui ſatiſd.cogn.Tuſc.litt.N. Concl.107. per tot.*

(t) *Bartol. in l. Ciues. C. de Appell. vbi Bald. & Paul. de Caſtr. Abb. in cap. Veſtra. de Cohab. Cler. & mul.*

(u) *Salycet.in l. Ea quidem. C. de Accuſat.*

(x) *Bald. in l. Si verò §. Qui pro rei. ff. Qui ſatiſd.coga.Farinac.quaſt.21.num.47.in fin.*

(z) *Bald. in l.Ciues & incaln.C. de Appell.*

(a) *Abb.in cap. Ad noſtram. il 3.num.7.de Iureiur.*

(b) *Clar.Quaſt.7.num.6. Abb.in cap. Veſtra. num. 17.de Cabab.Cler. & mal. Gemin.in cap. 1.de Off.Deleg. in 6.Salycet. in d.l. Ea quidem num. 82 C.de Accuſ.Boncr.Singul.incip.Natorium. num.6.Gomez.de Delict.num.44.*

(c) *Butr. de Natorio.art.4.num.35. Capra.eo.Tit. Memb.4.num.35.Scacc. de Iudic. cap.76.num. 8.Baſſ.Tract.crimin. Tit.de Denunciat.n.5.*

(d) *Paſſerin.in cap.Hac conſtitutione. Quaſt. vnic. num.200. de Off.Iud.delegat. in 6.*

Pag.125.col.1.

(e) *cap. Peruenit. de Teſt. cap. Ad noſtram.il 3. de Iureiur.cap.Conſuluit. de Appell.cap. Manifeſta. de Reſtit.ſpoliat.*

(f) *d.cap. Ad noſtram.il 3. de Iureiur. iunct. gloſ. verb. Obſeruandas.*

(g) *Paſſerin.in cap.final. quaſt. vnic. num.188. de Off.Delegat.in 6.*

(h) *cap. Pudenda.24.q.1.cap.Eorum qui.2.q.3.cap. Præſentium.17.q. 4.Speculat. in Rubr.de Not. crim. n.10. Maſcard. Concl.1103.n.27. apud Monet.de Conſeru.cap.8.n.58.*

(i) *Butr. Tract. de Nator. num.40. art.4. Innoc. in cap.1. de Off. Deleg. in 6.iunct. gloſ. in verb, Conſeruatores;*

(l) *Paſſerin. in d.cap.final.q.vnic.num.205.& 209. de Off.Deleg.in 6.*

(m) *Farinac. Quaſt. 21. num. 104. Felin. in cap. Cum contingat. de Reſcr.*

Pag.125.col.2.

(n) *Paſſerin.loc.ſup.cit.num.207.*

(o) *Abb. Conſ.100.n.3.lib.p. Monet. de Conſeruat. cap. 8. num. 79. Barboſ. de Off. Epiſc. Alleg. 106.num.18. Tambur. de Iur. Abbat.Tom.3. Diſp. 17. quaſt.2.num.19.*

(p) *Paſſerin. in d.cap.final. Quaſt.vnic.num.212.in fin. de Off. Iud. Delegat.in 6.*

(q) *cap. Cum ſit.cap.Conſuluit. de Appell. Abb.in c.Ex inſinuatione. in fin.eò.tit.e.1. Can. poſſ.& propr. Menoch.de Arbitr.l.1.Quaſt.17.n.15. apud Monet. loc.cit.de Conſeruator. c.8.n.23.*

(r) *Butr. Tract. de Nator. Art. 4. num.17. Capra. ca.tit. Memb.4. num.19. apud Monet. loc. cit. num. 29.*

(s) *Sanctor.de Pœn.cap.1. Quaſt.4.verſ. Aduertendum tertiò.*

Pag.126.col.2.

(t) *Archidiac. in cap. 1. de Off. Deleg. in 6. Butr. Tract.de Notor.Art.4.num.15.apud Paſſerin. in cap.final.n.199. de Offic.Iud.deleg.in 6.*

(u) *Tit. Forma conſtituendi Reum. §. 7. in Formular.*

(x) *Bald.in l.Si vero.§. Qui pro Rei.ff. Qui ſatis. cogan.*

Pag.127.col.1.

(z) *Gloſſ. in Clement.Appellanti. in verb.Alius cauſus. de Appell.*

(a) *Alex.in l.2.col.6.ff. Si quis in ius.Iaſon. in l. Si verò §. Qui patri.ff. Qui ſatiſd.coga. Felin.in cap. Cum omnem.de Reſcr.& in cap.1. num.9. de Sent. & re iud. Monetu de Conſeru. cap. 8. num.72.apud Paſſerin.in cap.final.n.210. de Off. Deleg.in 6.*

(b) *Innocent.in cap. Ex parte. ib.1. de Verb. ſignif. Dominic. Singular. 324. Dec.in cap.Cum ſpeciali.§.Porrò.de Appell.*

(c) *cap. Romana. §. Si autem.de Appell. in 6.*

(d) *Farinac.Quaſt. 21.num.126.*

(e) *cap. Propoſuit. vbi Abb.num.5.24.de Appellat.*

Pag.127.col.2.

(f) *Paſſerin. in cap. Hac Conſtitutione. quaſt. vnic. num 124. de Off.Iud.deleg.in 6.*

(g) *Gloſſ.in cap.Romana.§. Si autem. in V. Mandetur.vbi Monach.num.13. de Appell. Franc. in cap. cum ſpeciali §. Porrò num.13.eo.tit.*

Pag.128.col.1.

(h) *Speculat.Tit.de Recuſat. verſ. Hac etiam nota. Abb.Conſ.100. num.7. lib.1. Lancellot.de Attentat.cap.12.limit.9 num.13.*

Pag.128.col.2.

(i) *Stat.Gen.Ord.cap.12.§.23.num.3.*

Pag.129.col.1.

(l) *L.Obſeruare.C. Quorum Appell. non recip.*

(m) *Bict.Quaſt.147.num.18.*

(n) *Abb.in cap. Cum ſpeciali.§. Porrò. num.5. de Appell.vbi Bald. Butr.Dec. Franc. Hoſt. quos ſequitur Baſſ.de Appell.num.27.*

(o) *Scacc. de Appell. quaſt.17. limit.4.nu.15.verſ. Declara nunc.*

(p) *cap. Quod ad conſultationem de. Sent. & re iudic.cap.Cum in Eccl.de Appell.*

(q) *Innoc. in cap.Paſtoralis §. Præterea. de Off.Deleg Speculat. Tit. de Execut. ſent.§. Nunc dicendum.verſ. Sed numquid.*

Pag.129.col.2.

(r) *Abb.in cap. Cum ſpeciali §. Porrò.num.6. & 7. de Appell.*

(s) *cap. Nouit.vbi DD. de Appell. Innoc.Butr. & Hoſtien.in cap. Cum ſpeciali eo. tit. Farinac. Quaſt.101.num.100.*

(t) *Bart.*

(t) Bart. in l. Eius qui Delatorem. ff. de Iur. fiſc. Felin. in cap. Cum non, verſ. Vtrum autem de Iudic.
(u) L. de ætate. §. Qui tacnit ff. de Inter. action.
(x) cap. Si poſt. de Confeſ. in 6.
(z) Boſſ. Tit. de Bannit. n. 4. Clar. Quaſt. 44. verſ. Quæro nunc. Bill. Quaſt. 147. num. 11.

Pag. 130. col. 1.

(a) Rota Deciſ. 16. aliàs 364. in fin. de Dol. & contumac. in non. Bill. quaſt. 147. num. 11.
(b) Bart. in l. Vnic. ff. Si quis infd. vbi Gloſſ. in §. final.
(c) Abb. in cap. Veniens. num. 7. de Accuſ.
(d) cap. Venienſ. Extra de Accuſat.
(e) Sanctor. de Pœn. cap. 1. verſ. Cum hac tamen. fol. 36.
(f) Boſſ. Tit. de Mulct. num. 8. Menoch. de Arbitr. lib. 2. Caſ. 280. Alex. Iaſon. apud Farinac. Quaſt. 18. num. 31.
(g) Sanctor. de Pœn. cap. 27. quaſt. 4. verſ. quarta ſententia.

Pag. 130. col. 2.

(h) cap. Sua nobis. de Appell. l. vnic. C. Ne lice in vn. & ea. Marſili in l. Extra. ff. de Iuriſd. & in l. vnic. C. de Rapt. virg.
(i) Abb. in cap. Sua nobis. num. 7. de Appell.
(l) cap. Vt debitus. de Appell.
(m) Speculat. Par. 6. Rubr. de Appell. num. 147. Gemin. in cap. Cardi eo. tit. in 6. Abb. in cap. Cum in Eccl. extra ea. tit. Bald. in l. Minoribus. C. de His quib. vt ind. apud Sanctor. de Pœn. cap. 26. quaſt. 4. verſ. Sexta ſi adppellatia.
(n) cap. Si à Iudica. iunct. Gloſſ. de Appell. in 6.

Pag. 131. col. 1.

(o) l. Scio. ff. de Appell. l. 2. C. eo. tit. Gloſſ. in cap. Cum in Eccleſia. eo. tit. Abb. in cap. Vt debitur. num. 2. eo. tit. & ibi Sebaſtianus Sapia. in Addit.
(p) Tit. Quid. §. final.

Pag. 131. col. 2.

(q) Trident. Seſſ. 13. cap. 1. de Reform.
(r) Berti Pract. crim. Tit. 27. cap. 4. Sac. Cong. Concil. apud Quarant. verſ. Archiepiſcopi auctoritas in Addit. n. 20. Franc. de Appell. in cap. Super eo, 2. not. 2. Rebuff. in Concord. Tit. friuol. Appell.
(s) Felin. in Rubric. de Sent. & re iudic. Hoſt. in Summ. Tit. eo. num. 2. Abb. in cap. Sua nobis. nu. 2. & in cap. Peruenit. de Appell.

Pag. 131. col. 1.

(t) Paſſerin. in cap. Si is eus. De Off. Iud. deleg. in 6.

Pag. 133. col. 2.

(u) Stat. Gen. Ord. cap. 7. §. 6. num. 32.
(x) Cong. Gen. Roman. 1603. Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 585.

Pag. 133. col. 2.

(z) Tuſc. litt. D. Concl. 274.
(a) Sanctor. de Pœn. cap. 1. verſ. Nato etiam non eſſe. fol. 13.
(b) l. Et hoc Tiberius ff. de Hæred. inſt. Bald. in l. Eſt receptum. ff. de Iuriſd. omn. Iud. Innoc. in cap. Ex parte. de Verb. ſign.
(c) Gloſſ. in l. Apertiſſimi. C. de Iudic. & in cap. Quoties. 2. q. 6. Bart. & Alexand. in l. Quia poterat. ff. Ad S.C. Trebell
(d) Sanctar. de Pœn. cap. 1. verſ. Cauſas vrgentes. fol. 14.
(e) Tit. Quales. §. 3.

Pag. 134. col. 1.

(f) D. Thom. 2. 2. Quaſt. 108. art. 2. Paſſerin. Trib. Regul. Quaſt. 2. num. 2.
(g) Bald. in l. 1. C. de Seru. fugit.
(h) l. Cum ratio ff. de Port. quæ lib. damn. conced.

Pag. 134. col. 2.

(i) Bald. in cap. Ad noſtram. de Prob. Franc. in cap. Poſtremo. in fin. de Appell. Marant. Par. 6. n. 37. & 97. Iaſon. in l. Apertiſſi. C. de Iudic. Pax Iordan. lib. 13. Tit. 4. num. 111. apud Paſſerin. Trib. Regul. Quaſt. 3. num. 133.
(l) cap. Ignorantia 38. Diſt.
(m) cap. Sciendum. 29. Diſt.
(n) cap. final. de Iniur. & damn. D. Antonin. Par. 2. Tit. 3. cap. 6. §. 4. Sayr. Clau. Reg. lib. 12. cap. 13. Nauar. in cap. Inter. verba. 11. q. 3. Concl. 1. n. 18. D. Thom. 1. 2. quaſt. 76. art. 2.
(o) Sanctar. de Pœn. cap. 1. verſ. Super quo obiter. fol. 10.
(p) Statut. Vallifolet. 1593. cap. 8. Tit. de Diffinitor. Prouinc. Orb. Seraph. Tom. 4. fol. 504.

Pag. 135. col. 1.

(q) Sanch. lib. 1. in Decal. cap. 9. Molfeſ. Tract. 8. cap. 9. n. 93. & 94. apud Sanctar. de Pœn. cap. 1. verſ. Respondea non condemn. fol. 12.
(r) l. vnic. C. Vt quæ deſ. Aduocat.
(s) Stat. Gen. Ord. cap. 8. §. 43. n. 14.
(t) Valiſolet. 1593. cap. 8. Tit. de Diffinit. Prouinc. verſ. Et quia. Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 504.

Pag. 135. col. 2.

(u) Sanct. de Pœn. cap. 1. verſ. Reſpondeo non condemnarem. fol. 11.
(x) Gloſſ. in cap. Non eſt putanda. in verb. Prius. 1. quaſt. 1.

Pag. 136. col. 1.

(z) cap. Non eſt putanda. 1. q. 1
(a) Sanctar. de Pœn. d. cap. 1. verſ. Nec credendum fol. 13.
(b) Capitul. Gen. Tolet. 1682. Tit. Pro Vltram. Familia. num. 64. Orb. Seraph. Tom. 4. fol. 260.

Pag. 136. col. 1.

(c) cap. final. 24. q. 2. Pratei. lexic. verb. Probati.

Pag. 137. col. 1.

(d) cap. Suggeſtum. de Appell. cap. Ad Romanam. 2. q. 6. text. & gloſ. in cap. Vt debitus. de Appell. Abb. in cap. Conſuluit. num. 4. vbi citat. Innocent. Hoſt. & Io. Andr. ea. tit.

Pag. 137. col. 2.

(e) Abb. in cap. Dilecti filij. num. 6. de Dilat.
(f) cap. Quod ſuſpecti. 3. q. 5. Villagut. Pract. crim. Tit. de Accuſ. Concl 16,
(g) cap. Inſinuante. de Off. Deleg. Gloſ. in cap. Sciſcitatus, verſ. Infamem de Reſcr.
(h) Conarru. Pract. Quaſt. cap. 26. num. 1.
(i) Scacc. de Appell. cap. 11. num. 52. Farinac. Fragment. litt. I. num. 879. apud Paſſerin. Trib. Regul. Quaſt. 3. num. 138.

(l) Scia.

(l) *Scialoia de For.comp.cap.9.num.127. Fermoſin. in cap. Si quis de For. compet. q.18.n.4. apud Paſſerin.l.cit.num.139.*

Pag.138.col.1.

(m) *cap. Cum ſit.cap. Perſonas. de Appell. cap. Ex ratione.eo.tit.*

(n) *cap. Ad aures.iunct gloſſ.de Appell.*

(o) *cap. Ex inſinuatione. de Appell. Franc. in cap. Perſonas.eo.tit.Berti Prax. crim. Tit.27.cap. 4.num.6.*

(p) *Sanctor.de Pæn.cap.26. Quæſt.2.verſ. Eſt igitur ſeruandum.in fin.fol.337.*

Pag.138.col.2.

(q) *Paſſerin.Trib.Regular. Quæſt.32.num.13.*

(r) *cap. Cum ſpeciali.de Appell.*

(s) *Marcheſ. de Commiſ. Part.2. cap.8.§. 2.num.8. Pariſ.Conſ.30.num.111. Franc.in cap. Poſtremo. de Appell.*

(t) *Hoſtien.in cap. Cum ſpeciali. num. final. de Appell.vbi Io.Andr.num.18. Butr. & Bellamer. num.14.*

(u) *Sanch.lib.6.in Decal.cap.8.in fin.Palao Tom.3. Tract.16.Diſp.4. p.16. num.11.Lug. de Iuſt. diſp.37.Sect.14. Lezan.cap.9.n.8. Bill.quæſt. 6.n.8.apud.Sgroi.Part.4.cap.11.num.44.*

Pag.139.col.1.

(x) *cap. Quod ſuſpecti. 3.q.5. cap.Secundo requirit. de Appell.Clementin. Paſtoralis. de Sent.& re ind,Turrecrem.ad d.cap.Quod ſuſpecti.nu.6.*

(z) *Felin.in cap. Cum.inter. num.9.de Except. Fermoſin. in cap. Si quiſ. quæſt. 1. num. 3. de For. comp.apud Paſſerin. Trib.Regul.Quæſt.3.art. 1.num.8.*

(a) *Trident. Seſſ.25.de Regul.cap.4.*

Pag.139.col.2.

(b) *Barboſ.Collect.in Concil.Seſſ.25. de Regul.cap. 4.num 9.& ſeqq.*

(c) *Paſſerin.Trib.Regul. Quæſt.3.Art.4.n.73.*

(d *Peyrin.de Subdit. Quæſt.1.cap.19.verſ. Reſpondeo adhuc. in fin.*

(e) *Clement. Paſtoralis.in fin.de Sent. & re ind. Innoc.in cap. Quæ. in Eccl.num,3.de Conſtit.*

Pag.140.col.1.

(f) *Mogal. Pract.Canon.cap.4.num.23.verſ. Aduerte autem .*

(g) *Paſqualig.Decif.348.*

(h) *Paſſerin.Trib.Regul. Quæſt.5.Art.2.à num.22.*

(i) *cap.Qualiter,& quando,il 2.cap.Olim de Accuſ. cap. Per tuas de Simon. cap. Ea quæ de Stat. Monach.*

(l) *Tit.Quum.§.3.*

Pag.141.col.1.

(m) *Tit.Canones.§.1.*

Pag.141.col.2.

(n) *Hugo de Dyna in Expoſit. Regul. S.Franc. ſub init.*

(o) *cap. Exijt. de verb.ſignif. in6. Clement. Exiui. eo.tit.*

Pag.142.col.1.

(p) *Stat.Gen.Ord.cap.5.§.3.& Stat. Reform. cap.3. num.34.*

(q) *cap.Ad noſtram.de Appell.*

(r) *cap. Reprehenſibilis.§. Nec.cap.Cum ſpeciali.§. Cæterum.de Appell.*

(s) *Abb.in d.cap.Ad noſtram.in princip.de Appell.*

(t) *Abb.in Rubr.de Appell.num.1.*

(u) *Gloſſ. in d.cap.Ad noſtram. in verb.Minùs. de Appell.*

Pag.142.col.2.

(x) *cap.Super quæſtion.de Offic. Deleg.cap. De priore. iunct. gloſſ. in verb. Contempſit. de Appell. Gloſſ. in cap. Ad noſtram. in verb. Minus. vbi Innocent.Tancred.Vincent.& Abb.num.7. de Appell.*

(z) *Stat.Reform. cap.3. num.5.*

Pag.143.col.2.

(a) *Concil.Trident.Seſſ.13.de Reform.cap.1.*

Pag.144.col.1.

(b) *Stat.Valliſolet.Tit.de locali Capitulo.verſ.Illud vero.Orb.Seraph.Tom.3.pag.511.col.2.*

(c) *Caietan.in 2.2.quæſt.72.art.2.in corp.*

Pag.144.col.2.

(d) *Sot. de Iuſt.& iur. Quæſt.9. art.2.*

(e) *Nauar.in cap.Inter verba.Concl.6. à nu.17.apud Peyrin.de Prælat. Quæſt.2.cap.3.§.16. n.149.*

(f) *Abb.in cap.Ad noſtram.num.1. de Appell.*

(g) *cap.Eſto.iunct. gloſſ.in verb. Quaſi Clericos.95. Diſt.*

Pag.145.col.1.

(h) *Gloſſ.in cap De Priore.in figurat. caſ. Extrà de Appell.*

Pag.146.col.2.

(i) *Tit.Canones.§.9.*

Pag.148.col.2.

(l) *Concil.Trident.Seſſ.24.cap.10.de Reform.*

(m) *cap.1.de Cenſ.in 6.*

(n) *Garc.de Benef.Par.3.cap.2.num.198.Salzed.de Protoct.Reg. Par. 2.cap.15.n.63. Barboſ. Collect.in Trident.Seſſ.24.cap.10.num.11.Donat. Prax. Regul. Par.2. Tom.p. Tract.10. Quæſt. 37. Fagnan in cap. Conquerente de Off. Ordin. num.37.*

Pag.149.col.1.

(o) *Quarant.Summ.Bullar.verb. Archiepiſcopi auctoritas.fol.m.68.*

(p) *Barbos. de Off. & poſt. Epi. Par.3. Allegat. 73. num.8.*

(q) *Genuen. Prax. Archiep. cap.18. n.5.Campanil. Diuerſ.iur. canon. Rubr.12.cap.13.n.51. Barboſ.l.cit. Allegat.74. num.22. Donat. Tom.p. Par.2.Tract.13. Quæſt.69.num.1.*

(r) *cap.Dilecto.de Sent.Excom.in 6.*

(s) *Trident.Seſſ.25.cap.1. de Regul.*

(t) *Clement.Attendentes.de Stat.Monach.*

(u) *Theſaur.For.Eccl.Par.2.cap.2.num.77.*

Pag.149.col.2.

(x) *Summiſt.verb.Suſpenſio.Nauar.Manual.cap.27. num.151.Auila deCenſur.Par.3.Diſp.1.dub.1. Henriq. lib.12. cap.3. num.2.Coninch. Tom.2. Diſp.15.dub.1.Sayr.lib.4.Theſaur.cap.1.*

(z) *Paul. Layman.lib.p.Tract.4.de Suſpenſ.cap.3. in princip.*

(a) *Abb.in cap.Reprehenſibilis.num.4.de Appell.*

(b) *cap.Ex litteris. Extra. de Teſt.*

Pag.

Pag.150.col.1.

(c) Sanctor.de Pœn.cap.1. quæſt.3. verſ. Quatenùs autem.fol.20.

(d) l.1.ff.de Capit.dimin.

(e) Deuteronom.cap.25.

(f) Sanctor.de Pœn.cap. 1. quæſt. 3. verſ. Reſpondeo affirmatiuè.

(g) Sanctor.loc.cit.verſ.Reſpondeo ſecundò.

Pag.150.col.2.

(h) Tit.Sententia.§.4.

(i) l. Deſertorem, §. Si ad diem.ff.de Re milit. l. Vnius.§.Cognituram.ff.de Quæſt.l.Defenſionis. C.de Iur.fiſc.cap. Qualiter, & quando, il 2. de Accuſ.cap. Cum inter. de Except.Clement. Paſtoralis.de Sent.& re iud.

Pag.151.col.2.

(l) D.Thom.2.2.quæſt.104.art.5.D.Bonauent.in 2. diſt.44. art. 3. quæſt. 2. Mayron.Syluest.Sanch. Vaſquez.Mirand apud Sanctor.de Pœn. cap.1. quæſt.3.verſ.Reſpondeo ſecundò.

(m) Paul Layman.de Iuſt.& iur.lib.4. Tract.4.cap. 9.num.5.

(n) Trident. Seſſ. 13. de Reform.cap.1.

(o) Lancellott.de Attentat.limit.18.in princip.num. 6.Ruginel.de Appell.§. 2.cap.3.num.46. Marcheſ.de Commiſſ. par. 1. cap. 6. num.78.apud Ricc.Prax.Reſol.7.num.1.& ſeqq.Barboſ.Coll. in Conc. Seſſ. 13. cap,1. de Refor.num.5.

Pag.152.col.1.

(p) Stephan. Vueyms. ad Conſtit. 24. innouat. per Trident. Conſt. 17. num.15. quem dat Barboſ. loc.citat.

(q) Saar. de Pas. Quaranta. Nauar. Ricc. Piaſec. apud Barboſ.loc.cit.num.9.

(r) Stat.Gen.Ord.cap.7.§.7.num.1.

Pag.152.col.2.

(s) cap.Dilecto. de Sent.Excom.in 6.

(t) Innocent.in cap.Venerabilis.num.4.de Cenſ.& in cap.1.verſ.Item alia ratione. vbi Abb. num.5. de Immun. Eccl. Fuſc. de Viſit.lib.2. cap.19. num.1.Tambur.de Iur. Abbatis. Diſp.17.qu.3. num.4.Genuen.Prax.cap. 18. apud Barboſ. de Offic.& & pot. Epiſc.par.3.Alleg.74.num. 22.

(u) cap.Statuimus.iunct. gloſſ. in verb. Contra eum. de Maled. Abb. in cap. 1. de Off. Ord.Menoch. Marta Roderic.& alij. apud Barboſ. Coll. in Concil.ſeſſ.24.cap.8, num.6.

(x) Calderin.conſ.95.nu.4.aliàs 1. de Treug.& Pac. Farinac.quæſt.98. num.98.apud Bich. qu.157. num.12.Bellegrand. Tract.11.quæſt.12.nu.4.

(z) Tuſc.litt. B. Concl. 125.num.4. Paſſerin.Trib. Regul.quæſt.31.num.2.in fin.

(a) Trident.ſeſſ.24.cap.8.de Refor.

Pag.153.col 1.

(b) Felin. in cap. Significaſti. de Off. Ordin. Oldrad. conſ.89.in fin.Federic.de Sen.conſ.251.in fin.

(c) Ancharan.in cap.Poſtulaſti.de Homicid.

(d) Federic. de Sen. conſ. 251. num. 4.verſ. Item dato.

(e) Suar.de Cenſur.diſp.2.ſect.4.Graff.in Appendic. ad deciſ.lib.3.dè Monit.neceſſ. cap.1. num 24. & 25.Genuen.Prax.cap.18 num.5.Campanil. diuerſ.iur.Can.Rubr.12.cap.13.num.53.Vulp. Prax.cap.1.num.10.

(f) cap. Sacro. de Sent. Excom.cap.Nonne de Præſumpt.l.Cum Prætor.ff.de Iudic.

(g) Innoc.in cap.1.num.3.de Immunit. Eccl.Abb. in cap.Venerabili.num. 3. de Cenſ. Felin. in cap. Cum ſit.num.16.de Appell. Couarr.in cap. Alma mater.par.2.§.9.num.6.Sayr.de Cenſ.lib.1. cap.2.num.20.Dian.par.5. Tract.9. Reſol. 18. Peyrin.Addit.ad Conſtit.Sixt.IV.num.7. apud Donat.tom.1.par.2.tract.13. quæſt.69. num.4. 7.& ſeqq.

(h) cap.Sacro.cap.Contingit. cap. Romana. de Sent. Excom.

Pag.153.col.2.

(i) cap.Dilecto. de Sent.Excom.

(l) Chartar. deciſ.69. num. 6. Alphonſ. de Leon. de Cenſur.Recoll.6.num.213.apud Donat.loc.cit. num.8.

(m) Stat.Gen.Ord.cap.2.§.8.num.28.Stat.Gen. Reform.cap. 2.delli Apoſt.num.21.

Pag.154.col.1.

(n) P.Corint.cap.6.verſ.12.

(o) Iob cap.4.verſ.18.

Pag.154.col.2.

(p) D.Leo Papa Serm.de Ieiun.ſept.menſ.

Pag.155.col.2.

(q) Stat.Gen.Ord.cap.8.§.56.& Stat. Gen. Reform. cap.8.num.2.

Pag.156.col.1.

(r) Capit.Aquilan.1559.num.6.Orb.Seraph.Tom.3. fol.348.

(s) Trident.ſeſſ.25.de Regul.cap.8.

(t) Sanctor.Commentar.cap. 8.Statut.58. verſ. Primum eſt.

(u) Conc.Trident.ſeſſ.25.de Regul.cap.20.

(x) Gregor.XIII.Quoniam noſtro. 8.April. 1575. in Stat.Ord.cap.7.§.8.

Pag.156.col.2.

(z) Roderic.Tom.1.quæſt.55.art.4.in fin.

Pag.157.col.1.

(a) l.In prouinciali. §.Si in publico. ff. de Oper.non. nunc. l.Nam Reip.ff.eo.tit.

(b) Peyrin.de Subd.quæſt.1.cap.18.§.1.per tot.

(c) Sanctor.Comment.cap.8.Statut.68. verſ. Primo certum.

(d) Hoſtien.Summ.de Offic.Archid. §.Quod ſit.verſ. Sed dices.

(e) Franc. de Pauin. Bacul. Paſtor. cap. 20. per tot.

(f) Gloſſ.in Clement.1. §. Quia vero. in verb. Curia.de Stat.Monach.

(g) cap.Conquerente. de Off. Ord. cap. Epiſcopum. cap.Placuit.10.q.1.

(h) cap. Regenda. 10. quæſt. 1. cap. Non ſemel.28. quæſt.2.cap.Cum venerabilis. de Cenſ.cap.Excommunicamus. §. Dicimus.de Hæret.

Pag.157.col.2.

(i) cap.Mandamus. de Off. Archid. cap. Non ſemel. cap.Sicut.de Conſe. Diſt.1.

(l) Gloſ.

(l) *Gloſſ. in cap. Cum venerabilis. in verb. Bis in anno. de Ceaſ.& in cap.Coaqucrente. in Verb. Annuum. de Off.Ord.& in Clment. 2.de Stat. Monach. in verb. Annis. Henric. ia cap. Cum Apoſtolus. de Cenſ.Marian. Tract.de Viſit.Diaz Regul.787 apud Ia. B. Nicola. Reg. iar.Tom.2 fol.463.*

(m) *l.Nam Reip.l.Ia Prouinciali.§.Si in publico.ff. de Oper.noa.*

(n) *l.1 ff.de Off Præfect.vigil.*

(o) *Trident.ſeſſ.25.de Regul.cap.8.*

(p) *Authent. de Defenſ.eius.ia fin.*

(q) *Proem.Decretal.§.Sanè.*

(r) *l.Nam & hit.ff de Inoff.teſt.l.Et ſinc. ff. de Minor.*

(s) *P.Petr.cap.5.verſ.8.*

(t) *Iob.cap.1.verſ.12.*

(u) *Iob.cap.10.verſ.12.*

Pag.158.col.2.

(x) *Regul.Minor.cap.10.*

(z) *Statut. Salmantic. 1553. cap. 8. Orbis Seraph. Tom.3.*

(a) *cap.Omnis vtriuſque.de Pœnit.& remiſſ.*

Pag.159.col.1.

(b) *cap. Coaqacrente de Offic. Ordin.cap. Viſitandi. 17.quæſt. 2. cap. Maadamus. de Offic. Archidiec.*

(c) *cap. Qaaliter, & quando. il 2. de Accuſat.*

(d) *Sanctor.Comment.cap.8.Statut.68. verſ.Moneo tamen. fol.m.537.*

Pag.159.col.2.

(e) *Concil.Trident.ſeſſ.24.de Reform.cap.3.*

(f) *Scot in 3.Diſt.3.quæſt.vnic.*

Pag.160.col.1.

(g) *Trident ſeſſ.25.cap.1.de Reform.*

(h) *cap. Cum Apoſtolus. cap. Sopiſa. iunct. gloſ. de Ceaſ.*

(i) *Extrauag.vnic.de Cenſ.*

(l) *Statut.Reform.cap.8.*

Pag.160.col.2.

(m) *Stat.Gen.Ord.cap.8.*

(n) *cap. Perpetuò. de Cenſ.in 6.*

(o) *Gloſſ. in cap. Perpetuò. de Cenſ. in 6. ia figur. caſ.*

(p) *Gregor. XIII. Conſtit. Qaoniam noſtro. April. 1575.*

(q) *Sanctor.Commeat.cap.8. Stat.68. verſ. Reſpondeo attendendam. fol.m.537.*

Pag.161.col.1.

(r) *Statut.Benedict.XII.cap.16.Orb. Seraph. Tom. 3.fol.38.col.1.*

(s) *l.Hæc autem. ff. de Serv. præd. vrban. cap. Ex parte. de Conceſſ.præben. Cyn. in l.2. C. Quæ ſit long. temp. Io: Andr. in cap. Ioannes. de Cler.Coniug. Abb.conſ.101. num.7.lib.1.*

Pag.161.col.2.

(t) *3.Reg.cap.18. verſ.17.*

Pag.162.col.1.

(u) *Stat.Gen.Ord.cap.8. §.56.num.5.*

(n) *Orb.Seraph.Tom.4.fol.259.col.1.num.1.*

(z) *Orb.Seraph.Tom.3.fol.519.col.2.*

Pag.162.col.2.

(a) *Statut.Gen.Ord.cap.8.§.11. num.14.*

(c) *cap.Cam. amaes. de Conſtit.l. Digna vox. C. de leg.l.Ex imperfecto. C.de Theſaur.l.1.ff. Quod quiſque iur.cap.Non licet. 12.q.3.*

(c) *Roderic.Tom.1.quæſt.68.art.3.Hieron. Roderic. Compend. Reſol. 90. num. 33. apud Sanctor. Comment.cap.12. Statut. 12. quæſt. 4. fol.m. 681.*

(d) *Stat.Gen.Ord.cap.8.§.11.num.11.*

(e) *Sanctor. Comment. cap.12.Stat.12. verſ.Quæritur quarta.*

(f) *l.Nam quod.§.final.ff.de Pœn.legat. Alex. Conſ. 87.num.3.*

(g) *Taſc.litt.L.concl.269. & litt. P. concluſ. 464. per tot.*

Pag.163.col.1.

(h) *cap.1.cap. Quia propter. de Elect.*

(i) *Paſſeria.de Elect.Canon.cap.3. num.35.*

Pag.163.col.2.

(l) *cap.final. de Cohab. Cler. & mul. cap.Cum dilectas. de Purgat. Canon. cap. de Manifeſta. 2.quæſt.1.*

(m) *Pratei.Lexic.verb.Notorium.*

(n) *Gloſſ in cap Quærelam pœnalt. & ibi Abb.nu.9. de Procur.*

Pag.164.col.2.

(o) *Concil.Trident.ſeſſ.25.cap.1.de Reform.*

(p) *cap.In ſingulis. Extrà de Stat.Monach.*

(q) *Statut.Gen.Ord.cap.8.§.56.num.3.*

(r) *Sanctor.Commeat.cap.8. Statut.67. verſ. An recipi debeat.*

Pag.165.col.1.

(s) *l.Diſputare. C.de Crimin.ſacrileg.*

Pag. 66.col.1.

(t) *cap.licet. de For.compet. Clement. Paſtoralis. §. Piſana. de Sent. & re iud. Gloſſ. in cap. In ſingulis. de Stat.Regul.*

(u) *Abb.in cap.1.num.14.de Iudic.*

(x) *Nauar. Conſ. 3. de Appell. Menoch.de Arbitr. Iud.lib.2.cap.458.apud Betti Prax.crim.tit.3. num.14.& 15.*

(z) *cap.Inſinuante.4.de Off.Delegat.cap. Accedent. il 2. Vt lit.non cont. cap. Poſtremò. de Appellat.*

Pag.166.col.2.

(a) *Gloſſ.in Clement.final.de Procur.& in Clement. Et ſi principales. verb. Per electionem de Reſcript.vbi Cardin. num. 20. Ancharan. num.9. Paſſerin.Trib.Regal.quæſt.3.num.39.*

(b) *Sanctor.Comment.cap.8 Stat.27. quæſt.4. verſ. Reſpondeo ſecundò.*

(c) *Stat.Gen.Ord.cap.8.§.39.num.3.in fin.*

(d) *l.1. & penult. ff. de Adſeſſor. l. Studiorum. l.In Conſiliarijs C.de Adſeſſ.*

Pag.167.col.1.

(e) *l.Præſides.§.Quod ſi quis C.de Adſeſſ.*

(f) *Speculat.Tit. de Offic. Aſſeſſor. §. Officium. Hoſtien.in cap.Decernimus.de Iudic.*

(g) *Abb.*

(g) *Abb. in cap.2.num.13.Extra de Iudic.*
(h) *cap. Peruenit. vbi Gloſſ. in verb. Conſilia. 84. diſt.*
(i) *l. In bonorum.ff.de Bon. poſſ. l.Regula. ff. de Iur. & fact.igno.*

Pag.167.col.2.

(l) *l. Iuriſperitos.ff.de Excuſat.tutor.*
(m) *l. 1. in princip. ff. de Inſpic. ventr. l. Septimo menſe.ff.de Stat.hom.*
(n) *Taſc.Bald.Caualc.apud Guazzin.Defen.1.cap. 19. num. 21. Bict. Quaſt. 6. num. 20. quos dat Paſſerin. Trib. Regul. quaſt. 3. num. 54. 108. & 130.*
(o) *Rota in Roman. elect.Notar.14.Nouemb.1611. coram Vbald. apud Marches.de Commiſ. Par. 2. cap. 8. §.1. Bald. in cap. Super.quaſtionem. num. p. de Offic. Deleg. Franc. in cap. Cum ſpeciali num. 43. de Appell.*

Pag.168.col.1.

(p) *Sanch. de Matr.lib.7. Diſp. 13.num. 8. Fermoſin. quaſt.7. num.8. apud Paſſerin. Trib. Regul. quaſt. 3. num.100.*
(q) *Paſſerin.loc.cit.num. 100.*
(r) *Scialoia de For. compet. cap.9.num. 140. Tondut. Tract. de Prauent. cap. 26. num.10.*
(s) *Abb. in capit. Cum ſpeciali num. 6. Extrà de Appell.*

Pag.168.col.2.

(t) *cap.Suſpicionis §.final. de Offic. Iudic. Delegat.*

Pag.169.col.1.

(u) *cap. Cum ſpeciali. de Appell. cap. Suſpicionis. iunct. gloſ. in verb. Termini. de Offic. Iudic. Delegat.*
(x) *d.cap.Suſpicionis. iunct.gloſ.in verb.Ad quos. de Off.Iud.Delegat.*
(z) *Domin.in cap.Si contra.num.1. Franc. num.2. de Offic.Iud.Delegat.in 6. Hoſtien. in cap. Suſpicionis. num.5.7.8.& 9.Io:Andr. num. 2. 6. & 7.de Off.Delegat.*

Pag.169.col.2.

(a) *Tit.Canones. num.47.*

Pag.170.col.1.

(b) *cap.Venerabilibus. de Sent.Excom.in 6.*
(c) *cap.1.de Cau.poſſ.& propr.cap. Inter.de Maio. & obed.cap.Caueant.cap. Omnia.3.q.9.*
(d) *Abb.in cap.Oblata.num.8.de Appell.*

Pag.170.col.2.

(e) *Gloſſ.in cap.Cum ſpeciali. §. Porrò. in verb. Coram Superiore. de Appell. vbi Abb. num. 8. Hoſt. & Innocen. in cap. de Caetero. de Tranſact.& in cap. In noſtra. de Procurat. Gloſ. in cap. Sacro. in verb. Conſliterit. de Sent. Excomm.*
(f) *l.Si ſuſpecto ff.de Inoff. Teſtam. l. A ſententia. ff. de Appell.Abb.in cap. Cum ſpeciali. §. Porrò. num.6.de Appell.& in cap.Cum ſuper.de Sent. & re iudic.*
(g) *Frederic.de Sen.Conſ.254.*
(h) *Innocent.in cap.penult.de Sent.& re iudic.*

Pag.171.col.2.

(i) *Paſſerin. Trib. Regal. quaſt.3. art. 9. num. 151. & ſeqq.*

(l) *Lancellott.de Attent.cap. 6. num. 41. Franc. in cap.Cum ſpeciali. num.32.Extra de Appell.*
(m) *cap.Suſpicionis. de Off.Deleg. cap. Secundò requiris. cap.Cum ſpeciali. de Appell.*

Pag.172.col.1.

(n) *cap.Iudex.de Off.Deleg.in 6. vbi Domin.nu.12.*
(o) *Thom.Triuiſan.deciſ.151.apud Farinac. Frag. crim.litt.I.num.947.*
(p) *Butr.in cap.Iudex.num.6.de Offic. Deleg.Abb.in cap.Cum ſpeciali.num.12.de Appell.*
(q) *Paſſerin.Trib.Regul.quaſt.3.num.161.*
(r) *cap. Iudex vbi Ancharan. num. 3. Butr. num.4. Domin.num.12. Franc. num.7. Barboſ.num.8. de Off.Deleg.in 6. Hoſtien.in cap. Cum ſpeciali, & in cap.legitima. de Appell. & in Summ. tit.de Recuſ.Iud.Deleg.§. Quis effectus.num.6. Abb.in d.cap.Cum ſpeciali.num.12.*
(s) *cap. Quoties.2.q.6.Bald.in cap. Suſpicionis.n.1. & 4.vbi Imola.num.6.*
(t) *cap. Secundò requiris. de Appell. cap. Suſpicionis.de Off.Delegat.*
(u) *cap.Cum olim.de Off.Deleg.cap. Dilecti.§. Quia verò. de Appell.*
(x) *cap.Super eo.cap.Cum ſpeciali.de Appell.*
(z) *Gloſſ.in cap.Iudex.de Off.Deleg.in 6.*
(a) *Bartol.in l. Quia poterat, ff.ad Trebell.*
(b) *Paſſerin.Trib.Regal.quaſt.3.num.166.*

Pag.172.col.2.

(c) *Innocent.in cap.Cum ſpeciali. num.6.*
(d) *Paſſerin.loc.num.166.*

Pag.173.col.1.

(e) *Paſſerin.loc.cit.num.167.*
(f) *Bart.in l. Ambitioſa. in fin.ff. de Decret.ab Ord. fac.Bald.conſ.40.lib.1.& conſ.364.lib.3.*
(g) *cap. Quotiès Epiſcopi. 2.q.6.*
(h) *Gloſ.in d. cap. Quoties. in verb. Appellent. 2. quaſt.6.*
(i) *Gloſ.in cap. Quod ſuſpecti. in verb. Canonicè. 3.quaſt.5.*
(l) *Gloſ. in cap. Si Epiſcopus. in verb. Conuocari. verſ.Item ſi euidens. 3.q.2.*

Pag.173.col.2.

(m) *Innoc.in cap.Cum ſpeciali.num.1. & 6.de Appell.& ibi Hoſtien. in verb. Recuſationis. Ancharan.num.1. Bellamer.num.1.3. & 5. Butr. n.8. Abb.num.6.Franc.n.6.*
(n) *Paſſerin.Trib.Regul.q.3.n.144.*

Pag.174.col.1.

(o) *Abb.in cap.Cum ſpeciali. num.14.*
(p) *cap.Iudex. cap. legitima. cap. Suſpicionis. cap. Secundò requiris. de Appell.*
(q) *Bald.in d.cap.Cum ſpeciali. n.14. in fin. de Appell.vbi Imola num.19.Dec. num.31. Prapoſ. Mediolan.n. 40.Iacob.de S.Georgio in l.Apertiſſimi.n.16. & 18.C.de Iudic.Bellegr. Tract. 4.quaſt.23.num.2.*
(r) *cap.Iudex.de Off.Deleg.in 6. vbi Domin. nu.12. Franc.num.7.Bald.in cap.Cum ſpeciali.nu.14. de Appell.& ibi Franc. num.47. Alex.de Neuio.num.46.Taſc.litt.S.concl.913.num.17. & 19.& litt.I.concl.42.num.19.*

Pag.174.col.2.

(s) *Io:de Arian.in cap.Suſpicionis. de Off. Delegat. num.5.Paul.de Caſtro in l.Apertiſsimi.num.4. C.de Iudic.& ibi Aretin.num.3.*

(t) *Rota deciſ.345. num. 3. par. 2.Recent.& deciſ. 518.num.7.apud Paſſerin.Trib.Regul. d.quaſt. 3.num.170.*

Pag.175.col.1.

(u) *Gloſs.in cap.Manifeſta. 2.q.1.*

(x) *cap.Sicut. de Sent.& re iudicat.*

Pag.175.col.2.

(z) *Anton.de Butr.in cap.Propoſuit. de Appell.*

(a) *Archidiacon.in cap. Quod ſuſpecti.5.quaſt.5.*

(b) *Abb.in d.cap.Propoſuit.n.6.de Appell.*

(c) *Hoſtien.& Io:Andr.in cap.cum ſpeciali. de Appellat.*

(d) *Sebaſt.Sapia. Add. ad Abb.in d.cap. Propoſuit. num.5.de Appell.*

(e) *Gloſ.in cap.Super his. de Accuſ.*

(f) *Bart.in l.Si qua.ff.de Verb.ſign.*

(g) *cap. Propoſuit, & ibi Abb.num.3. & 6. de Appellat.*

Pag.175.col.1.

(h) *Rota in Toletan. Decimarum. 2. Iunij* 1660. *apud March. de Commiſs. Tom. 2. tit.de Iud. ſuſp.quem dat Sgroi par.5.cap.1.num.41.*

Pag.176.col.1.

(i) *Navar.Manual.cap.27.num.151.Suar.de Cenſur. lib.1.Auila par.3.diſp.1.dub.Sayr.Theſaur.lib. 4.cap.1.Henriq.lib.12.cap.3.num.2. Coninch. tom.2.diſp.15.dub.1.*

(l) *Navar.loc.cit.num.152.Suar.de Cenſur.diſp.25. ſect.1.num.2.*

(m) *SanctOr.de Pan.cap.1. quaſt.3. verſ. Quatenùs verò.*

Pag.176.col.2.

(n) *Abb.in cap.Sapè. num. 16. de Appell.& in cap. Quarenti.num.2.de Verb.ſign.*

(o) *Innocent.in cap.1.de Exceſſ.Pralat.*

(p) *Abb.in d. cap. Sapè contingit. num. 16. de Appellat.*

(q) *cap.1.de Sent.Excomm.in 6.*

(r) *Abb.in d.cap.Sapè. in verb.Sententia. verſ. Sed pone. de Appell.*

TITVLVS

TITVLVS QVARTVS.

Delictorum Diſcrimina.

TEXTVS.

§. I. Cum Iudicis munus delicta punienda, & emendanda reſpiciat, libet delictorum adnotare diſcrimina. Delicta, vel ſunt leuia, vel ſunt grauia, vel grauiora, vel grauiſſima. Leuia ſunt quotidiani defectus, vt ſilentij violatio, cibi, vel potus, ſine licentia, ſumptio. Inceſſus ſine Religioſa modeſtia. Ad recitandum Officium moroſa acceſſio. Leuis irriſio, vel prouocatio æqualium. Temporis iactura, & alia huiuſmodi, quæ culpam mortalem non habent, & ſolent à Guardianis, in publico Refectorio per quotidianas pœnitentias emendari.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

1. *Delictorum diuiſio generalis.*
Apud nos leuia, grauia, grauiora, & grauiſſima.
Delictorum grauitas, à quo ſumatur.
2. *Delicta leuia, quæ ſint.*
In iſtis proceditur ſine ſcripto.
Ab iſtis non datur Appellatio.

1. MVLTIPLICEM delictorum diuiſionem ſtatuunt *Criminaliſtæ*. Dicunt ſiquidem alia delicta eſſe *publica*, alia *priuata*. Alia purè *Eccleſiaſtica*; alia purè *Laicalia*; alia *mixta*. Alia *nominata*; alia *innominata*. Alia *excepta*, alia *non excepta*. Alia *ordinaria*, alia *extraordinaria*. Alia *notoria*, alia *manifeſta*, alia *occulta*. Alia *facilis*, alia *difficilis* probationis. Alia facti *permanentis*, alia *tranſeuntis*. Et qui vult eorum diffinitiones habere collectas, adeat *Paſſerinum*. (a) Sed quia parum ad rem noſtram, neque pro Tribunali Regularium faciunt illæ diuiſiones, ideò attendimus tantùm diuiſionem, quæ nobis datur in *Textu*, qui diſtinguit delicta in *leuia, grauia, grauiora, & grauiſſima*. Grauitas autem, aut leuitas delictorum vel ſumitur ab intrinſeco ex eorum ſpecie, ratione virtutis, cui opponuntur, vel obiecti circà quod ſunt, & hoc modo grauiora ſunt, quæ perfectiori virtuti ſunt oppoſita, & ſic grauiſſima ſunt, quę opponũtur virtutibus *Theologicis*, quæ habent *Deum* pro immediato obiecto, vt docet *D. Thomas*. (b) Vel ſumitur ab extrinſeco, puta à circumſtantia perſonæ delinquentis, vel perſonæ offenſæ, vel temporis, vel loci, vel armorum, vel partis corporis læſæ, vel euentus, vel conſuetudinis delinquendi, & centum huiuſmodi, de quibus ſcribunt communiter *Doctores*. (c) Sed quia de grauitate, vel leuitate delictorum menſura ſumenda eſt à diſpoſitione legũ Regularium, & Religio quęuis ſua peculiaria habet *Statuta*, ità, vt quod apud aliquos leue, aut nullum delictum eſt, apud alios eſt grauiſſimum, vt benè notat *Sgroi*, (d) de grauitate cuiuſque delicti loquemur, dum de ſingulis tractabimus.

2. Pro nunc apud nos *leuia* delicta ſunt, *quæ culpam venialem tantùm inuoluunt*, & ſolent per quotidianas pœnitentias à Superioribus localibus emendari in capitulo culparum, ſiuè extrà. In his autem coercendis non procedit *Superior* ſcripto, neque iuridicè, vt *Iudex*, ſed tanquam *Pater*, vt, præter continuam praxim, ſcribunt *Doctores*. (*f*) Et hoc congruit diſpoſitioni iuris Ciuilis, in quo Imperator correctionem leuium delictorum permittens ſenioribus de familia, grauium punitionem ad Iudicem reijcit, ait enim: *l. vnic. C. de emend. Propinq. Iure patrio auctoritas corrigat propinqui iuuenis erratum, & priuata animaduerſione compeſcat. Quodſi atrocitas facti ius domeſtica*

emendationis excedat, placet, enormis delicti Reos dedi Iudicum notioni. Et pro pœnitentijs impoſitis ex talibus delictis non poteſt Subditus *Superiorem* recuſare, neque ab eo appellare, niſi modus excedatur in punitione, vt aliàs dictum eſt, & habetur in iure (g) expreſſum. Ex quo autem de *Capitulo culparum* dictum eſt, opportunè nonnullæ quæſtiones, ſuo loco, ſunt examinandæ.

T E X T V S.

§. II. Grauia ſunt, quæ culpam mortalem continent. Vt ſi quis Miſſam die Feſto non audierit; Ieiunium fregerit. Diuinum Officium non recitauerit; vel Choro notabiliter, contrà obedientiam, non intereſſe conſueuerit. Diuinis verbis in prophanis colloquijs, abuſus fuerit. Communionem, & Confeſſionem, vel Miſſam celebrare, ſine cauſa, cum ſcandalo, notabiliter omiſerit. Otio cum Fratrum ſcandalo indulſerit. Obſcœna verba, & ſcandaloſa, coram alijs protulerit. Grauiora ſunt, quæ grauiorem continent culpam. Vt ſi quis notabili infamia Fratrem affecerit. Qui conuicia, & enormes contumelias Fratri obiecerit. Qui alicui, *Tu mentiris*, improperauerit. Qui percutere grauiter minatus fuerit. Qui falſum teſtimonium in Iudicio dixerit. Qui Fratrem manibus, ligno, vel alio inſtrumento, citrà ferrum, grauiter percuſſerit. Qui obedientiæ contumax extiterit. Qui proprietarius in re notabili repertus fuerit. Qui Religionis ſecreta reuelauerit. Qui libellos famoſos publicauerit, vel compoſuerit, vel ſcripſerit. Qui libros ſine licentia Superiorum Ordinis, & aliorum imprimi fecerit. Qui in ſuſpecto conſortio deprehenſus fuerit. Qui actum carnalem ſollicitauerit. Qui furtum vel ex bonis Conuentus, vel ex aliorum domibus, cum ſcandalo, vel iteratò, commiſerit. Qui in omnem Apoſtaſiam, excepta grauiſſima, inciderit. Qui arma offenſiua, vel defenſiua aut ſecum tulerit, aut in Cella detinuerit. Qui de Protectore, vel Cardinalibus oblocutus fuerit. Qui receperit, vel ad Profeſſionem admiſerit, non ſeruatis Conſtitutionibus, & Statutis. Qui à Nouitijs dona acceperit contrà Regulam. Qui camiſias, vel linea indumenta detulerit, vel cum ijs, ſine neceſſitate, regulariter dormierit. Qui Comœdias in ſæcularium domibus recitauerit. Qui æquitauerit ſine cauſa, & licentia. Qui notabiliter Orationi vacare contempſerit. Qui principum negotia ſine licentia, & contrà voluntatem Superiorum acceptauerit, vel egerit. Qui ex officio tenetur, & charitatem circà hoſpites, & infirmos neglexerit. Qui ſine licentia confeſſiones audierit, vel à reſeruatis abſoluerit. Qui in morbum gallicum inciderit ex delicto. Qui, vt alius ordinetur, non ſeruatis ſeruandis, licentiam conceſſerit. Qui ſuo Conuentui, vel officio notabiliter; & ſine legitima cauſa non reſederit. Grauiſſima ſunt, quæ ſummam culpam, vel turpitudinem oſtendunt, vt fornicatio, crimen peſſimum, & innominabile. Aggreſſio ferro facta, ſecuta percuſſione, vel vulnere, vel morte. Falſificatio manus, vel ſigilli Generalis, vel Prouincialis, vel etiam Principum, ac notabilium perſonarum. Introductio mulierum intrà Clauſtra ad malum finem. Conſpiratio in Superiorem. Diuiſionis Ordinis procuratio. Recurſus ad Tribunalia Sæcularia. Simoniam quoquomodo committentes. Confeſſionis Sacramentalis reuelatio. Grauiſſima Apoſtaſia. Rebellio in Generalis, & Commiſſarios Viſitatores Prouinciarum. Subornatio in electionibus. Alchimiæ confectio. Monetarum

adul-

adulteratio. In Romanum Pontificem obloeutio. Suſceptio Ordinum ſine patentibus, vel in non ſuſceptis adminiſtratio. In elauſuram Monialium, ſine licentia, ingreſſio, vel eiuſdem violatio.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

3. *Deliċta grauia, grauiora, & grauiſſima, quæ.*
4. *Deliċta grauia, & grauiora determinare eſt Iudici arbitrarium.*

3. IN hoc *Textu* enumerantur deliċta grauia, & ſunt ea, quæ *grauem*, nempè mortalem *culpam continent*, & eorum enumeratio ſatis patet. *Grauiora* autem, quæ *grauiorem* continent *culpam* non tantùm *Theologicam*, quàm *Ciuilem*, puta, quia quieti Religionis maximè obſunt, & hæc pariter in eorum enumeratione clara ſunt. *Grauiſſima* autem, quæ ſummam *culpam* oſtendunt, & quæ ſint, apertè habetur ex *Textu*, qui proindè explicatione non eget, attento maximè, quod de ijs ſpecialem *Traċtatum*, *Deo* fauente, daturi ſumus.

4. Porrò hæc diſtinċtio deliċtorum, eorumque enumeratio omnem difficultatem *Iudici* adimit in iudicando, & decernendo pœnas deliċti. Cum enim in alijs Tribunalibus tum *Laicis*, tum *Eccleſiaſticis* ſit arbitrarium *Iudici* declarare, quæ deliċta grauia, aut grauiora ſint, vt poſt multos docet *Farinacius*, (g) in noſtra Religione determinatam à lege graduationem deliċtorum habemus, proindè *Iudici* difficilè non erit, decernere, qua nota qualificandum ſit deliċtum, de quo debet iudicare.

T E X T V S.

§. III. In leuibus Superiores locales ſine ſcripto procedant, qui etiam aliquandò in grauibus (pariter ſine ſcripto,) per ſalutares pœnitentias, procedere poterunt, præcipuè vbi fragilitatis pondus, & charitatiua correċtio emendationem promittunt. Si autem ſcripto procedendum eſſet, Superiores locales à grauium correċtione deſiſtant.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

5. *Prouinciales non ſe debent ingerere in punitione deliċtorum leuium.*
Superior localis procedit ſine ſcripto.
Si Superior localis hæc negligit, poteſt, & debet ipſe puniri.
Ex conſuetudine deliċta grauia, & multa grauiora Superiores locales caſtigant.
6. *In deliċtis grauibus Guardiani procedunt per pœnitentias ſalutares.*
Pœnitentia ſalutaris, quæ.
Pœna eſt ordinatiua culpæ.
Pœna omnis eſt ſalutaris pœnitentiæ.
Pœna vni inſliċta alium deterret.
Pœnæ, quæ infamant.
7. *Pœnæ ſalutares principaliter ſunt ad delinquentis emendationem.*
Deliċta, quæ ſiunt ex fragilitate, ſunt leuiora, & mitiùs puniuntur.
8. *Quandò in grauibus deliċtis poſſit procedi ſine ſcripto.*

5. IN hoc *Textu* habetur expreſſè, quod alibi (b) docuimus, quod nempè *Superiores Prouinciales* non debent ſe ingerere in punitione defeċtuum quotidianorum, qui ſunt culpæ leues. Dum enim *Textus* eſt conceptus ſub verbo imperatiuo, dicendo *in leuibus deliċtis Superiores locales ſine ſcripto procedant*, patet, quod per modum legis iniungitur; & dum leuium punitio aſſignatur *Superiori locali*, ex conſequenti interdicitur *Prouinciali*, non enim Superioritates gradatim ordinatæ debent, in ſuis muneribus, ſeipſas impedire. Verumtamen eſt, quod hoc debet ſanè intellig; non enim dico, quod *Prouincialis* non poſſit caſtigare ſubditum

tum de leui culpa abſolutè; hoc enim falſum eſt: cumulatiuè ſiquidem omnes Superiores, in *Hierarchia* ordinati, ab infimo ad Supremum, poſſunt de vna, & eadem culpa cognoſcere. Sed dico, quod *Prouincialis* hoc non debet, niſi caſu quo *Superior localis* aut eſſet ignarus delicti commiſſi; aut negligens, & remiſſus in Subditorum correctione. Quia ſi *Prouincialis* ſcit culpam alicuius, quam *Guardianus* ignorat, vtique poteſt illam punire; non enim tenetur ille *Guardianum* monere, vt puniat, quia poteſt ex ſe correctionem adhibere. Siue *Guardianus* aut ex conniuentia, aut ex negligentia, aut alio motiuo, culpas alicuius diſſimulat, & non punitas relinquit, *Prouincialis* tunc tenetur iuſtitiam læſam vindicare in *Superiore* diſſimulante. Et vtinam hoc fieret. Si enim inuigilarent *Superiores locales* in paterna leuium culparum correctione, ſeu punitione, non erumperent Subditi inſolentes ex indulgentia, in grauia, & enormia crimina: & ſi *Prouinciales* ſuper *Locales* extenderent virgam, non eſſent ità remiſſi in proprio munere, cum Religionis irreparabili iactura.

Procedunt autem *Superiores locales* ad punitionem *ſine ſcripto*: hoc quidem in Religione ſemper in vſu fuit, & aliter practicari non debet; tum quia neceſſarium non eſt; tum quia nimis moleſtum eſſet *Superiori*, ſi omnes pœnitentias leues vellet ſcripto mandare. Tamen aliquoties *Guardiani*, etiam ſcripto, procedere debent, vt dicam inferiùs.

Licet verò omnes *culpæ leues* ſint de cognitione *Superioris localis*, non tamen eſt, quin etiam de alijs cognoſcere non poſſit. Quia *aliquandò in grauibus, pariter ſine ſcripto, per ſalutares pœnitentias, procedere poterunt*. Ex continua autem Religionis praxi non tantùm *aliquandò*, ſed ſemper, *locales Superiores* caſtigant culpas illas, quæ ſub nomine grauium ſunt ſuprà enumeratæ in *Textu*; imò etiam pleraque grauiora ſimili modo puniri conſueuerunt, exceptis nonnullis, de quibus ſuo loco dicemus. Hoc autem, introductum ex conſuetudine, non tollit, quin *Prouincialis*, ſi velit, de illis criminibus iudicialem cognitionem inſtituere poſſit, ſi tamen *Guardianus* non punuit: & de hoc iterum inferiùs redibit ſermo. Præſcribitur autem *Superioribus localibus*, vt procedentes ſic in illis delictis grauibus puniendis, hoc faciant *per ſalutares pœnitentias*.

6. Quid autem nomine *pœnitentiæ ſalutaris* veniat, non eſt facilè aſſignare. *Sanctorus (i)* ait illas eſſe, *quas emendandis negligentijs quotidianis, verbo tenus, coram Communitate, vel etiam priuatè, adhibere ſolent Prælati, & ſuper venialibus, vt plurimum cadere ſolent*. Sed iſta deſcriptio non ſufficienter indicat formalitatem *pœnitentiæ ſalutaris*; tum quia oretenùs poſſunt etiam iniungi punitiones graues; tum quia in hoc *Textu* decernitur, *Superiores locales* poſſe per *ſalutares pœnitentias* punire delicta grauia; quod non eſſet, ſi *pœnitentiæ ſalutares* dicerentur illæ, quæ peccatis venialibus adhibentur, non enim par culpæ pœna eſſet. *Peyrinus (l)* explicando *Decretum Vrbani Octaui*, (quo ſancitur Regulares, *quibus pro delictis ad S. Inquiſitionis Officium ſpectantibus pœnitentiæ genus aliquod impoſitum fuerit (ſalutaribus pœnitentijs exceptis) eo ipſo ad omnes Religionis ſuæ gradus inhabiles cenſeantur*,) ait, *quod pœnitentiæ ſalutares dicuntur, quæ ſolæ extraiudicialiter infliguntur, & priuatim, & in ſecreto complentur. Vt ieiunia, diſciplinæ, recitationes pſalmorum, &c.* Sed neque doctrina hæc quadrat ad noſtrum *Textum*, quia pœnitentiæ ſalutares apud nos, vt plurimùm, fiunt in publico, in plena Fratrum Communitate, & non priuatim, aut ſecretò. Dico ergo, quod licet ſecundùm *Theologos* omnis pœna ſit reordinatiua culpæ; & ideò infligatur, vt homo, qui per peccatum deſciuit ab ordine legis, per pœnam reordinetur, & proindè *pœna* omnis ſit *ſalutaris* pœnitentiato; tamen pœnæ inflictæ alium, præter hoc, ſortiuntur effectum, quia etiam deterrent alios, ne in delicta ſimilia labantur. (m) Vndè *Iudex Reo* pœnam decernens hos duos effectus ſemper ſortitur. Verum tamen eſt, quod vnus præ alio, poteſt ab ipſo *Iudice* intendi; ità vt aliquoties primariò intendatur vindicta criminis ad hoc, vt mali homines deterreantur à ſimili delicto patrando; ſecundariò verò, vt delinquens ipſe puniatur: quandoque autem primariò, & principaliter intenditur delinquentis emendatio, ſecundariò verò, & minùs principaliter aliorum eruditio ad talia delicta cauenda. *Pœnæ* autem, quæ in primo caſu infliguntur, ſunt ad rigorem legis impoſitæ, per ſententiam latæ; in publico executioni deman-

demandatæ, & ideò tales pœnitentiatum infamant; iſtæ vocantur *pœnitentiæ punitiuæ*, ſeu *vindicatiuæ*.

7. His oppoſitæ ſunt *pœnitentiæ ſalutares* inſtitutæ ad puram delinquentis emendationem, licet ſecundariò proximum etiam ædificent, à malo deterreant, & in virtute confirment. Vndè iſtæ non ſunt iniunctæ ad rigorem legis pœnalis, ſed ſunt multò mitiores. Non feruntur à *Superiore*, vt *Iudice*, qui vtatur gladio animaduerſionis; ſed vt *Patre*, qui virgula corripit filium; non in foro contentioſo per ſententiam; ſed in adhortatione quieta per mandatum; non ſubeuntur à Subdito per vim coactiuam, ſed per voluntariam obedientiam; & licet in publico fiant, non tamen pariunt infamiam, quia leuitas pœnæ, & prompta obedientia, turpitudinem criminis velat, & animæ, ſauciatæ per culpam, obducit, & ſanat cicatricem. Tales ergo ſunt *pœnitentiæ ſalutares*; quæ ſunt omnia, quæ à Superioribus infliguntur ad mortificationis exercitium, & aliqualem commiſſi criminis punitionem, & teſtimonium internæ pœnitudinis, quam habet Subditus, qui peccauit. Ob id ſubiungit *Textus*, quod talibus pœnitentijs vtatur Superior, *præſertim vbi fragilitatis pondus, & charitatiua correptio emendationem promittunt*. Et meritò peccata, quæ ex infirmitate committuntur leuiora cenſentur ijs, quæ ex malitia, vndè eo faciliùs debent dimitti, vt ait, quoddam *Capitulum*. (n) Et pariter, ſi *correctio eſt charitatiua*, hoc eſt, quod pœnitudo animi ortum habeat à Charitate erga *Deum*, quem offendiſſe delinquens doleat, & ità qui priùs deliquit, ab amore Diuino corripiatur, iſte vtique veram emendationem promittit, nulla enim ſecurior emendatio eſt, quàm illa, quæ procedit ab amore *Dei*, & non à timore pœnæ; cum amor Dei, excitans contritionem veram, non tantùm animam emendet à vitijs, ſed etiam per gratiam ſanctificet, vt communiter *Theologi* docent.

8. Difficultatem tamen non leuem ingerit id, quod ſubiungitur. *Si ſcripto procedendum eſſet, Superiores locales à grauium correctione abſtineant*, quia *Textus* non exprimit caſus, in quibus de neceſſitate procedendum ſit ſcripto, & illos, in quibus ſine ſcripto procedere poſſit Superior, licet delicta grauia ſint. Dico ergo, quod quando delinquens, ipſe agnoſcit, & humiliter confitetur peccatum ſuum, & pœnitentiam petit, & emendationem promittit, tunc, licet graue eſſet delictum, poſſit procedi ſine ſcripto. Ratio eſt, quia principalis intentio Religionis in decernendis pœnis eſt peccatorum emendatio, & obſtinatorum in peccato punitio. Pariter ſcripto proceditur quandò *Reus* delictum denegat; & neceſſè eſt, per Teſtium dicta ipſum conuincere. Si ergo *Reus* de plano delictum fatetur, ſi obſtinationem nullam prodit, imò emendationem oſtendit, non eſt cur ſcripto procedendum ſit.

T E X T V S.

§. IV. Quippè grauium, grauiorum, & grauiſſimorum, ſeù enormium, atque atrocium ſcelerum iudicium ad Prouinciales, ac Generales, eorumque Vicarios, & Commiſſarios de iure, & conſuetudine ſpectare dignoſcitur.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

9. Atrox *quid ſignificet*.
Delictum atrox *quando dicatur*.
Pœna delictorum atrocium maioribus Superioribus reſeruata.

9. Iam ſuprà diximus, in *Textu* digeſta eſſe delicta in grauia, grauiora, & grauiſſima, ſed quià hic loquitur de enormibus, ſeù atrocibus, ad eorum intellectum ſciendum, quod hoc verbum *Atrox* plura in iure habet ſignificata. Aliquandò enim importat exceſſum iniuſtitiæ, vt *Atrox vis* dicitur ab *Vlpiano* (o) qua quis de fundo vi eijcitur. Aliquandò importat peſſimam famam ex flagitio, & crudelitate, & ità apud *Paulum Iureconſultum* (p) *Atrox perſona* dicitur, quæ maiora, & famoſiora habet delicta ob, quæ ſæuitiam præſefert. Aliquandò magnitudinem contumeliæ, & ita in iure (q) Atrox

Atrox iniuria quaſi contumelioſior, & & maior accipitur. *Atrox* ergo *delictum* importat exceſſum in malitia, quæ reperitur in ipſo delicto, & ſecundùm *Iuſtinianum*, (r) æſtimatur vel ex facto, vel ex loco, vel ex perſona, vel ex parte corporis, vel ex tempore, & huiuſmodi, quæ tamen omnia qualificanda veniunt à *Iudicis* arbitrio, vt ibidem dicitur. Omnium ergo huiuſmodi atrocium delictorum punitiones meritò *Generalibus*, & *Prouincialibus* reſeruantur punienda, quia maiora delicta maiorem exigunt pœnam, pœnaque maior nequit, niſi à maiore *Iudice*, infligi.

T E X T V S.

§. V. Verùm enim verò vbi periculum eſſet in mora, & delictum Notorium, nec Prouincialis in proximo reperiretur, poſſint, & debeant Guardiani, alijque Superiores locales, tanquam Prouincialium delegati, cum Diſcretorum Conſilio, delinquentem quemcunque carceribus, vel Cuſtodiæ mancipare, & ſtatim Prouincialem de delicto certiorem reddere. Et ſi de corpore delicti, niſi in inſtanti caperetur, informatio, eius cognitio deperiret, vel non ita clarè appareret, eadem auctoritate poſſunt, & debent Superiores locales, iuxtà formam inferius deſcribendam, corpus delicti in ſcripta redigere, Prouinciali, vel eius Commiſſario conſignandum.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

10. *Periculum eſſe in mora, quomodò cognoſcatur.*
Carcerare poſſunt Superiores locales, quandò periculum eſt in mora.
Et quando delictum eſt notorium.
Et Prouincialis in proximo non reperitur.
11. *Conſilium Diſcretorum adhibendum in carceratione.*
Conſilium petendum non obligat ad ſequendum.
Carcer tunc non eſt formalis.
Verbum debent *eſt obligatorium.*
Deberi dicitur, quod ab inuito exigi poteſt.
12. *Peccant Superiores non carcerantes Reos de fuga ſuſpectos.*
Et debent puniri illis pœnis, quas illi merentur.
13. *Quilibet Religioſus poteſt carcerare criminoſum de fuga ſuſpectum.*
Reipublicæ damnum quilibet tenetur impedire.
Apoſtata ab omnibus Fratribus poſſunt carcerari.
Fugam meditans comparatur Apoſtatæ.
14. *Corpus delicti quando deſcribendum à Superiore locali.*
15. *Corpus delicti deſcriptum à Superiore locali, debet per ipſum, & alios Teſtes iuratos in proceſſu probari.*

10. NOn ita facile eſt, aſſignare Regulam certam, per quam poſſit cognoſci, *quandò periculum eſſet in mora, & delictum notorium*, ad hoc, quod Superiores quiuis incarcerare poſſint, vt diſponit *Textus*; proindè hoc exiſtimarem, quod pendeat à *Superioris* arbitrio, cui tamen committitur audire *Diſcretorum* conſilium. Tamen nonnulla dabimus, quæ facere poſſunt ad intentum. *Periculum* ergo primò *in mora* eſt, quando vel ex grauitate delicti, vel ex vſu apoſtatandi præſumitur *Reus* eſſe de fuga ſuſpectus, & ſi tunc non capietur, fugam inibit, & fruſtrà poſteà quæretur ad pœnam. Periculum itidem eſſet in mora, ſi delictum nondum fuerit conſummatum, ſed niſi impediatur probabiliter ſecuturum eſt, vt ſi Frater exacerbatus contrà *Superiorem*, à quo fuit pœnitentiatus, vel contra alium Fratrem, cum quo eſt rixatus, minatus eſt, & iurauit ſe velle illum de medio tollere, vulnerare, vel fuſte cædere, & iſte ſolitus eſt minas exequi, & aliàs, & alibi delicta ſimilia patrauit; tali caſu, niſi impediatur per carcerationem, quia nulla ſecurior ſuppetit via, periculum diceretur eſſe in mora. Pariter cognoſcit ex euidentibus indicijs *Superior*, quod Frater meditatus eſt fugam, ſeductus

à mu-

à muliere, vel ab alio maleſactore, & niſi carceretur, nocte ſequenti eſt arrepturus fugam, tunc etiam periculum eſſet in mora; his, & ſimilibus caſibus intrat diſpoſitio huius *Textus*. Et aduertendum, quod licet hic ad incarcerandum duo requirantur, puta *periculum in mora*, & *Notorietas delicti*, non tamen hoc debet accipi taxatiuè, ita, vt ſi hæc duo copulatiuè non reperiantur non liceat incarcerare, ſed debet hoc ſumi exemplariter. Hoc eſt, ſi delictum aliquod ſit conſummatum, & de auctore ſola adeſt ſuſpicio, licet vehemens, non tamen hoc ſufficit ad carcerandum, ſed requiritur *Notorietas*, non quidem illa ſola, quæ eſt ex euidentia delicti patrati, coram maiori parte Communitatis, de qua alias diximus, ſed etiam alia, quæ habetur per conteſtes, talis enim *Notorietas iuris* eſt, vt ait *Corradus*, (r) & quæ habetur ex confeſſione *Rei* extraiudiciali; iunctis alijs indicijs de delicto commiſſo, vt vult *Bartolus*, (t) & fortè etiam *Notorietas* præſumpta, maximè à lege, vt ait *Iaſon*. (u) Vt ſi reperiretur occiſus Frater, qui nullam habebat inimicitiam, quàm cum alio, cum quo ſero præcedenti acriter iurgatus eſt, & furibundus, & minans diſceſſit; præſumitur *Notoriè* ab eo occiſus, in his caſibus, *Notorium* dicerem eſſe delictum ſufficiens ad incarcerandum. Et licet *Notorium* ad hoc, vt tale dicatur debeat conſtare *Iudici*, vt *Iudici*, hoc eſt in iudicio per conteſtes iuratos &c. Et non ſufficiat extraiudicialis informatio, vt dicit, poſt *Decium, Clarus*, (x) tamen hoc debet intelligi in ordine ad puniendum, non vero in ordine ad capiendum *Reum* pro ſecuritate, ne aufugiat. Ratio autem prædictorum eſt, quia mens *Textus* eſt, tum aditum præcludere *Reo*, nè pœnas euadat; tum impedire mala maiora, quæ ſequi poſſunt ex eius fuga. Si autem *Textus* acciperetur præcisè pro caſibus, in quibus eſſet delictum conſummatum, & hoc *Notoriè* ex ſolo facto, nimis reſtricta eſſet huius legis prouiſio, & non ſufficienter ſcandalis, quæ Religioni maximè obſunt, obuiaretur. Præter quam quod, detruſio in carcerem ad cuſtodiam, non eſt quid tam graue, nec infamatorium, vt exquiſitam *Notorietatem*, (pro vt eſt illa, quæ conſiſtit in euidentia facti inexcuſabilis) requirat, adhoc, quod poſſit infligi. Hinc optimè fieri debet extenſio ad alios caſus, in quibus delictum nondum eſt conſummatum, ſed in proximo eſt, vt conſummetur, niſi per carcerationem impediatur; in his enim omnibus, ſi notum eſt delictum patrandum, vel indiciatum *Superiori* per legitimos Teſtes, etiam extraiudicialiter auditos, maximè ſi accedant alia indicia; vel *Rei* ipſius pariter extraiudicialis confeſſio, cum alijs, concludendum eſt, quod militat huius *Textus* diſpoſitio; & talis *Reus* carcerari poteſt, quia *periculum* eſt *in mora*, & delictum eſt ſufficienter *Notorium*.

11. Hæc autem ſupponunt aliam conditionem, puta quod *Prouincialis in proximo non reperiretur*: ſed hæc conditio debet intelligi, quod per notitiam datam *Prouinciali*, æquè bene, poſſet malum anteuerti; ſed ſi talis notitia non ſuffragaretur, tunc minime attendenda eſt, aliter enim lex ſuo fine fruſtraretur. Vt exempli gratia, ſi *Prouincialis* monitus non poſſet venire niſi die ſequenti, & *Reus* fugam capere poteſt nocte præcedenti aduentum *Prouincialis*, tunc non eſt attendenda vicinitas *Prouincialis*. Alia pariter cautela adhibenda eſt à *Superiore*, puta quod talis carceratio fiat cum *Diſcretorum conſilio*. Quærere autem poteſt quis, ſi *Superior* teneatur in hoc caſu ſequi conſilium *Diſcretorum*, aut poſſit, audito conſilio aliorum, agere, pro vt ſibi videbitur? Ad hoc dico, quod quando lex iniungit adhibendum eſſe conſilium ad faciendum aliquod, non obligat tamen ad ipſum ſequendum; vndè *Iudex Eccleſiaſticus* ſi iubetur aſſumere *Aſſeſſorem*, vel Conſultorem in ſententiando, non obligatur ad ſequendum conſilium illius in ſententia ferenda, vt dicit *Abbas*, & alij. (z) Cum ergo in *Textu* præſcribatur petendum eſſe tantùm conſilium à *Diſcretis*, non verò conſenſum, liquet, poſſe *Superiorem*, audito ipſorum conſilio, reſoluere, pro vt magis in Domino ſibi videbitur expedire. Sic autem *delinquentem quemcunque carceribus, vel cuſtodiæ mancipare poterit, & debebit Superior*; ſed aduerte, quod nomine *carceris* non venit hic carcer formalis, pro quo carceratus chorda, & caputio priuatur; ſed materialis tantùm, & ad cuſtodiam datus, vndè ly *vel* non ſumitur alternatiuè, ſed declaratiuè, hoc eſt quod delinquens detrudatur in *carcere*, ideſt *in cuſtodia*; & ita non debet priuari chorda, & caputio. Et ſi in Conuentu carcer non adeſſet, vel non eſſet ſecurus, vel periculum

lum eſſet, quod delinquens à complicibus excarceraretur, in tali caſu omnia ſeruanda eſſent, quæ in inferiori quæſtione dicetur circa carcerationem rebellis. Iuuat autem ponderare illa duo verba expreſſa in *Textu*, nempe quod Superiores *poſſint*, *& debeant* ſic incarcerare, vbi notandum, quod ſic incarcerare delinquentes non tantùm ſit facultatiuum *Superioribus*, ſed obligatorium. Verbum enim *debeant* obligationem importat, ſiquidem deberi dicitur, quod ab inuito exigi poteſt, vt dicitur in *iure*, (a) vnde *Cicero* (b) *Nihil quiſquam debet, niſi quod turpe eſt non reddere*.

12. Obligantur ergo Superiores ad delinquentes tales incarcerandos, quod ſi non faciunt, peccant mortaliter, quia deficiunt in officio ſuo in re graui, & Rei ſunt omnium delictorum, quæ ſequuntur ob non adimpletam carcerationem: ſicut enim peccat mortaliter, qui crimen ex officio tenetur impedire, & non impedit, ita peccant *Superiores* illi, qui aut ex priuata affectione, aut alio prauo motiuo, omittunt anteuertere mala, quæ ex fuga talium delinquentium, qui apoſtando innumera committunt ſcandala, oriuntur; & deberent *Superiores* tales ſeueriſſimè puniri, & puto iiſdem pœnis, quibus plecti debent tales delinquentes iuxtà dictum Spiritus Sancti. *Quia dimiſiſti virum dignum morte, erit anima tua prò anima illius*.

Ponamus autem, quod talis caſus homicidij notorij conſummati, ſiue alterius meditati delicti, pro vt præfertur, in aliquo Conuentu eueniat in abſentia *Guardiani*, ſiue alterius Superioris, poterit ne Maior, qui tunc eſt in Conuentu, & in eius defectu, quiuis alius de familia, Reum mandare cuſtodiæ, modo ſupra aſſignato?

13. Reſpondeo quod ſic, vt poſt *D. Thomam*, & *Megalium* ſcribit *Sgrai*. (c) Ratio eſſe poteſt quia quilibet de Republica tenetur eius damnum præuenire, ſi tale per alium, ad quem ex officio impedire ſpectat, ſiue ſimpliciter, ſiue voluntariè impediri non poteſt. Patet vero quod fuga *Rei*, qui delictum vel iam commiſit, vel commiſſurus eſt, ſemper eſt damnoſa Religioni, quæ iacturam famæ, & exiſtimationis patitur à ſcandalis, quæ huiuſmodi *Apoſtatæ* committere ſolent; non ſolùm ergo poteſt, ſed etiam debet quiuis, qui membrum eſt Religionis, damnum hoc impedire, & talem fugitiuum mandare cuſtodiæ. Et circa hoc habemus duo *Statuta*, (d) in quornm primo facultas, facta ab *Innocentio IV*. Ordini, capiendi *Apoſtatas*, extenditur ad Fratres omnes ait enim. Capere Apoſtatas *Poſſint Cuſtodes, & Guardiani in caſu neceſſitatis: Et Fratres alij auctoritatem habeant noſtri Ordinis capiendi*. Quod confirmatum fuit per aliud ſimile Statutum factum 146. annis poſt, & ſic habet. *Omnes Fratres habeant poteſtatem Apoſtatas capiendi*, quæ Statuta pariter innouata leguntur à *Capitulo Generali Valliſoletano* (e) per hæc verba. *In caſu neceſſitatis etiam Fratres alij facultatem habent Apoſtatas noſtri Ordinis capiendi, vt Conſtitutionibus etiam Apoſtolicis cautum eſt*. Par autem ratio eſt eius, qui iam eſt *Apoſtata*, cum eo qui apoſtatare paratus eſt, niſi impediatur; de proximo enim accingendus habetur pro accincto; vnde facultas, quam habent Fratres priuati, per Statuta, in primo caſu, extendenda eſt pro ſecundo caſu. Quod fortiùs ſuadetur, quia militat in eo eadem ratio, quæ eſt in primo. Facultas enim capiendi Apoſtatas Fratribus priuatis data non eſt ſimpliciter, vt *Reus* Commiſſorum criminum pœnas luat; hoc enim non inducit neceſſitatem in tempore, ità vt eius punitio nequeat differri; ſed eſt, ne *Apoſtata* vlteriora ſcandala imminentia ab eius vagatione committat; quod penitus ita congruit in ſecundo, ſicut in primo caſu. Nec eſt dicendum, quod ex quo ille, qui præſidet in Conuentu non curat Cuſtodiæ demandare, non licet gregarijs Fratribus hoc facere. Si quidem vulneratus à Latronibus curam recepit à *Samaritano*, qui eius vulnera alligauit, cum tamen Sacerdos, & Leuita ipſum videntes neglexerint. Si ergo qui præſidet ratione ætatis, aut dignitatis alligare non curat vinculis tales, facinoroſos, qui verè ſunt vulnera Religionis à latronibus inferni ſauciatæ, ea, & cum commendatione charitatis, alligare poteſt *Samaritanus*, gregarius nempè Religioſus, motus ſolo zelo præueniendi damna ſecutura. Et prædictæ Statutariæ diſpoſitioni concordant eleganter *l. 1. & l. final. C. Quando lic. vni. ſin. iud.* in quibus Imperator dat facultatem cuicunque priuato capturandi *Deſertores militiæ*; vt in puncto ſunt Apoſtatæ à caſtris clauſtralibus fugitiui.

14. *Et ſi de corpore delicti &c.* Hoc non

ſolum

ſolùm præſtandum eſt, quando debet *Reus*, vt præfertur, incarcerari, ſed in omni caſu etiam, in quo ex dilata cognitione corporis delicti, eius veſtigia, vel nullo modo, vel difficulter apparent. Si enim occiſus reperiretur Frater, & non prorsùs eſſet indicium, aut præſumptio delinquentis, ita vt nullus ob tale crimen deberet incarcerari; tamen deberet fieri recognitio occiſi; ſi enim ſepeliretur antequam poſſet *Prouincialis* venire, aut *Commiſſarium* mittere ad inquirendum ſuper delicto, putreſcerent vulnera, ac notabiliter alterarentur, & vel nullo modo, vel difficulter poſſet cognoſci, an cæſim, an punctim, an contuſione, an magno ſclopo, vel ſclopeto eſſent facta, & ſic impediri indicia, quæ aliter poſſent haberi. Itidem ſi pugnis in facie, vel ligno in aliqua parte corporis facti ſunt liuores, tuberculi, vel ſtigmata, vel leue vulnus, quæ breui tempore, & ante aduentum *Iudicis* poſſunt ſanari, nullo remanente veſtigio, ſatiùs eſt, quod *Guardianus*, ſiue alius *Superior*, adhibitis Teſtibus, deſcribat illud corpus delicti, ad hoc quod deſcriptio talis *Iudici* præſentetur, & via ſternatur ad proceſſum. Licet enim hoc poſſit probari per Teſtes, vt fit in delictis facti tranſeuntis; tamen non æquè benè hoc præſtatur, ſicut in actuali deſcriptione. Et rarò contingit, vt ita probetur corpus delicti perfectè per Teſtium depoſitiones, quod inter eos non aliqua interueniat diſcrepantia, quæ frequentiſſimè ſubminiſtrat materiam cauillis, & ſubtilitatibus *Aduocatorum*, cum moleſtia *Iudicis*. Vndè melius eſt, ad hæc euadenda, vt *Superior* ſic recognoſcat, & deſcribat corpus delicti *Prouinciali*, *vel eius Commiſſario conſignandum*.

15. Aduertere hic autem oportet, quod facta deſcriptio non plenè probat corpus delicti, niſi formiter examinentur *Guardianus*, & *Teſtes*, qui deſcripſerunt. Ratio eſt, quia licet deſcriptio facta à *Notario*, ſiue *Actuario* de mandato *Iudicis* plenè probet corpus delicti, non tamen cenſerem ita pariter probari per deſcriptionem factam à *Superiore locali*. Ratio diſparitatis eſt, quià *Notarius* præſtitit iuramentum de fideliter exercendo munere ſuo, & prò indè deſcriptio ab illo facta ſuum robur à iuramento ſortitur, & ſic probat. In caſu autem noſtro nec *Guardianus*, nec *Teſtes* in tali deſcriptione iurant; vndè ſicut Teſtis abſque iuramento nihil probat, vt notum eſt, ita neque talis deſcriptio, quæ ſuccedit loco depoſitionis teſtium. Ad hoc ergò vt plenè probatum dici poſſit corpus delicti, præuio iuramento examinandus eſt *Guardianus*, & Teſtes, qui interfuerunt recognitioni. Verum tamen eſt, quod non eſt neceſſarium, quod quilibet adamuſſim, & in ſpecie, repetat in examine particularitates obſeruatas in corpore delicti, ſed præſtito iuramento, ſufficit illis legere talem deſcriptionem, & interrogare *an recognoſcant ſubſcriptionem propria manu factam?* an *recognitioni tali perſonaliter interuenerint?* & *quomodò corpus delicti repererint?* & ipſi debent reſpondere, illud taliter reperiſſe, prò vt in illa deſcriptione dicitur. Et hoc ſufficit pro integra probatione.

Quomodo autem deſcribendum ſit corpus delicti cum omnibus circumſtantijs, ſuo loco dicemus.

I. Quæritur. An Superiores locales teneantur in conſcientia tenere Capitulum culparum?

SVMMARIVM.

16. *Superior localis tenere Capitulum culparum debet.*
Et hoc ſub mortali peccato.
Statuta Religionis quando obligent ſub mortali.
Sunt Religionis antemurale.
17. *Statuta in graui materia obligant ad mortale.*
Venialibus non emendatis, ruitur in mortale.
In corrigendo, Superior quomodò ſe gerere debeat.

16. RESpondeo, quod hoc eſt coæuum *Seraphico* noſtro *Inſtituto*, & in multis Statutis ſæpius inculcatum. Non ſolum enim à *Statutis* ſub *Alexandro Sexto*, *Iulio Secundo*, *Neapolitanis*, *Valliſoletanis*, *Segouien*, & *Toletanis*, atque *Romanis* hoc iniunctum fuit, vt notat *Sanctorus*, ſed etiam à Statutis Publicatis in Capitulo Ca-

durcen. (g) expreſsè fuit iniunctum ſub pœna depoſitionis *Superioribus localibus*, & *Prouincialibus*, ſi illud non curauerint adimpleri. Statuitur autem inibi eius celebratio, ordinans quod ter in hebdomada fiat, cum ex more Religionis anteà ſemel tantum haberetur. Et licet à *Capitulo Neapolitano* 1590. & *Vallisſolitano* 1593. in ſuis *Statutis* (h) reſtitutum ſit iuxtà antiquam conſuetudinem, vt nempe vna vice per hebdomadam habeatur, tamen in *Statutis Reformatis* cautum eſt (i) vt ter in hebdomada nempe ſecunda, quarta, & ſexta feria teneatur.

Vtilitatem porrò talis *Capituli*, prò ſpirituali Religioſorum profectu multis cumulatis proſequitur eruditè, more ſuo, *Sanctorus*, (l) qui demonſtrat antiquiſſimum, ac omnibus Religionibus hoc familiare fuiſſe. Quibus ſtantibus dicendum eſt, peccarè mortaliter illos *Superiores*, qui *Capitulum* tale celebrare negligunt. Ratio eſt, quia licet *Statutorum* obſeruantia non obliget Subditum ad peccatum mortale, niſi ex grauitate materiæ iure naturali, Diuino, aut Eccleſiaſtico prohibitæ, vt expreſsè habent *Statuta Reformata*, (m) tamen obligati *Superiores* ſunt ad curandam *Statutorum* obſeruantiam. Statuta enim Religionum ſunt quodammodò antemurale, præcepta verò Regule ſunt mænia Ciuitatis, & ſicut hoſtis nequit mænia euertere, niſi priùs diruerit antemurale, ità nequè Diabolus poteſt in anima Religioſi, ſiue in Religione ipſa, muros præceptorum per inobedientiam violare, niſi priùs *Statutorum* antemurale, ità quaſſauerit, vt ampliùs non ſeruentur. Lugebat *Hieremias* deſtructionem *Hieruſalem*, quæ optimè eſt typus Religionis, & dicebat, (n) *Luxit antemurale, & murus pariter diſſipatus eſt*. Sequitur ergò quod ſi *Statuta*, quæ maximè communem profectum Religioſorum concernunt, *Superior* negligit, facilitat Diabolo modum deſtruendi Religionem per inobſeruantiam præceptorum; minimè enim fieri poteſt, vt ſeruentur illæſa præcepta, ſi negliguntur Statuta condita ad preceptorum tutamen. Quemadmodum ergò *Superiores* ſub mortali tenentur ad curandam in ſubditis Regulæ Obſeruantiam, ità & eodem modo tenentur ad procurandam manutenentiam eorum, quæ ſalubri conſilio Statuta ſunt, ad Religioſæ perfectionis conſeruationem, & ità firmant plures *Doctores*, (o) Vnde tollendus eſt abuſus, qui ſenſim ſerpit, vt rariſſimè *culparum Capitulum* habeatur, imò in aliquibus *Prouincijs* penè in anno ſemel habetur, dum feria ſecunda, quarta, & ſexta, vice culpas ſuas acuſandi, Religioſi omnes, *Superiore* præuio, recitant in Refectorio, diductis brachijs ſemel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam. Non hoc antiquiſſimo mori Ordinis, nec Religioſæ perfectionis obſeruantiæ congruit. Admitto quod *Statutum Toletanum*, (p) ſe remittit ad conſuetudinem *Prouinciarum*, ſed remiſſio iſta conſiſtit in hoc, an tantùm ſemel, puta feria ſexta, vt antiquitus fiebat, an ter in hebdomada, vt ex poſt cautum fuit, tale *Capitulum* habeantur. Licet ergò ſit facultatiuum *Superiori* iuxtà *Prouinciæ* morem, vel ſemel, vel ter illud habere, non tamen facultatiuum eſt ipſum ommittere, & loco ipſius ſemper *Pater noſter* recitare. Imò in eodem *Statuto Toletano*, (q) ordinatur quod *Sexta ſaltem quaquè feria, in Capitulo, vel Refectorio omninò omnes ſuam dicant Culpam*; & ſupra grauibus verbis eius obſeruantiam iniungit dicens *obſeruari omninò mandamus*; & addit *ſub grauioribus pœnis contra facientibus, & negligentibus infligendis*. Ex quibus verbis manifeſtè conuincitur obligatio, quam ſub mortali habent Superiores illud obſeruandi. Etenim liquet, quod pœna proportionari debet culpæ, cum ſit ordinatiua illius; ergò grauior pœna non apponitur à lege, niſi grauiori delicto. Quod ſi negligentes Superiores *Capituli culparum grauioribus pœnis*, caſtigantur, ergò tale *Capitulum* negligere erit & grauior culpa: Culpæ autem non ſolum grauiores, ſed etiam ſimpliciter graues ſunt, *quæ culpam mortalem continent*, vt dicitur in hoc *Textus* (r) ergò negligentia illius erit Superiori mortale peccatum.

17. Nec dicendum *Statuta* minimè obligare ad obſeruantiam ſub mortali, vt ſupra tetigi. Quia benè obligant ſub mortali; ſi talia Statuta faciunt ad votorum eſſentialem obſeruantiam; ſi ſunt in materia graui; ſi ipſa traſgredientibus pœna grauis imponitur, vt multis adductis probat *Sanctorus*. (s) Huic verò traſgreſſioni grauior pœna imponitur, vt viſum eſt. Grauis etiam materia eſt, quia facit ad correctionem continuam venialium, quibus non emendatis, ruitur in mortale, dicen-

cente Spiritu Sancto. *Qui ſpernit modica paulatim decidet*, & nihil plus facit ad cuſtodiam eſſentialium Regulæ præceptorum, quàm vindicta minutarum culparum circà eadem. Non enim fiet, vt Religioſus Caſtitatem fornicatione, paupertatem proprietate violet, ſi Superior Religioſum, qui frequentiùs, quàm par ſit è Conuentu exeat, & maiore familiaritate, quam decet, cum Mulieribus verſetur, caſtiget; vel puniat illum, qui curioſis, ac ſuperfluis rebus delectatur; qui cameram tabulis ornatam amat, qui coronas pretioſas, qui medaleas argenteas, Agnos Dei auro, vel argento ornatos, & feminea iocalia procurat, vt donet. Præterquam quod ex continua, & charitatiua reprehenſione culparum quotidianarum aſſueſcit Religioſus reprehenſioni, nec moleſtum habet, quod *Prælatus* in publico delictum ſuum perſequatur. Quod ſi omittatur mos taliter corrigendi, fiet, vt ſi Superior aliquoties velit aliquem, vt debet, publicè emendare, ipſe vltra iuſtum nimis ſibi confuſibilem correctionem illam exiſtimabit, Superiori ſuccenſebit, & nulla in ipſo apparebit correctio, ſed exaſperatio. Cum ergò in materia graui, vtpotè concernenti eſſentialium præceptorum obſeruantiam, Statutum hoc verſetur, concludendum eſt ad ipſius obſeruationem, ſub mortali, Superiores obligari.

Nec diſſimulare poſſum, aut tacere monitum ſaluberrimum, quod *Superioribus* dedit *Capitulum Neapolitanum* 1590. & continuauit *Valliſoletanum* 1593. & renouauit *Toletanum* 1658. ab eo ſiquidem neglecto prouenit, quod paternales punitiones non producunt illum fructum in Subditis, qui eſt intentus à Religione, quæ à ſui primordijs Patrum priſcorum veſtigijs inhærendo, Capitulum Culparum introduxit. Audiant ergò quid vno ore loquentia dicant *Capitula* recitata (t) *Illud, vel in primis Superiorum ipſum admonendum neceſſario duſcimus, vt in arguendis Fratribus, & pœnitentijs imponendis à contumelijs, iniurijs, & calumnijs omninò abſtineant, nec verò concitatè, niſi quatenus zelus Dei ſecundum ſcientiam ſuaſerit; ſed animo per omnia ſedato, grauibus verbis, ſeueritate opportuna, cum paterna lenitate coniuncta, reprehendat, & arguat, hortetur, & moneat; ac memor ſalutaris moniti Beatiſſimi P. N. Franciſci, cum miſericordia pœnitentiam iniungat; caueatquè omninò ne iraſcatur, & conturbetur propter peccatum alicuius, quia ira, & conturbatio in ſe, & in alijs impediunt Charitatem*. Quod ſi hæc attenderent non nulli Superiores præcipites, furioſi, indiſcreti, & penè fatui, non laceſſirent tot improprijs aliquando Subditos, ità vt peiores euadant poſt reprehenſionem, quam anteà fuiſſent. Etenim non correctionem, ſed ſatyram affectant; non zelum, non charitatem, ſed odium, & liuorem produnt, nec tandem emendationem in Subditis, ſed confuſionem, ignominiam, & vituperationem procurant, ſed de his aliàs diximus.

II. Quæritur. An Superior localis poſſit, & debeat pœnitentiare Patres graues, ſicut cæteros ſuæ familiæ.

SVMMARIVM.

18. *Patres graues, qui ſint.*
Subduntur correctioni Superioris localis.
Crimen eo grauius, quo maior ſtatus criminoſi.
19. *Patres graues notabili pœnitentia quomodo afficiendi.*
Notabilis punitio quæ.
Confuſio punitiua quæ.
Cum diſcretione ſunt corrigendi Patres graues.

18. Reſpondeo quod nomine *grauiorum Patrum* veniunt illi, qui aliquod conſpicuum munus in Religione ſubeunt actu, vel habitu, & diuiduntur in quatuor claſſes. Alij ſunt qui *Miniſtri, Vicarij*, vel *Commiſſarij Generales* electi fuerunt ſecundum *Bullam Vnionis*, vel *Procuratores Ordinis*, vel *Commiſſarij Curiæ*, vel *Procuratores Generales Reformatorum* per triennium, & hi ſunt *Patres Ordinis* primi generis, qui in proprijs *Prouincijs* votum perpetuum habent. Alij ſunt etiam *Patres Ordinis* ſecundi generis, illi nempè, qui *Diffinitores Generales* fuerint. Alij ſunt *Patres Prouinciæ* maio-

maiores, nempè qui fuerunt *Miniſtri*, ſeù *Vicarij Prouinciales* per biennium, *Ex Præfecti Miſſionum*, *Lectores Iubilati* gaudentes, *Chronologi Ordinis* iuxtà *Statutum Toletanum*, *Lectores Theologi duodennales Reformati* iuxtà idem *Statutum Toletanum* (u) *Guardiani Hieruſalem*, *Secretarij Miniſtri*, *Vicarij*, ſiuè *Commiſſarij Generalis* per triennium, & *Commiſſarij Terræ Sanctæ* per duodennium. Vltimi tandem ſunt *Patres Prouinciæ* Minores, nempè *Cuſtodes*, & *Diffinitores Prouinciales*, *Lectores Generales* Sacræ *Theologiæ* actuales, & *Prædicatores clariſſimi*, & inter *Obſeruantes* etiam *ex Cuſtodes*, & ex *Diffinitores Prouinciales*. Iſti ergò ſubduntur Superiori locali, vt *Patri*, & ipſi tenentur obedire ſicut cæteri Religioſi, neque eximuntur ab ipſius correctione, & punitione, ſi defecerint in diſciplina Regulari. Nec ſtatus ipſorum eos immunes reddere debet à punitione, ſi fuerint publicè defectuoſi, imò, vt benè ſcripſit *Sanctorus*, (x) cum *Patres* ſint, debent alijs exemplo prælucere: vndè ſi errant ipſi maius damnum Reipublicæ ſuis erroribus inferunt, qui malo exemplo ſuo ad malum alios formant, quam ſi eſſent fratres priuati; & per hoc non minùs, ac alij, debent corripi, attento maximè, quod quo maior eſt dignitas peccantis, eo grauior redditur peccati conditio dicente *Satyrico*.

Omne animi vitium tantò conſpectiùs in ſe
Crimen habet, quantò quis peccat, maior habetur.

19. Nec contrarium facit *Statutum Generale*, tum *Ordinis*, tum *Reformationis* (z) prohibens *Commiſſarijs Viſitatoribus*, & *Prouincialibus* huiuſmodi, ne poſſint *Patres Ordinis*, vel *Prouinciæ*, qui gaudent priuilegijs *Exminiſtrorum*, abſque conſenſu *Generalis*, vel maioris partis cæterorum *Patrum* punire. Etenim Statutum habet, quod tales *Patres graues*, vt præfertur, cogi non poſſunt *Ad notabilem aliquam punitionem*, *aut confuſionem ſubeundam*. *Notabilis* autem punitio dicitur illa, quæ parit infamiam, vt ex quodam *Canone* (a) probat *Sanctorus*, & nos alibi explicuimus. Confuſio pariter importat dedecus, opprobrium, ob quod aliquis rubore ſuffunditur. Prohibetur ergo *Prouincialis*, ſiue *Commiſſarius* per viam iuris, vt *Iudex*, *notabilem punitionem*, aut *confuſionem* ipſis inferre, non verò tollitur quin *Prouincialis*, & *Guardianus* poſſint illos paternè corrigere, & ſalubriter pœnitentiare. Non enim vllo modo credi poteſt, quod Statutum voluerit talibus *Patribus* habenas laxare, & à iugo obedientiæ eximere, quin, tàm quò ad directiuam, quàm quò ad coercitiuam Superioris auctoritatem, ipſius Paſtorali curę ſubdantur. Et ſic tenet *Sanctorus*. (b)

Verum tamen eſt, quod magnam diſcretionem, tum in corrigendo, tum in puniendo debet habere *Superior localis* ergà tales *Patres*; non enim ſimili modo, & eadem pœnitentia debet puniri Religioſus ſimplex, & *Pater grauis*; licet enim idem ſit delictum, non tamen eadem eſt conditio delinquentis, & in eodem peccato varietas perſonarum conſequitur varietatem pœnarum, vi dicunt *Canones* (c) *Seniorem ne increpaueris*, *ſed obſecra*, *vt Patrem* (d) dixit *Paulus ad Timotheum*, ſi aliquis ex talibus fortè ſit ad Chorum negligens, particulariter comedens, aut relaxatè aliter viuens, debet *Superior* potiùs exorando, quàm increpando corrigere; maximè dicente *D. Gregorio Iuuenes plerumque rigoris aſperitas ad profectum dirigit*. *Senes verò ad bonum admonitio blanda componit*. Si cæteri in publico corripiuntur, iſti debent in ſecretò admoneri: Si alij verberibus, iſti verbis tantùm debent increpari. Et ſi cæteris pro aliquo delicto pœna grauis deberetur, vt domus diſciplinæ, aut arctatio, iſtis ſimplex diſciplina deberet ſufficere, cum dignitas conditionis grauet leuitatem pœnitentiæ.

III. Quæritur. An Prouincialis poſſit denuo caſtigare delinquentem de crimine, ob quod fuit pœnitentiatus à Superiore locali.

SVMMARIVM.

20. *Pœnitentiatus in foro paterno poteſt puniri in iudiciali.*
Pœna debet commenſurari culpæ.
Deus non punit bis in idipſum, quandò flagellatus pœnituit.
Deus non præuenitur ſententia Iudicis.
21. *Pœnitentiatus in foro paterno non dedet puniri in iudiciali.*
Ceſſante fine legis, ceſſat lex, quomodò.

Cau-

Cauſa finali actionis ceſſante, ceſſat actio.

Legis pœnalis, quæ cauſa finalis ſit.

22. *Abſolutus de certo crimine de eo accuſari non poteſt.*

Crimen idem diuerſis pœnis non vindicatur.

Et hoc licet pœna data in vno foro, minor ſit, dandâ in alio foro.

Pœnitentia in foro animæ non tollit pœnam in foro externo.

Si pœnitentia eſt data publicè non poteſt quis puniri in duplici foro.

23. *Criminoſus, Prælati faciem præueniens, ſalutari pœnitentia emendandus.*

Superiores locales ſunt Prælati.

Statutum aſſignans Guardianis punitionem leuium, & grauium tantum, eſt purè directiuum.

24. *Cautela adhibenda à Guardianis in pœnitentiandis Reis delictorum grauiorum.*

Grauiora crimina ſunt delicta ſcandaloſa.

Item frequenter commiſſa.

Pariter malitioſa.

Impietas eſt Prælato eſſe indulgentem in puniendis illis.

Et Prælatus peccat mortaliter.

Et eſt obnoxius reſtitutioni.

Et euadit infamis.

25. *A cenſura reſeruata Prouinciali nequit Guardianus abſoluere.*

20. MVltùm anceps redditur huius quæſtionis reſolutio, ex eo, quod in noſtris *Statutis* nihil habemus circà hoc expreſſum, & ius commune, à quo petenda ſunt fundamenta ſolutionis, contraria, vt aſſolet, tribuit argùmenta, nec *Doctorem* inuenio hucuſque, qui mihi facem præbeat. Dico ergo, primò quod, de rigore iuris loquendo, *Prouincialis* poteſt pœnitentiatum pœnitentia ſalutari pro vno delictn à Guardiano, pro eodem ipſum punire in foro iudiciali pœna *Statutaria*. Ratio eſt quia habemus ex *Textu*, quod punitio delictorum grauium ſpectat ad *Prouincialem*; ſicut ergo *Confeſſarius* ſimplex non poteſt abſoluere, neque pœnitentiam iniungere pro caſibus reſeruatis; itá neque *Superior localis* poteſt Subditum *Reum* abſoluere à delicto graui, iniunctá pœnitentia; & ſicut *Confeſſarius* ſimplex itá abſoluens attentat, & pœnitens tenetur ſe præſentare coram *Superiore*, à quo abſolutionem obtineat, itá etiam *Guardianus*, pœnitentiando Subditum ſuum *Reum* grauis delicti, attentat, & non valet talis abſolutio, quin à *Superiore Prouinciali* ualeat, ad exigentiam reatus, caſtigari. Accedit quod, vt dicunt *iura (e)* pœna debet commenſurari culpæ, dicente etiam ſcriptura *(f) Iuxtà menſuram delicti erit, & plagarum modus*, vndè culpæ graui, grauis etiam eſt pœna iniungenda; non poteſt autem *Guardianus* iniungere pœnas graues, nequè aſſignatas in Statutis pro compeſcendis grauibus delictis; proinde iuſtum eſt, vt à *Prouinciali*, æqua lance, caſtigentur. Et hoc confirmatur; quia licet *Deus non puniat bis in idipſum*, hoc tamen, vt habet quidam *Canon*, (g) non eſt vniuerſaliter verum, ſed ſolum quando flagellatus condignè pœnituit: quod ſi pœna, qua flagellatur homo in hac vita leuis ſit, & non æqualis delicto, *Deus* benè bis in idipſum iudicat, & hic flagellando, & in alia vita torquendo. Vndè dicebat *D. Hieronymus (h) Deus vt omnium rerum, itá, & ſuppliciorum ſcit menſuras, & non præuenitur ſententia Iudicis, nec illi in peccatores exercendæ pœnæ auferetur poteſtas.* Sicut ergo ſententia, & pœna lata in *Reum* ab homine *Iudice* non tollit, quin *Deus* Superior *Iudex* eundem *Reum* de eodem delicto iterùm puniat, itá neque pœnitentia iniuncta à *Guardiano* debet impedire *Prouincialem*, quin de eodem crimine *Reum* puniat. Additur verò, quod ſi pœnitentia lata à *Superiore locali* redderet *Reum* grauis delicti liberatum à pœna Statuti imponenda per *Prouincialem*, omnes *Rei*, poſt commiſſa grauia crimina, ad petendam pœnitentiam ſalutarem ad *Guardianum* accederent, & itá delicta leuiter hoc modo punita, anſã darent cæteris liberiùs delinquẽdi, ſub ſpe leuis pœnitẽtiæ.

21. Dico ſecundo, quod non debet *Prouincialis* pro eodem delicto caſtigare delinquentem, qui fuit, per ſalutarem pœnitentiam à *Guardiano* iniunctam, ſufficienter emendatus. *Ratio* eſt quia habito fine ceſſat motus, vt dicunt *Philoſophi*, & ceſſante cauſa legis, vel Statuti ceſſat ipſa lex, vt dicunt *iura (i)* multa cumulata per *Io: Baptiſtam Nicolaum: (h)* quæ regula debet intelligi de cauſa finali, quæ inter cauſas potiſſima eſt, & ad agendum mouet, non verò de cauſa impulſiua, vt pluribus iuribus, & rationibus probat idem

Digitized by Google

idem ibibem. (m) Vndè in ſpecie, cauſa finali actionis ceſſante, ceſſat actio: (n) & cauſa banni ceſſante, ceſſat bannum, vt dicunt *Bartolus*, & *Baldus*. (o) Stat autem quod cauſa finalis legis Statutariæ pœnalis eſt *Reorum* emendatio, & cæterorum metus, nè in ſimilia crimina erumpant, vt dicunt plures *Canones*, (p) vndè dicebat *Auguſtinus ad Macedonium*. (q) *Et plectendo, & ignoſcendo hoc ſolum benè agitur, vt vita hominum corrigatur*. Sequitur ergò, quod ſi delinquens emendatus eſt per ſalutarem pœnitentiam, iam in ipſo ceſſat finis vlterioris punitionis à *Prouinciali* faciendæ. Quod magis confirmatur ex eo, quod pœnitentiæ ſalutares, à *Superioribus localibus* datæ, non ſunt ſecretæ, ſed publicæ, ità vt ab omnibus Religioſis ſciantur, & per ſimiles pœnitentias alijs inflictas deterrentur cæteri à ſimilibus delictis perpetrandis. Vndè per illas vterq; finis legis pœnalis adimpletur; nempè *Rei* emendatio, & cæterorum exemplum; & ſic in tali pœnitentia iniuncta, ceſſat cauſa finalis vlterioris punitionis.

22. In ſpecie autem habetur textus cuiuſdam *Canonis (r)* decernentis, quod abſolutus de certo crimine, de eodem iterum accuſari, & ex conſequenti (neque puniri) non poteſt; neque de eodē crimine in duobus foris inquiri poteſt, ex eo quod, vt dicit *Lex*, (s) idem crimen diuerſis pœnis non vindicatur, & hoc maximè quando vtraque pœna tendit ad eumdem finem; punitus enim in vno foro non poteſt accuſari, aut caſtigari in alio, vt expreſsè habet *textus*, (t) licet pœna data in vno foro ſit minor alia, vt docet *Abbas*. (u) Si ergo in foro paterno *Superioris localis* aliquis punitus eſt, non debet in foro iudiciali *Prouincialis* denuò puniri, licet pœnitentia ſalutaris iniuncta in illo, ſit minor pęna ſtatutali, quæ in iſto fertur per ſententiam; attentò maximè, quod vtraque pena tendit ad *Rei* emendationem, & aliorum exemplum. Quod ſi dicatur quod pęnitentia peracta in foro animæ, ſiuè Sacramentali, non tollit, quin *Reus* in foro iudiciali accuſari, & puniri poſſit de eodem crimine, de quo pęnituit, vt habet *Gloſſa* ad quoddam *Capitulum*; (x) poterit ergo in foro *Prouincialis* caſtigari *Reus* pro crimine, de quo punitus fuit in foro Superioris localis. Sed reſpondeo negando paritatem. Quia pęna, quæ imponitur in foro Sacramentali, eſt pęna ſecreta, & per hanc non ſatisfit publicæ iuſtitiæ, neque ex ea poſſunt cæteri ſumere exemplum non delinquendi. Sed in caſu noſtro ità publica eſt pęna iniuncta à *Guardiano*, ſicut à *Prouinciali*, & per illam, ità ſatisfit publicæ iuſtitiæ, ſicut per iſtam; Vndè *Hoſtienſis*, & *Butrius* (z) concludunt, quod, ſi pęnitentia fuit impoſita publicè, non poteſt quis de eodem crimine iudicari in duplici foro. Vndè ſicut *Epiſcopus* non poteſt in viſitatione iterùm punire punitos à *Prælatis* inferioribus, nec ab eis abſolutos cogere ad demonſtrandam propriam innocentiam, vt ex *Armendariz* vult *Barboſa*, (a) ità nec *Prouincialis* pęnitentiatum à *Guardiano* poteſt iudiciali pęna percutere.

23. Et hucuſque dictis videtur concordare *Generale Statutum*, tum *Ordinis*, tum *Reformationis*, (b) quo decernitur, quod ſi aliquis *Reus*, ac pœnitens faciem *Prælati*, antequam de crimine accuſetur, præuenerit, coram Teſtibus, *Prouinciales* à pœnis debitis pœnitentem, quò ad forum externum, quietare valeant, pœnitentia ſalutari eidem impoſitâ. Cum autem *Superiores locales* per electionem promoti *Prælati* ſint, vt notum eſt, ſi *Reus* coram illis delictum fatetur, & pęnitentiam petat, liquet, quod pęnam Statutariam rigoroſam effugit. Qui autem eſt pęnitentiatus à *Guardiano*, & ex animo pęnitentiam acceptat, erimen fatetur, & emendationem promittit, faciem *Prælati* præuenit, & coram Teſtibus, quia publicè fatetur crimen, & publicè pęnam ſubit; vndè ampliùs non eſt locus accuſationi apud *Prouincialem*. Verum eſt quod ex Statuto apparet, quod in tali caſu pęnitentia minùs confuſibilis, de conſilio Teſtium, ſibi eſt danda. Tamen cenſerem eſſe æque bene ſatisfactum legi, ſi talis pęna ſibi à *Guardiano* infligeretur, ſicut ſi eſſet data à *Prouinciali*; quia pęna à *Prouinciali* danda debet eſſe *minùs confuſſibilis*, hoc eſt ſecreta, data vero à *Guardiano* eſſet maior, quia eſſet publica, & ita plùs ſatisfieret legi per pęnitentiam datam à *Guardiano*, quam à *Prouinciali*. Quæ omnia magis confirmantur ex hoc, quod tum mox citatum Statutum, tum diſpoſitio *Textus* aſſignantis punitionem grauium, & grauiorum criminum *Prouincialibus*, eſt merè directiua, & non habet clauſulam irritantem, quapropter non poſſunt facta in contrarium argui de nullitate.

Poſ-

Poſſet autem reſponderi rationibus poſitis pro prima reſolutione. Quia non eſt par ratio de Confeſſario ſimplici reſpectu abſolutionis à reſeruatis, & *Guardiano* reſpectu punitionis delictorum grauium. Ille ſi quidem habet legem prohibitiuam, ne abſoluat, & clauſulam irritantem, ac cenſuras ſi abſoluere præſumpſerit. *Guardianus* autem ſimili lege ligatus non eſt, cum diſpoſitio Statutalis circà hoc merè directiua ſit, vnde negatur paritas. Secunda ratio procedit quando agitur de toto rigore iuſtitiæ, non tamen tollitur quin pęnæ poſſint miſericorditur temperari, maximè quoandò peccator delictum agnoſcit, & emendationem promittit. Tertia verò non currit vniformiter, ſi enim *Deus* punit vlterius crimen, quod per pęnam ab homine caſtigatum eſt, hoc eſt in foro animæ, qui eſt longè diuerſus à noſtro caſu, cum ambo fora, nempe *Prouincialis*, & *Guardiani* ſint externa. Quarta tandem non conuincit, quia per accidens eſt, quod Mali à facilitate veniæ arripiant occaſionem vlterius delinquendi; imò à miſericordia *Superioris* faciliùs incitarentur delinquentes ad pęnitentiam, & proprij criminis confeſſionem. Et re vera videmus nonnullos inquiſitos à *Prouincialibus*, vt puniantur via iudiciali, propria crimina negare, & ſe ipſos defendere, ne pęna Statutaria percellantur; & ſic per viam iuris multoties euadunt liberi, abſque vlla pęna; & glorîantur de hoc, & impœnitentes æque, ac impuniti remanent; qui ſi in foro paterno corrigerentur per ſalutares penitentias à *Guardianis*, libenti animo ipſas ſubirent, & crimine confeſſo emendarentur. Pręterquam quod non paſſim conſulerem, & de omnibus, & cum omnibus indiſcriminatim ità practicandum eſſe à *Guardianis*, ſed cum cautela, quam infrà ſubiungo.

24. Et eſt, quod, vt monet ſuprà *Textus*, *Superior* rationem habeat ad crimina commiſſa per fragilitatem, & quod ſubditus humiliatus fateatur culpam, & emendationis ſigna oſtendat. Sed non ſic ſe debet habere quando *Reus* negat ſe talem, nec vult, niſi conuictus, culpam fateri; iſte enim indignum ſe reddit miſericordia, quia non voluntariam demonſtrat pœnitudinem, ſed rigore iuſtitiæ debet frangi eius peruicacitas obſtinata. Pariter quandò ſunt crimina, quæ ex circumſtantia notabiliter aggrauantur; vt ſunt peccata *ſcandaloſa*, (c) quæ malo exemplo plures ad peccandum inuitant, vel Religionis, & bonorum exiſtimationem apud ſæculares lædunt; *frequenter commiſſa*, (d) quæ demonſtrant hominem non ex fragilitate, & ſemel, ſed ex inueterata conſuetudine, ac prauo vſu iterum atque iterum eſſe relapſum; *Malitioſa*, (e) quæ ex determinata deliberatione, & animi peruerſitate procedunt; *proximi notabiliter*, *offenſiua*, *exceptuata*, & *enormia*; ac centum huiuſmodi; Reſpectu ſimilium impietas eſt *Prælato* eſſe pium, & crudelitas eſſe miſericordem. Imò non condemnando *Reum* ad ſoluendas pęnas à lege impoſitas ex integro, mortaliter peccat, vt cum *Diuo Thoma* tenet *Aragon*, (f) imo reſtitutioni Iuſtitiæ ſunt *Prælati* ipſi obnoxij, vt dicitur in ſcriptura. (g) *Quia dimiſiſti virum dignum morte, erit anima tua pro anima illius*. & ſecundum *leges* (h) redduntur infames, & debent plecti pęna illa, quà, iuxta leges, debebant in Reos animaduertere.

25. Alia cautela eſt, quod delicta, de quibus dant Subditis pœnitentiam ſalutarem, non habeant adnexam Cenſuram reſeruatam *Prouinciali*. Si enim reſeruatam cenſuram publicè tollerent, (præterquam quod nihil agerent, & laqueo cenſuræ ſe ipſos innodarent,) neque pœnitentiæ ipſæ in vllo ſuffragarentur, quominùs, ex integrò, *Prouincialis* ſic penitentiatos adhuc iudiciali pœna percuterent. Quià, non ablatâ priùs Cenſurà, ipſi omnino incapaces ſunt fructuoſæ pœnitentiæ, vt notum eſt, & cum *Superior localis*, ob reſeruationem Cenſuræ, nihil egerit, non eſt vndè, pœnitentia ſalutari impoſita, poſſint iuuari.

IV. Quæritur. An Guardianus poſſit procedere contrà Subditum, qui impoſitam ſalutarem pœnitentiam ſubire renuit.

SVMMARIVM.

26. *Recuſans pœnitentiam ſalutarem eſt carcerandus. Quæ conditiones ad hoc requiruntur. Renuere quid ſignificet.* Con-

Conſilium, & aſſenſus important neceſſitatem in actu.

27. *Diſcretis abſentibus, alij ſeniores conſulendi.*

Ex cauſa inobedientiæ dubia nequit quis carcerari.

Diſcretis negantibus conſentire in carcerationem, quid agendum?

28. *Præcipitanter agens peccat contrà prudentiam.*

Peccat Superior præcipitans pœnitentias.

Citò credere nociuum eſt.

Forma carcerandi inobedientem.

29. *Si vnus conſenſit in carcerationem, & alij duo Diſcreti abnuant quid agendum?*

Prælatus petens conſilium à Capitulo non auget numerum.

30. *Præceptum inobedienti factum, & eius cauſam, & acta omnia debet Guardianus ſcribere.*

Guardianus poteſt Rebellum incarcerare, non autem eum liberare.

26. FRequentiſſimus hic caſus in Religione eſt, & rarò vidi *Guardianos* vti propria poteſtate, quià ignorant quid poſſint. Vndè ad communem vtilitatem dicam quid poſſit, & debeat facere *Guardianus* in propoſito caſu. Reſpondeo ergò, quod circa hoc adeſt *Statutum Ordinis* ità determinans *(i) Qui pœnitentiam per Superiorem localem ſibi impoſitam ſubire renuerit, de Diſcretorum conſilio, & aſſenſu, trina monitione etiam non præmiſſa, carceri mancipetur.* Quod ſtatutum primò debet intelligi de pœnitentia ſalutari impoſita, vt eſt ieiunium, diſciplina, vel alia corporis mortificatio, vt explicat *Sanctorus. (l)* Secundò de *Superiore locali* quouis ſiue ſit *Guardianus*, ſiuè *Vicarius in Capite*, ſiue *Præſes Conuentus. (m)* Tertiò quod ſit impoſita in loco publico, puta in *Capitulo* ſiue *Refectorio*, vbi adeſt Tribunal *Superioris localis* ex conſuetudine Religionis. *(n)* Quartò quod recuſatio fiat non ſimpliciter negando pœnitentiam exequi, ſed pertinaciter, &, obfirmato in rebellione animo, reſiſtendo; tum quia hoc punitur pœna carceris, quæ eſt grauiſſima, & proindè ſupponit grauem culpam inobedientiæ, quæ talis eſſe non poteſt, niſi inſimul adſit contumacia; tum quià Statutum vtitur verbo *Renuerit*, renuere verò non tantùm ſignificat negationem obedientiæ ex animi diſſenſu, ſed importat etiam motum capitis talem diſſenſum exprimentis, vt ait *Calepinus*; *(o)* quod indicat ità vehementem animi motum, quod etiam ſigno corporis externo manifeſtetur, & ſic probatur expreſsè contemptus. Omnibus ergò prædictis interuenientibus *Reus* debet à *Guardiano* carcerari *de conſilio, & aſſenſu Diſcretorum Conuentus*; vbi notandum, quod non ſufficit *Conſilium*, quod excitat ad deliberandum, non tamen ad exequendum, vt plures tenent, *(p)* ſed requiritur etiam *aſſenſus*, qui imponit neceſſitatem illud ſequendi, & dat actui formam, ſine qua actus non eſſet validus, vt multis eruditiſſimè, more ſuo, probat *Rodericus*, & ex ipſo *Sanctorus. (q)* Vndè ſi, abſque aſſenſu *Diſcretorum*, *Guardianus* carceraret eſſet *Reus* carcerationis indebitæ, & vt Excommunicatus deberet puniri tanquam manus violentas in perſonam Religioſam inieciſſet. Licet autem Statutum concedat vt *Guardianus* hoc poſſit, etiam trina monitione non præmiſſa, tamen cum hoc ſit procedere de toto rigore iuris, melius eſt vt *Superior*, proximo compatiens ex charitate, trinam monitionem præmittat, vt ante fulminationem Excommunicationis decernunt *Canones*, *(r)* datis tribus congruis interuallis; quæ poſſent eſſe, ſi in vno prandio fieret prima; in cœna ſequenti ſecunda; in alio prandio tertia, vt monet *Sanctorus. (ſ)* Quod ſi *Reus* poſt hæc adhuc in ſua obſtinatione perſiſtat, tunc poterit *Guardianus* in carcerem formalem abſque chorda, & caputio detrudere.

27. Quid autē Iuris, ſi *Diſcreti* abſint à *Conuentu*, & nequeat ab eis *Guardianus* habere Conſilium, & aſſenſum? Dico quod alios Seniores, qui ſunt in *Conuentu*, ad hoc aſſumere poteſt, & debet: eo quia *Diſcreti* non ſunt aliqui per electionem in *Capitulo* factam, ſed tales ſunt, qui in *Conuentu* Seniores ſunt; quapropter recedente à *Conuentu* vno *Diſcreto*, ſuccedit Senior poſt ipſum.

Quid autem, ſi cauſa inobedientiæ non eſſet euidenter iniuſta, ſed dubia, poſſet ne, ſtante dubietate, carcerare? Dico quod non. Quia *in dubijs fauendum eſt piæ cauſæ.* Et *Iura ſunt promptiora ad abſoluendum, quam ad condemnandum.*

Si verò *Diſcreti*, vt faueant *Reo* ipſorum

rum amico, nollent aſſenſum præbere, vt carceretur, verbis ambiguis excuſando, *ſe non agnoſcere cauſam ſufficientem*; aut negantes velle dare tali caſu conſilium ſuum, quia *ignorant quid debeant conſiliare*, & ex alio capite apparet euidenter contemptus Obedientiæ, ita vt nulla valeat tergiuerſatione celari, quid agendum tunc? *Sanctorus* cum *Roderico* (t) tenet poſſe *Guardianum* abſque tali conſilio, & aſſenſu contumacem prædictum carcerare, & hoc multis probat. Sed ſalua ſemper tantorum virorum reuerentia, hoc non auderem conſulere. Siquidem ità præſcribit *Statutum* hoc, quod *Guardianus Reum* carceret ex *Conſilio & aſſenſu* Diſcretorum, ſicut aliud *Statutum*, quod habetur in *Textu*, (u) ordinat ſententiam diffinitiuam pronunciari debere à *Prouinciali*, ſeù *Viſitatore* cum *Conſilio*, *& aſſenſu* Diffinitorum; ſicut ergo *Prouincialis* ſententians abſque *Diffinitorio* attentaret, ita dicendum eſt de *Guardiano*, qui ſine conſilio, & aſſenſu *Diſcretorum* carceraret. Nec enim veroſimile eſt *Statutum*, quod aliàs requirit conſilium, & aſſenſum ſeù *Diffinitorum*, ſeù *Diſcretorum* in negotijs penè omnibus expediendis à *Superiore Prouinciali*, & *locali* reſpectiuè, voluiſſe, arbitrio ſolius *Guardiani* committere grauiſſimam pœnam carceris iniungendam. Dato etiam caſu, quod *Diſcreti* ad fauendum *Reo* minimè vellent aſſenſum præbere, cum aliundè commodè habeatur via, qua poſſit proſpici, ne Subditorum temeritas queat impunè inſultare *Superioribus*; nec iſti mendicata occaſione, & palliato prætextu in Subditos poſſint proprium liuorem aliquando exercere. Dico ergò quod ſicut, (vt ſuprà dictum eſt ex *Textu*,) (x) ſi *Prouincialis*, ſeu *Viſitator* aduertit ex *Diffinitorio* eſſe aliquos ſuſpectos cauſa amicitiæ, vel inimicitiæ *Reo*, poteſt, ipſis omiſſis, alios non ſuſpectos in *Diffinitorio* ſubſtituere; de quorum conſilio, & aſſenſu ſententiet; ita debet facere *Guardianus* in caſu quo *Diſcreti*, ob amicitiam cum *Reo*, conſilium, & aſſenſum ad carcerationem non præbeant. Vtrobique enim militat eadem ratio, & optimè poteſt fieri extenſio. Et ita ipſis omiſſis, alios *Diſcretos*, qui à tali exceptione immunes ſint, ſubſtituat, & de eorum conſilio, & aſſenſu carceret.

28. Vt verò informentur *Superiores locales* adamuſſim, quomodo ſe gerere debeant in tali caſu, practicemus totam rem exemplo. *Eſt aliquis* Religioſus, qui iurgatus eſt cum alio, & multa verba vilipendij in ipſum protulit. Debet *Superior* ſe ſuper hoc informare à Teſtibus, qui præſentes fuerunt, & non credere ſimplici querelæ Religioſi illius, qui iurgium paſſus eſt. Quantumuis enim *Guardianus*, in foro paterno, non teneatur ad examen Teſtium rigoroſè, ipſi dando iuramentum de veritate dicenda, tamen debet de veritate criminis ſummariè inquirire, & ſe diligenter informare, ne, ex vnius aduerſarij falſa relatione, penitentietur innocens Subditus, vt multoties accidit, maximè à *Superioribus* imprudentibus. Hinc peccant grauiter contrà iuſtitiam, & contrà prudentiam, qui omnem accuſationem ſibi factam putant eſſe veram, non aduertẽtes multoties ſub larua zeli, in Accuſatore perſonatam latitare inuidiam, & liuorem; & clauſis oculis, & parte inaudita, ad punitionem deueniunt. Peccant inquam *contra prudentiam*, eo quia inconſideratè, & præcipitanter agunt ad punitionem, qui modi agendi ſecundùm *D. Thomam* (z) ſunt primæ ſpecies peccatorum contra prudentiam; licet ſecundum ſe, non ſint peccata niſi venialia, tamen ratione periculi alterius peccati grauis, puta iniuſtitiæ, cui ſe exponunt, etiam illi poſſunt euadere peccata mortalia, vt ex *Leſſio* docet *Peyrinus*. (a) Peccant aliquandò grauiter *contra iuſtitiam*, quia ad falſas relationes iniungunt penitentias. Et licet iſtæ, eo quia ſalutares ſunt, non inferant infamiam legalem, tamen inferunt malum nomen in Religione, quod poteſt dici infamia moraliter, & hoc maximè iuuenibus, qui ſi frequenter penitentientur, ex motiuo defectuum, notantur nomine *immorigerati*, *indomiti*, *relaxati*, *& incorrigibilis*, ex quibus incipiunt malè audire apud Fratres, & impediri illorum Religioſi profectus. Adde, quod iſti penitentiati videntes ſe immeritò puniri, & poſitos eſſe tanquam ſignum ad ſagittas perſequentium, & videntes Superiorem credentem inconſideratè falſis accuſationibus inimicorum calumniantium, concipiunt iram, & odium tum contra tales Accuſatores, tum contra *Superiorem* præcipitanter procedentem, & ex hoc peccato, quod frequentiſſimè accidit, in ſic penitentiatis, redditur peccatum mortale

le præcipitatio Superioris in penitentiando. Non ergo Superiores ſint faciles ad credendum *omni verbo*, vt monet Eccleſiaſticus,(*b*) & audiant mellifluum, & ſalubriter pungentem Bernardum (*c*) dicentem ad *Eugenium*. *Eſt vitium, cuius ſi te immunem ſentis, inter omnes, quos noui, ex his, qui cathedras aſcendunt, ſedebis ſolitarius*; & infrà *Facilitas credendi hæc eſt, cuius callidiſſimæ vulpeculæ Magnorum neminem comperi ſatis cauiſſe verſutias. Inde eis ipſis pro nihilo iræ multæ, indè innocentium frequens addictio, indè præiudicia in abſentes*. Vndè etiam Ouidianum. illud. (*d*)

Nec citò crediderit, quātū citò credere lædat
Exemplum vobis non leue Procris erit.

Priuſquam ad punitionem procedant examinent, quantum poſſunt, motiuum Accuſatoris, ſeu referendarij; nec referentium grauitas ſuppleat Teſtium defectum. *Senes* enim, qui innocentem calumniati ſunt *Suſannam*, inſtruunt nos, non ſemper eminentiæ gradus, aut dignitatis, copulatam eſſe virtutem. Si de Subdito *Superior* audiet defectum ſoli relatori cognitum, minimè procedat ad publicam penitentiam, quia defectus ſecretus ſecretam requirit cognitionem, & correctionem, &, ex defectu Teſtium, nequit *Superior* iuſtificatè procedere, ſi de illo defectu ſpargitur rumor inter Fratres, ſignum eſt, quod Accuſator non bono zelo ductus accuſauit apud *Superiorem*, ſed animo maligno nocendi, ex quo turpitudinem Fratris non velauit, ſed omnibus eius famam proſtituit. Si verò Accuſator Teſtes habet, ab ijs informetur *Superior* de veritate; & ad procedendum exactè, & iuſtificatè, debet, antequam in publico puniat, vocare defectuoſum, & ipſi crimen objicere, de quo accuſatur, vt habeat ſpatium ſe defendendi, multoties enim talia habebit motiua, ob quæ puniendus minimè veniet. Quod ſi ex verbis ipſius cognoſcit *Superior*, Subditum excuſationes friuolas, inueriſimiles, ac mendicatas pro ſuis defectibus tuendis adducere, tunc poterit, tuta conſcientia, ad publicam punitionem deuenire, ex eo, quod ad eam omni cum ponderatione procedet, nec ſe exponet periculo, vt Subditus crimen neget, penitentiam renuat, & *Superior* ipſe aut iniuſtus, aut nimis credulus appareat.

Faciamus ergò, quod *Superior* prò illo crimine flagellationem, & ieiunium in pane, & aqua illi iubeat. Subditus autem apertè deneget, talem pœnitentiam ſubire. Si Superior denuo, & iterum ſub formali præcepto, & per ſanctam Obedientiam iubeat, vt pœnitentiam exequatur, Subditus verò alta voce, perfricta fronte, & animo reſoluto, dicat *Nolo talem pœnitentiam facere*; & multò magis ſi diceret; *non agnoſco te, vt Superiorem*, vel *nolo mandatis tuis obtemperare*; & à Refectorio diſcederet, aut ad menſam accumberet, tunc *Superior* debet in ſcriptis redigere caſum notorium rebellionis illius iuxtà formam, quam Parte ſecunda dabimus.

Ex poſt debet conuocare *Diſcretos Conuentus*, qui vt notat *Sanctorus* (*e*) non poſſunt eſſe pauciores duobus, ſed de conſuetudine Religionis, & conuenientia, debet eſſe *Vicarius Conuentus*; & duo maiores cæteris dignitate, vel ætate. Iſtis conuocatis, proponere debet exceſſum ſequutum in Refectorio, & ab ijs petere conſilium, & aſſenſum circà carcerationem *Rei*. Et ſi maior pars eorum annuat, vt ſtatim carceretur, debet ipſorum conſilium, & aſſenſum in ſcriptis redigere, vt in ſecunda Parte dicetur.

29. Quid autem ſi vnus ex tribus *Diſcretis* iudicaret carcerandum, duo autem contrarium ſentirent? Dico quod debet ſequi conſilium duorum, & abſtinere à carceratione. Quià talis carceratio pendet à conſilio, & aſſenſu *Diſcretorum* iuxtà Statutum. Si ergò tres ſint *Conſiliarij*, & duo abnuant à carceratione, liquet conſilium eſſe pro reſolutione negatiua; vndè *Guardianus*, qui regitur in hoc caſu à conſilio, nequit contrà ſenſum maioris partis operari. Nec dicendum, quod *Guardianus* volens incarcerare, ſimul cum alio *Diſcreto*, qui in carcerationem inclinat, æquet vota aliorum duorum diſſentientium eo ea; & cum pars maior cenſeatur in *iure* (*f*) illa, in quam inclinat *Prælatus*, in hoc caſu poſſit dici, quod maior pars carcerationem conſuluerit. Quia reſolutio carcerationis dependet, non à placito *Guardiani*, ſed à conſilio, & aſſenſu *Diſcretorum*. In illo ergò congreſſu *Guardianus* ſi ingreditur vt *Prælatus*, argumento cuiuſdam *Gloſſæ*, (*g*) vocem non habet, & eius votum non auget numerum; dum autem conuocat, vt conſilium petat, liquet, quod hoc facit, vt *Præla-*

tus,

tus, ibi enim vt Conſiliarius non interuenit, non enim poteſt quis à ſe conſilium petere, hoc enim nihil eſt, & nemo ſibi conſilium dat, ſed, ad plus, poſt conſiderationem deliberat. Si ergò *Guardianus* voto ſuo non auget numerum Conſiliariorum, patet quod ſi vnus *Diſcretus* conſenſit, & duo diſſentiunt à carceratione, *Guardianus* nequibit carcerare, quia non habet ad carcerationem conſilium, & aſſenſum *Diſcretorum*, quæ Statutum requirit. Si verò *Diſcreti* conſulunt, quod debeat *Guardianus* alias duas Canonicas monitiones facere, ad videndum ſi *Reus* à pertinacia diſcedat, & ſinè ipſis non præbent aſſenſum, quod carceretur; debet *Guardianus* monitiones illas facere. Licet enim Statutum in tali caſu concedat, quod *Reus* carcerari poſſit *trina monitione etiam non præmiſſa*, tamen idem Statutum requirit ad carcerationem conſilium, & aſſenſum *Diſcretorum*: & cum *Diſcreti* denegent aſſenſum carcerandi, niſi trina monitione præmiſſa, debet hoc omninò practicari; attento maximè, quod talis monitio trina magis eſt conformis charitati, & Sacris *Canonibus*.

30. Et aduertendum, quod illud, quod fuit concluſum, & actitatum in tali *Diſcretorio*, debet adnotari in ſcriptis, modò ſuprà expoſito. Licet enim in hoc *Textu* dicatur *Guardianum* debere procedere ad punitiones paternas ſinè ſcripto, tamen in hoc caſu ſcribere debet, tum quia procedit vt *Iudex*; tum quia hoc modo legitimè poſt docere de ſuo modo procedendi, & iuſtificatè omnia ad *Prouincialem* tranſmittere; tum vt habeat documenta, quibus petere poſſit auxilium brachij Secularis, ſi opus erit, vt infrà dicam. Vndè benè monet *Sanctorus* (b) *Guardianum* debere ſcribere exactè præceptum à ſe factum, cauſam præcepti, puta delictum, inobedientiam, & rebellionem *Rei*, conſilium petitum à *Diſcretis*, ſenſum *Diſcretorum*, & tandem omnia acta ſingillatim vſque ad carcerationem incluſiuè.

Quod ſi *Reus* obſtinatus in ſua rebellione etiam poſt trinam monitionem permaneat; tunc poterit Guardianus carceri mancipare, & ſi in illo Conuentu carcerem tutum non habeat, poterit in aliqua camera, cuius oſtium nequeat ab intus aperiri, claudere, & manicis, compedibus, vel catenis alligare, nè auſugiat; hęc enim nō ſuperant cōditionē carceris, ità vt poſſit dici, quod *Guardianus* faciens in tali caſu ligare *Reum* excedat pœnam tali crimini taxatam à *Statuto*. Quia licet magis afflictiuum ſit eſſe compeditum in carcere, quam liberum, hoc tamen eſt cæteris paribus, hoc eſt, quod carcer ſecurus ſit. Dum autem carcer talis non eſt, & ad ſecuritatem ipſius, *Reo* adhibentur vincula, non eſt vndè poſſit dici, quod in carceratione ſit ipſe grauatus ſupra diſpoſitionem Statuti; talia enim vincula ſuccedunt loco ſecuritatis illius carceris. Debet autem *Guardianus* totam ſeriem carcerationis, & omnes circumſtantias ſecutas in captura adnotare, vtpotè ſi *Reus* fecit reſiſtentiam Ftatribus, qui de mandato ipſius capere voluerunt, ſi minatus tantùm eſt; ſi pugno eos percuſſit, ſi manu armata, ligno, ferro, aut alio inſtrumento, ſi liuorem in facie impreſſit, ſi vulnus inflixit, & omnia adamuſſim ſcribere. Et ad imperitorum inſtructionem in ſecunda Parte formam trademus.

Ex poſt *Guardianus*, copiam authenticam illorum actorum ſubſignatam à *Diſcretis Conuentus*, & Sigillo ipſius munitam debet ad *Prouincialem* mittere, ipſius enim eſt arbitrio commiſſum, decernere, per quantum temporis debeat talis carceratio durare. Vndè benè ex *Statutis Alexandrinis* concludit *Sanctorus*, (i) quod *Guardianus* benè poteſt talem Rebellem incarcerare, ſed non poteſt illum liberare, quia hoc ſpectat ad *Prouincialem*.

Quia verò multa circa caſum prædictum occurrere poſſunt, quæ tenerent ſuſpenſum *Guardianum* imperitum, qui in facti contingentia neſciret quid deberet agere, ad ipſius inſtructiones ſequentes quæſtiunculas reſoluemus.

V. Quæritur. Quid agendum ſi Subditus, cui pro defectu commiſſo Guardianus iniungit pœnitentiam, dicat ſe non pœnitentiam renuere ob inobedientiam, ſed quia delictum, pro quo Superior talem pœnitentiam iniungit, non fuit ab eo commiſſum; & paratum eſſe, alioquin pœnitentiam illam facere, gratia mortificationis, non ob commiſſum delictum.

SVMMARIVM.

31. *Negans commiſiſſe delictum; & renuens pœnitentiam nequit carcerari.*
In tali contingentia, quid debeat facere Guardianus.

31. Reſpondeo, quod tali caſu non poteſt puniri Subditus, vt inobediens; quandoquidem ipſe promiſit quidem obedientiam cœcam, non tamen irrationabilem. Vndè dicebat *Apoſtolus, Rationabile obſequium veſtrum.* Quod autem quis pœnitētiam ſubeat pro crimine, & crimen non ſit ab eo commiſſum contrà rationem eſt. Vndè ſi renuit pœnitentiam datam pro crimine; quod tamen non commiſit, non poteſt dici inobediens, nec vt talis puniri. Difficultas ſola eſt an debeat *Guardianus* ſuæ negationi acquieſcere, & iniungere, vt eandem pęnitentiam ſubeat ſi non ob crimen, ſaltem gratia mortificationis? Ad hoc dico, quod duæ viæ ſunt vna quidē iuridica, alià verò prudentialis. Si primam vult tenere, debet *Guardianus* pro tunc dimittere Subditum, dicendo *melius de hoc informabor*. Et poſt à Teſtibus debet denuò iuratas informationes capere: quod ſi conteſtes ſint, patet, quod per eos poſſet etiam in foro iudiciali *Reus* eſſe conuictus. Vndè à fortiori dicendum eſt in foro paterno, quantumuis *Reus* delictum neget. Si ergò Teſtes ſecretò iurent, & in ſubſtantialibus conueniunt, *Guardianus* non obſtante *Rei* negatione, ad punitionē procedat, imò quia negauit falsū, & cōmunitatem ſcandalizauit, pęnitentiam maiorem debet addere; Etſi ipſe appellet, non deferat *Guardianus* appellationi, ſi quidem à correctionibus Regularibus, & pęnitentiis ſalutaribus non datur appellatio, vt ex *Textu* ſuprà dictum eſt. Si autem Teſtes iuramento adacti tergiuerſentur, & cognoſcat ex eorum verbis *Guardianus*, quod falſum crimen detulerint ad ſe; de rigore iuſtitiæ deberet *Superior* contra illos animaduertere, & coram tota Communitate pęnitentiare, tum vt ſe iuſtificaret coram Fratribus, oſtendendo, quod ſi illi Subdito pęnitentiam iniunxit, ideò fecit, quia delictum de eo ſibi fuerat repræſentatum; tum vt calumniandi crimen in illis Teſtibus vindicaret, tum vt famæ Subditi falsò accuſati ſatisfieret. Quod ſi pro bono pacis nollet *Guardianus* contra Teſtes in publico procedere, contentus acri, & ſecreta correctione, debet tamen in publico, pro ſananda ſui exiſtimatione, & fama Subditi, dicere, *Se fuiſſe malè informatum circà crimen ſibi obiectum, & facta diligenti inquiſitione, reperiſſe illum eſſe innocentem à tali delicto, proindè à penitentia iniuncta ſe illum abſoluere*. Alia via prudentialis eſt, quod ſi Subditus ſe paratum offert, pęnitentiam illam exequi, in exercitium mortificationis, & non in pęnam delicti, *Guardianus* acceptet oblationem, & pęnitentiam quoquo modo factam, vt ſatisfactoriam mandato habeat. Sed tunc debet cauere *Guardianus*, ne crimen à Subdito negatum in medio denuò producat. Sed dicat. *De tali crimine fuiſti apud me accuſatus, Tu denegas, & alij affirmant*. Quis nam verum affirmet, nouit Deus. Tu pęnitentiam feciſti; ſiuè fuerit in punitionem criminis, ſiuè in exercitium mortificationis, optimè feciſti, &c.

VI. Quæritur. Quid iuris ſi dicat Subditus, ſe pœnitentiam renuere, quia Superior excedit modum in correctione, & proindè ad Prouincialem appellare?

SVM-

SVMMARIVM.

32. *Renuente Subdito pœnitentiam, vt grauem, quid agendum?*
A pœnitentia taxata à Statutis nequit appellari.
A pœnitentia Superiori arbitraria appellari poteſt.

32. RESpondeo, quod ſi pœnitentia illa eſt à Statuto impoſita, & taxata pro tali delicto, & *Reus* crimen obiectum non neget, ſed tantùm dicat pœnitentiam excedere delictum, *Guardianus*, nullo modo, appellationi debet deferre, ſed ipſam ſpernere tanquam friuolam, & ad punitionem procedere, prout ſuprà dictum eſt. Si autem pœna eſt arbitraria *Guardiano*, in reuerentiam *Superioris* appellati, debet ſuſpendere executionem, donec *Superior* conſulatur, vt aliàs dictum eſt. *Prouincialis* autem, ſi malè à Subdito fuiſſe appellatum iudicabit, debet illi pœnitentiam duplicare iuxta Statuta; *(l)*

VII. Quæritur. Quid agendum, ſi Reus poſt rebellionem, & contumaciam præſtitam antè, vel poſt trinam monitionem; dum Guardianus cum Diſcretis conſulit de illo carcerando, nec nè; in ſe reuertitur, culpam agnoſcit, & ſe ad pœnam ſubeundam offert?

SVMMARIVM.

33. *Si contumax reſipiſcat, quid agendum.*
Per pœnitentiam nemo deſinit eſſe nocens.

33. RESpondeo, quod de rigore iuris non minùs poſſet carcerari, eo quia crimen rebellionis iam commiſit, & eius delictum eſt conſummatum, proindè poſſet debita pœna carcerationis vindicari. Si quis enim furtum, vel homicidium committeret, non ideò tamen, quia ipſum pœnitet de tali delicto, debet euadere pœnam à lege tali delicto ſancitam; *nemo en. m*, vt eleganter, ait *Vlpianus (m) pœnitentia ſua nocens eſſe deſijt*, cui concordant alia *iura*. *(n)* Tamen ſatiùs eſſet ad miſericordiam deflectere, & ad paternum ſinum conuolantem filium, rebellionis poſtliminio reducem, charitatis brachijs amplecti; ità enim ad maiorem pœnitudinem ex Patris, & *Superioris* clementia promoueretur; fructuoſior euaderet pœnitentia, & *Superior* ipſe melius apud Subditos, & *Prælatos* audiret, vt docet *Sanctorus*. *(o)*

VIII. Quæritur. Quid agendum, ſi Guardianus juberet Laicis Conuerſis, ſiue alijs, vt Fratrem rebellem caperent, & iſti nollent obedire?

SVMMARIVM.

34. *Ad mandatum Guardiani tenentur Fratres contumacem carcerare.*
Non tamen, ſi eſſet cum propriæ vitæ periculo.
Cum periculo vitæ non tenetur Religioſus ire inter infideles.
35. *Brachium Sæculare, quandò poteſt implorare Guardianus.*
Pro capiendis Apoſtatis inuocatur.
Extenſio de caſu ad caſum quandò facienda.
Extenſio fit ex identitate rationis.
36. *Ratio propter quam implorandum eſt brachium ſæculare.*
Quo caſu tenetur Iudex ſæcularis brachium dare.
Quomodò petendum à Guardiano brachium ſæculare.
Non iniuriatur Eccleſia ex inuocatione brachij ſæcularis.
Vbi Eccleſiaſticus non poteſt, ſubuenit Laicus.
37. *Cautelæ adhibendæ à Guardiano in petitione brachij ſæcularis.*
38. *Proteſtatio eſt neceſſaria, quandò quis vocatur ad quæ non habet ius.*
Conſeruatoris munus, quid ſit.
Conſeruator poteſt procedere contrà Regulares, & Sæculares.
Et inuocare brachium ſæculare.
Et compellere per cenſuras ad illud dandum.

34. Re-

34. RESpondeo primò. Poſſe *Guardianum*, & debere illos per formale præceptum adſtringere ad obediendum, & illi ſub mortali eſſent obligati ad parendum tali præcepto, quod non eſſet contrà animam, & Regulam. Imò *S. P. Franciſcus* in Teſtamento ſuo iubet *Guardianis*, quos nomine *Cuſtodum* appellat, vt Fratres delinquentes, & non facientes officium ſecundùm Regulam, incarcerare faciant; imò ait, *(p) Cuſtos teneatur per Obedientiam ipſam fortiter cuſtodire, ſicut hominem in vinculis die, noctuque, ità quod non poſſit eripi de manibus ſuis, donec propria perſona ſua ipſum repræſentet in manibus ſui Miniſtri*. Stat autem, quod ità, prout à *Sancto Patre* præſcribitur, non poteſt à *Guardiano ſolo* talis delinquens carcerari, nec in vinculis detineri, niſi Fratres cæteri auxilium præſtent, vndè conuincitur, ipſos etiam mandato *Sanctiſſimi Patris* ad hoc impelli.

Reſpondeo ſecundò. Si Subditi habent metum rationabilē cadentem in conſtantem virum, ex eo quod *Reus* homo fortis eſt, & viribus validus, & minatur percutere eos, qui illum capere tentabunt, & ſolitus eſt minas exequi, vndè probabile eſt periculum, quod ſi ipſum tentabunt carcerare, grauiter percutientur, vel verberabuntur; non tenentur, cum tali periculo mutilationis, vel mortis, *Superiori* præcipienti obedire; cum etiam non teneantur, cum periculo vitæ, *Religioſi* obedire mandato *Superioris* præcipientis, vt vadant ad prædicandum infidelibus, *(q)* vt dicunt *Doctores*. Quod, ſi dicatur Subditum cum periculo vitæ debere obedire *Superiori* mandanti ea, quæ faciunt ad conſeruationem *Religionis*, vt ad ſeruiendum Fratribus infirmis peſte laborantibus, vt docet *Moronus*; *(r)* proindè etiam obligari, licet cum periculo vitæ, ad capiendum talem *Reum*, quia ipſius punitio tendit in bonum *Religianis*. Reſpondeo, quod non eſt par ratio. Quia ſeruitus Fratri ægroto non poteſt differri, aut per alium abſque periculo impendi, & ideò tenetur, tunc Subditus, neceſſitate vrgente, obedire, etiam cum periculo ſuo. Sed non ità eſt in caſu. Etenim illius *Rei* punitio poteſt differri, abſque *Religionis* detrimento, & eius captura poteſt fieri per alios vel viribus robuſtiores, vel animo magis conſtanti; vel armatos, ità vt nullum reſpectu ipſorum poſſit adeſſe periculum, quod à *Reo* vulnerentur.

35. Reſpondeo tertiò. Si in Conuentu nullus adeſſet, qui poſſet, aut uellet illum rebellem incarcerare, poteſt *Superior* implorare auxilium brachij ſæcularis, ſed cum maiori cautela poſſibili, ne ſcandalum in populo ſuſcitetur. Et hæc reſolutio fundatur in aperta diſpoſitione *Statuti Generalis Ordinis*, *(s)* ità diſponentis *Apoſtatæ pœnas latas ſubire recuſantes, per iuris, & facti remedia, inuocato etiam auxilio brachij brachij ſæcularis, grauiter arceantur*, quod etiam decernitur in *Statutis Reformatorum*, *(t)* & fuerat anteà determinatum in *Statutis Valliſoletanis*. *(u)* Et licet de Apoſtatis recuſantibus ſubire pœnas loquatur, tamen ad alios caſus ſimiles debet fieri extenſio ob ſimilitudinem rationis. Licet enim regulariter non fiat extenſio de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam, vt dicitur in *iure*, *(x)* tamen hoc intelligitur quandò lex, vel Statutum loquitur præcisè de vno, & de alio contrarium diſponit, ſecùs ſi lex, vel Statutum loquitur de certis, ratione frequentioris vſus, quia alia non excludit, vt elicitur ex quadam *lege*. *(z)* Imò vbi vnica ratio poteſt aſſignari habetur pro expreſſa, & tunc fit extenſio ex identitate rationis, quæ non eſt interpretatio extenſiua, ſed comprehenſiua, & intellectiua, vt docet *Alexander*. *(a)* Patet autem, quod Statuta noſtra non vetant, quod recuſantes pœnas impoſitas ob alia crimina, quàm præter Apoſtaſiam, non poſſint coerceri per inuocationem brachij ſæcularis, imò ſi hoc expreſsè concedant contrà recuſantes ſubire pœnas Apoſtatarum, hoc ideò eſt, quia in hoc crimen recuſandi pœnitentias frequentiùs incurrunt Apoſtatæ, qui vt plurimum ſunt homines perditiſſimi, quàm cæteri; & proindè Statutum de his apertè diſponit, non tamen excluſis cæteris caſibus ſimilibus. Imò vnica ratio eſt, ob quam Statutum concedit recurſum ad brachium ſeculare, & eſt, vt contumacia rebellium, quæ alia via frangi nequit, compeſcatur, & Regularis Obedientiæ vigor per diſciplinæ rigorem ſubſiſtat in Religione.

36. Hæc autem ratio militat in caſu noſtro; ſupponimus enim Superiorem localem tentaſſe omnia media ad remouendum Rebellem perſiſtentem in contumacia, & Fratrum auxilium imploraſſe ad ipſum carcerandum; quæ cum inutiliter

ter ſint practicatæ, & neceſſaria ſit vis externa prudenter adhibita, ad tutamen auctoritatis *Superioris*, & diſciplinæ Regularis, remanet ſolùm vti auxilio brachij Sæcularis, quod à Statutis, in caſu ſimili, Superioribus indulgetur. Modus autem hoc practicandi talis eſſe debet. Quia *Iudex Sæcularis* non debet dare brachium, niſi iuſtè imploretur, & ipſe debet ſummatim hoc examinare, vt dicunt *Doctores*: (b) vndè ſi Eccleſiaſticus non iuſtè decernit non tenetur Sæcularis illi parere in hoc, vt tradunt plures *Iuriſperiti*: (c) Quandò tamen iniuſtitia eſt manifeſta ex ventre ſententiæ, quia aliàs non poteſt Sæcularis de iniuſtitia cognoſcere, neque de nullitate, prout habet *Romanus*. (d) Hinc eſt, quod ad iuſtificatè procedendum in caſu noſtro, oportet, quod *Guardianus* deſcriptionem authenticam facti oſtendat *Iudici* Sæculari, ad hoc, vt videat, quod *Guardianus* iuſtè procedit. Nec eſt, quod aliquis dicat cum *Hoſtienſi*, qui citat quædam *Capitula*, (e) quod non debet *Eccleſiaſticus* inuocare auxilium brachii Sæcularis, quia eſt ſpecies iniuriæ, quæ fit *Eccleſiæ*, tradere perſonam Diuino cultui mancipatam in manus Laicorum; quia vt habet *Textus* cuiuſdam *Canonis*, (f) datur facultas *Epiſcopis* inquirendi, vlciſcendi, & iudicandi ſcelera; *Et cum opus fuerit, publicum conuocandi auxilium, non ad præiudicandum, ſed potiùs ad ea, quæ Deo ſunt placita, proſequendum*. Cum ergo *Guardiani* quaſi *Epiſcopalem* habeant in Subditos, (quos Cenſuris ligare poſſunt) iuriſdictionem, rebellio autem crimen Religioni pernicioſiſſimum ſit, (ſublata, quippè Prælato obedientia, Religio erit inordinata hominum confuſio,) patet quod, ſicut *Epiſcopus* poteſt ſæcularem poteſtatem implorare, idem poterit etiam *Guardianus*, & in hoc nulla efficitur contumelia *Eccleſiæ*; quia non per hoc, quod curatur captura illius *Rei* per manus Laicorum, præiudicatur Eccleſiæ, conſignando Religioſum in fortijs Sæcularium, cum ille captus debeat manere in carcere Conuentus; imò iuuantur hoc modo iura *Eccleſiæ*, quia quod contumaces in eam quoquomodo caſtigentur, magis expedit, quàm quod à vi Laica ſit immunis ille *Eccleſiaſticus*, qui *Eccleſiæ* ipſæ iniurius, *Superiorum* mandata iuſta contemnit. Imò falſum eſt, quod talis captura manu Laicorum facta, dicatur facta à Laica poteſtate, hoc enim verum eſt tantùm materialiter, ſed formaliter eſt facta à poteſtate *Eccleſiaſtica*, quæ vtitur familia Laica, tanquam puro inſtrumento, vim iuridicam habente à poteſtate *Eccleſiæ*, ſicut, & omnes capturæ, quæ fiunt a familia armata *Epiſcopi*, dicuntur factæ à foro *Eccleſiaſtico*, licet illi familiares ſint Laici. Non eſt ergo vndè poſſit argui huiuſmodi captura in caſu noſtro, nec ex parte iuriſdictionis in *Guardiano*, nec ex diſconuenientia actus. De obſeruantia quippè Curiæ eſt, quod in criminalibus, vbi *Iudex Eccleſiaſticus* non poteſt criminoſos capere, vtatur brachio Sæculari, vt teſtantur plures (g) *Doctores*.

37. Monitos tamen volo *Superiores locales*, vt antequàm ad hanc reſolutionem deueniant, omnes moueant lapides ad inducendum *Reum*, vel Fratres Conuentus ad obedientiam; proteſtando ipſis, ſe velle Curiam ſæcularem accerſere, ſi illi non capiant; & illos futuros eſſe cauſam ſcandali, ſi quid ſequeretur ex tali captura. Pariter moneo, vt *Guardianus* roget *Iudicem* Sæcularem, vt perſonaliter interueniat huiuſmodi capturæ, ad hoc, vt ex eius præſentia res maiori cum quiete fiat. Poterit enim fortè *Reus* contumax ex ſolo aſpectu, & verbis *Iudicis* moueri, ità vt ſpontè vadat in carcerem; & ſi hoc nolit *Iudex*, præſentia ſua in officio continebit ſatellites ſolitos malè tractare eos, quos capiunt, ita vt capturam quidem perficiant, non autem, vltrà neceſſitatem, vim inferant capto. Inſuper admoneo, vt talis captura fiat nocturno tempore, ad hoc, quod ſcandalum non oriatur apud Sæculares videntes *Iudicem*, cum familia armata, intrare Conuentum, quod eſt inſolitum. In ſumma, omnia debet agere *Guardianus*, vt reparetur quidem eius iuriſdictio ſauciata per rebellionem Subditi, ſed hoc fiat cum minori detrimento Religionis, quod poſſibile ſit. Proindè roget *Iudicem*, vt ſub pœna aliqua graui, familiæ ſuæ, circà hoc, ſilentium imponat, ne factum apud populum, cum famæ Religioſæ iactura, diuulgetur.

38. Quià vero quædam *Gloſſa* (h) ex nonnullis iuribus dicit, *quod proteſtatio neceſſaria eſt, quando aliqui aduocantur ad ea, in quibus ius non habent*. *Iudices* autem Laici ius non habent Religioſum capiendi, vt notum eſt; optima eſt cautela pro *Guardiano* ad iuſtificatè agendum, vt inuo-

D d

inuocando brachium ſæculare præmittat *Iudici* proteſtationem coram *Notario*, & Teſtibus, totumque factum in ſcripta redigat, vt in ſecunda Parte formam deſcribemus.

Quæ verò hucuſquè dicta ſunt, intelligi debent de eo, quod, attento rigore iuris, poteſt facere *Guardianus*, ſed non de eo, quod, prudentia dictante, ſuadeo faciendum. Si enim ſalutarem pœnitentiam iniunctam, cum contumacia tantùm, renuit Subditus, vt nulla vlterius rationabilis ſuppeteret cauſa recurſum habendi ad brachium ſæculare, non eſſet vndè grauem admirationem, & ſcandalum cauſaret in ſæculo (cum penè impoſſibile ſit, quod talis carceratio maneat occulta) ſic carcerando, & tale remedium magis noceret Religioni, quam vulnus acceptum per contumaciam illius. Dico ergo quod ſi *Guardianus* non eſt certus, quod Fratres iuſſi, capiant contumacem, ex quauis cauſa ſiue vera, ſiue præſtituta, non debet ponere ſuam auctoritatem, in periculo, nempè iubendo carcerationem, quæ tamen à nullo ponetur in executionem. Sed debet vti gladio ſpirituali, puta ex communicatione, ad quam deuenire poteſt etiam ſine *Diſcretorum* aſſenſu. Si ergo Subditus ter monitus adhuc perſeuerat in ſua contumacia, poteſt illum excommunicare ſolemniter iuxtà formam, quam dabimus ſecunda Parte, & per nuncium expreſſum informare *Prouincialem*, illi transmittendo copiam actorum; & interim talem contumacem expellere ab *Eccleſia* tempore diuinorum *Officiorum*; in Refectorium non admittere, & omnia ſeruare, quæ *Sacri Canones* decernunt circà *Excommunicatos denunciatos*. *Prouincialis* autem vel per ſe, vel per *Delegatum* debet modis ſolitis compellere *Reum*, vt *Prælato locali* obediat pœnitentiam ab eo iniunctam in illo Conuentu exequendo; & illum in pœnam contumaciæ carcerare, ad præſcriptum *Statutorum*. Si verò periculum imminens, & fundatum eſt, quod Subditus peruerſus, filius Belial, in vitam Superioris, aut alterius Fratris armabitur, & *Diſcreti* Conuentus neceſſariam ducant carcerationem, vt præfertur, tunc poterit ad carcerationem modo aſſignato deueniri.

Aduertere tamen debet *Guardianus*, quod ſi in loco illo adeſt *Iudex Conſeruator*, debet ipſe priùs adiri. Vt enim habetur *ex iure*, & *Conſtitutione Gregorij XV.* (*i*) illorum munus eſt, defendere *Religionem* in notorijs, & manifeſtis iniurijs, & violentijs, à quibus nequit ſe defendere *Religio* ſibi commiſſa. In caſu autem noſtro adeſt iniuria notoria, & violentia illata *Prælato*, & ſic etiam *Religioni*, à Subdito Rebelle; proindè, cum nequeat, vt ſupponitur, *Prælatus* alio modo ſuam iuriſdictionem tueri, ad *Conſeruatorem* debet confugere, tum quia Eccleſiaſticus eſt; tum quia maiori zelo iura *Religionis* tuebitur; & ille debet familiam armatam impetrare à *Iudice*; & in tali caſu non eſt neceſſària proteſtatio, quam diximus faciendam *Iudici Seculari*. Quod ſi dicatur, munus *Conſeruatoris* eſſe tueri *Religionem* à violentijs, quæ fiunt à ſæcularibus, aut extrà *Religionem*, non vero à Fratribus Religionis ipſius. Reſpondeo negando aſſumptum, quia munus *Conſeruatoris* eſt, defendere *Religioſos*, & *Religionem* ſibi commiſſam ab iniurijs manifeſtis contrà quoſcumquè; nec eſt reſpectu huius aliqua diſtinctio perſonarum, vt docent *Communiter ſcribentes*, (*l*) & manifeſtè deducitur ex priuilegio conceſſo à *Clemente Septimo Minimis*, quod refertur à *Compendio Priuilegiorum Societatis Ieſu*, (*m*) vbi habetur, quod Conſeruator poteſt procedere *contrà perſonas quaſcunque Eccleſiaſticas tam Regulares, quam ſæculares, nec non laicos, Communia Ciuitatum, & Diœceſum*; & non ſolùm per Cenſuras, ſed etiam inuocando auxilium brachij ſæcularis, vt dicunt *plures*, (*n*) & ſi illud ſibi denegetur, poteſt per excommunicationem compellere *Poteſtatem* ſæcularem, ad illud concedendum, vt docet *Paſſerinus*, & alij. (*o*) Cum ergo ſimus in caſu, quod notoria iniuria infertur *Prælato*, cuius iuriſdictio à Rebelle contemnitur, liquet quod eam tueri, ad *Conſeruatorem* pertinent. Quia per accidens eſt, quod notoriè iniurians ſit membrum eiuſdem *Religionis* iniuriatæ.

IX. Quæ-

IX. Quæritur. Quid agendum, caſu quo maior pars familiæ, vt poteſt contingere in paruis Conuentibus, ſit coniurata, & Rebellis contrà Guardianum, & ipſi nullo modo velit obedire?

SVMMARIVM.

39 *Guardianus quid agere debeat, ſi totus Conuentus eſt ſibi rebellis.*
Punitio multorum delictorum quandò differenda.
Delicta, quæ puniri nequeunt, Diuine iudicio ſunt reſeruanda.

39. RESpondeo, quod, in tali caſu, *Guardianus* deberet per nuncium expreſſum ſcribere ad *Prouincialem* ſtatum ſui Conuentus, & ab eo remedium expectare. Non enim tutum ſibi eſt, confugere ad auxilium brachij ſæcularis, quià cum omnes, aut maior pars, rebellis ſupponatur, difficile eſt, ni fortè impoſſibile, facere conſtare in ſcriptis de notorietate delicti, ad inuocandum poteſtatem laicam. Adde, quod iſti poſſent contrà familiam armatam vniri inter ſe ad defenſionem, & ſuccedere de facili mutilationes, & homicidia, vt accidit *Papiæ* paucis ab hinc annis; Superior enim cuiuſdam *Conuentus* petijt familiam armatam *Epiſcopi* contrà nonnullos *Studentes* ſibi inobedientes, ſed iſti conglobati ſunt contrà Satellites, quorum duo in conflictu remanſerunt mortui, læthaliter etiam vulnerato *Baricello*, ex quo maximum ſcandalum ortum eſt in tota Ciuitate, & *Superior* ille dictus fuit ab omnibus, fuiſſe imprudentiſſimus. Sunt enim delicta nonnulla, quorum punitio vtiliter differtur ad maius malum cauendum; vt fecit *Dauid*, qui punitionem delictorum *Ioab* distulit, quià ſibi erat neceſſarius in militia, & *Salomoni* commiſit poſt eius mortem, vt patet *libro tertio Regum*. (p) imò dicit quidam *Canon* (q) quod punitio quorumdam delictorum, quæ emendari nequeunt, diuino Iudicio eſt Relinquenda.

X. Quæritur. Quid agendum caſu ſuo in Conuentu non ſit locus Cuſtodiæ tutus?

SVMMARIVM.

40. *Guardianus quid facere debeat ſi in Conuentu non eſt carcer tutus?*
Quandò Reum poterit deponere in cuſtodia publica.
Poteſtas Eccleſiaſtica iuuanda per laicam.

40. RESpondeo quod antè recurſum habendum ad brachium ſæculare, debet *Guardianus* priùs de hoc cogitare, & ſuper hoc ſententiam audire à *Diſcretis* tum ſanioribus, tum ſenioribus. Si enim iſti concludunt, quod de facili *Reus* à fautoribus è carcere nocturno tempore eriperetur, & poſtquam ereptus fuerit, mortem inferre *Guardiano*, ſiue alteri Religioſo tentabit; vel ad campum exibit Apoſtata, & Bannitis copulabitur, & ſicarij vitam aget; vt cum deplorabili Religionum damno multoties accidit, præſertim in *Regno Neapolitano*; & hæc euentura probabiliter iudicabuntur attenta peruerſa natura, & peſſima indole *Rei*, qui Apoſtata aliàs fuit, aut aliquo alio famoſo facinore fuit notatus; vel quia hæc facere minatus eſt, & iſte eſt homo præceps, & ſolitus minas exequi; poterit, hoc habito conſilio, *Guardianus* ipſum *Reum* deponere in Cuſtodia publica, donec de eo prouideat aliter *Prouincialis*. Hoc quidem iuri, & rationi, & praxi congruit. Iuri quidem, quia poteſtas Eccleſiaſtica debet per poteſtatem laicam iuuari, vt dicunt *Canones*, (r) & ita cum illi deficiat ſecuritas cuſtodiæ, debet hæc à laica poteſtate miniſtrari. Rationi quia tantum malum, vt eſt homicidij periculum, ſiue ſcandaloſa Apoſtaſia, debet omni remedio anteuerti. Praxi verò etiam congruit, qui in multis locis vbi *Epiſcopi* ſecuros non habent carceres, fortè ex *Reorum* potentia, ipſos deponunt in publico, & ſecuriori carcere cuſtodiendos; & hoc in ſpecie vidi *Bergomi*, dum eram ibi Studens Theologiæ in *Conuentu Sanctæ Mariæ Gratiarum*; *Inquiſitor* enim, cum non ha-

haberet in ſuo Conuentu *Sancti Bartholomæi* carceres ſecuros, vtebatur carceribus publicis ad ſuos *Reos* cuſtodiendos. Verum tamen eſt, non eſſe apud Nos hoc practicandum, niſi vrgentiſſima premeret neceſſitas, & maximè adhibenda eſſet circà hoc cautela. Quandoquidem incredibile eſt ſcandalum, quod naſceretur ex tali carceratione, quæ nullo modo poſſet remanere ſecreta; vnde ad talem reſolutionem non eſſet deueniendum, niſi minus malum Religioni eſſet, naſci tale ſcandalum, in comparatione illius mali, quod ſequeretur ex fuga detenti in carcere Conuentus; puta aliquòd homicidium, aut apoſtaſia illius à Religione, & copulatio cum bannitis, ſeu latronibus. Cautela itidem neceſſaria eſt, vt præcedat proteſtatio reciproca inter *Guardianum*, & *Iudicem laicum* ne facta depoſitione *Rei* in manus ipſius, aut impune dimitteret, aut reſtituere nollet, ex quo grauis controuerſia iuriſdictionalis oriretur, cuius cauſa inter *Principes ſæculares*, ac *Sedem Apoſtolicam* magna oriuntur diſſidia, & malè audiretur Religio, quæ talem occaſionem dediſſet. Ideò formam dabimus, iuxtà quam debet ſe gerere *Guardianus* in tali caſu. Habeat ergò, vt diximus, priùs conſilium cum *Diſcretis* antequam *Iudicem ſæcularem* imploret, & exquirat ab ipſis num iudicent neceſſarium, ex cauſis ſuprà expreſſis, vt *Reus*, poſtquam fuerit captus à brachio ſæculari, ad ſecuritatem debeat deponi in publico carcere, cum debita proteſtatione &c. Et totum deſcribat, vt in ſecunda Parte dicemus.

XI. Quæritur. An Vicarius Conuentus, vel Præſes à Miniſtro inſtitutus, poſſit, quæ de Guardiano ſcripta ſunt?

SVMMARIVM.

41. *Vicarius in capite, vel Præſes Conuentus poteſt ea, quæ Guardianus.*
Vicarius in longa abſentia Guardiani eſt Superior localis.
Quandò dicatur longa abſentia.
24. *Quid autem in dubio an longa, an breuis, futura ſit abſentia Guardiani.*
Cauſæ meri, & mixti imperij à ſolo Principe poſſunt delegari.
Illa ſunt, in quibus requiritur induſtria perſonæ.
Pœna tanta non debetur percutienti Vicarium, ſicut Guardianum.
43. *Carcer de apoſtatare volente non eſt formalis.*
Vicarius quandò poſſit abſoluere à Reſeruatis vt Guardianus.
44. *Vicarius nequit excommunicare.*
Alios præcedere non ſemper arguit Prælaturam.

41. RESpondeo, quod vt alias (s) diximus *Vicarij*, alij ſunt, qui in morte, vel longa abſentia *Guardiani*, ſunt inſtituti à *Prouinciali*, vt Conuentum gubernent, & iſti communiter dicuntur *Præſidentes*; alij ſunt in *Capitulis*, & *Congregationibus* inſtituti per electionem à *Diffinitorio*, ſaltem pro Conuentibus principalioribus, in quibus, iuxtà *Statuta Generalia Ordinis*, (t) debent ad tale munus promoueri Religioſi *grauiores*, imò ex *Statutis Reformatis*, (u) promouendi debent habere conditiones *Guardianorum*; alij ſunt *Vicarij* deputati ad tale munus ex ſola voluntate *Guardiani*. Si ergò loquamur de *Vicarijs* primò modo, qui dicuntur *Vicarij in capite*, vel *Præſidentes*, & Gubernant independenter à *Guardianis*; Dico quod iſti ſunt verè *Superiores locales*; & omnem auctoritatem directiuam, & coercitiuam habent, qua pollent *Guardiani*, vt dicunt *Doctores*; (x) & ideò poſſunt pœnitentias iniungere, ferre Cenſuras, carcerare in caſibus, in quibus hoc permittitur *Guardianis*; & proindè poterunt huiuſmodi *Vicarij in capite*, ſiue *Præſidentes*, quocunque nomine vocentur; vel tales, ſint, quia *Guardianus* mortuus eſt, & ipſi ſic à *Prouinciali* ſunt inſtituti ad regimen Conuentus ne familia ſit acephala; ſiue tales ſint quia Conuentus duodecim Fratres ad præſcriptum *Conſtitutionum* non poteſt alere, quià fabrica nondum eſt perfecta; aut quia Regio eſt deuaſtata per bellum, aut famem; poterunt inquam, huiuſmodi *Vicarij* aut *Præſides*, in caſu Rebellionis Subditi ea omnia agere, quæ diximus ſuprà, debere in ſimili caſu perfici à *Guardianis*. Ratio euidentiſſima eſt ex diſ-

diſpoſitione *Statuti* citati in principio huius Qœſtionis, (a) quod ſic habet. *Qui pœnitentiam per locorum Superiores ſibi impoſitam, & iniunctam agere, vel ſubire renuerit, de Diſcretorum*, &c. Ex quo manifeſtè patet, quod conſtitutio non limitatatur ad ſolos *Guardianos*, ſed loquitur de omnibus *Superioribus localibus*, & cum tales *Vicarij in capite*, ſiue *Præſidentes*, veri *Superiores* ſint, vt dictum eſt, ſequitur, quod etiam de illis debet accipi Statutum.

Dico ſecundò, quod ſi loquamur de *Vicarijs* per electionem inſtitutis à *Diffinitorio*, diſtinguendum iterum eſt; vel enim gubernant Conuentum in abſentia *Guardiani*, qui per longum tempus, puta vltra bimeſtre, debet abeſſe à Conuentu; aut eundem Conuentum regunt in abſentia *Guardiani*, quid intrà paucos dies probabiliter, reuerſurus eſt; vel gubernant Conuentum, dum *Guardianus* ab illo manè exijt, reuerſurus in ſerò, vel die ſequenti, quia non exit diſtrictum quæſtuationis ſuæ; vel gubernant in Refectorio abſente *Guardiano*, qui exempli gratia, decumbit in lecto ob podagram, vel aliam infirmitatem. Si primo, modo dico, quod *Vicarius* eſt *Superior in capite*, & gubernat independenter à *Guardiano*. Ratio eſt, quia licet ex ſui inſtitutione hoc non habeat, tamen hoc habet ex præſumpta intentione, & voluntate *Diffinitorij*, à quo fuit inſtitutus, vt dicit *Miranda*(a) de *Vicario*, qui cum ſit in tabula Capitulari inſtitutus à *Diffinitorio*, remanet *Superior* poſt mortem *Guardiani*. Non habet verò ex inſtitutione, quia poteſt *Prouincialis* inſtituere *Præſidem* alium à *Vicario*, cui *Præſidi* tenetur *Vicarius* ipſe ſubeſſe, & hoc firmatur ex praxi communi omnium *Prouinciarum*, in quibus in morte, aut longa abſentia *Guardiani*, arbitrarium *Miniſtro Prouinciali* eſt, vel *Vicario* relinquere adminiſtrationem Conuentus, vel vltrà *Vicarium* alium *Præſidem* inſtituere. Si ergo, ſic abſente per longum tempus *Guardiano*, *Vicarius* Conuentum regit, & *Prouincialis* nullum alium *Præſidem* deſignat, patet, quod hoc facit ex præſumpta voluntate *Prouincialis*, qui dum nullum alium *Præſidem* illi Conuentui præficit, declarat ſe velle, quod *Vicarius* habeat munus *Præſidentis*, & ea omnia poſſit, quæ poſſet *Præſidens*, vt præfertur inſtitutus. Liquet autem, vt ſuprà probauimus, quod *Præſes* eſt verus *Prælatus*, & ea omnia poteſt, quæ poteſt *Guardianus*, ergo idem dicendum erit de *Vicario*, qui remanet ad regimen Conuentus in longa abſentia *Guardiani*. Longam autem dixi abſentiam *Guardiani* tempus, quod ſuperat duos menſes ex hoc, quod *Concilium Tridentinum* (b) diſponit, vt curam animarum habentes non poſſint vltrà bimeſtre abeſſe à Parochia, ſicut etiam *Epiſcopi* à Diœceſi vltrà duos, & ad ſummum tres: & hanc *Concilij* diſpoſitionem non tantùm *Parochos*, ſed etiam *Regularium* quorumuis *Superiores locales* afficere tradunt *Doctores*. (c) Hinc eſt, quod cum *Guardiani*, ſecundùm aliquos, *Parochis*; ſecundùm alios verò, *Epiſcopis* comparentur, vt aliàs diximus; illud tempus, quod *Concilium* præſcribit *Parochis*, vltrà quod non poſſunt abeſſe à Parochia, debet etiam regulare *Guardianos*; & ſicut, ex eiuſdem *Concilij* diſpoſitione, non poteſt *Parochus* in tanta abſentia *Vicecuratum* ſubſtituere, abſq; ſpeciali *Epiſcopi* licentia, ità neque *Guardianus* ſuum *Vicarium Præſidem* Conuentus relinquere, ſine *Prouincialis* facultate, vel expreſſa, vel præſumpta. Si ergo in tali caſu *Prouincialis*, qui benè nouit abſentiam *Guardiani*, qui de ſui licentia abeſſe debet à Conuentu, per tale tempus, nullum alium *Præſidem* Conuentui præficit, ſignum eſt, ſe implicitè *Vicarium* in *Præſidem* deſignare, & ità abſque dependentia *Guardiani* gubernat Conuentum abſolutè, & quamcumque auctoritatem directiuam, & coercitiuam habet ſicut *Guardianus*, vndè poterit ſimili modo, vt diximus ſuprà, rebelles, incarcerando, aut excommunicando, compeſcere.

42. Si verò incertus eſt numerus dierum abſentiæ *Guardiani*, qui iuit fortè ad valetudinarium grauatus infirmitate, à qua intrà paucos dies ſanandus ſperatur, ſed etiam dubium eſt, quod morbus longior euadat, & ità diutius ad Conuentum reuertatur, res valdè dubia eſt pro deciſione abſolutè ferenda. Saluo tamen iudicio meliori dicerem *Vicarium*, tunc non eſſe *Superiorem* in capite, & non habere, quoad prædicta, facultatem, quem habet *Guardianus*. Rationem potiſſimam peto à conſuetudine. Siquidem in Religione nunquam fuis mos inſtituendi *Præſidem* ſuprà *Vicarium*, quandò *Guardianus* abeſt à Conuentu cauſa ægritudinis, niſi caſu quo infirmitas Medicorum iudicio longam exigeret abſentiam; ſed quandò incer-

certum eſt tempus durationis ęgritudinis, in regimine Conuentus ſuccedit *Vicarius*: vel *Guardianus* ipſe, ſi *Vicarium* ad regimen non omninò habilem cognoſcit, *Præſidem* ex ſua familia idoneum deſignatgnat; nec *Prouincialis* ſe ingerit in *Præſide* huiuſmodi creando. Siue ergo *Vicarius*, ſiue *Præſes* à *Guardiano* relictus Conuentum gubernet, ſemper habet dependentiam à *Guardiano*, & eius, licet abſentis, mandata exequi debet, vt diſponunt *Statuta Reformata*. Quia *Vicarius*, quà talis, non poteſt eſſe in abſentia *Guardiani Superior in capite*, niſi accedat facultas tacita, vel expreſſa *Prouincialis*, vt diximus. *Prouincialis* autem nullam omninò conceſſionem talis facultatis tribuit, ex eo, quod, cum incertum ſit tempus abſentiæ *Guardiani*, non cogitat *Prouincialis* de facultate danda, vel neganda. Sequitur ergo, quod ſi gubernat, hoc facit ex ſola deputatione *Guardiani*, ſicut etiam facit *Præſes à Guardiano* relictus vltrà *Vicarium*, vndè non regit independenter à *Guardiano*, ſed eſt eius *Delegatus*. Non ergo *Vicarius*, aut *Præſes* in tali caſu ſunt *Prælati*, ſed Superiores tantùm Oeconomici, aut ſicut *Patres familias*; in vno ſiquidem *Epiſcopatu*, aut *Parochia* nequeunt eſſe duo *Epiſcopi*, aut *Parochi*, & cum per abſentiam temporis incerti, non deſinat *Guardianus* eſſe *Prælatus* illius Conuentus, liquet quod eiuſdem Conuentus nequit inſimul eſſe *Prælatus Vicarius*, aut *Præſes*. Cum itàque *Prælatus* non ſit, neque independenter gubernet, concludendum eſt non poſſe taliter rebellantes incarcerare. Nec dicendum, quod ex quo *Guardianus* auctoritate ordinaria ſibi per Statutum collata rebellem incarcerat, & auctoritatem ſuam *Vicario* delegat, videtur etiam talem facultatem incarcerandi ſibi committere, ex eo quod ea, quæ de poteſtate ordinaria ſunt, poſſunt delegari. Quia Cauſæ meri, & mixti imperij regulariter non poſſunt delegari, & ideò Ordinarius eas nequit delegare, quia ad ipſas expediendas cenſetur electa induſtria perſonæ, niſi Delegans eſſet *Princeps*, vt docet *Iulius Clarus*, (d) qui teſtatur hoc eſſe de communi *Doctorum* opinione. Liquet verò, quod incarcerare, pertinet ad merum mixtumque imperium *Guardiani*, hoc enim ſummum eſt, vltrà quod eius facultas non extenditur in ordine ad pœnas corporales Subditis ſontibus infligendas; nequibit ergo ipſe talem facultatem *Vicario*, aut *Præſidi* à ſe inſtituto delegare.

Et cohærenter ad hæc loquitur *Statutum Toletanum* anni 1658., (e) ſic habens. *Qui Prælato ſuo in culpa, vel in menſa rebellis, aut inobediens inuentus fuerit, &c. carceri mancipetur*; quod Statutum ad intentum noſtrum optimè aperit mentem *Statuti Valliſoletani*, de quo facta eſt mentio pluries in hac quæſtione; quia cum hoc habeat, quod carcerari debent Rebelles *Superiori locali* poterat eſſe dubitatio, ſi Statutum intelligi deberet de quocunque *Superiore locali*, & ità comprehenderentur in eius diſpoſitione etiam *Vicarij* Conuentuum, vt præfertur, in abſentia *Guardianorum*, regentes, qui & ipſi pro tunc ſunt *Superiores locales*. Sed dubitationem aufert *Toletanum*, dum enim exprimit illos eſſe carcerandos, qui ſunt Rebelles *Prælato ſuo* euidenter limitat caſus ad illos *Superiores locales*, qui *Prælati* ſunt, ſaltem authoritatiuè. Quia cum ſimus in lege pœnali, quæ eſt ſtrictæ interpretationis, non poteſt ipſa extendi ad *Superiores*, qui *Prælati* non ſunt, ſed tantùm Oeconomicè gubernant; attento maximè, quod cum hæc lex Statutaria carcerationem huiuſmodi ſanciat, *etiam trina monitione non præmiſſa*, vulnerari videntur per hanc *Sacri Canones*, qui trinam monitionem antè Excommunicationem requirunt, & ideò ad ſolos *Prælatos* eſt reſtringenda. Sequitur proindè, quod cum *Vicarij* in caſu noſtro *Prælati* non ſint, ad illos nequit, vllo modo, Statutum extendi. Et hoc quidem conueniens eſt, quia non tantùm crimen committeret, & tanta pœna puniendus non eſſet, qui manus violentes inijceret in *Vicarium*, ſicut qui in *Guardianum*, vt probat *Rodericus*, (f) quia *Vicarius* Conuentus non habet dignitatem, neq; iuriſdictionem ſicut *Guardianus*, vndè non debetur illi tantus honor, ſicut *Guardiano*, & ſic non meretur tantam pœnam, qui in illum peccat, ſicut qui in *Guardianum*. Cum ergo rebellio in *Guardianum* coerceatur carceratione, non eſt, vndè, pari modo, etiam carceratione punienda veniat rebellio in *Vicarium*, aliter minus, & maius delictum æquali pœna caſtigarentur, quod eſt contrà rationem. Et re vera magna poſſent ſequi inconuenientia, ſi *Vicarij* huiuſmodi talem facultatem carcerandi haberent. Siquidem frequenter, & vt in pluribus præſertim

tim

tim in paruis Conuentibus, *Vicarij* inſtituuntur iuuenes, qui ſunt inconſiderati, &, ex efferueſcentia bilis, furioſi. Quod ſi auctoritatem haberent incarcerandi ſibi Rebelles, frequentiſſimi acciderent huiuſmodi caſus, ex quibus orirentur infinitæ perturbationes in *Prouincia*, multos enim agnoſco, qui vanitate oſtentandi potentiam ſuam potiùs, quàm bono zelo ducti, pœnitentiam æqualibus, & fortè ſibi antiquioribus in Religione, data opera, iniungerent, & modo ità pungitiuo, & exaſperanti, vt ad recuſandam pœnitentiam irritarentur; & ex hoc venarentur occaſionem ampliùs oſtendendi auctoritatem ſuam illos incarcerando. Salubriter proindè prouiſum eſt à *Statuto*, vt in longa abſentia *Guardiani* poſſit *Prouincialis Præſidem* vltrà *Vicarium* creare, qui Conuentum gubernet, & hoc paſſim fit, quandò *Prouincialis* cognoſcit, non tantam eſſe in *Vicario* prudentiam, & maturitatem, quanta ad regimen requiritur; pernicioſum ſiquidem Religioni eſſet talibus iuuenibus furioſis, & inexpertis regimen animarum committere, & enſem in manu phrenetici ponere.

43. Dicetur fortè contrà prædicta, quod Rebellem ità incarcerare non eſt quid ſpectans ad merum, & mixtum imperium, eo quia per *Statuta Ordinis* (g) conceditur facultas incarcerandi Apoſtatas etiam Subditis. Pariter in *Textu* (h) decernitur, quod *vbi periculum eſſet in mora, & delictum notorium, nec Prouincialis in proximo reperiretur poſſit, & debeant Guardiani, alijque Superiores locales, tanquam Prouincialium delegati, &c. incarcerare, &c.* Si ergo incarcerare in his caſibus conceditur alijs Superioribus localibus à *Guardianis*, & etiam Subditis reſpectiuè, ſequitur, quod facultas carcerandi poteſt delegari, attentis maximè verbis *Textus* dicentis, quod alij *Superiores locales* illud poſſint, *tanquam Prouincialium Delegati*, & ità carcerare, apud Nos, non erit ſpectans ad merum, & mixtum imperium *Guardiani*.

Sed reſpondeo, quod carceratio facta vel à Subditis de aliquo apoſtatare volente, vel ab alijs Superioribus de atroci, & notorio Delinquente, non eſt incarcerare formaliter, ſed eſt ad cuſtodiã. Carcer enim formalis datur ad ſolam pœnam, & tunc carceratus manens ibi priuatur chorda, & caputio iuxtà Statuta. (i) Quandò autem datur ad Torturam, vt in *Arctatione*, (de qua ſuo tempore dicemus,) ſiue ad cuſtodiam, non habet rationem formalem carceris, & proindè non aufertur à carcerato chorda, aut caputium. Carcerare ergo formaliter, hoc eſt, in pœnam carceris formalis condemnare in vltionem delicti, eſt ſpectans ad merum, & mixtum *Guardiani* imperium, & hoc nequit delegari, vt dicebamus, niſi à *Generali*, quia eſt in Religione *Princeps*, vt aliàs probauimus. Sed carcerare ad cuſtodiam non eſt formaliter carcerare, & ideò poteſt etiam alijs conuenire; & ſic non currit paritas. Pariter carcer formalis datus Apoſtatæ capto à Subditis, eſt ſibi datus à Statuto, itaut Subditi capiendo Apoſtatam ſunt meri executores legis; non ſic verò eſſet carcer datus a *Vicario*, quia eſſet ab homine, licet ſecundùm legem arbitrante, & ità non valet illatio.

Inſtabitur, quod incongruum eſt, quod Conuentus maneat abſque *Prælato locali*, qui poſſit animarum ſaluti proſpicere; & proindè ſicut *Vicarius* in abſentia *Guardiani*, ſeu *Correctoris*, vel *Prioris*, quę excedat 24. horas poteſt abſoluere ab ijs, à quibus poteſt abſoluere *Guardianus*, vt, ex *Naldo*, *Peirinus*, (l) ità pariter poterit punire rebellionem in Subdito per carcerationem, ſicut *Guardianus*.

Sed negatur paritas, quia benè ſtat, quod habeat *Vicarius* facultatem abſoluendi à reſeruatis, ne Subditus in malo ſtatu diutiùs perſeueret; non tamen habeat facultatem puniendi rebellionem per carcerationem, quia huiuſmodi punitio poteſt commodè ad aliud tempus differri, punienda pro demeritis à *Prælato*. Aliud enim eſt facultatem habere ad ligandum, & puniendum, & aliud ad abſoluendum. Hoc ſiquidem ſpectat ad ſaltem animarum, quas non expedit relinquere diutiùs innodatas Cenſuris, vel culpis, & reſpectu ad hoc incongruum eſt relinquere Conuentum abſque *Superiore*, qui habeat facultatem medendi vulneribus ſpiritualibus Subditorum. Non ſic eſt in puniendo per Cenſuras, vel pœnas hoc enim non ſpectat ad ſalutem animæ, quia aliquis peccator benè poteſt ſaluari impunitus, ſed non à peccato inabſolutus. Et proindè cum nullum animabus immineat periculum à dilata punitione, benè poteſt concedi Vicario facultas abſoluendi, non verò, vt præfertur caſtigandi.

44. Sa-

44. Sanè in ſententia plurium, & etiam *Peyrini*, (*m*) *Vicarij* non poſſunt excommunicare, niſi vacante Conuentu per mortem priuationem, aut longam abſentiam *Prælati localis*, illi enim nullam aliam habent auctoritatem, quàm eam, quam ſibi cenſentur commitere *Prælati*, & quæ eſt ſimpliciter neceſſaria ad rectam gubernationem Conuentus; ligare autem per vinculum excommunicationis non eſt ſimpliciter neceſſarium ad tale regimen, quod poteſt per directiua præcepta obedientiæ adminiſtrari, dilata interim punitione, donec adueniat *Prælatus*, qui non ſupponitur per longum tempus abeſſe; vndè excommunicare non poterunt. Nec eſt quod dicatur, quod *Guardianus* poteſt per longum tempus abeſſe adhuc; & ita *Vicarius*, ex longa abſentia, iuriſdictionem *Prælati*, nanciſcatur. Quia caſus noſter non eſt quando abſentia *Guardiani* certò eſt longa, ſed quandò probabiliter, & in dubio eſt talis. Proindè ex probabili, & incerta diuturnitate abſentiæ non quæritur *Vicario* certa auctoritas, & iuriſdictio, & lex de dubijs, & incertis non diſponit.

Ex hucuſque dictis patet ſolutio prò vltimis duobus membris diſtinctionis caſus noſtri. Si enim non poteſt *Vicarius* ſic rebellantes incarcerare, in abſentia *Guardiani* abſentis à Conuentu per tempus incertum, & extra diſtrictum ſuæ quæſtuationis; à fortiori idem non poterit, ſi *Guardianus* exijt à Conuentu, non tamen extrà limites ſuæ quæſtuationis, & eſt reuerſurus in ſerò, aut manè ſequenti, vel poſt duos, aut quatuor dies; nec quandò *Guardianus* eſt in Conuentu, licet non in Refectorio, vel loco *Capituli*; tunc enim nullo modo *Vicarius* eſt *Prælatus*. Difficultatem aliqualiter poſſet facere conſuetudo fundata in *Statuto*, & ratione, & eſt; quod, cum ſic decernatur, ex diſpoſitione *Statuti Reformationis*, (*n*) *I Vicarij in abſenza de Guardiani nell' attioni publiche, precederanno anco tutti li ſopradetti*; hoc eſt *Diffinitores*, & *Prouinciæ Patres*; inducta eſt conſuetudo, quod ſi *Guardianus* abeſſe debet à Conuentu per diem naturalem, *Vicarius* omnes ſupradictos præcedat; ſed in alijs locis non præcedit, niſi *Guardianus* abſit per tres dies. Ex hoc ergò poſſet argui, quod ſi, cut, in tali abſentia *Guardiani*, *Vicarius Patres Prouinciæ* præcedit, ità dicendus ſit tunc *Prælatus*, & ità poſſit illud, quod poteſt *Guardianus*. Sed negatur conſequentia, puta quod ex quo *Vicarius Patres Prouinciæ* præcedit, reddatur *Prælatus localis*. Siquidem ſic præcedere non arguit *Prælatum*, ſed ad plùs *Perſonatum*; *Diffinitores* enim, *Prouinciæ Patres*, ac *Lectores Theologi* præcedunt, nec tamen *Prælati* ſunt. Quod ſi *Vicarijs*, tali tempore, præcedentia conceditur, hoc eſt ex quadam pura conuenientia; cum enim gubernationem Conuentus œconomicam tunc habeant, conueniens etiam eſt, quod loco primario potiantur.

XII. Quæritur. An Superior, qui eſt in Capitulo, vel Refectorio, (qui tamen Guardianus, vel Vicarius non eſt) pœnitentiare per obedientiam iubere, & renuentes pœnitentiam, modo ſupradicto, incarcerare poſſint.

SVMMARIVM.

45 *Qui primus eſt in Refectorio in abſentia Prælati non eſt Prælatus,*
Pœnitentiæ ſalutares multiplices.
Qui præſidet in Refectorio pœnitentias à Statutis latas iniungere poteſt.
Et tenetur Subditus obedire.
Quo caſu, qui ſic præſidet poſſit arbitrariè pœnitentiare.
Præcipere poteſt ea, quæ per Statuta ordinantur.
Non poteſt præcipere per obedientiam.
46 *Dignior officio debet Refectorium regulare.*

45. Reſpondeo, & dico, quod ille, qui ſic eſt *Superior* in Refectorio, aut *Capitulo* ex fortuita, aut parua, & breui abſentia *Guardiani*, vel *Vicarij*, ſiuè *Præſidis*, non eſt *Superior* niſi quoad quandam politicam, ſeu ciuilem ordinationem, ſecundum quam ille, qui ætate, dignitate, opibus, ſeu alia prærogatiua, alios excellit, inter ceteros Ciues quandam præeminentiam poſſidet, ob quam cæteri eius directioni, vt plurimùm voluntariè ſubijciuntur. Ità eſt in Religione, qui enim vel antiquitate habitus, vt *Senes*, vel dignitate Magiſtratus adminiſtrati, vt *Patres Prouinciæ*, vel excellentia

lentia exercitij, vt *Lectores Theologi* alios præcellunt, alios etiam Religioſos dirigunt iuxtà præcepta, vel conſuetudines Religionis; hoc verò non ex voluntaria Religioſorum ſubiectione, ſed ex inueterata, rationbaili, & vniuerſali conſuetudine. Sequitur ergò quod licet aliquis iſtorum in Refectorio, Choro, ſiuè proceſſionibus alijs præſit, non tamen eſt eorum *Prælatus*, nec ad aliud ſe extendit eius facultas, niſi ad dirigenda ea, quæ iuxtà Regulam, & Conſtitutiones, præſtari debent in loco, & actione, cui præeſt. Hoc adnotato euidens eſt ſolutio ad dubium propoſitum, quod eſt trimembre; primum eſt. An poſſit pęnitentiare; Secundum. An per obedientiam iubere tertium. An renuentes pœnitentiam incarcerare. Ad primum ergò diſtinguitur; nonnullæ enim pęnitentiæ ſunt (de ſalutaribus loquor) à Statutis taxatæ, aliæ à *Superiori locali* per modum legis latæ pro determinatis defectibus; aliæ ab arbitrio quidem *Superioris* dependentes, ſed ex conſuetudine redactæ ad determinatam materiam, & formam; aliæ pendent à mero arbitrio *Prælati*. Exemplum primi membri eſt, vt in *Statutis reformatis*: (o) ſancitur quod qui ad Matutinas horas in Choro non conuenerit pro prima vice diductis in formam crucis brachijs, genuflexus recitet quinquies orationem Dominicam, ac Salutationem Angelicam, &c. Exemplum ſecundi eſt, ſi *Guardianus* legem ſtatueret pro *Clericis*, vel alijs *Sacerdotibus*, maximè iuuenibus, quod, qui tres errores in legendo in Choro commiſerit, ob quos à *Chori Vicario*, ſiuè *Superiore* corrigatur, is in prima refectione priuetur obſonio, ſiuè piatantia. Exemplum tertij eſt; quod licet ab arbitrio *Superioris* pendeat dare talem, ſiuè tantam pęnitentiam *Clericis* quotidie, vel cæteris Fratribus ter in hadeomada culpam in *Capitulo*, ſeù Refectorio dicentibus, tamen ex introducta vniuerſaliter conſuetudine eſt, quod, ſi culpa peculiaris non interuenit, recitetur ſemel *Pater noſter*, & *Aue Maria*. Quartum explicatione non indiget. Si ergò loquamur de primo; ſecundo, & tertio membro, ille, qui licet *Prælatus* non ſit, gubernat tamen, & dirigit Communitatem, poteſt iniungere pęnitentias impoſitas, vel à *Statuto*, vel à *Superiore*, vel à *Conſuetudine*. Ratio eſt, quia cum Subditus obligetur ex præcepto Obedientiæ ad conſeruandam Regulam, & Statuta, & conſuetudines, quæ ſunt iuxtà Regulam, & faciunt ad eius obſeruantiam, & obligetur itidem ad *Superioris* præcepta, liquet quod tenetur ad ſubeundas illas pęnitentias, ad quas obligatur non ex mandato illius, qui, vt præfertur, præſidet Communitati, ſed ex mandato *Statuti Superioris*, vel *Conſuetudinis*, quæ vim legis habet. Talis enim qui præſidet, dum pęnitentiam ſic iniungit, declarat tantùm, defectum eſſe commiſſum ab illo, qui pęnitentiatur, qui cum ſit defectus notorius, (vt ſupponitur) non indiget probatione, neque ſententia punitiua; probatione quidem, quia euidens omnibus fuit, ſententia verò, quia punitio ipſius iam eſt taxata à *Statutò Superiore*, aut *Conſuetudine*. Ille ergò qui pęnitentiam iniungit, nil aliud facit, niſi dirigere actum illum ſpectans ad obſeruantiam eorum, quæ in Communitate præſtari debent; ità enim conuenit; quod talis pęnitentia fiat, ſicut quod debito, modo legatur in menſa ſeruetur ſilentiũ, amoueantur vtenſilia à menſa in fine refectionis, &c. & ſicut iſte habet facultatem hæc dirigendi, ità pœnitentiandi, quia hoc ſpectat ad ordinatam gubernationem Religionis, cuius ipſe eſt ſimplex director, adminiſter, ſeù executor, ſuper intendens tamen. Si autem loquamur de pœnitentia, quæ pendet à mero *Superioris* arbitrio, iſte nullo modo poteſt ſe ingerere in pœnitentiando aliquem niſi expreſſum mandatum *Superioris* ad eſſet, quod nempè eſte, tanquam ab ipſo delegatus à Subditis reciperetur. Ratio eſt, quia pœnitentiare arbitrariè ſupponit iuriſdictionem fundatam in *Prælatura*, ſiuè *Superioritate*; *Principis* enim, ſiuè *Prælati* eſt, *gladium portare ad vindictam malefactorum*, vt dicit *Apoſtolus*, cum ergò iſte, de quo loquimur, *Superior* non ſit, liquet ipſum non poſſe arbitrariè caſtigare. Si verò *Superior* localis puta *Guardianus*, ſiuè *Præſes* declaraſſet, ſe velle, quod *Superiori in Refectorio ſicut à ſe delegato in omnibus, & per omnia obediretur, tanquam ſibi*, tali caſu dubium non eſt, quod poteſt arbitrariè pœnitentiare, ſortiretur ſiquidem auctoritatem à delegatione *Prælati*.

Quantùm ad ſecundum membrum, pariter eſt diſtinguendum de mandatis, alia enim ſunt, quæ à *Regula*, vel à Statutis,

Ec

tutis, vel à conſuetudine habente vim legis, præcipiuntur; alia ſunt, quæ à *Prælato* iuxta Regulam fiunt. Exemplum in primis ſit, mandatum, quod ex *Statutis Reformatis (p)* habetur, vt ſcilicet *Clerici* toto tempore Clericatus, Laici verò per quinquennium à profeſſione culpas ſuas quotidie in Refectorio dicant, & qualibet feria ſexta ibidem ſe diſciplinent. Exemplum ſecundi eſt, vt ſi Superior iuberet *Clerico*, vt hauſtam frigidam à Ciſterna apponeret ad menſam in aliquo caſu, vel loco, in quo eſſet cõnſuetudo, quod aqua poneretur in menſa ab eo, qui curam habet parandi Refectorium. Reſpectu ergò eorum, quæ ſic importantur à *Regula*, *Statuto*, & *Conſuetudine*, dico quod talis, ſic dirigens Refectorium, poteſt præcipere per obedientiam, & tenetur Subditus obedire, & ſi renueret, & contemneret mortaliter peccaret. Ratio eſt quia licet ille, qui mandat ea, iuriſdictionem non habeat, tamen mandatum ab eo fundatur in *Regula*, vel *Statuto*, ità vt ipſe ſic mandans, nil noui mandet; ſed licet verbis præceptiuis vtatur, nil aliud facit, niſi Subdito intimare præceptum ſibi factum à lege. Quod autem hoc poſſit facere, patet, quia ipſe tunc ità Communitatem dirigit, vt quilibet præſtet ea, quæ per *Regulam*, vel *Statutum* præſtare debet; ità vt ius mandati radicetur expreſsè in *Regula*, vel *Statuto*, non autem in iuriſdictione præcipientis. Sequitur ergò, quod Subditus obligatur ad facienda ea, quæ iniunguntur ſub obediendia, non quidem eius, qui præcipit, ſed *Regulæ*, vel *Statuti*, quibus tenetur obedire ex vi voti, vel præcepti. Hinc ſequitur, quod ſi ea non præſtat, imò præſtare contemnat, peccat Subditus mortaliter, aut ex grauitate materiæ, circà quam eſt præceptum, (vt ſi præciperetur per obedientiam recitatio officij, & Subditus recitare illa die abſolutè nollet,) vel ex contemptu, qui mortalem facit inobedientiam circà Statuta, licet hæc, ex ſe, præſcindendo ab alijs legibus, nullam culpam, neque venialem importent, ſed tantum ad pœnam in ipſis expreſſam obligent, vt dicitur in *Statutis Generalibus Ordinis*, & *Reformationis*. (q) Reſpectu autem eorum, quæ vel vltrà, vel præter Regulam fiunt, patet, quod iſta nullo modo per obedientiam præcipere poteſt, nec Subditus tenetur illi obedire, cum enim ille *Prælatus* non ſit, præcipiendi, ſub obedientia, auctoritatem non habet. Et in hoc turpiter errant nonnulli, qui ex quo remanent ſic *Superiores* in Refectorio, ex cauſa abſentia *Prælati*, audent, vt audiui aliquoties, ſub præcepto obedientiæ iubere, vt auctoritatem oſtendant. Iſti ſunt præſumptuoſi, ac temerarij vſurpatores auctoritatis *Superioris*, & deberent acriter coerceri dignis pœnis tamquam inuaſores principatus.

46. Quantum autem ad tertium membrum, ex dictis patet reſolutio, quod ſcilicet iſti minimè poſſint inobedientes mandatis ſuis carcerare; Cum enim *Superiores* non ſint, & per obedientiam præcipere non poſſint, ſequitur, quod Subditus, illis non obediens, minimè poſſit dici, aut eſſe rebellis. Et cum talis non ſit, neque carcerari debet, quia carceratio lata eſt tantùm contrà rebellantes. Quia verò aliquoties vidi oriri diſcordias, ex hoc, quod nonnulli, ex eo quod ſenes ſunt, prætenduntdirigere Communitatem in abſentia Superiorum, licet in Refectorio adſit *Lector Theologiæ*, libet aduertere, quod ille, qui ratione officij habitualis, vel actualis alios præcedit, licet Religione, & ætate iunior ſit, debet dirigere Communitatem in actibus ſuis: & proindè *Pater Prouinciæ*, aut *Lector Iubilatus*, qui ſunt *Patres habituales*; ſiuè actualis *Lector Sacræ Theologiæ*, qui ratione muneris alios præcedit, debet ſic in Refectorio præeſſe; & de hoc habemus Statutum, (r) ſic determinans. *Declaratur quod Lectores Theologiæ in Conuentibus, vbi legunt, abſente Guardiano, Vicario, aut Præſide ab ipſo delegato, ſi non adſit in Conuentu alius, qui iure ipſos præcedat, debet præſidere in Conuentu ipſo, & eius Communitatibus iuxtà Statutum Toletanum de anno* 1658. Dicendum etiam eſſet de alio caſu, in quo *Guardianus* poteſt procedere ad punitionem, licet ſit crimen ex grauioribus, puta inobedientia contumax. ſed quia omnia, quæ explicata ſunt de renuente pœnitentiam, pro contumaciter inobediente quadrant, & iterum redibit ſermo de hac materia, ad alia properamus.

Cita-

Digitized by Google

Citationes Tituli præcedentis.

Pag.187.col.1.

(a) *Paſſerin.Trib.Regul. Quaſt.4.per tot.*

Pag.187.col.2.

(b) *D.Thom.1.2. Quaſt.73.art.3.& 4.*

(c) *D.D.in leg.Aut.forte.§.Pœna grauior.§.de Pœn. & inleg.Denunciaſſe.§. Quid tamen. ff Adleg. Iul. de Adulter. Paſſerin. dict. quaſtion. 4. numer.9.*

(d) *Sgroi Lux. Pralat. Part. 2. cap. 1. numer. 11. & ſequentib.*

(f) *Lap. Allegat.74. num.5. Federic. de. Sen. Conſ. 105.Io. Monach. in cap.1.de Relig. Domi. in 6. apud Berti Prax. criminal. Tit.5. capit.2. nu.9.*

Pag.188.col.2.

(g) *Cap. Ad-noſtram. cap. Reprehenſibilis. cap. Cum ſpeciali §.Porrò.cap. De privr. de Appell.Villagat.Pract.crim.can.lib.6.Concluſ.3.Auerſa Mod.proce.in cauſ.Regal.cap.5.num.4.& cap. 6. num.eo. quos dat Berti loc.cit. num.10.*

Pag.189.col.2.

(g) *Aleiat.Bald.Corad. Innocent. Menoch.Farinac. Quaſt.18.num.62. apud Bict. Quaſtion.107. num.10.*

(h) *Tit.Quid.num.60.*

Pag.190.col.2.

(i) *Sanctor. de Pœn. cap.1. verſ. Reſpondeo primò. fol.1.*

(l) *Peyrin.ad Conſtit.9.Paul.V.§.2. num.30.*

(m) *cap. Frater.17. queſt.4. cap. Qua propter.27. quaſt.2.*

Pag.191.col.1.

(n) *cap.Unum orarum.§.Criminis.25.Diſt.*

Pag.191.col.2.

(o) *leg.1.§.1.verſ. Ad ſolam.ff. de Vi,& vi arma.*

(p) *l.3.§.1.ff de Offic.Præfec.vigil.*

(q) *l.2.& 3.ff de Fer.l. Prator.ff.de Iniur.*

Pag.192.col.1.

(r) *Inſtit.lib.4.Tit.de Iniur.§. Atrox. iniuria.*

Pag.193.col.1.

(s) *Corrad.Breuiar.§.3.fol.239. nu.6.& ſeqq. apud Tuſc litt.N.Concl.105.num.8.*

(t) *Bartol.in leg. Ictus fuſtium.ff.de Iis qui not. infam.*

(u) *Iaſon.in l.ſi verò §. Qui pro rei.num.8.ff. Qui ſatiſd.coga.*

(x) *Dec Conſ.606. num.13.Clar.quaſtion.9.num.5. verſ. Caveat ideo.*

Pag.193.col.2.

(z) *Abb.in capit.2.num.13. de Iudic.ubi Dec.num. 17. verſ. Tertiò non obſtat. Roman. Conſ.228. num.14.verſ. Quo ad vltimum.*

Pag.194.col.1.

(a) *l.Debitor.ff.de Verb.ſign.*

(b) *Cicer. in Paradox.*

(c) *D.Thom.2.2.quaſt.65.art.3.in corp.& in Reſp. ad 3.Megal.verb.Carcer.num.10.verſ. ſecundò limita.& num.15.verſ. Quando autem apud Sgroi Par.4.cap.15.num.30.in fin.*

Pag.194.col.2.

(d) *Statut.Aſſiſien.1354.cap.7.circ.fin.Orb Seraph. Tom.3.fol.65.col.1.Statut. Interamn.1500. cap.7. verſ.final.Orb.Seraph.l.c.fol.178.*

(e) *Cap.Valliſolet.1592.Tit.de. Apoſtat. verſ. Declaramus præterea Superiores.*

Pag.195.col.2.

(f) *Sanctor Comment.cap.8.Stat.65. init.*

Pag.196.col.1.

(g) *Orb.Seraph.Tom.3. fol.41.col.2.*

(h) *Statut. Neapol.1590. cap.13. Valliſolet.1593. Tit.de locali Capitulo.*

(i) *Statut. Refor.cap.3.num.34.*

(l) *Sanctor.Comment.cap.8.ſtat.65.fol.m.530.*

(m) *Stat.Refor.cap.12.num.4.*

(n) *Thren.cap.4.*

Pag.196.col.2.

(o) *Sanch.in Decal.lib.1.capit.6.num.19.Vald.verb. Pralatus.num.11.Peyria.de Prælat. Quaſt.1. cap.5.num.63. Sot. Bann. Lopez.Medin. apud Cortolan.de Caſ.Reſeruat.Par.1.Sect.1. art.5. num.11.*

(p) *Statut.Toletan.1658.cap.5.§.3. num.2.*

(q) *Stat.Toletan.loc.cit.num.3.*

(r) *Tit. Delictorum §.2.*

(s) *Sanctor.Comment.cap.12.Stat.12. Quaſt.1. per tot.& de Pœn.cap.2.Queſt.3.*

Pag.197.col.2.

(t) *Statut-Gen.Ord.cap.5.§.3.num.4. Valliſolet.Tit. de Capit.local.Statut.Neapol.cap.13. Orb. Seraph.Thom.3.*

Pag.198.col.1.

(u) *Capitul.Gener. Toletan. 1682. Orb. Seraph. Tom.4.*

(x) *Sanctor de Pœn.cap.30. Quæſt.2. verſ. Reſpondeo poſſe.fol.403.*

(z) *Statut.Gen.Ord.cap.7.§.6.num.33.Stat. Reform. cap.8.num.10.*

Pag.198.col.2.

(a) *cap.Ex parte. Extrà.de Teſt.*

(b) *Sanctor.de Pœn.cap.30.Quaſt.3. fol.404.*

(c) *capit.Fraternitas. 12.quaſt.2. cap.Si res. in fin. 14.quaſt.6.*

(d) *P.Timoth.cap.5.verſ.1.*

Pag.199.col.2.

(e) *cap.Sanè nu.2.de offic.Deleg.cap. final.de Tranſact.cap. Sicut.de Homicid.*

(f) *Deuteronom. cap.25.*

(g) *capit. Sunt plures. §. Authoritat. de Pœnitent Diſt.3.*

(h) *cap. Quærat.de Pœnit.Diſt.3.*

(i) *l.Adigere.§. Quantumuis.ff.de Iurepatr.l.Quod dictum.ff.de Pact.*

(i) I.B.

(h) *I. B. Nicola. Regul.iur. Tom. 1. lib.3. fol.136. verſ.Cauſa legis ſiue.*

Pag.200.col.1.

(m) *I.B.Nicola.l.cit.fol.147. verſ. limita primo.*
(n) *leg. Si proca. C. Mandat.l.Si ad compurundas. C.Eo.l. Si Procurutores. §.Mandat. eo.tit.*
(o) *Bart.& Bald.in l.1.§.final.ff.de Requir.reis.*
(p) *cap. Ex iniuſta. 23. quaſt. 4. cap. Facta ſunt.4. Diſt cap.Non vos.cap.Non fruſtra.inintl.gloſſ. in verb.Vtilitas. 23.q.5.*
(q) *cap.Prodeſt.23.q.5.*
(r) *cap.de bis. de Accuſ.*
(s) *l.Sanctio ff.de Pœn.*
(t) *l.Prator edixit ff.de Iniur.& fam.lib.*
(u) *Abb. in cap.De bis.num.7.de Accuſat.*
(x) *Gloſſ. in l. Admonere. in verb. Pœnitentia. 23. quaſt.2.*

Pag.200.col.2.

(z) *Hoſtien.in cap.duæ de Procurat.Butr.in cap. De bis. de Accuſat.*
(a) *Armendar,de Epi.lib.7.num.11.apud Barboſ. de Offic.Epi.Par.3.Allegat.73.num.32.*
(b) *Statut.Gen.Ord.cap.7.§.3. nu.8. Statut.Reform. cap.7.num.11.*

Pag.201.col.1.

(c) *cap.Pracipuè.11.q.3.*
(d) *cap.Conſideret.cap.Falſuſ.de Pœn. Diſt.5. cap. Legatur.cap.Damnationis. 15.q.1.*
(e) *cap.Illud.cap. Moritò.cap. Firmiſſimè.15.q.1.*
(f) *D. Thom.2 2. quaſt.67. art.4. Aragon.ibi.& q. 62.art.7.col.16.*
(g) *3.Reg.cap.20.*
(h) *leg.Seruos.C.Ad l.Iul. de Vi pub. Roman.Singul 77.Peyrin.de Pralat. Quaſt.2.cap.3.n.139.*

Pag.202.col.1.

(i) *Stat. Gen.Ord.cap.1.§.1.num.7.*
(l) *Sanct.Commen.cap.1.Stat.4.§.15.*
(m) *Sanct.loc.cit.§.16.*
(n) *Sanctor.ibid.§.17.verſ. Impoui.& de Pœn. cap. 6.quaſt.2.verſ. Reſpondeo negatiue.*

Pag.202.col.2.

(o) *Ambroſ.Calepin.verb.Renuere.*
(p) *Sanch.de Matr.lib.5.Diſp.34.nu.24; Conarr.in cap. Quamuis.de Pact.in 6. Bart. Garz.Menoch.apud Barboſ. Axiomat. iur.55.n.2.*
(q) *Roderic.Tom.1. Quaſt.30.art.6. Sanctor.Comment.cap.1.Stat.4.§.19.*
(r) *cap.Conſtitutionem.§.Statuimus.de Sent.Excom. in 6.*
(s) *Sanctor. Comment. capit.1. Statut.4.§.20. verſ. Interualla.*

Pag.203.col.1.

(t) *Sanctor.loc.cit.§.19.verſ. Quid ſi Diſcreti. Roderic.Tom.2.quaſt.103.art.1. verſ. Ad ſecundum dubium.*
(u) *Tit.Sententia.§.5.*
(x) *Tit.Canones. §.14.*

Pag.203.col.2.

(z) *D.Thom.2.2.q.53.art.2.*
(a) *Leſſ.de Iuſt.& iur. lib.2. cap.2. num.20.Peyrin. de Pralat.q.2.cap.3.§.12.num.118.*

Pag.204.col.1.

(b) *Eccleſ.19.*
(c) *D.Bernard.de Conſiderat.lib.2.cap.final.*
(d) *Ouid. lib.3.de Art. amand.*

Pag.204.col.2.

(e) *Sanctor.Commen.cap.1. Stat.4.§.18.*
(f) *Gloſſ.in cap. A collatione. verſ.Nata quod Epiſcopus.de Appell.in 6.*
(g) *Gloſſ.in d.cap.A collatione. loc.cit.*

Pag.205.col.1.

(h) *Sanctor.Comment.dict.cap.1.Stat.4.§.19. verſ. Debet tamen.*

Pag.205.col.2.

(i) *Statut.Alexandrin.cap.7.Sanctor.de Pœn. cap.4. q.4verſ.Ad cuius amplior.*

Pag.207.col.2.

(l) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.7.num.5.*
(m) *l. Qui eo.ff.de Furt.*
(n) *leg.1.§. Si rem depoſitam. ff. Depoſit. leg. Prodeſt.ff.de Vi bon.rapt.leg.3.Cod.de Apoſtat.*
(o) *Sanctor. Comm.cap.1.Stat.4.§.19.verſ. Quares adhuc.*

Pag.208.col.1.

(p) *Teſt.S.P.Franc.circ.med.*
(q) *Moron. Reſp.3. num.76. Anton. à Spir. Sanct. Direct.Regul.Par.2.Tract.3. Diſp.6.n.67.*
(r) *Moron.loc.cit.num.77.*

Pag.208.col.2.

(s) *Stat.Gen.Ord cap.2.§.8.num.28.*
(t) *Stat.Reform.cap.2. num.21.*
(u) *Stat.Vallisolet.ann.1593.*
(x) *cap.Sanè.de Priuileg. Abb. Conſ.57.verſ. Non obſtante. lib.1.*
(z) *l.Cum Prator. ff.de Iudic. Alexand.Conſ.54. nu. 6.lib.4.*
(a) *Alexand.Conſ.34.num.8lib.5.*

Pag.209.col.1.

(b) *Federic.de Sen.Conſ.251.num.3.verſ. Quidplus. Tuſc.litt.B.Concl.125. num.12.*
(c) *cap.Adminiſtratores.23.q.5.Felin.in cap.Cum ſit nu.8.de For. comp. Afflict. Deciſ.220. Angel. Conſ.286.Anchar. Conſ.382.*
(d) *Ludouic.Roman.Conſ.51. per tot.*
(e) *Hoſtien.in cap.2.de For.comp.verſ.Sed. caueat. cap Vniuerſitatis. cap. Vt fama.§. Laici. de Sent.Excom.*
(f) *cap.Pernicioſam. de Offic. Iud.Ord.*

Pag.209.col.2.

(g) *Oldrad. Conſ.278.num.9. Federic. de Sen. Conſ. 251.num.4. Archid.in cap Inquiſitionis. in fin. de Haret.*
(h) *Gloſſ.in cap. Pernicioſam. in verb. Praiudicandum.de Off.Ord.cap.Pontifices.7.q.5.cap.Preſbiteri. 24.Diſt.*

Pag.210.col.2.

(i) *cap.1.cum final. de Off. Iud. Deleg.in 6. Gregor. XV.Conſtit.Sanctiſsimus.*
(l) *Roderic. Tom.1.q.65. art.15. Mirand. Manual. Tom.2.q.47.art.3.Don.Par.2. Tract.17. q.8. num.11. Paſſerin.in cap.Hac Conſtitutione.nu. 96.de Off.Deleg.in.6.*
(m) *Compend.priuil.Societ.Ieſu.Tit.Confer.§.9.*

(n) Sy-

Digitized by Google

(n) *Sylu.verb.Conſeruator.num.4. Penn. Direct.lib. 3.Comment.115.Farinac.Quæſt.97. num.86. Barboſ.de Pot.Epiſ.Allegat.106.num.39.apud Paſſerin.in cap.final.num.127.de Off. Ind.Deleg.in 6.*

(o) *Fermoſin.in cap.Si Clericus.de For.compet.q.12. num.223.Barboſ.de Off.Epiſ. Allegat 106. nu. 38-Tambur.de Iur. Abbat. Tom.3. diſput.17. Quæſt.2.num.20.apud Paſſerin.loc.cit.*

Pag.211.col.2.

(p) *Reg.lib.3.cap.1.*

(q) *cap.Sanè cauendum.de Pæn.diſt.3.*

(r) *cap.Cum ad verum.95. Diſt. cap. Ventum eſt.1. q.1. cap. de Liguribus: 23.q.5. Gloſſ. in cap. 1.in verb.Publicum. & in cap. Quoniam.in verb.Brachio Sæculari. de Off.Ind.Ord.*

Pag.212.col.1.

(s) *Tit.Quid.num.20.*

Pag.212.col.2.

(t) *Stat.Gen.Ord.cap.8.§.44.num.1.*

(u) *Stat.Gen.Reform.cap.8.num.61.*

(x) *Roderic. Tom.1.q.12. art.6. Sanctor. Comment. cap.1.Stat.4.§.12.Mirand.Tom.2.q.20.art.1. Concl.2.*

Pag.213.col.1.

(z) *Stat.Vallisolet.cap.1.Tit. de Obedientia. verſ. Qui autem pænitent.*

(a) *Mirand.Manual.Prælat.Tom.2.Quæſt.20.art.1. Concl.3.*

Pag.213.col.2.

(b) *Trident.Seſſ.23.cap.1.de Reform.*

(c) *Valent.Tom.3.Diſp.10.pun.5.Leſſ.de Iuſt. lib.2. cap.34.Dub.29.num.160. Sanctarel. Var.Reſol.q.4.Barboſ.Collect.in Concil. Trid.Seſſ.23. de Refor.cap.1.num.25.*

Pag.214.col.1.

(d) *Iul.Clar.q.41.verſ.Aut loquimur. in inferiore.*

Pag.214.col.2.

(e) *Stat.Tolet.1658.cap.1.§.vnico.num.7.*

(f) *Roderic.Tom.2. Quæſt.34.art.3.verſ.Ex his quæ dicta.*

Pag.215.col.1.

(q) *Stat.Gen.Ord.cap.2.§.8.num.29.*

(h) *Tit.Delictorum.§.5.*

(i) *Nald.Sum.verb.Abeſſe.nu.11.& verb.Abſolutio. num.25.apud Peyrin. ad Conſtit.4. Sixt.IV.§. 5.n.26.*

Pag.216.col.1.

(m) *Sylu. verb. Prælatus. num. 2. Auila de Cenſur. Par.2.capit.3.Diſput.1.Dub.1. Fagund.in 2. Præcept.Eccleſ.lib.8.cap.4.nu.5. apud Peyrin. de Prælat. Quæſt.3.cap.4. num.6.*

Pag.216.col.2.

(n) *Stat.Reform.cap.8.num.25.*

Pag.127.col.1.

(o) *Stat.Reform.cap.3.num.5.*

Pag.218.col.1.

(p) *Stat.Reform.cap.2.num.37.*

(q) *Stat.Gen.Ord.cap.12.§.24.num.1.Stat. Reform. cap.12.num.4.*

Pag.218.col.2.

(r) *Congreg.Gen.Roman.1679.num.11. Orb.Seraph. Tom.4.fol.244.*

TITVLVS

TITVLVS QVINTVS.

Pœnarum genera.

TEXTVS.

§. I. Pœnæ, quibus Seraphicus Ordo Noſter hucuſque vſus eſt, ſunt ſequentes. Priuatio vocis, actiuæ, & paſſiuæ, ſeù iuris ſuffragiorum, quæ inhabilitat tàm ad ferenda, quam ad conſequenda ſuffragia, in quacunque electione.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

1 *Pœna eſt deliĉtorum coercitio.*
Quarè pœnæ à legibus ſtatutæ.
Ad pœnas latas à lege, antè ſententiam non obligamur.

2. *Clauſula* ipſo facto; eo ipſo; ipſo iure *quid importent.*
Tales Clauſulæ licet poſitæ in lege, tamen requirunt ſententiam declaratoriam.

3. *Pœnæ multiplex diuiſio.*
Pœnæ ciuiles, criminales, mixtæ.
Pœna temporalis, & perpetua.
Peccatis grauibus datur pœna perpetua.
Pœna eſt perpetua, vbi tempus non adijcitur.
In dubio pœna eſt temporalis.
Perpetuitas pœnæ, & è contrà, ſtat in arbitrio Diffinitorij.

4. *Pœna ordinaria, & extraordinaria, aut arbitraria quæ.*
Arbitria Iudicis quomodò regulanda.

5. *Priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ quid importet.*
Eadem eſt cum priuatione iuris ſuffragiorum.
Excommunicatus, aut ſuſpenſus nequit eligere, aut eligi.
Priuatio vocis actiuæ ſeparabilis eſt à voce paſſiua.
Excommunicatus excommunicatione minori poteſt eligere, ſed non eligi.
Suſpenſus à beneficio tantùm poteſt eligere, ſed non eligi.
Aliquis poteſt priuari ab electione actiua, & non à paſſiua.

6. *Qui ſimpliciter dicitur excommunicatus, intelligitur de excommunicatione maiori.*
Qui dicitur ſuſpenſus abſolutè intelligitur de ſuſpenſione ab Officio.
Quandò dicitur in Statutis priuatur iure ſuffragiorum, *aut* ſia priuo di voto *intelligitur de priuatione vocis actiuæ, & paſſiuæ.*

7. *Priuatus voce ad eligendum, non eſt priuatus voce ad alia.*
Prouincialis, ſic priuatus poteſt in Diffinitorio proponere eligendos in Guardianos.
Priuatus voce actiua, & paſſiua, dat votum ſuum in Conuentuali.

1. POSTQVAM de delictis dictum eſt in genere, nunc conſequenter de *Pœnis* eſt dicendum, ſiquidem iſtæ ſunt delictorum conſequentiæ; nomine enim *Pœnæ* venit omnium *delictorum coercitio*, qua delinquentes emendantur, & ad cuius exemplum multi timent, vt dicunt *iura.* (a) In Religione ergò delictis appoſitæ ſunt *Pœnæ*, vt Mali, contemplatione iſtarum, à peccando deterreantur, iuxtà illud.

Oderunt peccare mali formidine Pœnæ.

Libet autem quærere num *Pœnæ* iſtæ in foro conſcientiæ obligent antè Iudicis ſententiam, ex eo, quod multoties dicitur in Conſtitutionibus *ſit ipſo facto excommunicatus*, vel *eo ipſo priuatus remaneat*, & huiuſmodi.

Dico ad hoc, quod licet nonnulli *Doctores* (b) ſenſerint delinquentem teneri in foro conſcientiæ ſubire pœnas à lege impoſitas etiam antè ſententiam, tamen apud

apud nos extrà, omnem controuerſiam eſt, quod ad pœnas in noſtris *Conſtitutionibus* taxatas, in conſcientia, non obligamur, niſi poſt ſententiam legitimè latam, aut declarationem à *Iudice* factam, ità enim decernitur in *Statutis Generalibus Ordinis* (c) *Declaratur, quod quandò in Statutis pœnæ imponuntur priuationis, carceris, excommunicationis, ſuſpenſionis &c. nolumus ad eos obligari Fratres, niſi ſcienter, & deliberatè deliquerint. Et vbi ipſo facto incurrenda imponitur, decernimus in huiuſmodi pœnam neminem incidere, niſi poſt declarationem à Prælato factam, quod dicimus etiam de ſuſpenſione*; & clarius Statuta Reformata (d) *Dichiariamo non incorrerſi la ſcommunica, carcere, ſoſpenſione, priuatione fulminate in queſti Statuti, ſe non vi ſia ſtata ſcienza, e deliberatione; Ne meno quando ſi dice, ipſo facto incorra, ſe non dopo la dichiaratione fatta dal Giudice, il quale non farà tale dichiaratione, ſe non doue ſia euidenza del delitto, & ordine di giuſtitia. Ma fatta la dichiaratione ſubito reſterà legato dalla pena.*

2. Quod ſi quæratur quid importent illæ Clauſulæ *ipſo facto ſit excommunicatus, eò ipſo priuatus remaneat*, & huiuſmodi, videntur enim futiles, & nugatoriæ, ſi non habent vim ligandi antè *Iudicis* declarationem. Reſpondetur, quod clauſulæ illæ, pro foro externo, ſunt comminatoriæ, & poſitæ ad incutiendum terrorem. Hoc enim eſt vniuerſaliter in omni lege, aut Statuto, vt notat *Suarez* (e) quod licet imponatur pœna *ipſo iure*, aut *ipſo facto*, vel etiam *ante Sententiam*, incurrenda quamuis in foro interno liget, prò externo. Tamen non eſt fulminatoria, ſed comminatoria, & irrogari debet per ſententiam, quæ non eſt condemnatoria, ſed declaratoria, quæ eſt vnus effectus ferendi leges huiuſmodi, idque pluribus (f) probat *Suarez*.

Plures autem ſunt apud *Iuriſtas* pœnarum diuiſiones, quas explanare libet, multum enim conducunt ad dicendorum intelligentiam. Primò ergò diuiduntur in *Criminales*, *Ciuiles*, & *mixtas*. *Criminalis* actio reſpicit vindictam publicam. Vt quod Apoſtata, ſeu blaſphemus puniatur de delicto ſuo, ad deterrendum alios, ne ſimiliter peccent. *Ciuilis* concernit commodum priuatum, vt actio, quam aliquis inſtituit ad hoc, quod fur ſibi reſtituat res ablatas. *Mixta* verò, quæ de vtroque participat, vt accuſatio adulterij, quæ poteſt eſſe criminalis, prout reſpicit vindictam publicam, & *Ciuilis* pro vt concernit bonum priuatum. Hoc autem tertium membrum elicitur ex quodam *Canone*; (g) vbi dicit Papa *Huiuſmodi accuſatio & ſi de crimine ſit, non eſt tamen Criminalis, ſed quaſi mixtam inter Ciuilem, & Criminalem*; prima vero duo communiter aſſignantur ab omnibus *Doctoribus*, quorum plures citat *Moneta*. (h) Secunda diuiſio eſt in *Pœnam temporalem*, & in *Pœnam perpetuam*; *Temporalis* eſt, quæ aliquo ſpatio temporis concluditur. Vt quod aliquis per ſemeſtre carceri mancipetur. *Perpetua* verò, quæ perpetuitatem adnexam habet. Vt ſi aliquis dicatur perpetuò ſuſpenſus. Sed quià multa *Statuta* habemus indefinitè loquentia, quæ non exprimunt neque tempus limitatum, neque perpetuitatem, dubium eſt ſi debent interpretari de pœnis perpetuis, an temporalibus. Ad hoc dico, quod ſi crimen graue eſt, quod perpetuam pœnam meretur, licet *Statutum* indefinitè loquatur, debet interpretari, quod pœna, per illud inflicta, ſit perpetua ita *Sanctorus*, (i) & hoc probat ex quadam *Lege Ciuili* (l) dicente *ſi non diſtinxit Præſes, vtrum Iulia publicorum, aut Iulia priuatorum; tum ex crimine erit æſtimandum*, & dicit in eandem ſententiam iuiſſe *Innocentium*, (m) & *Doctores* communiter ſcribentes. (n) Vndè *Gloſſa* regulam firmauit in quadam *Clementina* (o) *Pœna de ſui natura perpetua eſt, ex quo tempus non adÿcitur*. In dubio vero, pœna exiſtimanda eſt, eſſe temporalis, vt ex *Angelo*, & alijs iuribus probat *Sanctorus*, (p) qui etiam addit pœnarum temporalitatem, ſiue perpetuitatem pendere ab arbitrio *Diffinitorij* tanquam *Iudicis*, qui ſpectata grauitate criminis ex ratione perſonæ, modi, temporis, loci, doli, conſuetudine peccandi, ac alijs adminiculis, debet pœnæ durationem determinare.

4. Tertia diuiſio eſt in *Pœnam ordinariam*, *extraordinariam*, vel *arbitrariam*. *Ordinaria* eſt illa, quæ in iure, puta *Sacris Canonibus*, *Concilijs*, vel *Religionis Statutis*, reperitur expreſſa pro tali, vel tali crimine. *Extraordinaria*, vel *arbitraria*, quæ *Iudicis*, arbitrio determinanda pendet, vt ex *Iure* (q) probat *Sanctorus*. (r) Aduertendum autem, quod licet à lege decernatur, quod *Iudex* arbitrariè procedat

cedat, non tamen arbitrium *Iudicis* ab omni æquitatis lege, & conuenientiæ abſolutum eſt. Imò debet *Iudex* cum maturitate, & prudentia, tanquam *bonus vir* procedere, & ad hoc, videatur idem *Sanctorus*, (s) qui, more ſuo, egregiè dicit. Vndè arbitrium *Iudicis* Regularis in puniendo eſt vnam pœnam præ alia infligere, quandò lex alternatiuè plures pœnas decernit; vel pœnæ durationem determinare, quandò pœna habet tractum ſucceſſiuum, vt carceratio, vel ſuſpenſio; vel modum grauiorem in pœnitentia exequenda iniungere, vt magis rationi, & delicto ſibi videbitur expedire.

5. Deſcendendo autem ad ſpecies pœnarum, quæ in noſtro *Seraphico*. *Ordine* inueniuntur. Prima eſt *Priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ, ſeù iuris ſuffragiorum*. Quid importetur per hanc pœnam clarè diſponitur in *Statutis generalibus Ordinis*, (t) in quibus habetur, quod *Priuatio iuris ſuffragiorum, ſiue uocis actiuæ, & paſſiuæ eſt, ad ferenda, & conſequenda ſuffragia, ita vt priuatus nec eligere, nec eligi ad quodcumque Officium Ordinis poſſit*; & talis *priuatio* in Statutis Reformatis venit ſub nomine *priuationis vocis*, ità vt quando *Statuta* ipſa in pœnam alicuius criminis infligunt *la priuatione di voto*, vt videre eſt in multis *Statutis* (u) accipi debet pro *priuatione* vocis actiuæ, & paſſiuæ. Hæc autem *pœna*, quæ in antiquis Statutis Ordinis reperitur, fundamentum habet in *iure Canonico*, licet non exprimatur, nomine præciſo, *priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ*. Etenim multi *Canones* (x) ſanciunt, quod excommunicatus excommunicatione maiori, non poteſt eligere, nec eligi; ſicut nec idem poteſt ſuſpenſus ab Officio ſimpliciter, aut ab officio, & beneficio, vt cum quadam *Gloſſa* tenet *Panormitanus*. (z) Non autem ita vniuntur hæc duo inter ſe, puta priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ, vt nequeat vnum ab altero ſeparari. Siquidem poteſt quis priuari voce paſſiua, ita vt eligi non poſſit, non tamen per hoc eſt priuatus voce actiua, vt non valeat eligere. Si quidem etiam in iure excommunicatus excommunicatione minori poteſt quidem eligere, ſed nequit eligi, vt habet textus expreſſus cuiuſdam *Decretalis*; (a) ſicut & iden poteſt ſuſpenſus ab Officio tantùm, vt dicitur in *iure*. (b) Pariter aliquis poteſt priuari poteſtate eligendi tantùm, & non poteſtate ad eligi paſſiuè, vt dicunt nonnullæ *Decretales*. (c)

6. Verum tamen eſt, quod ſicut aliquis ſi in *iure* dicitur ſimpliciter excommunicatus, vel ſuſpenſus, intelligitur excommunicatione maiori, vel ſuſpenſione ab officio, & beneficio, per quæ priuatur iure eligendi paſſiuo, & actiuo, vt dicunt *Canones*; (d) ita quandò dicitur in *Statutis*, quod aliquis priuetur *iure ſuffragiorum*, aut *ſia priuo di uoto*, (vt plures habent *Reformata*) debet intelligi de priuatione vocis actiuæ, & paſſiuæ.

7. Quænam autem ſint *Officia Ordinis*, ad quæ voce actiua priuatus nec eligere, nec eligi poteſt, dictum eſt alias (e) in hoc libro. Aduertendum autem, quod ſic priuatus voce ad eligendum, non tamen eſt priuatus voce ad alia, quia cum hæc ſit lex pœnalis non debet extendi vltrà expreſſa in iure; [illegible] cum ex *Textu*, & *Statutis* limitetur [illegible] ad priuationem vocis in electio[illegible] non debet ad alia extendi. Pro[illegible] ſicut, ſic priuatus voce, *Prouincialis*, poſſet iſte in electione *Guardianorum* proponere, & nominare eligendos iuxtà *Statuta*, propoſitio enim illa licet ſit in ordine ad electionem, non tamen eſt electio, nec per eam aliquis acquirit ius ad electionem, aut officium, licet, ſine illa præuia, eligi non poſſit. Pariter *Diffinitor* ſic priuatus voce actiua, & paſſiua poteſt ingredi *Diffinitorium*, dare votum ſuum in ſententiando *Reos*, in acceptando ad Ordinem, & in omnibus alijs, in quibus non fit electio ad officia; ſimiliter Examinator ita priuatus poteſt dare votum in approbatione, ſeu reprobatione examinatorum pro Ordinibus, Lectura, Prædicatione, ſiue Confeſſione; tandem quilibet ſic priuatus voce, valet nihilominus dare votum pro *Nouitijs* ad profeſſionem admittendis, (f) ſeu alijs caſibus, in quibus requiritur conſenſus *Capituli Conuentualis*, iuxtà rerum exigentiam, & omnia alia adminiſtrare, quæ officio ſuo competunt. Ad hæc verò plenius illuſtranda, nonnullæ poſtea ſoluendæ ſunt quæſtiones.

TEX.

T E X T V S.

§.II. Priuatio actuum legitimorum eſt inhabilitatio ad omnia Officia Ordinis, ideſt Miniſteriatum, Diffinitoriatum, Cuſtodiatum, Guardianatum, Diſcretatum, & ad omnia Officia, quæ ſunt cum dignitate, & Superioritate coniuncta.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

8. *Actus legitimus quis ſit difficile eſt aſſignare.*
Actus legitimus eſt qui obuenit, vel firmatur à lege.
Actus legitimi quo ad priuationes pœnales creſcunt, & decreſcunt.

9. *Priuatio actuum legitimorum, quæ comprehendat.*
Inhabilitatem ad eligere, & eligi facit, ſed non ad adminiſtrationem Officij.

10. *Priuatus actibus legitimis poteſt promoueri ad Ordines.*
Item Confeſſarius Monialium inſtitui.
Non poteſt inſtitui Lector, aut Concionator.
In lege prohibitiua conceſſum de vno eſt negatum de alio.
Directè prohibitum, per conſequentiam non admittitur.

11. *Priuatio actuum legitimorum importat de ſui natura negationem omnium officiorum Ordinis.*
Maius eſt inſtitui in Officio, quam illud exercere.
Diſcretatus quid ſit.
Priuatus actibus legitimis poteſt eſſe Diſcretus Conuentualis.

8. QVid nam propriè ſit *actus legitimus* difficile aſſignare eſt, cum circà hoc nullam habeamus diffinitionem ex *iure Canonico*, aut *Ciuili:* habetur quidem in *Canonico* (g) Regula *Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem*, mutuatam ab alia lege *Ciuili*, (h) ſed nulla *Gloſſa* diffinit, quid nam nomine actus legitimi importetur, ſed tantùm enumerantur vt tales *Mancipatio*, *Acceptilatio*, *hæreditatis additio*, *Serui optio*; *datio Tutoris*, quæ non admittunt additionem temporis, vel conditionis ſaltem apertam, & explicitam, quia tacitam additionem recipere poſſunt, vt docet *Ioannes Baptiſta Nicolaus*; (i) nec in hoc diſcordat *Gloſſa*. Imò *Gloſſa* illius *Capituli* (l) ait, quod nonnulli *actus legitimi* benè recipiunt conditionem, & diem, ſicuti *Contractus*, qui, vt habetur ex *Iure*, (m) benè admittunt conditionem, & tempus. Hæc autem parùm faciunt ad intelligentiam noſtri *Textus*; proindè accipere poſſumus diffinitionem, quam dat *Summa Angelica* (n) dicens, quod *Actus legitimus eſt, qui obuenit, vel firmatur à lege*, & hæc definitio congruit cum opinione *Alexandri* (o) qui dicit Appellatione *actus legitimi* veniunt actus ab aliquo iure ſcripto inuenti, quod probat ex *Gloſſa*, (p) & applicando ad *Ordinem* noſtrum, ſubiungit *Angelus* loco citato, *quod eſt Regere, Prædicare, Confeſſiones audire, legere, viſitare, definire, eligere, eligi, accuſare, teſtificari, & ad Ordines promoueri*; & his addit *Sanctorus* (q) *Ordines exercere, neceſſaria à Superiore exigere, alios tueri in defenſionibus, ſui gradus exemptiones expetere in Capitulo, ſuam ſententiam aperire*, & his ſimilia. Sed quia vt benè aduertit *Sanctorus* ibidem actus iſti, quo ad priuationes pœnales creſcunt, & decreſcunt ſecundùm variationem *Capitulorum Generalium*, ideò ſtandum eſt diſpoſitioni *Statutorum Ordinis* nouiſſimè compilatorum, quæ ſic habent.

9. *Priuatio actuum legitimorum, eſt inhabilitatio ad omnia Ordinis Officia, quæ cum Dignitate, & Superioritate coniunctæ ſunt, vt Miniſteriatus; Diffinitoriatus; Guardianatus. Poteſt autem ſic priuatus ſacras functiones exercere, & ad Sacros Ordines promoueri. Poteſt quoque prædicationes, & lectiones exercere, ſed non confeſſiones, ſaltem ſecularium; Poteſt tamen Monialium Confeſſarius inſtitui, ac Magiſter Nouitiorum eſſe, & pro eis ad profeſſionem ad-*

admittendis ſuffragia dare. Et ex hoc Statuto aperta colligitur differentia, quæ eſt inter *priuationem ſuffragiorum*, de qua ſuprà dictum eſt, & *priuationem actuum legitimorum*, quia illa in habilitat ad eligere, & eligi ad officia *Ordinis*, puta *Prælaturas*, ſed non tollit quin ille, qui ſic priuatus eſt, ipſas adminiſtret, ſi *priuatio* ſibi ſuperuenit poſt adeptam poſſeſſionem officij. *Priuatio* vero *actuum legitimorum* non ſolùm tollit electionem ad *Prælaturas*, ſed etiam earum exercitium negat.

10. Ex hoc autem, quod *Statutum* loquitur quod ſic priuatus poteſt ad *Ordines Sacros* promoueri, & in illis miniſtrare, & *Confeſſarius Monialium* inſtitui, ſed de lectura, & prædicatione ſimpliciter dicitur, quod poteſt illa exercere, & *Magiſter Nouitiorum* eſſe, oritur difficultas ſi ſic priuatus poſſit inſtitui *Lector*, *Prædicator*, vel *Magiſter Nouitiorum*. Ad hoc Reſpondeo negatiuè. Quia conceſſum de vno (maximè in lege prohibitiua) de alijs negatum videtur, vt *iura* (r) dicunt, & quod directè, & principaliter prohibetur, nec per conſequentiam, vel obliquum admittitur, (s) vt habetur in pluribus *Authenticis*. Patet autem, quod Statutum illud habet prohibitiuam diſpoſitionem, quia ſancit quod priuatus actibus legitimis *inhabilitatur*, ſiue *inhibetur &c.* Si ergo in eo aliquid conceditur de vno ex prohibitis, non debet cenſeri conceſſum de alio, ſed prohibitum, niſi aliter exprimatur. Prohibita verò ſunt *inſtitutio*, & *exercitium* Prælaturæ, Ordinum, lecturæ, Concionum, Confeſſionum ſæcularium, & Monialium, & Magiſterium Nouitiorum; ſi ergo reſpectu nonnullorum ex illis ſpecialiter permittitur non tantum exercitium, ſed etiam inſtitutio, (vt eſt reſpectu *Sacrorum Ordinum*, & *Confeſſariatus Monialium*,) reſpectu autem aliorum, vt *lecturæ*, *Concionum*, & *Magiſterij Nouitiorum*, ſpecificatur tantùm permiſſio exercitij, non eſt vndè ad talia Officia, poſſit extendi conceſſio inſtitutionis in eiſdem, quæ conceſſio ſtat ſpecificata tantùm de alijs.

11. Et clariùs patet hoc ex conſideratione, quod *priuatio actum legitimorum* de ſui natura importat negationem omnium *Officiorum Ordinis*, quorum nomine ſaltem in lata ſignificatione venit etiam *Lectura*, *&c.* ſequitur ergo, quod hæc eſt principaliter prohibita. Si ergo lex pœnalis relaxat rigorem, & reſpectu *Lecturæ*, *Concionum*, *&c.* exprimit permiſſionem *Exercitij*, non poteſt *inſtitutio* trahi ad iſta *per conſequentiam*, (puta, quod ſicut inſtitutio permittitur in *Sacris Ordinibus*, & *Confeſſariatu Monialium*, ità permittatur conſequenter etiam de *Lectura*, *&c.*) vel *obliquum*; attento maximè, quod maius certè cenſetur inſtitutio in officio, quàm exercitium ipſius iam adepti; vndè ex conceſſione illius, quod eſt minus, non poteſt inferri conceſſio eius, quod eſt maius.

Quod autem dicitur in *Textu* de *Diſcretatu*, quod nempè priuatus actibus legitimis non poſſit eſſe *Diſcretus*, non debet accipi de *Diſcretatu*, illo ſcilicet, qui nunc eſt in *Senioribus* Conuentus, ſiue *Dignioribus*; hoc enim nullo modo officium eſt, ſed gradus quidam in Religione, & non habet ſtatum, niſi tumultuarium, cum per aduentum *Dignioris* ſtatim ceſſet. Præter quam quod *Diſcreti* tales non habent niſi votum conſultiuum, iuxta caſus in Statutis expreſſos; vndè ſi priuatis actibus legitimis conceditur votum pro *Nouitijs* ad profeſſionem admittendis, quod votum accedit proximè ad electiuum, & proindè maius ſimplici conſultiuo; à fortiori poteſt concedi, quod priuatus actibus legitimis poſſit eſſe *Diſcretus Conuentualis*, cui ratione talis gradus conuenit votum conſultiuum tantùm. Debet ergo accipi *Textus* de *Diſcreto Vocali*, qui aliàs eligebatur à Conuentu, & votum habebat in *Capitulo Prouinciali*, ſed à *Sacra Congregatione* pro *Ciſmontana* noſtra *Familia* fuerunt ſublati impoſito ſuper ipſis perpetuo ſilentio.

TEX.

TEXTVS.

§. III. Priuatio Officiorum Ordinis inhabilem reddit, non ſolùm ad ſupradicta, ſed etiam ad Confeſſionem, Prædicationem, Lecturam, Paternitatem, & munus Viſitatoris.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

12. *Priuatio Officiorum Ordinis, quæ?*
Promotio ad Ordines, & eorum exercitium non comprehenditur in vlla priuatione.
13. *Priuatus Officijs Ordinis, poteſt eſſe Commiſſarius ad cauſam.*
Laicus non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi, neque Arbiter in cauſa ſpirituali.
Poteſt eſſe Aſſeſſor in cauſa Clerici.
Ex deputatione Papæ poteſt eſſe Commiſſarius in cauſa Eccleſiaſtica.
14. *Commiſſarius Delegatus in cauſa particulari apud Nos impropriè dicitur Iudex.*
Officium Iudicis, quale ſit.
Iuriſdictio, quam habet Commiſſarius ad cauſas, pendet à iuriſdictione Committentis.
15. *Durationes, ſeu tempora priuationum, quandò confundantur opinio.*
Non confunduntur, & probatur.
Priuatio perpetua, quandò commutanda in aliam pœnam.
16. *Priuatio Officij, quid importet.*
Officium propriè, & impropriè, quid ſignificet.
Priuatus Officio intelligitur de principaliori tantùm.
17. *Suſpenſionis quadraginta nouem ſpecies.*
Quid ſit ſuſpenſio.
Quotuplex ſit.
Superior, qui poteſt excommunicare, poteſt etiam ſuſpendere.
Suſpenſus ab Officio priuatur vſu iuriſdictionis.
Peccat mortaliter ſe ingerens in eo.
Suſpenſio ab Officio non eſt cenſura.
Cenſura lata cum clauſula, ipſo facto, *incurritur pro foro interno antè declarationem Iudicis.*
Suſpenſio ab Officio eſt vindicatiua, non præſeruatiua pœna.
18. *Suſpenſio lata in Statutis comprehendit ſpiritualia, & temporalia.*
Suſpenſus à fundamento, ſuſpenditur ab omni, quod ſuper eo poteſt ædificari.
Suſpenſus ſimpliciter ab Ordine, ſuſpenſus eſt in omnibus dependentibus ab Ordine.
19. *Quænam competant Prælato, vt talis eſt.*
Lex abſolutè loquens intelligitur ſimpliciter de omnibus.
Suſpenſio lata per Statuta diuerſa à lata per Prælatum.
Suſpenſio eſt priuatio incboata.
Suſpenſio a Prælato, vt plurimum reſpicit iuriſdictionem temporalem.
20. *Suſpenſus ab Officio, in quibus nàm impeditur.*
21. *Dare votum electiuum, non eſt fructus beneficij, ſed munus Officij.*
Votum electiuum non poteſt quis renunciare.

12. PAtet de ſe *Textus*, ſed corrigitur per *Statuta Generalia Ordinis*, quæ ſic habent. *Poterit Sacros Ordines recipere, ac Sacras eorum Functiones exercere, qui ſic priuatus fuerit.* (t) Vndè habetur, quod promotio, & exercitium *Sacrorum Ordinum* effugit triplicem hanc priuationum ſpeciem, puta ſuffragiorum, actuum legitimorum, & Officiorum *Ordinis*. Difficultas autem eſſe poteſt, ſi pœnæ iſtæ ſic ſe habeant, quod maior minorem inferat; hoc eſt, ſi priuatio actuum legitimorum inferat priuationem, ſuffragiorum, cum hæc ſit minor, & illa maior; vel ſi priuatio officiorum Ordinis, quæ eſt maxima duas præcedentes includat. Et dico, quod non, quia vt habet regula iuris (u) in odioſis ſtricta eſt interpretatio facienda, non ergo debet extendi pœna vltrà id, quod fertur à lege. Licet ergo priuatus actibus legitimis ſit inhabilis ad Officia Ordinis *Miniſteriatus*, &c.?

&c, tam quoad promotionem, quàm quo ad exercitium, non tamen priuatus exiſtit voce actiua, quæ ſibi poſſet aliundè competere, quam per Officium Ordinis, vt erat olim ſuffragari in electione *Diſcreti Vocalis*; & ità tenet *Sanctorus*. *(x)* Sed loquendo de tertia priuatione, aliter dicendum eſt. Siquidem apertè habet *Textus*, quod reddit *inhabilem non ſolùm ad ſupradicta*, *&c.* hoc eſt, quod importat inhabilitates omnes, quæ inferuntur per priuationem vocis actiuæ, & paſſiuæ, & per priuationem actum legitimorum.

13. Difficultas autem poteſt eſſe circà prædictas priuationes in *Commiſſario* deſtinato (non quidem ad viſitandam *Prouinciam*, quia *Textus* apertè denegat,) ſed ad fabricandum proceſſum in vna, vel pluribus cauſis. Circà hoc *Sanctorus* loco citato tenet negatiuè, motus ex hoc, quod *Commiſſariatus* ſit officium *Ordinis*; concedit tamen, quod ſi caſus eſſet grauis, & non adeſſet alius Peritus in criminalibus, poſſet inſtitui *Commiſſarius* ille, qui etiam voce actiua, & paſſiua eſſet priuatus; non verò, ſi eſſet priuatus *Officijs Ordinis*, eo quod talis *Commiſſarius* eſt *Prælatus*, *iuriſdictionem*, *&* *autoritatem delegatam habens*. Ego verò ſum in oppoſita ſententia, & dico, quod nulla trium ſupradictarum priuationum impediat quominùs aliquis delegari poſſit ad condendos proceſſus. Ratio eſt, quia etiam Laicus. qui peritiam haberet proceſſandi, poſſet ſic delegari; & non tantùm Laicus Religioſus, ſed etiam Sæcularis; licet enim non poſſit eſſe *Vicarius Epiſcopi*, neque Arbiter in cauſa ſpirituali, vt dicunt *iura*, *(a)* tamen poteſt eſſe *Aſſeſſor Iudicis Eccleſiaſtici*, maximè in defectu Clericorum peritorum, vt notant *Canoniſtæ*, *(b)* & de *Papæ* permiſſu, ipſi conceditur poſſe excommunicare, & eſſe *Commiſſarius* in foro *Eccleſiaſtico*, vt notat *Abbas*. *(c)* In tantùm verò ſibi denegatur eſſe *Arbiter*, aut *Vicarius*, in quantùm hæc duo officia ſunt *Iudicis* propriè, & importantia directam iuriſdictionem in Clericos, cuius Laicus eſt incapax, niſi de *Papæ* diſpenſatione.

14. Si autem rectè examinetur *Officium Commiſſarij*, vt inter Nos in vſu eſt, qui informationes iuridicas præſertim in cauſa criminali ſumit, conſtruendo proceſſum, vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè: patet, quod iſte impropriè dicitur *Iudex*. Nam officium *Iudicis* ſiuè *Ordinarij*, ſiue *Delegati* eſt, vel iure ſuo, vel *Magiſtratus*, qui iubendi poteſtatem habet, auctoritate, de re aliqua cognoſcere, & iudicare, vt docet *Prateius*. *(d)* Cum ergo *Commiſſarij* inter Nos delegati non habeant facultatem cognoſcendi, nec iudicandi in cauſa ſibi demandata, ſed tantùm ſuper facto inueſtigandi, liquet abuſiuè *Iudices* dici. Sunt enim ſicut *Actuarij Criminales*, qui in foris *Epiſcoporum* proceſſus etiam contrà Clericos inſtruunt, qui licet in actionibus interloquantur, & ſic aliquam ſententiam proferant, admittendo, ſiue reijciendo libellos, articulos, exceptiones, appellationes, concedendo dilatorias, & huiuſmodi, quæ meram iuris interpretationem ſapiunt, nullo tamen modo iuriſdictionem ſuper Clericis important, & hac de cauſa tales *Actuarij*, vt plurimum ſunt Laici; & ſi Clericis intimant præcepta, nullum robur habent, niſi ab auctoritate *Vicarij*, ſiue *Epiſcopi* ſubſignantis. Ità licet apud Nos *Commiſſarij* habeant auctoritatem in *Reum*, & alios ſpectantes ad cauſam ſibi commiſſam, & præceptis ſuis teneantur parere, etiam non ſubſignatis à Prælato; tamen hoc eſt, non quia *Commiſſarius* iuriſdictionem in illos habeat, ſed quia ipſe eſt inſtrumentum iuriſdictionis *Prælati* committentis, nec inter nos requiritur, quod libelli, ſiue citationes ſubſignentur à Committente, quia hæc eſt iuris ſolemnitas, attento maximè, quod præcepta oretenus fiunt, validitatem autem, & vim obligandi habent ab auctoritate Delegantis. Quod magis confirmatur ex hoc, quia tales *Commiſſarij* facultatem non habent torquendi *Reos*, nec Teſtes, aut carcerandi, niſi ex voto, & mandato *Diffinitorij*, tales enim ſententiæ interlocutoriæ ſapiunt vim diffinitiuæ, & ſunt per diffinitiuam irreparabiles; ex quo conijcitur, quod licet tortura ingrediatur tanquam inſtrumentum inueſtigandi veritatem in facto; tamen quia redolet iuriſdictionem in mandante torqueri, non poteſt competere ſimplici *Commiſſario*. Si ergo iuriſdictionem nullam habet *Commiſſarius* in eos, quos conſtituit, aut examinat, & ſi actus iuriſdictionales exercet, hoc eſt, tantùm inſtrumentaliter, ſequitur, quod eſſe ſic *Commiſſarius* cum limitata facultate ad ſimpliciter capiendas informationes iuridicas, nullo modo erit *Prælatura*, aut *Officium Ordinis*. Quod ſi ipſe facultatem ha-

be-

beret non ſolum inquirendi in cauſa, vt delegatam, ſed etiam cognoſcendi, & iudicandi, eſſet diuerſa ratio, quia tunc reuera eſſet *Officialis Ordinis*; ſed in noſtra Religione, ſaltem à *Prouincialibus*, nunquam committitur cauſa vſque ad diffinitiuam incluſiuè. Concludendum ergo eſt, quod cum talis *Commiſſarius* Officialis *Ordinis* non ſit; ſic priuatus voce actiua, & paſſiua, & actibus legitimis, & *Officijs Ordinis*, poteſt nihilominùs deputari ad condendos proceſſus, vt præfertur.

15. Demus verò, quod aliquis committat crimen, ob quod aliqua ex tribus recitatis priuationibus ad ſexennium ſit punitus; durante verò tali tempore nouum crimen admittat, per quod triennij priuatione ſit puniendus; dubium eſt, an triennium incipiat currere à prolata ſententia, an verò poſt completum ſexennium prioris priuationis? Fuit circa hanc quæſtionem ſententia *Io: Andreæ*, (e) qui ait tempus ſecundæ priuationis confundi cum tempore primæ, ità vt poſſet eodem tempore ſatisfieri durationi ambarum priuationum; vt ſi tempore, quo adhuc ſibi remanebant complendi tres anni primę priuationis, committeret delictum, pro quo debetur illi pœna priuationis per triennium, tribus annis ſequentibus poſſent illæ duæ priuationes compleri; ex eo quod pœna incipit currere à delicto commiſſo. *Bartolus* verò (f) diſtinguit, dicendo, quod vel lex loquitur, quod à commiſſo delicto incurratur pœna, quæ ſpecificatur impoſita, & ſic incipiet currere priuatio à commiſſi delicti tempore, & tali modo tempora confunduntur, vt dicebat *Io: Andreæ*; vel lex loquitur indeterminatè, puta dicendo, *qui fecerit tale delictum tanto tempore priuetur*, & tunc tempus ſecundæ priuationis incipiet currere, terminata prima, & huic ſententiæ adhæret *Abbas*, qui illam recitat, (g) cui concordat *Antonius Franciſcus* eius *Additionator*, nec diſſentit *Sanctorus*. (h) Sed ſalua tantorum virorum reuerentia, non video, quod hoc poſſit ſuſtineri. Quantumuis enim lex loquatur, quod aliquis, ipſo iure, ſiue, ipſo facto, aliquam pœnam incurrat à commiſſo crimine, tamen talis pœna non incurritur niſi poſt ſententiam *Iudicis*, vt ſuprà docuimus; non ergo poteſt pœna ligare antè ſententiam, & ſic tempus priuationis non currit ſtatim à crimine commiſſo, quod eſt fundamentum reſolutionis *Ioan: Andreæ*, & primi membri diſtinctionis *Bartoli*; & ità nequeunt tempora confundi, prout ipſi ſentiunt. Quod confirmatur, quia aliàs ſequeretur, quod *Reus* pœnam legis poſſet euadere, & ſic peccare impunitus. Si enim aliquis crimen committeret, ob quod per triennium, deberet voce priuari, ſi à commiſſo delicto curreret tempus, vt illi volunt, & ipſe non accuſaretur de delicto, niſi completo triennio, non poſſet puniri priuatione, quia iam tempus præſcriptum eſſet abſolutum. Si etiam ſententiaretur ad priuationem ſecundam, non completo tempore primæ, & tempora confunderentur, non ſubiret iſte pœnam legis, niſi diminutam, quia ſecunda priuatio, incipiens currere à ſententia lata, pro illo tunc, nullam afflictionem punitiuam delicti ipſi infligeret, quam anteà non habuiſſet, & ſic nullam pœnam pro ſecundo delicto haberet in toto tempore à lege pręſcripto, ſed in parte temporis, & ità diminutam. Concludendum ergo, quod ſecunda priuatio debet incipere poſt completum tempus primæ, vel ſecunda priuatio commutari in aliam pœnam, prout debet de neceſſitate fieri, ſi punitus priuatione perpetua nouum crimen, punibile priuatione, committeret; vt benè aduertit *Sanctorus*. (i) Quibus verò de cauſis incurrantur ſupradictæ priuationes, tum ex *Conſtitutionibus Apoſtolicis*, tum ex *Statutis Ordinis*, videri poteſt apud *Sanctorum*, (l) qui ipſarum Cathalogum magna ſolertia adnotauit.

16. Mancus verò videtur quodammodò *Textus* in hoc *Titulo*, ex hoc, quod, recenſendo pœnas in *Seraphico Ordine* vſitatas, non nominat *pœnam priuationis Officij*, & pœnam *Suſpenſionis ab Officio*, de quibus frequentiſſima eſt mentio in *Statutis* tum *Ordinis*, tum *Reformationis*. Poſſet quidem aliquis dicere, quod *pœna priuationis* includeretur in pœna *priuationis Officiorum*, vt ſpecies in genere; ſed hoc non poteſt dici, longè enim diſtant inter ſe pœna *priuationis Officiorum Ordinis*, & pœna *priuationis Officij*, quia per primam inhabilitatur priuatus ad *Confeſſionem, Prædicationem, &c.* prout dicitur in *Textu*, quod non eſt per ſecundam. Ideò dico, quod *priuatio Officij* importat priuationem tantùm illius Officij, quod ſic priuatus adminiſtrat, & non limitatur ad Officium Superioris actualis, ſiue Prælaturæ.

turæ. Siquidem, vt benè aduertit *Sanctorus*, (m) hoc nomen *Officij*, vel ſumitur propriè, & ſtrictè, & ità ſignificat tantùm *Prælaturas*, vel ſumitur impropriè, & largè, & ità ſignificat omne miniſterium in *Ordine* inſtitutum, & ità *Lector*, *Concionator*, *Magiſter*, ſiue *Nouitiorum*, ſiue *Clericorum*, *Vicarius*, *Sacriſta*, *Rector Chori*, & ſimilia poſſunt dici *Ordinis Officia*; quandò ergo dicitur in *Statutis* pro tali defectu, vel delicto, criminoſus priuetur *Officio*; intelligitur de illo *Officio*, quod gerit ſiue *Superior* ſit, ſiue alius. Et hoc probatur, quia in varijs Statutis apponitur talis pœna priuationis officij criminibus, qui eſſe poſſunt in alijs à *Superioribus*, vt exuentes habitum pro Comœdijs recitandis, (n) Recuſantes facere hebdomadam, (o) equitantes ſine licentia, (p) & multi alij puniuntur pœna *priuationis Officij*, conſtat verò, quod talia delicta non ſupponunt de neceſſitate, quod taliter delinquens ſit *Superior*, ſequitur ergo, quod illa priuatio non eſt *Officij* tantùm *Prælaturæ*, ſed etiam adaptatur cuiuis alteri officio in Religione. Non extenditur verò illa pœna vltrà illud officium, quod cenſetur in ipſo principale, ità vt, ſi aliquis eſt *Magiſter Nouitiorum*, vel *Lector*, & priuetur officio, intelligitur præcisè de *Officio Magiſterij*, aut *Lecturæ*, & non de alijs, ſiquidem iſti poſſunt prædicare, confeſſiones audire, &c. quod non poſſent, ſi eſſent priuati *Officijs Ordinis* in vniuerſum, vt ſunt fornicarij, adulteri, & ſimiles criminoſi in delictis atrocioribus iuxtà *Statuta*.

37. Loquendo autem de Suſpenſione, cuius quadraginta, & nouem ſpecies, ſiue modos ex vniuerſo *Iure Canonico* colligit *Gloſſa* quædam, (q) dico, quod eſt *Eccleſiaſtica cenſura, qua Eccleſiaſtica perſona impeditur, ne functiones exerceat ſui Officij, Beneficij, vel Ordinis*, vt communiter *Doctores*. (r) Diſtinguitur autem, quia alia eſt *Suſpenſio ab Ordine*, alia à *iuriſdictione*, alia à *Beneficio*. Duæ primæ ſuſpenſiones includuntur in *Suſpenſione ab Officio*, quod cum ſit vel reſpectu *Ordinis*, vel reſpectu *iuriſdictionis*, ideò conſtituit illas duas ſpecies. Sed ad noſtrum intentum non faciunt iſtę ſuſpenſiones, de quibus videri poſſunt *Theologi Morales* in materia de *Cenſuris*. Sed illa ſuſpenſio, de qua vt plurimum loquuntur noſtra *Statuta*, eſt *Suſpenſio ab Officio Regulari*, vt importat exercitium iuriſdictionis, non verò *Ordinis*; non tamen dico, quod *Suſpenſio* illa, quæ propriè eſt cenſura, & priuat exercitio *Ordinis*, non poſſit infligi à *Superiore Regulari*, cum enim *Excommunicatio*, & *Suſpenſio* pertineant ad vnam, & eandem iuriſdictionem, vt earum cauſam efficientem, vt ſcribunt communiter *Doctores*; (s) ſequitur, quod *Superiores Regulares*, qui poſſunt Subditos ſuos excommunicare, poſſunt etiam illos ſuſpendere, vt cum alijs ſcribit *Lezana*. (t) Suſpenſus ergo *ab Officio*, vt, verbi gratia, *Guardianus*, priuatur tantùm vſu, & exercitio iuriſdictionis ſibi competentis ratione *Guardianatus*. Vndè durantè tempore *Suſpenſionis* peccat mortaliter ſi ſe ingerat in *Officio* ſibi prohibito, contrariatur enim per hoc legi, ſiue præcepto prohibenti in materia graui, vt ſcribit, poſt *Portellum*, *Lezana*. (u) Huiuſmodi autem *Suſpenſio* non eſt propriè cenſura, ſiquidem non incurritur, niſi poſt declarationem *Iudicis*, vt clarè habetur in *Statutis Ordinis*, & *Reformationis*, (x) quod eſt contrà rationem cenſuræ, quæ ſemper incurritur antè declarationem, quandò eſt lata per legem cum clauſula, *ipſo iure*, vel *ipſo facto*, vt probat *Lezana*. Vndè non erit niſi *pœna* purè vindicatiua, & non præſeruatiua, præſertim cum imponi ſoleat propter delictum præteritum, & ſine præmiſſa monitione, quod non competit cenſuræ propriè dictæ. (a) Aduertendum verò, quod ſicut in *iure Canonico* variæ ſunt graduationes *Suſpenſionis* ab adminiſtratione officij, quia aliquandò ſuſpenditur quis ab adminiſtratione ſimpliciter, vt dicitur in quadam *Decretali*; (b) aliquandò cum determinatione temporis certi, vt habetur in alia; (c) aliquandò incerti, vt in alia, (d) aliquandò reſpectu vnius rei tantùm, aliquandò reſpectu plurium, aliquandò omnium actuū iuriſdictionalium; ità etiam ſuſpenſio *ab Officio* in Religione, vel poteſt eſſe vniuerſaliter reſpectu omnium actuum iuriſdictionalium, vel vnius, vel aliquorum tantùm, & hoc, vel ad tempus determinatum, vel arbitrarium *Superiori*. Quia verò in pluribus caſibus imponitur Superioribus *Suſpenſio ab Officio*, vt videre eſt in *Statutis* (e) *Generalibus Ordinis*, & liberum eſt *Prouinciali* ſe ſolo ſuſpendere ab officio illum, cui ob crimen *priuatio officij* debetur, vt diſponitur in eiſdem *Statutis*, (f) & ideò operæ prætium eſt declarare, quid im-

importet huiuſmodi *Suſpenſio ab Officio*, & quæ nàm taliter priuato prohibeantur. Suppoſita enim communi doctrina, quam ſuprà dedimus, quod huiuſmodi ſuſpenſio non ſuſpendit exercitia *Ordinis*, vt celebrare, confeſſiones audire, Sacramenta alia miniſtrare, ſed tantùm iuriſdictionis; & cum iuriſdictio alia reſpiciat ſpiritualia, vt cenſuras ferre, à reſeruatis abſoluere, &c. alia reſpiciat externam politiam, ſiue gubernium Conuentus, videndum eſt, ſi per ſuſpenſionem ſupradictam impediatur exercitium, tam circà ſpiritualia, quàm temporalia, an verò circà temporalia tantùm. Pariter, quia in *Statutis Reformatis* dicitur, (g) quod *Prouincialis* poſſit ſuſpendere *Guardianos* ad trimeſtre, dubium eſt ad quæ ſe extendat huiuſmodi *Suſpenſio*.

18. Dico ergo, quod *Suſpenſio ab Officio* lata à *Statutis* Importat prohibitionem exercitij Iuriſdictionis tum circà ſpiritualia, tum circà temporalia. Licet enim ſuſpenſus per legem ab officio generaliter, & ſine vlla reſtrictione ſit priuatus omni vſu Ordinis, & iuriſdictionis, vt volunt *Doctores*, (b) tamen reſpectu *priuationis Officij* inter Regulares venit tantùm prohibitio exercitij iuriſdictionis competentis *Prælato*, vt *Prælatus* eſt. Stat autem, quod iuriſdictio ſe extendit ad ſpiritualia, & temporalia, vndè cum *Statutum* loquatur abſolutè, & ſine reſtrictione, quod aliquis ſuſpendatur pro crimine *ab Officio*, hoc eſt à *Prælatura*, patet, quod ſuſpenditur in omnibus, quæ fundantur in *Prælatura*, ſuſpenſus enim à fundamento, videtur ſuſpenſus ab omni ædificio, quod eſt ſupra fundamentum, vt dicitur in *iure*: (i) & ſicut ſuſpenſus ſimpliciter ab *Ordine*; ſuſpenditur ab omnibus, quæ dependent ab Ordine, vt docet *Panormitanus*, (l) ità ſuſpenſus ab officio *Prælaturæ* prohibetur ab omnibus, quæ ſibi competunt, vt *Prælato*.

19. Conſtat autem, quod *Guardiano*, vt *Prælato* competit iuriſdictio ligandi per Cenſuras, abſoluendi à reſeruatis, & multa alia ſpectantia ad ius ſpirituale; ſpectat etiam regimen Conuentus, quoad temporalia, vt clarum eſt, ergo omnia hæc prohibentur tali ſuſpenſo. Scio quidem poſſe hæc duo, puta iuriſdictio in ſpiritualibus, & in temporalibus ad inuicem ſeparari; ſed quandò lex abſolutè loquitur, & generaliter de ſuſpenſione *ab Officio*, debet intelligi de omnibus, quæ *ab Officio* procedunt, vt dicunt *Doctores*. (m) Et hîc aduertere oportet aliam eſſe ſuſpenſionem, quæ per Statutum fertur contrà *Prælatos*, ab ea, quæ fertur contrà alios Officiales, licet importentur ſub eodem nomine ſuſpenſionis ab officio; ſiquidem alij Officiales, vt plurimum non habent, niſi adminiſtrationem ciuilem, vt ſcribit *Sanctorus*, (n) & patet in *Lectoribus*, *Magiſtris Nouitiorum*, *&c. Prælati* verò etiam ſpiritualem; tamen ſicut alij ſuſpenſi *ab officio* priuantur omnibus iuribus ſpectantibus ad ſuum officium, ità etiam *Guardiani*, ſeu alij Officiales habentes iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem, ſi ſuſpendantur à *Prælatura*, ſuſpenduntur etiam à cæteris, quæ ab illa deriuant. Magis autem conualidatur concluſio ex hoc, quod talis ſuſpenſio *ab officio* induit naturam priuationis inchoatæ, vt ait *Sanctorus*, ſicut ergo *Guardianus* priuatus ab officio nihil poteſt eorum, quæ ad *Guardianum* ſpectant nec in ſpiritualibus, nec in temporalibus, ità neque eadem poterit durante ſuſpenſione.

Sed loquendo de *Suſpenſione*, quæ non eſt lata per Statuta, ſed inflicta ab homine, puta *Generali*, vel *Prouinciali*, aliter eſt dicendum. Quia cum exercitium iuriſdictionis ſpiritualis, & temporalis ſint ſeparabilia, exploranda eſt mens ſuſpendentis ad ſciendum, ſi prohibere intendit omnes actus vtriuſque iuriſdictionis, an tantùm alicuius ex illis. Si enim eſſet *Guardianus*, verbi gratia, ignorans ſcientiam moralem, (induſtrius alioquin in agibilibus in temporalibus,) & in adminiſtratione Sacramenti pœnitentiæ deliquiſſet, aut vice verſa, poſſe occaſione eius, in quo deliquit ſuſpendi quoad exercitium iuriſdictionis tangentis materiam delicti, alia iuriſdictione ſibi permiſſa. Quod ſi abſolutè, ſuſpendatur nulla facta tali declaratione, puto intelligendum eſſe, quod ſuſpenſio ſit reſpectu vtriuſque iuriſdictionis; quia verbum abſolutè prolatum, & ſententia abſolutè lata, ſumi debet in abſoluta, & vniuerſali ſignificatione, vt notum eſt.

Hic autem aduertere oportet, ne ſeram ſcrupulos, quod circà praxim *Religionis* multi *Superiores* locales dicuntur à *Guardianatu* ſuſpenſi, qui tales, re vera, minimè dici poſſunt; aut ſi ſuſpenſi ſunt, hoc tantùm eſt *interpretatiuè*, ſeu implicitè,

citè, & ſolum quo ad temporalem adminiſtrationem. Declaro Rem frequenti exemplo. Eſt in aliquo Conuentu *Guardianus* nimis ſulpicioſus, vel litigioſus, qui ex quauis leui occaſione conturbat Fratres, & familiam tenet inquietam. Venit *Prouincialis*, & ad ipſum mortificandum dat illi Obedientiam, vt ſe conferat ad alium Conuentum ibi manſurus vſque ad nouum ordinem, vel illi concedit facultatem, vt vadat ad viſitandum Sanctuarium in contigua *Prouincia*, nulla penitùs contrà illum prolata ſententia, nec iudicialiter, nec extraiudicialiter, per quam ipſum ſuſpendat ab officio. Communiter in Religione hic *Guardianus* dicitur ſuſpenſus, ſed re vera talis non eſt. Abſentia enim eius à Conuentu, licet inuitus vadat, non concludit ſuſpenſionem, poteſt etiam à Conuentu inuitus ab eſſè per obedientiam, quæ illi iniungat aliquod exercitium, vt Concionandi, procurandi litem &c. Et per hoc ipe ſuſpenſus non erit. Nec cauſa defectuoſa, (puta malum ipſius regimen, per quam ſic ablegatur à Conuentu,) reddit ipſum ſuſpenſum, quià licet delictum ſit cauſa inflictionis pœnæ, tamen ipſum minimè pœnam infligit, niſi adſit ſententia *Iudicis* punientis. Cum ergò *Prouincialis*, vt ſuppono mentionem non faciat de *Suſpenſione*, ipſe, nullo modo, poterit dici ſuſpenſus. Quantumuis verò mens *Prouincialis* eſſet ipſum ſuſpendendi, tamen cum eius mens foris non pareat, & de occultis, ſiue internis lex non diſponat, non eſt vndè iſte poſſit dici ſuſpenſus, niſi interpretatiuè, & limitatè ſolùm circà adminiſtrationem temporalem, ex eo quod illam ſolam actu *Prouincialis* ipſi interdicit per elongationem eius à Conuentu. Ad hoc ergo quod poſſit reuera dici aliquis ſuſpenſus à *Prouinciali*, oportet quod iudicialiter cum *Diffinitorio*, declararetur explicitè ſuſpenſus ab officio. Quod patet ex hoc, quod ſi tempore, quo manet ſic ablegatus à Conuentu per *Prouincialem*, ſiue *Viſitatorem*, quod perindè eſt, veniret tempus *Capituli* celebrandi, iſte poſſet optimè ſuffragari in *Capitulo* per eius enim abſentiam á Conuentu vocem non amittit, ſed ſi eſſet per bimeſtre ſuſpenſus ab Officio per ſententiam, & interea celebraretur *Capitulum*, vocem in illo dare non poſſet, cum *ſuſpenſus ab Officio* eligere non poſſit vt dicunt plures *Canones*. (o)

20. Ex dictis infertur, quod *Guardianus*, vt præfertur ſuſpenſus per ſententiam *Diffinitorij*, minimè poteſt abſoluere à reſeruatis, nec facultatem abſoluendi ab illis concedere Confeſſario eam petenti, nec ſibi eligere Sacerdotem, qui ipſum abſoluat iuxta facultatem, quam à iure habent (p) *Prælati*; nec ligare per cenſuras; nec præcipere per Obedientiam, nec benedicere corporalia, & ſimilia facere, quæ poſſunt *Guardiani* à iure, vel per priuilegium ratione *Prælaturæ*, etiam ſi *Guardianus* ſic *ſuſpenſus* non exiret à ſuo Conuentu, ſed ibi dimitteretur ad maiorem ſui mortificationem; & in tali caſu neque debet tenere locum *Guardiani* in Refectorio, ſed eſſe in ordine ſuo, iuxtà locum, qui ſibi aliundè competit, quàm per *Guardianatum*. Quod ſi tales actus exercere præſumeret, peccaret mortaliter ex ſuo genere, (q) & attentaret ſi aliquam à reſeruatis abſolueret, aut ille ſimplici Sacerdoti, prætextu priuilegij, confiteretur: vel in aliquem Subditum ſuum excommunicationem fulminaret, omnes actus iſti eſſent nulli ex defectu iuriſdictionis, quæ per ſuſpenſionem ab officio eſt illi interdicta. Hoc autem minimè dicendum eſt quandò *Guardianus* ablegatur à Conuentu per *Prouincialem* nulla facta ſibi intimatione *Suſpenſionis ab officio*; cum enim iſte reuera *ſuſpenſus* minimè dici poſſit *ab officio*, poteſt licitè, & validè ea, quæ ad ſuum officium ſpectant, & ab eo dependent, exercere, dummodò eorum facultas non alligetur loco.

Contrà ſupradicta autem inuenio *Antonium à Spiritu Sancto*, (r) qui dicit ſuſpenſum ab officio habere votum in *Capitulo Generali*, *Prouinciali*, *ac locali*, eo quià ſic ſuffragari in *Capitulo* non eſt per ſe *Officium Ordinis*, quià etiam competit *Monialibus*, nec eſt vſus alicuius iuriſdictionis Eccleſiaſticæ; vt cum *Palao* notauit *Pellizarius*, (s) & addit, quod *Prælatus* ita ſuſpenſus, & in ſuo Conuentu manens, non priuatur ſuo loco, nec à *Præſidente* ſui Conuentus poteſt reprehendi, nec *Præſes* Conuentus poteſt illi ſignum efficere in locis communitatis, imò ipſe *Superior* Suſpenſus poteſt exire à Conuentu abſque licentia *Præſidentis*, ſolum manifeſtando ei ſuum exitum, vt ei det Socium, quem ipſe non poteſt eligere, &

horam

horum ratio eſt, quia ſic Suſpenſus non amitit officium, ſed tantum executionem, & proindè manet verus *Superior localis*, *Prouinciali* immediatè ſubiectus, & ideò *Præſidi Conuentus* ſubijci non poteſt. Sed, ſalua doctiſſimi Viri pace, hæc ſubſiſtere non poſſunt. Vt enim ſuprà docuimus, per Suſpenſionem impeditur *Prælatus* exequi ea omnia, quæ ratione officij efficere poteſt, iſta enim ſunt radicata in iuriſdictione, cuius exercitium cum impeditum ſit per Suſpenſionem, etiam illa prohibita ſibi ſunt, licet non remaneat impeditus in exercitio illorum, quæ ſibi conueniunt ex alio fonte, quam à Prælatura. Suffragari ergò in *Capitulo locali*, vt pro recipiendo *Nouitio* ad profeſſionem, vel etiam in *Prouinciali*, vel *Generali* in ijs rebus, ſeu negotijs, ad quæ omnium Religioſorum vota exquiruntur iuxtà varia Religionum Statuta, vtiquè poterit, quia hoc ſibi conueniret, non quia *Superior localis*, ſed quia Religioſus; ſed dare votum in *Prælatorum* electione, ad quam ſoli *Prælati locales*, ſeù *Prouinciales* ſuffragari poſſunt iuxtà Religionum Conſtitutiones, omninò non poteſt. Quia ſic ſuffragari eſt exercitium iuris, quod habet, vt *Prælatus*, a quo exercitio cum ſit ſuſpenſus, ipſum nullo modo exhibere poteſt. Falſum proindè eſt quod ſic ſuffragari in electionibus *Prælatorum*, non ſit vſus iuriſdictionis *Eccleſiaſticæ*, cum tales electiones minimè fieri poſſint, niſi à *Prælatis localibus*, ſeu *Prouincialibus*, qui, vt tales, habent ad eam tale ius, quod ſi vnus ſpernatur ab alijs Capitularibus, & ad tempus congruum non expectetur, electio ab alijs facta inualidatur ad ipſius requiſitionem, vt dicunt iura, & *Doctores*. (t) Et licet *Sigiſmundus à Bononia* (u) teneat, quod ſicut Suſpenſus ab officio, non eſt ſuſpenſus a beneficio, vt dicunt *Doctores*, (x) ita vbi ius eligendi eſt veluti fructus beneficij, per ſuſpenſionem ab officio, ſicut non ſuſpenditur à beneficio, ita non ſuſpendatur à iure eligendi, & ex conſequenti *Superior localis* ſuſpenſus ab officio, non poſſit quidem ſuffragari in electione *Diſcreti localis*, tamen vocem habeat in *Capitulo Prouinciali*, vbi ex beneficio *Prioratus*, ſeu *Guardianiæ* ſuffragator exiſtit.

21. Tamen hæc doctrina nullo modo ſubſiſtere poteſt, quia gratis dicitur, quod ſic ſuffragari in *Capitulo* ſit Fructus Beneficij; quia eligere eſt miniſterium *Clericale*, quod venit ſub nomine Officij, quod contradiſtinguitur à beneficio, nec eſt fructus beneficialis, ſed munus officiale; & ideò licet quis poſſit fructus beneficij ſui renunciare, non tamen poteſt, qui habet votum ad electionem, ad ſui beneplacitum renunciare illud; ſi enim vt optimè diſcurrit *Rodericus*, ( ) vnuſquiſque propria authoritate poſſet iuri ſuo dandi ſuffragium renunciare, omnes in *Capitulo* congregati poſſent hoc facere, cum non ſit maior ratio de vno, quam de duobus, multis, & omnibus, & ſic fieret contrà bonum commune Religionis, ad quod electio dirigitur. Sequitur ergo quod ſic eligere eſt munus, miniſterium, & officium, quod debent locales *Prælati* impendere *Religioni* ratione officij, quod gerunt, & ideò *ſuſpenſi* à tali *Officio*, ſuſpenſi etiam ſunt dicendi à ſuffragando in electionibus, & ita firmat *Paſſerinus*. (a) Conſequenter *Superior* ſuſpenſus manens in ſuo Conuentu, nec locum digniorem debet habere, nec poteſt à Conuentu exire non petita licentia *Præſidentis*; imo *Præſidens* poteſt ipſum ſicut cæteros ſubditos ſuos reprehendere, & circà ipſum, ſicut circà alios, ſuam auctoritatem exercere. Ratio eſt quia tenere locum primum in *Capitulo*, & in *Refectorio*, ſicut & egredi de Conuentu ad ſui libitum, competunt *Superiori*, vt *Prælato*, & ſunt actus ſuæ iuriſdictionis; ſequitur ergo, quod etiam in iſtis impeditus ſit. Et licet in actu primo, vt loquuntur philoſophi, ſuſpenſus remaneat adhuc in ſuo ſtatu, puta immediatæ *Subiectionis Prouinciali*, non ſic tamen eſt in Secundo, puta in actibus iuriſdictionalibus, quæ ſunt per ſuſpenſionem illi prohibita, in iſtis enim ſubijcitur *Præſidenti*, qui eſt verus *Superior localis*, qui taliter ſuſpenſum poteſt reprehendere, & ſicut cæteros ſubditos pænitentiare; ex eo enim quod eſt de ſua familia, eſt ipſius *Prælatus*, non enim in vno Conuentu poſſunt eſſe duo *Superiores locales*; vndè cum *Præſidens* à *Prouinciali*, ſeu *Diffinitorio* inſtitutus, verus *Prælatus* ſit, ſequitur quod *Guardianus* ſuſpenſus ſit verus eius ſubditus, nihil ſuffragante eius *Prælatura*, in qua eſt ſuſpenſus. Et de hac materia dicemus infrà. (b)

TEXTVS.

§. IV. Carceris pœna eſt alicuius recluſio in obſerato loco ſine chorda, & caputio: Includit priuationem actuum legitimorum.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

22. *Pœna Carceris, quæ ſit.*
Carceratus debet eſſe vinculatus.
Sequeſtratus in Cella non dicitur Carceratus.
Nec priuatur actibus legitimis.
Carcer datur ad cuſtodiam, & ad pœnam.
Carceratus ad Cuſtodiam non priuatur chorda, & caputio.
Nec ſubit pœnam Carceratorum.

22. IN hoc *Textu* exprimitur formalitas Carceris, dum dicitur quod eſt *Alicuius recluſio in obſerato loco*. Quod enim locus obſeratus requiratur ad formalitatem Carceris habetur ex quadam *lege*, (c) in qua etiam dicitur, quod vltrà locum obſeratum, requiritur, quod qui Carceratus dicitur, etiam vinculis in Carcere ſit conſtrictus, ait enim ibi *Vlpianus*, *Verum eſt, eum, qui in Carcere clauſus eſt, non videri, neque vinctum, neque in vinculis eſſe, niſi corporis eius vincula ſint adhibita*; quod etiam replicatur in alia lege *Codicis*. (d) Verum vinculorum vſus, maximè in Religione noſtra deſueuit, & non adhibentur, niſi quando ex atrocitate criminis, aut ex Cuſtodia non ſatis ſecura, poſſet legitimè timeri fuga *Rei*. Infertur ergo ex hoc quod ſi aliquis *Religioſus* de mandato *Prælati* iubeatur ire in propriam Cellam, ſeu aliam cameram Conuentus, & etiam in cameram Carceris, & iubeatur ab illa non egredi, nullo tamen modo poſſet dici Carceratus, ſi locus, in quo manet, clauſus deforis non ſit, nec ſubit Carceratorum pœnam (puta priuationem actuum legitimorum) quantumuis per multos dies, & etiam ſine caputio, & corda ibi detineatur; quia deficit ſubſtantialis forma Carceris, puta obſeratio, & ita ſenſit *Sanctorus*. (e) Aduertendum vero eſt, quod aliquando aliquis incarceratur ad cuſtodiam, aliquando ad pœnam. Et licet in *iure Ciuili* nullo modo Carcer detur ad pœnam, vt ſcripſit *Bartolus*, (f) tamen in *iure Canonico* reperitur datus ad pœnam ex multis *Decretalibus*. (g) citatis per *Sanctorum*. Scio quidem, nonnullos ſentire contrà *Bartolum*, ſcribentes de *iure*, etiam *Cæſareo*, Carcerem ad pœnam dari, & hanc concluſionem aſtruunt ex quadam *lege Codicis*, (h) in qua determinatur, quod pro debitis publicis non debet quis poni in Carceribus, inferentes ex hoc ergò pro alijs cauſis, quam pro debitis, aliquis, iuxtà *ius Ciuile*, puniri poteſt pœna carceris. Sed hæc deductio non eſt legitima; imò ex illa lege, vt patet, iubetur ne Carcer in pœnam publicis debitoribus detur, ex eo quod vt notat ibi *Gloſſa* (i) *Ad cuſtodiendum, non ad puniendum eſt carcer*; vndè habetur in alia *lege* (l) *Digeſtorum*, quod nonnulli *Præſides* ſolebant ad perpetuos carceres damnare; at hoc legibus vetitum eſt, quia vt ibi ſcribit *Vlpianus*. *Carcer ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet*. In *Religione* verò noſtra, quæ *iure Canonico* regitur datur Carcer ad Cuſtodiam, & etiam ad pœnam. Quando datur ad cuſtodiam Carcerato non detrahitur chorda; neque Caputium, & proindè, qui ſic carceratus manet, non poteſt dici carceratus formaliter, vndè non incurrit, ex carceratione, priuationem actuum legitimorum. Quandò verò eſt ad pœnam datus Carcer, tunc ſecum affert priuationem illam, pro vt dicit *Textus*. Vltrà *Cuſtodiam* autem, & *pœnam*, ob quas, & ad quas infligitur carceratio, datur etiam carcer ad arctationem, quando arctatio eſt qualificata, vt aliàs dicemus, quæ eſt tormenti genus differens à Carceratione tum ad *Cuſtodiam*, tum ad *pœnam*, ſed de hac redibit ſermo ex profeſſo in Titulo de Tortura.

TEXTVS.

§. V. Pœna triremium, quæ, quoad Sacerdotes, commutari poteſt in recluſionem intrà Erga ſtulum, quod à Sanctiſſimo D. N. Vrbano Octauo, ad aliqualem Sacerdotalis culminis honorem, erectum eſt.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

23. *Pœna triremium ſuccedit deportationi.*

In noſtra Religione, eſt pœna ſubſidiaria.

Melior eſt conditio damnatorum ad mortem, quam ad triremes.

23. TRiremium pœna, quæ ex *Follerio*, & *Diaz* (m) ſucceſſit deportationi, ſiue damnationi ad metalla, rariſſimè, & ſolummodo in grauiſſimis caſibus, in noſtra *Religione* practicatur. Et hoc optimè fit, ex eo quod pœna ita, vt notat Donatus, (n) eſt Religioni ſubſidiaria, nempè caſu quo non poſſit alia via in *Religione Reus* ſufficienter puniri, ac emendari. Vndè & *Reo*, & *Religioni* præſtat, diuturno, vel perpetuo carcere, pro modo culpæ, *Reos* punire, quam ad triremes damnare maximè ad tempus. Etenim *Reus* in triremibus, in quibus eſt ſchola enormiſſimorum ſcelerum, quæ argutè, & ingenioſè recitat *Peyrinus*, (o) non emendatur, imò vt praxis docet, fit ſceleſtior, quam intrauerit, & eius anima in ſtatu ità periculoſo verſatur, vt Viualdus (p) ratione ſecuritatis ſalutis concludat meliorem longè eſſe conditionem damnatorum ad mortem, quam ad triremes; illi enim potiora habent auxilia, quibus anima iuuatur ad ſalutem, quàm iſti, qui in tormentis continuis viuunt, peccatis ſaginantur, & finaliter damnantur. *Religioni* etiam probro, ſaltem apud vulgum ducitur, quod eius alumni ad triremes damnentur, vndè bona ipſius exiſtimatio læditur; & quod plus eſt, dum ſic ad tempus damnati ad triremes, expleto tempore, redeūnt ad Clauſtra, non mortificati, correcti, aut verecundi, at impudentes, effrontes, temerarij, omnibus vitijs, & maximè obſcænitatibus dediti, vndè incredibile, quantam peſtem in Religionem inuehant, in quam triremium corruptelam conuictu important; & ob hoc iudicat *Rodericus*, & *Peyrinus*, (q) melius, eſſe pro *Religione*, aut ad triemes non damnare; aut ſi criminis qualitas patitur, damnare in perpetuum; vel ſi tantam pœnam delictum non exigit, curare vt, finito tempore damnati maneant in ſæculo, & non reuertantur amplius, quàm nouis vitijs commaculent iuuentutem, maximè ſuo malo exemplo corrumpendo. Optimo proindè conſilio, & ad Sacerdotàlis maximè dignitatis reuerentiam *Vrbanus Octauus* Ergaſtulum erexit propè *Cornetum*, (quod eſt oppidum *Romam* inter, & *Centum Cellas*, quod Italiè dicitur *Ciuita Vecchia*,) in quo Sacerdotes incluſi tempus habent horas Canonicas recitandi, Orationi vacandi, & ſpiritualibus exercitijs, ac ſalutaribus pœnitentijs antiquas culpas diluendi. Sed ad hunc locum non admittuntur, niſi qui ſoluere poſſint manutentionem victualem, vndè non poteſt eſſe vniuerſaliter prò omnibus, ſed pro diuitibus tantùm Religionibus, quæ tales expenſas facere poſſunt, vel pro ijs, quorum agnati diuites ſunt, qui hoc facere velint, & ideò cæteri ad triremes mittuntur.

TEX-

T E X T V S.

§. VI. Eiectio, ſeu expulſio ab Ordine, quæ dyſcolis, & incorrigibilibus imponitur.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

24. *Expulſio Regularium pœnarum maxima.*
Comparatur excommunicationi.
Fertur in dyſcolos, & incorrigibiles.
25. Dyſcolus, *quid ſignificet.*
Difficilis, & Moroſus *idem ſunt.*
Moroſus *quis dicatur.*
Dyſcolus in Religione quis dicatur.
26. *Incorrigibilis dicitur dupliciter.*
In corrigibilis de iure quis dicatur.
Incorrigibilitatis fundamentum eſt obduratio in malo.
Ex vno delicto non poteſt dici vnus incorrigibilis.
Incorrigibilitas de facto includit eam, quæ eſt de iure.
27. *Ad incorrigibilitatem formalem quæ requirantur.*
Ex tribus grauibus delictis quis eſt incorrigibilis.
Delicta non debent eſſe eiuſdem ſpeciei.
Magis peruerſus proditur, qui peccat pluribus diuerſis criminibus, quàm qui pluries vno ſolo.
28. *Trina monitio eſt neceſſaria ad cenſuras, & quarè.*
Ad incorrigibilitatem requiritur monitio, & punitio triplex.
Præſcriptio delictorum quandò valeat.
29. *Incorrigibilis quando quis poſſit oſtēdi in vno delicto.*
30. *Ad incorrigibilitatem non requiritur, delicta punita fuiſſe iudicialiter.*
Sufficiunt paternaliter correcta.
Correctio magis habetur per punitionem paternam, quàm per iudicialem.
31. *Ad incorrigibilitatem probandam completè requiritur Carcer.*
Et debet eſſe formalis.
Et carceratus debet ter in hebdomada ieiunare, & flagellari.
Clericus carcerandus non ſpoliatur habitu Clericali.
32. *Pœnitentia publica eſt exemplar pro alijs à pænitentiato.*
33. *Carcer debet eſſe per annum non interruptum.*
Eductio è carcere ad reſpirandum non interrumpit carcerationem.
34. *Carcer, qui datur incorrigibili eſt ad medicinam.*
35. *Antè Carcerationem pro incorrigibilitate requiruntur tria delicta punita.*
Poſt illa non requiritur delictum nouum ad carcerationem.
Per carcerationem punitur conſuetudo delinquendi.
36. *Incorrigibilitas perfecta debet oſtendi ſignis, vel factis.*
Tranſacto anno carcerationis debet explorari mens carcerati incorrigibilis
Facto qui ſe prodit incorrigibilem poteſt expelli.
37. *Poſt annuam carcerationem malè viuens poteſt expelli, licet graue crimen non commiſerit.*
Mala conuerſatio arguit mentem non correctam.
Præſumptio incorrigibilitatis ſtat pro carcerato.
38. *Delicta in ordine ad expulſionem debent aliqualiter continuari moraliter.*
Quomodò continuata ſint, iudicare, eſt Iudici arbitrarium.
Benè viuens per triennium à delicto dicitur emendatus.
39. *Completo anno carcerationis emendationem promittens, ſtatim debet educi.*
Oſtendens obſtinationem poteſt carceratus detineri.
Expellere incorrigibiles eſt facultatiuum Superiori, non præceptiuum.
40. *Si intrà annum fugiat à Carcere, non poteſt dari ſententia expulſionis.*
Petere licentiam à Sacra Congregatione expedit.
Fratrum Minorum ergà Sedem Apoſtolicam cæca eſt Obedientia.

24. Om-

24. OMnium pœnarum Regularium extremum eſt *Eiectio, vel expulſio ab Ordine*, quæ ex ſententia *D. Thomæ*, (r) comparatur excommunicationi, quia ſicut excommunicatio eſt maxima ſpiritualium pœnarum, eſt cum magna ſobrietate adhibenda, & non fertur niſi in criminoſos contumaces, ita etiam expulſio, vt optimè philoſophatur *Donatus*. (s) Difficultatibus magnis implexa eſt materia hæc expulſionis, tum ex ijs, quæ de iure communi ſunt; tum ex ordinatis per *Statuta Religionis*, tum ex *Decretis Sacræ Congregationis* de hac diſponentibus; nec tamen nos difficultates omnes ſpectantes ad expulſos explanare decreuimus, ſed quia *Praxim criminalem* noſtræ *Religionis* elucidamus, ea tantum tractabimus, quæ ad praxim expulſionis ipſius faciunt, ablegantes Lectores ad illos, qui de rebus Regularibus ſcripſerunt, vt *Rodericum* vtrumque, *Portellum*, *Pellizarium*, *Paſqualigum*, *Lezanam*, *Bordonum*, *Donatum*, *Peyrinum*, *Antonium à Spiritu Sancto*, & alios, apud quos omnia ad expulſionem, & expulſos pertinentia enodantur. Quia ergò, vt habetur ex *Textu expulſio* pęna eſt quæ *Dyſcolis, & incorrigibilibus imponitur* videndum eſt primò quis nam ſit *Dyſcolus*, & *incorrigibilis*, vt poſſit expelli à Religione?

25. Reſpondeo, quod in propria ſignificatione *Dyſcolus*, idem eſt ac *difficilis*, vel *moroſus* ducta deriuatione à gręco *Dyſcolo*, qui *Calepino*, (t) teſte vitij genus eſt. *Difficilis* verò, & *moroſus* homo idem eſt. *Moroſus* autem *is eſt, qui multorum morum inter ſe contrariorum eſt*, vt ex *Porphyrio* ait idem, (u) vndè dicebat *Cicero* (x) *At ſunt moroſi, & anxij, & iracundi, & difficiles ſenes; ſi quærimus etiam auari, ſed hæc morum vitia ſunt, non ſenectutis*. Hinc eſt, quod diuerſis vitijs exagitatus modo vnum vult, modo aliud, quod prius amabat reſpuit, quod nolebat, modo vult, ex quo vitiorum conflictu ſequitur, quod ſibi nunquam ſatis conſtat, & redditur familiaribus, Seruis, & Amicis moleſtus, eo quia diuinare debent quomodo, & in quod ipſius genium feratur, vt ſibi poſſint ſatisfacerę, & ità ei placere. Vndè tali, (maximè ſi is *Dominus*, *Superior*, aut ex *Magnatibus* ſit) conuiuentes ſemper anxij viuunt. & conturbati, ex ipſius dyſcolia, ex qua oritur, quod nunquam ſibi, vt vellet, famulatur, nec enim ipſe certò ſcit, quid velit, ſtrepitoſus eſt, ex quauis minima re excandeſcit, domeſticos increpationibus, minis, quereſis, conturbat. Tranſumptiuè autem hoc verbum *Dyſcolus* intelligitur in *Textu*, ducta metaphora ab effectu. Sicut enim *Dyſcolus*, vel *moroſus*, vt dicebamus domum ſuam, ac familiares, quibus moleſtus eſt, conturbat, ità *Dijſcolus* in *Textu* accipitur, qui Religionem, & Fratres turbat inquietudine, loquacitate murmurationibus, calumniationibus, ſcandalis, irreligioſitate, & delictorum frequentia, ex his enim vitijs, quæ in totius *Religionis* deturpationem cedunt, maximè conturbatur Religioſa quies, & in anxietate ſemper viuunt Fratres, ne ſic dyſcolus nouis ſcandalis Religionem commaculet. Ad expulſionem ergò primò requiritur, quod aliquis ſic *Dyſcolus* ſit conturbationem in Religione ſuis delictis cauſans; ſed hoc non ſufficit, niſi etiam *incorrigibilis* ſit.

26. Dupliciter autem dicitur incorribilis, vt plures habent *Doctores* vno modo *de iure*, alio modo *de facto*. (z) *De facto* quidem ſecundùm eos quando aliquis non ceſſat à vitijs, & ex mala ipſius inclinatione, & peſſimo habitu erumpit in ſcelera, de his minimè erubeſcit, ſemper promptus eſt ad malum, & nullum reſpuit vitiorum genus, in quod frequenter nō prolabatur. Sed meo videri talis deſcriptio incorrigibilis *de facto* non vndequaquè ſubſiſtit, poſito enim quod, aliquis paſſim in plura, grauia, & diſtineta, ſiuè numero, ſiuè ſpecie delicta prolabatur, non tamen, ex eorum frequentatione, poteſt dici *de facto* incorrigibilis. Sicut enim inſanabilis non poteſt dici ille, qui plures patitur infirmitates, ſed ille, cui, cum omnia remedia, iuxta Medicorum ſcientiam, adhibita ſint, ſanatus non eſt, ità neque incorrigibilis poteſt dici ille, qui plura delicta commiſit, ſed ille, cui adhibitæ fuerunt omnes correctiones paternæ, & iudiciales, & tamen poſt eas nihil melius ſe habuit, nec emendauit. Et ita incorrigibilem non eſſe aliquem, niſi de præteritis delictis punitus ſit, tenent *Menochius*, & alij. (a) Ad hoc ergo, quod incorrigibilitas de facto adſit, oportet, quod euidenter appareat; quemadmodum notorietas facti eſt, quandò ita euidens eſt factum, quod nulla poteſt tergiuerſatione celari; ita debet etiam talis eſſe incorrigibilitas de *facto*, quæ tunc eſt, quandò delinquens pa-

patenter oſtendit animum perſeuerandi in peccato. Quandò enim frequenter peccat, non apparet incorrigibilitas *de facto*, ſed interpretatiua tantùm, quæ potiùs eſt incorrigibilitas *de iure*; poteſt enim talis frequenter delinquens ſuam incorrigibilitatem celare dicendo, ſe peccaſſe, non quia in peccatis corrigi nolit, ſed ex fragilitate; & ità non poſſet dici incorrigibilis *de facto*. Et iſta incorrigibilitas *de facto*, ita manifeſtatur in eo, qui ſemel deliquit, ſicut in eo, qui pluries. Si enim, quis delictum commiſit, & ter monitus, & punitus de eo, pœnitere non vult, vt apparet in contumaci, & rebelli, iſte reuera *incorrigibilis eſt de facto*, quia de facto perſeuerantiam firmatam in malo oſtendit. *De iure* autem incorrigibilis dicitur, qui talis eſſe præſumitur ſecundùm iura, licet in eo minimè concurrant qualitates, quæ conſtituant incorrigibilem *de facto*. Quia verò Decretum *Sacræ Congregationis de Apoſtatis, & Eiectis*, vult quod *Verè incorrigibilis minimè cenſeatur, niſi non ſolùm concurrant ea omnia, quæ ad hoc, ex iuris communis diſpoſitione, requiruntur, ſublatis, in parte hac, Statutis, & Conſtitutionibus cuiuſcunque Religionis, & Ordinis, etiam à Sede Apoſtolica approbatis, & confirmatis, verùm etiam vnius anni ſpatio in ieiunio, & pœnitentia probetur in Carceribus: Elapſo autem anno, ſi nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſua pertinacia perſeuerauerit, ne contagione peſtifera plurimos perdat, tanquam pecus morbida, & membrum putre eijci tandem poſſit.* Ideò non attendentes, quid circà incorrigibilitatem decernant *Statuta* municipalia *Religionum*, debemus ex iure communi, & præſcriptis in citato Decreto venari rationem formalem incorrigibilitatis. Vt ergò optimè habet *Sayrus*(b) ex iure communi, vt patet ex multis *Decretalibus*, (c) dicitur *incorrigibilis* ſi reuertitur ad priora delicta, & in eis perſeuerat, vel æquè grauia committat, ſi aſſignatum pęnitentiæ locum, vt carcerem verbi gratia, deſerat fugiendo; ſi ter monitus non deſiſtat à criminibus præteritis, vel alijs ſimilibus; ſi in modo confitendi delictum apparet eum eſſe incorrigibilem, quia oſtendit ſe non pęnitere de ſcelere, ſed potiùs dolere non ſibi ex voto ſucceſſiſſe, & non eſſe perfectiùs perpetratum, vt poſt *Panormitanum* dicunt multi; (d) Si contemnit ſubire pęnam prò delicto commiſſo; cum contemnere ſit de nouo peccare, vt ait *Bonacina*, & *Riccius*. (e) Ex his ergò apparet, quod verum fundamentum incorrigibilitatis eſt obfirmatio voluntatis in malum, quæ cognoſcitur ex reiteratione delictorum, quibus delinquens prodit ſe minimè correptum, vel ex actibus exterioribus, quibus euidenter conuincitur ſe minimè pęnitere de malo facto, ipſum denuò approbare, & in eo ſibi complacere. Hinc eſt, quod non poſſum ſubſcribere *Donato*, (f) quis ex *Roderico*, & *Carolo de Graſſis*, docet poſſe aliquem declarari incorrigibilem, reſpectu vnius delicti, (ſi nempè habeat tales circumſtantias, ob quas eſſet damnandus ad mortem,) & ita à Religione expelli. Quia quidquid ſit de iure antiquo, certè, poſt Decretum *Sacræ Congregationis*, non poteſt iſte expelli ſub formalitate ſententiæ *expulſionis*, quia ob vnum delictum quamuis grauiſſimum, nequit aliquis præſumi incorrigibilis de iure, niſi de tali crimine ipſe nullam oſtenderet pęnitudinem, imò poſt multas exhortationes ad pęnitentiam, ipſe ſemper in malo animo perſeueraret. Verum quidem eſt, quod poſſet expelli indirectè, nempè damnando ipſum ad triremes, ob quam pęnam remanet à Religione expulſus, vt ſuprà dicimus. (g) Quod autem dictum eſt de incorrigibili *de facto*, & *de iure*, non ità accipiendum eſt, vt hæc duo ſint tanquam membra contradiſtincta; ità vt quandò dicitur in citato *Decreto*, quod *incorrigibilis minimè dicatur, niſi in eo concurrant omnia, quæ de iure communi requiruntur* ad conſtituendum incorrigibilem, intelligatur de eo ſolùm, qui eſt incorrigibilis *de iure*, ac ſi decretum illud excluderet incorrigibiles *de facto*; ſed debent ſic accipi, vt vnum includat aliud; qui enim incorrigibilis eſt *de facto*, incorrigibilis eſt etiam de iure licet non vice verſa; quia incorrigibilis de *facto* euidentiùs ſuam incorrigibilitatem oſtendit, quàm qui eſt incorrigibilis *de iure* in quo tantùm cōcurrit probatio præſumptiua, & in incorrigibili *de facto* cōcurrit probatio euidens, & palpabilis. Quemadmodum enim notorium iuris, & facti ſic ſe habent, quod notoriū facti, quod eſt ex euidētia, notoriū etiam eſt de iure, ſiuè iuris, licet non vice verſa, ità etiam *incorrigibilis de facto* cenſetur eſſe *incorrigibilis de iure*, ità vt tali incorrigibilitate exiſtente, & concurrentibus cæteris à *Decreto* requiſitis benè poteſt fieri

ex-

[illegible], & ita tenet *Alphonſus de Leone.* (b) n. 27. Non ſufficit autem ad incorrigibilitatem formalem multiplicatio delictorum; ſed Requiritur grauitas eorundem. Si enim exempli gratia aliquis eſſet negligens ad Chorum; vel *Silentium* in Refectorio violans, vel otioſus, & de his defectibus, licet ſępè ſepiùs monitus, ac pęnitentiatus non corrigeretur, tamen non poſſet dici incorrigibilis in ordine ad expulſionem; Requiritur ergò, quod delicta ſint ex grauibus, grauioribus, ſeu grauiſſimis iuxtà diuiſionem, quæ habetur ſuprà ex *Textu*; (i) & ſunt illa, quæ ordinis conturbationem, Religionis dedecus, Fratribus ignominiam, Sæcularibus ſcandalum, & puſillis peruerſionem cauſant; nam ideò expelluntur, ne tanquam pecus morbida alias inficiant, vt poſt multos *Sanctorus*. (l) Licet autem ex *Statuto Valliſoletano* (m) videatur requiri, quod incorrigibilis idem graue crimen ſæpiùs committat, ad hoc vt talis dici poſſit, ait enim, quod incorrigibilis eſt *Qui ter de eodem graui crimine conuictus, & punitus non reſipuerit*; tamen hoc non debet accipi taxatiuè, ſed exemplariter; hoc eſt non quod incorrigibilis dicatur ſolummodò is, qui ter commiſit idem graue delictum, ſed ſicut incorrigibilis eſt, qui idem graue ter commiſit; ita pariter ſi, tribus grauibus delictis ſpeciè diuerſis à ſe commiſſis, non reſipuerit, & ita poſt *Abbatem*, & alios tenet *Petrus ab Angelis*. (n) Ratio enim incorrigibilitatis, ſicut, & motiuum expulſionis non alligatur eidem delicto ſpecifico reiterato; ſicut enim ex reiteratione eiuſdem delicti conturbatur Religio, ita pariter ex multiplicatione variorum grauium delictorum, imò magis peruerſius proditur, qui ad plura delicta differentia ſe paratum oſtendit, quàm qui in idem ſolitus eſt reincidere; hoc ſi quidem peccare poteſt ex fragilitate naturæ ad illud tantùm vitium inclinantis; ille verò demonſtrat voluntatem totaliter deprauatam, & ad omnia maleficia promptam; & proindè magis incorrigibilis dicendus eſt iſte, quam ille, & emendatio magis ſperari poſſet ab eo, qui in vno deficit, quàm ab eo, qui ad omnia mala procliuis eſt.

n. 28. Dubium eſt autem, an ad incorrigibilitatem requiratur monitio, & punitio trina delictorum? Auctores, quos vidi, videntur hæc duo confundere, puta monitionem, & punitionem, & proindè in varias abeunt ſententias. Suſtinet enim *Rodericus*, quem ſequitur *Peyrinus*, incorrigibilem eſſe, qui pluries deliquit, licet de præcedentibus delictis non fuerit punitus; hoc negat *Sanctorus*. *Megalius* probat poſſe aliquem dici incorrigibilem, nulla monitione præmiſſa; & huic refragatur *Donatus*. Vt ergò clarè procedamus diſtinguere debemus materiam, & primò dicamus de monitione; an ſcilicet requiratur trina monitio ad hoc, quod poſſit, quis declarari incorrigibilis? *Marcellus Megalius* (o) ait, quod licet trina monitio præcedens, & non pariens emendationem in monito, ipſum declaret incorrigibilem, tamē ſinè ipſa poteſt quis dici talis; & *Carolus de Graſſis* (p) plures caſus enumerat, in quibus *Clericus* etiam non monitus, eſt incorrigibilis; ſubnectens, quod licet *Menochius* (q) ſupponat incorrigibilitatem duo copulatiuè requirere, nempè correctionem antecedentem, & perſeuerantiam in malo, tamen inferiùs (r) concludit duas monitiones ſufficere ad faciendum incorrigibilem. Et hoc ipſum docet *Caſtro*. (s) Sed hoc minimè ſuſtineri poteſt, quia trina monitio neceſſaria eſt, cum ſit numerus à *Sacris Canonibus* prærequiſitus pro ferendis cenſuris: per illam enim, vt ait *Sanctorus*, (t) fragilitati, negligentiæ, & ignorantiæ *Rei* conſulitur; patientia, charitas, & maturitas *Iudicis* in grauiſſima re proditur, & delinquentis incorrigibilitas manifeſtatur. Non poteſt autem *Reus* dici incorrigibilis, niſi ſit in delicto ſuo contumax; contumacia verò tunc dicitur, ſi ter monitus, adhuc reſiſtit, & hæc omnia habentur ex *iure*, (u) & tenet *Donatus*, qui concludit, quod ſi rationes *Graſſi* probant aliquid, hoc debere accipi de incorrigibili *de facto* non *de iure*.

Quantum autem ad punitionem, an ſcilicet requiratur præcedens delictorum punitio, ad hoc, quod quis dicatur incorrigibilis. *Rodericus*, quem ſequitur *Peirinus* (x) ſuſtinet incorrigibilem non ſolùm eſſe, qui ter monitus, & punitus non ſe emendauit; ſed etiam cum bis, aut ter crimina remiſſa, condonata, diſſimulata, emendationis ſpe, fuere, & tamen non ſe correxit; quod dictum probat *Rodericus* multis rationibus, & firmat *Clari*, (z) *Caſſanei*, & *Salzedo* auctoritate; huic opinioni adſtipulatur etiam *Sanctorus*, qui multos (a) citat, ſed confundit incorrigibilem

bilem *de facto* (de quo mox) cum incorrigibili *de iure*. Sed huic Concluſioni minimè ſubſcribo; licet enim rationes *Rodenrici*, quæ verè validæ ſunt, concludant incorrigibilitatem de iure antiquo, in ordine ad expulſionem, non tamen eam probant de iure nouo poſt *Decretum Congregationis*. Et ratio vna, & meo videri validiſſima, eſt, quia mens *Congregationis*, vt exprimitur in *Decreto (b)* eſt, vt Superiores *nihil intentatum relinquant, vt lucrentur animas Fratrum ſuorùm in profundum ferè malorum delapſas, antequam grauiſſimum, atque extremum expulſionis remedium experiantur*. Planè autem ſtat, quod qui admonitione, exhortatione, prece, & correctione verbali, quantumuis efficaci, & repetita, delinquentem à malo auertere ſatagit, ſi iſte in ſua malitia perſeuerat, non ſufficientibus medijs vſus eſt ad procurandam ipſius emendationem. Si inutilia verba experitur Pater in corripienda inſolentia filij, debet deuenire ad verbēra. *Medicus* in curando vlcere, ſi videt, quod hoc non curat vnguentum, ad præceptum *Hippocratis* vtitur ferro, & tandem igne.Ità *Superior* non omnia media ad correctionem Subditi mali tentat, ſi in ſolis paternis exhortationibus, & ſuauibus reprehenſionibus confidit, ſperans illum clementia, & manſuetudine ad bonam frugem eſſe redigendum. Talium natura, vitijs adſueta, ſurda eſt ad verba exhortationis. Debet ergo *Prælatus* exuere perſonam *Patris*, & veſtire munus *Iudicis*, & debitis pœnis, & iuſta ſeueritate ipſum coercere, omnemque mouere lapidem, vt delinquens à malo reſipiſcat. Si ergo ad hoc, quod aliquis verè incorrigibilis cenſeatur, iuxtà *Decretum*, oportet, quod *Superior* circà illum nihil intentatum reliquerit ad ipſum emēdandum, liquet, quod oportet, quod in delictis ſuis non ſolùm ſit adhibita charitatiua, & paternalis trina correctio, ſed iuſta, & iudicialis punitio, & ità expreſsè tenet *Portellus*. *(c)* Et ex hoc apparet minimè ſuſtineri poſſe in praxi opinionem *Sanctori (d)* dicentis, quod ſi aliquis Religioſus pluries deliquit, inquietus eſt, cum omnibus litigat, eſt inobediens, perturbator, effrons, & exlex viuit, & *Superiores* amore, timore, vel alia cauſa ipſum impunitum reliquerunt, poſſit, non obſtante *Decreto de Eiectis*, contrà ipſum iuridicè procedi; & in vnico proceſſu probari incorrigibilis Fratris vita, & lata ſententia, detrudi in carcerem, ad expulſionis effectum; quia ius commune declarat, etiam incorribilem non tantùm ter monitum, & punitum, ſed etiam qui contumax; & Rebellis fuerit, & per vnum delictum. Sed pace tanti viri, neſcio quomodò eius ratio ſtare poſſit, quod nempè de iure communi declaretur incorrigibilis non tantùm ter monitus, & punitus, ſed etiam contumax, & Rebellis pro vno delicto. Quomodò enim aliquis dici poteſt contumax, niſi trina præceſſerit monitio? Nonnè in *Textu* habetur. *(e) Contumax eſt, qui trina monitione præmiſſa, inobediens perſeuerat?* Si ergo eſt à iure, declaratus aliquis incorrigibilis, quia contumax, hoc fuit trina monitione ſuppoſita; ergo minimè fieri poteſt, quod, trina monitione non facta, aliquis poſſit dici incorrigibilis. Quod autem trina monitio non ſit de forma legis; ità vt, ea non ſeruata, actus corruat, ſed detur ad ſolemnitatem; hoc quidem verum eſt in excommunicatione ferenda; & in carcerando renuentem pœnitentias; quia vt aliàs diximus excommunicatio, trina monitione nō præmiſſa, eſt quidem illicita, ſed tamen valida; & de carcerando Rebellem habemus legem ſcriptam, quod, vna monitione etiam tantùm facta, poſſit carcerari, vt ſuprà dictum eſt: non autē eſt verū in declaratione incorrigibilis; vt enim ex citato *Decreto Cōgregationis* diximus, Superior omnem viam adhibere debet ad reuocandum Subditum ad pœnitentiam, & emendationem; non omnis autem via poteſt dici tentata ab illo *Superiore*, qui reiterata Subditi delicta diſſimulauit, vel illi pepercit; vel etiam paterna correctione verbali, & admonitione corripuit; ſed debet etiam pœnis, & rigore iudiciali delinquentem pro delictis replicatis caſtigaſſe, & cum omnibus his nihil profeciſſe; tunc enim verè poterit dici incorrigibilis, cum *Superiori* nulla vlterior ſuppetat via ad Subditum emendandum. Vndè euidenter concluditur monitionem trinam, & punitionem eſſe de ſubſtantia incorrigibilitatis de *iure nouo*. Concedo quidem, quod in caſu, quem aſſignat *Sanctorus*, poſſit inſtitui proceſſus de vita, & moribus illius dyſcoli Religioſi, (præcedente tamen infamia denunciatione, ſiue accuſatione delictorum in ſpecie, aliàs proceſſus nihil valeret,) & in illo proceſſu de omnibus delictis inquiri, & de illis puniri; cum enim punitus de ijs non fuerit, vt ſuppono; & ſemper in mala vita, &

ſce-

ſceleribus perſeuerauerit, non poteſt ſe tueri delictorum præſcriptione; quia lex ſaluat, ſi poſt commiſſum à longiſſimo tempore delictum, *Reus* emendatus eſt, & benè viuit; Nos autem ſupponimus illum à multo tempore vixiſſe in peccatis, nec vnquam de delictis pœnituiſſe, imò antiqua ſcelera nouis facinoribus auxiſſe. Nego tamen, quod peracto illo proceſſu, & ſententiato *Reo*, poſſit carcerari in ordine ad expulſionem. Quia punitio iuridica per vnam ſententiam eſt vna, & accidit, quod inferatur ob multa delicta; nec ex illis multis delictis patratis, de quibus per monitiones, & pœnas non fuit correctus, poteſt cenſeri incorrigibilis, ità vt poſt vnam punitionem de omnibus illis, poſſit incarcerari, ad effectum probandi totaliter incorrigibilitatem. Neque enim tentata aliàs fuit in illo via punitionis, ad ipſum emendandum. Ille ergo proceſſus, ſiue ſententia erit tantùm, ac ſi de vno delicto eſſet punitus; quod ſi denuò peccet poſt illam pœnam, non ſtatim declarandus eſt incorrigibilis, quia non ter, vt vult lex; ſed ſemel tantùm punitus eſt. Quod ſi dicas multiplicationem delictorum arguere incorrigibilitatem, tum quia poſt quoduis delictum propria conſcientia delinquentem arguit, & ità monet; tum quia habituatur in delictis, & vt dicebat *Seneca*, *Quæ fuerunt vitia mores fiunt*, vndè ex habitu peruerſo, qui de difficili eſt mobilis à ſubiecto, poſſit ſæpè delinquens dici incorrigibilis. Reſpondeo hoc minimè valere; monitiones enim conſcientiæ occultæ ſunt, & de his non iudicat lex, nec etiam vniuerſaliter in omnibus delinquentibus reperiuntur illi remorſus conſcientiæ, maximè in perditiſſimis, *qui lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis*; proindè debent adhiberi ſenſibiles, & efficaces monitiones à *Superiore*, vt lex requirit; & licet habituatus in ſceleribus difficiliùs corrigatur, tamen non poteſt talis dici, niſi experimentum triplicatum fiat in eo, & videatur, quid poſſint flagella punitionis ſeueræ, ad ipſum emendandum. Si enim, his adhibitis, adhuc reincidit de nouo; vel impœnitens remanet de antiquo, verè incorrigibilis eſt.

28. Sed poteſt nè aliquis, qui vnum commiſit crimen ſe prodere incorrigibilem. Dico, quod ſic. Si enim aliquis *Prælato* aliquid iuſtè, & legitimè præcipienti obedire nollet &, facta debitè, per ſolita interualla trina *monitione in contumacia* perſiſteret; ſi *carceraretur*, vt ex pœna carceris *reduceretur ad obedientiam*, & ipſe nihilominùs *in obſtinatione* perſiſtens nullo modo vellet obedire, iſte re vera ſe proderet incorrigibilem, & tranſacto anno carcerationis, poſſet ſententiari ad expulſionem. Ratio eſt, quia vera incorrigibilitas conſiſtit in voluntate peruerſa in malo obfirmata; in caſu verò dato, euidenter apparet de ſui perſeuerantia in malo. Dicitur aliàs incorrigibilis ter delinquens, punitus, & denuò delinquens, quia ſupponitur dediſſe in præteritorum delictorũ punitione aliquod ſignum emẽdationis; & nouum delictum ab eo patratum declarat ſe reuera minimè fuiſſe correctum. Quod ſi in primo delicto nullam emendationem ſigno, vel verbis ſaltem prodidiſſet, pœnam reſpuiſſet, pœnitudinem non oſtendiſſet, imò de malo facto gauiſus eſſet, iſte euidentiſſimè ſe manifeſtaſſet incorrigibilem, & iſte dicitur incorrigibilis *de facto*, in quo non requiritur ſemper delictorum reiteratio, & iſte benè poteſt expelli, vt tenent plures, quos dat *Donatus*. (*f*) Non concedo tamen id, quod docet *Carolus de Graſſis*, cui conſentire videtur *Donatus*, (*g*) nec abnuit *Rodericus*, quod nempè aliquis poſſit delinquere crimine ità enormi, & qualificato, quod pro illo tantùm poſſit ab Ordine expelli, hoc enim verum non eſt, niſi caſu quo de illo crimine delinquens ſe proderet minimè pœnitentem. Nec *Canones*, quos aduocant iſti in probationem ſuæ ſententiæ concludunt pro illis, ſed pro me. Quia non eſt verum, quod, ob ſolum homicidium commiſſum, Clericus *Iudici* ſæculari tradatur, quia *Textus* (*h*) ſic habet. *Si Clericus in quocunque Ordine conſtitutus in furto, vel homicidio, vel periurio, ſeu alio crimine fuerit deprehenſus legitimè, atque conuictus, ab Eccleſiaſtico Iudice deponendus eſt: Qui ſi depoſitus incorrigibilis fuerit, &c.* Neque verum eſt, quod, ex ſolo crimine proprietatis, *Monachus* expellatur à Monaſterio, quia alius *Textus* (*i*) ità loquitur: *Si verò poſt hoc* (puta poſt reſignationem rerum ſibi repoſitarum factam *Superiori*, vt diſponit idem *Capitulum*) *proprietatem aliquam fuerit deprehenſus habere, Regulari monitione præmiſſa, de Monaſterio expellatur*. Et quis non videat non puniri expulſionibus homicidium, nec proprietatem, ſed ſolam incorrigibilitatem?

tem? In primo ſiquidem Canone Clericus ob homicidium deponitur; *Quod ſi depoſitus incorrigibilis fuerit*, (certè vel nouum delictum patrando, vel de primo delicto non pœnitendo,) tunc traditur *Iudici* Sæculari. Pariter *Monachus* ad hoc, vt cauſa proprietatis expellatur, oportet, quod in proprietate ſit recidiuus, vt patet ex *Textu*, & in recidiuatione ſit contumax; ordinat enim *Textus*; quòd, *Regulari monitione præmiſſa, de Monaſterio expellatur.* Monitio adhibetur ad hoc, vt quis à peccato deſiſtat, & facta prima monitione, ſi corrigitur delinquens, ſuperfluunt aliæ. Si ergo *Textus* decernit expulſionem, *præmiſſa monitione Regulari*, hoc eſt trina, patet, quod ſupponit, quod trina hæc monitio ſit de facto neceſſaria, & talis non eſt, niſi ſit in delinquente obſirmatio in malo. Si ergo conceditur expulſio, poſt monitionem, conceditur ex eo, quod monitiones fuerunt inutiles, & quod monitus perſeuerauit in malo, & ità expulſio non datur ratione proprietatis ſemel commiſſæ, ſed ratione incorrigibilitatis, Quod aliquod delictum, licet vna vice commiſſum, poſſit eſſe ità qualificatum, vt poſſit pro eo quis damnari ad triremes, & ità indirectè expelli ab Ordine, non abnuo, & ſuprà diximus. Sed vt poſſit eijci ſeruata formalitate directæ expulſionis, hoc nullo modo verum eſt, niſi adſit incorrigibilitas de facto, vt explicuimus.

30. Optimum autem eſt aduertere, quod licet grauia ad minùs debeant eſſe delicta reiterata in ordine ad expulſionem, & quod de omnibus iſtis fuerit punitus, vt diximus; hoc non ità accipiendum eſt, vt punitionis illę fuerint per proceſſum, & ſeruata fori criminalis, ac telæ Iudicialis indagine. Rem declaro exemplo; eſt in Religione aliquis, qui furatus eſt de Cella Fratris, ſiue Officina Monaſterij; furtum autem licet ſit de re ſufficiente ad peccatum mortale, nou tamen eſt qualificatum, & enorme, Poſteà rixatus eſt cum alio Fratre, & ipſum pugno percuſſit, ex poſt cum aliquo ſcandalo Sæcularium pudicitiam mulieris attentauit. *Prouincialis* de omnibus iſtis delictis paternaliter ipſum, non per ſententiam puniuit; pro primo enim delicto ſex vicibus intrà vnum menſem ieiunio in pane, & aqua, & flagellatione ſpatio integri pſalmi *Miſerere*, in publica Refectione Fratrum, ipſum mulctauit. Pro ſecundò, per quindecim dies in domo diſciplinæ ipſum macerauit. Pro tertiò, vltrà diſciplinas, & ieiunia nonnulla abſque caputio, iniunxit clauſtralem carcerem per ſpatium vnius anni. Quærimus ergo, an trinæ illæ punitiones licet non factæ ad rigorem iuris, ſint ſufficientes, vt poſt illas poſſit carcerari *Reus* in ordine ad expulſionem? Nullum inuenio *Doctorem*, de hoc loquentem. Sed ego dico, quod ſic. Ducor, quia, vt alias diximus, correctio inter Regulares magis importatur caſtigando via paternali, quam iuridica; & ego conſului *Superiores*, vt hac via vtantur in grauibus, & grauioribus delictis; tum quia hoc ſit expeditiùs, quàm per proceſſus; tum cum minori perturbatione Fratrum; tum ob carentiam peritorum in benè fabricanda inquiſitione; tum quia *Reus* acceptabit libenter pœnitentiam paternè inflictam, qui aliàs renuet, & effugiet ab eadem illata per ſententiam, à qua appellabit, & defenſores inueniet, & pœnas eludet, & *Superiorem* ridebit; & ex impunito delicto, euadat peior. Pariter in punitionibus Regularibus non ſeruatur vſquequaque iuris Ordo, vt in Sæcularibus iudicijs, & hoc ex *Canonum* præſcripto, vt patet ex pluribus *Capitulis*. *(l)* Si ergo ex facti veritate inſpecta, ſine proceſſu Superior caſtigat in foro paterno, plenè implet mentem legis requirentis punitionem trinam in delinquente, ante quam declaretur incorrigibilis. Quia mens legis eſt, vt efficacioribus medijs vtatur Superior in procuranda Subditi emendatione; efficacior verò via eſt caſtigare paternaliter, quam iudicialiter, quia plus emendatur Subditus Regulariter per illam, quam per iſtam. Igitur poſt trinam punitionem paternalem, benè poterit *Superior* incarcerare in ordine ad expulſionem, nullam enim habemus legem, quæ decernat incorrigilem eſſe eum ſolum, qui punitus ter per ſententiam adhuc delinquat; ſed qui punitus ſecundùm Regularia inſtituta, non deſiſtit peccare. Dicetur fortè contrà hoc, quod ſuprà diximus, quod ex *Decreto de Eiectis Superior* non debet relinquere aliquod intentatum ad Subditum reducendum ad bonam frugem, antequàm expellat, non tentata autem eſſe omnia media, ſi delicta non ſint punita pœna ordinaria, & per ſententiam. Reſpondeo negando minorem, quia cum efficacior ad conuerſionem Subditi ſit punitio paterna, quam iudicia-

cia-

cialis, vt dictum eſt, certè plus adimplet mentem *Decreti Superior*, qui efficaciori vtitur medio ad conuerſionem Subditi puniendo paternaliter, licet pœna extraordinaria ſit, & minor; quam procedendo iudicialiter, in quo modo, licet pœna inflicta ſit maior, minorem tamen habet efficaciam ad procurandam emendationem. Vndè concludendum eſt, quod, tentata inutiliter hac via, paternè ſcilicet puniendi, optimè poteſt decerni iuridicè incarceratio in ordine ad expulſionem. Et huic reſolutioni adſtipulatur etiam *Sanctorus*, *(m)* dum docet, quod ter puniti ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & non formato proceſſu, poſſunt carcerari ad expulſionem.

31. Quæ autem huc uſque dicta ſunt de incorrigibilitate, debent accipi initiatiuè, hoc eſt, quod, ipſis exiſtentibus in aliquo caſu, dicitur incorrigibilitas initiatiuè probata, non verò completè; ad ipſam enim perfectè concludendam requiritur carceratio annua, vt ex *Decreto* præallegato conſtat. Carcer verò debet eſſe formalis, puta in loco obſerato ſine caputio, & chorda, & etiam debet ieiunium in pane, & aqua in publico Refectorio, ſimul cum flagellatione, adhiberi. Patet hoc, quia carcer iſte adhibetur ad pœnam delicti, debet ergo eſſe carcer formalis, & ità tenet *Sanctorus*, & *Donatus*. *(n)* Carcer verò formalis apud nos, vt ordinatur in *Statutis (o)* importat priuationem caputij, & chordæ, flagellationem, & ieiunium in pane, & aqua; concludendum ergo eſt, quod hæc omnia debent adhiberi cum carcerato ad probandam incorrigibilitatem. Vndè non conſequenter docet *Sanctorus*, *(p)* dum ait; hoc ieiunium, & flagellationem non eſſe adhibendam, quia cum agatur de re graui, & odioſa, non debemus declarare hoc per *Statutum Ordinis*, ſed per ius commune, in quo non conueniunt iſti rigores. Ratio enim hæc eſt potius ad oppoſitum. Quia cum agamus de re grauiſſima, & de extremo remedio ad procurandam delinquentis conuerſionem; omni rigore iuris eſt procedendum. Si enim carceratus ſic nullam cogeretur ſubire confuſionem in ſe diſciplinando, & ieiunando coram Fratribus, ſed communi victu vteretur in carcere, in quo liber eſt ab omnibus oneribus Religionis, iſte ſanè non moleſtum, nec ad pœnam, haberet ipſum carcerem, imò ad delicias, maximè ſi Carceratus eſſet ex illis, qui ſomno dediti, ſatius ducerent dormire carcerati, quam liberi ſurgere ad Matutinas. Carcer ergo, abſque tali ieiunio, inutilis eſt ad finem correctionis conſequendum, ob quod à *Decreto Congregationis* iniunctus eſt. Quod ſi vult *Sanctorus*, quod carcer debet eſſe iuxtà ius commune, in quo non iniungitur tale ieiunium, & non iuxtà ius Statutarium, quod iniungit, præter ieiunium, flagellationem; quarè admittit, quod Carceratus, ad incorrigibilitatem probandam, debet priuari forma habitus, puta caputio, & chorda, vt alibi *(q)* docet? Fortè de iure communi Carcerandi debent priuari habitu Clericali? Quod ſi hoc non; ſed talis priuatio ſit ex præſcripto Statuti ordinantis talem priuationem; & quare non ſeruanda eſt alia conditio, ex Statuto iniungenda carceratis, formaliter, puta ieiunium, & flagellatio? Non eſt maior ratio, quod carcer adhibeatur formalis, iuxtà *Statuta Ordinis* in priuatione habitus, quàm in ieiunio, quod ſi in illa ſequimur ordinationem *Statuti*, pariter ſequi debemus in ieiunio, & diſciplinatione, vt dictum eſt. Nec replicare valet, quod de iure communi Clerici carcerandi ad pœnam expoliandi ſunt habitu Clericali, quia quoddam *Capitulum (r)* iubet *Deſertorem Clericum cingulo honoris, atque Ordinis ſui exutum, aliquo tempore Monaſterio relegari*, & in alia *Decretali (s)* dicitur, quod Clerici *à ſuis Ordinibus degradati detrudi debeant in arctis Monaſterijs*, & ſicuti in degradatione ſpoliantur Degradati omni habitu Eccleſiaſtico, vt dicitur *in iure*, *(t)* ità Clericus carcerandus, de iure, debeat ſpoliari habitu Clericali; vndè concludi poſſit, quod expoliatio habitus Religioſi in carcerato ad pœnam ſit de iure communi, vt probare contendit *Sanctorus*. *(u)* Quia *cingulum honoris, atque Ordinis*, quo exui iubetur Clericus in primo *Canone*, non eſt habitus Clericalis, ſed eſt locutio metaphorica, & ſignificat exercitium ſuorum Ordinum, à quibus manet ſuſpenſus; dum manet in Monaſterio, & ità explicat *Gloſſa (x)* aiens: *Cingulo, ideſt executione; non enim deponitur*. Degradatio autem, iniuncta Clericis criminoſis in ſecundo *Canone*, eſt degradatio verbalis, puta depoſitio, vt habet ſumma illius Capituli, quæ dicit *Clericus pro magno ſcelere ab eo commiſſo deponi debet*, & in hac non ſit veſtium expoliatio,

quæ tantummodò ſit, cum ſit degradatio ſolemnis, ad effectum tradendi Clericum in manus *Iudicis* Laici, vt patet ex textu illius *Decretalis in ſexto libro*. Non ergo de iure communi eſt, quod carcerandus ad pœnam expolietur habitu Clericali; ſicut, & praxis totius mundi declarat, & ideò inter nos eſt de iure Statutario; & ideò in caſu, de quo loquimur, ſi Carcerato, iuxtà Statuta, detrahitur caputium, & chorda, ità eidem iniungi debet ieiunium, & flagellatio ab eodem *Statuto* Carcerato decreta.

32. Ex eo autem, quod *Decretum*, vltrà carcerem, præſcribit adhibendum incorrigibili *Ieiunium*, & *pœnitentiam*, autumat *Sanctorus* ieiunium debere eſſe ſemel in hebdomada, pœnitentia autem, ſi pari modo euocetur è carcere ad Capitulum culparum, & ibi Superior ipſum redarguat, obſecret, increpet, vt ad bonam frugem conuertatur. Sed meliori ſanè modo adimpletur *Decreti* mens, ſi taliter carcerato adhibetur carcer formalis ad normam *Statuti* noſtri, vt dictum eſt. Siquidem ſemel in hebdomada ex vi regulæ tenetur ieiunare; ſi ergo iſte ieiunat in pane, & aqua, qualificat ſanè ieiunium taliter, quod iſta priuatio cuiuſuis alterius cibi, æquiualet ieiunio alterius diei facto ſecundùm ius commune, quod, vt ait ex *Zacharia Paſqualigo Sanctorus ipſe*, (z) non importat, niſi vnicam in die comeſtionem, ab abſtinentiam à cibis Paſchalibus. Pariter flagellatio ſuccedit loco pœnitentiæ, quæ cumulatur ex publica exhibitione, quæ in Refectorio qualibet ſexta feria fit; maximè ſi addatur à *Superiore* non ſemper, ſed aliquandò, exhortatio paterna, & efficax tali pœnitenti, vt conuertatur. Et ità non tantùm ſalubrior methodus pro ipſius correctione practicatur, ſi carcer ſit formalis iuxtà diſpoſitionē Statutorum, prout nos dicimus; ſed etiam eius exemplaris punitio tranſit in exemplum pro cæteris, ne in mala ſimilia prolabantur.

33. Taliter verò Carceratus debet manere per annum, qui vt benè notat idem *Sanctorus* (a) debet eſſe continuus, & non interruptus. Quod ſi à Cuſtode ad aliquam horam dimitteretur, reſpirandi aeris cauſa, è carcere (aſſiſtente tamen Cuſtode, & in loco non publico,) non poteſt dici carcer interruptus, vt ex *Abbate*, & *Marſilio* probat idem *Sanctorus*, (b) qui etiam addit, quod ſi carceratus taliter, aut non eſſet obſeratus in carcere ſub feris, & vectibus, ſed cubaret quidem in loco carceris, ſed oſtio aperto; aut minimè ieiunaret, nec pœnitentijs affligeretur; annus ille probationis in carcere non valeret ad expulſionem, tum quia de ſubſtantia carceris eſt, vt aliàs diximus, quod ſit clauſus, tum quia cum pœnitentiæ rigores ibi non expertus ſit, non eſt adimpleta mens *Congregationis*, quæ requirit afflictionem in taliter carcerato, vt formam eſſentialem, pro experienda ipſius incorrigibilitate, & ipſa non ſeruata, corruit actus, vt docet etiam *Donatus*. (c)

Nec audiendus eſt *Petrus ab Angelis*, (d) qui docet annum probationis in carcere poſſe eſſe interpolatum, tum quia *Statutum* pœnale, in quo aſſignatur aliquod ſpatium temporis, & non exprimitur, quod debeat eſſe continuum, explicandum eſt de tempore, etiam interpolato, vt deducitur ex *Textu* (e) *Ciuili*, cui adſtipulantur *Iuriſconſulti*, (f) tum quia in legibus, & Statutis magis attendendum eſt ad finem, quam ad verba legis; finis autem *Decreti* præcipientis annuam carcerationem eſt, vt longum tempus ad pœnitentiam adhiberetur delinquenti, & in illo poſſet melius certiorari *Iudex* de corrigibilitate; hæc autem æquè poſſent haberi in anno interpolato, ſicut in continuo, vt latè proſequitur impugnans *Sanctorum*.

34. Sed quidquid ſit de illa doctrina *Saliceti*, & *Iaſonis*, non quadrat ad propoſitum, etenim carcer, qui datur ad probationem incorrigibilitatis, licet ſit pœnalis, non tamen eſt ad puram pœnam; ſed eſt ad remedium carcerati, & ad probationem ipſius incorrigibilitatis; ad rationem verò remedij, & probationis, neceſſaria eſt continuitas illa. Quia ſi afflictio illa anguſtiæ carceris eſſet interpolata, non ità torqueret *Reum*, ſicut ſi eſſet continua; & ex ipſa tortura minori, non diſponeretur fortè, ad eiurandam eius duritiem in malo. Patet hoc exemplo in remedijs corporalibus, quę adhibentur nonnullis morbis chronicis, ſiue ſint interna per pharmaciam, ſiue topica per Chirurgiam. Si enim ęger indiget decoctionibus per menſem, ſiue balneis, ſiue ſudatione per quadraginta dies; certè hæc omnia continuè, & abſque interpolatione præſtantur; & ratio eſt, quia prima potio, balneatio, ſiue

ſuda-

ſudatio incipit diſponere pro ſecunda, & hæc pro tertia, & ſic deinceps; & hoc modo humores noxij mouentur, alterantur, & tandem expelluntur; quod, ſi facta vna, vel altera balneatione, æger quieſceret per octo, vel decem dies, ità vt humores aliqualiter moti ad antiquum ſtatum reducerentur; licet adæquaretur numerus balneationum à Medicis præſcriptus, tamen non ſequeretur effectus intentus, ex eo quod in illo interuallo humores ad priſtinũ ſtatum reducuntur. Pariter, ſi probatur aurum in cinerario, ſiue crucibulo non ſufficit, quod per duas, vel tres horas interpolatas ſit in igne, hoc enim modo nunquam à metallis admixtis defæcaretur; quia ad probationem, qua cognoſcitur auri puritas continuitas illius tormenti neceſſaria eſt. Ità in caſu noſtro. Carceratio annua *Rei* eſt remedium pœnale; & tormentum probatorium ad expugnandam inueteratam *Rei* malitiam, & explorandam eius incorrigibilitatem. Quod ſi tale tempus interpolatum eſſet; ſi *Reus* per tres menſes fugeret, & iterum carceraretur, iterumque fugeret, & ſic deinceps, carceratio illa trimeſtris non eſſet ità moleſta, & grauis *Reo*, vt per illam antiquos mores abiurare compelleretur, neque per illam poſſet certiorari *Iudex*, incorrigibilitatem eius eſſe inuincibilem, vt eſt mens *Sacræ Congregationis*. Certè malitia eius, qui eſt humor peccans, ſi in illo tempore, quo fuit carceratus, aliquo modo motus eſt, & fortè cogitauit de emendatione; quandò fugit è carcere, per pernicioſam libertatem ad priſtinum ſtatum reuertitur; vndè fit, quod noua carceratio ipſum ità induratum, imò plus induratum in peruerſitate inueniat, quàm anteà fuiſſet; vndè non eſt, cur poſſit trimeſtre prioris carceris computari pro annuo remedio, vel probatione præſcripta. Conſtat ergo allatam doctrinam *Petri ab Angelis* non quadrare ad punctum noſtrum, & ità manet firma ſententia *Sanctori*, quæ eſt communis, & roborata *Decreto Sacræ Congregationis Concilij*, quod dabo in calce iſtius paragraphi. Et valdè miror, quod ipſe *Petrus ab Angelis*, qui idem *Decretum* recitat, & dicit habere apud ſe authenticatum, conetur per extortas, & inutiles expoſitiones ipſum eludere, contrà patentem, & expreſſum ipſius ſenſum, vt ſuam opinionem tueatur; imò magis miror, quod ipſe fateatur pœnes ſe habere authenticatum manu, & ſigillo *Cardinalis Caraffæ Præfecti*, *Decretum* illud *Sacræ Congregationis*, & ex alia parte, citatis multis *Doctoribus*, (g) de prædicti *Decreti* validitate dubitet. Etenim *Doctores*, qui ſentiunt *Decreta Sacræ Congregationis* non habere vim obligandi loquuntur cohærenter ad *Decretum* eiuſdem *Sacræ Congregationis Concilij*, & *Rituum*, *Vrbano Octauo* mandante, in quo habetur non habendã ijs fidem in iudicio, & extrà, niſi ſint munita ſigillo, & ſignata manu *Præfecti*, ac *Secretarij* eiuſdem *Sacræ Congregationis*, quod *Decretum* per extenſum refert *Donatus*, vltrà *Barboſam*, & *Lezanam*. (h) Cum ergo ille fateatur habere tali modo authenticum, non eſt vndè de ipſius valore poſſit legitimè dubitare; attento maximè, quod tale *Decretum* non eſt diſpoſitiuum alicuius de nouo, ſed tantum declaratiuum præcedentis legis ab eadem *Sacra Congregatione* emanatæ, de cuius legis interpretatione, & mente, nemo melius docere poteſt, quàm ipſe Legiſlator, qui fuit ipſa eadem Congregatio, cui licet à principio ſuæ erectionis factæ à *Sixto V.* non ſit data poteſtas condendi leges de nouo, vt aduertit *Donatus* (i) tamen habuit (i) *Auctoritatem promouendi reformationem Cleri, & populi*, vt habetur in *Bulla* eadem, & patet, quod reformationem promouere minimè potuiſſet, niſi per *Decreta*, in ordine ad reformationem Cleri Regularis, ſiue Sæcularis. Conſtat ergo, quod, etiam independenter à noua *Papæ* approbatione, potuit talis *Congregatio Decretum* illud condere, & authenticè declarare, ex eo quod verſatur circà Regularium reformationem: & quamuis in illo *Decreto de Apoſtatis, & Eiectis* exprimatur, quod ſit conditum *de peculiari Sanctitatis ſuæ facultate*, hoc ponitur ad cumulandam ipſi *Decreto* auctoritatem, non quod talis facultas ſpecialis neceſſaria eſſet ad ipſius valorem. Miror inſuper, quod idem *Petrus ab Angelis*, vt inconſequenter ſcrupuloſum ponderet *P. Sanctorum*, qui admittit, quod cenſeatur eſſe completus annis carcerationis, licet illi deſint aliqui dies; & negat poſſe dici completum eundem annum, ſi carceratio fuerit interpolata; ſi enim benè, & attentè legiſſet *Sanctorum* reperiſſet ſe conſequenter vtrobique eſſe locutum, licet enim *verſ. Reſpondeo ſecun-*

ſecundò, ſtatuerit annum carcerationis debere eſſe continuum, tamen ratione paritatis materiæ, & alias cauſas, quas recenſet infrà. *verſ. Reſpondeo cum de eſſentia fol.* 253. docet, poſſe dici, & eſſe continuum annum, licet ad modicum tempus, vt ſuprà diximus ad relaxandum animum, vel aliud peragendum, de licentia Cuſtodis, è carcere exiret; quod ergo doceat, quod annus poterit dici completus, etiamſi illi deſint aliqui dies, eſt conſequenter loqui, & nullibi eſſe ſcrupuloſus; hoc adnotare volui, vt à doctiſſimo Confratre maculam inconſtantiæ, qua nimis deturpantur Scriptores, auertam.

Difficultas verò eſſe poteſt, an carcer, qui adhibetur, debeat eſſe pro tertio delicto excluſiuè; & an abſque nouo delicto. Explico difficultatem aliquis bis grauiori Apoſtaſia peccauit, de quibus punitus eſt, exindè aliam Apoſtaſiam, vel aliud graue crimen committit; quærimus, ſi ad puniendum hoc crimen poſſit carcerari ad annum, qui annus ſit probatorius incorrigibilitatis, vel requiritur etiam, quod de tertio delicto iuxtà leges ſit punitus, independenter ab illa carceratione. Pariter quærimus, ſi poſtquam pœnitentiam compleuit de tertio delicto, poſſit de facto incarcerari ad probationem incorrigibilitatis, nullo nouo patrato delicto, an verò debeat expectari quartum delictum, ad hoc, quod incarcerari poſſit.

35. Quoad primam partem *Alphonſus de Leone (m)* ſuſtinet, quod de duplici delicto punitus, pro tertio, poteſt carcerari ad expulſionem. Sed hoc non probatur, quia *Decretum Congregationis* exigit, quod *verè incorrigibilis non cenſeatur, niſi non ſolùm concurrant ea omnia, quæ ex iuris communis diſpoſitione requiruntur, &c.* hæc autem ſunt trina monitio, ac trina punitio, vt ſuprà diximus; & poſteà ſubiungit: *Etiam vnius anni ſpatio probetur in carceribus*; ergo apparet, quod trina punitio independenter à carceratione debeat ipſam præcedere, & ità tenet *Sanctorus, (n)* & ità carceratio ſequi debet ad complementum totius iuris communis, quod trinam punitionem requirit, prout diximus.

Quò verò ad ſecundam partem, opinatur *Sanctorus (o)* quod non poſſit incarcerari incorrigibilis, qui in prioribus delictis per punitionem emendatus eſt, niſi iterum peccet, & ità pro hoc nouo peccato carceretur ad pœnam, & pro alijs ad experimentum. Sed ſalua viri reuerentia, hoc non placet. Quia ſi carceratur, hoc eſt, in pœnam conſuetudinis delinquendi inductæ per triplicatum delictum, & eſt in probationem incorrigibilitatis; non ergo requirit nouum delictum, quia per carcerationem punitur conſuetudo, quæ punita non eſt, licet puniti ſint actus ſinguli per quos inducta eſt. Pariter, ſi hoc verum eſſet, oporteret, quod ad actualem expulſionem, quinquies deliquiſſet Expellendus, nempè ter antè carcerationem; ſemel pro carceratione ineunda, & illa peracta, iterum pro effectu expulſionis. Atqui hoc inauditum eſt, nec apud vllum *Auctorem* inuenitur neceſſaria patratio quinq; delictorum ſucceſſiuorum. Sequitur ergo, quod tribus delictis commiſſis, & ipſis vel ordinaria pœna per ſententiam, vel ſine figura iudicij punitus, decerni poteſt à *Diffinitorio* carceratio annua ad completam probationem, abſque vllo nouo delicto, quia per illam, vt dicebamus, punitur conſuetudo delinquendi aliàs non punita, & initur legitimum experimentum incorrigibilitatis.

36. Peracto verò anno carcerationis, non adhuc cenſetur abſolutè probata eius incorrigibilitas, ſed debet ipſam manifeſtare vel *ſignis*, vel *factis*; *Signis* quidem; quia, ſi prout ſcribit *Donatus, (p)* in anno carcerationis iſte ſe oſtendat minimè humiliatum, & de præteritis delictis non pœnitentem; imò dicat ſe velle, quandò erit liber, de ſuis æmulis vlciſci, aut iugum clauſtrale excutere; in blaſphemias, imprecationes, & minas erumpat ob illam carcerationem; tranſacto verò anno *Prouincialis* ad eum mittat *Patres graues*, cordatos, & timoratos, qui ipſum exhortentur ad emendationem, ipſe autem dicat *ſe nullo modo velle acquieſcere*, ſed indignabundus, & impatiens in verba contemptus, & contumeliæ contrà illos erumpat; certè euidentiſſimè apparet ſe in ſua peruicacia perſeuerare, & ità verè ſe prodit formaliter incorrigibilem; & facta à *Patribus* illis, (qui ad minùs debent eſſe duo, & meliùs erit ſi ad hoc officium charitatis etiam Teſtes adhibeantur, qui poſſint ſuper tali facto deponere) relatione iurata *Prouinciali*, quæ ſcripto excipi debet à *Notario* cauſæ, & examinatis Teſtibus, qui aſtiterunt monitioni factæ Carcerato, à prædictis *Patribus*, poterit deueniri

[illegible], ex pœnitentem ſe ſimulet, imò etiam lachrymis emendationem proteſtetur, & ſpondeat, ſe velle in melius mutare vitam, patienterque ſuffèrre oſtendat pœnam illam, & ità anno completo educatur è carcere; ſed ex poſt, non multo tempore elapſo, in aliud graue delictum recidiuet, iſte certè ſe probat incorrigibilem, & expelli poteſt; & ità cum *Alphonſo de Leone* concludit *Donatus*. (q) Hæc verò praxis cohæret totaliter *Decreto de Eiectis*, ait enim. *Elapſo autem anno ſi nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſua pertinacia perſeuerauerit: eijci tandem poſſit*. Perſeuerantia enim in malo oſtenditur (*de facto*) *ſignis*, & *verbis*, quibus declarat punitus, ſe ex carceratione magis eſſe exacerbatum, quam correctum: *de iure* autem proditur nouis delictis, quibus manifeſtat, quod licet verbis emendationem promiſerit, & alijs ſignis pœnitudinem oſtenderit, tamen verba, & ſigna fuiſſe falſa, & ità non verè ſe fuiſſe correctum, ſed hypocriſi vitioſa peruerſam ſuam voluntatem occultaſſe; proindè ſiue ſic, ſiue ſic, perfectè erit probata iocorrigibilitas, quæ viam ſternit ad ſententiam expulſionis.

37. Quid autem, ſi iſte priùs carcere probatus non committat graue delictum, ſed ad ſolitam vitam relaxatam reuertatur crapulando, ſe inebriando, aleis ludendo, turpia loquendo, peierando, blaſphemando, Fratres inquietando falſis relationibus, detractionibus, minis, paruis furtis, &c. vt prius ſolebat. Poterit nè vt iocorreptus, & incorrigibilis expelli? Dico quod ſic. Quia ex tali conuerſatione, quæ eſt contraria verbis, quibus promiſit emendationem, apertè videtur, ſe ex diutino carcere minimè fuiſſe emendatum, & ità docet *Petrus ab Angelis*. (r) Non enim expectari debet, quod nouo delicto graui Religionem cooturbet. Præſumptio autem incorrigibilitatis ſtat contrà illum, de quò rectè præſumitur, quod fallacibus verbis emendationem promiſerit, & ipſi incumbit onus probandi emendationem per mutationem malæ conuerſationis antiquæ. Sed cum hanc moribus non exhibeat, imò malè viuat ſicut priùs, præſumptio firmatur, & tranſit in legitimam probationem incorrigibilitatis, ob quàm poteſt ad expulſionem deueniri.

actus peccaminoſi talis Expelle noi, & quod ſint benè probati; Ideò cautè ambulent in re tàm graui *Superiores*.

38. Aduerto autem, quod noui delicti patratio, de qua locutus ſum, debet habere aliquam continuationem moralem cum præcedentibus. Pluralitas enim delictorum, meo videri, non prodit incorrigibilitatem, oiſi adſit moralis illorum continuata voluntas malè faciendi. Hæc autem moralis continuatio cooijci poteſt ex breuitate temporis, intrà quod delicta commiſſa ſunt, ac alijs adminiculis. Exemplis rem declaro. Deliquit quis Apoſtaſia dum fuit *Clericus*, & de hac fuit punitus, & per quatuor, vel ſex annos Religioſè vixit, poſteà factus *Sacerdos* lapſus eſt in fornicationem, de qua ſimilitet ad normam legum punitus eſt, & per pœnitentiam mortificatus per tres annos morigeratam vitam oſtendit; exindè rixatus eſt, eum Fratre, & ipſum baculo percuſſit, & de hoc iterum pœnam ſubijt, quam patienter acceptauit. Poterit ne iſte ob hæc tria delicta incarcerari ad expulſionem tanquam incorrigibilis? Non credo: Ratio eſt, quia de ſingulis delictis emeodatus eſt, & veram emendationem demonſtrauit vita ſua morigerata, & compoſita; Si ergò iterum, atque iterum peccauit, hoc non fuit ex eius obfirmatiooe in malo, in qua ſola conſiſtit incorrigibilitas, vt dixi, ſed peccauit ex fragilitate, ob quam non poteſt deueniri ad expulſionem. Delicta ergò plura oon habueruot moralem cootinuationem, quod ſcilicet prodierint ex voluntate eadem io malo perſeuerante; ſi eoim voluntas illius mala fuit, quando deliquit, interrupta eſt per actus pœnitentiæ, & emendationis, quos manifeſtauit benè viuendo. Sicut ergò inſanabilis non dicitur æger, qui ſaoatus ab vna ægritudine, poſtquam ſanus vixit per tres, vel quatuor annos in aliam, & ſimiliter poſt nouam ſanitatem, in aliam infirmitatem decidat, ſed oportet, quod omnes illæ ægritudines procedant ex diſcraſia corporis nunquam reparata, nec reparabili; ità nec incorrigibilis poteſt dici ille, qui pluries peccauit, ſi poſt ſingula delicta emendatus eſt, & benè vixit. Moralis autem continuatio delictorum colligitur ex breuitate temporis, (intrà quod delicta commiſſa ſunt), adminiculata ex

ma-

malis moribus delinquentis. Verbi gratia, aliquis commiſit delictum, de quo punitus eſt; & ex poſt non multùm Religioſè viuit, fugit ab oratione, negligit Chorum, crapulæ, & vino deditus eſt, murmurator, otioſus, indeuotus, turpia loquitur, aleis ludit, & relaxatè viuit, & poſt ſex, vel octo menſes in aliud graue delictum ruit; & priorem vitam ducit, etiam poſt punitionem talis delicti; exinde, ſic tranſacto alio menſe, aliud crimen committit, certè delicta illa dici poſſunt moraliter continuata per continuationem prauæ voluntatis ipſius, quæ manifeſtatur ex actibus, & vita irreligioſa ipſius delinquentis.

Dico ergo, quod ad hoc, quod aliquis poſſit, ad probandam incorrigibilitatem, carcerari, oportet, quod delicta continuentur moraliter. Et ſi quæres intrà quantum tempus plura delicta poſſint dici continuata, dico, quod non eſt aſſignare tempus determinatum, ſed hoc relinquitur arbitrio *Superiorum*, conſideratis adminiculis, puta actibus vitæ, & conuerſationis delinquentis circà prædicta. Tamen, qui poſt delictum commiſſum per triennium laudabiliter viuit, & in illo tempore bonam famam habet probatur correctus, vt poſt *Dynum*, & *Ludouicum Romanum* tenet *Iulius Clarus*, (s) qui teſtatur de communi; fingitur enim eſſe nouus homo, & de eo emendatio vera præſumitur, niſi probetur continuatio, & perſeuerantia in malo, vt alibi habet idem *Clarus*. (t) Si ergò aliquis poſt delictum commiſſum per triennium benè vixerit, debet præſumi emendatus, & ità plura ipſius delicta nequeunt dici moraliter continuata ad effectum carcerationis in ordine ad expulſionem.

39. Completo autem anno carcerationis, dubium eſt, an ſtatim de carcere liberari debeat? Ad hoc dico, quod vel in carcere ſigna emendationis dedit, vel in obſtinatione perſiſtit. Si primum, liberandus ſtatim eſt, & vltra annum, carceratio ipſius non poteſt protelari, quia *Decretum* aſſignat tale ſpatium, quod *Iudex*, ſiue *Superior* excedere non poteſt; cum nequeat, vltrà pęnas à iure ſtatutas, punire. Si verò in obſtinatione perſiſtit, non tenetur *Superior*, expleto anno, ipſum excarcerare, ſed facultatiuum ipſi eſt, vel in carcere detinere, vel ad expulſionem procedere. Ratio eſt, quia expellere in corrigibiles *conceditur*, non autem *iniungitur Superioribus*. Dicit enim *Decretum. de Electis, Eijci tandem poſſint*, quibus verbis denotatur facultas, non autem obligatio expellendi, & ita tenet *Sanctorus*. (u) Cum ergò hoc ex tali *Decreto* arbitrarium *Superioribus* ſit, imò etiam, ex *Statutis Reformatis*, (x) remittatur arbitrio *Superiorum*, pro talibus carcer perpetuus, Triremes, vel Eiectio, liquet, quod tranſacto poteſt ad huc detineri in carcere ad beneplacitum, vel ad eiectionem procedere,

40. Quid autem iuris, ſi aufugeret de carcere, non completo anno carcerationis? poſſet nè iſte condemnari, & contrà ipſum proferri ſententia expulſionis, ità vt habeatur amodo pro expulſo? Reſpondeo, quod de iure ſtricto non poteſt, quia carceratio annua eſt de ſubſtantia probationis incorrigibilitatis, vt ſupra diximus, qua non ſeruata, corruit actus, vt tenet *Donatus*. (a) Et ità reſoluit *Sacra Congregatio* in ſuo *Decreto* declaratorio ſuper nonnullis dubijs ſibi propoſitis ſpectantibus ad hanc materiam expulſionis, quod *Decretum* in calce huius paragraphi debimus per extenſum. Optimum autem remedium eſt in tali caſu, petere diſpenſationem à *Sacra Congregatione Concilij*, quę ex tali fuga cognoſcens euidenter eius incorrigibilitatem, diſpenſare poteſt, prout in facti contingentia cum quodam diſpenſatum fuiſſe, narrat *Donatus* loco citato; Et ego vidi diſpenſatum fuiſſe ſuper carcere annuo ab eadem *Sacra Congregatione*, cum quodam Religioſo, qui poſt nonnulla delicta, quæ etiam non erant grauiſſima fugit Apoſtata, & ex diſpenſatione *Congregationis*, durante Apoſtaſia, contrà ipſum prolata eſt ſententia expulſionis, & manſit per quindecim annos extrà Religionem, & tandem emendatus ad eam reuerſus eſt, & modò exemplariter viuit. Teſtatur pariter *Pyrrhus Corradus*, (a) eodem *Donato* referente, eandem *Sacram Congregationem* diſpenſaſſe in anno, & pęnitentia carceris cum aliquo Religioſo, qui è carcere aufugit antè tertiam punitionem, puta dum eſſet iſte carceratus pro puniendo tertio delicto, arripuit fugam è carcere, & *Sacra Congregatio* diſpenſauit, quod attenta tali fuga, quæ eſt argumentum incorrigibilitatis *de facto*, conceſſit, quod non obſtante, quod ipſe Apoſtata annuo carcere poſt tertiam punitio-

… ad expulſionem. Et ad hoc punctum benè attendant *Superiores*; difficillimum enim expulſionis negotium poſſunt, hac via, facilitare, & Religionem expurgare à noxiorum humorum malignitate. Inuenio autem apud *Antonium à Spiritu Sancto*, (b) qui, ex *Vidal*, dicit *Decretum Sacræ Congregationis de Apoſtatis, & Eiectis* in multis Religionibus non fuiſſe vſu receptum, nec de illo conſtitiſſe authenticè. Infert hinc *Superiores* Religionum, vbi tale *Decretum* non eſt vſu receptum, non teneri Eiectos quærere, nec illos denuò admittere, quantumuis redeant correcti, & emendati: & hoc maximè ſi in Religione detur *Statutum* vetans ad Ordinem recipere Eiectos in perpetuum, citando pro his multos, (c) & non diſſenſit ab hac doctrina *Sanctorus* probans, quod ſi *Generalis* alicuius Religionis, quæ in ſola aliqua Regione concludatur, Verbi gratia, in *Gallia, Germania, &c.* in qua tale *Decretum* acceptatum non fuerit, aliquem (ſeruatis iure communi, ac proprijs Statutis) expellat, talem expulſionem valere. De hac doctrina nolo modò diſputare, quia, apud nos, eſt de ſubiecto non ſupponente. *Religio* quidem noſtra, quæ *Sanctæ Romanæ Eccleſiæ* ſpeciali quodam voto in ſua *Regula* ſe obligat, cęcà obedientia eius mandata ſuſcipit, ſimpliciter exequitur, nec ea diſcutit, ſed reuerenter amplectitur, hoc *Decretum de Eiectis*, ſicut & omnia alia, ſeruat tàm pro *Vltramontana*, quàm pro *Citramontana* Familia. Vnde non eſt, vt reſpectu noſtri diſputemus de validitate talis *Decreti*, de cuius obſeruantia apud Nos minimè ambigitur.

Ad plenam autem reſolutionem dubiorum ad hanc materiam expulſionis ſpectantium apponimus ſequens *Decretum Sacræ Congregationis*, quod multi citant, & per extenſum refert *Lantuſca* (e) compulſatum à *Regiſtro* eiuſdem *Sacræ Congregationis*.

Dubia, & Reſponſiones Sacræ Congregationis Concilij ad Eiectos, & incorrigibiles pertinentia.

Procurator Generalis Ordinis Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum; Mediante interceſſione Eminentiſſimi … ſupplicat pro ſua, (vt inquit.) & aliorum Superiorum Regularium interceſſione, per hanc Sacram Congregationem reſponderi ad infrà quæſita ſuper Decreto de Apoſtatis, & Eiectis, iuſſu Summi Pontificis, ex ſententia eiuſdem Sac. Congreg. edito anno 1624.

1. *An Regularis conſtitutus in Carceribus, ſpatio vnius anni in ieiunio, & pœnitentia, ad finem, vt tanquam incorrigibilis à Religione eijciatur, ſi è carceribus fugiat, dicto carcerationis anno non dum expleto, & deindè ſit captus, poſſit tunc, vt incorrigibilis eijci, an vero, quid aliud faciendum ſit?*

2. *An Regularis pluribus interpolatis vicibus pro reiteratis delictis in diuerſis temporibus commiſſis, in carceribus detentus, poſſit vno incarcerationis anno, (vt ſuprà interpolato) expleto, tanquam incorrigibilis à Religione eijci, ſi poſt dictum annum carcerationis interpolatum, animo indurato in ſua pertinacia perſeuerans, iterum delinquat?*

3. *An Generalis Ordinis poſſit delegare facultatem eijciendi à Religione Prouincialibus, ſeu Commiſſarijs, vel Vicarijs Generalibus: Et an delegatio ſit à Generali facienda, an quolibet caſu, an verò indefinitè in omnibus caſibus?*

4. *An ſex Patres, de quorum conſilio, & aſſenſu fieri debet, ſint eligendi de tota Religione, an potius ſufficiat ex qualibet Prouincia, ſeu Regno?*

5. *Quod ſi à Religione huiuſmodi ſex Patres non fuerint electi in Capitulo, ſeu Congregatione Generali, quid faciendum ſit vſque ad primum Capitulum Generale?*

6. *An ſufficiat, vt Prælatus Conuentualis, ſeu Prouincialis conficiat Proceſſum (ſtylo Religionis ſeruato,) & illius Summarium tranſmittat Generali Ordinis, ſeu illius Delegato, qui adhibitis ſex Patribus electis, quilibet illorum videat eumdem proceſſum, vt tranſmittat votum ſuum per litteres eidem Generali, ſeu Delegato?*

7. *An Generalis, ſeu Delegatus poſſit ferre ſententiam eiectionis à Religione, quandò à tribus ex ſex Patribus electis, ſeu ab illorum maiori parte, dicta ſententia approbetur; an potius ſit neceſſarium, vt omnes ſex dent votum, ità vt ex defectu voti, etiam vnius, non poſſit ſententia validè ferri?*

Die 21. Iunij 1653.

Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij Tridentini interpretum omnibus maturè perpenſis.

Ad primum Reſpondit. Regulares delinquentes, vti incorrigibiles, eijci non poſſe, à Religione, anno carcerationis nondum completo.

Ad ſecundum. Non ſufficere annum carcerationis interpolatè expletum, ſed requiri ſpatium vnius anni continuum, & integrum.

Ad Tertium. Generalem Ordinis non poſſe delegare facultatem eijciendi à Religione Prouincialibus pro eorum Prouincijs, ſeu Commiſſarijs, vel Vicarijs Generalibus.

Ad Quartum, Inhærendo declarationi aliàs factæ die 5 Auguſti 1625. à San. Mem. Vrbano Octauo approbatæ, reſpondit ſex Patres eligi poſſe in vnaquaque Prouincia, ſeu Regno.

Ad Quintum. Reſpondit recurrendum eſſe ad Sacram Congregationem in ſingulis caſibus.

Ad Sextum. Proceſſus eſſe conficiendos iuxtà ſtylum, & Conſtitutiones Religionis, & illorum tranſumptum authenticum eſſe tranſmittiendum ad ſingulos ſex Patres electos, qui per litteras poſſint votum dare.

Ad Septimum. Sententiam eiectionis à Religione fieri debere ſaltem de voto maioris partis ſex Patrum electorum.

Petrus Aloyſius Cardin. Caraſa Præf.

Franciſcus Paulutius Sac. Cong. Concil. Segret.

In Regiſtro huius Congregationis fol. 189.

TEXTVS.

§. VII. Pœna Talionis eſt, qua accuſans, & non probans delictum obiectum puniri debet, ac ſi ipſe tale delictum commiſiſſet.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

41 *Talionis pœna in legibus duodecim tabularum.*
Eſt ſimilitudo vindictæ.
Inducta eſt iure diuino, & lege Cæſarea, & Canonica.
Calumniator impunitus aperit viam malignitati.

41. TAlionis pœna in duodecim *Tabulis*, in quibus *Populi Romani* antiquiſſimæ leges deſcriptę erant, reperitur ità expreſſa. *Si membrum ruperit, ni cum eo pacit talio eſto*, quàm legem ex *Aulo Gellio* (f) *S. Cæcilium* explicuiſſe refert *Prateius*. (g) Porrò *Sanctus Iſidorus* (h) ipſam explicans ait *Talio eſt ſimilitudo vindictæ, vt taliter quis patiatur, vt fecit*; hoc ex natura, & lege eſt inſtitutum; vndè habetur in *Exodo*, (i) & *Deuteronomio* (l) *Oculum pro oculo, dentem pro dente, &c.* proindè *Talionis* pœnam eſſe de iure diuino ſcribit *Ignatius Lopez.* (m) Licet autem *ius ciuile* aliquandò hanc pœnam uiſum ſit, in aliquibus criminibus puniendis, vſurpaſſe, vt *qui hominem malo dolo occiderit morte puniatur*, vt habetur in *Digeſtis.*, (n) non tamen in omnibus vniuerſaliter criminibus compeſcendis hac pœna vtitur, cum plura damna, ac iniurias illatas præcipiat, pecunia compenſari, vt liquet ex *Inſtitut.* (o) In *iure* verò *Canonico* hæc pœna reſtricta eſt ad Calumniatores, ſeu falſis criminis in iudicio accuſantes, & hanc inter *Eccleſiaſticas leges* primus inuexit *S. Damaſus Papa.* Dicitur enim in ipſius legenda (p) *Pœnam talionis conſtituit ijs, qui alterum falſi criminis accuſaſſent*; & licet hæc exulauerit à Curia, & in antiquatam tranſierit, vt teſtatur *Clarus* (q) maximè in foro Laico, tamen in *Eccleſiaſtico* per plura *Capitula* (r) ſancitur, vndè *Iudex Eccleſiaſticus* ex ſuo offiuio nobili, aut mercenario, debet iſtam pœnam Calumniatoribus irrogare: quod ſi non faciat, redargutione dignus eſt, vt ſcribit *Abbas*, (s) imò mortaliter peccat ſecundùm *Sanctorum*. (t) Et ratio eſt, quia crimen calumniationis impunitum fores reſerat cuiuis peruerſo, ad malignandum impune contrà proximum, vndè bonorum fama quàm ſæpiſſimè læditur, Reipublicæ pax turbatur, ridentibus iſtis filijs iniquitatis, qui vt politicum conſilium iactant laqueos paraſſe pedibus innoxij Fratris per

ma-

hoc ſalubrem diſpoſitionem, quam ſuo loco ex *Textu* expendemus; ſed vtinam hæc ad praxim reduceretur. At nunquam vidi caſtigatum Calumniatorem, (non dico ſubdolum Denunciatorem; iſti enim in pretio habentur; ità vt licet patenter in delicto falſitatis delatæ Rei reperti ſint, nil tamen minùs, non ſolùm pœnas euadunt, contra nos inuitos, falſarum delationum inuentores, *Obſeruantiæ Regularis zelatores* appellant,) ſed etiam in iudicio accuſantem, inuenit enim iſte ſibi propitium *Iudicem*, qui rarò accuſationem recepiſſet, ſi contrà *Reum* aliqua animoſitate non laboraret; & ità fultus Accuſator illius beneuolentia, pœnas à lege ſtatutas eludit.

T E X T V S.

§. VIII. Probationis Caputium, ſeù Caparonis delatio.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

42. *Pœna caputij probationis eſt ſpecies diminutæ degradationis.*
In degradatione Reus ſpoliatur habitu ſui Ordinis.
Pœna caputij priuationis infamat ex ſe.
Variatur tamen exiſtimatio à conſuetudine Prouinciarum.

42. HÆC pœna licet leuis appareat, & ità communiter exiſtimetur, non tamen reuera talis eſt; ſiquidem eſt ſpecies diminutæ degradationis. Sicut enim in degradatione *Reus* ſpoliatur habitu Eccleſiaſtico conueniente Ordini, in quo reperitur, vt habetur ex *Textu*, (u) ità quodammodò ſimilitudinariè, per eam aufertur habitus Profeſſorum, & forma habitus Nouitiorum induitur, & eſt quaſi temporaria expulſio à cœtu Profeſſorum. Proindè pœna hæc infamiam irrogat, maximè ſpectata conditione, & grauitate Religioſi, cui incutitur. Tamen, quia pœna hæc, & eius grauitas magis attenditur ex apprehenſione, quàm ex re, conſuetudini Regionum, ac Prouinciarum remittenda eſt eius exiſtimatio. Quid ſit verò *Caparonis delatio*, multi multa dicunt, alij enim volunt, quod ſit Caputium oblongum antè pectus, & ſpatulas protenſum vſque ad cingulum, quo vtuntur *Patres Minimi*, & deferunt *Nouitij* inter *Patres Capuccinos*; Alij aliud genus veſtis, ſiue quoddam ſignum diſtinctum habitus *Nouitiorum* ab habitu profeſſorum; quiuis in ſuam ſententiam abit, & *Marchantius* (x) refert ſe interfuiſſe *Hiſpaniæ* tempore *Generalium Comitiorum* cuidam diſputationi hac de re, inſtitutæ, in qua nihil fuit concluſum. In *Italia* mos eſt, quod *Nouitij* à Profeſſis in habitu diſtinguantur per duas petiolas panni pendentes à caputio antè pectus, & humeros, ex *Statutis Reformatis* (z) iubentur eſſe longitudinis vnius palmi. Quod facit ergo ad *Textum* noſtrum eſt, *probationis Caputium*, eſt delatio caputij, cum illis duabus petiolis pendentibus inflicta in vltionem criminis, & vocatur Italicè *Portare le Pezzette*.

T E X T V S.

§. IX. Excommunicationis, vel Suſpenſionis ſententia.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

43. *Excommunicatio conſiderari poteſt, vt cenſura, & vt pœna.*
Alia eſt lata à iure, alia ab homine.
Excommunicatio, Suſpenſio, & Interdictum ambulant pari paſſu.
Excommunicatio maior eſt pœna peccati mortalis.

43. QVia de materia *Excommunicationis*, & aliarum *Cenſurarum* omnes *Theologi Morales*

rales abundantiſſimè, & ad nauſeam tractant, non eſt cur de ijs hic longus ſermo habeatur; dicemus ergo, quæ ad puram *Praxim Criminalem* faciunt. Præmiſſa autem famoſa diſtinctione *Excommunicationis*, puta in *Cenſuram*, & *pœnam*; & in latam *ab homine*, & *à iure*; in præſenti loquemur tantùm de ea, vt *pœna* eſt, ſiquidem de pœnis tantummodò in hoc *Titulo* nobis ſermo eſt. Aduertendum porrò, quod quæ de *Excommunicatione* dicuntur, pariter debent intelligi de *Suſpenſione*, & *Interdicto*, huiuſmodi enim ſeu *Cenſuræ*, ſeu *pœnæ*, pari paſſu ambulant, vt habet expreſsè *Textus* cuiuſdam *Decretalis*, (a) & quod *Excommunicatio* ſiue *à iure* ſit, ſiue *ab homine* non poteſt eſſe, niſi pœna peccati mortalis, vt dicitur in *Iure*. (b)

TEXTVS.

§. X. Infamiæ pœna.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

44. *Infamia duplex Iuris, & Facti.*
Infamia iuris auctoritate legis infligitur.
Sed requirit ſententiam Iudicis, vel notorietatem facti.
Infamia facti oritur ex indignitate actionis, & exiſtimatione bonorum.
45. *Infames de Iure Canonico, qui ſint.*
Infamia ſequitur culpam.
Filius non debet portare iniquitatem Patris.
Corpore vitiati non ſunt infames, ſed irregulares.
46. *In Iure Canonico datur infamia iuris, & facti.*
Infamia facti reſultat ex improbatis moribus.
Infamia iuris tollitur per ſolum Principem.
Infamia facti eliditur per emendationem vitæ.
47. *Infamis eſt irregularis.*
A publicis officijs arcetur.
Suſpenditur à beneficijs donec ſe purget.
Infamis infamia facti priuat à beneficijs obtinendis, & obtentis.
Non poteſt accuſare, nec teſtificari.
48. *Infamia apud Nos importat priuationem Officiorum Ordinis.*

44. COmmunis eſt diuiſio *infamiæ*, puta in infamiam *Iuris*, & in infamiam *Facti*, vt habetur in *Digeſtis*. (c) *Infamia* autem *Iuris* ſola legis auctoritate nominatim infligitur. Vndè ex famoſis actionibus condemnatus iuſtam contrahit nominis maculam, vt habet *Prateius*. (d) Hinc eſt, quod ad *Iuris infamiam* contrahendam non ſolùm requiritur, quod ſit commiſſum crimen, ob quod à lege infamia irrogetur, ſed etiam, quod talis criminis notitia fiat nota, vel per ſententiam *Iudicis*, vt eſt communis ſententia *Iuriſtarum* ad quandam *legem*, (e) vel ſaltem ex notorietate, vel publicitate facti; quo caſu ſolemnitas facti ſupplet defectum ſententiæ, quæ non requiritur, niſi ad ingerendam populo notitiam delicti, vt dicunt *Doctores*. (f) *Infamia* verò *facti* ex ipſa rei indignitate ſecundùm exiſtimationem bonorum virorum eſt, vt ait *Iureconſultus*, (g) licet enim per leges infamia talibus factis minimè irrogetur, tamen hominum proborum opinio talia facta exercentes infames reputat, vt exercitium Carnificis, Satellitis, Mimi, Hiſtrionis, Macellarij, Cauponis, & ſimilium artium, quæ apud homines probos habentur pro infamibus.

45. *In Iure* autem *Canonico* non reperitur inflicta infamia, niſi ob aliquod crimen, quod vel diuinæ legi, vel mandatis Eccleſiæ aduerſetur, vt patet enumerando eos, qui vt infames recenſentur in *Iure Canonico*, *Concilijs*, & *Bullis Pontificum*, ſic enim habet *Textus* cuiuſdam *Capituli* (h) *Infames eſſe, eas perſonas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia; ideſt omnes, qui Chriſtianæ legis normam abijciunt, & Statuta Eccleſiaſtica contemnunt. Similiter fures, & ſacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos, ſepulcrorum quoque violatores, & omnes, qui aduerſus Patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur. Similiter, & inceſtuo-*

Digitized by Google

... *blicis fugientes; & qui indigna ſibi petunt loca tenere, aut facultates Eccleſiæ auferant iniuſtè; & qui Fratres calumniantur, aut accuſant; & non probant; & qui contrà innocentes Principum animos ad iracundiam prouocant; & omnes anathematizatos; vel pro ſuis ſceleribus ab Eccleſia repulſos, & omnes quos Eccleſiaſticæ leges, vel ſæculi infames pronunciant.* Vndè præter ſupradictos ex diuerſis *Canonibus*, *Concilijs*, *Bullis*, & *legibus Cæſareis* (i) declarantur infames *Simoniaci*: *Monachi procreantes filios*; *Inceſtuoſi*; *filias proſtituentes*; *falſi Teſtes*; *libellorum famoſorum compoſitores*; *conſpirantes in Epiſcopum*, *exiſtentes in crimine notorio*; *Duellantes*, *ſpectantes*, *adiuuantes*; *Mulierum raptores*; *Sodomitæ*, *Rei læſæ Maieſtatis*, quos omnes collegit *Marchinus* (l) & ex eo recitat *Barboſa*, licet autem ex citato *Canone* (m) ad obtinendos *Sacros Ordines* non admittantur, *ſerui*, *publicè pœnitentes*; *Bigami*; *Curiæ deſeruientes*; *corpore*, *vel mente læſi*; *furioſi*; *ſpurij*, non tamen ſequitur hos repelli ab altari tanquam infames. Infamia ſiquidem pœna eſt, quæ non debet ſequi niſi culpam, & ex alieno crimine, quis non debet puniri, nec filius debet portare pœnam iniquitatis patris, vt dicunt multa *Capitula*. (n) Quid autem criminis ex eo, quod aliquis natus ſit ex adulterio, fatuus, cæcus, luſcus, ſtrabo, & ſimilia? Quamquam ergo iſti repellantur ab *Ordinibus Sacris*, hoc non eſt ratione infamiæ, ſed irregularitatis, vt ibi aduertit *Gloſſa*. (o)

46. Non tollitur tamen quin etiam in *Iure Canonico*, detur infamia *iuris*, & *facti*; licet ambæ ratione tantùm criminis irrogentur, quod non eſt in *Iure Ciuili*, in quo infamis habetur exercens, licet abſque peccato, artem infamem, vt *Laniones*, & *Carnifices*. Quia infamia *Iuris Canonici* eſt, quæ oritur ex delicto, cui ex *Iure Canonico* adnexa eſt infamia, & euidentia notoria. *Infamia* verò *facti eſt*, quæ reſultat ex improbatis moribus, vt dixit *Couarruuias*, (p) & eum mali mores dicantur ex criminibus, vel crimine conſueto, hinc eſt, quod etiam *infamia facti*, ortum habet à crimine; puta tali, quod non per ſententiam ſolet condemnari, ſed apud probos viros facit malè audire; vt eſſe *ebrioſum*; *ventri deditum*; *mendacem*; *impoſterem*; & ſimilia. Et aduertendum, quod *infamia iuris* tollitur per ſolum *Principem*, puta *Papam*, *Generalem*, *&c.* vt dicunt *iura*. (q) *Infamia* verò *facti*, quæ contrahitur ex quolibet peccato mortali, tollitur facto contrario, puta per pœnitentiam ſublato peccato, & vita emendata, vt notant quidam *Canones*. (r)

47. Ex hoc autem, quod aliquis *infamis* exiſtit, percutitur irregularitate, & non poteſt ad Ordines, ſeu Dignitates, & Officia promoueri, incapax enim eſt officiorum ſpiritualium, nec poteſt eſſe *Tabellio*, niſi rogetur à partibus, nec *Iudex Ordinarius*, nec *Delegatus*, vt habet *Canon*, (s) nec *Procurator*; pariter ſuſpenditur à beneficio donec ſe purgauerit, & *infamia facti* non ſolum priuat à beneficijs obtinendis, ſed & obtentis; & ſi delictum eſt enorme, poteſt infamatus ſuſpendi à Diuinis; item repellitur ab accuſando, & teſtificando, niſi in cauſa priuilegiata, vel Ciuili, in qua non defertur ſolemnitati iuris Ciuilis, vt ex diuerſis iuribus *Abbas* (t) ſparſim colligit.

48. Transferendo ergo pœnas enarratas ad *Religionem noſtram*, liquet, quod pœna infamiæ inter nos, importat priuationem officiorum Ordinis, in qua omnes citatæ pœnæ comprehenduntur, vt patet eas ſingillatim examinando. Hoc autem habetur ex *Statutis Generalibus Ordinis*, (u) vbi dicitur. *Qui notabili infamia laborauerit: ad omnia officia Ordinis perpetuo inhabilis* exiſtat; quod Statutum ſuo loco examinabimus.

T E X T V S.

§. XI. Exilium.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

49. *Exilij pœna generi humano contemporanea.*

Eius tres ſunt ſpecies.

Diuiditur in temporale, & perpetuum.

Relegatio, quid ſit.

Deportatio, quid importet.

Exi-

Exilium perpetuum æquiparatur morti.
De iure etiam Canonico datur Exilium.
50. *In Religione noſtra exilium à ſolo Generali infligitur.*
Diffinitorium Prouinciale nequit dare pœnam Exilij.
Exilij loco ſuccedit carcer Clauſtralis.
51. *Patres graues poſſunt mitti in exilium, ſi ex carceratione ſequatur ſcandalum.*
Declaratur, quale poſſit ſcandalum naſci.
52. *Ceſſante cauſa legis, ceſſat lex.*
Hoc axioma patitur quadraginta limitationes.
Intelligitur de cauſa finali, non impulſiua.
Cauſa impulſiua non eſt ſubſtantialis.
Cauſa impulſiua, quid ſit, & quomodo differat à finali.
Poſtulare, *quid in iure ſignificet.*
53. *Patres Prouinciæ ſunt priuilegiati.*
De Decurione damnato quæſtio non debet haberi.
Cauſa finalis, quare Patribus grauibus loco carceris, detur exilium.

49. ANtiqua hæc pœna eſt, & humano generi coæua; ſtatim enim, ac homo conditus fuit, perduellionis perfidia maculatus, exilij pœnas ſubiit; dum à *Paradiſo* expulſus ad tellurem ſpinis (tanquam ad vlciſcendam iniuriam Creatoris) armatam exercendam, damnatus eſt; vndè paterno exilio mulctati, & nos exules filij *Æuæ* gementes, & flentes conquerimur in hac lachrymarum valle. Hanc quoque pœnam ſtatuerunt *leges Ciuiles*, in vna (x) quarum recitantur tres ſpecies Exilij. *Exilium* (ait ibi *Marcellus Iureconſultus*) *triplex eſt, aut certorum locorum interdictio; aut lata fuga, vt omnium locorum interdicatur, præter certum locum, aut Inſulæ vinculum, ideſt Relegatio in Inſulam*: & in vna lege *Codicis* (z) ſtatuitur, ne miſſus in exilium, poſſit in loco exilij carcerari. Ratione autem durationis diuiditur in temporale, & perpetuum, vt dicunt *iura*. (a) Exilium autem ad Relegationem, & deportationem eſt, velut genus ad ſpecies. Relegatio enim eſt, cum quis in exilium mittitur, ità vt patriæ fines egredi iubeatur. Deportatio autem, cum illi, qui damnatus eſt, certo ſpatio circumſcribitur pœnæ pendendæ locus, vt ait *Budæus*. (b) Relegatio verò ſiue deportatio, ſeu exilium, ſi perpetuum ſit æquiparatur morti; vndè in dubio ſub nomine pœnæ capitalis venit exilium, non mors, vt multis probat *Clarus*. (c) In iure autem *Canonico*, exilij pœna etiam infligitur, vt patet ex multis *Canonibus*, (d) in quibus videre eſt cauſas, ob quas infligitur.

50. In noſtra pariter *Religione* talis pœna inuecta eſt, ex *Sacris Canonibus* mutuata, & hoc tum ad tempus, tum in perpetuum; ad tempus quidem cum quis ob ſcandaloſum crimen à *Prouincia* propria pellitur, vel aſſignando illi *Prouinciam* aliquam, in qua morari debeat, nec indè poſſit exire; vel ipſum relinquendo arbitrio *Patris Generalis*, vt eum mittat, quo ſibi placuerit, nullo determinato exilij loco, in quo moretur; & hoc per ſpatium determinatum durationis. Perpetuum verò, cum perpetuò ſibi interdicitur reuerſio in *Prouinciam*; vel cum tanquam incorrigibilis expellitur à Religione, ad quam non poſſunt recipi ampliùs eiecti, vel ad triremes damnati, vt aliàs dictum eſt.

Circà hanc pœnam irrogandam verò aduertendum eſt, quod tale habetur Statutum. (e) *Exilij pœna mulctati ſuam vnuſquiſque repetat Prouinciam, & in compenſationem ſublati exilij, ſubeant pœnam reclusionis in Conuentu, ſecundum tempus exilij remiſſi, de quo non poſſit exire, niſi de Obedientia Superioris, ob Conuentus ipſius exigentem neceſſitatem; non tamen extrà terminos quæſtu loci eiuſdem. Indultum autem hoc non intelligatur de illis, qui à Prælatis Generalibus exilij pœna ſunt affecti. Ac proindè prohibetur, ne aliquis in poſterum pœnam exilij valeat infligere, cuius occaſione Fratrum euagationes noxiæ exoriuntur. Verùm tamen Patres graues, qui propter ſua delicta notabilia merentur carceris reclusionem, ad euitandum ſcandalum, vel inconueniens, quod poſſit oriri propter hoc, exilij pœna poſſunt mulctari.* Ex hoc autem *Statuto* euidenter habetur, quod adempta eſt *Diffinitorio* facultas infligendi pœnam exilij, & eius loco ſuccedere debet Carcer Clauſtralis, quod ſcilicet *Reus* clauſtra Monaſterij non egrediatur, niſi ob neceſſitatem Conuentus, puta vel ratione Proceſſionis publicæ faciendæ, vel aſſo-

cian-

grauis, casu quo *Superior* alium non haberet quem commodè poſſet mittere; vel Delinquens puniendus eſt alia pœna, iuxtà criminis exigentiam, vt habet illud *Statutum*. (*f*) Sequitur proindè, quod facultas huiuſmodi mittendi in exilium reſeruata ſit *Patri Generali*, & hoc rationabiliter eo, quia *Diffinitorium* extrà propriam *Prouinciam* iuriſdictionem non habet; vndè auctoritas taliter exiliandi, ac de exiliato diſponendi eſſe debet in *Generali* ſolo, cuius poteſtas nullo *Prouinciarum*, aut locorum, particulari limite clauditur.

Circà *Statutum* autem citatum notandum eſt, quod ex quo diſponitur, *Patres graues*, (qui merentur carceris reclusionem, ad euitandum ſcandalum, vel inconueniens, quod poſſit oriri propter hoc) exilij pœna poſſe mulctari; dubium oriri poteſt quodnam *ſcandalum*, vel *inconueniens* intelligatur, ob quod poſſit commutari carcer in exilium; & an ceſſante tali ſcandalo, & inconuenienti, poſſit abſolutè in *Patribus* grauibus fieri talis commutatio?

51. Quantùm ad primum dico, quod *ſcandalum*, & *inconueniens*, de quo loquitur *Statutum*; eſſe poteſt, quandò *Pater grauis* eſt valdè notus, & ſpectabilis in ſæculo, & magnæ auctoritatis in populo, & exiſtimationis apud *Principes*, *Epiſcopos*, & *Magnates*, & ex ipſius diuulgata carceratione oriretur ſcandalum inter Sæculares audientes in viro ſpectabili crimen; & poſſent arguere, quod ſi criminoſus repertus eſt ille, qui dignitatis, & virtutis opinione pollebat, multò plus deteriores eſſe cæteros Religioſos, qui apud populum non ſunt in tanto pretio, ſicut erat ille, & ità malè de Religione ſentire, & opinari ipſam perditis hominibus, non bonis Religioſis abundare. Scandalum verò tale ceſſaret, ſi talis *Pater grauis* mitteretur in exilium, hoc enim poſſet apud Sæculares colorari; ipſum ſcilicet à *Patre Generali*, ob ſecreta, & grauia Religionis negotia eſſe miſſum, & ità tecto proximi crimine, ſartam eius famam, & Religionis decorem cuſtodire, facilè eſt. Porrò inconueniens eſſe poſſet, ſi *Pater* iſte grauis haberet in Sæculo, vel Religione amicos potentes, qui vel coram, & aperta vi excarcerarent, (vt accidit in quodam loco, in quo Religioſus quidam, qui carceratus erat in Conuentibus, excarceratus fuit à quibuſdam nobilibus agnatis ſuis, qui armata manu ingreſſi Conuentum, & territis Fratribus ne vocem darent, neuè Campanam pulſarent, Religioſum illum è carcere ereptum, ſecum abduxerunt,) vel clam, & occulta violentia, noctu ſcilicet frangendo carceres, &c. & hoc accidere poteſt in *Patre graui*, qui plures haberet clientes, vel Factionarios, de quibus poſſet rationabiliter hoc ſuſpicari. Tali ergo caſu poſſet quidem commutari carcer in exilium.

52. Quantùm verò ad ſecundam, reſolutio pendet à quæſtione illa, quæ agitatur inter *Iuriſtas*, an ſcilicet ceſſante cauſa legis, ceſſet lex? Dico ergo, quod Regula iſta *Cauſa legis, ſiue ratione ceſſante, ceſſat & ipſa lex*, quæ elicitur ex pluribus iuribus (*g*) patitur quadraginta limitationes, quas collectas fusè tradit, & explicat *Ioannes Baptiſta Nicolaus*. (*h*) Harum verò limitationum prima, quæ eſt apud *Iuriſtas*, & *Canoniſtas* communiter recepta, eſt, quod debeat intelligi de cauſa finali, ſiue ratiocinatiua, illa enim ceſſante, ceſſat profectò etiam ipſa lex, vt *Iuriſtæ*, & *Canoniſtæ*, quos idem dat, (*i*) ex multis iuribus ibi congeſtis, deducunt. Non ſic verò eſt in cauſa impulſiua, quia, vt ait *Baldus*, (*l*) cauſa impulſiua non eſt ſubſtantialis, & ideò non dependet ab ea effectus, nec aliquid operatur, niſi ad benè eſſe; & ideò hac cauſa ceſſante, non ceſſat lex. Quia verò Sapientibus, & inſipientibus debitor ſum, non abs re erit explanare, quæ ſit cauſa *impulſiua*, & in quo differat à *finali*. *Impulſiua* ergo cauſa eſt, cuius occaſione fertur lex; & differt à *finali*, quia hæc eſt ratio perpetua, ob quam mouetur Legiſlator ad legem ferendam. Exemplum deſumitur a lege prima de *Poſtulando in Digeſtis*, in qua ex doctrina *Vlpiani* prohibetur mulieribus *poſtulare*, hoc eſt, vt ibidem (*m*) dicitur, *Deſiderium ſuum, vel amici ſui, in iure, apud eum, qui iuriſdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere*. Cauſa ergo finalis, ſiue ratio huius legis eſt, vt explicat ibidem *Textus* (*n*) *nè contrà pudicitiam ſexui congruentem alienis cauſis ſe immiſceant, nec virilibus officijs fungantur mulieres*, & hæc quidem cauſa, ſiue ratio eſt perpetua, quare mulieribus ſit interdicta poſtulatio, ſiue fungi officio *Procuratoris* in cauſis apud *Iudicem*. Impulſiua verò cauſa, ſiue vt ſubiun-

Digitized by Google

iungit inibi Textus, *Origo introducta eſt à Calphurnia improbiſſima fœmina, quæ inuerecundè poſtulans, & Magiſtratum inquietans, cauſam dedit edicto*. Occaſione ergo huius mulieris, impulſus eſt *Prætor*, ad tale edictum ferendum, qua tamen ceſſante, non ceſſat lex ipſa, quia ſubſiſtit cauſa finalis eiuſdem legis, puta ratio pudicitiæ muliebris, quæ eſt perpetua.

53. Hac ergo, ſtante doctrina dico, quod *ſcandalum*, ſiue *inconueniens*, quod naſci poteſt ex carceratione *Patris grauis* eſt cauſa impulſiua, non verò finalis, quare cum ipſo debeat carcer in exilium commutari. Ratio eſt, quia vt habetur ex *Statutis Ordinis* (o) *Patres Prouinciæ* priuilegiati ſunt, ità vt contrà eos nequeant *Prouinciales*, *Generali* inconſulto, ad notabilem punitionem deuenire. Et dignitati quidem habitæ is honor deferendus eſt, vt non communi pœnarum coercitioni ſubijciantur. Si enim, ſecundùm leges, (p) de *Decurione* damnato quæſtio haberi non debet; vndè etiam ſi *Decurio* defierit eſſe, deindè damnetur, non eſſe torquendum in memoriam prioris Dignitatis, reſpondit *Paulus Iureconſultus*; ſimilis etiam honor deferendus eſt *Prouinciæ*, ſiue *Ordinis Patri*, qui *Magiſtratum Religionis* adminiſtrauit, ità vt contriunibus pœnis non cenſeatur; attento maximè, quod ratione ſtatus dignioris quælibet pœna, licet leuis, inflicta ſibi grauior euadit, quam ſi gregario, cuiuis Religioſo adhiberetur. Quod ergo carcer cum iſtis in exilium commutetur, cauſa finalis, & ratio, eſt conditionis Dignitas in *Patribus grauibus*, ob quam turpe eſt illos, ſicut ceteros, carceri mancipari in pœnam. Quod verò ex talium carceratione ſcandala, & inconuenientia orta ſint, quæ cauſam dederint tali Statuto condendo, hæc profectò cauſa impulſiua eſt, qua ceſſante, vt dicebamus, ceſſare non debet legis diſpoſitio. Quare reſoluendum eſt, quod cum *Patribus grauibus* abſolutè Statutum illud ſeruandum eſt, & pœnam carceris eſſe in pœnam exilij commutandam.

I. Quæritur. An in pœnis detur extenſio de caſu in caſum?

SVMMARIVM.

54. *Extenſio de caſu in caſum fit in delictis, quæ Reipublicæ maximè obſunt.*
Item in delictis correlatiuis.
Pœna non extenditur, vbi eſt diuerſa ratio delicti.

54. Reſpondeo, quod licet exiſtat famoſum axioma *Iuriſtarum*. *In pœnis non fieri extenſionem*, iuxtà *Canones*, (q) tamen communis opinio eſt, quod extenduntur in delictis, quæ maximè Reipublicæ nocent: fauor enim publicus Communitatis, & Religionis extendit pœnas, vt pœna lata contrà homicidas extendatur in conſulentes, & adiiuuantes; pęna contrà componentes libellos famoſos contrà Religionem, extendatur ad ſcribentes, vulgantes, & huiuſmodi, vt probat *Sanctorus*. (r) Pariter extenditur in correlatiuis, in quibus militat eadem ratio; non verò in illis, in quibus eſt diuerſa ratio. Vndè ſi lex prohibet ne vendatur frumentum, nè Ciuitas prematur fame, & vendentes punit; eadem pęna puniendus venit emptor, ſicut venditor, eadem enim in vtriſque eſt ratio delicti, quo ad cauſandam famem in Ciuitate. Sed ſi ratio delicti diuerſa eſt non fit extenſio pęnæ. Quia pęna contrà dantem ad vſuram non extenditur ad accipientem; ratio enim delicti in dante, eſt auaritia, in recipiente verò neceſſitas. Extrà hos caſus non fit extenſio pęnæ de caſu ad caſum, vt probat *Sanctorus*. (s)

II. Quæritur. An pœna impoſita pro delicto extendatur ad actum proximum?

SVMMARIVM.

55. *Pœna Statutaria non datur niſi pro delicto conſummato.*
Aut quandò lex punit etiam conatum.
Aut quandò deuentum eſt ad actum proximum.
In atrociſſimis punitur conatus pro effectu.
Punitur tamen pœna extraordinaria.
Iudicare de conatu maiori, aut minori eſt Iudici arbitrarium.

55. Re-

Digitized by Google

ſum, infligi non poteſt, niſi delictum cum effectu ſit coniunctum; & conatus non poteſt puniri, niſi lege cautum ſit, aut deuentum ſit ad actum proximum, & tunc punitur non pęna ordinaria, ſed extraordinaria, pro maiori, vel minori approximatione ad actum. Hæc autem concluſio probatur ex multis, quæ adducit *Sanctorus* (t) ibidem; qui tamen ſubiungit, quod in atrociſſimis, vt in crimine *læſæ Maieſtatis*, quæ ibi enumerat, in ſententia *Iulij Clari* (u) punitur conatus pro effectu. Tandem dicendum eſt, quod pęna extraordinaria tantùm puniatur, quia plus pęnæ debetur delicto iam patrato, quàm conatui; prudentis autem *Iudicis* eſt, iudicare de conatu maiori, vel minori, aut de actu magis, vel minus proximo, & iuxtà iſtas differentias, pęnarum diuerſitatem metiri, & pœna extraordinaria maiori, vel minori percellere.

III. Quæritur. An pœnæ extendantur ad mandantes, conſulentes, adiuuantes, & non impedientes.

SVMMARIVM.

56. *Mandans delictum, punitur pœna Delinquentis.*
Magis punitur mandans, quàm Mandatarius.
Mandatarius, quis ſit.
Conſulens, & patrans delictum pari pœna puniuntur.
Mandatum plus obligat, quàm conſilium.
Mandans, vt puniatur, debet influere in delictum.
Mandatum tacitum eadem pœna percutitur, ſicut expreſſum.
57. *Conſilium ad delictum, vt puniatur, duo requirit.*
Dolus, quid ſit.
Conſilium quando dicatur doloſum.
Conſilij mali vis pernicioſior, quàm mandati.
58. *Adiuuans delictum pari pœna puniendus cum Delinquente.*
Adiuuare quis poteſt multipliciter.
Adiuuans Delinquentem poſt delictum præſumitur particeps.
Adiuuans Delinquentem, quandò extraordinariè puniendus.

56. Reſpondeo, quod *mandans* fieri delictum tenetur ad pęnam ordinariam, etiam ſi in lege, vel Statuto non fiat mentio de *mandante*. Quinimò magis puniendus eſt *Mandans*, quàm exequens, qui dicitur *Mandatarius*, quia ille eſt cauſa principalis, iſte verò inſtrumentalis, vt dicitur in *iure*. (x) Vndè *Mandans* fieri damnum, non minùs tenetur ad reſtitutionem, quàm exequens, vt communiter ſcribentes (z) in materia de Reſtitutione. Quod ſi agentes, & conſentientes, pari pœna puniuntur, & pari pœna itidem percellitur ille, qui *conſulit*, ſicut qui patrat delictum, vt ſentit *Clarus*, (a) à fortiori idem dicendum erit de *Mandante*, quia plus eſt mandare, quàm conſentire, & conſulere, quia qui mandat antecedenter conſentit, & maiori efficacia conſulit; nam efficaciùs obligat mandatum, quàm conſilium, vt pluribus citatis probat idem *Sanctorus*. (b) Quæ autem dicta ſunt, intelliguntur de *Mandante*, qui fuit vera cauſa delicti ſecuti. Quod, ſi Mandatarius ex ſe, & abſque mandato, iam delictum illud volebat committere, aliter eſt dicendum; quia cum *Mandans*, in tali caſu, non ſit cauſa delicti, non eſt, vndè ſibi debeat infligi pęna ipſius Delinquentis; vndè non fit irregularis, ille, qui *mandat*, vel conſulit homicidium, ſi in illud aliqua ratione non influxit; vt ex *S. Thoma*, *Paludano*, *S. Antonino*, & alijs probat idem *Sanctorus*. (c) Imò addit ex *Claro*, (d) quod eadem pœna mandatum tacitum, ſicut expreſſum puniatur, ex eo quod ad ratihabitionem reducitur, de qua eſt *Regula* (e) *Ratihabitionem retrotrahi, & Mandato non eſt dubium comparari.*

57. Pariter *conſulens* pari pœna punitur, ſicut qui committit delictum. Debet autem conſilium, ad hoc, quod ſit punibile, duas circumſtantias habere; vna eſt, quod habeat influxum realem in effectum malum, ità vt delinquens non deliquiſſet, niſi tale conſilium interfuiſſet; alia eſt, quod conſilium fuerit doloſum. Dolus autem *eſt machinatio ſtudioſa*, vt dicitur in *iure*. (f) *Conſilium* ergo *doloſum*, eſt il-

lud, quo *conſulens* conſulit rem euidenter malam, vt ſi aliquis det conſilium alteri, vt occidat proditoriè inimicum. Quod ſi conſilium doloſum non ſit, licet ex illo malè eueniat inimico, non poteſt conſulens puniri, iuxtà Regulam vtriuſque iuris. (*g*) *Nullus ex conſilio, niſi fraudulentum ſit, obligatur*. Et *Vlpianus*, *Conſilij non fraudulenti nulla eſt obligatio; cæterum ſi dolus, & calliditas interceſſerit, de dolo actio competit*; & ità ex *Claro* firmat *Sanctorus*. (*h*) Verum tamen eſt, quod ſi delinquens ex ſe non eſſet perfectè determinatus, & propter conſilium, & exhortationem, maiori reſolutione motus fuiſſet; vel perfectè, ſeu completè motus; tunc puniendus veniret *conſulens* ſecundùm menſuram virium additarum ad cauſandum exceſſum, ità cum *D. Antonino*, *Medina*, *Nauarro*, *Maiore*, *Couarruuia*, & *Claro* docet idem ibidem, (*i*) qui & addit pernicioſiorē eſſe vim conſilij mali, quàm mandati, ſiquidem, qui dedit mandatum de delicto faciendo, ſi antequàm fiat, mandatum reuocet, & Mandatarius de tali reuocatione edoctus, nihilominùs committat delictum, Mandans non tenetur de tali delicto. Aliter eſt in *conſulente*, nam poſtquam datum eſt conſilium, & per efficaces rationes perſuaſus eſt Operans, non ſufficit dicere, *Reuoco* conſilium, nec ſeriò contrarias rationes adducere, quia ſi conſultus per iſtas nouas rationes à perſuaſione iam tradita non remouetur, *conſulens* eſt in culpa, vt dicunt plures *Doctores*, quia conſilium primò datum realem influxum habuit in delictum.

58. Simili modo *Adiuuans* in patratione delicti, eadem pœna cum delinquente debet puniri, vt ex *Claro* docet idem, qui ſupra. (*l*) Varij autem ſunt modi adiuuandi, puta comitando, aſſiſtendo, arma præbendo, equos ad fugam parando, locum ad refugium dando, promittendo auxilium, fauorem pro indemnitate, euaſione, &c. Quod ſi quis, poſt delictum iam patratum, adiuuet Delinquentem, de quo ſcientiam, aut participationem non habuit antè delictum, nulla pœna tenetur in ordine ad delictū, ſiquidē ſic adiuuans non fuit aliquomodo particeps delicti iam patrati abſque ſua ſcientia. Præſumitur autem *adiuuans* etiam poſt delictum, quod fuerit particeps ipſius, niſi probet ignorantiam talis delicti; vtpotè probando, quod delinquens non erat illi affinis, amicus, cognitus, &c. & quod ex tali delicto nullum commodum, lucrum, aut ſatisfactio ſibi ſequuta ſunt. Si verò deliquens, abſque tali adiutorio, nil minùs delictum commiſiſſet, aut ſola aſſiſtentia iuuaſſet ſolùm aliqualiter, debet tunc *adiuuans* mitiùs puniri, & non per pœnam ordinariam.

Circa illos verò, qui prohibere poſſunt, & non prohibent, eſt diſtinguendum. Vel enim tenentur ex officio prohibere, vt *Pater* reſpectu filij, *Superior* reſpectu Subditi, &c. vel non tenentur. Si tenentur ex officio, liquet, quod eadem pœna cum delinquente puniri debent, vt dicit *Abbas* (*m*) ex quodam *Iure* (*n*) *Canonico*, quod ſic habet. *Mortem languentibus probatur infligere, qui hanc, cum poſſit, non excludit, quia error, cui non reſiſtitur, approbatur, & veritas cum minimè defenſatur, opprimitur; nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare*; & ideò ponitur inter principia reſtitutionis *Non obſtans*, qui ſcilicet ex officio tenetur obſtare; vt ex *S. Thoma*, *Adriano*, *Martino*, & *Petro Nauarro*, *Molina*, & *Leſſio* probat *Sanctorus*. (*o*) Si autem ex officio impedire non tenetur, non eſt vndè puniri poſſit, cum ad tale delictum impediendum nulla lege obligetur.

IV. Quæritur. Si in Statutis Religionis pro eodem delicto reperiuntur ſancitæ pœnæ diuerſæ, quamnam pœnam debet Iudex infligere?

SVMMARIVM.

59. *Si pœnæ diuerſæ vni delicto infligantur à Statuto, & ſunt incompoſſibiles, poteſt Iudex mitiorem dare.*
Si ſunt compoſſibiles, & delictum atrox, debent complicari.

59. Reſpondeo diſtinguendo ſcilicet, vel pœnæ illæ ſunt inter ſe incompoſſibiles; vel ſunt compoſſibiles. Si primò, in arbitrio *Iudicis* eſt, ſequi quam maluerit Statutorum diſpoſitionem, vt habetur expreſsè ex *Textu* cuiuſdam *legis*: (*p*) æquum tamen eſt, vt mitiorem pœnam imponat. Si verò pœnæ com-

compoſſibiles ſint, & delictum atrox, & ſcandaloſum, vel delinquens aſſuetus peccare, tunc poterit *Iudex* omnes pœnas complicare, & infligere; vt tenet *Sanctorus*. (q)

V. Quæritur. An priuatus voce paſſiua poſſit eligi in Vicarium Conuentus?

SVMMARIVM.

60. *Priuatus voce paſſiua, non poteſt eſſe Vicarius in Capite, ſiue Præſes.*
Officiales Ordinis ab initio Religionis, qui fuerint.
Vicariorum Conuentualium nulla mẽtio in Statutis antiquis.
Si caſus dabatur fiebant à Superioribus localibus.
Quo tempore cœperint ordinariè eligi.
61. *Officium inter Eccleſiaſticos quid dicatur.*
Vicarius Conuentualis non eſt Officialis Ordinis.
Nullam iuriſdictionem ordinariam habet.
62. *Eſt coadiutor Guardiani in Oeconomia.*
Secundum Sanctorum Vicarius electus à Diffinitorio eſt Officialis Ordinis.
Impugnatur hæc ſententia.
Iuriſdictio importat ius puniendi.
Vicarius iuriſdictionem non habet.
63. *Priuatus voce paſſiua, poteſt eſſe Vicarius Conuentualis.*
In maioribus Conuentibus Vicarius requirit conditiones Guardiani.
De quibus conditionibus hoc intelligatur.

60. Reſpondeo, quod ſupra diſtinctio data eſt inter *Vicarios in Capite*, qui nomine alio *Præſidentes* vocantur, (r) & *Vicarios à Diffinitorio* quidem electos, qui tamen in præſentia *Guardiani* nullam habent iuriſdictionem, & in ipſorum abſentia, ſi ſuccedunt, hoc eſt ex interpretata voluntate *Prouincialis*, qui poſſet, omiſſo *Vicario*, Præſidem Conuentui præficere; ac *Vicarios à Guardianis* deputatos, & ab eorum voluntate pendentes. Si loquamur de primis, clara eſt reſolutio negatiua quæſtionis, quia probatum eſt ſuprà tales *Vicarios*, ſiue *Præſidentes* habere iuriſdictionem ordinariam, & veros eſſe *Prælatos*; proindè voce actiua, & paſſiua priuati nequeunt ad tale officium eligi. Si verò de *Vicarijs* in tertio ſenſu loquamur, Quæſtio affirmatiuè reſoluitur, etenim tales iuriſdictionem ordinariam non habent, ſed delegatam à *Guardianis*, proindè non ſunt *Prælati*, vndè ad iſtos non extenditur priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ, ità vt hac priuatus, nequeat ſic delegari, vt etiam tenet *Sanctorus*. (s) Difficultas eſt reſpectu *Vicariorum*, qui, vt ſit in aliquibus *Prouincijs*, eliguntur per vota ſecreta *Diffinitorij*, proponente *Miniſtro*, vt fit de *Guardianis*; & de his ſatis confusè loquuntur rerum noſtrarum Scriptores *Rodericus*, *Miranda*, *Portellus*, & *Sanctorus*, nec aliundè rem explicant. Solutio autem quæſtionis pendet ab hoc, num ſcilicet tales *Vicarij*, poſſint dici *Officiales Ordinis*; res ſanè intricata eſt, ex eo, quod apertè de ipſa non loquuntur Statuta.

Dico ergo; quod tales *Vicarij* non ſunt *Officiales Ordinis*; & ad hoc, quod hæc veritas poſſit oſtendi, dicendum eſt, qui nam fuerint *Officiales Ordinis* à principio Religionis, & quandò inceperit hoc munus *Vicarij Conuentualis*. Ex *Textu* quidem *Regulæ* habemus *Officiales Ordinis* eſſe *Miniſtrum Generalem*, *Cuſtodes*, *Miniſtros Prouinciales*, ac *Guardianos*. *Vicarij Generalis* Officium antiquiſſimum eſt, licet non nominatum in Regula; cum, viuente *Seraphico Patre*, *Frater Elias* fuerit *Vicarius Generalis Ordinis*. *Diffinitoris Generalis*, ſiue *Prouincialis* munus, etiam antiquiſſimum eſt, licet ſub nomine *Diſcretorum* veniret. *Commiſſarij Generalis* officium inuectum fuit in Ordine per diſpoſitionem *Leonis X.* in *Bulla Vnionis*. *Ite & vos*, &c. anno 1517. *Commiſſariatus Prouincialis*, item *Procuratoratus Ordinis*, ac *Commiſſariatus Curiæ* varijs temporibus initium ſumpſerunt in Religione. *Vicarij* item *in Capite*, ſiue *Præſidentes* antiquitùs etiam fuerunt in domibus, in quibus numerus determinatus Fratrum non reperiebatur, ad conſtituendum Conuentum neceſſarius. Sed de *Vicarijs Guardianorum*, qui, ipſis *Guardianis*, præſentibus in Conuentu, eſſent ſic nominati, in antiquis Ordinis Statutis nõ reperitur. Siquidem in *Statutis Farinerijs* (t) habetur, quod *Guar-*

diani non poſſunt, quandò de domo egrediuntur, Vicarios inſtituere, niſi certos Fratres diſcretos, & ſecuros, & hoc de conſilio Miniſtrorum ſuorum, vel Cuſtodum; & in Statutis Alexandrinis (*u*) ordinatur, quod *poſſunt conſtituere Vicarium Cuſtodes, & Guardiani de conſenſu Diſcretorum, ſi caſus neceſſitatis id requirat*. Ex quibus *Statutis* euidenter apparet, quod tunc *Vicarij Conuentuum* minimè eligebantur per *Diffinitorium*, ſicut nunc. Inceperunt ergo fieri per electionem, ex præſcripto Conſtitutionum *Cardinalis Matthæi Protectoris*, qui ordinauit, (*x*) quod *Vicarij* in Conuentibus, in quibus erant 20. vel ad minùs 12. Religioſi, eligi deberent ætatis annorum 30. quæ Conſtitutiones fuerunt inſertæ in *Statutis Valliſoletanis*, in quibus (*z*) Statutum eſt, vt *Vicarij* eligendi, vltrà 30. annos ætatis prærequiſitos, haberent etiam 10. annos Religionis; quæ omnia fuerunt replicata in *Barcbinonenſibus*, (*a*) & in ſequentibus *Statutis* vſque ad noſtra tempora.

61. Licet verò tales *Vicarij* ſic eligi præſcribantur, non tamen aliqua iuriſdictio, vel adminiſtratio ab eiſdem *Statutis* ſibi data eſt, ob quam inter *Officiales Ordinis* poſſint connumerari. Perſpicuum enim eſt, quod vt ait *Aretinus* (*b*) *Officium eſt rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratio, ſiue cum præeminentia, & iuriſdictione, ſiue non*. Cum autem *Vicarijs Conuentuum* nulla, per Conſtitutiones Ordinis, aſſignetur adminiſtratio, non eſt vndè poſſint dici eſſe *Officiales in Ordine*. Quod magis patet ex eo, quod in *Statutis Barcbinonenſibus* (*c*) ordinatur, quod quacunque de cauſa vacet Conuentus, à Guardiano, inſtituatur à *Miniſtro Prouinciali Præſidens*, qui omnimodam facultatem habeat, ſicut *Guardianus*, & loquendo de *Vicarijs Conuentus* ſubiungit *Vicarij Conuentuum moribus, & vita probati ſint, & maximè idonei, & qui trigeſimum ætatis annum, & Religionis decimum attingerint, inſtituantur. Nulluſque* Præſes *nominetur, etiamſi præſideat in locis, in quibus minùs quàm duodecim Fratres viuere poſſint*. Et idem ſtatuitur in *Statutis Reformatis* (*d*) circà deputationem *Præſidentis*, caſu quo vacet per mortem, longam abſentiam, aut priuationem *Guardiani*, Conuentus. Ex his ergo *Statutis* aduertere licet, quod *Vicarius* nullam habet iuriſdictionem, & proindè Officialis non eſt; quia omnis Superiorum iuriſdictio in Religione vel *Generalis*, vel *Prouincialis*, vel *localis* eſt; *Vicario* autem Conuentus, neque *Generalis*, neque *Prouincialis* iuriſdictio competere poteſt, vt notum eſt, ſed neque *localis*, quia dum Guardianus Conuentui præeſt, alius Superior localis iuriſdictionem in eo habere non poteſt, aliter Conuentus eſſet monſtrum duo habens capita. Neque dicendum *Vicarium* eſſe etiam ipſum Superiorem, ſed Guardiano ſubordinatum; quia hoc falſum eſt, cum *Vicarius*, præſente Guardiano, nihil in Conuentu poſſit; neque vlla eſt Conſtitutio, quæ det, in tali caſu, vllam iuriſdictionem *Vicarijs*, neque in Clericis inſtruendis, (de quibus potiſſima videatur eſſe ratio) cum frequentiſſimè inſtituantur, vltrà *Vicarium*, *Clericorum Magiſtri*, quod non poſſet eſſe, ſi *Vicarij ex officio* hoc haberent. Pariter neque ex ſua inſtitutione habent *Vicarij* iuriſdictionem, caſu quo Guardianus abſit à Conuentu, quia liberum Guardianis eſt, Conuentus regimen demandare aut *Vicario*, aut alij *Præſidi* ſibi bene viſo, prout aliàs dictum eſt, & vſus in Religione obtinuit. Inſuper neque habet *Vicarius* iuriſdictionem, caſu quo Conuentus per mortem naturalem, ſeu Ciuilem Guardiani Superiore careat, quia non ſuccedit *Vicarius* in regimine Guardiano, ex hoc, quod, ex citatis *Statutis*, *Prouincialis* Conuentui vacanti debet inſtituere *Præſidem*, qui Conuentui præſit; imò ex eiſdem *Barcbinonenſibus* non poteſt à *Prouinciali Vicarius* nominari in *Præſidem* Conuentus, quod non eſſet, ſi *Vicarius*, ratione ſui officij, haberet ſuccedere Guardiano in Conuentus adminiſtratione; & ſi nunc in caſu tali ſuccedit *Vicarius*, hoc eſt ex præſumpta, vel expreſſa deputatione *Prouincialis*, cui, cum liberum ſit deſtinare, quem ſibi libuerit ad Conuentus regimen, ſi alium *Præſidem* non deſtinat, præſumitur, quod *Vicario* curam demandet; vel expreſsè hoc ſibi delegat; & tunc iuriſdictio *Vicarij* non eſt ex eius inſtitutione in *Vicarium*, ſed ex deputatione in *Præſidentem*. Cum ergò nullam iuriſdictionem à lege habeat *Vicarius*, non erit vllo modo *Officialis*.

62. Sed rogabis, ad quid ergo eius noua inſtitutio in Ordine, ſi nullam habet iuriſdictionem? Quodnam erit *Vicarij* munus? Dico, quod ad hoc inſtituti ſunt, vt ſint Coadiutores Guardianorum in re-

gi-

gimine præſeſtim Oeconomico; non enim conueniens erat, vt ad humiliora, (neceſſaria tamen,) Conuentus miniſteria curanda per Superiorem, (ſi Guardianus ex per ſe præſtare non poteſt,) ſuccedat primus *Diſcretus Conuentus*, qui ſemper eſt cæteris ætate, vel dignitate præſtantior; proindè conueniens fuit *Vicarium* inſtituere, cuius munus ſit, in talibus, & alijs negotijs Conuentus, ad nutum Guardiani, ipſius eſſe coadiutor. Pariter in dirigendis actibus publicis in *Choro*, *Capitulo*, *Refectorio* conueniens fuit, vt aliquis eſſe caput in abſentia, licet modica, ne ex incerta præſidentia vnius, vel alterius *Diſcreti*, tumultuarium euaderet regimen Conuentus. Ob hæc inſtituti ſunt *Vicarij*, qui fixum hoc habeant munus, quod tamen nullo modo ſapit iuriſdictionem; non enim habent poteſtatem *coercitiuam*, vt aliàs demonſtratum eſt, ſed ſimpliciter *directiuam*. Et licet *Statuta* dent illis ſuprà cæteros præcedentiam, non tamen ex hac poteſt inferri iuriſdictio, ſicut patet de præcedentia *Lectorum Theologiæ*, *ex-Prouincialium*, *&c.* qui præcedunt cæteros, non tamen per hoc habent iuriſdictionem ſuper illis, quos præcedunt; vndè concludendum eſt Vicarios Conuentuum non eſſe *Officiales Ordinis*. Quod ſi obijcias à *Statutis Generalibus Ordinis* (e) *Vicarios locales* connumerari inter *Officiales Ordinis*. Dico, quod Statutum intelligi debet de *Vicarijs localibus in Capite*, hoc eſt de *Præſidentibus*, qui independenter à Guardianis regunt Conuentum; non verò de *Vicarijs* hucuſque intellectis, ſiquidem iſti iuriſdictionem nullam habent, & ità etiam docet *Sanctorus*. (f)

Scio *Sanctorum* (g) tenere *Vicarios* electos à *Diffinitorio* eſſe *Ordinis Officiales*, quia eligentes tribuunt illis auctoritatem ſuo officio competentem; tribuunt pariter facultatem illis commenſuratam; & quia inſtituuntur, vt in abſentia Guardianorum eorum vices gerant, & tantam authoritatem habent, quantam ipſèmet Guardiani; & ad hoc citat ipſe *Compendium Priuilegiorum*. (h) Sed doctiſſimi Scriptoris ſalua reuerentia, rationes, quas tangit non cogunt. Electio enim *Vicariorum* tumultuaria eſt circà formam, in aliquibus enim *Prouincijs* *Vicarij* fiunt per vota ſecreta, in aliquibus ij tantùm, qui deputantur pro maioribus Conuentibus; in alijs fiunt à *Prouincialibus* tantùm, & leguntur in *Tabula Capitulari*; & in alijs deſignandi relinquuntur à Guardianis. Quod ergo fiant à *Diffinitorio*, non tribuit illis maiorem iuriſdictionem, quàm habeant aliter inſtituti, & cum facti non ſint *Ordinis Officiales*, vt *Sanctorus* ipſe fatetur, non per hoc euadunt Officiales, quia à *Diffinitorio* creantur. Quod magis patet ex hoc, quod *Diffinitorium* non creat illos, vt ex vi ſuæ inſtitutionis ſuccedant Guardianis in iuriſdictione, & òfficio, quia in longa abſentia Guardiani, ipſi deberent ex officio regere Conuentum, nec poſſet Prouincialis ſuper eos conſtituere *Præſidem*, quod tamen ex *Statutis*, & praxi paſſim fit, quandò *Vicarius* eſt Iuuenis, aut leuis armaturæ vir. Nec maiorem iuriſdictionem poteſt *Diffinitorium Vicarijs* dare, aut noui generis *Officiales* in Religione carere, quàm ſibi per *Statuta* detur, aut ordinetur; in *Statutis* autem nulla talis iuriſdictio *Vicarijs* datur, nec in *Conſtitutionibus* ordinantur tales *Officiales*, quales vult *Sanctorus* euadere ab electione *Diffinitorij*. Dat quidem illis *Diffinitorium* authoritatem correſpectiuam officio *Vicarij*, & quæ nam eſt? Dirigere actus *Chori*, *Refectorij*, & alios actus publicos in abſentia Guardiani, & circà illos facultatem coercitiuam non habet, vt aliàs diximus. Non habebit ergo iuriſdictionem, quia *iuriſdictionis præcipuus ſcopus eſt, vt eius, Magiſtratuſque authoritas pœnali aliquo ſemper defendatur iudicio*, vt dicitur in *Iure*. (i) *Lector* pariter, & *Clericorum Magiſter*, & *Chori Rector*, taliter electi in Capitulo, directionem habent circà ea, pro quibus eliguntur, ſed quia iuriſdictionem non habent, pariter non ſunt *Officiales Ordinis*; tales ergo etiam non erunt *Vicarij Conuentuales*. *Compendium* autem *Priuilegiorum* non loquitur de iſtis, ſed de *Vicarijs in capite*, aut *Vicarijs* regentibus tanquam *Præſides* ex præſumpta voluntate *Prouincialis*, de quibus ratio eſt diuerſa.

63. His ergo ſuppoſitis, dico, quod priuatus voce actiua, & paſſiua poteſt inſtitui *Vicarius*, ſaltem in Conuentibus minoribus, in quibus neceſſitas non eſt, quod *Vicarij* habeant conditiones eligendorum in Guardianos. Ratio eſt, quia *Vicariatus* non eſt *Officium Ordinis* propriè habens adnexam iuriſdictionem, vel adminiſtrationem, vt ſuprà demonſtratum eſt; cum autem priuatio vocis actiuæ,

&

& paſſiuæ inhabilitet ad promoueri per electionem ad *Officia Ordinis* tantùm, & non extenditur ad alia, puta *Lecturam*, *Confeſſionem*, & ſimilia, ſequitur, quod ad *Vicariatum* poteſt eligi. Dixi autem in Minoribus Conuentibus, quia ex *Statutis Reformatis* (l) eligendi in *Vicarios* pro maioribus Conuentibus debent habere conditiones eligendorum in Guardianos; vna verò conditio eſt, quod eligendus in Guardianum non ſit priuatus voce actiua, & paſſiua, vndè ſimiliter videretur dicendum de *Vicario*. Sed reuera hæc ratio non cogit, quia *Statutum* illud, requirens in *Vicarijs* conditiones Guardianorum, debet intelligi circà annos ætatis, & Religionis prout diſponunt *Vallisoletana* ſuprà recenſita, non verò de cæteris conditionibus. Siquidem *Vicarius* poteſt perpetuò durare per nouam electionem in Capitulo, ſeu Congregatione abſq; vlla vacantia in eodem, ſiue alio Conuentu, in quo immediatè fuit *Præſidens*, hoc enim nullo iure habetur prohibitum, & tamen Guardianus, ex Statutis, eſſe non poteſt; ità vt concludere non liceat, quod omnes conditiones eligendorum in Guardianos debeant eſſe pro *Vicarijs* principaliorum Conuentuum.

Nec dicendum, quod in iiſdem *Statutis Reformatis* (m) *Prouinciales* expleto officio non poſſunt eligi in *Vicarios*, vndè videtur, quod *Vicariatus Officium Ordinis* ſit, & ità ad hoc nequeat priuatus voce actiua, & paſſiua eligi. Negatur enim conſequentia, quia ex eodem Statuto prohibetur, quod ipſi nequeunt etiam eſſe *Confeſſarij Monialium*, nec per hoc ſequitur, quod *Confeſſarij Monialium* ſint *Officiales Ordinis*, prout infrà demonſtrabimus.

VI. Quæritur. An priuatus voce paſſiua poſſit institui Præſidens in aliquo Conuentu, aut Vicarius in capite per deputationem Prouincialis.

SVMMARIVM.

46. *Priuatus voce paſſiua non poteſt fieri Præſes Conuentus à Prouinciali.*
A ratione legis ad legem valet argumentum.
Quod prohibetur vna via non admittitur alia via.
Quomodo hoc intelligendum.

64. Reſpondeo, quod non, quantumuis enim in Textu, & Statutis Ordinis habeatur (n) ſolùm, quod priuatus voce actiua, & paſſiua non poteſt eligi ad Officium quoduis Ordinis, ità quod hæc lex, cum pœnalis ſit, & proindè ſtrictè interpretanda, non intelligi debeat, niſi de electione per vota Capituli, ſeù Definitorij, tamen contrarium eſt dicendum. Quia lex debet interpretari, vt habeat locum à ratione legis, quia vbicunque ratio militat, vel ceſſat, pariter militat, vel ceſſat ipſa lex, vndè valet argumentum de ratione legis ad legem, vt ſcribit *Lapus*, (o) proindè nunquam poteſt fieri interpretatio, per quam lex fine ſuo fruſtretur. Patet autem, quod ratio legis pœnalis, per quam in Religione aliquis punitur priuatione vocis actiuæ, & paſſiuæ eſt, vt, in vindictam commiſſi criminis, ſic punitus non poſſit conſequi, nec alios promouere ad *Officia Ordinis*. Si ergò fieret interpretatio legis, quod nempè priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ importaret conſecutionem Officiorum Ordinis per viam electionis ſolùm, & non ſimpliciter, eſſet fruſtranea lex pœnalis, priuationem vocis indicens; quia aliquis, qui ſic priuatus non poteſt per viam electionis promoueri ad officium, poſſet per viam inſtitutionis, ſiuè prouiſionis ad illum aſſumi, vndè lex illa pœnalis vana omninò redderetur, impeditus enim vna via, nempè per electionem, ſibi remaneret alia aperta ad eundem finem, puta per inſtitutionem, ſiuè prouiſionem. Et ad hoc optimè facit doctrina *Abbatis* (p) per quam exponitur illa Regula iuris. (q) *Cum quid vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti*, & eſt, quod quandoque aliquid prohibetur vna via, attento effectu, quandoque prohibetur aliquid vna via, attento modo; in primo caſu intelligitur prohibita etiam alia via, & omnis modus, per quem perueniri poſſit ad illum effectum; in ſecundo verò non prohibetur alius modus, ſiuè alia via; & iſti expoſitioni concordat *Gloſſa*. (r) Exemplum ſit, ſi edictum ponatur in Ciuitate obſeſſa, ne quis audeat egredi per portam Ciuitatis, non

non eſt licitum exire neque per murum, quia prohibitio eſt facta, attento effectu, ſcilicet, nequis exeat propter hoſtes, vndè omnis modus exeundi eſt prohibitus. Secùs autem, ſi fieret prohibitio, nequis exiret Ciuitatem per murum, nam tunc poteſt quiſquis exire per portam, quia prohibitio fuit, attento modo, ſcilicet ne violaretur murus Ciuitatis. In caſu autem noſtro priuatus voce actiua, & paſſiua prohibetur eligi ad officia Ordinis, attento effectu, indignum ſiquidem eſt, vt qui propter culpam tali pœna percellitur, ad *Ordinis Officia* aſſumatur; ſequitur ergo, quod ſi ſic priuatus non poteſt per viam electionis conſequi Officium Religionis, etiam prohibeatur omnis alia via, per quam ad illud poſſit perueniri.

VII. Quæritur. An priuatus voce actiua, & paſſiua poſſit eligi in Confeſſarium Monialium.

SVMMARIVM.

45. *Priuatus voce paſſiua quandò poſſit fieri Confeſſarius Monialium.*

65. Reſpondeo diſtinguendo. Vel enim ſimplex eſt *Confeſſarius Monialium* nullam habens iuriſdictionem, niſi earum confeſſiones excipiendi; vel habet iuriſdictionem in aliquos Fratres, qui, & ipſi inſeruiunt *Monialibus in Sacramenti* pœnitentiæ, ac aliorum adminiſtratione, vt in *Monaſterio S. Magdalenæ Neapoli*, ac *Conuentu Clariſſarum Auenionenſi*; & in Familia *Vltramontana*, & in *Germania*, pluribus in locis. In primo caſu liquet, quod *Confeſſariatus Officium Ordinis* non eſt, cum iuriſdictionem non importet; & ità poterit ad hoc munus aſſumi aliquis, licet eſſet voce actiua, & paſſiua priuatus, vt apertè habent *Statuta Generalia Ordinis*. (s) Si verò loquamur ſecundo modo, aliter eſt dicendum. Siquidem tales Confeſſarij ex hoc, quod habent Fratres ſibi Subditos, ab alio Superiore locali non dependentes, iſti reuera habẽt iuriſdictionem ſpiritualem in ipſos, & ipſi ſunt verè *Officiales Ordinis*. Vndè priuati voce, non poſſunt vllo modo ad tale munus aſſumi, quia verum eſt *Officium Ordinis*, vt tenet *Sanctorus*. (t)

VIII. Quæritur. An Prouincialis, ſeù Commiſſarius Viſitator poſſit Guardianum ſuſpendere arbitrio ſuo.

SVMMARIVM.

66 *Suſpenſio eſt priuatio incohata.*
Priuatio eſt capitis diminutio.
Pœna commenſurari debet delicto.
Pœna grauis, apud nos, non infligitur niſi per proceſſum.
67 *Suſpenſio interpretatiua quando ſit.*
Reſidentia Curatorum eſt de iure Diuino.
68. *Prælatus debet abſtinere à verbis iniurioſis in correctione.*
Poteſt circà hoc peccare leuiter, & quomodo.
Delinquere etiam grauiter, & quo caſu.
69. *Euagatio Religioſorum parit ſcandala.*
Reſidentia eſt de iure diuino, & grauiter obli[illegible]
Lectura S[illegible] [illegible]turum ſuo tempore neglecta, materia grauis eſt.
Cuſtodia Archiuij non curata eſt materia grauis.
70. *Prouincialis, & Viſitator poſſunt ſuſpendere Guardianum.*
Tamen in ſolis caſibus, in quibus priuatio incorritur.
Probatur pro Statuta Generalia.
Declarantur Statuta Reformata.
71. *Suſpenſio perpetua ſapit priuationem.*
Extrà illos caſus nequit Prouincialis, ſe ſolo, ſuſpendere Guardianum.
Et in illis caſibus vltrà bimeſtre non poteſt.
Prouincialis, ſe ſolo, nequit iudicialiter ſuſpendere Guardianum.
Suſpenſio vulnerat bonam exiſtimationem.
Guardianus, ſi ſuſpendatur, à Prouinciali, poteſt appellare.

72. Pro-

72. *Prouincialis non poteſt præcipere Guardiano, ſub pœna ſuſpenſionis, vt pœna tantum.*
Suspenſio, excommunicatio, & interdictum pari paſſu ambulant.
Leges quandoque concedunt maius, & denegant minus.
Prouincialis poteſt amouere Guardianum à regimine.
Et tali caſu non eſt ſuſpenſa in Guardiano iuriſdictio circà ſpiritualia.

RESpondeo, quod in hac quæſtione *Sanctorus* valdè implexus eſt, & non ità facilè haberi poteſt, quid reuera ipſe ſentiat; imò videtur inconſtans. Si quidem (u) primò dicit *Prouincialem*, vel *Commiſſarium Viſitatorem ad Obedientiæ exercitium, vel aliqualem mortificationem, quæ eſſet ſpecies pœnitentiæ ſalutaris, & ad breue tempus, Guardianum poſſe ſuſpendere*; & hoc *ſinè proceſſu, & per modum paternalis correctionis*; Secundò dicit *ſinè cauſa non poſſe Prælatos Guardianum ſuſpendere* ſuſpenſione, *quæ daretur tanquam pœnitentia ſalutaris, & ad mortificationem, ſiuè quæ irrogaretur tanquam pœna*. Tertio diſtinguit de ſuſpenſione, vt pœna. Quartò dicit ſuſpenſionem, vt pœnam *ferri non poſſe à Prælato, niſi præcedente iuridico proceſſu*. Quintò inſert peccare mortaliter *Prouincialem*, qui ex ſola generali inquiſitione Guardianum ſuſpenderet, niſi eſſet in delicto notorio. Sextò, quod Guardianus ſuſpenſus non debet ablegari à Conuentu, niſi eſſet ſuſpenſus *ob ſimultates, rixas, conturbationes Fratrum, & pacis violationem*. Septimò concludit *ſuſpenſionem, quam dare poſſunt Prælati, extrà Diſinitorij conſenſum, non poſſe eſſe perpetuam, vel ad tempus, quo Officium abſolueretur*.

Salua tamen ſemper tanti Viri reuerentia, non omnia, quæ dicit in hac quæſtione ſuſtineri poſſunt, imò vna Concluſio alteri contradicere videtur. Studio ergò indagandæ veritatis, non animo contendendi, eius concluſiones examinabimus, & ità vno, & eodem tempore quæſtio reſoluetur, & ſoluentur etiam oppoſitæ rationes.

66. Suppono autem primò cum eodem *Sanctoro* (x) ſuſpenſionem, vt pœnam induere *naturam priuationis inchoatæ, vel imperfectæ*: priuationem etiam ab officio maximam pœnam eſſe, eo quod mors ciuilis dici poteſt, imitans naturalem mortem, (quæ eſt *Ariſtotele* teſte) *Extremum omnium terribilium*, quia per priuationem, quis moritur *Dignitati*, vel *Magiſtratui*, & cum ex *Superiore* fiat *Subditus* ſtatum mutat, & *capite minuitur*, vt dicitur in *iure* (z) *ex facto hominis* vt explicat *Gloſſa*. Vt ergò ſuſpenſio eſt inchoata priuatio, erit etiam pœna grauis. Suppono ſecundò, grauem pœnam ſolummodo graui delicto eſſe applicandam. Iudex enim *pœnam metiri debet ex culpa*, & *proportionari pœna delicto*, nec *pœna eſt vlterius protrahenda, quam delictum fuerit in excedente repertum*, vt dicunt nonnulli *Textus*. (a) Suppono tertiò, cum eodem *Sanctoro*. (b) *Pœnam* grauem infligi non poſſe, niſi inſtituto legitimo proceſſu, vt probat ipſe *ex Statutis*. (c) Ex his ergò euidenter impugnatur prima concluſio, quod ſcilicet poſſit *Prouincialis* ad exercitium mortificationis, aut tanquam pœnitentiam ſalutarem, *ſuſpenſionem* ferre in Guardianum. Pœnitentiæ enim ſalutares non debent eſſe graues, & infamatoriæ, ſicut eſt *Suſpenſio*, ob quam Suſpenſus apud Religioſos malè audit; & ſi in his pęnitentis iniungendis *Superior* modum correctionis excedit, poteſt Subditus ab illis appellare, vt aliàs probatum eſt. Pariter *ſuſpenſio*, hæc pęna eſt, ſiuè ſit ad exercitium mortificationis, ſiuè ad punitionem delicti, & grauis pęna eſt, vt probauimus; & vt talis non poteſt infligi, niſi ex graui cauſa, vt fatetur *Sanctorus* concluſione ſecunda, & cauſa probata per proceſſum iuridicum, vt dicit idem concluſione quarta, ergò non poteſt extraiudicialiter, aut ex leui defectu & in foro paterno, vllo modo infligi.

67. Quod ſi dicatur *Sanctorum* non intellexiſſe de *ſuſpenſione ab officio* explicita, quando ſcilicet *Prælatus* dicit *ſuſpendo te à Guardianatu*, ſed tantùm de interpretatiua, quandò ſcilicet *Prælatus* mittit Guardianum ad alium Conuentum, non aperiendo mentem ſuam, quare hoc faciat, ſed ſub alio prætextu. Dico quod *Sanctorus* expreſsè loquitur de *ſuſpenſione vera*, & non interpretatiua; & de hac etiam magna eſſe difficultas, ſi abſque cauſà defectuoſa, & ad ſolam mortificationem, & exercitium patientiæ poſſet *Prouincialis* Guardianum interpretatiuè ſuſpendere; & ego dicerem, quod non; tum quia reſidentia in Curatis animarum, (vt ſunt

Guar-

Guardiani,) eſt de iure diuino, nec debet, cum læſione ipſius, indici exercitium virtutis, quod eſt ſupererogationis, tum quia, vt dicebam, talis ſuſpenſio, etiam interpretatiua, infamat ſuſpenſum tanquam ineptum regimini ex imprudentia, præcipitatione, negligentia, relaxatione, vel alia cauſa cauſa turpi. Imò *Sanctorus* ipſe ablegationem à Conuentu reputat grauiorem *Suſpenſione* in Conuentu, quia magis lædit famam taliter Suſpenſi, vt probat idem. (d) Non poterit ergo grauis hęc, & infamatoria pœna imponi ob mortificationem, ſed ſolùm ex cauſa graui, puta ex rixa, ſimultate, inquietudine, conturbatione, quam Guardianus cauſat in ſua Familia, quæ cum notoria ſit, vt ſuppono, eximunt *Prouincialem* ab inſtituendo proceſſu, ſine quo aliàs, non poſſet infligi, vt *Sanctorus* ipſe ex Statutis probat.

68. Nec *Statutum* allatum à Sanctoro probat intentum ſuum, quod ſcilicet ex leui cauſa poſſit *Prouincialis*, ad mortificationem, Guardianum ſuſpendere. Dò integrum Statutum. (e) *Prælati Ordinis in reprehendendis criminibus, modeſtis, ac temperatis verbis ſemper vtantur, ità vt nullo modo turbationis cauſa Subditis præbeatur. Qua modeſtia, & temperantia quoquè vtendum erit, quotiès ijdem Prælati ad Fratres capitulariter congregatos exhortationis verba proponunt, aut ſermocinantur. Qui ſecùs fecerit, corrigatur, vel etiam ſuſpendatur ab Officio, Superioris arbitratu.* Ex hoc aduerto grauem pœnam, & mitem relinqui arbitrio *Superioris*. infligendam Guardiano indebitè loquenti in correctione, vel exhortatione; ergo intelligendum eſt *Statutum*, quod pœna leuis, nempè *correctio*, adhibeatur, ſi Guardianus in loquendo leuiter deliquerit; pœna verò grauis, puta *Suſpenſio*, infligatur, ſi grauiter errauerit. Si quidem poteſt leuiter in culpa auſcultanda errare Guardianus, impetuosè loquendo, excandeſcendo, nec, debita charitate ſeruata, Subditum increpando: & cum culpa ſit tantùm venialis, & contrà charitatem in corrigendo, debet Guardianus ità culpabilis ſimili correctione à Prælato reprehendi. Poteſt etiam Guardianus in tali caſu, vel inſermocinando ad Fratres, mortaliter peccare: puta impingendo Subdito, vel Communitati infamatorium delictum, quod non fuit commiſſum; vel exprobrando genus maculatum; vel vilitatem natalium; vel crimen omninò occultum, & infamans, quod probari non poteſt, vel falſum. In tali caſu Guardianus eſſet caſtigandus, vt calumniator, & Subditi poſſent contrà illum agere actione iniuriarum, vt aliàs probatum eſt. In tali ergò caſu *Prouincialis* grauem pęnam, puta Suſpenſionem incutere poteſt Guardiano, non tamen abſque *Diffinitorio*, & non inſtituto proceſſu, niſi eo modo, quo in *Notorijs* proceditur; quia eſſemus in crimine *notorio*, vt patrato coram tota Communitate. Non ergò ex tali *Statuto* infertur concluſio à *Sanctoro* illata, puta, quod ex leui delicto, & ad mortificationem, poſſit *Prouincialis*, aut *Viſitator* Suſpenſione Guardianum percellere. Pariter ex quatuor Statutis, quæ ibi citat non poteſt haberi, quod pro leui culpa Suſpenſio à Prouinciali poſſit infligi. Non ex primo deſumpto ex Valliſoletano. (f)

69. Patet enim, quot ſcandala oriantur, & quantum damnum patiatur *Religio*, ex nimia vagatione Religioſorum, præſertim dyſcolorum. Si ergo *Prouinciales* in ipſa cohibenda ſegnes ſint, & notabiliter incurij, delinquunt in materia graui, tangente bonum publicum *Religionis*, & ideò Suſpenſione digni, quam debent infligere *Generales*, & vtinam hoc facerent. Nec ex ſecundò deſumpto ex eodem *Valliſoletano*. (p) Etenim Reſidentia, cum ſit de iure diuino; materia grauis eſt, & qui circà illam delinquit, grauiter peccat; & *Statutum* ipſum inibi, quod truncatum dat, ſic habet, *Si quis contrà huius Decreti* (de Reſidentia) *diſpoſitionem abſuerit, decernimus, & ſtatuimus, præter alias pœnas aduersùs non Reſidentes, ex Sacrorum Canonum iure præſcriptas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrunt, etiam Officio ſuſpendendum eſſe.* Supponit ergo *Statutum*, ſic Suſpendendum peccare mortaliter in non reſidendo, quomodo ergo ex hoc poteſt probari intentum, ſcilicet, quod ex leui culpa poſſit infligi *Suſpenſio*? Non ex tertiò ex eodem. (h) *Valliſoletano*, quia lectura *Statutorum* eſt materia grauis ſpectans ad totam Communitatem, cum enim nequeant ſeruari leges, niſi ſciantur, *Statuta* verò leges ſint *Religionis*, ſeruari nequibunt niſi ſciantur, & non ſciri, niſi publicentur per publicam lecturam: & perindè eſt, *Statuta* omnia negligere, & ipſa non curare, quod ſuis temporibus le-

Ll gan-

gantur. Ob id in eodem *Statuto*, loco citato, non ſolùm apponitur *ſuſpenſio*, ſed etiã *priuatio* Guardianis lecturam *Statutorum* negligentibus. Non ex quartò ex eiſdem (i) *Valliſoletanis*. Quia negligentia in *Archiuijs* cuſtodiendis eſt, & ipſa, in materia graui; ex incuria enim *Suſpenſorum* circà ea, pereunt ſcripturæ, & monumenta iurium *Religionis*, ob quorum defectum infinita damna, & præiudicia, ob vnius culpam, incurruntur; meritò ergo graui pęna *ſuſpenſionis* talis culpa caſtigatur. Ergo de primo ad vltimum in his *Statutis* nulla eſt culpa leuis, quæ *Suſpenſione* caſtigetur.

Apparet ergo ex his, quod ſi *Suſpenſio* ferenda eſt, hoc debet eſſe, vel in *notorijs*, in quibus non ſeruatur ordo iuris, & cum hoc in caſibus in quibus per *Statuta* irrogatur *Suſpenſio*; vel debet inſtitui proceſſus, & infligi per ſententiam, & hoc non à ſolo *Prouinciali*, ſed à toto *Definitorio* ferendam, vt *Sanctorus* ipſe (l) fatetur.

Quia verò *Statuta*, tum *Ordinis*, (m) tum *Reformationis* (n) concedunt, quod *Miniſtri*, & *Viſitatores* poſſint ſuſpendere *Guardianos*, & apud multos, ac pleroſque, viget opinio, quod *Prouincialis*, ad ſui arbitrium poſſit, *Guardianos* ſuſpendere. (o) Ideo quid tenendum ſit in hac graui, & quotidiana materia reſoluendum eſt.

16. Dico ergo, quod *Prouincialis* ex ſe ſuſpendere poteſt Guardianum, caſu quo commiſerit delictum, ob quod priuationem officij mereretur. Hoc autem probo ex Statutis Valliſoletanis, quæ ſe inuicem declarant. Iſta ergo in vno loco, (p) ità habent. *Prouincialis ex, cauſa legitima, poterit Guardianum Officio ſuſpendere, donec, & quouſque, Patribus conſultis, diffiniri poſſit, prout iuſtitia ſuaſerit*. Hoc *Statutum* reuera obſcurum eſt, eo quod non declarat quænam ſit cauſa legitima, ob quam quis poſſit ſuſpendi, & multo obſcurior redditur ex hoc, quod ſubiungit, *donec, & quouſque, Patribus conſultis, diffiniri poſſit, prout iuſtitia ſuaſerit*; non enim conſultatio hæc poteſt eſſe in Ordine ad *ſuſpenſionem*, eo quia ipſa iam ſupponitur irrogata; & dum conſultatio initur ad diffiniendum, quid iuſtitia ſuaſerit, oportet, quod ſit in ordine ad aliud, quàm ad *ſuſpenſionem*, quam *Prouincialis ex legitima cauſa*, & proindè, *iuſtitia ſuadente*, incuſſit. Sed tollitur difficultas ex alio loco, (q) eiuſdem *Statuti*, quod ſic habet. *Quod ſi Guardianus quiſpiam, ex Conſtitutionum præſcripto, priuationis pœnam ipſo facto incurrerit, Officio quidem, Prouincialis arbitrio, ſuſpendi poſſit*. Senſus ergo iſtorum *Statutorum* eſt, quod ſi Guardianus commiſerit crimen, cui imponatur pęna priuationis *ipſo facto*, *Prouincialis* poteſt ipſum ſuſpendere ad arbitrium ſuum, donec cauſa ipſius, iuxtà terminos iuris, à *Diffinitorio* decidatur. Ad hoc autem, quod *Prouincialis* ſuſpendere poſſit, oportet, quod ſit *ex legitima cauſa*, hoc eſt, ſecundùm legis præſcriptum concepta, & iuridica informatione capta, prout benè explicat *Sanctorus*. (r) Hoc autem declaro exemplo. Accuſatur *Guardianus* apud *Prouincialem*, quod abſque licentia ingreſſus ſit Clauſuram Monialium. Huic delicto debetur priuatio Officij *ipſo facto*. Poteſt nè *Prouincialis*, accepta *accuſatione*, ipſum ſuſpendere? Minimè, ſed debet, ad hoc, vt habeat cauſam *legitimè probatam*, proceſſum inſtruere, & Teſtes examinare. Poſtquam ſibi per Teſtes conſtitit de delicto, donec cæteri actus perficiantur, & *Diffinitorium* poſſit cogi ad ſententiandum ſuper priuatione, arbitrarium eſt *Prouinciali* ipſum Guardianum ſuſpendere. Et hic eſt germanus ſenſus *Statutorum*, qui magis aperitur, & confirmatur ex Statutis Ordinis *cap.* 8. §. 39. *num.* 9. vbi ſic habetur. *Liberum erit Prouinciali, vbi priuatio ipſo facto ſit imponenda, Guardianum vel Confeſſarium ſuſpendere, dummodo vltra tres menſes ſuſpenſio non deferatur. Sed infrà hoc ſpatium à Diffinitorio iudicetur*. Quod ſi in *Statutis Reformatis* (s) dicitur, *Non potrà* (Prouincialis) *priuare Guardiani, ò Confeſſori di Monache ſenza il Diffinitorio, quantunque li poſſa ſoſpendere per due, ò tre meſi al più*, ex quo *Statuto* apparet, quod *Prouincialis*, ad tempus determinatum, poteſt, ſe ſolo, Guardianum ſuſpendere. Reſpondeo *Statutum* hoc loqui coherenter *Valliſoletano*, ex quo deſumptum eſt, vndè in margine illius *Statuti Reformati* annotatur *Valliſolet*. 1593. indicans non aliud, neque nouum *Statutum* pro *Reformatis* conditum eſſe, ſed eſſe illud idem, quod pro Ordine vniuerſo latum fuit. Senſus ergo iſtius *Statuti Reformati* eſt idem ipſe, qui eſt *Valliſoletani*, & ità accipiendus; puta, quod, tali caſu, ſe ſolo, poſſit *Prouincialis* ſuſpendere *Guardianum*, quandò ipſe commiſit crimen, cui, *ipſo facto*, priuatio debeatur.

17. Nec

71. Nec faceſſit negotium, quod in *Statutis Reformatis* addatur tempus limitatum durationis Suſpenſionis *per due, ò tre meſi*, quod non habetur in *Valliſoletanis*. Quia Clauſula hæc eſt, non ad limitationem *Statuti Valliſoletani*, ſed ad declarationem. Quia *Suſpenſio perpetua* ſapit priuationem, vt dicunt *Doctores*, (t) per *Valliſoletanum* autem conceditur facultas ſuſpendendi, non priuandi. Quod ſi *Suſpenſionem* perpetuam poſſet *Prouincialis* infligere, poſſet realiter priuare, ſaltem quoad effectum realem, licet nomine tenùs diceretur ſuſpendere. Ex *Valliſoletano* ergo, concedente ſolam *Suſpenſionem* implicitè, habetur, quod eam non poſſunt *Prouinciales* perpetuam infligere. Et ideo *Statutum Reformatum* illud declarat, aſſignando tempus, vltrà quod non licet *Prouinciali* ipſam incutere, vt etiam declarat Statutum Ordinis ſupra citatum. Quod ſi vniuerſaliter liceret *Prouinciali* in caſibus, in quibus deberetur priuatio per ſententiam, infligere *Suſpenſionem* pro tempore ſibi benè viſo, poſſet fieri fraus legi; in delictis enim grauioribus, quibus pro pœna ordinaria ponitur priuatio, quæ maior eſt Suſpenſione, poſſet amico ſuo delinquenti minorem pęnam exrtaordinariam, puta *Suſpenſionem* adhibere, & ſic, ſe ſolo, pęnas minuere, quod non licet, vt aliàs dicemus, & ſic fraudari lex, & excuſari iniquitas.

Patet ergo ex dictis, extrà caſus, in quibus debetur priuatio, non poſſe *Prouincialem Suſpenſionem* ferre, & in illis caſibus, niſi per duos, vel tres menſes, vt interea proceſſus perducatur vſque ad ſententiam priuationis à *Diffinitorio* dandam. Quod euidentiùs patet ex hoc, quia clarum eſt, quod *Prouincialis* per ſententiam, ſe ſolo, ſuſpendere Guardianum non poteſt abſque *Diffinitorio*, vt patet ex *Statutis*. (u) Si ergo Guardianus commiſerit crimen, cui per *Statuta* debeatur *Suſpenſio*; *Prouincialis* ſe ſolo non poterit illam infligere. Quomodo ergo ſuſpendere poterit, ſe ſolo, extraiudicialiter, ſi, ſe ſolo, iudicialiter non poteſt? Vel ergo dicendum, quod ex quo delictum iuridicè cognoſcitur, aggrauetur, & hoc non, quia delictum, cum iam ſupponatur conſummatum, propriam grauitatem habet independenter ab inquiſitione. Vel quod plus poſſit *Prouincialis* in extraiudiciali cognitione criminis, quàm in iudiciali circà inflictionem pęnæ; & hoc non; tum quia minores debent eſſe pęnæ extraiudiciales, quia extrà ordinem, quàm iudiciales, quia debent ferri ordinariè; tum quia nulla poteſt aſſignari rationabilis cauſa huius diuerſitatis. Ergo dicendum eſt, quod *Prouincialis* ſe ſolo, & extraiudicialiter ſuſpendere non poteſt Guardianum, prout *Sanctorus* ipſe expendens *Statutum* (x) *Valliſoletanum* probat (z) ex grauitate pęnæ, quam affert *Suſpenſio*, quæ in Religione valdè lædit, & vulnerat bonam exiſtimationem. Sequitur ergo non poſſe *Prouincialem Suſpenſionem* infligere extrà caſus in *Statutis* expreſſos; nec ſe ſolo, & ſine debita inquiſitione, niſi delictum *notorium*, & inexcuſabile omninò eſſet. Vndè neque aliquod præcipere poteſt ſub pęna *Suſpenſionis*; tum quia in *Statutis* aſſignatæ ſunt pęnæ contrà inobedientes, & ipſas non poteſt *Prouincialis* alterare; tum quia ratione materiæ præcepti in eiſdem *Statutis* apponuntur pęnæ contrauentoribus, & illas pęnas nequit *Prouincialis* mutare; tum quia extraiudicialiter, & in foro paterno non poteſt grauem, & infamatoriam pęnam ferre, ſicuti eſt *Suſpenſio*. Quod ſi extrà caſus, vt præfertur, à *Statutis* determinatos, *Prouincialis* Guardianum ſuſpēdat; poteſt iſte appellare à *ſuſpenſione* illa, vt diximus ſupra *Tit. Canones quæſt. finali*; & ſic in ſuo regimine permanere, quia nulla eſt pęna illa, cum ad eam non extendatur *Prouincialis* iuriſdictio. Et tandem, hucuſque probatæ concluſioni vltimum calculum addit Statutum Generale Reformationis *cap. 7. num. 6. & 7.* ſic habens *Dichiaramo, non incorrerſi la Scommunica, Carcere, Soſpenſione, Priuatione fulminata in queſti Statuti, ſe non vi ſia ſtata ſcienza, e deliberatione. Nè meno, quando ſi dice*, Ipſo facto, *s'incorra, ſe non dopò la dichiaratione fatta dal Giudice, il quale non farà tale dichiaratione ſe non doue ſia euidenza del delitto, & ordine di giuſtitia*. Si ergo, ex citato Statuto, ſententia *Suſpenſionis* non poteſt ferri niſi à Iudice declarante, poſt iuridicam diſcuſſionem, à fortiori non poterit ferri *Suſpenſio* à Prouinciali extraiudicialiter, & vt Patre; tum quia ſentententia Declaratoria incurſionis pęnæ Statutariæ minorem requirit iuriſdictionem in declarante, quàm Deciſoria, in qua Iudex regulatur ab arbitrio: quod ſi illa, in caſu, non poteſt ferri niſi iudicialiter, ſequitur quod eadem *Suſpenſio*

non poterit ferri per Deciſoriam, niſi iudice. Tum quia ſi Declaratoria talis non poteſt fieri niſi à Prouinciali, vt Iudice; non poterit deciſoria talis ferri ab eodem, vt Patre, extraiudicialiter, & ſine voto Diffinitorij.

72. Intelligo autem non poſſe *Prouincialem* præcipere ſub pęna *Suſpenſionis*, quæ nempè ſit pura pęna; non autem ſub pęna *Suſpenſionis*, quæ ſit cenſura. Quia ſicut poteſt iubere ſub pęna *excommunicationis*, ità pari modo idem poterit ſub pęna *Suſpenſionis*, & *interdicti*, quia iſtæ tres cenſuræ pari paſſu ambulant, vt dicitur in *iure*. (a) Ratio autem diuerſitatis nulla eſſe poteſt, niſi quia ſic leges voluerunt, quæ aliquoties, ex motiuo ſibi benè viſo, concedunt, quod eſt maius, negato, quod eſt minus, quia hoc minus poteſt aliquoties conturbare Rempublicam magis, quàm quod eſt maius. Reuera enim longè maior pęna eſt *excommunicatio*, quam *priuatio Officij*, tamen poteſt *Prouincialis* ſe ſolo Subditum excommunicare, aut ſub pęna excommunicationis aliquod præcipere, nec per hoc poteſt Guardianum Subditum, ſe ſolo, Officio priuare, aut ſub pęna priuationis Officij illi aliquid iubere, licet priuatio Officij ſit vnus ex effectibus excommunicationis. Ità licet maior ſit *Suſpenſio*, vt cenſura, quam *Suſpenſio*, vt pęna, imò *ſuſpenſio ab officio*, quo ad iuriſdictionis ſpiritualis, & temporalis exercitium, ſit vnus effectus *Suſpenſionis*, vt cenſuræ vniuerſaliter latæ, tamen *Suſpenſionem*, *vt cenſuram* ferre poteſt *Prouincialis*, & ſub pęna talis cenſuræ aliquod præcipere Guardiano, quod tamen pręcipere non poteſt ſub *Suſpenſione ab Officio*, vt pura pęna, & hoc non alia ex cauſa, niſi quia ſi liceret hoc *Prouinciali*, poſſet nimis conturbari Religio ex frequentibus *Suſpenſionibus ab Officio* illatis contrà Guardianos ſibi non adhærẽtes, & oppoſitæ factionis, quod non poteſt nunc, quia eſt alligatus *Diffinitorio*.

Quæ autem hucuſque dicta ſunt, intelligo de *Suſpenſione ab Officio Prælaturæ* propriè dicto, quandò nempè *Superior* dicit, *Suſpendo te ab Officio*, ſiuè Suſpenſum relinquat in ſuo Conuentu, ſiue aliò mittat. Non tamen nego quin *Prouincialis* poſſit ex graui cauſa, puta vel ex malo eius regimine, vel ex inimicitia cum perſona potenti extrà *Ordinem*; vel ex alio motiuo iuſto, Guardianum amandare in alium Conuentum. Licet enim ſit ſuſpenſa in actu exercito eius adminiſtratio circà Oeconomiam, & gubernium politicum Conuentus, non tamen poteſt dici ſuſpenſus, quia ſibi remanet iuriſdictio circà ſpiritualia; & ſi tranſiret fortè per Conuentum ſuum eundo ad alium locum, pro illo tempore, pro quo eſt in Conuentu, tenere debet locum ſuum, & adminiſtrationem nanciſci, quia nullo modo ſuſpenſus dici poteſt, licet in alium Conuentum ſit amandatus. Et hoc modo poſſunt *Prouinciales* practicare *Suſpenſionem* Guardiani, quia tali pacto eſt ſibi permiſſa.

IX. Quæritur. Quot, & quales Carceres in vnaquaque Prouincia eſſe debeant?

SVMMARIVM.

73. *Carceres debent eſſe in omnibus Conuentibus principalioribus Prouinciæ.*
Cauſæ huius ordinationis Statutariæ.
Debent eſſe carceres ſecuri, humani, & lucidi.
Lex Ciuilis erga carceratos humana.

74. *Carceres ſubterranei non admittendi, & tollendi.*
Ponens aliquem in carcere, ex quo veriſimiliter eſt moriturus, morte ſecuta, eſt irregularis.

73. Reſpondeo, quod quoad numerum carcerum in *Statutis Generalibus* diſponitur, (b) quod *in omnibus locis, ſaltem in præcipuis Prouinciæ, habeantur Carceres*. Hoc verò ſalubriter ordinatum eſt ad hoc, vt in omnibus Conuentibus habeatur locus pœnalis ad coercendos inobedientes, & Rebelles. Cum enim, vt aliàs diximus, & iterum dicemus, *Superiores locales* poſſint Subditos contumaces, & Rebelles incarcerare, ſicut, & Apoſtatas, & atrocis criminis Reos de fuga ſuſpectos, expedientiſſimum eſt in Conuentu carcerem tutum habere ad ipſos compeſcendos, ne cogantur, cum graui Religionis iactura, Religioſos ſontes vinculatos, aut ſatellitibus ſtipatos, mittere in carcerem in alijs Conuentibus, tranſeundo per Vrbes, & Oppida, aut in publicos carceres tradere, ſi id exigeret maioris damni peri-

periculum, quàm quod eueniret ex ſcandalo ſæcularium, vt benè ponderat *Sanctorus*. (c) Quoad qualitates autem Carcerum, in ſupracitato *Statuto* præſcribitur, quod ſint *Omninò fortes, humani tamen, & lucidi, vt Carcerati Diuinum Officium recitare, & ſpirituali Lectioni vacare valeant*. Securitas ergo in carceribus primò requiritur ex eo, quod, vt diximus, regulariter ad cuſtodiam Reorum adhibentur, ad quàm inepti ſunt carceres non ſecuri. Debent autem eſſe ſufficienter *lucidi*, vt Carcerati legere poſſint, tum horas Canonicas, tum alios libros ſpirituales, ad hoc, vt excitentur tum ad emendationem vitæ, tum ad ſupportandam pœnam illam pro ſuis Reatibus inflictam. Quod ſi erga Carceratos humanitatem oſtendere Laicos, docet *Lex Ciuilis*, (d) multò maiorem ipſis exhibere, docere debet *Lex Charitatis* Religioſos erga Fratrem, cui non mors, ſed correctio per carcerationem quæritur: & indecens eſt minùs pios erga Fratres eſſe Eccleſiaſticos, quàm Sæculares erga proximum.

74. Proindè tollendi omninò ſunt carceres ſubterranei, lumine carentes, tetri, horridi, fœtentes, qui potiùs vocandi ſunt ſepulchra viuentium, quàm domicilia iuſtitiæ Religioſæ vindicantis, vt fusè proſequitur *Sanctorus*. (e) In illis enim cauſantur, maximè ex humiditate, infirmitates incurabiles, & frequenter etiam mors. Ideò. *Prælatum Regularem* cenſeri homicidam, & irregularem, ſi ad cuſtodiam ponit Religioſum in Carcerem, in quo veriſimiliter eſt moriturus, ſequuta morte, ex *Antonio à Spiritu Sancto*, & *Blaſio* probat *Sgroi*, (f) cui ſubſcribit *Paſſerinus*. (g)

X. Quæritur. Quis poſſit carcerare?

SVMMARIVM.

75. *Carcerem dare ad pœnam, ſpectat ad Diffinitorium.*
In notorijs, Prouincialis, vel Viſitator idem poteſt.
In tribus caſibus poteſt Guardianus ſic incarcerare.
Guardianus poteſt incarcerare contumacem, ſed non excarcerare eum.

76. *Carcerare ad Cuſtodiam omnes Superiores poſſunt.*
Et etiam Diſcreti Conuentuum in abſentia Guardiani.

75. Reſpondetur diſtinguendo, puta de carcere ad *pœnam*, vel ad *Cuſtodiam*. Infligere carcerem *ad pœnam* ſpectat ad totum *Diffinitorium* regulariter. Ratio eſt, quia talis carceratio non poteſt fieri, niſi per ſententiam, ad ſententiandum verò requiritur integrum *Diffinitorium*, vt cauetur in *Statutis Ordinis*. (h) *Prouincialis* item ſolus, ſicut & *Commiſſarius Viſitator* poterit, in ſententia aliquorum, ad pœnam incarcerare in caſibus notorijs, in quibus in *Statutis* inflicta ſit pœna carceris. Ratio eſt, quia in notorijs facti, quæ nulla poſſunt tergiuerſatione celari, non ſeruatur ordo iuris, nec pœna decernitur per ſententiam, nec ſcripto, vt aliàs dictum eſt; ſequitur ergo, quod Iudex tali caſu poteſt ſe ſolo, pœnam infligere abſque Collegarum conſilio, nullum enim requiritur conſilium, quandò inexcuſabiliter patet crimen, & patenter; & vltrà hoc clarè apparet de diſpoſitione legis certam pœnam tali crimini applicantis, vndè omiſſa conſultatione, ſolummodò pena debet executioni demandari. Hæc tamen opinio in praxi non eſt ſecura. Quia moraliter impoſſibile eſt, quod detur tale notorium, quod nō poſſit, in parte ſaltem obfuſcari, vndè meliùs ſemper eſt ad euadendas tricas, quod carcer detur *ad pœnam*, cum conſilio Diffinitorij. Pariter Guardianus, ſiue alius Superior localis in capite, poteſt ad pœnam incarcerare, & hoc in tribus caſibus. Primus eſt, quando Subditus impoſitam à Superiore locali pœnitentiam contumaciter adimplere renuit, vt dicitur in Statutis, & nos ſuprà abunde explicuimus. Secundus eſt, quando Subditus eſt contumax ad obediendum mandato Prælati, poſt trinam monitionem, vt habetur in *Textu*, (i) & de hoc ſuo loco dicemus. Tertius eſt, quando aliquem Religioſum Apoſtatam inuenit; ſancitur enim in Statutis Ordinis, (l) ità *Declaramus Superiores omnes, tam Prouinciales, quàm locales, poteſtatem ordinariam habere excommunicandi, capiendi, & carcerandi Apoſtatas, etiamſi aliarum Prouinciarum ſint, & ad ſuas diuerterint; in neceſſitate autem Fratres etiam Subditi capiendi Apoſtatas facultatem habeant, prout Apoſtolico indulto cautum eſt*. Aduertit autem

Sau-

Sanctorus (*m*) ex *Statutis Alexandrinis cap.7.* poſſe quidem Guardianum incarcerare ad pœnam Subditum inobedientem contumacem, vt præfertur, cum conſilio, & aſſenſu *Diſcretorum*; non poſſe autem inconſulto *Prouinciali* ipſum è Carcere dimittere.

76. Si autem loquamur de Carcere *ad Cuſtodiam*; dico, quod non ſolùm *Prouincialis*, & *Commiſſarius*, *Viſitator*, & *Commiſſarius*, ſiue *Iudex Delegatus* ad condendum proceſſum, poteſt incarcerare, (requiſito tamen voto *Diffinitorij*, aut aliorum proborum Patrum, vt decernitur in *Textu*, (*n*) vbi de hoc pleniùs dicetur.) Sed etiam *Superior* quiuis localis, *vbi periculum eſſet in mora*, *& delictum notorium*, *nec Prouincialis in proximo reperiretur*, poteſt incarcerare, vt ex *Textu* (*o*) ſuprà expoſuimus. Et hoc etiam ex epycheia cenſeo licere *Diſcreto*, qui, ex breui *Superioris localis* abſentia, Conuentum regit; militat enim eadem ratio, puta periculum fugæ in mora, ſiue magni inconuenientis, &c. & poteſt eſſe, quod ſi expectatur reditus *Superioris*, *Reus* fugiat, vel damnum graue *Religioni* adueniat: vndè expediens eſt, illud damnum conſecuturum anteuertere, per carcerationem *Rei* ad cuſtodiam.

XI. Quæritur. Quinam poſſint carcerari?

SVMMARIVM.

77. *Carcerari ad pœnam poſſunt Rei ſententiati ad carceres.*

Item delinquentes notoriè in crimine, cui carcer debetur.

Item Rei ſuſpecti de fuga.

Quid requiratur, vt quis poſſit carcerari.

Superuenientibus indicijs, poſt capturam, iuſtè detinetur.

78. *Inter Regulares aliæ cauſæ ad carcerandum requiruntur, quàm inter Laicos.*

Ratio diuerſitatis.

Debet adeſſe ſemiplena probatio delicti, vt Reus Regularis carceretur.

Et ſecundum aliquos probatio plena.

Et vlteriùs requiritur, quod Reus ſit ſuſpectus de fuga.

79. *Suſpicio fugæ vndè legitimè deſumatur.*

Carceratus ob delictum atrox, etiam poſt appellationem, non eſt excarcerandus.

77. RESpondetur autem per Superiorem diſtinctionem; de carcere *ad pœnam*, & *ad cuſtodiam*. Carcerari *ad pœnam* poſſunt, vel notoriè delinquentes in crimine, cui per *Statuta* carcer debeatur; vel *Rei* condemnati per ſententiam ad carcerem; & de his nulla difficultas eſt. Carcerantur verò *Rei* inquiſiti *ad Cuſtodiam*, ſi de fuga ſint ſuſpecti, vel ſi Arctatione qualificata opus eſt, ad confeſſionem criminis habendam. In hoc autem puncto carcerationis aliter ſe debent habere Regulares, quàm Sæculares, cum valdè diſpares ſint eorum perſonæ, ſicut & forum. Scio quidem apud Criminaliſtas haberi pro conſtanti, quod ad hoc, quod aliquis capiatur, & in carceres mittatur, oportet, quod contrà ipſum militet ſemiplena probatio reſultans ex grauibus indicijs, vel ex dictis vnius Teſtis omni exceptione maioris, vltrà conſtantiam de corpore delicti, & quod probatio talis ſit in actis deducta, & non tantùm extraiudicialiter habita, vt dicunt *Doctores*. (*p*) Quia ſi inquiſitus non poteſt, vt *Reus* interrogari, niſi contrà illum adſit ſemiplena probatio, multò minùs, ſine illa præcedente poterit quis capi, & ad carceres deduci. Imò nonnulli ſentiunt, quos ſequitur *Guazzinus*, (*q*) quod etiamſi aliquis, ſine præcedentibus indicijs, fuerit captus, ſi ſuperueniant indicia iuſtè detinetur; & quod iniuſtè captus pro vno delicto, poſſit iuſtè detineri pro alio, vt ſcribit (*r*) *Farinacius*.

78. Hoc autem minimè ſufficere apud *Regulares* cenſeo ad hoc, quod inquiſiti poſſint carcerari. Etenim alia eſt conſideratio Laicorum, alia autem *Religioſorum*. In tantùm enim Laicus ex cauſa vel Ciuili, vel Criminali poteſt carcerari ſiue delictum ſit leue, ſiue graue, in quantùm iſte faciliter poteſt ſe ſubtrahere à poteſtate *Iudicis*, vel fugiendo extrà ſuum territorium; vel ſe recipiendo in locum immunem; nullo enim alio vinculo alligatur; & ità ex quauis cauſa, etiam leui, intrat in Laico ſuſpicio fugæ; non ſic autem eſt de Religioſo; quia iſte alligatus voto Obedientiæ non poteſt à Conuentu diſcedere

abſque

abſque Iudicis, ſiue Superioris facultate; & ſi diſcedit duro, & inextricabili excommunicationis, & grauium pœnarum vinculo conſtringitur; non ergo præſumi poteſt, quod ex leui cauſa, vel pœna, quàm debet ſubire ob crimen aliquod, ſit ipſe fugam initurus, & maiori crimini, ac conſequenter grauiori pœnæ, ſe obnoxium redditurus. Ex hoc ergo ſequitur, quod illa cauſa, quæ eſſet ſufficiens *Iudici* Sæculari ad carcerendum Laicum, non debet ſufficere *Iudici* Regulari ad decernendam capturam contrà *Reum* Regularem, quia non ità faciliter intrat ſuſpicio fugæ in iſto, ſicut in illo. Pariter perpendendum eſt, quod carceratio non multum infamat Sæculares, vt notum eſt; non ſic verò eſt in *Religione*, in qua ex carceratione alicuius, licet ad ſimplicem Cuſtodiam, bona ipſius fama notabiliter læditur, vt habetur in *Textu* (*s*) infrà. Proindè non ita facilis debet eſſe carceratio *Regularis*, ſicut Laici; nec ſufficere ad illam, quod delictum ſit quoquomodo indiciatum, vt faciunt Laici; ſed debet adeſſe ſaltem ſemiplena probatio; imò *Antonius à Spiritu Sancto* (*t*) vult, quod delictum ſit probatum per duos, vel tres Teſtes conteſtes, & ideò plenè, ne Religioſus irreparabilem carceris iacturam, vt dicunt *Doctores* (*u*) ſubire cogatur. Hoc autem adhuc non ſufficit ad hoc, quod poſſit relaxari captura contrà *Regularem*, niſi ipſe ſit de fuga ſuſpectus. Poteſt enim, verbi gratia, aliquis eſſe conuictus de crimine, cui debeatur *priuatio Officij*, non tamen per hoc antè ſententiam carcerari poteſt, non enim ex pœna illa, quam debet ſubire, poteſt rationabiliter præſumi, quod ſit fugam initurus. Concluditur ergo tanquam firma concluſio, quod non poteſt vllo modo carcerari *Religioſus*, ob quoduis crimen, niſi rationabiliter à *Iudice*, vt dicetur infra, iudicetur eſſe ſuſpectus de fuga.

79. Difficultas verò eſt aſſignare Regulam, per quam aliquis poſſit dici de fuga ſuſpectus. Dico ergo, quod ſuſpicio fugæ deſumitur, vel ex conditione perſonæ, quandò *Reus* fuerit iuuenis, leuis, indeuotus, non multum ſpiritualis, qui extraiudicialiter auditus ſit velle fugere; aut viſus reculas ſuas in ſportula condere, quaſi iter meditans; vel clauſuram Conuentus circuire, ſcalas quærere, eas in hortum recondere, quæ omnia indicia ſunt fugæ meditatæ, vel etiam ſi aliàs ſolitus ſit fugere, iuxtà *Regulam iuris*. (*x*) Hæc inquam, faciunt indicium ad fugam; aliter enim præſumendum eſt de Iuuene, aliter de Sene; aliter de Sacerdote ſimplici, Clerico, ſiue Laico, aliter de Patre qualificato; de illis enim faciliùs habetur ſuſpicio fugæ, quàm de iſto. Ex qualitate verò delicti oritur ſuſpicio, quandò crimen eſt enorme, vt ſi ſit homicidij, hæreſis, veneficij, ſodomiæ, fornicationis, conſpirationis, &c. tunc enim dubium non eſt, quod recta ratio in ſuſpicionem fugæ inducit. (*z*) Hinc ſit; carceratum propter delictum atrox non eſſe liberandum à Carceribus, etiam poſt appellationem, quia eſſet illum ad fugam inſtruere. Secùs, ſi delictum non eſſet tale, quod Apoſtaſiæ grauiſſimæ non præponderaret, quia non debemus ſuſpicari, quod ad fugiendam minorem pœnam, velit quis incidere in maiorem, vt *Sanctorus*, & à *Spiritu Sancto* ibidem tenent. Sed de hac materia iterum redibit ſermo in alijs locis.

XII. Quæritur. An Regulares Carcerati poſſint compedibus, manicis, vel catenis conſtringi?

SVMMARIVM.

80. *In probabili periculo fugæ carceratus poteſt vinculari.*
Periculum vndè oriri poſſit.
Vincula, qualia debent eſſe.
Peccant mortaliter Superiores, vltrà fas, crudeliter tractantes carceratos.
In carcere dato ad torturam poſſunt adhiberi vincula.

80. Reſpondeo, quod ſi adeſt probabile periculum fugæ, poteſt *Reus* aſſecurari per compedes, aut catenas, vt dictum eſt in *iure*, (*a*) & hoc ſiue carcer ſit ad cuſtodiam, ſiue ad pœnam. Periculum verò fugæ oritur vel ex eo, quod carcer non eſt tutus, vel ex grauitate delicti, cui debetur pœna mortis; vel ex qualitate perſonæ vilis, vel potentis, ex adherentia, vel vi, fortitudine, & vafritie carcerati, & huiuſmodi. In his caſibus

ſibus poſſunt vltrà carcerem adhiberi vincula, non tamen ea, quæ pœnam, ſeu cruciatum inferant, ſed tantùm, quæ fugam impediant, vt dicitur in citata lege. Extrà hos caſus non licet carceratos vinculare, vt docet *Farinacius*, *(b)* & mortaliter peccarent *Superiores*, ſeu *Iudices*, qui immanes, & crudeles ſe exhiberent contrà carceratos, ipſos ſine cauſa vinculando, cibos ſubtrahendo, vel alio modo vltrà leges, & ſententiam cruciando, vt multis cumulatis probat *(c)* *Sanctorus*; Aduertit autem *Paſſerinus*, *(d)* quod, ſi carcer daretur ad torturam, vel ad pœnam, & non ad puram Cuſtodiam, ſi aliàs eſſet iuſta cauſa ſic torquendi *Reum*, poſſet carceratus vinculis, & compedibus alligari; cum enim *Rei* tortura pendeat ab arbitrio *Iudicis*, poſſet quidem per vincula *Index* hoc modo *Reum* torquere, vel ad eruendam veritatem, vel ipſum puniendo per ſententiam, cui conſentit *Farinacius*. *(e)*

XIII. Quæritur. Quæ nam ſint cauſæ, ob quas in noſtra Religione poſſit quis carcerari?

SVMMARIVM.

81. *Carcerari poteſt Reus delicti, pro quo pœna carceris in Statutis datur.*
Quænam ſint remiſſiuè.
Carcerari ad cuſtodiam, poteſt quis pro manifeſto, & enormi delicto.
Manifeſtum, ſiue notorium eſt, ſiue iuris, ſiue facti.
82. *Enorme delictum, quid poſſit dici?*
Criminum grauitas cognoſcitur à pœna per legem data.
Delictorum frequentia reddit graue crimen, quod de ſe eſt leue.
Plura furta multiplicans, fit Latro famoſus.
Etiamſi de præcedentibus furtis, fuerit punitus.
Conſuetudo delinquendi, quandò puniatur.
Perfidia, quid ſit.

81. RESpondeo, quod ſunt delicta omnia, quibus in *Statutis* apponitur pœna Carceris, & horum Cathalogum texit *Sanctorus*. *(f)* Nos verò alibi expendemus. Si verò carcer datur ad Cuſtodiam adeſt *Statutum Generale Ordinis* ſic habens: *(g)* *Carceri nullus poſſit mancipari, niſi pro manifeſto, & enormi delicto, vel exceſſu. Enorme delictum dicimus, vel ratione generis peccati, vt eſt inobedientia contumax, lapſus carnis, perfidia, Hæreſis, & ſimilia; vel ratione circumſtantiæ, vt frequens iteratio furti, etiam non notabilis. Et de alijs caſibus reſeruatis idem eſt iudicium*. Ex quo *Statuto* habetur, quod ad hoc, quod quis carcerari poſſit; vt ſuſpectus de fuga, ratione grauitatis criminis, vt ſuprà diximus, oportet, quod hæc duo copulatiuè requirantur, nempè crimen *manifeſtum*, & *enorme*. Hic verò accipitur *manifeſtum*, vt idem eſt, ac *notorium iuris*, quod eſt clara iudicialis confeſſio, vel inuincibilis probatio, & irretractabilis definitio, & conſurgit, vel ex conteſtium inſuperabilium depoſitione, vel ex iudiciali *Rei* confeſſione, vel ex *Iudicis* ſententia, vt ex quodam *Capitulo* probat *Sanctorus*. *(b)* Quod ſi, in notorio iuris, carceratio poteſt decerni, à fortiori idem dicendum erit de notorio facti, ſi tamen, cōſtaret vera delicti notorietas inexcuſabilis, quæ ſufficeret ad condemnationem, non ſeruato iuris Ordine, vt aliàs diximus. Notorium autem iuris, quod idem eſt, ac *manifeſtum*, de quo loquitur *Statutum*, non ſufficit, quod probari poſſit per Teſtes, ſed requiritur, quod ſit plenè probatum, vt paulò ſuprà diximus, & docet *Sanctorus* ibidem. *(i)*

82. Quò verò de *enormitatem* delicti, vltrà ea, quæ declarat *Statutum* prædictum exemplificando, poteſt ſtatui Regula, quod votorum eſſentialium, ſiue præceptorum eminentium *Regulæ*, ſeu diuinæ legis mortalis tranſgreſſio, maximè, ſi ſcandalum adſit, aut *Religionis* perturbatio, reddit crimen enorme, & hoc iudicari poteſt ex pœna appoſita in *Statutis* pro delictis. Siquidem criminum grauitas cognoſcitur à poſteriori ex pœnis, quibus vindicantur, vt volunt *Doctores*. *(l)* Frequentia etiam delinquendi reddit crimen enorme, licet de ſuo genere tale non ſit. Quia, quod modicum eſt in ſe, replicatione malignatur; ità vt ſit Doctrina communis, quod furta modica, ſi ſæpiùs committuntur, aggrauent pœnam,

ità

ità vt faciant latronem famoſum, ac furca dignum, vt deducit *Melchior de Fano*. (m) Ad verificandam verò frequentem iterationem furti rei, etiam non notabilis, (quę tamen ſit ſufficiens ad peccatum mortale, vt trium, vel quatuor iuliorum) ſufficit conſtare, quod tria furta commiſerit, quia ob tria furta conſtituitur famoſus latro, qui, & laqueo ſuſpendi debet, vt ex *Claro* firmat *Sanctorus*. (n) Et quod dicitur de furto, debet intelligi etiam de alijs criminibus replicatis, vt de percuſſione, Apoſtaſia leui, prouocatione, minis replicatis, & ſimilibus. Et licet de illis delictis fuiſſet ſemper punitus, tamen ex repetitione ſeueriùs caſtigatur, quia non punitur delictum, de quo ſemel fuit emendatus per pœnam *Reus*, ſed punitur conſuetudo delinquendi, quæ cenſetur crimen nouum, attento maximè, quod criminoſus, ſic correctus, non ſe emendauit, & ideò grauiùs puniendus eſt, vt optimè dicit *Sanctorus*. (o) *Perfidia* autem, de qua in citato Statuto mentio fit, accipitur pro defectione à Religione, vt accipitur ex *Iure*, (p) *perfidus* enim dicitur, qui fidem violauit, vt ex *Spiegelio*, & *Diaz* notat *Sanctorus* ibidem. (q)

XIV. Quæritur. Quid circà Carceratos obſeruandum?

SVMMARIVM.

83. *Carceratus ad pœnam priuandus eſt forma habitus.*
Forma habitus Minoritici, in quo conſiſtat.
Clericus tradendus Curiæ Sæculari degradatur.
Degradatio fit per ſpoliationem veſtis Clericalis.
84. *Carceratus ad pœnam non debet habere tonſuram.*
Tonſura pertinet ad formam habitus.
Carcerati communicantes in Paſchate debent tonderi.
85. *Carceratis petentibus confiteri, quandò concedi debeat Confeſſarius.*
Si Reus eſt in infirmitate periculoſa, non eſt denegandus ei Confeſſarius.
Debet in Paſchate concedi Eucbariſtia.
In die Paſchatis, Carcerati ponendi ad largam.
Et lautioribus cibis recreandi.
Extrà tempus Paſchale de facili non eſt illis concedenda Eucbariſtia.
86. *Qualibet ſexta feria debent ieiunare in pane, & aqua.*
Item ſe diſciplinare in publico Refectorio, ad aliorum exemplum.

83. RESpondeo, quod carceratus ad pęnam, debet priuari forma habitus Religionis, non quidem totaliter, ſed eius, quæ eſt diſtinctiua ab alijs Regularibus; tum quia ſic oſtenditur carcerari *Religioſum*, non quia talem, ſed quia peccatorem; tum quia cuculla, cui apud nos ſuccedit caputium, denotat innocentiam, qua ſpoliatus declaratur, qui ob delicta in carcere, tanquam peccator punitur. Quia verò forma habitus *Minoritici*, per quem Nos ab alijs ſecernimur, eſt *caputium*, & *chorda*, vt probat *Sanctorus*, (r) ideò Carceratus ad pœnam priuatur *caputio*, & *chorda*, ità diſponente *Statuto*. (s) *Tempore, quo Carcerati permanſerint ſine chorda, & caputio maneant*. Et multò magis, ſi damnatus quis eſſet ad perpetuos carceres, ad quos deſtinari poſſunt Religioſi *Rei* de crimine, propter quod in ſæculo pœna capitali punirentur. Sicut enim Clericus, Curiæ Sæculari tradendus, prius degradatur, & degradatio fit per detractionem veſtium ſuo officio conuenientium, vt diſponitur in quadam *Decretali*, (t) ita etiam *Regularis* damnatus ad pœnam vltimo ſupplicio ęquiualentem, debet quodammodò degradari, ſpoliando nempè illum forma habitus ſuæ profeſſionis.

84. Secundò, damnatus ad carcerem ſiuè perpetuum, ſiue ad tempus, quoad vſque manet in carcere, non debet tonſuram ſuo ſtatui congruentem habere. In Religione ſiquidem noſtra, non ſolùm Clerici, ſed etiam Laici Conuerſi habent formam tonſurę ſuæ, præſcriptam à *Statutis*; (a) illa ergo debent priuari, dum detinentur in carcere ad pœnam, tum quia tonſura etiam ſpectat ad formam habitus; & ſicut Carceratus priuatur iſta, ità debet priuari etiam illa: tum quia elicitur ex *Statutis*, (x) in quibus diſponitur, quod perpetuò Carcerati ſuſcipiant in Paſchate Sacram Euchariſtiam, *Barba, & Capite, de Religioſi more, anteà tonſi*, ex qua diſpoſitione per argumentum à contrario ſenſu, (vt

M m

(vt optimè infert *Sanctorus*, (z) qui plures eruditiones ad hoc punctum cumulat) cõcluditur, quod manentes in carcere tonderi non debent, aut ferre formam habitus ſui, concernentem tonſuram. Licet autem *Statutum* ſuprà datum ſtrictè debeat interpretari de damnato ad carcerem perpetuum, tamen ſeruari etiam debet in damnato *ad tempus*, quia eadem militat vtrobique ratio, & facit etiam conſuetudo *Religionis*, quæ ſic practicat, vt ſcribit *Sanctorus*. (a)

85. Tertiò. Carceratis Sacramentum Pœnitentiæ petentibus, concedi debet. Diſtinguendum verò eſt de tempore, quo ipſis debet indulgeri. Vel enim ſic carcerati poſſunt petere poſt informationem ab ipſis captam per examen; vel antè; ſi petunt poſt informationes captas, aut etiam poſt ſententiam, per quam ſunt damnati ad pœnam carceris, tunc abſolutè, toties quoties petunt, debet ipſis concedi Confeſſarius, qui eorum Sacramentalem Confeſſionem excipiat, conſoletur, ad tolerantiam pœnitentiæ animet, & ad emendationem inducat; & grauiter peccaret *Superior*, ſi Confeſſarium talibus Carceratis petentibus non indulgeret, vt benè *Sanctorus*. (b) Si autem loquamur de petentibus antè informationem Curiæ, diſtinguendum eſt, vel petunt determinatum Confeſſarium, à quo præſumi poteſt, quod inſtruantur contrà Curiam, (quod maximè eſt, quandò petunt determinatum Confeſſarium, nec alteri volunt confiteri,) & ſic delictum negent; vel petunt Confeſſarium quemcumque pro expianda conſcientia, & ceſſat præſumptio, quod poſſit ſimulari confeſſio in damnum Curiæ. In primo caſu poteſt licitè denegari copia illius Cõfeſſarij, ne Curia impediatur, & ſic docent *Marſilius*, & *Chartarius*; (c) Limitatur autem hoc, ſi nempè *Reus* eſſet in infirmitate, aut mortis periculo, tunc enim, nullo modo, debet ipſi negari Confeſſarius, ne animæ ſalus periclitaretur, quantumuis ſuſpicio vigeret, quod à Confeſſario poteſt inſtrui ad denegandum delictum. In ſecundò verò caſu debet concedi, ſed adhibenda cautela, vt nempè deſtinetur Sacerdos maximè deuotus; & Deum timens, de quo præſumi non poſſit, quod inſtruat *Reum* ad negandam veritatem, & impediendam iuſtitiam. Debet item ipſis concedi in Paſchate *Sacramentum Eucbariſtiæ* ex diſpoſitione *Statutorum Ordinis*, (d) & hoc, non ſolùm ratione præcepti Eccleſiaſtici, ſed etiam ob reuerentiam tantæ ſolemnitatis. Si enim Imperiales *leges*, vt habetur in *Codice* (e) indulgent, vt Carcerati, in die Paſchatis prima, è carcere educti, ponantur ad largam (exceptis tamen atrocibus criminibus;) à fortiori, in tali die, debent Religioſi carcerati, (in infirmaria tamen, aut alia Cappella ſecreta) *Sacram Sinaxim* ſumere, imò etiam lautiori cibo corporali reſtaurari; nec charitas patitur, vt omnibus fidelibus *Chriſti*, ob eius *Reſurrectionem* lætantibus, ipſi ſoli inedia, & carceris ſquallore contabeſcant, & ſpirituali cibo, & etiam corporali non recreentur. Licet verò *Statuta Ordinis* citata loquantur tantùm de damnatis ad perpetuos carceres; tamen debent etiam intelligi de damnatis ad carceres temporales, cum eadem militet ratio pro vtriſque. Extrà tempus Paſchale verò, etiam petentibus, non debetità faciliter *Eucbariſtia* concedi, vt etiam hoc ipſis cedat in pœnam, & proindè etiam emendationem. Hoc autem arbitrio charitatiui, ac prudentis *Superioris* committitur; cuius etiam diligentia eſſe debet, vt cuſtodia adhibeatur ipſis *Reis*, dum è carcere deducuntur, ne, occaſione *Sacræ Communionis* arrepta, fugam capiant, & ſub falſa ſpecie boni, ad noua mala perpetranda anſam ſumant.

86. Quartò. Carcerati ad pœnam quallibet ſexta feria in publico Refectorio ſe debent diſciplinare, & ieiunare in pane, & aqua, iuxtà *Statuta Ordinis*, (f) hoc autem fit non ſolùm, vt talis flagellatio, ieiunium, & confuſio, ea præſtandi coram Fratribus, ipſis cedat in pœnam, ſed etiam vt exemplo talis punitionis cæteri à delinquendo deterreantur, vt ſcribit *Sanctorus*. (g)

XV. Quæritur. Quænam pœnæ conſequantur carcerationem?

SVMMARIVM.

87. *Carcerati ad cuſtodiam nullam pœnam incurrunt.*

Carcerati ad pœnam actibus legitimis priuantur.

In arctatione, etiam legitima, irrogata non incurritur priuatio actuum legitimorum.

88. *Vt*

88. *Vt carceratio importet priuationem requiritur, quod illa fuerit formalis.*

Item quod ſit legitimè irrogata.

Carceratus ad Arctationem non incurrit priuationem.

Teſtis contumax carceratus, incurrit priuationem.

Factum non legitimè habetur pro minimè facto.

89. *Nullitas carcerationis oportet, quod ſit ex ordine iuris eſſentiali non ſeruato.*

Multa ſunt valida, licet illicita.

90. *Nullitas actorum eſt pœna Iudici.*

Excommunicatio abſque trina monitione eſt illicita, ſed valida.

Sic excommunicans eſt interdictus per menſem.

Iudex ſiue Ordinarius, ſiue Delegatus habet ius torquendi.

91. *Ius ſententiandi diffinitiuè reſidet in toto Diffinitorio.*

Ius carcerandi inobedientem reſidet in Diſcretorio Conuentuali.

Quandò valeat executio reſcripti facta ſine conſilio, quod eſt iniunctum.

Guardianus à iure habet, vt Rebellem incarceret.

Omittens conſilium Diſcretorum illicitè, ſed validè carcerat.

92. *Actus inualidatur, non ſeruata forma ſubſtantiali.*

Forma ſubſtantialis cenſetur, quandò apponitur clauſula irritans.

Actus, quandò irritetur.

Guardianus carcerans ſine Diſcretorum conſilio illicitè, ſed validè incarcerat.

93. *Carceratus à Guardiano in pœnam priuatur actibus legitimis.*

Guardianus non habet plenam libertatem carcerandi.

Carceratio facta à Guardiano, eſt mixta cum iuriſdictione Prouincialis.

Carceratus ex ordine Protectoris, aut Papæ, incurrit priuationem actuum legitimorum.

87. RESpondeo, quod ſi carcer eſt ad cuſtodiam, nullam pœnam prorſus ex illa *Reus* incurrit. Si verò detur ad pœnam incurrit priuationem actuum legitimorum, & hoc habetur ex *Statutis Ordinis* (b) ſic habentibus. *Carceris pœna eſt recluſio alicuius in aliquo obſerato loco, ſine caputio, & chorda, Generalis, aut Prouincialis authoritate facta, & conſequenter eſt actuum legitimorum priuatio. Nam ex quo quis eſt carceri mancipatus, eo ipſo, intelligitur actibus legitimis priuatus.* Ex quo *Statuto* clarè patet, quod priuatio actuum legitimorum ſequitur carcerationem, vt pœnam, non vt ad cuſtodiam datam.

88. Hic autem aduertendum eſt, quod non ſufficit ad irrogandam pœnam priuationis actuum legitimorum, quod carceratio fuerit in pœnam, ſed cum hoc, duo alia cumulatiuè requiruntur. Puta, quod carceratio fuerit formalis; hoc eſt cum priuatione caputij, & chordæ; & quod fuerit legitimè lata. Hinc eſt, quod licet carceratio, quæ datur in Arctatione qualificata ſit pœna, (quia vt habetur in iure (i) pena nomen generale eſt, quod complectitur omnem delictorum coercitionem;) & etiam ſit irrogata per ſententiam, puta interlocutoriam, (l) non tamen ad illam ſequitur priuatio actuum legitimorum, quia talis carceratio non eſt formalis; & per eandem rationem neque carcer, qui datur, vt Domus diſciplinæ; vel ſi daretur ad purgandam infamiam; quia in his caſibus non priuatur quis forma habitus. Carceratio autem in cogendo Teſtem contumacem, quia, (cum ſit in pœnam contumaciæ) debet eſſe formalis, infert priuationem prædictam. Ampliùs requiritur ad priuationem eandem incutiendam, quod carceratio fuerit legitimè irrogata. Cum enim id, quod legitimè non ſit, ſit nullum, & pro non facto haberi debeat, vt dicunt iura; (m) liquet, quod carceratio etiam formalis, illegitimè facta ſit nulla; & carceratus tali modo habendus eſt, ac ſi nunquam fuiſſet carceratus; vndè non poteſt affici tali priuatione.

86. Et hoc itē intelligi debet in omni caſu, in quo indebitè pronūcietur, quis fuiſſe incarceratus, vt multis probat *Sanctorus.* (n) Subtilem aduertentiam, circà indebitam carcerationem, diſſimulandam tamen non duco: & eſt, quod ad hoc, quod ad euadendam pœnam priuationis actuum legitimorum, vt quis dicatur indebitè carceratus, oportet, quod carceratio reddatur indebita ob eſſentialem iuris formam non ſeruatam, non verò ex alio capite. Dupliciter enim contingit, quod aliquis indebitè carceretur; primò quandò eſſentialis ordo iuris ſeruatus non eſt, puta ſi ali-

aliquis carceratus fuiſſet, vt Apoſtata, & poſteà pronunciaretur illum non incurriſſe apoſtaſiam; ſecundò quandò accidentalis ordo iuris ſeruatus non eſt, vt ſi *Prouincialis*, ſeu *Iudex Delegatus* aliquem *Teſtem* contumacem carceraret, non petito conſilio, & aſſenſu *Deſinitorij*, vt præſcribunt *Statuta Ordinis*, & *Textus*. (*o*) In primo caſu liquet carcerationem eſſe nullam; quia, cum ſupponatur facta contrà eſſentialia iuris, haberi debet pro infecta, vt paulò ſuprà diximus. In ſecundo verò caſu non ſic, quantumuis enim *Prouincialis*, ſiue *Iudex Delegatus* carceret abſque aſſenſu *Diffinitorij*, tamen actus ille licet illicitus, non eſt inualidus. Ex hoc enim, quod *Textus Iudici* ſic carceranti, abſque aſſenſu *Diffinitorij*, apponit pœnam priuationis Officij, non autem inualidat actum, ſequitur, quod actus ille validus eſt. Quandò enim, ex non ſeruata forma eſſentiali, actus redditur inualidus, in *Textu* exprimitur eius inualiditas. Vt in vno loco, *ſinè bis*, (puta in Accuſatione Accuſatore, in Denunciatione charitatiua monitione, in Inquiſitione diffamatione,) *procedere Iudex non poteſt, aliàs proceſſus erit nullus*; & alibi, (*q*) *Per litteras miſſiuas, ſine nomine, nullus Iudex moueatur ad procedendum, inquirendumque, aliàs proceſſus erit nullus*; & in alio loco, (*r*) *Proceſſus, in quo de corpore delicti, præcipuè facti permanenti, ſi non conſtet, omninò eſt nullus, &c.* Dum ergo in illo *Textu*, (*ſ*) ſic habetur. *Carcer, qui ad Arctationem datur, ſine conſenſu Diffinitorij dari non poteſt, qui etiam Domus diſciplinæ dicitur*; & in alio, (*t*) *Torqueri nullus poteſt, niſi ex conſilio, & aſſenſu Deſinitorij: Qui ſecùs fecerit Officio priuandus venit*, patet, quod ex hoc, quod ſola pœna priuationis officij, ſic Torquenti apponitur, & nulla fit mentio de nullitate actus, talis carceratio, eſt quidem illicita; ſed tamen valida; & lex illa, in reſpectu ad actum, eſt purè directiua, licet in ordine ad *Iudicem*, ſit pœnalis.

90. Et euidentiùs patet ex hoc, quod pœnæ non ſunt augendæ vltrà expreſſa in iure, nullitas autem actuum ſuorum, pœna eſt *Iudici*, quandò ex ſola legis prohibitione fit nullitas, vt (*u*) docet *Iaſon*, & *Caſſadorus*, & alij; Dum ergo *Iudex*, ità carcerans abſque *Diffinitorio* punitur pœna priuationis Officij, & alia pœna non apponitur in lege, non poteſt ipſi cumulari alia pœna, vt eſſet actuum nullitas.

Patet verò in ſimili de *Iudice* excommunicante, qui ex diſpoſitione *Canonum*, (*x*) debet præmittere trinam monitionem; qui ſi illam omittit, punitur quidem *Iudex* pœna Interdicti per menſem, & alijs pœnis, vt habetur in *textu*, (*z*) & *gloſſa*, non tamen per hoc excommunicatio eſt nulla, ſed valida, licet illicita, ſiue iniuſta, vt habet *Gloſſa* (*a*) communiter recepta. Ità licet, in noſtro caſu, *Iudex* aſſenſum *Diffinitorij* non requirat, punitur quidem pœna priuationis Officij, non tamen actus eius, puta carceratio, nullus redditur. Nec dicendum, quod nullus eſt actus procedens à non habente iuriſdictionem, & in illo caſu *Iudex* non habet iuriſdictionem carcerandi abſque *Diffinitorio*, vndè actus ille nullus dici debet; & ſit vt nulla eſſet ſententia diffinitiua à ſolo *Prouinciali* data, ità pariter nulla dicenda ſit interlocutoria data prò carceratione, abſque *Diffinitorio* à ſolo *Iudice*. Quia falſum eſt, quod *Iudex* non habeat iuriſdictionem torquendi, licet habeat eam alligatam ad conſenſum *Diffinitorij*: quia talis dependentia præſcribitur ſibi per legem directiuam, quo ad actum, vt dictum eſt, non verò ſub forma irritante actum. Vndè cum habeat iuriſdictionem condendi proceſſum, habet etiam torquendi *Reum*, cum tortura ſit inſtrumentum neceſſarium ad habendam veritatem. Nec eſt per ratio de ſententia diſſinitiua, quæ, à ſolo *Prouinciali* lata, eſt nulla, & de interlocutoria, per quam decernitur carceratio; quia, ad ſententiandum finaliter, *Prouincialis* non eſt *Iudex* ſolus, ſed habet *Diffinitores* coniudices, & ius ſententiandi reſidet pœnès totum *Collegium Diffinitorij*, ob id *Prouincialis* ſolus non habet iuriſdictionem ferendi ſententiam. Non ſic eſt autem de *Iudice* ad condendum proceſſum, ſiuè is *Ordinarius* ſit, ſiue *Delegatus*; etenim ſe ſolo inquirit, & in ſe ſolo reſidet ius fabricancandi inquiſitionem, & ſe ſolo fert interlocutoriam, etiam quandò à *Diffinitorio* exquirit conſilium, & aſſenſum ad carcerandum, proindè non inualidari poteſt eius actus, ex defectu iuriſdictionis.

91. Dicitur vlteriùs contrà ſupradicta, quod carceratio data à *Guardiano*, ſinè conſilio, & aſſenſu *Diſcretorum* eſt nulla, quia non eſt ſeruata forma actus à lege præſcripta, vt habet *Sanctorus*; (*b*) ergo nulla pariter cenſenda eſt carceratio facta à *Pro-*

à *Prouinciali*, ſeu *Delegato* abſque conſilio, & aſſenſu *Diffinitorij*. Ad hoc Reſpondeo tranſeat antecedens, & conſequentia negatur. Sicut enim, vt paulò ſuprà dictum eſt, ius ſententiandi diffinitiuè reſidet in toto *Diffinitorio*, & ob id *Prouincialis*, ſe ſolo ſententians, nulliter procedit, ex defectu iuriſdictionis, ità ius carcerandi reſidet in *Diſcretorio Conuentuali* ex Guardiano, & *Diſcretis* compoſito; vndè ſi Guardianus ſe ſolo carceraret, attentaret, quia abſque iuriſdictione procederet. Dixi autem tranſeat antecedens, vt tanto viro, vt *Sanctorus* eſt, reuerentiam conſeruarem. Tamen ſi ad calculos iuris examinetur illa propoſitio, non inuenietur ità vera, vt ſupponitur. Etenim, prout docet *Rodericus*, (c) valet executio reſcripti dati *cum conſilio, & aſſenſu alicuius*, licet illa minimè exquirantur ab Executore reſcripti, ſi aliàs talis Executor illud poſſet; valet inquam talis executio, licet Executor peccet. Stat autem, quod Guardianus cum ſit *Prælatus*, (& habeat proindè poteſtatem coercitiuam in Subditos, imò tantam poteſtatem habeat in ſuo Conuentu ſicut *Prouincialis* in *Prouincia*, & *Generalis* in *Religione*, vt docet idem *Rodericus*, (d) niſi lege limitetur) poteſt aliundè, (puta ex ſua ordinaria iuriſdictione,) quam per *Statutum*, Rebellem, ſiue inobedientem carcerare. Ergo licet peccet non ſeruando *Statutum*, & carcerando ſine conſilio, & conſenſu *Diſcretorum*, tamen actus ille non eſt nullus, ſed validus; puniri tamen debet Guardianus pęna malè, hoc eſt illicitè, non tamen inualidè carcerantium. Imò *Sanctorus* ipſe alibi (e) concedit poſſe Guardianum non exquiſito conſilio &, conſenſu *Diſcretorum* carcerare Rebellem notorium, ſi *Diſcreti* inter ſe colludant in negando aſſenſu, vel conſpirent in bonum Religionis; hoc tamen nullo modo eſſe poſſet, ſi requiſitio talis conſilij, & aſſenſus eſſet, ità neceſſaria, vt abſque ea actus redderetur nullus.

92. Quod verò addit *Sanctorus* nullam eſſe carcerationem illam, quia non ſeruatur in ea forma præſcripta; non conuincit. Siquidem forma non ſeruata inualidat actum, quando ſubſtantialis eſt, & tunc cenſetur talis, quando ipſi additur clauſula irritans, vt dicunt *Doctores*. (f) Cum verò irritatio actus multis modis importetur, ſciendum, quod quando alicui præcipitur, vt aliter facere non poſſit; ſi detur ei poteſtas agendi, quam non habet, ſed datur ſub conditione, *vt aliter non operetur, quàm ſibi præcipitur*, tunc actio facta, tanquam à non habente poteſtatem, eſt nulla, vt dicunt *iura*. (g) Sed ſi non datur poteſtas agendi; ſed habita excitatur, & mandatur; verbi gratia *Epiſcopo*, vt det beneficium alicui ſub tali forma; niſi cum mandato apponatur decretum irritans, forma illius mandati non eſt ſubſtantialis, & collatio aliter facta valet, vt patet ex quodam *Capitulo*. (h) Similiter ſi alicui præcipiatur, vt hoc modo faciat, & non aliter facere poſſit, attendi debet ſi per clauſulam illam negetur poteſtas faciendi validè, vel faciendi licitè. Nam in primo caſu irritat, in ſecundo non; vt ex (i) *Couaruuia*, & alijs probat *Paſſerinus*. (l) Applicando ergo ad intentum noſtrum patet, quod Guardianus iure *Prælaturæ*, Rebelles poteſt carcerare; non ergo ſibi datur poteſtas carcerandi per illud *Statutum*, in quo iniungitur, vt carceret cum conſilio, & aſſenſu *Diſcretorum*. Ergo talis forma ibi præſcripta non eſt ſubſtantialis, ita vt omiſſa illa vitietur actus. Pariter non habet clauſulam irritantem, quæ decernat actum in contrarium eſſe inualidum, nec illicitum, imò importatur per verba directiua, & non prohibitiua; concludendum eſt ergo, quod actus in contrarium non ſit nullus; ideò illud antecedens meritò eſt negandum,

93. Quia verò *Statutum* iniungens (m) Carceratis pœnam priuationis actuum legitimorum, videtur reſtringi ad carcerationem factam ex *auctoritate Generalis*, *ſeu Prouincialis*, ideò dubitari poteſt, an carceratus à Guardiano, in caſibus ſibi permiſſis, talem pœnam incurrat? Difficultati reſpondet *Sanctorus* (n) dicendo, quod ſi carceratio eſt ad cuſtodiam; non incurrit; ſed ſi eſt ad pœnam incurrit. Guardianus ſiquidem in duobus caſibus poteſt ſuum Subditum carcerare ad pœnam, primo quando iniunctam penitentiam pertinaciter ſubire renuit, vt dicitur in *Statutis Ordinis*; (o) Secundò quando eſt contumaciter inobediens, vt habetur in *Textu* infrà, (p) ſed nullum fundamentum reſolutionis aſſignat, nec propoſitam ex *Statuto* difficultatem attingit. Dico ergo, quod Carceratus à Guardiano in pœnam optimè incurrit pœnam priuationis actuũ legitimorum. Quia licet Guardiano, vt *Prælatus* eſt, conueniat de iure communi po-

poteſtas coercitiua in Subditos tamen illa ſibi modificatur per *Statuta*, per quæ ſibi permittitur punitio delictorum leuium, & etiam nonullorum grauium in foro paterno tantùm, vt in *Textu*, (*p*) reſeruata *Prouincialibus* pnnitione grauiorum. Si ergo *Statutum* in illis duobus caſibus grauiſſimis dat Guardianis iuriſdictionem carcerandi, permittit quidem, quod ſibi de iure communi aliàs debetur, non tamen ità liberè permittit, vt talis carceratio ſit in ipſius plena libertate priuatiuè, quo ad alium. Hoc autem patet, quia ſi *Prouincialis* eſſet pręſens, dum Subditus eſt Gnardiano Rebellis, vel contumax, non Guardianus, ſed *Prouincialis* ipſum carceraret; imò licet Guardianus facultatem habeat incarcerandi, minimè tamen poteſt ſemel carceratum iuſtè pro illis dellictis excarcerare, inconſulto *Prouinciali*, vt diſponunt quædam *Statuta*, (*r*) ex quibus duobus conuincitur, quod licet Guardianus propria iuriſdictione incarceret, non tamen in ea plenam habet libertatem, ſed eius iuriſdictio eſt vinculata, & mixta cum iuriſdictione *Prouincialis*, cuius eſſet, (ſi eſſet pręſens) carcerationẽ ordinare; & cuius eſt, carcerationis durationẽ taxare. Ex iſta ergo mixtione iuriſdictionum Guardiani, & *Prouincialis* fit, quod carceratio illa, licet à ſolo Guardiann inchoata, tamen dicatur facta etiam auctoritate *Prouincialis*, & ita reſoluendum eſt, quod ipſam ſubſequatur priuatio actuum legitimorum. Poteſt etiam aliter dici, nempè, quod *Statutum*, (*s*) diffiniens pęnam carceris, dum dicit, quod *eſt reclusio, &c. Generalis*, *vel Prouincialis auctoritate facta*, loquatur exemplificatiuè, non taxatiuè; aliàs ſequeretur, quod aliquis carceratus in pęnam auctoritate *Protectoris*, *ſeu Papæ* non incurreret priuationem actuum legitimorum, quod non eſt dicendum. Licet ergo ibi ſpecificetur tantùm auctoritas *Prouincialis*, & *Generalis*. tamen intelligenda etiam venit auctoritas Guardiani, ſi ipſe in pęnam, in caſibus ſibi permiſſis, incarceret, vt dictum eſt.

XVI. Quæritur: Quæ nam ſint pœnæ indebitè carcerantium?

SVMMARIVM.

94. *Carcerantes indebitè dicuntur à Sanctoro excommunicati.*
Sed hoc non habetur ex Statutis.
Indebitè carcerans actibus legitimis priuatur.
Carcerans indebitè per ſententiam punitur pœnis malè iudicantium.
Etiam ſi ſententia eſſet lata ſinè ſcripto.
95. *Carceratio dupliciter redditur indebita.*
Carcerans indebitè contrà ordinem iuris, incurrit excommunicationem.
Excuſatur Iudex à cenſura, ſi habet pro ſe opinionem probabilem.
Non autem ſi facit ex ignorantia.
Ignorantia iuris in Iudice non excuſat à delicto.
Ignorantia iuris ex culpa leui non obligat ad pœnam, ſed ad reſarciendum damnum.
Fallit quando damnum non poteſt reparari.
96. *Carcerans, abſque forma præſcripta à Statuto, incurrit tantùm priuationem actuum legitimorum.*
Reſpondetur iuribus in contrarium.
Probatur ex Statutis data deciſio.
97. *Guardianus carcerans Rebellem, abſque conſilio Diſcretorum, non excommunicatur.*
Reſpondetur rationi in contrarium.

94. RESpondeo, quod *Sanctorus* (*t*) ait, quod ſunt excommunicatio, & actuum legitimorum priuatio; & citat pro hac reſolutione *Statutum*. (*u*) Sed ex *Statutis* non habetur excommunicatio, ſed actum legitimorum priuatio tantum, vt patet ea legenti; & refertur in *Statutis Generalibus Ordinis*, (*x*) illud *Statutum* ſic *Carcerari nullus poſſit niſi pro manifeſto, & enormi delicto, vel exceſſu, & qui aliter indebitè quempiam incarcerauerit, omnibus actibus legitimis priuatus ſit*. Verum benè eſt, quod indebitè carcerantes, ſiuè ad cuſtodiam, ſiue ad pęnam, in caſu, de quo infrà, incurrunt excommunicationem maiorem; hoc tamen nullo modo eſt ex diſpoſitione huius *Statuti*, in quo non fit mentio de excommunicatione, ſed ex ſanctione *Canonis Siquis ſuadente*, vt modò dicam. Sed vt clariùs procedatur, diſtinguendum eſt de carcere ad *cuſtodiam*, & de carcere ad *pœnam*, illa enim poteſt fieri extraiudicialiter auctoritate Guar-

Guardiani, vel alterius non *Iudicis*, vt aliàs dictum eſt; & contigit in ſuſpectis de fuga, qui manifeſtè, & atrociter deliquerunt, Apoſtatis, & alijs, qui in *Statutis* exprimuntur; iſtà verò indigitur à *Iudice Ordinario*, vel *Delegato* per ſententiam. Secundùm ergo iſtam diſtinctionem poteſt reſponderi ad quæſitum. Si enim carceratio eſt ad *pœnam*, & per ſententiam à *Iudice*, & ſit indebitè data, Carcerans debet puniri pęnis *Iudicum* malè iudicantium, de quibus aliàs dicemus. Et licet non procederet per ſententiam ſcripto, vt in notorijs facti fit, adhuc ità puniendus veniret; quia facit officium *Iudicis*, dum ità incarcerat, & per accidens eſt, quod delictum ſententiam ſcriptam non requirat. Si autem eſt ad *cuſtodiam* data, tunc vlteriori diſtinctione opus eſt ad materiam enodandam.

95. Diſtinctio autem eſt in expoſitione illius termini *indebitè*; poteſt enim dici carceratio indebita ex eo, quod non ſeruatur ordo eſſentialis iuris, vel indebita ex eo, quod non ſeruatur forma accidentalis. Eſſentialis iuris Ordo eſt, quod capi non poteſt *Reus*, niſi delictum enorme ſit, notorium, aut plenè, vel ſemiplenè probatum, & cum hoc adſit præſumptio legitima fugæ in *Reo*. Accidentalis eſt, quod non poteſt quis carcerari, niſi cum conſilio *Diſcretorum*, ſiue *Diffinitorij*, vt aliàs dictum eſt. In primo caſu dico, quod ſic carcerans ad *cuſtodiam* non ſolum *actibus legitimis* priuatur, ſed etiam *officio*, & incidit in maiorem excommunicationem latam contrà inijcientes manus violentas in Religioſam perſonam. *Ratio* autem euidens eſt, quia in vt dicit *Sanctorus*, (a) cum contrà iuſtitiam agat, certè ſuadente Diabolo operatur; quia in *Iudice* lata culpa æquiparatur dolo; & ità *Iudex* incidit in pœnam *Canonis Si quis ſuadente Diabolo, &c.* Excuſaretur autem, ſi *Iudex* carcerans haberet opinionem probabilem, pro ſe, quia tunc præſumi non poteſt, quod operaretur cum dolo. Addit autem *Sanctorus*, quod excuſaretur etiam *Iudex*, ſi hoc faceret ex ignòrantia, quæ à cenſuris excuſat. Sed hoc non admitto; licet enim ignorantia cenſurarum excuſet ab incurrenda cenſura, vt communiter ſentiunt *Summiſtæ*, non tamen poſſet excuſari *Iudex*, qui per ignorantiam eorum, quæ ſunt ſui officij, *Reum* grauaret, indebitè carcerando. Si quidem hæc eſt ignorantia iuris, quæ iuxtà *leges*, non excuſat (b) à delicto, quia quilibet tenetur ſcire, quæ ſui iuris ſunt, & hæc ignorantia eſſet craſſa, & ſupina, quia poteſt ab alijs petere conſilium, & ità vincere ignorantiam, quod cum non fecerit, ignorantia ipſius æquiparatur dolo, & per talem ignorantiam non euadit *Iudex* delictum, nec liberatur à pęna delicti, vt pluribus locis docet *Panormitanus*. (c) Et licet ignorantia iuris procedens ex culpa leui, vel leuiſſima excuſet à pœna criminali, & obliget ſolummodo ad reſarcitionem damni, vt ex quadam lege probat *Cynus*; (d) fallit tamen, quando eſſet factus exceſſus, qui non poteſt puniri per reſarcitionem damni; quia tunc puniri poteſt (delinquens ex ignorantia) criminaliter, vt poſt *Felinum* docet *Ioannes Baptiſta Nicolaus*. (e) Patet autem, quod carceratio affert damnum irreparabile, vndè concludendum eſt, quod indebitè carcerans ex ignorantia, etiam cum culpa leui, aut leuiſſima, debet criminaliter puniri pœnis contrà indebitè carcerantes, ſiue violentiam, & iniuriam afferentes Religioſis; & ità maoriori excommunicatione.

96. In ſecundo autem caſu dum delinquit tantùm contrà formam à *Statuto* præſcriptam, non petendo conſilium, punitur tantùm pęna Statutaria, puta *priuatione actuum legitimorum*. Nec contrà hoc faciunt *iura*, (f) in quibur videtur determinari, quod nullus *Epiſcopus* vllam cauſam audiat ſine ſuorum Clericorum præſentia, alioquin ſententia ſit irrita, ex quibus iuribus *Rodericus* (g) deducit, quod *Generales*, *Prouinciales*, & à fortiori *Iudices* inferiores, nequeunt Regularem punire, non exquiſito conſilio *Patrum*, ſibi à Statutis præfixo, vt tradunt *Io. Andreæ*, *Butrius*, *Dominicus*, & *Oldradus*, quos ipſe citat, aliter actus nulli euadunt, vt multis probat idem *Rodericus* ibidem. Quia ibi loqpitur de punitione ptr ſententiam finalem, non verò de alijs incidentibus in cauſa, in qua ipſe procedit, ſeruata eſſentiali forma iudicij, & in iſtis, licet iure Statutario requiratur *conſilium*, & *aſſenſus Patrum*, non tamen, ſi omittatur, vitiatur actus, nec *Iudex*, aliter procedens, alia pęna, quam *Statutaria*, eſt percellendus.

Hęc autem diſtinctio quadrat etiam pro *Iudice* carcerante ad pęnam, ſiue *interlocutoriè*, vt in cogendo Teſtem contuma-

macem, ſiue diffinitiuè. Si enim carceret indebitè contra iuris formam eſſentialem, vtique iniuſtam violentiam infert Religioſo, & ſic incidit in excommunicationem. Si verò indebitè contrà formam accidentalem, quia ſine conſenſu *Diffinitorij* arctat *Reum*, & ipſum carcerat, ſola *priuatione officij*, & alia pena, *Generali* arbitraria eſt puniendus. Et hoc manifeſtè deducitur ex *Textu* infrà (*b*) ſic habente *Torqueri nullus poteſt niſi ex conſilio, & aſſenſu Diffinitorij Prouinciæ, vel ſi ratio id ſuaſerit aliquorum proborum, & peritorum Patrum. Qui ſecus fecerit, Officio priuandus, vel Generalis arbitratu puniendus venit*. Et ſubiungit parographo ſequenti. *Sine cauſa legitima, & legitimè in actis probata, nec Teſtis, nec Reus tormentis ſubijciatur ſub pœna excõmunicationis latæ in Canone*, Siquis ſuadente Diabolo, &c. *in Iudicem temerè procedentem, qui etiam Officio deſtituendus, &c*. En ergo apertertiſſima deciſio. In primo enim *Textu* apponitur pęna *Iudici* non reqnirenti conſilium, & aſſenſum in danda tortura; cuius tamen legitima exiſtit cauſa ipſam inferendi, & pęna *Statutaria* tantùm eſt, puta *Officij priuatio*. In ſecundo autem *Textu* punitur *Iudex*, violans formam iuris eſſentialem, torquendo contrà *leges Canonicas* ſine cauſa legitima, & legitimè probata, & ob id excommunicatione percellitur. Cum autem carceratio in Arctatione qualificata genus torturæ ſit, & par iniuria inferatur Religioſo, etiam in carceratione indebita, in pęnam per ſententiam diffinitiuam, liquet quod ſic carcerans, in vtroque caſu, indebitè contrà formam iuris eſſentialem, debet excommunicatione feriri; non verò indebitè contrà formam accidentalem.

97. Hinc minimè poſſum ſubſcribere *Sanctoro*, qui in *Commentarijs* (*s*) tenet, quod ſi Guardianus Subditum inobedientem incarceraret, non requiſito conſilio, & conſenſu *Diſcretorum*, *Reus* erit indebitæ carcerationis, & puniendus tanquam excommunicatus. Ex hoc enim, quod erret Guardianus circà formam iuris accidentalem, non petendo conſilium iuxtà *Statutum*, debet puniri pœna *Statutaria* tantùm; non verò excommunicatione, quæ tunc tantùm infligitur, quando contrà iuris formam eſſentialem alicui Religioſo violentia infertur. Quod ſi dicas ita iniuſtam, quia contrà leges *Statutarias*, eſſe carcerationem factam, non exquiſito conſilio, ſicuti contrà leges eſt carceratio in delicto, vel leui, vel non ſatis probato, vel extrà præſumptionem fugæ, & proindè in vtroque caſu iniuriam, & violentiam inferri Religioſo, vndè ſic iniuſtè carcerans debet incidere in excommunicationem. Reſpondeo negando paritatem; quia contra ius naturele, diuinum, & Eccleſiaſticum eſt, quod aliquis, ob leue crimen, graui pęna carceris percellatur; aut delicto non probato *Reus* damnetur; aut dum nulla interuenit ſuſpicio fugæ, ipſi libertas violenter per cuſtodiam adimatur; & ideò cum eſſentialis iudicandi Ordo peruertatur, contra omne ius, meritò actus illius *Iudicis* nuili ſunt, & inualidi, vt diximus, & *Iudex* excommunicationis mucrone iuſtè feritur, quia omninò iniuſtas, & violentas manus inijcit in Religioſum. Non ſic verò eſt quando tantùm conſilium aliorum à *Statuto* præſcriptum non requirit, habens aliter cauſas iuſtas carcerandi *Reum*. Tunc enim ſolummodò committit in legem humanam *Statutariam*, præſcriptam tantùm ad perfectionem, ſiue ſolemnitatem actus, vt dicebamus, & proindè etiam Statutaria pęna ſola eſt mulctandus.

XVII. Quæritur. An priuatio actuum legimorum, quæ conſequitur iuſtè Carceratum, & indebitè Carcerantem ſit perpetua?

SVMMARIVM.

98. *Pœna priuationis actuum legitimorum data Carcerato, vel indebitè Carceranti eſt perpetua.*
Diſpenſabilis eſt à Generali, vel Capitulo Prouinciali.
In Capitulo tali requiruntur omnia vota Capitularium.
Nomine Populi non venit ſolus Magiſtratus, ſed omnes de Populo.
Factum, vt ſit à Collegio, oportet, quod ſit à maiori parte Collegarum.
Collegium debet conſiſtere ad minus in duobus ex tribus partibus, quibus conſtat.
Pœna impoſita à iure eſt perpetua.

Reſ-

98. RESpondeo, quod iuſtè carceratus iuxtà *Statuta*, *(l)* licet liberetur à carcere, non tamen intelligitur liberatus à pœna priuationis actuum legitimorum, niſi reparetur per liberationem à *Generali*, vel *Capitulo Prouinciali*. Vndè, ſecundùm ſe, talis pęna perpetua eſt. Et aduertit optimè *Sanctorus*, *(m)* quod *Prouincialis* cum *Diffinitorio* ſolo, (licet in *Capitulo Prouinciali*) non poteſt *Reum* à tali priuatione releuare, ſed debent interuenire vota omnium *Capitularium*; quia nomine *Capituli Prouincialis* veniunt omnes, qui ſunt de gremio *Capituli*, & illud componunt; ſicut nomine *Populi* non venit *Magiſtratus* tantùm, ſed cætus omnium *Ordinum Ciuitatis*, vt dicitur in iure: *(n)* & non poteſt dici aliquid fieri, vel factum à *Collegio*, niſi interueniat maior pars eorum, qui ſunt in *Collegio*; argumento *(o)* cuiuſdam *Decretalis*: *& Collegium* ipſum conſiſtit in duabus ex tribus partibus, ad minus, vocandorum ad ipſum, vt ſcripſit *Abbas*. *(p)* Quia verò in *Statuto*, *(q)* quo decernitur indebitè Carceranti pœna *priuationis actuum legitimorum*, non apponitur durationis tempus, talis pęna eſt cenſenda perpetua: quia *Pœna de ſui natura perpetua eſt, ex quo tempus non adijcitur*, vt dicit quædam *Gloſſa*, *(r)* ſi imponitur à iure, & propter crimen, vt egregiè notat *Abbas*. Debet tamen, aut ſaltem poteſt, à *Diffinitorio*, (ſi punitus tali pęna eſt illi ſubiectus,) vel à *Generali Superiore* releuari, cum pęnarum duratio, (quando aliter in iure expreſſum non eſt,) vt plurimum *Superiorum* arbitrio relinquatur, vt ſcripſit *Sanctorus*. *(s)*

XVIII. Quæritur. Si, ſuppoſita legitima cauſa carcerationis, Reus appellet, an talis Appellatio ſuſpendat carcerationem, ità vt ſi Iudex, illa ſpretâ, incarceret, pœnas malè Carcerantium incurrat.

SVMMARIVM.

99 *Carcerans poſt interpoſitam Appellationem legitimam, aut non euidenter friuolam, pœnas malè iudicantium ſubit.*

Carcerans ad cuſtodiam, etiam interpoſita Appellatione, non incurrit pœnam.

Præſumptio tamen fugæ debet eſſe legitima.

99. RESpondeo diſtinguendo, ſi *Iudex* per interlocutoriam, vel diffinitiuam, decernat carcerem ad pęnam, vel Arctationem qualificatam, quæ vt diximus, genus pęnæ eſt, & *Reus* appellet, ſeruato ordine Appellationis, ità vt euidenter friuola non ſit, debet *Iudex* deferre Appellationi, vt aliàs diximus, & ſuſpendi carceratio; quod ſi aliter faciat *Iudex*, indebitè carcerat, & pęnis malè iudicantium ſubijcitur. Si autem decernit carcerationem ad cuſtodiam, tunc per Appellationem non ſuſpenditur carceratio, & *Iudex* carcerans non ſubit pęnam, nec dicitur indebitè carcerare, (ſi alioquin legitima ſit præſumptio fugæ,) tum quia talis carceratio non datur per ſententiam, ſed eſt *Iudici* arbitraria; tum quia ſi talis appellatio ſubſiſteret, vani eſſent carceres; ſiquidem omnes Delinquentes appelarent, & eluderent iudicium, vt ex *Iulio Claro* concludit *Sanctorus*. *(t)*

XIX. Quæritur, Qua pœna puniendus ſit, qui fugit de carcere?

SVMMARIVM.

100. *Carceratus iniuſtè poteſt legitimè fugere.*

Debet tamen recta via ire ad Superiorem.

Etſi Carceratio eſt notoriè iniuſta, cæteri poſſunt illi auxiliari in fuga.

Etiam contrà præceptum Superioris.

Præcepto euidenter iniuſto non parendum.

Fugiens à carcere, animo reuertendi, & reuerſus eſt, mitiùs punitur.

Fugiens, abſque carceris fractura, mitiùs puniendus.

In dubio præſumitur mala cura Cuſtodis.

101. *Fugiens ob ſæuitiam Iudicis, aut Cuſtodis, nullam pœnam incurrit, ſi vadat ad Superiorem.*

Eſt enim tacita Appellatio.

Cauſa tamen debet eſſe vera.

Si

Si cauſa fugæ eſt colorata, & itur ad Superiorem, ipſius arbitrio fuga punienda.

102. *Carceratus iuſtè, fugiens, eſt Apoſtata ſimpliciter.*

Dummodò fugiat ſine fractura carceris.

Carcer eſt locus Sacer, ſicut, & muri Ciuitatis.

Determinata pœna contrà effractores carcerum non eſt in iure Canonico.

Arbitrio Iudicis puniuntur.

103. *Si fugiens vltrà fracturam occideret, mutilaret, aut percuteret, conuenientibus pœnis eſt coercendus.*

Quæſitus ad carceres, fugiens è manibus quærentium, nullam pœnam incurrit.

Dummodò non exeat à Conuentu.

Si armata manu percutit, vel terret, vel minatur, puniendus eſt reſpectiuè.

Percutiendo cum moderamine, vt effugiat carcerem iniuſtè dandum, euadit pœnam.

Si carceratio non eſt euidenter iniuſta, aut excedens moderamen defenſionis, punitur.

100. RESpondeo diſtinguendo; vel Carceratus eſt *iuſtè*, vel *iniuſtè*. Si eſt Carceratus *iniuſtè*, & per vim, poteſt fugere abſque nota apoſtaſiæ, etiam vim inferendo Cuſtodibus, carcerem frangendo, etiam aſſumendo arma ad hoc faciendum, dummodò, recta via, recurſum habeat ad Superiorem, vt eum liberet à grauamine illato. Et ſi iniuſtitia carcerationis eſt notoria, poſſunt alij Religioſi ipſi conſilium, fauorem, auxilium, & inſtrumenta miniſtrare ad fugiendum, non obſtante quocunq; formali præcepto *Superioris* Carcerantis, etiam ſub pœna excommunicationis; nemo enim præcepto euidenter iniuſto parere tenetur, vt dicunt *Doctores*, (u) & ſic nullam incurrit pœnam. Nullam etiam ſubit pœnam, qui fugit à Carcere, animo reuertendi, & reuerſus eſt; nam iſte non punitur pœna ordinaria, ſed mitiùs, & hoc propter contemptum iuriſdictionis *Iudicis*, iuxtà culpam maiorem, vel minorem, *Iudicis* arbitrio, iuxta *Menochium*, & *Maſcardum*, quos dat (x) *Paſſerinus*. Pariter, qui fugit à carcere, nulla facta ruptura, ſed quia inuenit carcerem apertum ob negligentiam Cuſtodis, vel ob fracturam ab alijs factam, ſine tamen ipſius cooperatione, non punitur pœna ordinaria, ſed mitiori, iuxtà Criminaliſtas. (z) Et in dubio præſumitur mala cura *Cuſtodis*, & ad illum pertinet probare oppoſitum, vt ex *Matta*, & *Menochio*, probat (a) *Sgroi*.

101. Inſuper non incurrit pœnam fugientium, qui fugit ex cauſa iuſta, vt ſi fugiat ſæuitiam *Iudicis*, aut *Cuſtodis* Crudelis, qui cibum ſibi ſubtrahit, aut iniuſtè alio modo maletractat, & ità arripiat iter ad *Superiorem:* quia talis fuga rationem habet appellationis, vt deducitur argumento cuiuſdam *legis*. (b) Aduertendum tamen, quod cauſa debet eſſe iuſta, & honeſta, & talis, quæ ſufficiat ad iuſtam appellationem; vt omnem pœnam euadat. Sed ſi haberetur tantùm cauſa colorata, ſiue dubia; licet recurſus haberetur ad Superiorem immediatè poſt fugam, deberet puniri mitiori pœna arbitraria, vt ait *Paſſerinus*. (c)

102. Si verò iuſtè carceratus eſt, & fugit, pœna Apoſtatarum eſt puniendus, nam hic non habet iuſtum titulum ſe defendendi contrà *Iudicem*, qui procedit ex iuſtitia, ità *Doctores* poſt *Clarum*, (d) & proindè neque appellandi. Sed quia fugere poteſt cum fractura Carceris, vel ſine, ideò diſtinguendum eſt. Si fugit abſque fractura, tunc cum committat ſimplex delictum fugæ, non alia pœna, quam Apoſtatarum punitur; perindè enim eſt, ac ſi fugeret à Conuentu, nullam enim iniuriam infert carceri. Si verò fugit cum fractura carceris, eo quia Carcer locus Sacer eſt, ſicut, & muri Ciuitatis, vt dicunt *Iura*, (e) debet puniri. Vt autem relinquamus, quæ dicuntur in *Iure Ciuili* contrà effractores Carcerum, quia non faciunt pro *Regularibus*, dico, quod nec in *Iure Canonico*, nec in *Statutis* reperitur pœna ſtabilita contrà *Reos* effractores Carcerum, vndè *Clerici*, & *Religioſi*, ad inſtar regularum Ciuilium, poſſunt puniri pœna arbitraria, qualitatibus delictorum, & perſonarum conſiderata, vt ex *Farinacio* docet (f) *Paſſerinus*.

103. Et proindè, ſi, vltrà Carceris effractinnem, *Cuſtodem* occideret, mutilaret, vel percuteret, teneretur ad pœnas contra homicidas, ſacrilegos, vel percuſſores *Religioſorum*; vltrà pœnam Apoſtatis inflictam, & alia arbitraria ob effractum Carcerem. Quid autem, ſi *Religioſus* fugiat, antequam carceri mancipetur, vel antequam

quam capiatur, vel, poſtquam captus eſt, è manibus capientium elabatur? Dico, quod ſi iſte aſtu tantùm, aut pedum velocitate, aut alio ſagaci modo fugiat, & etiam ſi Captores tantùm minis, & verbis deterreat, eos tamen nullo modò offendendo, & extrà Conuentum non exeat, tam de iure, quam de conſuetudine, nullam pœnam incurrit, vt cum *Guazzino*, & *Scaccia* ſcribit *Paſſerinus*. *(g)* Si verò manu armata ligno, vel ferro, vel ſclopeto, minetur paratus ad percutiendum, vulnerandum, occidendum, aut percutiat, vulneret, occidat; vel à Conuentu fugiat; tunc debet puniri pœnis minantium manu armata, vel percutientium, vulnerantium, Apoſtatarum, &c. iuxtà *Ordinis Statuta*, vt dicetur alibi. Ratio eſt, quia cum iſte iuſtè capiendus ſupponatur, nullum iuſtum ius reſiſtendi habet, proindè actus illi ad reſiſtentiam ordinati iniuſti ſunt, & in illis delinquit, ac ſi eos feciſſet extrà actum capturæ. Sed ponamus, quod dum *Iudex* decreuit capturam contrà *Reum*, ſupponendo habere iuſtam cauſam carcerandi, *Reus* ſe defendat ne capiatur, & aliquem ligno percutiat, aut vulneret; poſtmodum ſententiatus appellet, & *Iudex ad quem* decernat malè, & iniuſtè fuiſſe carceratum, debet ne ſubire pœnas percutientium, vulnerantium, &c.? Reſpondeo, quod ſi ſe defendit cum moderamine inculpatæ tutelæ, puta vibrando arma ad terrorem tantùm, cum intentione ſola deterrendi Captores, & casù, & inopinatò ſecuta eſt vulneratio, vel mors alicuius; & *Reus* erat conſcius de ſua innocentia; & euidens ſibi erat iniuſtitia ſuæ carcerationis, nullam pœnam pati debet ob percuſſionem, &c. Quia reſiſtentia in cauſa iuſta erat, & ideò iuſtè etiam facta omnia, quæ ad illam tendebant; vndè nulla pœna poteſt iſte mulctari. Aliter verò eſt dicendum, ſi *Reo* non eſt euidens iniuſtitia capturæ; aut ipſe excedit modum inculpatæ tutelæ, quia tunc deficit iuſtitia qualificans reſiſtentiam, vt licitam, & deficit iuſtus modus ſe defendendi; proindè delinquit, & venit iure puniendus, licet non pœna ordinaria.

XX. Quæritur. Quas pœnas incurrant, qui ad Carceratorum fugam cooperantur?

SVMMARIVM.

104. *Cooperari ad fugam Carcerati aliquis poteſt dupliciter.*
Dans Carcerato conſilium, auxilium, &c. fugiendi carceratur.
Guardianus conſentiens Officio priuatur.
Negligentia Cuſtodis Carcerum propè dolum eſt.
Quandò præſumatur in Cuſtode dolus malus.
105. *Quandò carcer reperitur apertus, ſine fractura, probatur dolus.*
Pœna auxiliantis Carceratum ad fugam Prælato arbitraria.
Pœna carceris, à Statuto ipſi, decreta debet augeri.

104. Reſpondeo, quod ad fugam Carcerati poteſt aliquis influere *omittendo*, vel *committendo*. *Omittendo* quidem, ſi *Cuſtos*, vel alius, cui demandata eſt Carceratorum cura, per aliquod ſpatium temporis, donec *Cuſtos* redeat, non adhibeat debitam cuſtodiam. *Committendo* autem, ſi aliquis conſilio, auxilio, vel fauore, influat actualiter in fugam *Rei*, frangendo oſtium, vel parietem Carceris rumpendo, ſubminiſtrando ſcalas, funes, inſtrumenta ad perforandum, & ſimilia. Circà hæc autem habemus *Statutum* tale, *(b) Liberans aliquem à carcere; vel ad illius fugam conſilium, aut auxilium præbens; vel ſi Cuſtos Carcerati in id conſenſerit, poſtquam de malitia legitimè conſtiterit, carceribus, arbitrio Prouincialis, mancipetur. Quorum ſi Guardianus dolo, aut negligentia particeps eſſe conuictus fuerit, Officio priuetur, & grauiùs etiam, Superiorum arbitrio puniatur.* In hoc verò *Statuto* comprehenduntur omnes caſus, qui occurrere poſſunt in hac materia. Dicit enim *liberans aliquem à carcere*, puta vel vi armata eripiendo, vel fractura carceris, oſtij, ſeu vinculorum, ipſum adiuuando, *vel ad illius fugam conſilium, aut auxilium præbens*; hoc eſt ipſum conſulendo, vt fugiat, demonſtrando illi viam, & modum fugiendi; *vel dando auxilium*, puta vel clauem adulterinam dando, vel per ſe, vel per alium, carcerem, aut compedes, aut catenas aperiat, vel potionem ſomniferam tribuat *Cuſtodi*, & ab eo dormiente claues legitimas auferat, & carcerem aperiat; vel *Cuſtodem* diuertat, vt interea Carceratus fu-

Digitized by Google

fugere poſſit; vel tribuat Carcerato inſtrumenta ad frangendum carcerem, funes, ſcalas, & alia opportuna ad fugam ſubminiſtret; *vel ſi Cuſtos Carcerati in id conſenſerit*, vel aperto conſenſu, vel interpretatiuo; vt eſt, quandò craſſam negligentiam adhibet in ſuo officio, non viſitando carcerem ſuis temporibus; non claudendo oſtia feris, & veſtibus, & ſimilibus, talis enim negligentia propè dolum eſt, vt ait *Vlpianus*: (*l*) in omnibus, inquam his caſibus, *poſtquam legitimè de malitia conſtiterit*, puta per legitimam probationem, in qua debet conſtare de dolo, qui nunquam præſumitur, niſi probetur, vt dicitur in *Iure*; (*l*) *carceribus, arbitrio Prouincialis, mancipetur*. Aduerto autem cum *Sanctoro*, (*m*) quod dolus in *Cuſtode* præſumitur, ſi omittit facere id, quod debet; puta carcerem viſitare, aut eius claues non relinquere in loco, à quo quilibet, aut alius, faciliter auferre poſſit; hoc enim probato, præſumitur in ipſo dolus, ſufficiens ad punitionem, maximè ſi alijs adminiculis fulciatur.

105. Et extrà omnem aleam in *Cuſtode* dolus, & participatio ad fugam probatur, quandò poſt fugam *Rei*, carcer reperitur illæſus, & apertus, vt poſt *Peyrinum* ſcribit *Antonius à Spiritu Sancto*, (*n*) niſi ipſi probaret apertum fuiſſe claue adulterina; vel proprias claues ſibi aſtu, furtò, vel violentia ſublatas fuiſſe. Aduertendum tamen, quod pęna carceris, Prouincialis arbitratu, infligitur *Cuſtodi*, cuius auxilio, vel craſſā negligentia carceratus fugit; quia cauſæ Regularium, vt plurimum non ſunt capitales, & ideò arbitrario carcere puniuntur, vt benè notat *Sanctorus*. (*o*) Non tamen hæc pęna *Statuti* vniuerſaliter eſt ſufficiens *Cuſtodi* Carcerum ità delinquenti. Habetur enim *Textus* expreſſus in *Iure*, (*p*) per quem obligatur *Cuſtos* penæ, cui obnoxius de iure erat, qui culpa Cuſtodis fugit. Si ergo Carcerato ob enormiſſimum crimē mors, carcer perpetuus, vel triremes in vita debebantur, & in ipſius fugam *Cuſtos*, (& quod dico de hoc, intelligitur de alijs adiuuantibus) influxerit dolosè, maiori certè pęna percelli debet carceratione à *Statuto* præſcripta. Vndè concludit *Sanctorus* loco citato, quod conſiderari debet culpa, attenta qualitate criminis Carcerati, & cooperatione *Cuſtodis*, ſiue alterius in fugam influentis, & pro modo illius puniri, arbitrio *Iudicis*.

XXI. Quæritur. An Diffinitorium poſſit liberè, in caſibus expreſſis per Statuta, damnare ad triremes?

SVMMARIVM.

106. *Regulares poſſunt damnare ad triremes.*
Arguunt nonnulli hoc non licere.
Ipſis reſpondetur.
Forma expellendi à Religione eſt modificata, non autem damnandi ad triremes.
Motiuum Sacræ Congregationis in faciendo decretum de Apoſtatis, & Eiectis.
107. *Prohibitum vna via, quandò cenſeatur prohibitum etiam alia.*
Sacra Congregatio prohibuit punitionem Incorrigibilium via expulſionis, non via triremium.
Hoc ſuadetur exemplo matrimonij.
Expedit Religioni ad triremes damnare.

106. Reſpondeo affirmatiuè, non ſolùm ratione communis vſus, & conſuetudinis, vt ſcribunt multi *Doctores*, (*q*) ſed etiam ex iure conceſſo per priuilegia multis Religionibus, de quibus ſcribunt *Peyrinus*, & *Donatus*, (*r*) in quibus priuilegijs, ratione communicationis priuilegiorum, Religiones omnes participant. Et apud *Seraphicam* noſtram *Religionem* hoc eſt extrà omnem aleam, ex eo quod nos hoc habemus per noſtra *Statuta*, vt videre eſt in multis caſibus, in quibus decernitur pęna triremium, quod non fieret, ſi *Superiores*, quibus ex officio incumbit delinquentes per talem pęnam coercere, ipſam minimè poſſent infligere.

Non deſunt tamen nonnulli, inter quos *Lezana*, & *Hieronymus Rodericus*, (*ſ*) qui dicunt, quod cum damnatus perpetuò ad triremes ſit eiectus ab *Ordine*, & pro eijciēdis incorribilibus, per *Decretum Sacræ Con-*

Congregationis ſit adempta facultas *Diffinitorio Prouinciæ*, videtur, quod pariter ſit illa ſublata damnandi ad triremes perpetuas. Imò, quia in noſtra *Religione* eſt determinatum per *Statuta*, (de quibus infrà) quod ſi aliquis, completo tempore pęnæ, reuertatur à triremibus, non ampliùs ad *Ordinem* recipiatur, concluditur, quod apud Nos perindè eſt eiectio ab *Ordine*, & damnatio ad triremes, & ita, ſicut quis non poteſt per *Diffinitorium* expelli ab *Ordine*, ità neque poſsit ab eodem damnari ad triremes.

Sed hæc minimè obſtant, quia, vt optimè notauit *Sanctorus*, (t) *Decretum Sacræ Congregationis* diſponit de expellendis ab *Ordine*, non verò de puniendis; & dando formam pro illis, pro ſecundis, nihil innouat reuocatquè priuilegia in ordine ad expulſionem, non verò in ordine ad alias penas ſancitas per *Statuta Religionum*, iuxtà *Priuilegia* earum. In ordine quidem noſtro aliæ erant pęnæ pro expellendis, aliæ verò pro damnandis ad triremes; illæ moderatæ ſunt per *Decretum* illud; in quo, cum nec verbum habeatur de pęna triremium, ſequitur, quod circà hanc nihil ſit innouatum; attento maximè, quod ſententia condemnatoria ad triremes, non eſt formaliter ſententia expulſionis, vndè, cum ſimus in materia odioſa *Religioni*, vt eſt ſuæ iuriſdictionis reſtrictio, non eſt vndè *Decretum* illud limitatiuum facultatis ipſius, quod expreſsè loquitur de expulſione, extendi debeat ad damnationem ad triremes. Quod tandem idem effectus expulſionis ſequatur ità per damnationem ad triremes, ſicut per ſententiam expulſionis non debet officere; quia non prohibetur effectus in ſe, puta expulſio ab *Ordine*, ſed relatus ad illam formam, puta ad formalem ſententiam expulſionis. Et pro hac materia dilucidanda, aduertendum eſt, quod motiuum, quod habuit Sacra Congregatio concedendi illud Decretum fuit *ſummouere ſcandala, & ſuccreſcentem numerum* Expulſorum *frangere*, vt dicitur in proemio *Decreti* illius; Vndè cum ſcandala orirentur ex nimio numero Apoſtatarum, & Eiectorum, & eorum excreſcens numerus oriretur ex facilitate *Reos* incorrigibiles expellendi; ideò facultatem *Religionibus* limitauit circà expulſionē. Quod ergo damnatus ad triremes maneat ſic expulſus, non eſt contrà *Decretum* illud; quia per damnationem ad triremes, non ità excreſcit numerus Expulſorum: vt enim optimè aduertit *Sanctorus* loco citato, (u) ad triremes non paſſim mittuntur, & facilè, ſed ob grauiſſimas cauſas, quæ de raro ſuccedunt, & poſt legitimas appellationes, *Reis* mouentibus omnem lapidem, ne tam grauem pęnam ſubire compellantur, & ità ceſſat ratio multitudinis. Pariter, qui detinentur in triremibus non euagantur, neque ſcandalizant ſæculum, vt Eiecti, qui pro libito vbique diſcurrunt; & fallit ratio vagationis, & ſcandalorum. Inſuper expulſus ab *Ordine* nec tenetur redire ipſe, nec *Religio* habet ius reuocandi; damnatus temporaliter ad triremes tenetur ipſe redire ad *Religionem*; & *Religio* poteſt ipſum compellere, licet meliùs ſit de eo non curare; imò vt dicam infrà ad ipſum non recipiendum *Religio* noſtra habet Statuta prohibitiua. Imò, ſi poteſt, poſt eiuſmodi *Decretum*, Religioſum *Reum* ad perpetuos Carceres deputare, & ſi non eſſent in *Religione* Carceres tuti, poſſet ad carcerem publicum deſtinare, vt probat *Sanctorus*, (x) quare non poteſt ad triremes damnare, cum vtrobique emergat idem effectus, ſcilicet eiectio ab *Ordine*, à quo ità remanet excluſus perpetuò detentus in carcere ſæculari, ſicut damnatus ad triremes?

107. Facit verò ad propoſitum doctrina *Abbatis* (z) aliàs expenſa, & eſt, quod aliquandò aliquid prohibetur vna via, attento effectu, aliquandò attento modo. Hoc poteſt patere exemplo. Si enim *Superior*, tempore bacchanalium, ne Religioſi ad vana ſpectacula diuerterent, ferret præceptum, ne aliquis exiret ianuam Conuentus, liquet, quod ſi aliquis exiret è Conuentu per ianuam Eccleſiæ, iſte violaret præceptum, quia prohibet *Superior* egreſſum attento effectu, & proindè non ſolùm prohibitus intelligitur egreſſus per ianuam Conuentus; ſed etiam quocumq; alio modò, & ità accipitur Regula iuris in 6. *Cum quid vna via prohibetur alicui, ad id alia via non debet admitti*: Si verò dicit Superior *nemo exeat de Conuentu hodie per ianuam Eccleſiæ*; tunc non tranſgreditur præceptum, qui egreditur per portam Conuentus, quia non eſt prohibitus effectus, puta egreſſio, ſed modus, puta *per ianuam Eccleſiæ*. In propoſito autem, in eiectione à *Religione* duo poſſunt conſiderari, puta effectus, qui eſt reuera expurgatio *Religionis*, & modus, qui eſt

per

per viam expulſionis. *Decretum Sacræ Congregationis* prohibet expulſionē attento modo, non attento effectu, nunquam enim fuit mens *Eminentiſſimorum Patrum*, quin ſordes Religionis poſſent expelli, & membrum putre reſecari; hoc enim omni iuri tum naturali, tum diuino, tum humano conuenit. Non fuerunt ergo in eo conſilio, vt incorrigibiles morarentur cum bonis *Religioſis* de neceſſitate, nec poſſent ab illis ſeparari. Itaque prohibitio fuit tantùm circà modum, puta per expulſionem, ne ſcilicet Superiores, antiqua facilitate, poſſent ſuos Subditos ità expellere. Hoc autem ità prohibitum vna via, non cenſetur prohibitum alia via, puta per damnationem ad triremes.

Appoſito tandem exemplo hoc totum idem concluditur, & eſt, quod de iure diuino prohibita eſt ſeparatio Mariti ab Vxore in matrimonio rato, & conſummato, quoad vinculum, dicente Scriptura: *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Vndè non poteſt Vxor, quæcunque ex cauſa, liberari à vinculo matrimonij. Tamen, ſi Vxor accuſat Maritum de crimine, ob quod ipſi mors irrogetur, ipſo mortuo, liberata eſt à vinculo, & ità diſſolutio matrimonij ſibi vetita vna via, ſibi conceditur alia via. Ità ſumus in caſu. Prohibita quidem eſt *Religio*, cum qua per profeſſionem ſolemnem *Religioſus* contraxit matrimonium ſpirituale, hoc vinculum diſſoluere, ipſum expellendo à ſe alia forma, quam ſibi præſcribatur à *Decreto Sacræ Congregationis*, non tamen tollitur, quin alia via hoc idem importet, accuſando nempè, & damnando illum ad pœnam triremium, ad quam ſequitur idem effectus eiectionis, ſicut diſſolutio matrimonij ſequitur ad mortem Mariti.

Sequitur ergo ex dictis, quod per *Decretum de Apoſtatis, & Eiectis* nihil immutatum eſt circà damnandos ad triremes; & ità ſicut antè illud poterat *Diffinitorium* pœnam triremium infligere, ità & modò, & ſic firmat *Donatus*. (a) Addo etiam, quod cum ſaluberrimum remedium ſit pro grege *Religionis*, infectas oues ab alijs ſanis ſecernere, ne contagione peſtifera alias inficiant, optimum *Religioni* conſilium erit, eam expurgare per damnationem ad triremes. Cum enim tot difficultatibus implexa ſit expulſio ab Ordine, meliùs eſt vti via compendiaria, damnandi ſcilicet ad triremes, hoc enim modo purificatur *Religio*, quia reuerſi à triremibus prohibentur recipi denuo ad *Religionem*, niſi cum conditionibus, quas infrà dabo, & ità remanet defæcata à ſordibus peruerſorum.

XXII. Quæritur. Quænam ſint circà damnationem ad triremes obſeruanda?

SVMMARIVM.

108. *Pro damnatione ad triremes remiſſiuè.*
Damnatus ad triremes, debet retineri in carcere Religionis.
Manens in carcere, non debet ieiunare, neque flagellare ſe.
Niſi exprimeretur in ſententia.
Debet priuari chorda, & caputio.
109. *Coram Fratribus debet ſpoliari habitu Religionis ad exemplum.*
110. *Degradatio ſolemnis, & verbalis.*
Damnandus ad carceres perpetuos degradatur.
Degradandus pariter damnatus ad triremes.
Degradatio verbalis debet eſſe.
Clericus non degradatur ſolemniter, niſi quandò traditur Curiæ Sæculari ad mortem.
Degradatio verbalis fit per ſententiam.
111. *Ad aliorum terrorem, quandò ſpoliatur, repetenda eſt ſententia.*
Datur copia authentica ſententiæ Iudici Sæculari, ad Trierarchum deferenda.

108. Reſpondeo, quod circà delicta, ob quæ quis damnari poteſt ad triremes in noſtra *Religione*, ſuo loco ea expendemus. Circà proceſſum, acta, defenſiones, ſententiam, &c. nihil particulare in hac materia adnotandum eſt. Solummodò ergo dicenda ſunt illa, quæ debent fieri poſt ſententiam. Dico ergo primò, quod damnatus ad triremes, debet detineri in Carcere in *Religione*. Patet enim, quod, ſi non eſſet ità aſſecuratus per Carcerem, fugeret à pœna tam graui, & ità eſſet nouus error, & noui delicti occaſio. Dixi autem detinendum in Carcere *Religionis*, quia ſi mitteretur ad Carceres publicos, in quibus aſſeruantur alij, ità con-

condemnati, qui manent in Carcere, quæ dicitur *Communis*, & *ad largam*, ſtatim diuulgatur per Ciuitatem (tanquam quid rarum) *Religioſum* eſſe damnatum ad triremes; ob curioſitatem plurimi aduentant ad Carcerem, exquirunt ab eo cauſam damnationis, & iſte, (vt plurimum ſolent perditi homines) non crimen ſuum fatetur, ſed criminatur *Iudicem*, *Superiores*, *Diſſinitorium* tanquam iniuſtum, & quod propter perſecutionem potentium, ità eſt damnatus. Traducit *Religionem*, dicit plenam ſimultatibus, inimicitijs, & malis hominibus; aliorum delicta prodit; & ſi nullum eſt, fingit; ſtudens aliorum criminibus propria ſcelera tegere, ac ſeipſum, cęteris damnatis, iuſtificare; quæ omnia in ſummam *Religionis* perniciem redundant.

Sic permanendo in carcere in *Religione* non debet, neque poteſt ſubijci pœnis eorum, qui carcerari ſunt formaliter, puta ieiunio, & flagellatione; quia, vt aliàs dictũ eſt, formalis Carcer datur ſolũmodò ad pęnam, & cum iſte ſupponatur damnatus ad pœnam triremium, non poteſt alia pęna, puta carceris formalis percelli; niſi hoc exprimeretur in ſententia; ſcilicet, quod maneret in carcere formali, donec conſignaretur in manibus Laicorum. Verùm tamen eſt, quod, poſt quam ſententia contrà illum lata tranſijt in rem iudicatam, & non poteſt *Reus* ipſe ab illa vlteriùs appellare, & ſola remanet ipſius exequutio, debet priuari caputio, & chorda; poſſet etiam totaliter indui habitu ſæculari, quia reuera tunc incipit ſententiæ executio; nihilominùs ducerem, meliùs eſſe ſibi lacerum, & obſoletum habitum, ſeù tunicam relinqui (habita tamen conſideratione temporis, ne frigore intereat, vt ſuadet charitas) ad hoc, quod exemplari ipſius deſpoliatione facta coram Fratribus, vt modò dicam, reliqui à delinquendo terrerentur.

109. Tempore autem, quo cęteri damnati, ducuntur ad triremes, nocturno tempore, ad vitanda ſcandala, damnatus debet expoliari habitu Religionis, conuocatis ad hoc ſpecialiter Fratribus; & præmiſſo graui ſermone à *Superiore*, ad hoc, vt tali, & tanta punitione territi cęteri ſumant exemplum benè viuendi; debet indui habitu ſæculi, ſibi adempto ſigno tonſuræ Regularis, ſiue Clericus, ſiue Laicus ſit.

110. Quia verò damnatus ad triremes traditur in manus Laicorum, hanc autem traditionem ſolet præcedere degradatio, ideò non abs re erit quærere num talem damnatum ad triremes conueniat antè degradare. Ad hoc dico, quod duplex eſt degradatio, vna quidem ſolemnis, quæ à ſolis *Epiſcopis* fit, expoliando *Degradatum* veſtibus conuenientibus Ordini, in quo reperitur degradandus, cuius formam pręſcribit quædem *Decretalis Bonifacij Octaui*; (b) & de ea loquuntur multi *Doctores*. (c) Alia verò verbalis, quæ fit per prolationem ſententiæ. Sic ergò aliquis, damnatur ad triremes perpetuas debet degradari, quia perpetuis carceribus includendus per definitionem *Vrbani Sexti*, quam refert *Pegna*, (d) degradandus eſt; ergo pariter debet degradari damnandus perpetuò ad triremes, quia vna, & eadem eſt ratio pro vtriſque, vndè idem pro vtriſque eſt ſtatuendum, vt ex *Iure* deducit *Peyrinus*. (e) Verùm tamen eſt, quod pro deſtinandis ad triremes adhibenda eſt degradatio verbalis tantùm, non ſolemnis, vt præter *Pegnam* loco citato ait *Salzedo*. (f) Solemnis enim tantùm eſt in vſu, quandò Clericus tradendus eſt Curiæ Sæculari ob hæreſim, aut aliud crimen, quod morte violenta plectatur. Idem ergo erit dicendum de damnato ad triremes temporales, vt ſentit *Donatus*. (g) Cum itaque degradatio hęc verbalis fiat per prolationem ſententiæ, per quam priuatur damnatus ad triremes exercitio perpetuo Sacrorum Ordinum, liquet, quod poſt ſententiam, à qua *Reus* non appellauit, remanet ità degradatus, ſiue depoſitus. Tamen meliùs fiet, ſi in actu, quo coram Fratribus, vt dictum eſt, quis ſpoliatur totaliter habitu Religioſo, ad maiorem terrorem cęteris incutiendum, Superior repetat verba ſententiæ, per quæ ità degradatus remanet, non quidem ex ſcripto recitando, vt fit, quandò ſententia intimatur, ſed oretenùs pronunciando, poſtquam ipſi Superior exprobrauit delicta, ob quæ ſic manet damnatus.

111. Ità ſæcularizatus debet conſignari Birruarijs, & copia ſententiæ authentica, & munita ſubſcriptione totius *Diffinitorij*, cum ſigillo maiori *Prouinciæ*, debet conſignari *Iudici* Sæculari ad hoc, quod per Officialem ſuum ipſam tranſmittat ad Trierarchum, vt ſciatur quanto tempore ſit, ipſe condemnatus detinendus in triremibus.

mibus. Et optimum etiam eſſet, pro maiori *Religionis* indemnitate, curare, vt iſte damnatus, dum è carcere ſæculari educitur arrepturus iter versùs triremes, includeretur rheda adductis cortinis, vt communiter practicatur cum illis, qui ad tegendum dedecus familiæ tali cautela vtuntur, licet hoc eſſet cum aliquali ſumptu *Religionis*; longè enim maius eſt diſpendium, quod pateretur ob ſcandalum, quod reciperent puſilli ex hoc, quod iſte palàm, & publicè ſic duceretur ad triremes, quàm ſit ſumptus ille, qui, ad talem cautelam procurandam, deberet impendi.

XXIII. Quæritur. An ille, qui in triremibus pœnam ſubijt, expleto tempore, debeat iterum ad Religionem recipi?

SVMMARIVM.

112. *Superiores non tenentur reuocare damnatos ad triremes, etiam completo tempore pœnæ.*
Varia Statuta circà non recipiendos reuerſos à triremibus.
Prælati non tenentur recipere redeuntes à triremibus.
Si rediens recurrit ad Sacram Congregationem, aut Papam, vt recipiatur, Religio debet ſua iura defendere.
Prouincialis recipiens, debet puniri.
Receptio, ſi facienda eſt, debet fieri à toto Diffinitorio.

113. *Receptus per triennium, debet carere forma habitus.*
Hoc tempore ſi benè vixerit, à Diffinitorio poteſt ſibi reſtitui habitus, cum voto tamen maioris partis Conuentus.

114. *Sic receptus, priuatus remanet perpetuo exercitio Sacrorum Ordinum.*
Pœna triremium facit infamem.
Et ſuccedit deportationi.
Infamia, quæ incurritur ratione delicti, inducit irregularitatem.
Notatus infamia iuris, eſt irregularis.
Prælati Regulares poſſunt in ea diſpenſare.

115. *Contrarium ſupradictis ſenſit Donatus.*
Impugnatur ſententia Donati.
Ex Adulterio damnatus ad triremes, non poteſt prætendere reſtitui Vxori.
Propter crimen quoduis non ſeparatur Vir ab Vxore.
Propter Adulterium, ſeparatur.
Expulſus à Religione, tenetur ad vota eſſentialia Religionis compatibilia cum ſuo ſtatu.
Obligari etiam ad Regulares Obſeruantias tenent nonnulli.
Poſſet Religio reuocare damnatum ad triremes.
Sed damnatus non habet ius reuertendi ad Religionem.

116. *Solemniter profeſſus Regulam obligatur ad Statuta.*

112. Dico ad hoc, cum *Sanctoro*, (b) quod *Prælati* non tenentur reuocare hos condemnatos, etiam ſi iudicarent ipſos eſſe emendatos; tum quia prohibentur *Superiores* per *Statuta*, (quæ infrà dabo) illos recipere; tum quia indicium emendationis non poteſt haberi legitimum, nec de hoc *Prælatus* tenetur inquirere; tum quia conſuetudo nulla eſt tales requirendi; quia mos eſt, vt finito tempore, damnatus oſtendat Trierarcho copiam ſuæ ſententiæ (quam conſulo, vt ſecum habeat,) & probet per eam tempus ſuæ pœnitentiæ eſſe completum, ad hoc, vt dimittatur; *Superiores* autem Regulares nullo modo ſe vnquam immiſcuerunt ad eorum liberationem à Triearcho procurandam.

Dico ſecundo, quod circà receptionem eorum, qui completa in triremibus pœnitentia, volunt ad Religionem reuerti, varia ſunt *Statuta Religionis* ad idem tendentia. Capitulum Romanum 1587. (i) ſic habet: *Omnes Fratres, qui ad triremes fuerunt damnati, ſi miſericorditer poſteà ab ipſis triremibus liberati venerint, ſint perpetuò indiſpenſabiliter voce actiua, & paſſiua, actibuſquè legitimis, priuati*. Capitulum aliud Romanum 1612. (l) decreuit, quod *Nullus ad triremes damnatus, ampliùs ad Ordinem admittatur*; circà quod *Capitulum Generale declarat, damnatum ad triremes, eo ipſo, intelligi ab Ordine pulſum, quamuis in ſententia non explicetur*. Congregatio pariter Romana (m) 1615. ordinauit, ità *Ad triremes damnati, tam iudicio Prælatorum Religionis, quàm à quolibet*

alio

alio Tribunali Superiori, nullo modo ad Religionem iterum admitti poterunt; Si verò aliquem talem contigerit à Sanctiſſimo Domino obtinere, vt iterum ad Religionem admittatur, id (ſupplicibus precibus humiliter porrectis Sanctiſſimo Domino) vitari curetur. Si coacti fuerimus illum recipere, non ſtatim illi caputium tribuatur, ſed ſine illo, quaſi Tertiarius, ad coquinam, hortum, aut alia humilitatis exercitia deputetur, vt ibi inſeruiat ſine corona, etiamſi fuerit Sacerdos. Si verò per triennium hoc modo exemplariter vixerit, iudicio Patrum Diffinitorum, iterum caputium poterit illi reddi, nullo tamen modo ad exercitium Sacrorum Ordinum admittatur. Quod etiam *Statutum* inſertum reperitur in *Statutis Generalibus Ordinis ex Decreto Capituli Toletani* 1658. compilatis. *(n)*

Ex his ergo *Statutis*, prout etiam optimè *Sanctorus* aduertit, *(o)* colligitur primò, quod *Prælatus* non tenetur recipere redeuntem à triremibus, ſiue fugiat, ſiue condemnationem terminet; tum quia replicatis *Statutis* hoc prohibetur, nam tales ſceleratiores, vt plurimum, redeunt, & Religionem infamant; tum quia lex naturæ dictat, poſſe nos tueri à perturbationibus, quas certò ſcimus aduenturas ex peſſimi viri conſortio, quod omnes vitare debent; tum quia lex ordinatæ charitatis magis debet reſpicere quietem, & honorem Communitatis, quàm vnius membri particularis; & mala eſſet charitas, quæ omnes læderet, vt vni proſpiceret.

Colligitur ſecundò, quod ſi liberatus à triremibus recurrat ad *Superiores* extrà *Religionem* ad hoc, vt denuò recipiatur; debet *Religio* ſua iura defendere, ne ad illum recipiendum adigatur, & ad hoc non poteſt compelli, niſi per auctoritatem *Sanctiſſimi*, aut *Sacræ Congregationis*, quæ deroget *Statuto*, & *Prælato* iubeat, vt recipiat illum. Nec facit in contrarium *Decretum Sacræ Congregationis de Apoſtatis, & Eiectis*, tum quia *à diuerſis non fit illatio*, cuiuſmodi ſunt *à Religione expellere*, & *ad triremes damnare*; tum quia contrà tale *Decretum* inducta eſt conſuetudo, per quam roboratur *Statutum Religionis*, vt optimè ait *Sanctorus*. *(p)*

Colligitur tertiò, quod *Prouincialis* recipiens ad *Religionem* taliter reuerſum à triremibus, debet puniri tanquam tranſgreſſor grauiſſimi *Statuti*; & pœna debet eſſe extraordinaria, & arbitraria, ſed tamen grauis; quia grauis etiam eſſet legum offenſio, ac grauis iniuria Religioni inureretur, vt dicit idem *Sanctorus* ibidem. *(q)*

Colligitur quartò, quod huiuſmodi receptio non debet fieri à ſolo *Prouinciali*, ſed à toto *Diffinitorio*, (niſi aliter ſuaderet auctoritas præcipientis;) hæc enim grauis, imò grauiſſima res eſt, abſque *Diffinitorum* conſilio minimè expedienda, vt idem notat. *(r)*

113. Colligitur quintò, quod debet per longum tempus, nempè per triennium, durare in taliter recepto, memoria pœnæ tranſactæ, per denegationem formæ habitus, nempè caputij, ac tonſuræ Religioſæ, iuxtà *Statuti* diſpoſitionem; & hanc minimè poſſe ſibi reſtitui (etiam ſi dederit emendationis ſigna) à ſolo *Prouinciali*, ſed interueniente conſilio, & aſſenſu *Diffinitorij*, & atteſtatione maioris partis Familiæ, in qua degit. Si enim abſque *Diffinitorij* conſilio ad *Ordinem*, & voto Familiæ, Conuentus ad profeſſionem, nequit recipi *Nouitius*, de quo nullum malum præceſſit, & bonum rationabiliter ſperatur, à fortiori idem erit faciendum, cum tali priùs damnato ex proprio ſcelere, de quo parum boni ſperari poteſt ex antecedentibus, niſi accedat *Mutatio dexteræ excelſi*.

114. Colligitur ſextò, quod talis eſt perpetuò impeditus in *Sacrorum Ordinum* exercitio; tum quia pœna triremium facit infamem, & irregularem, vt ait *Theſaurus*: *(s)* tum quia irrogatur ex cauſa famoſa, & ſuccedit deportationi, & condemnationi ad metalla, quæ ex *Iure Ciuili* *(t)* parit infamiam; & ità præter *Sanctorum* tenent multi *Doctores*. *(u)* Nec audiendus eſt *Riccius*, & *Diana*, *(x)* qui ſentiunt ex pœna triremium non incurri irregularitatem eo, quia pœna infamiæ non contrahitur niſi in caſibus in iure expreſſis, non verò habetur textus in *Iure Canonico*, aut *Ciuili*, qui declaret tales eſſe infames; licet enim aſſimilentur damnatis ad metalla, vt dicunt *Doctores*, non tamen ſequitur, quod ſint ſimiles ijs in omnibus; vndè nec dicendi ſunt irregulares, quia irregularitas non incurritur niſi in caſibus expreſſis, vt dicitur *in Iure*. *(z)* Quia infamia, quæ naſcitur ratione delicti, inducit irregularitatem, quæ reducitur ad irregularitatem, quæ oritur ex corpore vitiato; & notatus infamia iuris eſt irregularis, vt docent multi Doctores, *(a)* quos dat *Donatus*. Verùm tamen eſt, quod ſuper

O

per tali irregularitate poſſunt diſpenſare *Prælati* Regulares, vt multis probant *Donatus*, & *Peyrinus*, à quo non diſſentit *Sanctorus*,(*b*) qui ſubiungit, quod ſic liberatus à triremibus remanet inhabilis ad officia, ſuffragia, actus legitimos, nec poteſt in his *Generalis* diſpenſare; vndè ſi fiat oppoſitum, peccatur grauiter, & illegitimè exercentur Officia, quia in *Statuto* dicitur, *nec ad ea amplius habilitari poſſit*, & in *Statuto Capituli Romani* anni 1587. quod ſuprà dedimus, ponitur clauſula *indiſpenſabiliter*, per quam *Generali* adimitur facultas diſpenſandi, vt alibi adnotauit *Sanctorus* ipſe, (*c*) & ità circà diſpenſationem impeditur potentia actiua, & paſſiua.

115. Inuenio autem *Donatum*, (*d*) qui contrà ſupradicta ſuſtinet damnatum ad triremes, peracta pœnitentia, debere à Prælatis iterum ad *Religionem* recipi; quia ſicut maritus per condemnationem ad triremes, carcerem, vel exilium, ſiuè ad tempus, ſiuè in perpetuum non abſoluitur à vinculo matrimonij, & reuerſus, vxori ſuę reſtituitur; ità etiam debet fieri de *Religioſo*, qui per vota copulatus eſt *Religioni*, cum qua, per ſolemnem profeſſionem, matrimonium ſpirituale contraxit. Sed doctiſſimi viri pace, non benè argumentatus eſt. Nam reſtituitur vxori vir, qui damnatus eſt ob crimen, in quo vxorem non offendit, nec in eam peccauit, quod ſi in eam deliquit, non ſic eſt. Etenim, ſi vir notorium, ſiuè publicum ex iure, vel facto, commiſit adulterium, cuius cauſa mulier petat diuortium à *Iudice*, & obtineat, & cauſa commiſſi adulterij vir decennio mulctetur carcere, vel exilio, reuerſus ab exilio, vel carcere non poteſt prętendere iterum reſtitui vxori, ſed cogitur viuere ſeparatus ab ea argumento cuiuſdam *Decretalis*. (*e*) Verum eſt, quod propter grauiſſimum crimen, ſiuè delictum, non poteſt ſeparari vir ab vxore ſua, etiam ſi aliquis ipſorum communem filium occidiſſet, vt eſt caſus in *Iure* (*f*) expreſſus; tamen quandò crimen commiſſum eſt contrà vxorem, vt adulterium, &c. ſeparatur maritus ab vxore; & ſi vxor non vult ſpontè denuò recipere, & non conſentiat cohabitare illi non poteſt ad hoc vllo iure compelli. Sumus ergo in caſu, quia verum eſt, quod votorum obligatio inducta per profeſſionem eſt ſpirituale matrimonium, & indiſſolubile quoad vinculum; vndè ſicut ſeparatus ab vxore quo ad thorum, & habitationem, tenetur ſeruare iura coniugij compatibilia cum illo ſtatu, puta ſeruare fidem Coniugi, & nequit alteri copulari, coniuge viuente; ſic etiam ſeparatus à *Religione* per expulſionem, tenetur tamen ad omnia vota ſolemnia *Religionis* compatibilia cum ſtatu ſæculari, in quo manet, vt docent *Bonacina*, *Vaſquez*, *Sotus*, & *Donatus*, (*g*) imò ſecundùm graues *Doctores*, (*h*) etiam manet obligatus ad *Regulares Obſeruantias* ſuæ *Religionis*, licet ab ea ſit expulſus. Tamen ſi *Religioſus* grauiſſimè delinquit contrà *Religionem*, eius vota violando, vt in grauiſſima Apoſtaſia, homicidio, vel alijs criminibus, quibus iniuncta eſt pœna triremium; poterit quidem ipſa ſeparare illum à cohabitatione ſui, & diuortium facere ab eo in hoc ſpirituali matrimonio. Et ità poſſet quidem *Religio* ipſum denuò ad ſe reuocare (habet enim ius in illo, & ad illum, ſicut vxor poteſt, ſi vult, recuperare virum, cum quo diuortium fecit,) niſi *Statutaria* lege prohiberetur; ſed nequit ille prætendere denuò Religioni vniri, quia ex crimine in eam commiſſo perdit ius cohabitationis, quod habebat; ſicut maritus ſeparatus ab vxore propter adulterium, non poteſt pretendere vxorem ſibi reſtitui.

116. Addo autem, quod qui ſolemniter profitetur, obligat ſe, non tantùm ad præcepta, & vota Regulæ, ſed etiam ad obſeruantiam *Statutorum Religionis*; cum ergo inter *Statuta* ſit talis diſpoſitio, quod reuerſus à triremibus, non ampliùs ad *Religionem* admittitur, liquet, Profitentem ad *Statutum* tale obligari, & in illum conſentire; tantùm ergo abeſt, quod teneatur *Religio* ipſum acceptare denuò, quod etiam nequit ipſe hoc prætendere, quia, promittendo *Statuti* obſeruantiam, priuauit ſe iure tali.

Digitized by Google

XXIV. Quæritur. An Religioſus, qui ſe obligauit, ſub iuramento, ad pœnam triremium, ſi denuò in aliquod crimen inciderit, poſſit, illo commiſſo, ad triremes damnari?

SVMMARIVM.

117 *Qui ſe obligauit cum iuramento ad triremes, nouiter delinquendo, ſi delinquit crimine, quod triremes mereatur, debet ad eas damnari.*
Item, ſi crimen non ſit tam graue, ſed referatur ad præcedentia.
Punitur conſuetudo delinquendi.
118. *Si delictum neque ex ſe, neque copulatum cum alijs meretur triremes, non poteſt ad eas damnari.*
Religioſus non eſt Dominus ſuæ vitæ, aut famæ.
Pœna infligenda per ſententiam non relinquitur arbitrio Rei.
Sententia continens pœnas alternatiuas, eſt nulla.
119. *Damnatus ad mortem, non tenetur non fugere.*
Sententia conditionata, cum conditione, de futuro, eſt nulla.
Lata contra legem, eſt nulla.
Iuramentum de re illicita, non obligat.
120. *Obligatio ad triremes iurata, continet taliter iurantes in officio.*
Impedit ne poſſint appellare, caſu quo ad triremes damnentur.

117. FRequens eſt hìc caſus in nonnullis malis Religioſis, qui criminum multiplicatione, & reiteratione Religioſam Rempublicam perturbant, vt ſunt nonnulli verberones, rixoſi, minaces, qui ad minimam quamuis occaſionem percutiunt; Fures, qui frequentibus latrocinijs Conuentus inquietant; Apoſtatæ, qui fugam à Clauſtris reiterant, & ſimiles; iſti nanque, vt in poſterùm compeſcantur, adiguntur à *Superioribus*, vt ſe ſubſcribant pœnæ triremium, ſi ampliùs delinquent, & aliquandò ſcripturam iuramento confirmant. Quæritur ergo, ſi ob talem iuratam conuentionem poſſint ad triremes damnari?

Reſpondeo diſtinguendo, vel delictum denuò commiſſum tale eſt, quod ſe ſolo ſpectatum, iuxtà *Statuta*, pœnam triremium meretur; vel eſt tale, vt relatum ad præcedentia, & moraliter copulatū cum illis, tali pœna triremium puniendum venit; vel tale nullo modo eſt. Si primum nulla eſt difficultas, ſicut enim ob tale delictum, præſcindendo etiam à tali obligatione, illa pœna debetur, dubium non eſt, quin illa debeat rationabiliter infligi. Si ſecundum neque difficultas eſt, licet præcedentia delicta fuerint pœna Statutaria emendata, quia ex nouo delicto augeri debet pœna, quæ tanta delinquenti non deberetur, ſi aliàs non deliquiſſet. Rem colluſtro exemplo. Deliquit quis ter furto, primò ſurripuit librum; ſecundò furatus eſt eſt ſandalia; tertiò rapuit ſportam; & de omnibus iſtis ad *Statutorum* apices punitus eſt. Recidit exindè in aliud furtum, quo abſtulit ſudaria lanea, & braccas nouas Fratri; hoc crimen quartum, licet ſeparatum ab alijs, tamen in punitione copulatur alijs, licet de illis caſtigatus ſit; & ità grauiori pœna puniendus venit, quam ſi alia præcedentia non commiſiſſet; Quia punitur in hoc quarto conſuetudo delinquendi, quæ non poſſet dici inducta, niſi delicta alia præceſſiſſent; & à fortiori hoc dicendum eſt, ſi de delictis præcedentibus non fuiſſet debitè caſtigatus; grauior enim pœna, illis debità, occaſione huius quarti delicti, ſibi infligitur, & ſic poſt *Caſſanæum*, *Couarruiam*, & *Clarum* tenet *Sanctorus*. (*i*) Hoc autem intelligendum venit ſiuè delicta ſint eiuſdem generis, vt plura furta, ſiue diuerſi, vt Apoſtaſia, percuſſio, furtum, fornicatio. Si enim ſunt eiuſdem generis, licet ex ſe non multum grauia eſſent, tamen, ratione reiterationis in eodem genere, euadunt enormia, vt diſponitur in *Statutis*. (*l*) Si verò diuerſi generis, multiplicata faciunt incorrigibilem, qui, ex *Statutis* ijſdem, ad triremes damnari poteſt.

118. Si verò tertium, puta, quod tale ſit delictum commiſſum, quod ſiuè copulatum cum alijs, ſiuè ſe ſolo conſideratum, pęna triremium non mereretur; dico, quod nullo modo poteſt ſibi infligi, licet delinquens ad penam triremium ſe obligaſſet. Quia *Religioſus* non eſt dominus ſuæ vitæ, neque famæ, neque volun-

tatis, vt notum eſt; ergo nequit ſuam vitam periculis exponere; neque corpus tormentis; neque famam ſuam perdere *vltrà*, *contrà*, vel *præter* id, quod ſibi legibus debetur; Ergo nequit ſe ad talem pęnam obligare; & hoc neque accedente *Superioris* aſſenſu. Siquidem iſte debet eſſe regulatus à iure, neque *Superior* poteſt vltrà leges caſtigare. Pariter nunquam pęna per ſententiam infligenda relinquitur arbitrio *Rei*, non enim debet *Reus* ſe condemnare, maximè ſi per legem non damnatur, ſed per *Iudicem* condemnandus eſt; & tantùm abeſt, quod in arbitrio *Rei* poſſit poni pęna, quod etiam nulla eſt illa ſententia, in qua *Iudex* apponit pęnas alternatiuas, vt dicendo, *Sententiamus eſſe fuſtigandum, vel exiliandum, prout fuſtigari præcipimus, vel in exilium mittimus*, relinquendo voluntati *Rei* electionem pęnæ, quia pęna pronunciata in incertum non valet, vt ex *Iure* dicunt *(m) Doctores*.

119. Inſuper ſicut damnatus ad mortem, debet quidem mortem patienter ſufferre, & ad eam merè paſſiuè ſe habere, non autem vllo modo actiuè ad eam cooperari, (eſſet enim ſui homicida; vndè docet *D. Thomas. (n) Damnatum iuſtè ad mortem non teneri manere in carcere, & ſic non fugere. Tantùm enim tenetur pati pœnam, non autem aliquid agere, ex quo mors ſequatur*) ità à pari damnatus ad triremes, debet quidem pati, & ſubire pęnam ſibi à *Iudice* inflictam, non tamen debet, aut poteſt, ipſam pęnam ſibi ipſi infligere. Nec dicendum in tali caſu pęnam illam triremium eſſe, vel poſſe dici latam à *Superiore*, quandò *Reum* puniuit de delicto antecedente, & obligauit illum ad ſe ſubſcribendum pęnæ triremium. Quia talis pęna non eſſet lata abſolutè per ſententiam *Superioris*, ſed eſſet conditionata, appoſita conditione de futuro, quæ ſecundùm *Doctores (o)* inualida eſt. Tandem cum pęna illa, vt ſupponimus, non ſit per legem infligenda pro tali delicto, euidenter patet, quod eſt contrà legem; ſententia autem contrà legem lata, eſt ipſo iure nulla, *(p)* vt dicitur in quadam lege *Codicis*. Et hanc reſolutionem non debet remorari, quod obligatio illam, ad quam ſe adſtrinxit *Reus*, ſit iuramento firmata, quia iam demonſtrauimus, eſſe contrà legem, imponere ſibi talem pęnam, ergo talis obligatio erat de re illicita; iuramentum autem de re illicita non obligat, vt dicunt *Canones*, *(q)* & in ſpecie non teneri iuramentum de re, per quam ſalus corporis lædatur, docet *Hoſtienſis*, *(r)* & patet, quod pęna triremium ſalutis corporis eſt læſiua. Et ſic non ſubſiſtit fundamentum *Donati*, *(s)* qui ſequens ſententiam *Capiblanchi*, *(t)* & aliorum apud eundem, ait: *Religioſum* condemnatum in exilium, vel aliam pęnam, quam iurauit, ſub pęna remigationis, obſeruare, in caſu inobſeruantiæ, poſſe ad remum condemnari: tùm quia licitum eſt *Regularibus* damnare criminoſos ad triremes; tùm quia, quæ cadunt ſub iuramento, ſi aliàs ſint licita, ſunt obſeruanda. Verùm enim eſt, poſſe *Regulares* damnare ad triremes in caſibus iure communi, vel municipali conceſſis, non autem abſolutè; & cum nos ſupponamus delictum non eſſe de illis, quibus per legem talis pęna debetur, talis pęna, vt dicebamus, eſt illicita, & ità minimè obligatorium euadit iuramentum ſuper ea præſtitum.

120. Sed dices ad quid ergo prodeſt praxis quorundam *Prouincialium*, prudentium etiam, & doctorum, qui tales obligationes, & iuramento firmatas, à Criminoſis procurant, & in Prouinciæ Archiuio aſſeruant? Dico ad hoc, quod cum talis conuentio communiter reputetur obligatoria, valet aliqualiter ad continendos in officio tales ſolitos delinquere, & ad compeſcendos eos, ne in vlteriora flagitia prorumpant. Valet inſuper, quod ſi tales committant aliquod crimen, cui pęna triremium debeatur, ipſi, attenta tali obligatione, per quam in illam pęnam conſenſerunt, & ipſam acceptarunt, nequeunt ab ea appellare, vt habetur ſuprà ex *Textu. (u)* Non autem prodeſt ad ipſum condemnandum, ſi criminis qualitas, ex lege, illam pęnam non mereatur.

XXV. Quæritur. Quibus de cauſis poſſit quis expelli ab Ordine noſtro?

SVMMARIVM.

121. *In Statutis non ſpecificantur crimina ad Eiectionem requiſita.*

Expelli poſſunt à Religione Rei criminum, pro quibus datur pœna capitalis.

Crimina, quæ plectuntur capitali pœna

na ſunt abortus fœtus animati.
Adulterium.
Blaſphemia.
Caſtratio ſui ipſius.
Liberatio violenta, damnati ad mortem.
Graſſatio viarum.
Hæreſis.
Homicidium.
Incendium.
Falſi crimen.
Tortura indebita vſque ad mortem data.
Crimen læſæ Maieſtatis.
Compoſitio libelli famoſi.
Sodomia.
Sortilegium.
Magia demoniaca.
Veneni propinatio.
Falſificatio monetæ.
Vulnus illatum proditoriè paruo ſclopo (piſtoletto) *etiam morte non ſecuta.*
Coitus cum Moniali.
Falſificatio ſigilli Principis.
122. *Stupratio puellæ non viripotentis, ſiuè puberis per vim.*
Beſtialitas.
Coitus cum Dæmone ſuccubo, aut incubo.
Mollities.
Coitus cum Cadauere.
Beſtialitas de Iure Diuino, punitur pœna mortis.
Pariter & mollities.
Coitus cum Cadauere, habet grauitatem ſacrilegij.
123. *Propter alia crimina etiam fit expulſio.*
Regula ad ea dignoſcenda.
Cauſa finalis expulſionis eſt liberare Religionem à periculo corruptelæ.
Membro non parcitur, vt corpus ſaluetur.
Pernicioſus Reipublicæ non crudeliter, ſed miſericorditer eijcitur.
124. *Incorrigibilis in delictis, per quæ turbatur, ſeu corrumpitur Religio, debet expelli.*
Delicta alia nocent Delinquenti tantùm; alia verò etiam alijs.
Peruerſa doctrina maximè nociua Religioni.
Carnalis vitij, quanta damna.
Luſus alearum in Religionibus pernicioſus.
Crimina alia, quæ Religionem inquietant.
Ex Apoſtaſia maximè deturpatur Religio.

121. RESpondeo, vt iam ſuprà dictum eſt, quod cauſa expulſionis eſt incorrigibilitas in grauibus, grauioribus, vel grauiſſimis delictis. Quia verò horum exiſtimatio relinquitur perpendenda arbitrio *Superiorum*, & in claſſe grauium delictorum, ſuprà (x) data, penè omnia, & in claſſe grauiorum multa delicta ſunt, ob quæ, etiam iterata, non cenſerem poſſe aliquem eijci ab Ordine, & ideò poſſent *Superiores* aliqualiter remanere ſuſpenſi in decernenda cauſa ſufficienti ad expulſionem, ideò non abs re erit quæſtionem ſuper hoc ex inſtituto tractare, vt materiæ difficultates enodentur. In *Statutis Generalibus Ordinis* (z) decernitur tantummodò, quod *cum incorrigibilibus Decretum de Apoſtatis, & Eiectis à Sacra Congregatione Concilij Tridentini editum, ſeruari debet omninò*. Sed cum *Concilij Decretum* non determinet delicta in ſpecie, in quibus debet eſſe aliquis incorrigibilis ad hoc, vt eiiciatur, remanet res intricata. *Statuta Reformata* clariùs loquuntur, dicunt enim. (a) *Chi conuinto, e punito tre volte dell'iſteſſo delitto non s'emenderà, ſia carcerato in perpetuo, ſe la cauſa ſarà grauiſſima, ò ſia cacciato dall'Ordine, ſecondo il Decreto de Eiectis, & Apoſtatis, ò ſia mandato in Galea à giudicio del Diffinitorio*. Sed hoc *Statutum* non eſt taxatiuum, puta, quod ob ſolam incorrigibilitatem in eodem ſpecificè crimine, & in cauſa grauiſſima tantùm poſſit aliquis expelli; in tali enim *Statuto* nulla eſt clauſula taxatiua, nec dictio exceptiua, nec diſpoſitio importatur per verba negatiua, quæ aliter factum prohibeant. Vndè per tale *Statutum* non tollitur quin incorrigibilis in delictis grauibus, & grauioribus, (ſiuè idem delictum replicatum ſit, ſiuè plura delicta ſpecie diuerſa commiſſa ſint) à Religione eijci poſſit.

Dico ergo, quod *B. Pius V.* in quadam ſua Conſtitutione pro *Monachis Sancti Hieronymi*, cuius meminerunt plures *Doctores* (b) conceſſit, quod ipſorum *Generalis*, cum conſilio *Diſcretorum* poſſit à *Religione* ſua expellere delinquentes in caſibus, in quibus de iure communi, aliquis condemnatur ad mortem; & eodem priuilegio omnes *Religiones* communicationem priuilegiorum habentes, gaudere, do-

cet

cet *Donatus*. Crimina autem ob quæ pœna capitalis de iure irrogatur ex *Claro* recenſet *Sanctorus*, (c) & ſunt *Abortus fœtus animati*, *Adulterium*, *Blaſphemia*, *Caſtratio ſui ipſius*, *liberans per vim condemnatum ad mortem*, *Graſſator viarum*, *Hæreſis*, *Homicidium*, *Incendiarius*, *falſi depoſitio ad mortem alicuius*; *torquens indebitè vſque ad mortem*, *crimen Læſæ Maieſtatis*, *Libelli famoſi compoſitor*, *Sodomia*, *Sortilegium*, *Maleficus*, *Venenum propinans*. Nonnulla alia addit *Portellus*, (d) puta *falſificatio monetæ*; *vulnus illatum cum ſclopeto*, *etiam morte non ſecuta*, *ſi fiat proditoriè*; *coitus cum Moniali intrà ſepta Monaſterij*; *falſificatio Sigilli Principis*.

122. Sed iſtis meritò addit poteſt *ſtupratio Puellæ non viri potentis*, *aut puberis per vim*; *Mollities*; *Beſtialitas*; *Dæmonialitas*, puta coitus cum Dæmone ſuccubo, aut incubo; *Coitus cum cadauere*. Hæc enim delicta cum contra naturã ſint, pœna capitali puniuntur in quadam *Nouella*, (e) in qua, ſub tali pœna, coitus contrà naturam genericè prohibetur; imò *Beſtialitas* de iure diuino pœna mortis vindicatur (f) expreſsè; *Mollities* autem interpretatiuè, dum dicitur *Maledictus homo*, *qui ſeminat ſemen ſuum ſuper terram*; & ſimili peccato delinquens, morte mulctatus eſt à *Deo*, vt habetur in *Geneſi*. (g) De *coitu* autem *cum cadauere* nulla expreſſa eſt lex; non enim tantùm facinus futurum præſumpſit, ſuper quo ſanciret pœnas; attamen non ſine horrore audiui factum, & proceſſum ſuper hoc conditum, non ſine ſtomaco legi; mollitiem exiſtimat *Diana*, (h) & non abnuo, ſed tali circumſtantia affectam, vt tranſeat in *Sacrilegium* ſaltem *Ciuile*. Si enim propriè *Sacrilegium* eſt, *defraudare corpora Defunctorum*, *vel ſepulturam*, *lapides tranſportando*, *ſeu ceſpitem remouendo*, vt habet *textus*, (i) & *Sacrilegium* morte plectitur, à fortiori tanquam Sacrilegus puniendus eſt, qui, effrænata libidine, mulieris cadauer violaret; vndè, & pœna mortis vtique eſſet vindicandum ſcelus tam impium, à quo dum abhorret natura, ſola perditiſſima libido ad ipſum poteſt impellere.

123. Sed non propter iſta tantùm crimina, quæ atrocia, & atrociſſima ſunt expelli poteſt *Religioſus*, ſed ſunt etiam multa alia, vt *Apoſtaſia à Religione*, *inobedientia contumax*; *Rebellio*; *conſpiratio in perſonam Fratris*, *vel Superioris*, & alia huiuſmodi, de quibus paſſim *Auctores*: ſed neminem inuenio, qui Regulam aſſignet, per quam talia crimina cognoſcantur, per quæ iuſtæ expulſioni anſa tribuatur.

Hanc ergo Regulam tradere poſſumus, puta, quod eſt expellendus à *Religione* incorrigibilis in illis criminibus, ad quæ Delinquens ſuo exemplo, ſuaſione, vel conuerſatione poteſt alios *Religioſos* perducere; & quæ cedunt in conturbationem, dedecus, & infamiam totius *Religionis*. Fundamentum huius Regulæ eſt; quia cauſa prima, & finalis expulſionis eſt liberare *Religionem* à periculo curruptelæ, quod ſibi imminet ex talium peruerſorum conſortio; vndè dicitur in vno *Canone* (l) *Reſecandæ ſunt putridæ carnes*, & *ſcabioſa ouis è caulis repellenda*, *ne tota domus*, *maſſa*, *corpus*, & *pecora ardeant*, *corrumpantur*, *putreſcant*, *intereànt*. Hinc *D. Paulus*, (m) vt aduertit *D. Thomas*, (n) iniunxit *Corinthijs*, vt expellerent ab Eccleſia huiuſmodi hominem, ſuo vitio alios corrumpentem, dicens. *Auferte malum ex vobis*; *modicum enim fermentum totã maſſam corrumpit*. Et *S. Auguſtinus* in ſua *Regula* (o) ordinauit. *Si quis emendatoriam ſubire vindictam recuſauerit*, *de veſtra ſocietate proijciatur*; *non enim hoc fit crudeliter*, *ſed miſericorditer*, *ne contagione peſtifera plurimos perdat*. Et eadem prorsùs verba repetit. *Decretum Sacræ Congregationis Concilij* (p) dicens *Ne contagione peſtifera plurimos perdat*, *tanquam pecus morbida*, & *membrum putre*, *eijci tandem poſſit*. Et ratio naturalis hoc innuit, vt ſcilicet non parcatur membro, vt totum corpus ſaluetur, & *Religio* ſeruetur indemnis, ex damnatione vnius Delinquentis. Si etiam alicuius crimen eſt cauſa damni, conturbationis, ſiue infamiæ *Reipublicæ*, eſt ab ea expellendus. Sic *Ioſue* damnauit *Acham*, ex cuius ſacrilegio totus populus *Iſrael* damnum, & turbationem paſſus eſt, vndè di-dixit illi Ioſue. (q) *Quia turbaſti nos*, *exturbet te Dominus in die hac*; & expulſum extra caſtra lapidauit populus. Sic mulier ſapiens liberauit *Abelam Ciuitatem* obſidione preſſam à *Ioab*, tradito ipſi capite *Sebæ* filij *Bochri*, qui in rebellionem contrà *Dauid* eam poſuerat. (r) Sic quando Iudas proditor exijt de cœnaculo, dixit *Ieſus* (s) *Nunc clarificatus eſt filius hominis*, infamia enim illius proditoris maculabat totum

tum

tum *Collegium Apoſtolicum*, vndè dixit *Auguſtinus*. *Exijt Iudas, & clarificatus eſt Ieſus, exijt ſilius perditionis, & clarificatus eſt filius hominis, & exeunte immundo, omnes mundi permanſerunt*.

124. Sequitur ergo ex his, quod cauſa finalis, ob quam à iure inducta eſt *expulſio*, eſt, ad hoc, quod ex eorum conſortio non deprauetur *Religio*; vndè concluditur, quod expellendus eſt à *Religione* incorrigibilis in illis delictis, quæ poſſunt cauſare peruerſionem in cæteris Religioſis, vel ſolent eſſe originem perturbationis, infamiæ, ſiue alterius damni totì *Religioni*. Alia enim ſunt delicta, quæ ſoli delinquenti nocent, & per accidens eſt, quod etiam alijs ſint nociua, puta ratione mali exempli, quo cæteros prouocant; alia verò, quæ non vni tantùm, ſed pluribus noxia ſunt, vel in concernentibus ſalutem ſpiritualem, vel in ſpectantibus ad ſtatum politicum. Exempli gratia Crapula, ebrietas. blaſphemia, notabilis negligentia ad Chorum, otioſitas, proprietas, & ſimilia ſoli delinquenti ſunt nociua, non enim tranſeunt in tertiam perſonam, nec tam facilè exemplo malo poſſunt alios corrumpere, cum ſint vitia, non tam facilè propagabilia. Viceuerſa carnalitas, hæreſis, alearum vſus, homicidium, percuſſio, murmuratio, & his ſimilia exitioſa ſunt etiam alijs, vel quia ſine alijs minimè patrari poſſunt; vel quia de facili in omnibus ſerpunt, vel quia aliorum quietem perturbant, vel quia apud Sæculares pariunt *Religioni* dedecus, & infamiam. Inter iſta præcipua ſunt *Hæreſis, ſiue falſa doctrina* tendens ad relaxationem obſeruantiæ Regularis, præſertim ſi diſſeminatur à viro, qui exiſtimationem ſapientiæ apud cæteros habet; ſerpit enim iſta ad modum cancri, vel ob ſimplicitatem, & ignorantiam, vel ob naturalem inclinationem ad malum, quam ex corrupta natura habent omnes homines. *Lapſus carnis* quiuis, ſiue contra, ſiue extrà clauſtra, ſiue ſecundùm, ſiue contrà naturam; hoc enim vitium conſummari non poteſt, niſi in tertia perſona, ſocios faciliter inuenit ob ſummam pronitatem naturæ; alia vitia ſecum complicat, vt crapulam, furtum, proprietatem, ſine nummis enim ſalaces iſti, ac fornicarij rarò reperiuntur, quia ſine illis non commodè poſſunt propriam libidinem explere; & tandem vitium hoc maxima ignominia apud Sæculares maculat *Religionem*, iuuentutem corrumpit, &, qui eo inficiuntur, difficillimè corriguntur. *Luſus alearum*: hic enim pluralitatem peccantium, & nummos, aut, ad minus, proprietatem requirit, non enim ex ioco, ſed de re alicuius valoris, & vt plurimum ob auiditatem aliquid poſſidendi, huiuſmodi luſores tale ſcelus exercent. *Homicidium, percuſſio, mutilatio, minæ intentatæ, detractio famæ proximi, Libellorum famoſorum compoſitio, ſcriptio, diſſeminatio; furtum ſiue domeſticum, ſiue ſacrilegum; falſificatio manus, aut ſigilli Superiorum; litterarum interceptio, retardatio malitioſa, aperitio iuxtà Statuta; conſpiratio in perſonam alicuius Religioſi; Monopolium; factionis ſuſcitatio, coniuratio contra Prælatos*, & his affinia crimina *Religioni* exitio ſunt, inquietant enim Religioſos, pacem perturbant, ſerunt diſcordias, lites; inimicitias, odia, rixas, contentiones, emulationes, rebelliones, & *Paradiſum Religionis* in Infernum conuertunt, dum in eo manentes Religioſi tot furijs diuexantur; quot vitia ſunt, quæ, talium operatione intrà Clauſtra regnant. *Apoſtaſia* tandem; & eo maximè ſi eſt habitu retento, & omne aliud crimen, quod intrà Sæculares committatur, & meximè ſi eſt *Adulterium*, ſiue *furtum*, incredibile eſt quantam *Religioni* pariat infamiam, quantùm ex ea triſtentur boni Religioſi, & quam difficile ſit priſtinam bonam famam recuperare, ob ſcandala, quæ à talibus fugitiuis, & Apoſtatis committuntur.

Hac ergo aduertentia poſſunt vti *Superiores*, & bene enaminare conditiones, & qualitates, circumſtantias delicti, delinquentis, loci, temporis, perſonarum, publicitatis, modi, & ſecundum, quod viderint delicta fuiſſe *Religioni* pernicioſa, iuxtà ſupradatam Regulam, poterunt de incorrigibilitate determinare.

XXVI. Quæ-

XXVI. Quæritur. A quo proferri debeat ſententia expulſionis?

SVMMARIVM.

125 *De iure antiquo Generales, & Prouinciales, cum conſenſu Capituli, expellebant inconrrigibiles.*

De iure nouo reſeruatur Generali, cum conſilio ſex grauiorum Patrum.

Apud nos Vicarius, & Commiſſarius Generalis idem poſſunt.

Commiſſarius Generalis deputatus à Miniſtro Generali in ſua abſentia idem poteſt.

Pariter Commiſſarij Generales deſtinati ad regendas Nationes.

126 *In Prouincijs remotis hoc idem poſſunt Viſitatores.*

127 *Generalis nequit expellere niſi cum conſilio ſex Patrum.*

Difficultates in hac re emergentes.

Prouiſio facta à Sacra Congregatione Concilij.

128. *Sanctorus negat, ſed immeritò, talem prouiſionem.*

Dictum ipſius non debet remorari Superiores.

Subſiſtentia Decreti Sacræ Congregationis aſtruitur.

Argumentum ab auctoritate negatiuè non tenet.

Demonſtratio alia talis Decreti.

129 *Patres in vnaquaue Prouincia deputari debent in quolibet Capitulo.*

Sed ijdem poſſunt reeligi.

Quales debent eſſe tales Patres.

Cauſa meri, & mixti imperij committitur induſtriæ perſonæ.

130. *Patres Conſiliarij pro expulſione debent eligi per vota Capitularia.*

Sed ſufficit per vota Diffinitorij in actu tamen Capituli.

131. *Dictio* ex *dicit cauſam materialem, & immediatam.*

Dictio in *addita loco, aut tempori, ſignificat comprehenſum in illis.*

132. *Captus in limine domus, dicitur captus in domo.*

Nomine domus venit ſpatium inter muros comprehenſum.

133. *Exponitur clauſula Decreti Sacræ Congregationis.*

134. *Lapſus Lezanæ, & Nouarij.*

Vndè ortum habuit illorum lapſus.

Periculoſum erat electionem ſex Patrum ſoli Generali committere, & quare.

Facultas expellendi non poteſt à Generali delegari.

In Noſtra Religione delegabilis eſt, ex priuilegio ſpeciali, pro remotis Prouincijs.

Excuſatur Lezana, & Peyrinus.

135. *Conſiliario ad expulſionem ſimilis conſiliationi ad electionem.*

Abſentes per nimiam diſtantiam non ſunt vocandi ad electionem.

Immoderata diſtantia cenſetur duodecim dietarum.

Moderatè diſtat, qui vltrà tres dietas non diſtat.

Generali diſtanti à Prouincia vltrà tres dietas poteſt mitti proceſſus, & vota Patrum ad expulſionem.

Non verò ſi diſtat ſolùm per tres dietas.

136. *Confirmatur reſolutio ex Statutis.*

Abſente Generali vltrà tres dietas, facienda eſt electio Vicarij Prouincialis.

137. *In Statutis dieta eſt triginta milliarium Italicorum.*

In iure Canonico, & Ciuili eſt viginti milliarium.

In caſu noſtro accipienda dieta de iure communi.

Corrigendum eſt ius minus, quàm poſſit.

Diſtantia computanda à confinijs Prouinciæ.

138. *Si commodè conuenire poſſunt ſex Patres, meliùs diſcutitur cauſa.*

Non eſt neceſſe ad expulſionem, quod vota omnium vniformentur.

Sufficit maior pars.

139. *Licet omnes Patres dent votum ad expulſionem non obligatur Generalis ad expellendum.*

In paritate votorum nequit Generalis expellere.

Epiſcopus, ſi quid facere debet cum conſilio Capituli, debet habere maiorem partem votorum.

Non ſic quando, & ipſe, habet votum in Capitulo.

Generalis ſolus debet expellere.

Conſilium ſex Patrum debet haberi à maiori parte.

Et

Etità Decretum fuit à Sacra Congregatione.

140. *Votum deciſiuum Generales, & Prouinciales habent in ſolis Electionibus & non vltrà.*

Aliud eſt, quod fit à ſuperiore cum conſenſu Diffinitorij, & aliud, quod fit à toto Diffinitorio.

Maior, & ſanior cenſetur pars, in quam inclinat Prælatus.

125. RESpondeo, quod licet de iure antiquo ex conceſſione *Alexandri Sexti*, de qua meminerunt plures *Doctores* (t) poſſent *Generales Minorum* per ſe ipſos, & *Prouinciales* cum conſēſu *Capituli*, (incorrigibiles expellere, quo Priuilegio ratione communicationis omnes aliæ Religiones olim gaudebant, prout dicunt *Rodericus*, & *Miranda*) (u) tamen de iure moderno, poſt *Decretum* ſupracitatum *de Apoſtatis*, & *Eiectis* hoc reſeruatum eſt, ſoli *Generali*, cum conſilio, & aſſenſu ſex deputatorum ad hoc; Ait enim *Decretum paragrapho ſextò*; *Eijci poſſit, ſed ab ipſo Generali tantùm, de conſilio, & aſſenſu ſex Patrum ex grauioribus Religionis eligendis in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus Generalibus.*

Licet autem *Decretum* loquatur de *Generali* tantùm, ità vt apud nos videatur debere intelligi de *Miniſtro Generali* tantùm, tamen intelligitur etiam de *Vicario Generali*, iſte enim eſt *Supremus in Ordine*, & eandem habet poteſtatem, quam habet *Generalis*, & ordinariam, vt patet ex *Statutis* (x) *Ordinis*. Idem pariter intelligendum eſt de *Commiſſario Generali* electo ſecundùm *Bullam Vnionis* pro ſua Familia; in iſta, ſiquidem ordinariam, ac vniuerſalem iuriſdictionem habet ſecundùm *Statuta Ordinis*, (z) & Conſtitutionem *Leonis Decimi*, (a) & ea poteſt in ſua Familia, quæ *Generalis* in toto *Ordine*. Hoc poterit etiam *Commiſſarius Generalis* deputatus à *Generali* ad regendum Familiam, à qua *Generalis* diſcedit, dum in aliam Familiam pergit, vt probat optimè *Sanctorus*, (b) quia iſte gerit omnes vices *Generalis*, & ipſi commiſſa eſt plenitudo poteſtatis ipſius *Generalis*, niſi aliquod ſibi ſpeciale reſeruet; & hac de cauſa idem præſtare etiam poterunt *Commiſſarij Generales*, quibus *Prouinciæ* alicuius *Nationis* regendæ commiſſæ ſunt, dummodò ipſis à *Miniſtro*, ſeu *Vicario Generali* delegata ſit ipſius plenaria facultas; à iure enim non habent aliam facultatem, quam ſibi à *Generali Miniſtro*, ſeu *Vicario* fuerit delegata, vt ex *Statutis* (c) habetur.

126. Quia verò ob amplitudinem *Religionis*, & nimiam locorum diſtantiam ab *Indijs Occidentalibus*, & *Orientalibus*, & à *Prouincijs* inferioris *Germaniæ*, difficile eſt, quod *Generales* poſſint per ſe, ad expulſionem procedere, ideò *Sacra Congregatio Concilij* indulſit, vt in præfatis locis *Viſitatores Prouinciales*, deſtinati à *Generali* cum amplitudine poteſtatis, hoc poſſint, vt habetur ex *Statutis Toletanis* 1682. (d) tenoris ſequentis. *Et quoniam ob amplitudinem, & dilatationem Ordinis non poteſt Reuerendiſſimus Pater Generalis adire, quamplures Prouincias, præſertim Orientalium, & Occidentalium Indiarum, ac Inſularum, nec non Germaniæ, & Flandriæ, eadem Sacra Congregatio indulſit ſupradictam facultatem (expellendi incorrigibiles) Commiſſarijs Viſitatoribus ab eo deſtinandis ad dictas Prouincias, cum amplitudine poteſtatis, vt ſeruata in reliquis forma Decreti, hac de re editi, eiectio fieri poſſit ab illis, cum conſilio, & aſſenſu prædictorum ſex Patrum (de quibus infra;) benignè annuente Summo Pontifice.*

127. Ex recenſito autem *Decreto* nequeunt *Generales*, ex ſe, deuenire ad ſententiam expulſionis, niſi adhibito *conſilio, & aſſenſu ſex Patrũ ex grauioribus Religionis eligendorũ in ſingulis Capitulis, & Congregationibus Generalibus*. Innumeris autem, & pœnè inſuperabilibus difficultatibus implexa erat res hæc; ità vt moraliter impoſſibilis redderetur incorrigibilium expulſio, & Religionis defæcatio, ex eo, quod ſex iſti grauiores *Patres*, non poterant eſſe in Comitatu *Generalis*, dum viſitat *Religionem*, eo quia per *Statuta* (e) prohibetur ſecum ducere vltrà neceſſarios *Secretarios*, pluſquam duos Socios; tum ad bonum exemplum; tum ad vitanda *Prouinciarum* diſpendia; neceſſarium igitur erat expectare, quod *Generalis* eſſet *Romæ*, & ad ſe vocaret illos (neque enim ipſi Romæ degebant de familia,) vndè fiebat, quod ad multos annos cauſæ expulſionis protraherentur, cum nimio *Prouinciarum* incommodo, ac *Religionis* detrimento, ac inquietudine. Et quod plus eſt, non poterant iſti *Patres* ſcripto benè informari de moribus, & grauitate delictorum conditionibus, & qualitatibus incorrigi-

lium, quæ omnia pendent, vt plurimum ab experientiali cognitione, & autopſia ipſorum, locis, moribus, conſuetudine Patriæ, & ſimilium, quæ faciunt ad perpendendam delictorum atrocitatem; vndè poterat euenire minùs rectum judicium in re grauiſſima, in præiudicium *Religionis*, ſiue eijciendorum. Proindè eadem *Sacra Congregatio Concilij*, loco ſex *Patrum* pro toto *Ordine*, ſeligendos indulſit ſex in vnaquaquè *Prouincia*; de qua conceſſione vltrà *Statuta Capituli Generalis Vallisſoletani* 1670. fit mentio in *Toletanis* 1682. in hæc verba, (f) *Iuxtà declarationem, & conceſſionem Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Sacroſancti Concilij Tridentini Interpretum tenoris ſequentis videlicet*; (Sacra Congregatio Concilij Tridentini Interpretum, Sanctiſſimo Domino approbante, declarauit ſex Patres in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus Generalibus eligendos, de quorum conſilio, & aſſenſu Generalis, poteſt Regulares incorrigibiles à Religione eijcere, in vnaquaquè Prouincia eligi poſſe, eoſdemquè ſic electos ſi Generalis tam longè abſuerit, vt cum eis conuenire non poſſit, debere ad eundem tranſmittere ſummarium proceſſus vnà, cum eorum voto, & iuxtà illud poſſit Generalis ad ſententiam expulſionis procedere. Interea tamen vſquè ad primum Generale Capitulum, vel Congregationem proximè celebrandam, SanctitasSua annuit, vt eiectio, ſeruata in reliquis forma Decreti hac de re editi, poſſit fieri à Generali, cum conſilio, & aſſenſu ſex Patrum, quos idemmet Generalis in qualibet Prouincia infrà quatuor menſes elegerit. Nona Auguſti 1625. S. Cardinalis S. Suſannæ loco ✝ ſigilli. Proſper Fagnanus Sac. Congregationis Secretarius.) *Deſignantur in ſingulis Ordinis noſtri Prouincijs, tam pro Obſeruantibus, quàm pro Reformatis ſex Patres, videlicet Miniſter Prouincialis, & Cuſtos, duo antiquiores, ſeu digniores Prouinciæ Patres, duo antiquiores Lectores Iubilati apud Obſeruantes, apud Reformatos autem, & vbi non ſunt Iubilati, duo Lectores Sacræ Theologiæ, ſiue habituales, dummodò ſint antiquiores; defectu verò duorum Prouinciæ Patrum, duo Excuſtodes, ſiue Diffinitores antiquiores in Officio.*

128. Vndè non eſt audiendus *Sanctorus*, (g) qui ait ex parte totius noſtræ *Religiones* ſupplicatum fuiſſe de remedio (reſpectu difficultatis circà illos ſex *Patres* eligendos à *Capitulo Generali*, quorum conſilium, & aſſenſus ad expulſionem requiritur) apud *Vrbanum Octauum*, qui nunquam petitioni aſſentiri voluit reſiſtentibus ijs, qui primi *Decreti* artifices fuerunt. Quia magis credendum eſt, auctoritati totius *Capituli Generalis*, quod bis teſtatur de hoc ſecundo *Decreto* diſpenſatiuo ſuper electione illorum ſex *Patrum*, quod emanauit anno 1625. (de quo *Decreto*, ſaltem de auditu à fide dignis, teſtatur *Peyrinus*, (h) cui ſubſcribit *Nouarius*, & *Lezana*; (i) licet iſte poſtea ſententiam mutauerit, (l) qui ante *Sanctorum* ſcripſit,) quàm priuatæ atteſtationi ipſius *Sanctori*, licet viri grauiſſimi; non enim ipſe potuit omnia ſcire; & ſi ipſe teſtatur, in praxi contrarium expertum fuiſſe, & quod *Religio* vniuerſa, ſupplicans de remedio, exaudita non fuit; fortè hoc ideò euenit, quia *Religio* ſupplicauit non præciſè de electione ſex *Patrum* diſpenſanda, (quia iam ſuper hoc obtenta erat diſpenſatio ab anno 1625.) Sed de abolitione totius *Decreti de Apoſtatis, & Eiectis*, & reductione poteſtatis *Religionis* circà expulſionem incorrigibilium ad antiqua, & primæua iura, & huic negotio adlaborans *Sanctorus* expertus eſt, *Vrbanum Octauum* minimè annuiſſe; vel quia *Sanctorus*, & *Religio* tentabant expulſionem committi etiam *Viſitatoribus Prouinciarum* vniuerſaliter, vt ſonabat *Decretum* illud à *Peyrino* recitatum, quod nullo modo ſecundùm talem diſpoſitionem verum erat, vt nos infrà dicemus. Non debet ergo remorari *Superiores*, in exequendo ſuo munere, auctoritas *Sanctori*, qui præinſertum *Decretum* diſpenſatiuum non recitat; quia argumentum hoc eſt ab auctoritate, quod negatiuè nõ tenet; & ſi ipſe affirmat de oppoſito in praxi, non loquitur expreſſè, & ſpecificè de electione ſex *Patrum*, ſed de denegata ab *Vrbano* conceſſione pro remedio, ad ſupplicationem *Religionis*, quæ fuit denegata. Addit robur ſubſiſtentiæ talis *Decreti*, quod ipſum impreſſum fuit ter Romæ: primò de anno 1671. *in Tabula Capituli Generalis Vallisſoletani*: ſecundò pariter Romæ ab *Impreſſorem Cameræ Apoſtolicæ* 1683. *in Tabula Capituli Generalis Toletani*: tertiò in *Tom. 4. Orbis Seraphici* apud eundem Impreſſorem Cameralem 1685. & notum eſt, ibi minimè imprimi poſſe *Decreta*, nec à *Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici* concedi,

quod

quod imprimantur, niſi de eorum authentica ſubſiſtentia conſtet; nec credendum eſt, duo *Capitula Generalia* voluiſſe ſuper re grauiſſima diſponere aliquid in contrarium primo *Decreto*, In quo contrafacientibus, (vltrà nullitatem actuum) pœna priuationis imponitur, niſi talis diſpenſatiui *Decreti* fundamento legitimo fuiſſent innixa. Et quod omnem elidit ſcrupulum eſt, quod prædicti *Decreti* dati 1625. fit mentio in alio *Decreto* eiuſdem *Sacræ Congregationis Concilij* emanato 12. *Iunij* 1653. ad interrogationes factas à *Procuratore Generali Ordinis B. Mariæ de Mercede* ſuper difficultatibus emergentibus ex primo *Decreto*, quod Decretum ſecundùm ſe habere apud ſe authenticatum manu, & ſigillo *Cardjnalis Caraffæ Præfecti*, & *Paulutij Secretarij* eiuſdem *Sacræ Congregationis* teſtatur *Petrus de Angelis*, (m) quod etiam ad verbum dat: & nos, qui hæc Romæ ſcribimus ocularitur certificati ſumus de eodem in Regiſtro *Sacræ Congregationis Concilij*, & eſt prout refert *Latuſca*, & nos ſuprà dedimus.

129. Conſtante ergo prædicti *Decreti* ſubſiſtentia: noto primò, quod *Statutum Toletanum* ſupracitatum diſponens *Miniſtrum*, *Cuſtodes*, duos antiquiores *Prouinciæ Patres*, duoſquè *Lectores Iubilatos* adhibendos ad expulſionem, non eſſet perpetuum, neque habet vim legis perpetuò duraturæ, ſed durare debuit tantùm vſquè ad proximum tunc futurum *Capitulum Generale*. Ratio eſt, quia *Decretum* primũ diſponit, quod ſex *Patres* debent eligi *in ſingulis Capitulis*, & *Congregationibus Generalibus*; vndè in vnoquoquè *Capitulo* facienda erat noua electio, non quidem nouarum perſonarum de neceſſitate, quia qui fuerunt electi in vno, poterant reeligi in *Capitulo* immediatè ſequenti, vt notat *Sanctorus*, (n) ſed per nouam votorum collationem: quia ex vi *Decreti* electio facta in vno Capitulo non poteſt perdurare, niſi vſque ad nouum Capitulum. Noto ſecundò, quod electiones faciendæ debent cadere ſuper determinatis perſonis, non verò ſuper officijs; tum quia ex vi *Decreti Patres* eligendi debent eſſe ex grauioribus Religionis: cum ergo indultum ſit, vt poſſint eligi in vnaquaque *Prouincia*, debent eſſe ex grauioribus *Prouinciæ*. Accidit verò aliquandò, quod *Cuſtos*, & *Diffinitores* non ſint ex grauioribus, vndè illi ſic deputati non ſunt ad mentem *Decreti*; tum quia *grauiores* in hoc caſu intelligendi ſunt *Doctiores in Sacris Canonibus*, *Statutis*, & re criminali, cum enim debeant eſſe Coniudices in re grauiſſima, debent pollere maxima doctrina, & experientia, & multoties *Cuſtos*, *Diffinitores*, & antiquiores in *Paternitate* deficiunt in doctrina prædictarum rerum, & non ſatisfactum eſſet *Decreto* in talium electione; tum quia *Decretum* volens illos *Patres* eligi in ſingulis *Capitulis Generalibus ex grauioribus Religionis* innuit, quod ad tantùm munus debet eligi induſtria perſonæ; cauſa enim hæc grauiſſima eſt, pertinens ad merum, & mixtum imperium, quæ cum commiſſa ſit maiori Magiſtratui, puta ſoli *Generali*, & *ſex Conſiliarijs*, cenſetur ad eam electa induſtria perſonæ, vt habet *Iulius Clarus*; (o) vndè pariter ità interpretandum eſt *Decretum* diſpenſatiuum, & ità debent eligi tales *Iudices* ſub nomine perſonæ, non verò dignitatis.

130. Noto tertiò, quod ſicut ex diſpoſitione primi *Decreti* eligendi erant per vota *Capitularium* ſex illi *Patres* in *Capitulis*, vel *Congregationibus Generalibus* pro toto *Ordine*, ità videtur, quod in *Capitulis Prouincialibus*, per vota eorundem *Capitularium* eligi debeant, vt præfertur, ſex *Patres* in vnaquaquè *Prouincia*. Ratio eſt, quia ex vi primi *Decreti* illi ſex *Patres* debebant eligi per vota *Capituli*, & non per deputationem factam à *Generali*, vt patet ex eodem Decreto; cũ ergo ex ſecundò *Decreto* diſpenſatiuo, ijdem *Patres* in vnaquaquè *Prouincia* debeant eligi, certè debent eligi per vota, non enim in hoc ſecundo *Decreto* diſponitur, quod poſſint creari à *Generali* per deputationem; non verò poſſunt eligi per vota *Capituli Gendralis*, quia impoſſibile moraliter eſſet, quod pro ſingulis *Prouincijs* tales electiones fierent per vota, cum *Capitulares*, licet poſſint habere cognitionem *Patrum* idoneorum in proprijs, & ad plus in contiguis *Prouincijs*, non tamen in remotis; ſequitur ergo, quod electiones iſtę debent fieri in ſingulis *Prouincijs* pro vota *Capituli Prouincialis*, aut ad maiorem facilitatem per vota *Diffinitorij* in *Capitulo Prouinciali*; non enim *Decretum*, quod determinat electionem talium, arctat illam ad vota totius *Capituli*, ſed dicit eligi debeant *in ſingulis Capitulis*, & *Congregationibus Generalibus*; vnde ſicut praxi conſtante aliàs tales *Iudices* eligebãtur per vota *Diffinitorij Generalis*, ità amdo

do poterant eligi per vota *Diffinitorij Prouincialis*, dummodò fiat in *Capitulo*.

131. Et magis moueor ad perſiſtendum in hac ſententia, quod nempè *Patres* illi poſſint eligi in *Capitulo Prouinciali* per vota *Capituli*, ſeu *Diffinitorij Prouincialis*, ex conſideratione *Decreti* diſpenſatiui ſupra recitati, vbi habetur *ſex Patres in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus Generalibus eligendos: in vnaquaque Prouincia eligi poſſe*. Patet enim apud *Iuriſtas* aliud ſignificare eligi poſſe *in vnaquaq;* & aliud *ex vnaquaq; Prouincia*. Dictio enim *ex*, vt docent *Baldus* & *DD.* (p) dicit cauſam materialem, & immediatam, & ideò ſi dicitur *ex linea Titij aliquem vocari*, intelligitur *ex Titio*, quia coniunctionem inducit. Dictio verò *in* comparata, ſiuè præpoſita loco, vel tempori ſignificat comprehenſnm in terminis loci, aut temporis, vt dicit *Ludouicus Romanus*. (q)

132. Vndè *Statutum* diſponens, quod quis non poſſit capi *in* Domo, non violatur, ſi capiatur in limine Domus, vt habet (r) *Signorolus*, quia nomine Domus venit præcisè ſpatium cemprehenſum inter muros, qui ſunt termini Domus; & ex communi vſu loquendi, aliquod faciendum *in* tali tempore, intelligitur in ſpatio comprehenſo inter principium, & finem illius temporis, vndè præceptum adimplendum *in* tali die non valet, ſi adimpleatur illo tranſacto.

133. Ad propoſitum ergo, ſi Decretum Congregationis haberet ſex Patres *in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus Generalibus eligendos: ex vnaquaque Prouincia eligi poſſe*; ſenſus eſſet, quod *ex* gremio vniuſcuiuſq; *Prouinciæ* tanquam ex cauſa materiali immediata, eligerentur, in *Capitulo* tamen, vel *Congregatione Generali*, hoc eſt, quod tempore *Capituli*, ſeu *Congregationis Generalis*, puta à vocalibus illius electio talium fieret. Sed ità non loquitur *Decretum*; ſed dicit *in* vnaquaque Prouincia, ità vt ly *in* non importet niſi ambitum comprehenſum à terminis *Prouinciæ*, ſeparatum à diſpoſitione primæ clauſulæ. Vndè hic poteſt eſſe germanus ſenſus *Decreti*; hoc eſt *ſex Patres in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus Generalibus eligendos*, putà iuxtà diſpoſitionem primi *Decreti*, poſtmodùm ex diſpenſatione ſecundi *Decreti in vnaquaque Prouincia eligi poſſe*; ità vt ſicut pro tota Religione in *Capitulis Generalibus* eligebantur, ità modo *in vnaquaque Prouincia* eligi poſſint pro *Prouincia* illa. Et patet, quod non alio tempore ſiue modo eligi poſſunt, niſi ſecundùm quod priùs eligebantur; ſed tunc tempore *Capituli*, & per vota *Capitularium*, ergo, & nunc, puta in tempore, & per vota *Capituli Prouincialis*. Et quod hic ſit optimus ſenſus illius *Decreti* patet ex reſponſione eiuſdem *Sacræ Congregationis* ad quartum dubium ſibi propoſitum, ſupra data; ſic enim habet interrogatio. *An ſex Patres, de quorum conſilio, & aſſenſu electio fieri debet ſint eligendi de tota Religione, an potiùs ſufficiat ex qualibet Prouincia?* Vndè pōderanda eſt particula *ex*, per quam apertè quæritur an *Patres* eligendi per *Capitulum Generale* poſſint ab illo, *ex* qualibet Prouincia, eligi: Reſpondetur. *Inhærendo declarationi aliàs factæ die 9. Auguſti 1625. à S. Mem. Vrbano Octauo approbatæ* (ex quibus verbis conſtat de ſubſiſtentia Decreti diſpenſatiui, vt dictum eſt) *ſex Patres eligi poſſe* in *vnaquaque Prouincia, ſeu Regno*. Ex qua reſolutione apparet, quod cum nulla ampliùs mentio fiat de *Capitulo Generali*, à quo ſit facienda talium electio, ſed tantùm dicatur *in vnaquaque Prouincia eligi poſſe*, aperte demonſtratur per vota *Capituli Prouincialis* eſſe eligendos, non enim *in vnaquaque Prouincia* celebratur *Generale Capitulum*, vt ab eo eligi debeant; & ſi à *Capitulo Generali* eligerentur non *in*, ſed *ex* vnaquaque Prouincia eligerentur contrà contrà clara verba *Decreti*.

134. Et aduertere hìc licet lapſum *Lezanæ*, & *Nouarij*. (s) Ille ſiquidem (poſtquam in primo *Tomo c. 23. n. 5.* ex *Peyrino* admittit *Decretum* illud diſpenſatiuum circà electionem *ſex Patrum*, & dicit virtute illius ſic diſpoſitum fuiſſe in ſuis *Conſtitutionibus Carmelitanis*, in quibus committitur facultas *Generali* eligendi *ſex Patres* ſibi benè viſos ad effectum expulſionis,) (u) mutauit ſententiam, dicens non conſtare de tali *Decreto* diſpenſatiuo, & non valere diſpoſitionem prædicti *Statuti* ſuæ *Religionis*; & quod cum anno 1635. *Conſtitutiones* cuiuſdam *Religionis* oblatæ eſſent *Papæ* pro approbatione; *Cardinales*; & *Prælati* deputati ad earum examen, noluerunt admittere explicationem illam, puta poſſe *Generalem*, vel *Viſitatorem Generalem*, in qualibet *Prouincia*, in qua id opus fuerit, aſſumere ſibi ſex ex *Diffinitoribus* illius, de quorum conſilio, & aſſenſu poſſet prædi-

ctos

ctos incorrigibiles eijcere. Lapſus ergo *Lezanæ*, & ex eo *Nouarij* eſt, quod ipſe eum ſua *Conſtitutione Carmelitana* ponebat in poteſtate *Generalis*, ſiue *Viſitatoris*, in vnaquaquaque *Prouincia ſex Patres* ex illius *Diffinitoribus* eligere, & hoc ex diſpenſatione *Sacræ Congregationis*. Dupliciter autem lapſus eſt; primò ponendo in *Generali*, vel *Viſitatore* facultatem eligendi ſex illos *Patres*; hoc autem nullo modo conceſſit in illo *Decreto Sacra Congregatio*, dixit enim ſolummodò poſſe eligi *in vnaquaque Prouincia*, non ponit autem in poteſtate *Generalis*, vel *Viſitatoris* talem electionem facere. Sed intelligitur electio facienda in *Prouincijs* ſingulis pro ſe, ſicut ex diſpoſitione primi *Decreti* facienda erat pro tota *Religione* in *Capitulis Generalibus*; & ſicuti in iſtis fieri debebant per vota *Capitularium*, ſeu ad minùs *Diffinitorij Generalis*; ità ſimiliter in *Prouincijs*; & ex hoc magis confirmatur expoſitio *Decreti* diſpenſatiui, quam ſuprà dedimus. Et reuera periculoſum nimis erat in ſolo *Generali* ponere facultatem eligendi ſibi Aſſeſſores ſex *Patres*; ex animoſitate enim ipſius contrà aliquem, potuiſſet in ſua mente ſtatuere alicuius expulſionem, & ad huius executionem eligere *ſex Patres* ab ejus nutu pendentes, qui cum violatione Iuſtitiæ ipſius placitis in grauiſſima re obſequerentur. Secundò lapſus eſt, quod cum in primo *Decreto* apertè diſponatur, quod eiectio fieri poſſit *à ſolo Generali*; non poteſt hæc facultas alicui alteri delegari, prout reſpondit eadem *Sacra Congregatio* ad tertiam interrogationem ſibi de hac materia factam, vt videre eſt in *Decreto* declaratorio, quod dedimus ſuprà. *Lezana*, & ipſius *Religionis Conſtitutiones* diſponebant eiectionem fieri poſſe à *Viſitatoribus*, qui certè, vt miſſi à *Generalibus*, habent facultatem delegatam, licet, vt in pluribus ad vniuerſitatem cauſarum. Quod ſi Nos ſuprà docuimus poſſe *Viſitatores à Generali* miſſos auctoritate delegata taliter eijcere, non abſolutè locuti fuimus de omnibus *Viſitatoribus*, ſed tantùm de viſitantibus nonnullas *Prouincias*; & hoc ex cauſa; puta quia nimis remotæ ſunt, & quod plus eſt, ex ſpeciali indulto *Sacræ Congregationis* facto *Religioni* noſtræ ob ipſius amplitudinem. Vndè talis facultas non eſt delegabilis indiſcriminatim omnibus *Viſitatoribus* vicinarum *Prouinciarum*. Et ſi docuimus *Commiſſarium Genelem* delegatum à *Generali* ad regendam integram Familiam, vel plures *Prouincias* vnius *Nationis* poſſe eijcere; hoc diximus, quia in iſtis militat eadem ratio, quæ mouit *Congregationem* ad indulgendum, vt in remotis à *Generali Prouincijs* poſſit talis facultas *Viſitatoribus* delegari. Quia ſi *Generalis* exit à *Familia*, verbi gratia, *Ciſmontana* pergens ad Hiſpanias, ſiue Gallias, patet, quod *Prouinciæ Familiæ Citramontanæ* reſpectu illarum ſunt valdè remotæ, pariter *Commiſſarij Generales Nationales*, creantur pro Prouincijs longè diſſitis, vt *Belgium*, & aliàs *Superior Germania*; vndè ſicut ex diſtantia *Prouinciarum* facultas illa eſt delegabilis *Viſitatoribus*, à fortiori dicendum idem eſt de *Commiſſarijs Generalibus*, qui ſemper ſunt *Patres grauiores*. Iure ergo noluerunt *Cardinales*, & *Prælati* diſpoſitionem illarum *Conſtitutionum* approbare, quia aliter diſponebant, ac fuerat à *Sacra Congregatione* in ſuo diſpenſatiuo *Decreto* indultum circà electionem *ſex Patrum*. Sed excuſabilis eſt doctiſſimus *Lezana*, quia ipſe ſequitur *Peyrinum* iiſdem verbis loquentem; nec culpabilis eſt *Peyrinus*, quia diſpoſitionem *Decreti* diſpenſatiui taliter recitat ex auditu, non de viſu.

135. Quia verò in hoc *Decreto* diſpenſatiuo habetur, ità, *Si Generalis tam longè abfuerit, vt cum eis* (nempè ſex Patribus) *conuenire non poſſit, debere ad eundem tranſmittere ſummarium proceſſus, cum eorum voto, & iuxtà illud Generalis poſſit ad ſententiam expulſionis procedere*; non leue dubium remanere poteſt, quantam diſtantiam aſſignare poſſimus, vt poſſit verificari conditio aſſignata à *Decreto*, ob quam ſex *Patres*, qui debent in conſilio eſſe cum *Generali* in ordine ad expulſionem, & propria vota collegialiter, & oretenùs dare, vt docet *Sanctorus*, (x) diſpenſentur, vt vota ſua ſimul cum ſummario proceſſus poſſint ad *Generalem* tranſmittere. Cum hæc materia valdè affinis ſit cum *Collegio*, quod debet fieri pro electione *Canonica*, iuxtà famoſiſſimam *Decretalem*, (z) ex eo quod ità debent in noſtro caſu conferri vota ad expulſionem, ſicut conferuntur ad electionem, cenſerem ea, quæ diſponuntur pro electione, quoad locorum diſtantiam, etiam quadrare pro noſtro caſu. Habemus autem ex *Iure Canonico*, (a) quod abſentes per nimiam diſtantiam vocandi non ſunt ad electionem, ex eo quod commodè accedere non poſſunt, vt dicunt *Doctores*, & *Rota*. (b) Immoderata

rata

Digitized by Google

rata verò, & nimia diſtantia pro certò eſt, quando abſens eſt aliquis quantùm *Capua* à *Panormo*, quæ eſt pluſquam duodecim dietarum, & de hac diſtantia eſt *Textus* expreſſus in citato *Cap. Cum inter de Electione*. Sed quænam ſit moderata diſtantia variè ab *Auctoribus* dicitur, & omnes penè relinquunt hoc iudicio prudentis arbitrandum. Mihi autem videtur, quod trium dietarum iter competens diſtantia eſſet, ità vt abſens vltrà talem diſtantiam nimium diſtare, & in noſtro caſu *longè abeſſe*, poſſet, dici. Hoc autem deduco ex duabus *Gloſſis*, (c) quarum vna ait: *Nota, quod vocantur abſentes à Mediolano vſq; ad Genuam, ſed non vſque ad duodecim dietas*; & hoc idem confirmat ſecunda. Stat autem, quod *Mediolanum* diſtat à *Genua* per tres dietas plus minus; Si ergo abſentes per tres dietas ad electionem vocandi ſunt, quia commodè poſſunt intereſſe, & non dicuntur abeſſe nimia, ſeu longa diſtantia, pari modo debet dici, quod ſi *Generalis* vltrà tres dietas abeſt à *Prouincia*, in qua debet dari ſententia expulſionis *longè abſit*, ſi verò intrà tres dietas *non longè* adſit; & ità in primo caſu poſſit practicari miſſio Summarij, & votorum per litteras; in ſecundo autem caſu non.

136. Hæc autem reſolutio confirmari poteſt à ſimili ex *Statutis*, (d) in quibus ordinatur, quod in caſu mortis *Prouincialis*, ſi *Superior Generalis* abſit à confinio *Prouinciæ* per tres dietas tantùm, conſulatur ipſe, antequam fiat electio *Vicarij Prouincialis*; ſi vltrà tres dietas, conuocatis Electoribus, ad electionem ſtatim procedatur. Sicut ergo diſtantia vltrà tres dietas cenſetur nimia ad expectanda *Generalis* mandata pro electione; ità talis cenſeri debet ad hoc, quod obligentur ſex *Patres*, *Generalem* adire, ad dandum oretenùs conſilium de expellendo, & ideò in tali caſu diſpenſantur, & poſſunt ſcripto mittere.

137. Scrupulus fortè poterit eſſe in aſſignando ſpatio itineris vnius dietæ, ad hoc, quod in re tam graui ſine cauillo procedatur. In citatis *Statutis* aſſignantur triginta leucæ, hoc eſt nonaginta milliaria *Italica* pro tribus dietis, ità vt dieta deberet cenſeri iter triginta milliarium *Italicorum*. *In Iure* autem (e) dieta accipitur pro itinere viginti milliarium *Italicorum*. Debet autem accipi dieta in caſu noſtro ſecundùm acceptionem *Iuris Communis*, quod enim in *Statuto* illo ſic taxentur dietæ, eſt pro illo caſu determinato, qui non debet extendi, cum vitanda ſit iuris communis correctio quantùm plus poſſit. Conſiderato maximè, quod *Patres* iſti, qui debent conſulere, vt in pluribus, ſunt graues, ſenes, qualificati, & ad normam Regulæ debent ire pedeſtres; vndè longum ſanè, & laborioſum eſt illis iter viginti milliarium in vno die. Proindè concludendum eſt, quod in diſtantia vltrà ſexaginta milliaria, quæ tres dietas adæquant, poſſit ſeruari diſpoſitio talis *Decreti* diſpenſatiui. Talem verò diſtantiam metiri debemus à confinijs *Prouinciæ* verſus locum, in quo *Generalis* eſt, ex eo quod hoc ſimiliter diſponitur in ſuprà citato *Statuto* circà diſtantiam trium dietarum pro conſulendo *Generali* ad electionem *Vicarij Prouincialis*, dicit enim. *Si contingat*(Generalem)*adeſſe in ſpatio trium dietarum, hoc eſt triginta leucarum computandarum à confinibus Prouinciæ, vbi vacantia contingit*.

138. Aduerto autem, quod ſi commodè omnes *Patres* poſſunt ſimul conuenire, materiam diſcutere, & vota conferre, meliùs certè fiet; ex conferentia enim, vt diſcurſu magis dilucidatur materia, & veritas eluceſcit, vt optimè aduertit *Sanctorus*. (f) Non eſt verò neceſsè ad expulſionem, vt omnia vota illorum ſex *Patrum* in eam colliment, ità vt vno, vel altero ipſorum diſſentiente, fieri non poſſit; ſufficit enim, quod maiori illorum pats ad eam inclinet, vt declarauit *Sacra Congregatio* in citata declaratione, in reſponſione ad vltimum quæſitum.

139. Tandem aduerto, quod *Generalis*, licet ſex *Patres* dent votum ſuum ad expulſionem, non tamen tenetur illum expellere. Ratio eſt, quia *Decretum de Electis* non dicit, quod probatus incorrigibilis *eijci tandem debeat*, ſed *eijci tandem poſſit*. Ità vt benè verum ſit, quod *Generalis* nequit expellere, niſi accedat conſenſus *Patrum*, quem ad expulſionem faciendam ſequi tenetur; non tamen ſequetur, quod obligetur ad illum expellendum, ſi ſex *Patres* expellendum iudicent; ſed poteſt illum expellere, vel non, ità vt *Generalis*, in *expulſione*, alligetur quidem conſilio *Patrum*; in *non expulſione* verò non ſic; quia poteſt eam velle, licet *Patres* in expulſionem inclinent. Dubium autem magni ponderis eſt, an ſi vota *Patrum* ſint diuerſa

ſa in paritate, tribus, nempè, inclinantibus, tribus verò non conſentientibus in electione, poſſit *Generalis* expellere incorrigibilem? Et dico, quod non. Quia quandò requiritur conſenſus maioris partis *Collegij*, ad hoc, quod *Superior* poſſit aliquid facere, non ſufficit æqualitas votorum *Collegij*. Et ad hoc optimè doctrina cuiuſdam *Gloſſæ*, (g) quæ ſic habet. *Scire debes, quod cum Epiſcopus habet conferre præbendam cum conſenſu Capituli, ſi ſunt viginti Canonici, & decem conſentiunt, non valet collatio, quia non habet maiorem partem Capituli. Sed ſi haberet votum in Capitulo Epiſcopus, vt Canonicus*; (Et collatio deberet fieri ab Epiſcopo, & Capitulo ſimul, vt ſupponit *Textus* expreſſus illius *Decretalis*) *tunc diceretur facta ab vndecim, & ſic ex maiori parte*; & hoc idem docent alij *Canoniſtæ*. (h) In propoſito autem noſtro, facultas eijciendi ſpectat ad ſolum *Generalem*, dicit enim *Decretum*, *Ab ipſomet Generali tantùm cum conſilio, &c.* ità vt non ad *Collegium* integratum ex *Generali*, & *ſex Patribus*, ſed ad *Generalem* ſolum eiectio ſpectet. Sicut ergo *Epiſcopus*, qui debet conferre præbendam cum conſenſu *Capituli*, conferre non poteſt, niſi adſit maior pars votorum *Capituli*, ità nec *Generalis*, qui ſolus eijcere poteſt cum conſilio, & aſſenſu ſex *Patrum*, expellere nequibit, niſi habeat conſenſum maioris partis, quæ tunc dicitur adeſſe, quandò ſuperat aliam partem, non quandò eſt alteri æqualis; & ità decidit *Sacra Congregatio* in *Decreto* ſæpè citato.

140. Quod ſi contrà hoc dicatur, *Prouinciales*, & à fortiori *Generalem* habere votum deciſiuum in electionibus, & omnibus negotijs à *Diffinitorio* reſoluendis iuxtà indultum *Vrbani Octaui*. (i) Vndè in caſu noſtro poſſit *Generalis* addere votum ſuum, & ſic decidere, & decernere expulſionem. Reſpondeo negando paritatem; quia *Decretum* illud loquitur expreſſè de electionibus, & non poteſt extendi ad hanc materiam, quæ exorbitat ab electione. Pariter aliud eſt loqui de ijs, quę debent fieri à *Superiori* ſolo cum conſenſu *Diffinitorij*, & aliud de ijs, quæ debent fieri auctoritate totius *Diffinitorij*. In iſto ſecundò caſu benè poteſt *Prouincialis* habere votum deciſiuum, & inclinare in eam partem, quæ ſibi melior videtur, caſu quo vota ſint paria, quia maior, & ſanior cenſetur eſſe illa pars, in quam Superior, vt dignior inclinat, vt dicunt *Ioannes de Anania, & Alexander*, (l) dummodò contrarium non apertè exprimatur in iure. In primo verò caſu non ſic. Quia Superior ſolus habet ius ad illud agendum, & *Diſfinitorium* tantùm requiritur in conſiliando, & aſſentiendo. Si ergo *Prælatus* a lege iubetur aliquid facere cum conſilio, & aſſenſu *Diffinitorij*: ad hoc, quod illud facere poſſit, oportet, quod maior pars *Diffinitorij*, non comprehenſo *Prouinciali*, ità conſulat, & aſſentiatur; in dando enim conſilio, & aſſenſu *Prouincialis* non cenſetur tunc de corpore *Diffinitorij*, aliter poſſet dici, quod conſiliaretur, & aſſentiretur ſibi ipſi, & ità eſſet conſulens, & conſultus, aſſenſum petens, & dans, quod eſt ridiculum. Cum ergo ſex *Patres* non habeant facultatem expellendi, ſed *Generalis* ſolus; & illi tantùm debeant dare conſilium, & aſſenſum, ſine quo nequit *Generalis* expellere, ſequitur, quod ad expulſionem requiratur maior pars votorum illorum ſex *Patrum*, nec ſufficiant tria vota, ad hoc, vt expellere poſſit, & ſic, vltrà prædicta firmat *Petrus ab Angelis*. (m)

XXVII. Quomodò facienda ſit incorrigibilium expulſio, & quæ ſeruanda ſint in praxi?

SVMMARIVM.

141. *Expellendus debet commiſiſſe tria grauia crimina.*
Quod fuerit de ijs monitus, & punitus.
Quod crimina illa habeant moralem connexionem.
Debet Prouincialis habere votum Diffinitorij ad Carcerationem.
Forma incipiendi proceſſum ad expulſionem remiſſiuè.

142. *In vnaquaque Prouincia debet eſſe liber continens ſententias latas.*
Huic libro datur plena fides in Iudicio.
Libris matriculatis Mercatorum adhibetur fides.
Difficultas ex Statuto, quod videtur contrarium.
Conciliantur Statuta contraria.

143. *Multi libri negotiorum Prouinciæ de-*

bent

bent eſſe in Archiuio.
Enumerantur ſigillatim.
Forma adnotandi delictum commiſſum, & pœnitentiam datam.
Aduertentia adhibenda in adnotandis delictis, & pœnitentijs.
144. *Sermo habendus à Prouinciali Expellendo antè ipſius carcerationem.*
Adnotanda in actu ſermonis, & incarcerationis.
145. *Si appellet Expellendus à Decreto carcerationis, non eſt audiendus.*
146. *Si in Carceratione aliquem percutit, immediatè puniendus eſt.*
Poſitus in carcere ieiunet, & ſe diſciplinet, tanquam formaliter carceratus.
Bis, vel ter in menſe publicè eſt monendus, & exhortandus ad ſe corrigendum.
147. *Si in captura percutiat, tempus carcerationis pro percuſſione, non confunditur cum tempore ad expulſionem.*
148. *Delinquens in carcere, debet puniri.*
Fugere cum fractura, tentans debet vinculari.
Cuſtos ſit erga eum humanus.
Fratres, qui eum exhortentur ad correctionem admittat.
Suſpectos, qui poſſunt auxiliari ad fugam prohibeat.
149. *Sub finem anni exploranda eius voluntas per duos Patres.*
Si pœnitentiam promittit, finito anno eſt excarcerandus.
150. *Proceſſus in Archiuio reponendus.*
Et per triennium aſſeruandus.
Si emendationis ſigna ſint dubia, adhuc per aliud tempus poteſt conſeruari.
Statutum videtur contrarium.
Satisfit Statuto.
Proceſſus comburendi poſt concluſum in cauſa, & res tranſijt in iudicatum.
151. *Si intrà triennium denuò delinquit, faciendus, eſt ex integro, proceſſus delicti vſque ad diffinitiuam excluſiuè.*
152. *Indicia euidentia, vel præſumptiua incorrigibilitatis.*
Carcerato incorrigibilitatem oſtendenti dandus Aduocatus, cum copia actorum.
Patres deſtinati ad expulſionem conueniant ad Generalem, ſi vicinus ſit.
Si Generalis abeſt vltrà tres dietas conueniant ad conferendum inter ſe.
Si conueniant in voto omnes, fiat vnum votum.
Si diſconueniant, ſinguli votum ſuum faciant.
Acta omnia, cum votis, ſigillata mittant ad Generalem.
Titulus inſcribendus extrà proceſſum.
153. *Sententia à Generali danda.*
Lata ſententia Reo in carceribus intimetur.
Si fugam arripuit ad valuas Refectorij affigatur.
Si Reus appellet, cauſa deuoluitur, ſed ipſe manet in Carcere.
Poſt decem dies à Sententia lata expellatur.
Publicè ſpolietur habitu Religionis.
Habitu Clericali induatur.
154. *Eiectus à Religione, ſi eſt in Sacris, debet portare habitum Clericalem.*
Incedens in habitu Laicorum, peccat.
Si Conuerſus eſt Eiectus, circa eius habitum variæ ſunt ſententiæ.
Si habet vndè viuat abſque labore, debet incedere in habitu Clerici.
Sin minus in veſte Laicali, vt laboret.
Ratio deciſionis.
Reſpondetur rationibus in contrarium.
Conuerſus Eiectus non magis ſubijcitur Epiſcopo, quam cæteri Laici.
155. *Arbitrio Superioris ſtat, ſcripta à ſe compoſita concedere Expulſo.*
Factus Epiſcopus antè conſecrationem, debet omnes libros Religioni reſignare.
Magis æſtimatur manuſcriptum viri docti, quàm liber impreſſus.
156. *Partus ſequitur ventrem.*
Filius genitus in ſeruitute, manumiſſo Patre, remanet ſeruus.
157. *Sententia expulſionis notificanda Ordinario.*
Si expulſio fit Romæ, notificatur Cardinali Vicario Papæ.
Differentia inter Ordinarium, & Diæceſanum.
Diæceſani ſunt ſoli Epiſcopi.
Ordinarij nomine non venit ſolus Epiſcopus, ſed & alij, qui quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habent.
158. *Sententia expulſionis Ordinario in ſcriptis notificanda.*
De forma notificationis, Remiſſiuè.
159. *An Epiſcopus poſſit ſententiam illam examinare.*
Lauretus de Franchis putat poſſe.
Impugnatur.
Nullo iure poteſt Epiſcopus de tali ſententia cognoſcere.

160. *Recognoſcere cauſam actitatam ab alio Iudice, requirit iuriſdictionem ſuper Iudice ipſo.*
Regulares ſunt exempti ab Epiſcopis.
Epiſcopus non eſt Iudex appellationis in hoc caſu.
Iudex Laicus non poteſt cognoſcere de ſententia Epiſcopi in traditione Clerici Curiæ Sæculari.
161. *Superior Expulſo dat teſtimoniales ſuæ expulſionis.*
De forma teſtimonialium. Remiſſiuè.
Ad quid inſeruiant tales teſtimoniales.

141. RESpondeo, quod, vt patet ex ſupradictis, antè omnia ad Expulſionem neceſſaria, requiritur, quod Expellendus ter commiſerit grauia crimina, & quod de ijs non ſolùm monitus, ſed etiam punitus fuerit, & quod crimina illa habeant aliquam moralem connexionem, ſiue continuitatem, vt ſuprà adnotauimus. Hoc autem ſuppoſito, ſi *Prouincialis* iudicauerit eſſe expellendum debet congregare *Diffinitorium* ſuum, & ab eo exquirere conſilium, & aſſenſum ad hoc, quod poſſit iuxtà *Decretum* carcerari per annum in carcere formali, vt explicuimus; & habito aſſenſu debet incipere proceſſum, cuius formam dabimus in ſecunda Parte.

142. Quia verò ſupradiximus, non ſolùm ter pœnitentiatum per ſententiam, ſed etiam notabili pœnitentia ter punitum ob tria grauia, aut grauiora crimina non ſeruata forma iudicij, poſſe vt incorrigibilem expelli, ideò vt ad omnem euentum de illis pęnitentijs habeatur memoria authentica, & non laborent *Prouinciales* in examine Teſtium, ad probandum illum fuiſſe ter punitum, debent *Prouinciales* iuxtà *Ordinis Statuta (n)* librum habere, in quò ſcribantur Carcerati, pœnitentiati, & *Sententiæ*, ſiuè *Ciuiles*, ſiuè *Criminales*, & iſti libro plena datur fides, & plenè probat ſinè alio examine, vt docet *Sãctorus.* (o) Nam ſi creditur libris Matriculatis Mercatorum, & aliorum officialium, etiam in criminalibus, vt poſt *Tuſcum* tenet *Rota:(p)* multò magis debet credi libris publicis *Religionis*, qui in Archiuio *Prouinciæ* aſſeruantur. Remanet tamen aliqualis difficultas circà hoc. Quia in primo *Statuto* citato(*q*) habetur, quod in libro *Prouinciæ* ſcribi debent *Carcerati, aut pœnitentiati, tacitis tamen defectibus, ob quos carcerati, ſeù puniti fuerint.* Hoc autem ſano modo debet accipi, vt *Statutum Statuto* cohęreat. Ordinatur enim in alio *Statuto*, (*r*) quod copia *Sententiæ conſeruetur in Archiuio Prouinciæ. In Sententia* verò *tenetur Iudex delictum rei recenſere per extenſum, vt ex illa delinquentes cognoſci poſſint, & ipſorum memoria conſeruari*, vt habet *Textus:* (*s*) quomodò ergò poterit ſtare, quod in libro adnotari debent *Carcerati, aut pœnitentiati, tacitis defectibus, ob quos carcerati, vel puniti fuerint*? Ad quid inſeruiret talis carcerationis adnotatio, niſi ſcriberetur pariter crimen, quod fuit cauſa carcerationis, quo poſſimus vti ad expulſionem? Debet ergò intelligi *Statutum*, quod in vno libro *Prouinciæ*, in quo deſcribuntur omnia acta Capitularia, Decreta *Diffinitorij*, & ea, quæ ſunt alicuius momenti, notentur pariter Carcerati, & pęnitentiati tacitis tamen defectibus, vt conſulatur famę proximi. Quia liber ille, vtpotè continens acta *Prouinciæ*, paſſim oſtenditur omnibus, qui aliquod peculiare ſcire deſiderant, & decens non eſt, quod crimen, aliquando commiſſum ex fragilitate, in tali libro deſcribatur, itaut commodum ſit alicui volenti, librum illum legere, & antiquati delicti memoriam, cum Religioſæ exiſtimationis iactura, refricare. Conſultum proindè eſt, vt in tali libro Carceratorum, & pœnitentiatorum nomina deſcribantur, tacita cauſa pœnitentiæ; ſed non tollitur per *Statutum*, quod in alio libro magis ſecreto non ſcribantur huiuſmodi punitiones, carcerationes, & ſententiæ criminales cum cauſis expreſſis, ad hoc, vt poſſint prò negotio expulſionis inſeruire. Immò in alio *Statuto* (*t*) expreſsè habetur, quod in *Archiuio Prouinciæ* habeatur liber, in quo adnotentur receptiones *Nouitiorum*, & ipſorum teſtimoniales. Item alius liber prò adnotandis teſtimonialibus collatorum, ac ſuſceptorum Ordinum, admiſſionibus ad prædicationem, Apoſtatarum notis, & delinquentium nominibus &c.

143. Patet ergò non vnum tantùm, ſed plures libros debere eſſe in *Archiuio*, putà librum actionum Capitularium, & Decretorum *Diffinitorij*. Librum receptorum ad *Ordinem*, cum ipſorum atteſtationibus. Librum Examinatorum prò lectura, Confeſſione, Ordinibus, Concionibus; & Studijs. Et librum, in quo delictorum, & ſententiarum pęnalium deſcribatur memoria, ac ſententiæ per extenſum regiſtrẽ-

Digitized by Google

tur, & in hoc libro ſummatim recenſenda eſt cauſa pęnitentiæ, putà delictum, qualitas pęnitentiæ, & nomen pęnitentiati, & tempus durationis, cuius infrà exemplum dabo; & iſte liber omnibus occultatur, (niſi in caſu neceſſitatis,) vt famæ proximi proſpiciatur, dum tamen alij duo libri, cuicumque eos legere volenti, tanquam publica monumenta, non ſunt denegandi. Et clarius in hac materia loquuntur *Statuta Reformationis* (*u*) ordinando, quod cauſæ, & ſententiæ, per extenſum deſcribantur, putà in libro memoriali maleficiorum, vt eſt praxis in hac Prouincia Romana, & puto eſſe aliarum *Reformationum*, iuxtà *Statuta Reformata*. Et ità benè ſtat, quod in libro *Prouinciæ* fiat memoria punitorum *tacitis defectibus*, vt dicit primum *Statutum*, cum hoc tamen, quod in libro memoriali maleficiorum tùm pęnitentia, tùm cauſa recenſeatur, ad quod hoc inſeruire poſſit ad expulſionem; non enim ſufficit, quod in libro appareat de pęnitentia incuſſa, niſi etiam ex eodem conſtet de crimine commiſſo, ac eius qualitatibus. Vt verò illi, ad quos ſpectat talia adnotare, & non experti ſunt, ſciant quomodò hoc præſtare debeant, infraſcriptum exemplum exhibemus.

Fr. N. Laycus, vel Clericus &c. fuit à Patre Prouinciali cum conſilio Diffinitorij punitus per recluſionem in domo diſciplinæ per quindecim dies, & ſex ieiunia in pane, & aqua abſquè caputio in publico Refectorio, & ſex diſciplinis per integrum Miſerere; *quia rixatus eſt cum Fratre N. & ipſum percuſſit pugnis in Clauſtro Conuentus N. in præſentia Secularium, qui ſcandalizati multum remanſerunt. Die N. Menſis N. Anni N.*

Ego N. Prouincialis.
Ego N. Secretarius.

Vel iſto modo ſequenti.

Anno, Menſe, & Die N. In Conuentu N. In Camera ignis communis, in præſentia Fratrum, & PP. NN. Fr. N. Laycus &c. iniuriauit, & ligno, quod ſibi venit ad manus percuſſit Fratrem N. in brachio, capite, &c. ex qua percuſſione factus eſt liuor, vel tumor, vel contuſio, ex qua ſanguis exiuit in magna, vel parua quantitate &c. qui Fr. N. delinquens confeſſus eſt delictum ſuum, & ſe remiſit pietati Diffinitorij, vel Prouincialis, qui, de conſilio, & aſſenſu Diffinitorij, ipſum carcerari fecit per Menſem, vel talem, aut talem pœnitentiam iniunxit, quam præfatus N. delinquens acceptauit, & adimpleuit Anno, & Menſe N. in Conuentu N.

Ego N. Miniſter Prouincialis.
Ego N. Secretarius.

Aduertendum autem, quod in adnotanda tali memoria, debet exprimi tempus, locus, & locus loci, & teſtes coram quibus commiſſum eſt delictum; item circumſtantiæ aggrauantes, vel diminuentes delictum debent ſpecificari; putà ſi percuſſio fuit ex incidenti, vel ex caſu pẽſato; ſi cum ſcandalo magno, vel paruo Fratrum, vel Sæcularium; ſi eius notitia extra clauſtra peruenit; pariter ſi delinquens magna, vel parua dedit ſigna pęnitudinis ob illud crimen; ſi libenter, vel ægrè ſubijt pęnitentiam, & ſimilia; hæc enim faciunt multùm prò *Iudicibus* ad hoc, quod iudicare poſſint, an delictum fuerit ex fragilitate, vel mera malitia, & ità ad diſcernendam corrigibilitatem, vel incorrigibilitatem Rei.

144. Habito ergò conſilio, & aſſenſu *Diffinitorij* debet *Prouincialis* procedere ad incarcerationem, præmiſſo publico ſermone ad *Reum* facto, in quo antiqua delicta, de quibus punitus, ſed non correptus eſt, & noua, recenſeat; decretum *Diffinitorij* ipſi ſignificet; proteſtetur ſibi nomine *Religionis*, quod expelletur ſi non corrigatur. Exoret, vt ſe emendet; det meritũ Obedientiæ Fratribus orantibus prò ſua correctione. Deſcribenda erunt minutè omnia, quæ accident in facto; putà ſi *Reus* erecta ceruice, perfricta fronte, vel potiùs humiliatus, & plorans ſermonem *Prouincialis* excepit; ſi tacuit ad omnia, vel petita licentia locutus eſt ad ſui defenſionem; ſi à decreto carcerationis appellauit, vel prõptè ad illam ſubeũdam ſe habuit, & ſimilia &c. & pariter ipſius carceratio ſecuta eum ſuis circumſtantijs, putà ſi *Reus* ſtatim iuit ad carcerem; ſi reſiſtentiam fecit, & captus fuit per vim; ſi in captura aliquem percuſſit, qua percuſſione, in qua parte corporis; ſi fugam attentauit, & ſimilia; & in fine deſcriptionis iſtius actus carcerationis debent notari Teſtes aliqui in ſpecie, coram quibus hoc acciderunt, qui Teſtes debent ſubſcribere ſe, cum *Prouinciali*, & *Actuario*.

145. Quid autem iuris, ſi *Reus* appellet ab huiuſmodi *Decreto Carcerationis*, debet ne *Prouincialis* tali appellationi deſer-

ferre? Dico, quod nullo modo;& ratio eſt, quia verſamur in notorio, in quò prout aliàs diximus, nulla admittitur appellatio. Cum enim ter deliquerit,& punitus fuerit, & hoc notum ſit toti *Prouinciæ*, (dum enim aliquis carceratione,vel alia notabili pęnitentia percellitur, ſtatim per totam *Prouinciam* hoc euulgatur, & cum coram tota Communitate Conuentus pęnitentiæ huiuſmodi fiant, reſpectu illius Conuentus,qui ſolet eſſe principalior *Prouinciæ*, certè erit notorium facti,) & de eo in libris publicis talis eſt euidentia, quod nulla poteſt tergiuerſatione celari. Quod autem, forſan, non ità notoria ſit mala illius conuerſatio,& mores poſt obitam tertiam pęnitentiam,non officit;ſiquidem ad incarcerationem, prout ſuprà diximus, non requiritur, quod vltrà tertium delictum aliud nouum committatur, ſed, expleta pęna tertij delicti,poteſt carcerari,vt probauimus.

146. Si verò vltrà appellationem vim faciat ne capiatur, & Fratres, qui, ex mandato *Prælati*, eum capiunt percutit, aut vulnerat, quid agendum? Spectato modo, & qualitate percuſſionis, liuoris impreſſi, vulneris, generis armorum &c. debet *Diffinitorium* ipſum condemnare ad pęnam Statutariam, ſecundum quod debet tale delictum puniri; & debet in proceſſu totum factum, & latam condemnationem *Notarius* deſcribere, vocatis ad hoc ſpecialiter Teſtibus, qui debent ſubſcribere; prout paulò ſuprà dictum eſt. Ratio iſtius eſt, quia,cum tale delictum ſit commiſſum coram tota Communitate eſt, ita notoriũ ex facto, quod non debet *Reus*, vt in alijs delictis citari, ſed ſolùm ſummariè audiri; in talibus enim notorijs nullus ordo iuris ſeruatur, ſed incontinenti ad punitionem proceditur. Cautus autem ſit *Notarius* in deſcribenda omni qualitate corporis delicti, puta circà vulnera, ſiuè liuores impreſſos, & prò hoc videat, quæ annotamus (*x*) circà deſcriptionem corporis delicti.

Ità ergò carceratus (detracto ſibi priùs caputio,& chorda) qualibet feria ſexta debet ieiunare in pane, & aqua, & ſe diſciplinare coram tota Communitate, iuxtà ea, quæ circà formaliter carceratos *Statuta*(*z*) diſponunt; & ad promouendam ipſius emendationem *Superior* bis, vel ſaltem ſemel in Menſe,debet coram Communitate ipſum paternè admonere, exhortari,obſecrare, vt à mala ſua vita ſe conuertat, & pertinaciam in malo exuat; talibus enim admonitionibus non ſolùm ſatiſfit obligationi *Prælati*, qui omnem viam debet tentare,vt animam Fratris lucretur; ſed & magis adimpletur mens *Sacræ Congregationis*,quæ ordinat,quod omni conatu *Superiores* procurent eruere animasSubditorum in profundum malorum demerſas;& ſi *Reus* non corrigatur, magis apparet de ſua incorrigibilitate.

147. Aduertendum autem, quod ſi in captura, vt diximus, aliquem percutiat, aut vulneret, & *Diffinitorium* ad carcerem immediatè condemnet prò modo culpæ ſecundum *Statutorum* diſpoſitionem;tempus carcerationis prò hoc delicto minimè debet confundi cum tempore carcerationis annuæ, vt aliàs dictum eſt; ſed debet priùs ſubire carcerem prò delicto;& expleto tempore carcerationis prò illo, incipere poteſt annum carcerationis prò incorrigibilitatis probatione.

148. Si in carcere nouum delictum committat, aut fugam attentet frangendo oſtium, vel parietes &c. debet fieri ſuper hoc delicto inquiſitio ad denunciationem faciendam à *Cuſtode carceris*: debet viſitari corpus delicti,recipi Teſtes,conſtitui *Reus*, examinari,defendi,ac ſententiari. Et ſi fracturam carceris fecerit, poteſt aſſecurari cõpedibus, & catenis,iuxtà arbitrium *Prouincialis*. Dum autem detinetur in carcere,*Cuſtos* charitatem,& humanitatem ergà Deum oſtendat, ne in deſperationem deducat; omnia neceſſaria illi ſubminiſtret, nec in minimo affligat, vltrà quod ſibi debeatur per ſententiam *Prælati*; imò blandis verbis, & fraternis viſceribus ad tolerãtiam adhortetur. Debet etiam admittere Fratres ad eius viſitationem,qui eum conſolētur;ſed non admittere eos, qui poſſunt eſſe ſuſpecti, vt ad fugam animent, & ad eam inſtrumenta miniſtrent; & ſi tales ſuſpecti aliquandò non poſſunt impediri, *Cuſtos* maneat præſens ad ipſorum colloquia, & ea impediat conſilia, quæ fortè fugam poſſunt promouere.

149. Sub finem autem anni completi *Prouincialis* duos *Patres graues* mittat ad carcerem ad explorandam carcerati mentem, qui efficacibus, & charitatiuis verbis ipſum moneant, & ab eo ſciant,quid amodò intendant facere; ſi vult emendari, aut perſeuerare; & adhibeantur ad hoc alij

duo Teſtes; qui omnes referant *Prouinciali* iuridicè quid dixerint, & quid ille reſponderit, & totum in proceſſu adnotetur, iuxtà formam in ſecunda parte dãdam. Quia verò carceratus poteſt correctionem verbis ſimulare, & lacrymis ſe emendatum oſtendere, licet in corde minimè mutatus ſit; vel poteſt verbis etiam incorrigibilitatem patenter oſtendere; operę pretium eſt ad pleniorem inſtructionem in vtroquè caſu quid ſit practicandũ recenſere. Si ergò carceratus verbis emẽdationem promiſit, ſignis exterioribus ſe humiliatum oſtẽdit, & lacrymis ſe pęnitere de delictis præteritis profeſſus ſit, nec ſe velle amplius peccare; Prouincialis debet, anno expleto, è carcere educere, & coram *Diffinitorio* vocare, vt ſecunda parte dicimus.

150. Proceſſus autem iſte debet in *Archiuio Prouinciæ* conſeruari ad hoc, vt ſi denuò deliquerit, poſſit ad vlteriora procedi in cauſa expulſionis. Si verò quæras per quantum temporis debeat conſeruari? Reſpondeo, quod cum ſuprà probatum ſit, quod exacto triennio quis habetur prò correcto, ſi poſt punitionem tertij delicti *Reus* emendatum ſe prodit, & in aliud delictum non ruit, tranſacto triennio debet proceſſus inceptus in ordine ad expulſionem comburi. Diximus enim debere delicta habere moralem quandam connexionem, quæ dato, caſu demonſtratæ emẽdationis per triennium, totaliter ceſſat. Non ità autem rigorosè aſſigno ſpatium triennij ad proceſſus combuſtionem, quin poſſet etiam aliqualiter anticipari, maximè accedentibus ſignis indubitatis veræ emendationis. Sed triennium aſſignaui, vltrà quod cenſeo proceſſum non debere conſeruari, niſi fortè dubia ſigna emendationis in triennio illo eſſent, & prudentia ſuaderet diutiùs expectandum eſſe, ad habendam à tempore longiori legitimam probationem ſecutæ emendationis. Quod ſi dicas ex *Statutis (a)* Ordinis proceſsus non poſse in *Archiuio Prouinciæ* conſeruari vltrà ſex Menſes, & ideò, tranſacto hoc termino, proceſsum fabricatum in ordine ad expulſionem eſse lacerandum; & ità non poſse vſque ad triennium conſeruari. Reſpondeo *Statutum* debere intelligi quando eſt concluſum in cauſa, & res trãſijt in iudicatum; ſic enim habetur: *Semeſtre incipere intelligatur poſt concluſam, & terminatam cauſam, pœnaquè inflictæ executionem per ſententiam diffinitiuam, ſeù Decretum, & hoc pacto perpetuum in illa cauſa ſilentium imponatur*. Non eſt autem concluſa cauſa expulſionis, per hoc, quod proceſſus inceptus eſt, niſi per ſententiam terminetur. Quod ſi iterum inſtes, quod hac de cauſa, puta quia ſententia expulſionis lata non eſt, proceſsus non debet expleto triennio comburi, ſed debet perpetuò conſeruari. Reſpondeo negando conſequentiam; ratio eſt, quia tempus illud triennij, in quo *Reus* benè vixit ſententiat (per fictionem iuris) prò *Iudice*; ſicut enim *Iudex* pronunciare potuiſſet *Reum* carceratum iam per annum eſſe emendatum, & ideò non eſſe locum expulſioni; ità triennium illud, in quo benè vixit, ſententiat illum eſſe correctum, & minimè poſse expelli à *Religione*; & proindè, exacto triennio, tanquam cauſa concluſa, debet comburi proceſſus.

151. Si autem intrà triennium delinquit denuò crimine graui, & ſcandaloſo, debet ſumi informatio iuridica viſitando corpus delicti, ſi fuerit facti permanentis, vel per Teſtes examinatos faciẽdo conſtare de illo, ſi eſt facti tranſeuntis, & ipſum delictum probari; examinãdo Teſtes, conſtituendo *Reum*, carcerando, torquendo, prout de iure; debent ſibi aſſignari tempora defenſionum, & omnia perfici, vt in alijs proceſſibus informatiuis, vſque ad ſententiam expulſionis dandam à *Generali*, vt infrà dicemus.

152. Si verò *Reus*, ad quem explorandum de Mandato *Prouincialis* acceſserunt *Patres*, vt ſuprà dictum eſt; oſtenderit euidenter ſe minimè emendatum; dicat ſe fuiſse ab inimicis contrà ius oppreſsum; maledicat diei, in quo ingreſsus eſt *Religionem*; blaſphemet; irreuerenter loquatur; iactet, quod poſtquam exierit vindictam ſumet de perſecutoribus; velle potiùs inter Turcas, quàm intrà clauſtra viuere, & ſimilia; aut ſi tàm patentibus verbis animum ſuum non prodit, & arte fingat *premens altum corde dolorem*, quædam verba, quæ ſapiunt correctionem, tamen ex vultu contracto, & meditatiuo, & modo loquendi truncato, ſobrio, & penè coacto, conijci prudenter poteſt, quod ſimulet verbis emendationem, vt è carcere educatur, certè præſumendus eſt minimè correctus, & poteſt ad vlteriora procedi.

Siuè ergò ſignis, vel verbis adhuc carceratus, vel nouo delicto poſt excarcerationem patrato, vt dictum eſt, *Reus* ſe prodide-

diderit incorrigibilem, ipſo in carceribus detento, debet à *Prouinciali* ſibi aſſignari *Aduocatus*, cum terminis congruis ad faciendas ſuas defenſiones, exhibita actorum copia, vt fit in cęteris cauſis, & Nos in ſecunda parte huius Operis, Deo dante, dicemus.

Præſentatis defenſionibus, (fabricato etiam proceſſu defenſiuo ad probandos articulos ab *Aduocato* propoſitos, ſi opus fuerit,) ſi *Generalis* non abeſt à *Prouincia* vltrà tres dietas, ſicut ſuprà dictum eſt, debent ſex *Patres* Deputati, & electi ad expulſionem Incorrigibilis, cōuenire ad pręſentiam *Miniſtri Generalis*, cum copia authentica omnium actorum, & ad Sententiam procedere debet *Generalis*, vt infrà dicemus. Si verò *Generalis* abeſt à *Prouincia* per pluſquam tres dietas, debent in ſimul conuenire ſex illi *Patres*, omnem paſſionem exuere, merita cauſæ tam arduæ diſcutere adamuſſim, defenſiones librare, & in punctis dubijs conſilium à viris doctis, & *Iuriſperitis* petere, & tādem votum ſuum ſcripto mandare. Quod ſi in eodem voto non conueniant, debent ſinguli, vel qui eiuſdem ſunt ſententiæ, votum ſuum à ſe ſubſignatum, breuiter expreſſis legalibus fundamentis, quarè ita ſentiant, ad *Generalem* tranſmittere ſigillatum, ſimul cum cęteris Scripturis. Omnia verò ſupradicta, puta *Aduocati* aſſignationem, Decretum tradendi copiam actorum, terminorum ad defenſiones faciendas prorogationem, proceſſum defenſiuum, defenſionum præſentationem, conuocationem ſex *Patrum*, omnium actorum præſentationem coram ipſis, oportet adnotare, quorum nō damus formulam, quia horum omnium praxim, prò cœteris cauſis in ſecunda parte damus. Licet autem ex indulto *Sacræ Congregationis*, quod ſuprà dedimus poſſint ſex *Patres* mittere ad *Generalem Summarium proceſſus, vnà cum eorum voto*; tamen quia fabricare rectum Summarium, non ità facilè eſt, & contrà Summarium, vtpotè deficiens, vel abundans, & ità veritatem lædens, poteſt opponi à *Reo*, ideò meliùs eſt copiam actorū ex integro tranſmittere ad *Generalem*, cum voto; & Proceſſui inſcribi titulus talis *Proceſſus contrà Fratrem N. Prouinciæ N. in ordine ad expulſionem à Religione, vt incorrigibilis.*

153. Tum *Generalis* viſo proceſſu, & voto ſex *Patrum*, ſi expellendum iudicauerit, poterit ad ſententiam procedere ſub forma, quam dabimus in Secunda Parte.

Lata Sententia debet *Reo* in carceribus intimari; vel ſi fortè fugam arripuit ad valuas Refectorij affigi, vt fit cum aliquis citatur per modum abſentis. Si *Reus* intrà debitum tempus appellet, deuoluitur cauſa ad *Iudicem, ad quem, Reo* in carceribus intereà manente; ſi non appellat, debet è carcere educi tranſacto tempore appellationis ab intimata ſententia, putà decem diebus, & debet tonderi à corona Clericali Regulari, & ſibi fieri corona Clerici Sæcularis, ſi fuerit Clericus, vel Sacerdos, & in publica Fratrum Communitate, præmiſſo graui ſermone, debet exui per Superiorem forma habitus, incipiendo à chorda, exindè caputio, & tandem tunica ſolis femoralibus ad honeſtatem relictis, & confuſibiliter eijci à Refectorio in alium locum, vbi ſint parata veſtimenta Sæcularia ſuo ſtatui conuenientia, quibus induatur. Ratio horum omnium eſt, quia ex eodem *Decreto Congregationis* (*b*) taliter eiecti in habitu Clericali debent incedere, & *Ordinarij* loci iuriſdictioni ſubdi; ergò debent ſpoliari habitu Religionis. Ad formam verò habitus ſpectat etiam Religioſa tonſura, vndè ſequitur, eſſe, modo, quo diximus, exuendum Religioſis, ac induendum Clericalibus veſtimentis; cęremonia verò per *Superiorem* ſolemniter, vt præfertur, præſtanda eſt, incutit enim *Religioſis* horrorem, & metum, & ab exeutiendo, per vitia, & inobedientiam, Religionis iugo, plurimùm deterrentur.

154. Remanet autem non leuis difficultas circà habitum Clericalem, in quo degere iubentur *Expulſi*. In hoc enim incedere debere eos, qui in *Ordinibus Sacris* ſunt, nulli dubium eſt, & hoc plures teſtantur, (*c*) vndè peccarent ſi in habitu ſæculari incederent, & ſecùs facientes poſſent puniri, & compelli ad reaſſumendum habitum *Clericalem*, vt habet (*d*) *Graffius*. Sed de *Laicis Conuerſis* diuerſæ ſunt opiniones; quia *Peyrinus*, & *Donatus* (*e*) exiſtimant eos debere incedere indutos habitu *Clericali*, tum quia *Decretum* loquitur indefinitè de *Religioſis eiectis*, quorum appellatione veniunt etiam Laici; tum quia ſic expulſi remanent *Religioſi*; & ſubiecti *Ordinario*, & proindè debent deferre habitum *Clericalem* in ſignum ſubiectionis ad *Epiſcopum*. *Lezana* verò quem ſequitur *Antonius à Spiritu ſancto*, (*f*) oppoſitum habet. Sed ego in hoc caſu diſtinguendum pu-

putarem; vel enim eiectus habet in domo ſua, vndè viuat, abſquè eo, quod alicui mechanico exercitio addicatur; vel ſi vult viuere, oportet, quod, in ſudore vultus ſui laborando, ſibi victum comparet. In primo caſu certè tenenda eſt prima ſententia cum ſuis fundamentis. In ſecundo verò caſu ſequenda eſt ſecunda. Ratio eſt, quia de iure naturæ eſt, quod ſibi vnuſquiſque victum quærat; accidit autem, quod alicui nulla ſit facultas quærendi victum ſibi, niſi per Artem ſordidam, & mechanicam, quam ſolam callet, ipſam verò exercere in habitu *Clericali* indecorum eſt; quàm turpè enim eſſet videre in habitu Clericali Veteramentarium, Cerdonem, Stabularium, Cauponem, Lanionem, Cupedinarium, & ſimilia? Si ergò *Expulſus* non habet vndè viuat, nec vllam aliam artem callet, niſi ex recenſitis, debet ne eam cum habitu *Clericatus* exercere? Minimè, quia eſſet opprobrium, & contumeliam *Ordini*, & veſtibus *Clericalibus* inferre. Vndè ergò viuere? Fortè mendicando? Hoc non, tum quia ſi ſanus, & robuſtus eſt non inueniet; qui eleemoſynam tribuant, dicent enim omnes, *quarè non laboras, & panem lucraris?* tum quia potens de labore ſuo viuere, non poteſt eleemoſynam veris pauperibus, & infirmis præripere; non enim verè indiget, quia commodè poteſt ſibi neceſſaria comparare laborando, vt textualiter ordinat vna lex *Codicis.* (g) Fortè obligatur *Religio* ad victum, & veſtitum ſibi dandum? hoc non, quia ex quo ſua culpa eiectus eſt, ſibi eſt damnum ſuum imputandum; nec *Religio* obligationem habet nutriendi à ſe Expulſum, ſicut membrum ſeparatum à corpore non participat de nutrimento corporis; vndè ipſe tenetur ſuis manibus laborare, vt docet *Graffius.* (h) Sequitur ergò, quod in tali caſu, vt exercitio ſuo victum ſibi quærat; debeat in habitu Laico incedere, & laborare; & hæc ratio quadrat etiam pro *Clerico*, in Minoribus tantùm conſtituto, quando eſſet in tali ſtatu, quod neque inſerniendo alicui Eccleſiæ, neque Grammaticam, aut alias Scientias docendo; neque Pedagogum agendo, poſſet viuere; præualet enim ius naturæ, cuiuis Eccleſiaſticæ poſitiuæ diſpoſitioni. Nec cogunt Fundamenta primæ Sententiæ, quia *Decretum Congregationis*, licet loquatur indefinitè de omnibus Religioſis eiectis, non tamen omnia, quæ in eo diſponuntur pro omnibus ordinantur; quia in eodem diſponitur, quod eiecti *ſint perpetuò ſuſpenſi ab exercitio Ordinum*, (i) hoc autem pro Laicis quadrare non poteſt, quia nullos habent Ordines, à quibus ſuſpendantur. Sicut ergò pro ſolis Ordinatis intelligendum eſt, ità, & *deferre habitum Clericalem* debet accipi de ijs ſolis, qui *Clerici* ſunt; Quod verò debeant ſic indui habitu *Clericali* in ſignum ſubiectionis iuriſdictioni *Epiſcopi*, pariter non cogit; quia iſti Eiecti non plus tenentur obedire *Epiſcopo*, quàm alij; ſiquidem ex vi voti Obedientiæ ad ei parandum non obligantur, non enim verum eſt, quod *Epiſcopus* ſit eorum *Abbas*, vt contrà *Hoſtienſem*, & alios (l) tenent communiter *Doctores:* (m) & licet foro Epiſcopi ſint ſubiecti, non ſequitur, quod per hoc obligentur ad geſtandum habitum *Clericalem*, etenim omnes Familiares, & Officiales *Epiſcopi*, de ipſius foro ſunt, nec tamen ad portandum habitum Clericalem obligantur, vt aduertit *Sanctorus.* (n)

155. Libet autem pro praxi, quærere; an ſi, Verbi gratia, expulſus ſit homo doctus, vel *Concionator*, & plures Conciones compoſuit, vel aliud opus Theologicum, vel in alia diſciplina exarauit, an talia ſcripta ſint ſibi concedenda à *Superiore?* Et dico, quod in arbitrio *Superioris* eſt illa concedere, vel negare, & Expulſus nullo iure poteſt aliquid ex illis prætendere. Ratio eſt, quia quidquid *Monachus* acquirit, *Monaſterio* acquirit, vndè ſequitur, quod ſi in Religione ex commoditate, & alijs, quæ ſibi dedit *Religio*, aliquos libros conſcripſit, vel compoſuit, totum hoc debet cedere in beneficium *Religionis*. Et argumentari licet à fortiori ex hoc, quod *Religioſus* factus *Epiſcopus*, non ſolùm ſupellectiles, ſed etiam libros, quos ſibi parauit in *Religione*, debet antè Conſecrationem reſignare in manu *Superioris Regularis*, vt pro *Dominicanis* decreuit *Clemens Quartus*, ex relatione *Sancti Antonini*, (o) aliter à Pontificalibus remanent ſuſpenſi; & hoc idem ſanxit *Alexander Quartus prò Minoribus*, vt ex *Monumentis Ordinum*, refert *Rodericus.* (p) Si ergò factus *Epiſcopus*, qui honorem *Religioni* ex Dignitate comparat, non tamen poteſt aliquid, quod in *Religione* habuit, ſecum habere, à fortiori idem dicendum erit de illo, qui vitijs, & exceſſibus ſuis *Religionem* dehonorauit, iſte ſiquidem in pœnam delictorum, debet ſpoliari omnibus, quæ ibi habuit, & ſicut nudus ingreſſus eſt in *Religionem*, nudus ab ea debet

ex-

Digitized by Google

expelli, & quemadmodũ habitu *Religionis* ob ſua ſcelera priuatur, ità debet etiã cęteris priuari. Nec dicendum dictas Conſtitutiones loqui de libris, & ideò debere intelligi de libris aliorum Auctorum impreſſis, vel manuſcriptis, non verò de proprijs à ſe compoſitis, qui ſunt veluti partus proprij ingenij, ad quos ius naturale habet, vt Pater in filios; imò magis amantur, quia maiore labore comparantur partus mentis, quàm partus ventris. Quia dictæ *Conſtitutiones* talem diſtinctionem non faciunt de libris impreſſis,& manuſcriptis, nec de cõpoſitis à ſe, vel ab alio; liquet verò, quod plus æſtimatur originale manuſcriptum, cuius nullum extat vulgatum exemplar, maximè ſi ſit compoſitum à Viro excellenter docto, quàm quiuis alius liber impreſſus, vndè magis lędetur *Religio* ab ipſius ablatione; vndè ſi cauetur indemnitati *Religionis* in minori damno, à fortiori idem erit in maiori.

156. Pariter ſi filius generatur in ſeruitute naſcitur ſeruus, *quia partes ventrem ſequitur*, vt dicitur in *iure*, (*q*) non autem ex hoc, quod manumittatur *Pater*, vel Mater, filius, qui natus eſt ſeruus, libertatem acquirit, argumento cuiuſdam *legis*, (*r*) nec Patria poteſtas ad ipſum extenditur. A ſimili ergò cum *Religioſus* ſit ſub dominio *Religionis*, filij à mente ſua geniti, hoc eſt libri à ſe compoſiti, ſunt in dominio, & proprietate *Religionis*; dum autem ille expellitur à *Religione*, manumittitur, quodamodò, (& quidem impropriſſimè, non enim à votis *Religionis* abſoluitur, nec antiquam libertatem recuperat,) ſequitur ergò, quod non per hoc etiam à dominio Religionis abſoluantur eius filij, nempè libri à ſe compoſiti.

157. Præter hucuſque dicta tenetur *Prouincialis*, ex eodem Sacræ Congregationis *Decreto*, (*s*) *ſententiam expulſionis Ordinario loci notificare*. Vndè ſequitur, quod ſi fieret expulſio *Romæ*, ſententia eſt notificanda *Vicario Papæ*, qui eſt *Iudex Ordinarius* omnium *Clericorum Romæ* degentium. Et aduertendum, quod *Decretum Congregationis* præcipit ſententiam eſſe notificandam *Ordinario* loci, & non dicit *Diæceſano*, lata enim differentia eſt inter hos, *Diæceſanus* enim eſt, qui Diæceſi præeſt, & hoc nomen ſolis *Epiſcopis* conuenit, vt vult *Abbas*. (*t*) *Ordinarius* verò eſt quiſquis habet vniuerſitatem cauſarum, & iure ſuo beneficia conferre poteſt; proindè nomine *Ordinarij loci* non venit ſolus *Epiſcopus*, vt expreſsè habet *Gloſſa* cuiuſdam *Decretalis*, (*u*) ſed in loco nullius Diæceſis venit *Abbas*, *Archipresbiter*, *Archimandrita*, *Prior*, & quiuis, qui quaſi *Epiſcopalem* iuriſdictionem habet. Ex hoc ergo, quod iubetur *Superior Regularis* notificare *Ordinario* ſententiam expulſionis, ſequitur, quod ſi in illo loco præeſt *Epiſcopus* ipſi notificanda eſt ſententia; ſi verò eſt alius *Ordinarius*, vt ſunt quidam *Abbates*, & alij Epiſcopalem iuriſdictionem habentes, quorum loca ſunt nullius Diæceſis, ipſi notitia talis ſententiæ eſt danda.

158. Si verò quæras, quomodo notificanda ſit talis ſententia, an oretenùs, an ſcripto? Dico, quod ſcripto, ad hoc, quod poſſit in *Archiuio Epiſcopali* conſeruari, & *Epiſcopus* oſtendere fundatam intentionem ſuam in caſu alicuius criminis, ob quod puniendum, oriretur controuerſia inter forum *Eccleſiaſticum*, & Laicum; formula verò, ſecundum quam facienda eſt talis ſignificatio, datur per extenſum à *Peyrino*. (*x*)

159. Non leue autem dubium eſt, an poſſit *Epiſcopus* expulſionis ſententiam examinare, & de iuſtitia eius, vel iniuſtitia iudicare? *Lauretus de Franchis*, (*z*) ampliandæ iuriſdictionis *Epiſcoporum* ſuprà *Regulares* ſtudioſiſſimus, reſpondet affirmatiuè, & fundat ſe in auctoritate *Cardinalis*. (*a*) Subiungens, quod ideò *Generales* tenentur ſententiam expulſionis *Ordinario* loci notificare, quia *multi ſunt Eiecti etiam culpa ſua, & relicto habitu Regulari viuunt Clericaliter, & laxiori vita, quàm priùs, & ſic videtur, quod eis ſuus dolus patrocinetur*. Sed hic *Auctor*, ſi attentè legiſſet *Cardinalem* in loco citato, inueniſſet, quod ſolum habet, quod ſi *Monachus* eijciatur è *Monaſterio*, nec *Monachi* velint eum ampliùs recipere, ponitur ab *Epiſcopo* in alio *Monaſterio*. Hoc autem non eſt inquirere, an iuſtè, vel iniuſtè ſit eiectus. Inſuper loquitur ibi de *Monachis* non exemptis, nam non poſſet ponere in alio *Monaſterio*, ſic hoc eſſet exemptum, vt optime habet *Paſqualigus* ibi. (*b*) Mens autem *Sacræ Congregationis* in tali *Decreto* non potuit eſſe, quod de iuſtitia cauſæ *Ordinarius* loci inquireret, non enim contenta fuiſſet, quod ſententia expulſionis illi purè notificaretur; non enim ex tali ſimplici notitia poteſt *Ordinarius* cognoſcere,

ſcere, an ſententia lata fuerit iuſta, vel iniuſta, ſed ordinaſſet, quod tum ſententia, tum proceſſus *Ordinario* præſentarentur. Si ergo *Sacra Congregatio* ordinat ſolam notificationem expulſionis, eſt, vt *Epiſcopus* ſuæ curæ *Expulſum* eſſe commiſſum, & eum tanquam Subditum de nouo factum agnoſcat, gubernet, & puniat.

160. Dico ergo, quod nullo iure, aut modo poteſt *Ordinarius* reuiſionem illius cauſæ prætendere, quod ſi hoc aliquandò aliquis *Epiſcopus*, ſeductus doctrina *Laureti*, hoc fecerit, attentabit. Siquidem recognoſcere cauſam ab alio *Iudice* actitatam, eſt actus Iuriſdictionis *Superioris*, qui poteſt actum illum retractare argumento quorundam (*c*) *Iurium*. *Ordinarius* autem non habet aliquam iuriſdictionem in *Regulares*, cum ſint omninò exempti, vt patet ex *Textu Concilij Tridentini*, & *Decretalibus*; (*d*) ergo ſi *Epiſcopus* procedit in hoc caſu, procedit abſque iuriſdictione, & ità attentat, & nulliter agit. Non ſe habet enim in hoc caſu *Ordinarius*, vt *Iudex appellationis*, & actiuè; ſed merè executionis, & paſſiuè; tenetur enim ex vi *Decreti Eiectum* inter ſuos Subditos recipere, nec poteſt ipſum expellere; ſicut non poteſt inquirere ſuper vita *Clerici* exulantis à propria, & commorantis in ſua *Diœceſi*; neque de cauſa, aut ſententia ſui exilij iudicare, ſed eum vti ſibi ſubiectum, donec in ſua *Diœceſi* manet, recipere, & agnoſcere. Porrò ſicut *Epiſcopus* Clericum degradatum à foro ſuo ablegat, & *Iudici Sæculari* ſubijcit, ità *Superior* *Regularis* à *Religione* expulſum, habitu *Religionis* exutum, & ità ſimilitudinariè degradatum, foro *Ordinarij* conſignat, & ſubijcit; ſicut ergo *Iudex Laicus* tenetur exeqni ſententiam *Iudicis Eccleſiaſtici*, & de iuſtitia, vel iniuſtitia ſententiæ minimè poteſt cognoſcere, quia hoc ius eſt Eccleſiaſtici, & non Sæcularis iudicij, vt dicunt *Doctores*, (*e*) ità neque poterit *Epiſcopus* de iuſtitia cauſæ expulſionis inquirere, cum hæc ſpectet ad *Iudicem Regularem* priuatiuè quoad *Epiſcopum*, & ità firmant *Paſqualigus*, & *Sanctorus*. (*f*)

161. Tandem, vt hanc materiam concludamus, dico, quod *Superior* taliter expulſo debet concedere litteras teſtimoniales ſuæ expulſionis; & harum litterarum duas formulas dat *Peyrinus*, (*g*) quarum ſecunda ſicuti compendioſior, ità honeſtior, & charitati accommodatior. Quod ſi quæras ad quid poſſunt tales litteræ miſerabili expulſo? Dico, quod ſuffragantur in hoc, quod ſi fortè eſſet Laicus, & degeret in habitu Laico, quia ob victum ſibi parandum exercet aliquod opus Mechanicum, caſu quo à *Iudice Laico* ad carceres aliqua de cauſa quæreretur, aut aliquo onere grauaret; poſſet, per exhibitionem talium teſtimonialium, forum declinare, oſtendendo ſe Subditum *Epiſcopo*; & ità à moleſtia ſe tueri. Multa quidem & ſcitu digna eſſent de Eiectis dicenda, ſed quia ad praxim criminalem non faciunt, omittimus ipſa, & remittimus Lectorem ad rerum Regularium Scriptores, maximè ad *Rodericum*, *Lezanam*, & *Donatum*, vltrà *Peyrinum*.

XXVIII. Quæritur. Quinam poſſint in noſtro Seraphico Ordine Excommunicationis pœnam ferre?

SVMMARIVM.

162. *In Religione noſtra omnes Prælati Generales, Prouinciales, & locales poſſunt excommunicare.*
Habent enim auctoritatem quaſi Epiſcopalem.
Epiſcopi excommunicare poſſunt.
Prælati locales ſecundùm aliquos comparantur Archidiaconis.
Excommunicare poteſt quicunque habet adminiſtrationem, & iuriſdictionem ſpiritualem.
Superiores locales ſibi poſſunt eligere Confeſſarium, vt Epiſcopi.
163. *Qua de cauſa poſſit Guardianus excommunicare.*
Excommunicatio maior, ſupponit peccatum mortale.
Subditus non tenetur obedire preceptis contrà, *vel* ſuprà *Regulam.*
Neque infra, *vel* præter *Regulam ſine iuſta cauſa.*
Neque obedire præceptis indifferentibus, ſi bono ſine non coboneſtentur.
Tenetur obedire præceptis ſecundùm *Regulam, & Statuta.*
Et non ſolùm in contentis in illis directè,

ctè, & explicitè, ſed etiam indirectè, & implicitè.

164. *In dubio, an præceptum ſit* ſuprà, *vel* contrà *Regulam, debet Subditus Superiori obedire.*

Excommunicatio eſt legitima, ſi cadit ſuper materia obligante ad mortale.

Monitum ad Superiores, ne ſint faciles in vſu Excommunicationis.

165. *Excommunicationis latæ, aut ferendæ ſententiæ exempla.*

Excommunicatio latæ ſententiæ ſtatim, poſt factum, ligat.

Latæ, ſeu ferendæ ſententiæ per modum Ordinationis debet intimari in ſcriptis.

Aliter eſt nulla.

Excommunicationes oretenùs latæ pro delictis futuris ſunt nullæ.

166. *Moneri debet Communitas, & per longum tempus antè Excommunicationem.*

Ideò fertur ſcripto.

Ignorantia non poteſt allegari contrà legem ſcriptam, & publicatam.

Scriptum continens Excommunicationem debet affigi in loco publico.

167. *Quid iuris ſi quis tranſgreditur præceptum latum per modum ordinationis ſub pœna Excommunicationis?*

Guardianus non poteſt ſcripto inquirere.

Neque in tranſgreſſione notoria ſententiare.

Excommunicationis ſententia tradenda eſt Reo in ſcriptis.

Aliter excommunicans manet ſuſpenſus, & interdictus.

168. *Excommunicatio poteſt ferri per modum Statuti, vel ordinationis, vel præcepti.*

Per Statutum lata ligat omnes, etiam poſt mortem ſtatuentis.

Per Ordinationem ligat omnes, ſolùm durante poteſtate, aut vita Ordinantis.

Per Præceptum cadit tantùm ſuper determinatam perſonam.

Statuta poteſt condere ſolùm Capitulum Generale, vel Prouinciale.

Ordinationes poteſt facere quiuis Superior Generalis, Prouincialis, & Localis.

Excommunicatio per Statutum, vel Ordinationem debet eſſe ſcripto.

Per Præceptum poteſt fieri oretenùs.

169. *Exemplum Præcepti, ſub pœna Excommunicationis.*

In ferenda Excommunicatione contenta in Statuto non requiritur trina monitio.

Lex ſcripta, facit pro monitione.

Trina monitio neceſſaria eſt ad excommunicandum pro contumacia.

Spatium inter vnam, & aliam monitionem requiritur.

Hoc committitur arbitrio Iudicis.

170. *Monitiones debent fieri perſonaliter.*

Sed quid, ſi Reus latitaret, aut non eſſet ad eum tutus acceſſus?

Monitiones ſcripto mandandæ, & locis publicis Conuentus affigendæ.

171. *Guardianus non poteſt excommunicare Subditum, qui ex fragilitate tranſgreſſus eſt præceptum ſibi factum ſub pœna Excommunicationis*

Poteſt excommunicare ſolos inobedientes contumaces.

Præcipere ſub pœna Excommunicationis poteſt.

Sententiam declaratoriam Excommunicationis ferre non poteſt.

172. *Antequam quis declaretur excommunicatus, debet citari.*

Ad expugnandam contumaciam Subditi, excommunicatio debet eſſe vltimum remedium.

162. RESpondeo, quod vt habetur in *Conſtitutionibus Generalibus Ordinis*. (*h*) Excommunicare poſſunt *Miniſter*, *Vicarius*, *Commiſſarius* ſiue *Generalis*, ſiuè *Prouincialis*, *Guardianus*, *Vicarius in Capite*, ſiue *Præſes localis*. Ratio verò eſt, quia iſti *Prælati* ſunt, & habent auctoritatem quaſi *Epiſcopalem*; cum autem *Epiſcopi* auctoritatem habeant excommunicandi, vt dicunt *Iura* quamplurima, (*i*) ſequitur, quod etiam iſti eandem facultatem habeant; & in hoc communiter conueniunt *Scribentes*. (*l*) Nec facit in contrarium, quod *Guardiani*, & *Vicarij in capite*, ſeu *Præſides* iuriſdictionem, quaſi *Epiſcopalem* non habent, vt communiter tenent rerum Regularium Scriptores, qui *Guardianos* comparant *Archidiaconis*; quia, quidquid ſit de hoc, de quo aliàs locuti fuimus, certum eſt, quod omnes *Prælati*; qui habent adminiſtrationem cum iuriſdictione coniunctam, poſſunt excommunicare, vt dicunt multa *Iura*, (*m*) aliter eſſet inutilis, & ridenda ipſorum iuriſdictio carens vi coercitiua, & eſſet prorsùs inermis, ſi eſſet gladio excom-

municationis deſtituta. Nullus autem negare poteſt *Guardianos*, ac *Vicarios in Capite* eſſe veros *Prælatos* iuriſdictionem in Subditos habentes; & ideò etiam ipſi poſſunt vti facultate, quæ per *Canonem* (n) conceditur non tantùm *Epiſcopis*, ſed etiam inferioribus *Prælatis* ſibi eligendi Confeſſarium, vt præter multos docet *Diana*. (o) Sequitur ergo, quod ipſi etiam excommunicare poſſunt.

163. Dubium autem hìc oritur, quanam de cauſa, & quomodò per modum pœnæ, poſſit *Superior localis* excommunicationem fulminare? Rem declaro in praxi, ad hoc vt ab omnibus poſſit benè res intelligi. Accidit in aliquo Conuentu, quod ex deambulatione Fratrum per hortum poſt ſignum Campanæ, quod in ſero datur pro *Salutatione Angelica*, aliquod periculum, ſcandalum, aut inconueniens probabiliter naſci poteſt. Guardianus, ad anteuertendum hoc malum, pluries Fratribus in Refectorio iuſſit, ſub præcepto Obedientiæ, nullum poſſe, ire in hortum, tranſacta illa hora. Nonnulli Fratres tale præceptum paruipendentes in hortum vadunt. Guardianus, ad illos refrænandos, vult pęnam Excommunicationis contrafacientibus præcepto apponere, quærimus modò, quomodò in ſancienda tali pęna ſe debet gerere?

Reſpondeo, quod excommunicatio ferri non poteſt, niſi ſuppoſito mortali peccato, vt ſuprà diximus, ad hoc ergo, quod Guardianus excommunicationem adnectat tranſgreſſioni ſui præcepti, oportet, quod tranſgreſſio ipſa mortalis ſit, aliter non teneret excommunicatio; quia lata ſinè legitimo fundamento, puta ſine legitima cauſa. Ad hoc ergo, quod tranſgreſſio præcepti facti à *Prælato locali* ſit mortalis, oportet, quod præceptum illius ſit obligatorium ſub mortali, & ad ſciendum hoc, ſcire oportet ea, in quibus, ex vi voti Obedientiæ, tenetur Subditus mandato Superioris obedire.

164. Omiſſis verò ijs, quæ diffusè traduntur a *Theologis Moralibus*, dico, quod *Religioſus* non tenetur obedire *Prælato* aliquid præcipienti *contrà*, vel *ſuprà* Regulam, neque *infrà*, vel *præter* Regulam ſine iuſta cauſa; neque indifferentia niſi bono fine cohoneſtentur; teneri tamen obedire in omnibus illis, quæ ſunt ſecundùm *Regulam*, & *Statuta* non ſolùm directè, & explicitè, ſed etiam indirectè, & implicitè, & in dubio an res ſit illicita, vel licita; vel præceptum ſit *ſuprà*. vel *contrà* Regulam, aut legem Dei, ſemper debet mandato *Superioris* obedire, ità ex *Vidal*, *Miranda*, *Corduba*, *Layman*, *Vaſquez*, *Sanchez*, *Leſſio*, *Lezana*, *Palaò*, *Moron*; *Suarez*, *Nauarro*, *Tamburino*, *Roderico*, & alijs colligit *Antonius à Spiritu Sancto*. (p) In qua doctrina ronueniunt omnes communiter. Ex iſta ergo Regula facilè cognoſcitur quandò Guardianus poteſt ſancire excommunicationem in pœnam tranſgreſſionis præcepti ſui; ſi enim præceptum ratione materiæ ſuprà quam cadit, obligat ſub mortali, vtique excommunicatio ratione materiæ, de qua fertur, erit legitima. Monitos tamen *Superiores* locales volo, nec hoc mucrone ſpirituali tam faciliter abutantur, ſi enim temerè, aut leuibus ex cauſis incutiatur, magis contemnitur, quam formidetur à Subditis, & perniciem potiùs parit, quam ſalutem, vt ait *Tridentinum*. (q) Vndè alia via omnis tentanda eſt, vt Subditus à tranſgreſſionibus præceptorum auertatur, priuſquam excommunicatione feriatur. Ex hucuſque dictis ergo patet, quod præceptum factum à Guardiano, ne vllus illa hora poſſit per hortum deambulare, eſt obligatorium ſub mortali, eo quia legitimè latum eſt, quia nec *contrà*, nec *ſuprà* Regulam, & ex iuſtiſſima cauſa, puta ad impedienda ſcandala, vt ſupponimus; ſicque excommunicatio appoſita tranſgreſſioni pręcepti legitima eſt.

165. Quantum autem ad formam ferendæ excommunicationis, ipſa poteſt eſſe, vel *comminatoriè*, puta ſententiæ ferendæ, vel *ipſo facto*, ſiue lata ſententia. Primo modo, vt ſi *Superior* diceret *Prohibeo omnibus de ambulare per Hortum poſt ſignum Campanæ, in ſerò datum, & hoc ſub pœna excommunicationis: quod ſi aliquis hoc præſumpſerit, excommunicabitur*; talis eſſet ſententiæ ferendæ; & licet aliquis præceptum illud tranſgrederetur, non tamen eſſet excommunicatus, ſed eſſet per *Superiorem* excommunicandus. Secundo modo, vt ſi diceret *Prohibeo, &c. ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda*; aut *contrafacientes excommunico*; & ità tranſgrediens præceptum illud, commiſſo crimine, remanet illigatus pœna illa, vt ex *Felino*, & *Nauarro*, docet *Berti*. (r) Præter hæc autem de forma ferendæ excommunicationis per modum ordinationis, (vt

eſt

Digitized by Google

eſt in caſu) eſt, vt feratur in ſcriptis, aliter nulla eſt, & hoc eſt manifeſtè expreſſum in *Statutis*, quæ ſic habent. (*s*) *Præcipitur, vt nullus noſtræ Religionis Prælatus inferat pœnam excommunicationis per modum ordinationis, vel Statuti ad præcauenda delicta, vt eſt probibitio ingreſſus ad Cellas, ſiue in aliquas Sæcularium domos, & id genus alia, niſi in ſcriptis: & prædicta excommunicatio aliter lata, ex præſenti Conſtitutione, nulla eſſe decernitur, & declaratur*.

166. Ex ex hoc deducitur, quod excommunicationes, ſiue *comminatoriæ*, ſiuè *latæ ſententiæ*, quæ feruntur oretenus à *Superioribus in Capitulo*, ſeù menſa; pro delicto futuro, ſunt nullæ, quia in prædicto *Statuto* eſt clauſula irritans, per quam impeditur iuriſdictio, quam aliundè habent *Superiores* ad ferendas cenſuras. Ratio autem eſt, vt benè aduertit *Sanctorus*, (*t*) quia cum moneri debeat tota Communitas, & ad longum tempus, moraliter fieri, ſinè ſcripto, non poteſt, quia traderetur obliuioni; ſcriptura autem monet omnes, & contrà legem ſcriptam, & publicatam, non poteſt allegari ignorantia, vt dicit *Regula iuris*. (*u*) Scripto ergo ſic mandata excommunicatione, debet publicari à *Superiore*, & affigi in loco fratribus quidem patenti, ſed Sæcularibus (ad euitandum ſcandalum, ſiue admirationem,) occulto, vt verbi gratia ad valuas Refectorij in parte poſtica, vel alio loco commodiori.

167. Quid autem iuris, ſi aliquis hoc præceptum Guardiani factum per modum ordinationis transgrederetur, per hortum in ſerò deambulando, poſſet nè Guardianus ſuper tali delicto inquirere; vel ipſam excommunicationem ferre? Dico quod non, & ratio potiſſima eſt, quia, vt habetur ex *Textu* (*x*) ſuprà, quandò procedendum eſt ſcripto, *Superiores locales* minimè punire poſſunt; vel ergo notoria eſt tranſgreſſio præcepti, vel debet de ea formari inquiſitio, ſi formanda inquiſitio, vtique ſcripto procedendum eſt in inquirendo; ſi etiam factum notorium ſit, etiam ſententia, qua vel fulminatur excommunicatio, vel fertur declaratio excommunicationis ferenda eſt ſcripto, & eius copia tradenda eſt, *Reo* ſi petatur, & contrafaciens *Iudex* ipſo facto remanet ſuſpenſus, & interdictus, ſecundùm, quod exprimitur in *textu* cuiuſdam (*z*) *Decretalis*; ſequitur ergo, quod quoquo modo fiat ſēper deberet Guardianus ſcripto procedere, & ità mindmè poſſet, nec inquirere, nec declarare talem incidiſſe in excommunicationem. Vndè in tali caſu debet Guardianus ad *Prouincialem* recurrere, à quo ferenda eſſet ſententia, vel inſtituenda inquiſitio. Sed dices, ergo inutilis erit authoritas Guardiani, cum non poſſit, nec excommunicare, nec excommunicationem declarare in tali caſu. Sed negatur conſequentia; quia ſi Guardianus ordinationem fecit, appoſita cōtrauenientibus excommunicatione latæ ſententiæ, iam ille remanet ipſo facto excommunicatus, & hoc non aliâ excommunicatione, quam ea, quæ lata fuit à Guardiano; non ergo eſt, inutilis eius authoritas; quod verò ipſe ſcripto non poſſit procedere, aut in ferenda ſententia declaratoria, aut in inquiſitione delicti, ſine qua excommunicationem fulminare non poteſt, hoc non arguit in illo impotentiam ſimpliciter, illam pœnam indigendi, ſed indigendi tali modo, puta per ſcripturam; quia procedendo ſine ſcripto, vti fit quandò excommunicationem fert per modum præcepti, vtique excommunicare poteſt.

168. Et ad pleniorem inſtructionem ſciendum, quod excommunicatio poteſt ferri, vel per modum *Statuti*, vel per modum *Ordinationis*, vel per modum *præcepti*. Horum differentia eſt, quia lata per modum *Statuti*, ſiue *Legis* tangit omnes Subditos, & durat etiam poſt mortem Statuentis, vel legem ferentis. Per modum *Ordinationis* ligat quidem omnes Subditos, ſed in morte Ordinantis ceſſat ordinatio. Per modum verò *præcepti* cadit ſuper perſona particulari tantùm, cui fit præceptum. Liquet autem, quod excommunicationem, per modum *Statuti* ferre poteſt *Capitulum* tantùm, *Generale* pro tota *Religione*, & *Capitulum Prouinciale*, pro *Prouincia*; per modum autem *Ordinationis* hoc poteſt *Generalis* pro tota *Religione*, *Prouincialis* pro *Prouincia*, & *Superior localis* pro *Conuentu*, vt docet *Sanctorus*, (*a*) & in his duobus modis ferens excommunicationem eam debet ſcripto mandare, vt dictum eſt. Si verò feratur per modum præcepti, non eſt neceſsè quod ſcripto procedatur, ſed poteſt fieri oretenus.

169. Et ad pleniorem intelligentiam illu-

illuſtremus rem praxi. Guardianus iubet Subdito, exempli gratia, vt in pœnam ſui defectus, ſe diſciplinet. Subditus pœnitentiam reſpuit, iubet denuò Guardianus ſub formali præcepto obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis, niſi obediat, quærimus quomodò in hoc caſu, circà ferendam ſententiam excommunicationis ſe debet gerere Guardianus?

Dico ergo, quod licet in ferenda ſententia excommunicationis contentæ in *Lege*, vel *Statuto*, vel etiam *Ordinatione* ſcripta, neceſſaria non ſit trina monitio, quia vt dicit *Innocentius (b)* lex, ſiue ordinatio ſcripta facit pro monitione non ſolum trina, ſed continua: tamen in ferenda ipſa pro contumacia in obediendo, debet præcedere trina monitio, quia ipſa fertur ab homine, & ità expreſsè habent plures *Canones*. *(c)* In caſu ergo noſtro debet Guardianus coram Fratribus ter, hoc eſt per tres vices, cum tribus interuallis competentibus ipſum monere, adhoc, vt obediat. Nec dicendum, quod renuens pœnitentias etiam trina monitione, non præmiſſa puniri poteſt, vt habetur in *Statutis Ordinis, (d)* & nos aliàs diximus; quia tale *Statutum*, loquitur de inferenda pœna *Carceris*, non autem de fulminanda pæna excommunicationis, ad quam omnimodè trinam monitionem tenetur *Iudex* præmittere, vel vnam pro tribus, aſſignando ſpatia temporis conuenientia, & de hoc eſt expreſsè *textus Decretalis Conciliaris. (e)* Difficultas verò eſſe poſſet in aſſignandis ſpatijs neceſſarijs, puta, quodnam tempus inter vnam, & aliam monitiontm, debet mediare? Scio communiter exiſtimari, quod ſpatium intercedens inter vnam, & aliam refectionem ſit ſufficiens; ſed ego non ità concederem in monitionibus præuijs ad excommunicationem, quia *textus (f)* illius *Decretalis* ſic habet, *Statuimus, vt inter monitiones, quas ſtatuunt iura præmitti, Iudices, ſiue monitionibus tribus vtantur, ſiue vna pro omnibus, obſeruent aliquot dierum competentia interualla*, ex quo habetur, quod inter vnam, & aliam monitionem, oportet, quod ſaltem interueniat dies naturalis; imò de ſtylo *Romanæ Curiæ* eſt, quod ſex dies aſſignentur pro quolibet ſpatio, vt teſtatur *Berti*. *(g)* Verum eſt, quod in fine illius *Decretalis* dicitur *Niſi facti neceſſitas aliter ea ſuaſerit moderanda*, ità vt hoc videatur remiſſum arbitrio *Iudicis* moderandum, vt ibi aduertit *Gloſſa*: *(h)* tamen non cenſerem, ſpatia illa vllo modo eſſe ad horas decurtanda, vt communiter exiſtimatur, niſi maxima, & vrgentiſſima accedente cauſa; ad hoc, quod *Reus* congruum tempus haberet recogitandi, priuſquam formidabili excommunicationis mucrone feriatur.

170. Monitiones porrò illæ debent fieri perſonaliter, vt aduertit *Innocentius*, *(i)* niſi *Reus* malitioſè latitaret, vel vocatus nollet in Refectorium venire; vel ad ipſum non pateret tutus acceſſus. Et tunc quodnam adhibendum remedium? Dico, quod ad eius cameram Guardianus debet mittere duos Fratres; & ſi in ea non reperiatur, debet ille perquiriri in locis, in quibus ſolent Fratres morari, & omnem facere diligentiã, vt ipſum inueniant; quod ſi minimè inuenerint, quia latet, & vocatus non vult reſpondere, corã Fratribus in Refectorio debent illi Guardiano, cunctis audientibus, hoc referre; Guardianus autem tunc ſecundam, & tertiam monitionem debitis intaruallis ſeruatis, poteſt ſcripto mandare, & ipſam debet affigere, vel ad valuas Cameræ ipſius, vel Refectorij, argumento cuiuſdam *Canonis*. *(l)* Licet verò Guardianus, ſcripto procedere, nempè inquiſitionem formare, prohibeatur, non tamen tollitur, quin poſſit ſeriem totius facti deſcribere, vt aliàs de carceratione diximus, ad hoc, quod poſſit *Prouinciali* oſtendere acta, & de legalitate, ſecundùm, quam proceſſit, in ferenda illa cenſura, docere. Formulà ergo deſcribendi delictum Contumacis pœnitentiam renuentis poteſt vti; & ſi ad *Reum* compellendum, ad obediendum, vel Carcer in Conuentu non eſt; vel *Diſcreti* carcerandum non iudicent, poteſt Guardianus ad ferendam ſententiam excommunicationis, in qua exprimenda eſt cauſa ipſius, deuenire; Formulam autem dabimus in ſecunda parte. Verum eſt, quod ad ferendam huiuſmodi ſententiam in ſcriptis non arctantur Superiores, vt in Priuilegio *Leonis X.* quod ex *ſupplemento Ordinis, Gabriele, Abbate, & Lapo, Rodericus*, *(m)* refert, conceditur; & reuera in praxi eſt, quod declaratoriam ſententiam Apoſtaſiæ, & conſequenter etiam excommunicationis oretenus ferant *Prælati*. Tamen melius erit formam à *Canone* præſcrip-

criptam,ſequi, & ſcripto talem ſententiam ferre, quià ſic habet aliquid plus energiæ, validior eſt, tum ad cæteros deterrendos, tum ad *Reum* reducendum ad obedientiam.

171. Si autem non eſſet *Reus* formaliter contumax in inobedientia, ſed tranſgrederetur præceptum ſibi à Guardiano factum ſub pœna excommunicationis, poſſet nè Guardianus procedere ad ſententiam? Verbi cauſa. Guardianus ex iuſto, & rationabili motiuo prohibet Subdito ſuo ne vadat ad talem cauponam, quia ſolitus eſt, ibi inebriari, & ebrius reuerti ad Conuentum,cum magno ſcandalo Sæcularium. Iſte, non vt repugnet mandato *Prælati*, ſed incitatus deſiderio bibendi vadit ad cauponam; & hoc defertur ad Guardianum, poteſt nè Guardianus ad ſententiam excommunicationis procedere?

Reſpondeo, quod non, & hoc ſiue prohibitio fuerit ſub pœna excommunicationis ferendæ, ſiue ſub pœna latæ. Et ratio eſt eadem, quam ſuprà diximus, dicendo, quod Guardianus non poteſt excommunicare contrauenientes ordinationibus ſuis factis ſub pœna excommunicationis. Verum enim eſt, quod *Prelatis* localibus conceſſa eſt, facultas excommunicandi ſibi formaliter inobedientes, & contumaces, hoc enim neceſſarium eſt, ad continendos Subditos ſub diſciplina; & eorum punitio aliquoties requirit remedium celere, ne cum cum maiori periculo malum diutiùs ſerpat; ſed in cæteris criminibus, ſibi per *Statuta* adempta eſt facultas procedendi. Pœnitentias quidem medicinales, & paternas iniungere ſibi conceditur, vt eſt excommunicatio, quæ iuxtà *Canones (n)* iniungitur ad curandā inobedientiam; ſed pœnitentias graues, & iudicialiter,infligere, ſicut eſt excommunicatio in pœnam,ſolis *Prouincialibus* reſeruatur. Vndè concludo, quod ob ſolam inobedientiam contumacem notoriam poteſt Guardianus excommunicare. Pro cæteris poteſt quidem ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda præcipere, ſed eius declaratoriam nullo modo ferre, vt dictum eſt.

172. Quæ autem dicta ſunt de Guardianis circà materiam, & formam ferendæ excommunicationis, debent etiam accipi de *Prouincialibus*. Iſti tamen ſi aliquis contrafecerit ordinationi, ſiue præcepto à ſe facto ſub pœna excommunicationis latæ, ſeu ferendæ ſententiæ, poſſunt per inquiſitionem procedere in forma ſolita practicari in omnibus delictis, & antè ſententiam debet *Reus* citari, ad ſe defendendum, & allegandum, quarè non debeat declarari excommunicatus, vt dicit vna *Gloſſa*, & *Nauarrus*. (o) Aduertendum tamen eſt, quod nec Guardianus, nec *Prouincialis*, debet vti excommunicatione, vel ad expugnandam contumacian, vel ad puniendum delictum Subditi; niſi nulla alia ſibi via ſuppetit ipſum corporaliter puniendi, ſic *Ordinante Tridentino*. *(p) In Cauſis criminalibus, vbi executio realis, vel perſonalis fieri poterit, erit à Cenſuris abſtinendum. Sed ſi dictæ executioni facilè locus eſſe non poſſit, licebit Iudici hoc ſpirituali gladio in delinquentes vti, ſi tamen delicti qualitas, procedente bina ſaltem monitione,etiam per edictum, id poſtulet.* & ideò ſi Guardianus, vel *Prouincialis* Subditum ſibi inobedientem contumacem habeant, priùs per carceres, ieiunia, & alia corporis afflictiua debent ipſum compellere ad obediendum,& poſteà ſi viderint his minimè proficere, vel etiam antequam iſta tentent, ſi ſciant ea minimè profutura; vel ſunt in caſu, in quo non poſſunt pœnis corporalibus vti, tunc poſſunt gladium excommunicationis euaginare.

XXIX. Quæritur. An ad effectum reuelandi Delinquentes, furta, aut res furto ſublatas, liceat Superioribus excommunicationem ferre?

SVMMARIVM.

173. *Pro rebus furto ſublatis Superior localis nequit excommunicationem ferre.*

Tridentinum, ſic excommunicare,concedit ſolis Epiſcopis.

Hoc tamen idem poſſunt Superiores Regulares.

Pro reuelatione furti, ſiue delicti ſucceſſiui occulti talis excommunicatio fertur.

Hoc conducit bono regimini.

174. *Antè talem excommunicationem alia me-*

media debet tentare Prælatus.
Et quod furtum ſit Rei non vulgaris.
Aut de re, ex cuius defectu ſcandalum orirettur.

175. *Guardianus ſi ferat excommunicationem pro Fure inquirendo attentat.*
Quo caſu poſſit ferre monitoria pro rebus furto ſublatis.
Concilium dans facultatem Epiſcopis publicandi monitoria pro rebus furto ſublatis, non ponit clauſulam irritantem in contrarium.
Statutum nil amplius diſponit, quam Tridentinum.
Probibitio Concilij eſt, circà monitoria ad inſtantiam partis.
Neceſſitate impellente aliquid conceditur aliàs non concedendum.
Lex ſubiacet neceſſitati non è contrà.
Potens aliàs excommunicare, licet non ſeruet formam Concilij, validè excommunicat.

176. *Forma ferendi talia monitoria.*
Si tempus pro monitionibus non ſuppeteret, dies debent reduci ad horas.
Vel vna monitio tantùm præmitti.
Monitorium fiat lingua vernacula.
Expirato termino feratur excommunicatio.

177. *Excommunicatio ſolemnis fit, cum duodecim Presbyteris aſſiſtentibus.*
Et debent habere in manibus Candelas accenſas.
Sic excommunicare ſolis Epiſcopis conceditur.
Vt Guardianus excommunicet non datur certa forma.

178. *Forma excommunicandi, quam poteſt ſeruare Guardianus.*
Quid ſignificent Candelæ accenſæ, & proculcatæ.
Maior ſolemnitas poteſt ſeruari à Prouinciali.

173. RESpondeo affirmatiuè, ſed non reſpectu *Superiorum localium*, talem enim excommunicationem ferre ex diſpoſitione *Statutorum* (q) reſeruatur ſolis *Generalibus*, ac *Prouincialibus Prælatis*. Nec facit in contrarium *Tridentinum*, (r) per quod ordinatur, quod monitoria huiuſmodi, quæ conceduntur ad finem reuelationis pro deperditis, ſiue ſubtractis rebus, *à nemine prorſus, præterquam ab Epiſcopo decernantur*; quia ab hac facultate excluduntur *Prælati exempti*, quaſi *Epiſcopalem* habentes dignitatem, qui Regulares non ſunt, vt benè notat *Sanctorus*, (s) non excluduntur autem *Superiores Regulares*, qui ſimilem habent dignitatem, vt patet in multis alijs, confeſſionibus, abſolutionibus, diſpenſationibus, ordinationibus, ac punitionibus, quæ cum ex iure ſolis *Epiſcopis* concedantur, *Prælatis* tamen *Regularibus* communia ſunt ex eo, quod quaſi *Epiſcopali* dignitate ſunt prædití.

174. Aduertendum tamen, quod huiuſmodi excommunicationes ferũtur non tantùm ad reuelationem furti, ſiuè rei deperditæ, ſed etiam ad effectum, quod occultus Delinquens in crimine, quod euidenter apparet, detegatur. Accidit enim aliquandò, quod aliquod graue delictum, per quod conturbetur *Religio* committatur, & maximè ſi habet tractum ſucceſſiuum, & neſciatur Auctor. Conducit autem ad perfectam rationem regiminis, regularemque politiam, vt *Prælati*, *Maiores* ſaltem, habeant facultatem inquirendi veritatem per Monitoria, & Cenſuras; vt Delinquens detegatur, & malo, quod ſerpit, obuietur, vt optimè *Sanctorus*. (t) Aduertere inſuper oportet, quod ad ferenda huiuſmodi Monitoria in genere, ſiuè pro reuelatione Delinquentis; ſiuè pro reſtitutione furti; ſiuè pro recuperatione rei deperditæ, oportet, quod priùs *Superior* tentet omnes alias vias poſſibiles, inquirendo per media ordinaria, & conſueta iuris, ſuper huiuſmodi Delinquentibus, vt ex *Concilio* deducunt multi dati à *Sanctoro* (u) loco citato. Pro reſtitutione verò rei amiſſæ, vel furto ſublatæ, oportet, quod res ipſa, vt ait *Tridentinum* (x) non ſit vulgaris, & hoc vel ratione valoris; vt ſi è Sacriſtia ſurreptus eſſet calix argentus, vel planeta ex auro, & ſerico, vel inſignis artificij; vel ratione ſcandali, quod oriretur apud Sæculares, ſi res illa, quæ fuit dono data à perſona qualificata ad hoc, vt pro Solemnitatibus in Eccleſia inſeruiret, & ſolita erat ſtatutis diebus exponi, ex improuiſo deficeret, & talis furti nullus poſſet culpari, niſi aliquis ex Fratribus, & hac de cauſa infamaretur *Religio*, tanquam in ſinu ſuo nutriens Latrones; vel ratione damni conſiderabilis, quod proximo accideret, vt ſi Concionatori eſſent ſurrepta ſcripta ſuarum Concionum,

ma-

maximè vicino, aut imminenti tempore illas habendi, quæ omnia iudicio, & prudentiæ *Prælati* examinanda relinquuntur, de ſingulis enim regulam dare eſt impoſſibile.

175. Quod autem dictum eſt, quod Guardianis talia Monitoria, & excommunicationes ferre non licet, non ità accipiendum eſt, quod intelligatur, quod ſi tales Cenſuras tulerint, ſint nullæ; quia vt modò modò dicam, validæ ſunt. Quod non poſſint ferre Cenſuras pro reuelatione Delinquentis, hoc verum eſt, & ſi ferunt attentant. Ratio eſt, quia talium criminum punitio priuatiuè, quoad Guardianos, ſpectat ad *Prouincialem*, vt aliàs diximus; ſicut ergò non habet Guardianus auctoritatem iſta puniendi, ità neque habet taliter inquirendi per Cenſuras, eius enim ſoliùs eſſe debet inquirere, cuius eſt vindicare delicta. Sed reſpectu rerum furatarum in Conuentu alia eſt ratio; imò poteſt dari caſus, quod expediat Guardiano talem Cenſuram ferre. Dò caſum. Deuota aliqua, & nobilis Matrona ſingularis *Benefactrix* Religionis, argenteam verbi gratiam aliquam Coronam, ſingulari arte fabricatam dono dedit Eccleſiæ, vt in Solemnitatibus *Beatæ Mariæ Virginis* imponatur eius ſimulacro, quod in Eccleſia, maximo cum Populi confluentis concurſu, veneratur. Inſtat Solemnitas intrà quatuor, vel ſex dies, Sacriſta diſponens ornamenta, Imaginis, Coronam ab armario ad eam poliendam extrahit, & ipſam relinquit ſuper tabula in Sacriſtia illicò reuerſurus. Reuertitur; Coronam ſublatam inuenit. Adit *Superiorem*. De furto conqueritur; *Superior*, adhibitis, de more, *Diſcretis*, Cellas, Officinas, & quælibet loca Conuentus luſtrat, &, omni adhibita diligentia, incaſsùm abit, minimè reperta Corona, nec detecto furreptore. Quid agendum tunc Guardiano? *Prouincialis* longè abeſt, ad quem licet ſpecialem Nuncium deſtinet, non tamen poterit ille, in tempore, remedium adhibere. Inſtat intereà ſolemnis dies, in qua ſi non apparebit Corona, vt de more, maximum ſcandalum in Populo diſſeminabitur, ex eo, quod Furem inter Fratres eſſe, propalabitur, cum maximo Religionis dedecore; nulla enim ſuppetit via demonſtrandi furtum à Sæculari fuiſſe commiſſum. Ad hoc ergò, quod, omni via, tantum Religionis damnum anteuertatur quid remedij?

Dico, quod in tali caſu poteſt Guardianus Monitoria publicare, ſeruata debita forma, quam poſteà dabimus. Ratio eſt, quia *Concilium Tridentinum* dum præſcribit talia Monitoria à ſolis *Epiſcopis* relaxanda, vtitur tantùm verbis directiuis, nec vllam clauſuram irritantem apponit, per quam nulla reddatur excommunicatio lata ab eo, qui alioquin excommunicandi facultatem habet, prout ſunt Guardiani, vt diximus. Pariter *Statutum* noſtrum decernendo à *Generalibus*, & *Prouincialibus* talia Monitoria eſſe concedenda, ita diſponit, ſicut à *Concilio* diſpoſitum eſt, dicit enim (a) *Decernimus iuxtà Sacri Concilij Tridentini Decretum &c.* Vndè *Statutum* non magis arctat auctoritatem Guardiani, quam reſtrinxerit *Concilium*; hoc autem non arctat ſub forma irritante; vndè nec *Statutum* irritat aliter factum; ſequitur proindè, quod ſi Guardianus in tali caſu excommunicat, valida erit Cenſura. Inſuper prohibitio Conciliaris reſpicit illa Monitoria, quæ feruntur ad inſtantiam partis, vt patet ex illis verbis: *Nec ad eas concedendas cuiuſuis Sæcularis &c.* Ex quibus colligitur qualis fuerit mens *Concilij*, impediendi nempè, ne paſſim, parte inſtante, tales Cenſuræ ferrentur; non ſequitur ergò hoc prohiberi, quando *Superior ex officio* procedit, maximè, quod hoc ſpectat ad bonum Conuentus regimen. Vlterius neceſſitate compellente aliquid conceditur, quæ aliàs non concederetur, neceſſitas enim abſoluta eſt à lege, quia lex ſubiacet neceſſitati, non è contrà, vt habet *Oldradus, Ancharanus, Iaſon, & Cephalud.* (a) apud *Tuſcum*; & hoc procedit etiam in neceſſitate iuris. In caſu autem, cum nullum aliud ſuppetat remedium præcauendi infamiam Religionis, neceſſaria eſt fulminatio huiuſmodi Cenſuræ à *Superiore locali* ferendæ; ergò hoc non ſolùm poterit, ſed etiã debebit hoc facere Guardianus. Et finaliter, quantumuis talis forma præſcripta à *Concilio* nõ ſeruaretur, & potens alias de iure excommunicare, talem Sententiam ferret, eſſet valida Cenſura, vt cum multis tenet *Sanctorus.* (b) Vnde concludendum eſt, quod, etiam extrà caſum illum neceſſitatis, Guardianus talia Monitoria relaxans *illicitè* quidem, quia contrà diſpoſitionem *Conciliarem*, & *Statutariam*, *validè* tamen procederet.

176. Forma autem ferendi Monitoria eſt, quod ſcripto debet ſuccinctè mandari factum, ſiuè delictum, ſiuè res perdita, & de-

debet coram tota Communitate à *Superiore* intimari, & in loco debito, puta ad valuas Refectorij affigi, & hoc per tres vices habentes debita temporis interualla, vel vna vice, aſſignatis in ea tribus terminis, cum tempore competenti, vt ſuprà dictum eſt.

Noto autem, quod ſi tempus non ſuppeteret, putà, quia furtum, ſeu patratum, ſeu detectum eſt in peruigilio Solemnitatis, & non eſt tantùm tempus, in quo poſſit tantùm ſpatij inter Canonicas Monitiones concedi, tali caſu poſſunt ſpatia decurtari, & ad horas deduci, & etiam vnica tantùm Monitione præmiſſa, & expirato toto tempore, quod interiacet inter Monitionem, & tempus illud, in quo, ſi non reſtituitur res, quæ ſublata eſt, ſcandalum ineuitabiliter naſcitur, poteſt fulminari ſententia; & hoc apparet ex *textu*, & *Gloſſa Decretalis* aliàs citatæ. (*c*) Noto ſecundò, quod propter ignorantiam linguæ Latinæ, in qua verſantur *Laici Conuerſi*, ex quorum numero poteſt eſſe *Reus*, vel habentes aliquam notitiam de *Reo*, meliùs, & fortè neceſſarium, eſt, Monitiones facere in lingua vernacula, debet enim, qui monetur, benè capere verba, & intentionem Monentis, aliter minimè valeret Monitio, & perindè eſt, ac ſi non fieret, ſi fieret modo, & verbis, à Monito minimè intellectis.

177. Quod ſi, expirato termino Monitionum, non apparet res ablata, nec aliquod eius indicium, tunc poteſt *Superior* ad fulminationem anathematis deuenire. Licet autem excommunicationem ferre in forma ſolemni, hoc eſt cum duodecim *Presbyteris* aſſiſtentibus candelas in manibus tenentibus, vt dicitur in *Canone*, (*d*) concedatur ſolis *Epiſcopis*; & conſequenter etiam *Prouincialibus*, quaſi *Epiſcopalem* Dignitatem habentibus; tamen cenſerem poſſe etiam Guardianum in tali caſu vti forma non plenè ſolemni, ſed aliqualiter. Solemnitas autem anathematis lati ab *Epiſcopo* attenditur ex parte loci, putà in Eccleſia, & præſente populo, & ex parte Miniſtrorum aſſiſtentium, putà duodecim Sacerdotum. Vndè cenſerem, quod reſpectu horum Guardianus, poſſet de Solemnitate minuere; attentò maximè, quod de hoc nulla eſt ſpecialis forma tradita, quam inuenerim; nec etiam ſi Guardianus ſolemniter, hoc eſt in Eccleſia; cum duodecim Sacerdotibus, (non tamen adſtantibus Sæcularibus, ſed ſuis Subditis tantùm) ferret excommunicationem, nulliter ageret, aut aliquam pœnam, vel Cenſuram incurreret.

178. Forma ergò poſſet eſſe talis, Guardianus per ſonum ſolitæ Campanulæ Fratres ad *Capitulum* conuocare debet, quibus in *Capitulo* conſedentibus, Guardianus indutus alba, cingulo, ſtola, & pluuiali violaceo aſſociatus à *Diſcretis Conuentus* ingrediatur *Capitulum*, & in ſuo loco ſedens grauem ſermonem præmittat ſuper delicto, putà furto commiſſo; concludens, quod ex quo Delinquens perſeuerat contumax in ſuo ſacrilegio, cogitur ad cęterorum terrorem, & ipſius pœnam, ad extremam animaduerſionem deuenire. Tūc accendi debent quatuor candelæ ad hoc præparatæ, quarum vnam debet Clericus *Guardiano*, aliam *Vicario*, aliàs duas *Diſcretis Conuentus* porrigere. Tunc ſedens Guardianus, ſibi aſſiſtentibus, ac ſtantibus *Vicario*, & *Diſcretis* alta voce, & aſpectu minaci debet ad anathematiſmum deuenire, iuxtà formam, quam mutuauimus à *Peyrino*, (*e*) & dabimus in ſecunda parte, qui teſtatur, quod cum illa vſus fuiſſet aliquandò quidam *Prælatus Regularis*, pro enormiſſimo furto, ſtatim fur apparuit, & furtum fuit reſtitutum.

Tum *Superior*, & *Diſcreti* candelas debent in terram proijcere, & pedibus conculcare, & omnes de *Capitulo* dicere, *fiat, fiat, fiat*. Candelæ autem illæ non debent ad aliquem vſum humanum ampliùs deſeruire, vt notat *Gloſſa*, (*f*) ſed debent foràs proijci, vt ſal infatuatum, & igne comburi, illæ enim ſignificant animas *Rei*, & *Complicum*, quæ priùs illuminatæ per gratiam *Spiritus ſancti*, geſtabantur in manibus *Sacerdotum*, qui illarum curam habebant, eas dirigendo, *Sacramentis* paſcendo, & cuſtodiendo, ſed per anathema in eos latum extinguitur in eis *Spiritus ſancti* communicatio, & ab *Eccleſia* expulſæ peſſundantur à Dæmone, & deſtituuntur à *Deo*, niſi reſipiſcant.

Si autem à *Prouinciali* fulminanda erit excommunicatio, ſolemnior poterit eſse forma, puta in Eccleſia, valuis tamen clauſis, aut de nocte, & proindè expediret eam ferre poſt Matutinas; & hoc ad euitandum ſcandalum Sæcularium; & in maiori numero Sacerdotum ſibi adſtantium, putà duodecim, vt præſcribit *Canon*.

Cita-

Citationes Tituli præcedentis.

Pag.222.col.2.

(a) l.Aliud eſt fraus, ff.de Verb.ſign. l.Si pęna.ff.de Pœn.l.1.C.Ad leg. Iul.repetun.

(b) Alphonſ.à Caſtr.de leg.pœnal. lib.2. Felin.in c. 1.de Conſtit.Soto de Iuſt.& iur.lib.1. q.6.art. 6.& lib.4.q.6.artic.3. Piriel. in Authen. Niſi triennalis num. 32. C.de Bon.matr. Menchac. par.1.de Teſtam.§.10. num.665. apud Sanct. de Pęn.cap.1.verſ.Dixi probabile.q.2.

Pag.223.col.1.

(c) Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.n.40.

(d) Stat.Gen.Reform.cap.7.n.6.& 7..

(e) Suar.de leg.lib.5.cap.8.n.3.

(f) l.Eius.qui ff.de Iur.fiſc. Felin.in cap.final. nu. 37.de Reſcr.Sanctor.de Pœn. cap.2.qu.2. verſ. Reſpondeo.Reſoluendæ.

Pag.223.col.2.

(g) cap.Tua de Procurat.

(h) Moneta de Conſeruat.c.7.n.208. & ſeqq.

(i) Sanctor.de Pęn.cap.2.qu. 5. verſ.Dico ſecundo. Pęna.

(l) l.Si Præſes ff.de Pęn.

(m) Innocent.in cap.Quod translationem.de Offic. Iud.deleg.

(n) DD.in cap.Ex litteris de Conſtit.

(o) Gloſſ.in Clemen.1.§.Si quis. in verſ.Pœnam.de Reb.Eccl.non alien.

(p) Sanctor.de Pęn cap.2.quæſt.5.verſ.Dico tertiò. In dubio.

(q) cap.Ad abolendam.§.Præſenti.de Hæret. cap. Inter.de Purg.canon.

(r) Sanctor.de Pęn.loc.cit.verſ.Concludo igitur.

Pag.224.col.1.

(s) Sanctor.Comment.cap.1.Stat.3.§.4. verſ. Quoniam ſæpè. Et de Pœn. loc.cit. verſ. Reſpondeo ſexto.

(t) Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.n.1.

(u) Stat.Gen.Reform.c.2.n.5.6.& 7.

(x) cap.Poſtulaſtis.cum ſequen.de Cler.Excom.cap. Cum bona.de Ætat.& qual.cap.Cum dilect.de Conſuet.cap.Ad proband.de Sent.& re iud.

(z) Gloſſ.in Clement.Cupientes.de Pœn. Abb.in cap. Cum dilectus.n.19.de Conſuet.

(a) cap.Si celebrat.de Cler. Excom.

Pag.224.col.2.

(b) cap.Cum Vintonien.cap.Cum in cunctis de Elect. Abb.in cap.Apoſtolica.de Excep.

(c) cap. Quia propter.§.final. cap. Cum Cumana. de Elect.

(d) cap.1.& 2.de Iud.in 6.cap.Benè 96. Diſt.cap. Verum.93.Diſt.cap.Cum Paulus.1. qu.1. Tabien.verb.Suſpenſio.n.4. apud Sanctor.de Pęn. cap.3.verſ.Reperitur.fol.105.

(e) Tit. Quid.§.1.

(f) Sanctor.de Pœn.cap.3.quæſt.2.verſ.Tertia difficultas.

Pag.225.col.1.

(g) cap. Actus de Reg.iur.in 6.

(h) l.Actus legitimi.78.ff.de Diuerſ.Reg.iur.

Pag.225.col.2.

(i) I.B.Nicola.Reg.iur. Tom.1.lib.1. fol.43.verſ. Actus legitimus Papinia.

(l) Gloſſ.in cap.Actus.verſ.Item nota,quod Regula. de Reg.iur.in 6.

(m) l.Hæc venditio,ff.de Contr.empt.

(n) Summ.Angelic.v.Actus legitimi.

(o) Alexand.conſ.75.num.4.& 7.Volum.1.

(p) Gloſſ.in l.Actus legitimi.in princ.ff.de Reg.iur. l.legitima.iunct.gloſſ.ff.de Pact.

(q) Sanctor.de Pœn.c.3.q.1.in fin.

Pag.226.col.1.

(r) l.Maritus. C. de Probat. l. Quod Labeo. ff. de Compenſ.

(s) Authen.Vt Iud.ſin quoq.§.eos. Auth. Vt hi,qui obl. Authen. de Alien. emph. §. Oeconomos. Auth.de Teſt.§.Quia verò. Azo. Summ.Rubr. 104.

Pag.227.col.2.

(t) Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.n.4.

(u) cap.in odioſis de Reg.iur.

Pag.228.col.1.

(x) Sanctor.de Pęn.c.5.q.2. verſ.Reſpondeo primo. Ratio.fol.110.

(z) cap.In nona.16.q.7.Abb.in cap.2.n.9.& 10.de Iudic.& in cap.Cauſam quæ n.5. de Arbitr.

(h) Hoſtien.& Abb.in cap.Contingit.nu.4.in fin.de Arbitr.& in cap.Decernimus.n.13.de Iudic.

(b) cap.Menna.iunct.gloſſ.in v.Arbitrio.2.q.5.

(c) Abb.in cap.final.n.5.de Cler.ægrot.

Pag.228.col.2.

(d) Pratei.Lexic. v.Index adpellatur.

Pag.229.col.1.

(e) Io. Andr.in Gloſſ. Clementin.2. de Magiſtr. in fine.

(f) Bartol.in l.In Senatu conſulto. ff.Ad S.C.Turpil.

(g) Abb.in cap.Cum in cunctis. §.Clerici. num.7.de Elect.

(h) Sanctor.de Pęn.cap.3.quæſt.2. verſ. Reſpondeo negatiuè.fol.119.

Pag.229.col.2.

(i) Sanctor.de Pęn.cap.3.q.2.verſ.Reſpondeo negatiuè.fol.119.

(l) Sanctor.loc.cit.q.3.fol.120.

Pag.230.col.1.

(m) Sanctor.loc.cit.quæſt.2. verſ.Reſpondeo.ex noſtro.fol.109.

(n) Stat.Gen.Ord.c.2.§.9.n.18.

(o) Stat.Gen.Ord.c.3.§.1.n.3.

(p) Stat.Gen.Ord.c.3.§.9.n.1.

(q) Gloſſ. in Clement. Cupientes. in v. Suſpenſi.de Pœn.

(r) Nauar.Manual.cap.27. n.151. Suar.in 3.par.

Diſp.25.ſect.1.Sayr.de Cenſur.lib.4.cap.1.Io. de Cruce.Tract.de Cenſur.art.3. Filiuc.Tract. 17.c.1.q.2.

Pag.230.col-2.

(s) *Angel.Sylu.V.Suſpenſio.Tolet.Summ. lib.1.cap. 42.n.1.Sayr.de Cenſur.lib.4.cap.2.*

(t) *Lezan.v.Cenſura Eccleſiaſtica.n.2.& v.Suſpenſio.num.3.Suar.Tom.4.de Relig.Tract.8.lib.2. c.9.nu.6.Cornexo Tom.2.Tract.5. de Cenſur. Diſp.3.dub.1.*

(u) *Lezan. v.Suſpenſio. num.6. Portel.Dub.eod.V. num.2.*

(x) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.n.40.Stat.Reform.c.7. num.7.*

(z) *Lezan.Tom.1.cap.10.n.29.Sot.de Iuſt.queſt.3. art.6.Caſtro de Leg.pœnal.c.1.*

(a) *Suar.in 3.Par.Tom.5.Diſp.25,ſect.1.n.2.& 3. & ſect.2.n.3.apud Bonacin.de Cenſur.Diſp.3. Punct.1.num.2.*

(b) *cap.Si quorundam de Solut.*

(c) *cap. Hoc conſultiſſimo d. Reb. Eccl. non alien. in 6.*

(d) *Clement.Religioſi.de Decim.*

(e) *Stat.Gen.Ord.cap.2.§.7.n.9.& cap.3.§.9.n.3. & cap.15.§.1.num.3.& cap.eo.§.3.n.3.*

(f) *Stat.Gen.Ord.c.7.§.6.n.32.*

Pag.231.col.1.

(g) *Stat.Gen.Reform.c.8.n.39.*

(h) *Suar.Tom.5.in.3.Par.Diſp.26.ſect.1.Cornexo Tom.2.Tract.5.de Suſpenſ.Diſp.2.dub.1. Layman.lib.1.Tract.5.Par.3.cap.1.n.2.§.Suſpenſio totalis.Lezan.V.Suſpenſio.n.5.*

(i) *cap.Cum Paulus.1.q.1.*

(l) *Abb.in cap.Cum dilectus.n.20.de Conſuet.*

Pag.231. col.2.

(m) *Henriquez lib.13.cap.32.nu.1.Conineb.Tom. 2.Diſp.15.Dub. 1.n.4.*

(n) *Sanctor.de Pœn.cap.1.q.3. verſ.Quatenùs verò fol.21.*

Pag.232.col.2.

(o) *cap.Cum dilectus de Conſuet.cap.Cum inter.de Elect.arg.à contr. cap.Si celebrat. de Cler.Excom.Abb.in cap.Cum dilectus.de Conſuet.*

(p) *cap.final.de Pœnit.& remiſſ.*

(q) *argum.c.2.de Maior. & obed. Nauar.Manual. c.27.n.155.Carnexo Tom.2.in 3.Par.Tract.5. de Suſpenſ.Diſp.2.Dub.1.Diana.Par.6.Trac. 1.Reſol.26,*

(r) *Autan.à Sp.San. Tract.4. Diſp.3. num.383.& ſeqq.*

(s) *Pellizz.Manual.Tract.7.c.3.n.20.*

Pag.233.col.1.

(t) *cap.Quod ſicut.vbi Gloſſ. in V.Conſentire, & ibi Abb. num.3. de Elect. Innocent.in cap. Eccleſia veſtra.n.4.& in cap.Quia propter,& in cap. Conſideraumus de Elect. Hoſtien. Summ. Rubr.de Elect. §. Qualiter facienda. num.11. apud Paſſerin.de Elect.Canon.cap.11.n.119.*

(u) *Sigiſmund.à Bonon.de Elect.Dub.64.n.5.*

(x) *Sanchez de Matr.lib.3.Diſp.31.n.12. Henriq. de Excomm.cap.32. §.3. Sayr.de Cenſur lib.4. num.6.*

Pag.233.col.2.

(z) *Roderic.Tom.2.queſt.53. art.10. verſ. Neque obſtat.*

(a) *Paſſerin.de Elect.Canon.c.10.n.93.*

(b) *Tit.Pœnarum nu.66.& ſeqq.*

Pag.234.col.1.

(c) *l.Verum eſt ff.de Verb.ſign.*

(d) *l.In quacunque.§.2.C.de Cuſtod.Reo.*

Pag.234.col.2.

(e) *Sanctor.de Pœn.c.4.init.fol.132.*

(f) *Bart.Tract.de Carc.aut.med.*

(g) *cap.Quamuis de Pœn.in 6.Clement.1.§.Dure. de Hæret. cap.Vt fama.de ſent.Excom. cap.A nobis de Apoſt cap.Nouimus de Verb.ſign.cap. Tuæ.de Pœn.cap.penult.§.Si qui.de Hæret.Sanctor.de Pœn.c.4.q.1.fol.134.*

(h) *l.Nemo carcerem.C.de Exact.tribut.lib.10.*

(i) *Gloſ.in l.Nemo.in V.Pœnalium. C.de Exact.tribut.lib.10.*

(l) *l.Aut damnum.§.Solent.de Pœn.*

Pag.235.col.1.

(m) *Faller.Pract.crim.c.9.Diaz Pract.c.146.*

(n) *Donat.Tom.1.Par.2.Tract.9.q.3.*

(o) *Peyrin.de Subd. quaeſt.1. cap. 27. verſ.Quibus omnibus.*

(p) *Viuald. Tract.de Depoſit. & Degrad. num.38. fol.34.*

Pag.235.col.2.

(q) *Roderic.Tom.2.q.25.art.2.Peyrin.de Subd.q.1. c.27.verſ.Dico ſecundo.*

Pag.237.col.1.

(r) *D.Thom.Quolib.12.art.37.*

(s) *Donat.Tom.1.Par.2.Tract.8.q.4.*

(t) *Ambroſ.Calepinus.V.Dyſcolus.*

(u) *Ambroſ.Calep.n.V.Moroſus.*

(x) *Cicero de Senect.*

Pag.237.col.2.

(z) *Syln.V.Incorrigibilis,& V.Abbas.6.qu.3. Peyrin.de Subd.q.1.c.25.verſ.In hoc mihi.Roderic. Tom.1.queſt.30.art.15. Donat.Tom.1.Par.2. Tract.8.q.9.à n.3.*

(a) *Menoch.conſ.86.Farinac.q.24.n.9.Petr.ab Angel.Iud.Regul.cap.26.n.3.*

Pag.238.col.1.

[b) *Sayr.de Cenſur.lib.5.c.21.n.37.*

(c] *cap.Vt fama.de Sent.Excom.cap.Contingit il 2. eo.tit. cap.Cum non ab homine. de Iudic. cap. final.de ſtat.Monach.*

(d) *Abb.in cap.Cum non.n.29.de Iudic.Sanch.lib.6. Decal.c.9.n.4.Graf.Deciſ.Par.1.lib.2. cap.24. n.19.Duard.in Bull.Cœn. lib.2. Can.15.q.11. num.85.apud Donat. Par.2. Tract.8. queſt.9. num.10.*

Pag.238.col.2.

(e] *Bonacin.de Clauſur.q.2.Pun.12.§.1.n.6. Ricc. Par 4.Deciſ.102.& Par.1.Deciſ.87.*

(f) *Donat.Par.2.Tom.1.Tract.8.queſt.15.Roderic.Tom.1.queſt.30.art.15. Carol.de Graff.de Cleric.Effect.1.n.382.*

(g) *Sanctor.de Pœn.c.19.verſ.Illud certum fol.245.*

Pag.239. col.1.

[h) *Alphonſ.de Leon.de Cenſur. Recoll.6. verſ.Eijcere.*

cere.n.314.& ſeqq.apud Donat.Tom.1.Par.2. Tract.8.quaſt.11.num.7.

(i) Tit.Delictorum.§.2.

(l) Compend.priuileg.V.Eijcere. Mirand.Tom.1. q.52.art.1.concl.2.Bonacin.de Clauſ.q.2.Pun. 62.§.1. Roderic.Tom.1.qu.30. art.18. & 19. apud Sanctor.de Pœn.c.19.fol.245.

(m) Stat.Vallis.c.7.Tit.de Incorrig.

(n) Abb.in cap.Cum non.n.30. de Iudic. Aldret.de Relig.Diſc.lib 2.c.26.nu.38.apud Petr.ab Angel.Iud.Regul c.26.n.2.

Pag.239.col.2.

(o) Megal.Prax.crim.cap.21.n.3.

(p) Carol.de Graſſ.Cleric.Effect.1.à n.799.

(q) Menoch.Conſil.82.n.127.in fin.

(r) Menoch.loc.cit.n.130.

(s) Caſtro de Iuſt.Hæret.punit.c.2.

(t) Sanctor. de Pœn. cap. 19. verſ. Illud certum in fin fol.245.

(u) cap.Contingit.de Sent.Excomm. in 6. cap.Cum non.de Iud. cap. Cum ad Monaſt. de Stat. Monach.Gloſſ.in Clement.1. de Vit. & hon. Cler. Donat.Tom.1.Par.2.Tract.8.q.10.

(x) Roderic.Tom.1.q.30.art.5.Peyrin.de Subd.q.1. cap.25.verſ.Itaque ſecundùm iſtos.

(z) Clar.q.36. num.34. Caſſane.ſup. Conſuet.Burgund. fol 5. Salzed. ad Pract.Diaz. cap.142. verſ.Incorrigibilis.

(a) Sanct.de Pœn.c.19.verſ.Sed hic eſt.fol.247.Alphonſ.de Leo.Recoll.6:n.314. Portell.V.Eijcere.n.1.§.3.Sylu.V.Abbas.n.6.

Pag.240.col.1.

(b) Decr.S.Congr.Conc.de Apoſt.& eiect.§.8.

(c) Portel:Dub.Regul.V.Eijcere.nu.1. verſ.Secundo nota.

(d) Sanctor.de Pœn. cap.19. qu.1. verſ.Sed hic eſt. fol.247.

Pag.240.col.2.

(e) Tit.Applicatio.§.2.Stat.Vallisolet.c.7.

Pag.241.col.2.

(f) Sylu.V.Abbas.n.6. Roderic.Tom.1. qu.30.art. 15.in fi.Mirand.Manual.To1 q.52.ar.2.Concl. 2.Portel.V.Eijcere.n.1.verſ.Certiorata.Donat. Tom.1.Par.2.Tract.8.q.11.

(g) Carol.de Graſſ.de Eff Cler.Effect.1.n.882.Dona. loc.cit.q.15.Roder To.1.q.30.ar.15.circ.med.

(h) cap.Cum non ab homine de Iudic.

(i) cap.Cum ad Monaſterium de Stat. Monach.

Pag.242.col.2.

(l) cap.Qualiter,& quando.il 2. de Accuſ. Text. Tit. Quam.§.7.Clement.Sape. de Verb.ſignif. §.Verum.

Pag.243.col.1.

(m) Sanctor.de Pœn.cap.19.q.4.verſ.Hic dubitari. fol.261.

(n) Sanctor.loc.cit.q.2.fol.249.Donat.Tom.1.Par. 2.Tract.8.q.19.n.1.

(o) Stat.Gen.Ord.c.7.§.6.n.15.

(p) Sanctor. loc.proxim.cit. verſ.Reſpondeo tertio. fol.251.

Pag.243.col.2.

(q) Sanct.de Pœn.cap.19.q.2.verſ.Reſpondeo primo fol.251.

(r) cap.Placuit 21.quaſt.2.

(s) cap.Tuæ de Pœn.

(t) cap.Degradationem.de Pœn.in 6.

(u) Sanctor.de Pœn.cap.4.q.9.fol.177.

(x) Gloſſ.in.cap.Placuit.in V.Cingulo 21.q.2.

Pag.244.col.1.

(z) Zachar.Paſqualig.Prax.ieiun.Dec.1.& 8.Sanctor.de Pœn.c.19. qu.2. verſ.Reſpondeo tertiò. fol.251.

(a) Sanctor.de Pœn.loc.cit.verſ.Reſpondeo ſecundo. fol.151.

(b) Abb.in cap.Accedens.de Procur. Marſil.Pract. §.Attingam.n.24.Sanct.loc.cit.verſ.Reſpondeo eum.fol.253.

Pag.244.col.2.

(c) Donat.Tom.1.Par.2.Tract.8.q.11.n.9.

(d) Petr.de Angel.Iud. Regul. Par.1. cap.26. verſ. Verum quia.fol. m.178.

(e) Text.in l.Paulus,§.final.ff.de liber.cau.

(f) Salycet.in l. 2. C.Si mancipium. iunct. gloſ.& Iaſon.in l.Si idem,ff.de Iuris.omn.Iud.col.2.

Pag.245.col.2.

(g) Salas.de leg.Tract.14.Diſp.2.ſect.9.n.53. Sanchez de Matr.lib.8. Diſp.4. num.10. Portel. V.Cardinalium declarat.nu.1. Peyrin.de ſubd. q.1.cap.25.§.Hoc dubium. Nauar.Conſ.15.de ſent.Excom.lib.9. Bonac. de leg. Diſp.1.qu.1. Pun.8.n.4.Dian.Tract.10.de leg.Reſol.20.

(h) Donat.Tom.1.par.1.Tract.8. q.4.n.1. Barboſ. Collect.Bullar.V.Congregatio.n.2.& 3.Lezan. Sum.V.Sacr.Congr.

(l) Sixt.V.Conſtit.Immenſa.1587.23.Mart.Cherub. Tom.2.

(i) Donat.loc.cit.n.14.

Pag.246.col.1.

(m) Alphonſ.de Leon Recoll.6.n.320.

(n) Sanctor.de Pœn.cap.19. quæſt.3. verſ. Si autem agatur,fol.255.

(o) Sanct.loc.cit.q.2.verſ.Reſpondeo primo.fol.249.

Pag.246.col.2.

(p) Donat.Tom.1.par.2.Tract.8.q 19.

Pag.247.col.1.

(q) Alphonſ.de Leo.de Cenſur. Recoll.6.num.318. apud Donat.loc.cit.q.12.

(r) Petr.ab Angel.Iud.Regul.cap.26.ſub n.4. verſ. Secunda Difficultas,fol.m.182.

Pag.248.col.1.

(s) Dyn.in Regul.ſemel malus.de Reg.iur. in 6. Roman.conſ.236.n.5.verſ.ſed textum,et n.6.verſ. ſed caſum.Clar.q.23.verſ.Benè verum eſt.

(t) Clar.q.54.n.16.in fin.Tuſc.lit.M.concl.28.n.25.

Pag.248.col.2.

(u) Sanctor.de Pœn. Quæſt.3.cap.19.fol.255.

(x) Stat.Reform.cap.7.num.10.

(z) Donat.Tom.1.par.1. Quæſt.11.n.9.

(a) Corrad.Prax.diſpenſ.Apoſt.lib.5.c.14.n.31.

Pag.249.col.1.

(b) Anton.à Sp.Sanct.Direct.Regul.Tract.4. Diſp. 3.à n.459.Vidal.de Hor.canon.Inquiſ.3.n.35.

(c) Tambur.To.3.diſp.8.q.8.n.12.Baſſæ.V.Religio. 6.n.3.Vidal.Sanctorel.Sanch. Dian.Pellizzar. Tract.8.cap.7.num.18.

(d) *Sanctor.de Pœn.cap.19. Quaſt.7.*
(e) *Lantuſc.Theatr.Regular.verb,Electi.num.5.*

Pag.250.col.1.

(f) *A. Gell.Noct.Attic lib.20.cap.1.*
(g) *Pratei.Veter.Iuriſprud.lib.4.l.75.*
(h) *Iſidor.Origin.lib.5.cap.25.*
(i) *Exod.cap.21.*
(l) *Deuteronom.cap.20.*
(m) *Lopez Add.ad Pract.crim.Diaz. cap.68. verſ. Illud autem.*

P2g.250.col.2.

(n) *l.1.§.Diuus Hadrianus.ff.Ad leg. Cornel.de Sicar.*
(o) *Inſtit.Tit.de Iniur.lib.4.*
(p) *Breniar.Roman.11.Decemb.lect.1. Nocturn.2.*
(q) *Iul.Clar.quaſt.12. num.17.*
(r) *cap. Calumniator. 2.q.3.cap. Omnis.5.q.6.cap. Qui calumuiam.ibi.Adrian.I.Epiſt. Decretal. cap.24.& 52.*
(s) *Abb.in cap.Cum fortiùs. num.2. de Calumn.*
(t) *Sanctor.de Pœn.cap.10.quaſt.6.fol.445.*

Pag.251.col.1.

(u) *cap.Degradatio. de Pœn.in 6.*

Pag.251.col.2.

(x) *Petr.Marchant.Expoſit.Regul.Minor.cap.2.*
(z) *Stat.Reform.cap.2.num.19.*

Pag.252. col.2.

(a) *cap.Is cui. de Sent. Excom. in 6. cap.Statutum. eo.tit.& lib.*
(b) *cap.Nemo.11.quaſt.3.*

Pag.252.col.1.

(c) *l.Pratoris.ff.de His, qui not. infam.*

Pag.252.col.2.

(d) *Pratei.Lexic.Iur.verb.infamia.*
(e) *DD.in l.Cum ancillis. C.de Inceſt.nupt.*
(f) *Caſtr.lib.de leg.pœnal.cap.final.Conar.var.lib.3. cap.3. num.2. Henriq. lib.14. cap.5. Tabien. verb.Infamia.num.2.Sanch.Sum. lib.6. cap.3. Garz.de Beneſic.par.7.cap.8.nu.9. apud Theſaur.de Pœn.par.1.cap.33.Aduert.5.*
(g) *l.Honori.ff.de Obſeq.à liber.& libert.*
(h) *cap.Infames.6.quaſt.1.*

Pag.253.col.1.

(i) *cap.Sanè.15.q.3.cap.Si autem. 11. q.3. cap.Impudicas 27.q.1.cap.Notificamus. 35.q.6. cap. Euphemium.2.q.3.cap. final. de Secund. nupt. cap.Si quis.22.q.5.cap. Statuimus 1. q.1. cap. Illi.6.q.1.Trident.ſeſſ.25.cap.19. de Reform. & ſeſſ.24.cap.6.B.Pius V.Conſt.82.§.2.3. & 4.l.Cum vir.C.Ad leg.Iul.de Adult. l.1. 2. & 3.ff de His, qui not.infam. l.Quiſquis. C. Ad leg.Iul.Maieſt.*
(l) *Marchin.de Sacr.Ord.par.10. cap. 4. Barboſ.de Off.Epi.Alleg 43.num.25.*
(m) *cap.Infames.6.q.1.*
(n) *cap.Nullius.cap. Quis locus. cap. Placuit. cap. Qui apud.1.q.4.*
(o) *Gloſſ.in cap.Infames.6. q.1.*

Pag.253.col.2.

(p) *Conarr.de Sponſal.par.2.cap.8. §. final. num.8. Apoſtill.ad Clar.q.72.in verb.Infamia.*
(q) *cap.Cum te.de Sent.& re iud.l.1.§.de Quaſt. de Poſtul. Abb.in cap, Ex diligenti. num. 6.de Simon.*
(r) *cap.Euphemium.2.q.3.cap.2. & 3.Cau.6 qu. 1. cap.Teſtimonium.de Teſt.*
(s) *cap. Sciſcitatus. Extra. de Reſcr.*
(t) *cap.Petrus.de Homicid.Abb.in cap. 1. de Purg. Canon.& in cap.Sicut.num.4.Ne Cler.vel Monac.& in cap.Cum Deputati.num.4. de Iudic. & in cap.Cum olim.de Cau.poſſ.& in cap. Per inquiſitionem.num.11. de Elect. & in cap. Ex tua.num.1.de Purg.can.& in cap. 1.num. 6.de Accuſ.& in cap.Dilecti.num.6.de Iudic.*
(u) *Stat.Gen-Ord.cap.7.§.6. num.70.*

Pag.254.col.1.

(x) *l.Exilium. ff.de Interr.& Releg.*
(z) *l.Conſtitues. C.de Pœn.*
(2) *l.13.ff. Qui. ex cau.in poſſ.l.final. C.de Iniur.*

Pag.254.col.2.

(b) *Budæ. in l.Capitalium.§.In exulibus. ff.de Pœn.*
(c) *Clar.quaſt.67. num.1.*
(d) *cap.Cum beatus.45.Diſt.cap. In primis. 2. q.1. cap.Hi,qui.iunct.gloſ.in verb. Et exilio.3.q.4. cap.Accedens.50.Diſt.cap.In Synodo.63. Diſt. cap.Accuſatoribus. §. Si quis. 3.q.5.*
(e) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.num.81.*

Pag.255.col.1.

(f) *Congr.Gen.Roman.1625.verſ. Deincept nullus. Orb.Seraph.Tom.3.fol.615.col.1.*

Pag.255.col.2.

(g) *l.Adigere.§. Quamuis. ff.de Iure patr. l. Quod dictum.ff.de Pact.cap.Dixit.32. q.1. cap.Duæ ſunt 19.q.2.*
(h) *I.B.Nicola Regul.iur lib.3.fol.147. & ſeqq.*
(i) *l.2.§.final.cum gloſ.& Bartol. ff.de Donat. l. 1. §.Sexum. ff.de Poſtul. cap. Ex parte de Conu. conu. cap. Magnæ. de Vot.cap. Si propter 61. Diſt.cap.Duæ ſunt 19.q.2.*
(l) *Bald.in l.1.verſ.Item an ceſſatio ff.Solu.matr. & in l.2.verſ.De tertio.ff.de Iureiur.*
(m) *l.Hunc titulum. §.Poſtulare.ff.de Poſtul.*
(n) *d.l.Hunc titulum. §.Secundo loco. ff de Poſtul.*

P2g.256.col.1.

(o) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6. num.33.*
(p *l.De Decurione.ff.de Decur.& eo.fil.*
(q *cap.In pœnis.cap.Odia.de Reg.iur.in 6. cap.Pœna. de Pœnit. Diſt.1. Gloſſ. in Clement. 1. de Conſang.*

Pag.256.col.2.

(r) *Sanctor.de Pœn.cap. 2. quaſt. 6.verſ. Reſpondeo primo.*
(s) *Sanctor.loc.cit. verſ. Extenditur etiam. & verſ. Caterùm in pœnis.*

Pag.257.col.1.

(t) *Sanctor.loc.cit.verſ.Reſpondeo ſecundò.*

P2g.257.col.2.

(u) *Clar ꝗ.Sodomia. verſ. Quaro nunquid.*

P2g.257.col.1.

(x) *l.Si lenones.C.de Epiſc.& Cler.*

Pag. 257.col.2.

(z) *Molin.Tom.3.de Iuſt.& iur. Diſp.729. num.6. Rebell.de Obligat.par.1.lib.2.quaſt. 14. ſect.3. num.13.*

(2) *Clar.*

(a) *Clar.Prax.Crim.quaſt.88.init.*
(b) *Bald.in l.1.C.de Seru.fugit Corn. conſ.57. nu.6. vol.4.Rimінal.Conſ.crim.105.vol.1.Corſet.in Reper.Abb.in verb.Mandans. Gloſ.in l.liber.ff. Ad leg.Aquil.*
(c) *Sanctor.de Pœn.cap. 2. quaſt.7. verſ. Reſpondeo ſecundò.*
(d) *Sanctor.loc.cit.verſ. Ad quam doctrinam.*
(e) *cap.Ratihabitionem.de Reg.iur.in 6.*
(f) *l.1.ff.de Dol.mal.*

Pag.258.col.1.

(g) *cap.Nullus. de Reg.iur.in 6.l.Conſilij.ff.eo.tit.*
(h) *Sanctor.de Pœn.cap.2. quaſt.7. verſ. Reſpondeo tertiò.*
(i) *Sanctor.loc.cit.verſ.Verum ſi.*
(l) *Sanctor.loc.cit.verſ.Reſpondeo quartò.*

Pag.258.col.2.

(m) *Abb.in cap.final. de Iniur. & damn. & in cap. Nouit.num.37.de Iudic.*
(n) *cap.1.Diſt.25.*
(o) *Sanctor.de Pœn.cap.2. quaſt.7. verſ. Reſpondeo quintò.*
(p) *l.De ijs. §.Expilatores. ff.de Effract. Dyn. in l. In Prouinciali.ff.de Nou.ope.nunc.*

Pag.259.col.2.

(q) *Sanctor.de Pœn.cap.2.quaſt.10.verſ.Dices ſi in eiſdem.*

Pag.259.col.1.

(r) *Tit. Quid.num.20.*

Pag.259.col.2.

(s) *Sanctor.de Pœn.cap.3.quaſt.2.verſ.Reſpondeo diſtinguendo.*
(t) *Statut.Fariner.cap.9.Orb.Seraph.Tom.3.fol.69.*

Pag.260.col.1.

(u) *Statut. Alexand.Tit. de Inſt. Cuſt.Orb. Seraph. Tom.3.fol.183.*
(x) *Conſt. Card.Matth.num.28.Orb.Seraph.Tom.3. fol.405.*
(z) *Stat.Vallisolet.Tit.de Vicar.Orb. Seraph.Tom. 3 fol.506.*
(a) *Statut.Barcbinonen.Tit.de Præſiden.Orb.Seraph. Tom.4 fol.670.*
(b) *Aretin.conſ.23.apud Sanctor. Comment. cap.8. Stat.1.initio.*
(c) *Statut. Barcbinonen.cap.7.tit.de Præſiden.ac Vicar.Conuent.*
(d) *Stat.Gen.Reform.cap.8.num.60.*

Pag.261.col.1.

(e) *Stat.Gen.Ord.cap.8. §.1.num.1.*
(f) *Sanctor.Comment.cap.8.Stat.1. verſ. Reſpondeo negatiuè.*
(g) *Sanctor.de Pœn.cap.3.quaſt.2. poſt init.fol.118.*
(h) *Comp. Priuil.verſ.Vicarius.§.5.*

Pag.261.col.2.

(i) *l.final.ff.de Iuriſd.omn.Iud.*

Pag.262.col.1.

(l) *Statut.Reform.cap.6.num.61.*

Pag.262.col.2.

(m) *Statut.Reform.cap.8.num.58.*

Pag.262.col.1.

(n) *Statut.Gen.Ord.cap.7.§.6.num.1.*
(o) *Lap.Allegat.102.num.5. verſ.Quod oſtenditur.*

Pag.262.col.2.

(p) *Abb.in cap.Tua.num.4.de Procur.*
(q) *cap.Cum quid.84.de Reg.iur.in 6.*
(r) *Gloſſ.in d.cap.Cum quid.verſ.Satis certa.de Reg. iur.in 6.*

Pag.263.col.2.

(s) *Statut.Gener.Ord.cap.7.§.6.num.2.*
(t) *Sanctor.de Pœn.cap.3. quaſt.2. verſ. Reſpondeo ex noſtro.*

Pag.264.col.1.

(u) *Sanctor.de Pœn.d.cap.1.quaſt.3.fol.18.*
(x) *Sanctor.loc.cit.verſ. Quatenùs verò. fol.21.*

Pag.264.col.2.

(z) *l.Capitis diminutio. iunct.gloſ.ff.de Cap.dimin.*
(a) *cap. Felicis. §. Illud autem. de Pœn. in 6. cap. Quæſiuit.de His,quæ fi. à maio.*
(b) *Sanctor.loc.cit.verſ.Reſpondeo quartò.fol.22.*
(c) *Statut. Vallisolet. cap. 7. tit. de Pœn. in genere. verſ.Ideò ſtatuimus.*

Pag.265.col.1.

(d) *Sanctor.loc.cit.verſ.Reſpondeo ſexto fol.24.*
(e) *Statut. Vallisolet.cap. 7. tit. de Verb.indeb.probat.Orb.Seraph. Tom.3.fol.473.*

Pag.265.col.2.

(f) *Statut.Vallisoletan.cap.3.tit.de Euagat.Fratr.*
(g) *Statut.Vallisolet.cap.8.tit.de Reſiden.*
(h) *Statut.Vallisolet.cap.12.tit.final.*

Pag.266.col.1.

(i) *Statut.Vallisolet.cap.12.tit.de Archiu.*
(l) *Sanctor.de Pœn.cap. 1. quaſt. 3.verſ. Reſpondeo quartò. fol.22.*
(m) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.num 32.*
(n) *Stat.Gen.Reform.cap.8.num.39.*
(o) *Lantuſc.in Theatr.verb.Guardianus.*
(p) *Statut.Valisolet.cap.7.tit.de Pœn. quib. Prælat. & Patr.*
(q) *Statut.Vallisolet.cap.8.tit.de Diffinit. Prouinc.*

Pag.266.col.2.

(r) *Sanctor.de Pœn.cap.1. quaſt.3.reſpondeo quartò. fol.22.*
(s) *Statut.Reformat.cap.8.num.39.*

Pag.267.col.1.

(t) *Ledeſma par.2. quaſt.26. art. 2.de Suſpen.Tolet. Summ. lib.1.cap.12.Sayr.lib.4.Theſaur.cap.1. num.26.*
(u) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.num. 32.*

Pag.267.col.2.

(x) *Statut.Vallisolet.cap.7.tit.de Pœn.in gen.*
(z) *Sanctor.de Pœn.d.cap.1.quaſt.3. verſ.Reſpondeo quartò.*

Pag.268.col.1.

(a) *cap.Cum medicinalis.cap.Is cui.de Sent. Excom. in 6.*

Pag.268.col.2.

(b) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.num.10.*

Pag.269.col.1.

(c) *Sanctor.de Pœn.cap.4. qu.10. verſ.Primò enim.*
(d) *l.1.C.de Cuſtod.Reor.*

Pag.269.col.2.

(e) *Sanctor.loc.cit.verſ.Tertiò quoad.*
(f) *Sgroi par.4.cap.17.num.4.*
(g) *Paſſerin.Trib. Regul.quaſt.21.num.15.*

(h) *Stat.*

Pag.269.col.1.

(h) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.num.32.*

Pag.269.col.2.

(i) *Tit.Applicatio.* §.12.

(l) *Statut.Gen.Ord.cap.2.§.8.num.29.*

Pag.270.col.1.

(m) *Sanctor. de Pœn.cap.2.quæſt.5. verſ.Reſpondeo quintò,& cap.4.quæſt.4.verſ.Ad cuius ampliorem fol.167.*

(n) *Tit.Carcer.* §.3.

Pag.270.col.2.

(o) *Tit.Delictorum.* §.*final.*

(p) *Caren.par.3.tit.3.num.23. Bict.quæſt.78. Bordon.Pract.crim.cap.5.num.16.Sgroi par.4.cap.17.num.5.apud Paſſerin. Trib. Regul. qu. 21. num.17.*

(q) *Guazzin.Deſen.5.cap.2.num.8.*

(r) *Farinac.quæſt.27.num.155.& ſeqq.*

Pag.271.col.1.

(s) *Tit.Reus.* §.3.

(t) *Ant.à Sp.Sanct.Direct. Regul. Tract.4. Diſp. 3. num.413. Pelizzar. Manual. Tract. 9.cap.4. num.32. Emmanuel. à M. Oliuet. par.2.art.1. num.88.*

(u) *Roderic.tom.2.quæſt.22.art.2. Peyrin. de Subd. quæſt.1.cap.15.notab.2.*

Pag.271.col.2.

(x) *cap.Semel.de Reg.iur.in 6.*

(z) *Clar.quæſt.28.verſ.Scias autem.Sanctor.de Pœn. cap.4. quæſt. 1.fol. 159. Ant.à Sp.San.loc.cit. num.419.*

(a) *l.1. C.de Cuſtod. Reor. Menoch. de Arbitr. caſ. 505.num.1.& 6.*

Pag.272.col.1.

(b) *Farinac.quæſt.27.num.102.*

Pag.272.col.2.

(c) *cap.Ex parte.de Cenſ. l.Si Seruus. ff. de Pignor. act.l.Nec ſupina.ff.de Iur. & fact. ignor. cap. Diſciplina 45.Diſt.Roderic. Tom.2. quæſt.17. art.3.Portel. Diaz apud Sanctor. loc.cit. verſ. Illud tamen. fol.193.*

(d) *Paſſerin.Trib.Regul.quæſt.21.num.16.*

(e) *Farinac.quæſt.27.num.104.*

Pag.27:.col.1.

(f) *Sanctor. de Pœn.cap.4.quæſt.2.per tot.*

(g) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.num.8.& 9.*

Pag.272.col.2.

(h) *Sanctor.loc.cit.quæſt.5. verſ. Reſpondeo per Statutum fol.168.*

(i) *Sanctor. loc. cit. verſ.Reſpondeo affirmatiuè .fol. 169.*

(l) *Bart.in l.Leuia.de Accuſ.Soccin.Conſ.157. nu.5. lib.2. Barbat. conſ. 48. lib. 2. Clar.lib.5.§.1. verſ. Sunt etiam . apud Sanctor. loc. cit. verſ. Reſpondeo ex Statut.cap.7.*

Pag.273.col.1.

(m) *l.Capitalium.* §.*Famoſos.ff. de Pœn. l.Emptorem.ff.de Act.empt.Melch.de Fano Conſ.Crim. Tom.2.conſ.66.per tot.*

(n) *Sanctor.de Pœn.cap.4. quæſt.5. verſ. Reſpondeo ſecundò.fol.172.*

Pag.273.col.2.

(o) *Sanctor. loc.cit. verſ. Reſpondeo cum Claro. fol. 174.*

(p) *l.Nemo.C.de Summ.Trinit.*

(q) *Sanctor.loc.cit.verſ.Reſpondeo perfidia .*

(r) *Sanctor.de Pœn.cap.4.quæſt.9.verſ. Formam autem fol.178.*

(s) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.num.16.*

(t) *cap.Degradatio. de Pœn.in 6.*

(u) *Stat.Gen.Ord.cap.2.§.10.num.3.*

(x) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.num.11.*

Pag.274. col.1.

(z) *Sanctor.de Pœn.cap.4. quæſt. 9. verſ.Reſpondeo ſecundò. fol.179.*

(a) *Sanct.loc.cit.verſ.Colligitur. fol.181.*

(b) *Sanctor. loc.cit.verſ.Tandem cauſa.fol.185.*

(c) *Marſil.Pract.crim.* §. *Nunc videndum. num.15. Chartar.Pract.lib.3.cap.3.num.46.*

Pag.274.col.2.

(d) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.num.11.*

(e) *l.Nemo.C.de Epiſc.audi.*

(f) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.n.15.*

(g) *Sanctor.de Pœn.cap.4.quæſt.9. verſ. Nec extra. fol.186.*

Pag.275.col.1.

(h) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.num.6.*

Pag.275.col.2.

(i) *l.Aliud.§.Inter mulctam.ff.de Verb.ſign. Bart.in l.Si qua pęna. num.7.eo.tit. & ff.*

(l) *Tit.Tortura.* §.2.

(m) *l.Filius. ff.de Cond.inſt.l.Si ſe non.* §. *Condemnatum. ff. de Re iud. l. Non putauit.* §. 1. *ff.de Bon.poſ.cont.tab.cap.Culpa 22.q. 2. cap. Nequc.1.q.1.Azo.Summ.Rubr.10.*

(n) *Sanctor.de Pœn.cap.4.quæſt.3.fol.164.*

Pag.276.col.1.

(o) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.num. 20. Tit.Tòrtura.* §.8.& *tit.Carcer.§.3.*

(p) *Tit.Quam.§.3.*

(q) *Tit.Denunciatio.* §.10.

(r) *Tit.Corpus.* §.3.

(s) *Tit.Carcer.*

(t) *Tit.Tortura.* §.8.

(u) *Iaſon in l.Non dubium. num. 7. C.de leg. Tuſc. litt.P.concl.205.num.5 Caſſador. deciſ.3. ſup. tit.de Reſcru.n.9.Alexand.conſ.96. num.3. & ſeqq.lib.3.Zabarell. in Clement. 1.de Conceſ. preb.*

Pag.276.col.2.

(x) *cap.Cum ſpeciali.de Appell.cap. Sacro. de Sent. Excom.cap.Contingit. il 2.iunct. gloſ.in verb. Tertiò.eo.tit.cap.Cum Presbyterorum.17.q.4. cap.Omnes.16.quæſt.7.*

(z) *cap. Sacro. iunct. gloſ. in verb. Per menſem. de Sent.Excom.*

(a) *Gloſſ.in d. cap. Sacro. in verb Probari.de Sent. Excom.vbi Abb.qui citat Gloſſ.in cap.1.de Exceſ.Prel.& in cap.Romana.eo.tit.in 6.*

(b) *Sanctor.de Pœn.cap.4.quæſt.4.verſ.Ad cuius ampliorem. fol.167.*

Pag.

Pag.277.col.1.

(c) *Roderic.Tom.2.Quæſt.103. art. 1.verſ. Adſecundum dubium.*
(d) *Roderic.Tom.1.q.17.art.3.& 4.*
(e) *Sanctor. Comment.cap. 1.Statut. 4. §.19. verſ. Quid ſi Diſcreti.*
(f) *Molin.de Iuſt.Tract.1. Diſput.81. Salas.de leg. Diſp.16.Sect.9.num.14. Bonac.de leg.Diſp.1. q.1.pun.7.§.5.num.17.apud Paſſerin.de Elect. Canon.cap.9.num.44.*

Pag.277.col.2.

(g) *Gloſſ.in Clement.1.in verb.Inhibentes. de Iure. patr.Felin.in cap.Ex.part.num.2. de Conſtit. Suar.de leg.lib.5.cap.31.num.9.apud Layman. Tract.4.lib.1.cap.16.n.7.& 8.*
(h) *Cap.Si ſoli.de Conceſ.preb.in 6.*
(i) *Couaru.in cap. Quamuis pactum. Par.2.§.4. Salas de leg. Diſp.16.Sect.8.n.31.*
(l) *Paſſerin.de Elect.canon.cap.9. num.45.&.46.*
(m) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.n.6.*
(n) *Sanctor.de Pœn.cap.4.q.4.fol.165.*
(o) *Stat.Gen.Ord.cap.1 n.7.*
(p) *Tit. Applicatia.§.12.*

Pag.278.col.1.

(p) *Tit.Delictorum.§.7.*
(r) *Stat. Alexandrin. cap.7.Orb.Seraph.Tom.3.fol. 174.col.1.*

Pag.278.col.2.

(s) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.n.6.*
(t) *Sanctor.de Pœn.cap.4.q.6. fol.174.*
(u) *Statut.Valliſolet.cap.7.*
(x) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.num 8.*

Pag.279.col.1.

(a) *Sanct.de Pœn.c.4.q.6.fol.175.Hoſtien.Sum.Rubr. de Excom.§. Quis poſſit. verſ.Sexto in illo.*

Pag.279.col.2.

(b) *l.ſi poſt.C. de Iur.& fact.ignor.l.Cum putarem. ff.Famil.erciſc.l.Iuris.C.Qui admit.cap.Cum illorum.de Sent.Excom.cap. Si cupis.16.q.1.*
(c) *Abb.in cap.final.nu.3. de Celebr. miſ.& in cap. Per tuas.il 3.num.3.de Simon.& in cap. Super ſpecula.n.4.Ne.Cler.vel Monac.*
(d) *l. Qui ades.ff.de incend.rui.nau.Cyn. in l. Data. C.Qui accuſ.non poſſ.*
(e) *Felin.in cap.Cognoſcentes.verſ.Concl.de Conſt. I.B.Nicola.Regul.iur.Tom.1.fol.581.*
(f) *cap.Nullus Epiſ.11.q.7.cap.1.Extra. de Exceſſ. Prælat.*
(g) *Roderic.Tom.2.q.22. art.7.*

Pag.280.col.1.

(h) *Tit.Tortura.§.8.*
(s) *Sanct.Comm.c.1.Stat.4.§.19.verſ.Verum conſilium.*

Pag.281.col.1.

(l) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.num.6.*
(m) *Sanctor.de Pœn.cap.4.q.8.fol.176.*
(n) *Inſtit.Tit.de Iur.natur.§. Plebiſcitum.*

Pag.281.col.2.

(o) *cap. Quia propter.de Elect.*
(p) *Abb.in cap. Eccleſ.veſtra.nu.6.de Elect.*
(q) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.n.8.*
(r) *Gloſſ. in Clem.1.§.Si quis autem. in verb. Pœnam ſuſpenſionis.de Reb.Eccleſ.non alie. Innocent.in cap. Quod translation.de. Offic. Deleg. Abb.in cap.Ex litteris.n.10. de Conſtit.*
(s) *Sanct.de Pœn.cap.2.q 5.ver.Hanc autem fol.68.*
(t) *Clar. quæſt.46. verſ. Sed quid ſi Reus. Sanct.de Pœn.cap.4.q.7.fol.176.*

Pag.282.col.1.

(u) *Caiet.2.2.q.69. art.3.Bald.in cap.Ad noſtram. de Appellat. Cardinal. in Clem.1.§. Præfatæ. de Stat.Monach.Graff.Deciſ.Part.1.lib.3.cap. 5.n.126.Peyrin.de Subd.q.1.cap.13.verſ.Noto quarto. apud Anton. à Sp. San. Direct. Regul. Tract.4.Diſp.3. n.434.*
(x) *Menoch.de Arbitr.Caſ.301.nu.13. Maſcard.de Probat.lib.2.Concl.266.nu.14. apud Paſſerin. Trib.Regul.q.21.n.58.*

Pag.282.col.2.

(z) *Clar.q.21.Farinac.q.30.n.260.Menoch. de Arbitr.Caſ 301.n.2. Maſcard. Concl.820.nu.15. apud Paſſerin.Trib.Regul.q.21.num.58.*
(a) *Sgroi Par.4.cap.17. n.22.*
(b) *l.Sed. & §.final.ff.Ex quibus cum maio.*
(c) *Paſſerin.Trib.Regul.q.23.n.60.*
(d) *Clar.qu.21. verſ.3. Ledeſma, Sayr. Belaſ.verb. Carcer.num.10.apud Anton.à Sp.San.Tract.4. Diſ.3.n.436.Direct.Regul.*
(e) *l.1.ff.de Effract.carc.l.Milites.§.Cum tamen.ff. de Re milit.l.Eos.ff.de Cuſt.Reo.Clar.q.21.nu. 25.Cuman.Conſ.106.in fin.apud Tuſc.litt. C. Concl.88.n 1.*
(f) *Farinac.q.30.n.110.apud Paſſerin.q.21.n.42.*

Pag.283.col.1.

(g) *Guazzin.Defen.5.cap.4.n.3.Scacc.Tract.Crim. cap.46.n.29.cit.à.Paſſerin.d.q.21. n.31.*

Pag.283.col.2.

(h) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.n.12.*

Pag.284.col.1.

(i) *l.Si fideiuſſor.l. Quod Nerua.ff. Depoſit.*
(l) *l.Quoties.§. Qui dolo. ff.de Probat.l.Dolum.ff. de Dol.*
(m) *Sanct.de Pœn.c.4.q.11.ver. Quia etiã.fol.200.*

Pag.284.col.2.

(n) *Peyrin.Formul.litt.C.cap.4.n.4.A.Sp.San.Tractat.4.Diſp.3.n.447.*
(o) *Sanct.loc.cit.verſ. Ad obiectionem. fol.202.*
(p) *l.Ad Commentarienſem C.de Cuſt. Reo.*
(q) *Diaz.Pract.canon.cap.135.verſ.Venit.Nauar. Com.3.de Regul.in cap Nullum.18.quæſt.2.de Damnat.ad trirem.q.18.n.52.Roderic.Tom.2. q.25.art.1.Mirand.Tom.1.q.52. Ricc. Prax. Par.2.Reſol.104.& Deciſ.69.Par.4.apud. Donat.Tom.1.Par.2.Tract.9.q.1.n.2.*
(r) *Peyrin.de Subd.q.1.cap.27.verſ.Secundò probatur.Donat.loc.cit. num.2.*
(s) *Lezan.verb.Triremes. n.5. Hieronym. Roderic. Reſol.57.n.8.*

Pag.285.col.1.

(t) *Sanct.de Pœn.cap.21.q.2.verſ.Reſpondeo.Neſcio. fol.289.*

Pag.285.col.2.

(u) *Sanctor loc.cit.verſ.Et ut res fol.290.*
(x) *Sanct.loc.cit.verſ.Addo.fol.290.*
(z) *Abb.in cap.T ua.n.4.de Procur.*

(a) Do-

Pag. 286. col. 2.

(a) Donat. tom. 1. par. 2. Tract. 9. q. 2. n. 2.

Pag. 287. col. 2.

(b) cap. Degradatio. de Pœn. in 6.

(c) Sylueſt. verb. Degradatio. num. 1. Sebaſt. Medic. Summ. peccat. cap. 22. Suar. tom. 5. de Cenſur. Diſp. 30. ſect. 2. à nu. 6. Ambroſin. de Imm. Eccl. cap. 17. n. 35. & 36.

(d) Penna in Direct. Inquiſ. par. 3. Comm. 6. verſic. De eo verò.

(e) l. Illud. ff. Ad l. Aquil. Peyrin. de Subd. q. 1. cap. 27. verſ. Dico 3.

(f) Salzedo ad Pract. Diaz. cap. 146. ver. Sed vtrum.

(g) Donat. tom. 1. par. 2. Tract. 9. q. 6. num. 3.

Pag. 288. col. 2.

(h) Sanct. de Pœn. cap. 21. q. 4. fol. 292.

(i) Orb. ſeraph. tom. 2. fol. 371. verſ. Mandamus.

(l) Orb. Seraph. loc. cit. fol. 606. Tit. de Correct. Frat.

(m) Orb. Seraph. tom. 3. fol. 615 verſ. Incorrigibilis.

Pag. 289. col. 1.

(n) Stat. Gen. Ord. cap. 7. §. 6. n. 17. & 72.

(o) Sanctor. de Pœn. cap. 21. q. 4. verſ. Reſpondeo ſecundò. fol. 293.

(p) Sanctor. loc. cit. verſ. Nàm primo. fol. 294.

Pag. 289. col. 2.

(q) Sanct. loc. & fol. cit. verſ. An autem.

(r) Sanctor. loc. cit. verſ. Non eſſe. fol. 295.

(s) Theſaur. de Pœn. verb. Miſſa cap. 5. num. 4.

(t) l. Ad tempus C. Ex qui. cau. irro. infam.

(u) Io. de Imol. in l. 2. ff. de Publ. ind. Capyc. Deciſ. 153. n. 3. Clar. q. 67. n. 7. Farin. Caball. Ciarlin. apud Donat. tom. 1. par. 2. q. 23. n. 6.

(x) Ricc. par. 1. Deciſ. 19. Dian. par. 4. Tract. de Irregular. Reſol. 83.

(z) cap. Is qui. de Sent. Excom. in 6.

(a) Nauar. Conſ. 43. Tit. de Temp. ordin. Roderic. tom. 1. qu. 24. art. 6. Sylueſt. Angel. Auila. Layman. Maiol. Vinald. Barboſ. apud. Donat. tom. 1. par. 2. Tract. 9. q. 24. nu. 2.

Pag. 290. col. 1.

(b) Donat. loc. cit. q. 25. Peyrin. de Subd. q. 1. cap. 27. verſ. Quos licet. Sanct. de Pœn. cap. 21. quaſt. 4. verſ. Exercitium. fol. 295.

(c) Sanctor. Comm. Stat. 12. cap. 12. fol. m. 916.

(d) Donat tom. 1. par. 2. q. 22.

(e) cap. Ex litteris. iunct. gloſſ. de Diuort.

(f) cap. Intelleximus. vbi Abb. notab. 2. de His qui fil. occi.

Pag. 290. col. 2.

(g) Bonac. de Clauſ. q. 2. Pun. 12. §. 3. nu. 4. Vaſq. 1. 2. q. 96. art. 4. Diſp. 136. cap. 8. n. 89. Sot. de Iuſt. & iur. lib. final. q. vlt. art. final. verſ. Sed contrà apud Donat. tom. 1. par. 2. Tract. 8. q. 51. n. 4.

(h) S. Antonin. Sylueſt. Cordub. Roderic. Mirand. Portell. Peyrin. apud Donat. loc. cit. q. 52. n. 4.

Pag. 291. col. 2.

(i) Sanct. de Pœn. cap. 4. qu. 5. verſ. Reſpondea cum Clero. fol. 174.

(l) Stat. Gen. Ord. cap. 7. §. 6. n. 9. & 60

Pag. 292. col. 1.

(m) l. In Sententijs. ff. de Re iudic. Myſinger. Lap. Guazz. Defen. 35. cap. 15. num. 1. apud Bict. q. 144. n. 5

(n) D. Thom. 2. 2. q. 69. art. 4. ad 2.

(o) Butr. Tuſc. apud Guazz. Defen. 35. cap. 17. n. 2.

(p) text. in l. 2. C. Quand. prouoc. non. Tuſc. litt. S. Concl. 141. n. 1. Bertaz. Vant. Guazz. Def. 15. cap. 20. n. 1. quos dat Bict. d. qu. 144. n. 7.

Pag. 292. col. 2.

(q) cap. final. Extra. de Pact.

(r) Hoſtien. Sum. lib. 2. Rub. de Iureiur. §. Quodnam.

(s) Donat. tom. 1. par. 2. Tract. 10. q. 26. n. 1.

(t) Capiblanc. tom. 2. cap. 33. nu. 8. ſup. Pragma. 8. de Baron.

(u) Tit. Canones. §. 13.

Pag. 293. col. 2.

(x) Tit. Delictorum. §. 2.

(z) Stat. Gen. Ord. cap. 7. §. 6. n. 60.

(a) Stat. Gen. Reform. cap. 7. num. 10.

(b) Roder. tom. 1. q. 30. art. 16. Mirand. tom. 1. qu. 52. art. 1. Concl. 2. Peyrin. de Subd. q. 1. cap. 25. ver. Probatur ex conceſſ. Sorb. Comp. priuil. V. Eijcere. Donat. tom. 1. par. 2. Tract. 8. q. 5. n. 4. Anton. à Sp. San. Direct. Reg. Tract. 4. Diſp. 3. nu. 455.

Pag. 294. col. 1.

(c) Clar. qu. 68. Sanct. de Pœn. cap. 4. qu. 2. verſ. Circa XIX. fol. 157.

(d) Laurens. Portell. Dub. Regul. verb. Eijcere ab Ord. Addit. num. 1.

(e) Authen. Vt non lux. cont. nat. Coll. 6.

(f) Leuit. cap. 20. verſ. 15.

(g) Geneſ. cap. 38. verſ. 9.

(h) Dian par. 9. Tract. 9. Miſcell. Reſol 1.

(i) l. Pergit. C. de Sepulcr. viol. vbi Bald.

Pag. 294. col. 2.

(l) cap. Reſecanda. 24. qu. 3.

(m) 1. Corinth. cap. 5.

(n) D. Thom. Quodlibet. 12. art. 37.

(o) Regul. S. Auguſtin. cap. 20.

(p) Sac. Congr. Concil. Decret. de Apoſt. & eiect. §. 6.

(q) Ioſue. cap. 7. verſ. 25.

(r) 2. Reg. cap. 20.

(s) Ioann. cap. 13. verſ. 31.

Pag. 297. col. 1.

(t) Monum. Ord. prim. impreſſ. fol. 56. Caſarub. Comp priuil. verb. Eijcere. Bonac. de Clauſ. qu. 2. pun. 12. §. 1. n. 15. Donat. to. 1. par. 2. Tract. 8. q. 16.

(u) Roderic. tom. 1. q. 30. art. 16. Mirand. tom. 1. qu. 52. art. 1. Concl. 1.

(x) Stat. Gen. Ord. cap. 8. §. 21. n. 4

(z) Stat. Gen. Ord. cap. 8. §. 25. n. 4. Roder. tom. 1. qu. 51. art. 4. Sanct. Comm. cap. 8. Stat. 36. qu. 2. fol. mihi 470.

(a) Leo X. Conſt. Ite & vos. 4. Cal. Iun. 1517.

(b) Sanct. de Pœn. c. 19. q. 4. verſ. licet inquam. f. 258.

Pag. 297. col. 2.

(c) Stat. Gen. Ord. cap. 8. §. 20. n. 11.

(d) Orb. Seraph. tom. 4. fol. 266. col. 1. verſ. Et quoniā

(e) Stat. Gen. Ord. cap. 8. §. 12. n. 4.

Pag. 298. col. 1.

(f) Orb. Seraph. tom. 4. fol. 266.

(g) Sanct. de Pœn. cap. 19. qu. 4. verſ. Reſpondeo hac difficultas. fol. 260.

Pag. 298. col. 2.

(h) Peyrin. ad Conſt. 10. Vrban. 8. §. 4.

(i) No-

(i) Nouar.Lutern.Reg verb.Eijcere.n.3.Lezan.tom. 1.cap.23.n.1.
(l) Lezan tom.2.cap 12.n.8.

Pag.299.col.1.

(m) Petr ab Angel.Ind.Regul.cap.26.ſub.nu.4.fol. mihi 176.
(n) Sanct.de Pœn.cap.19.q.4.verſ. Tertia Difficultas. fol.260.

Pag.299.col.2.

(o) Clar.q.41.verſ. Nam quidem.

Pag.300.col.1.

(p) Bald.conſ.321.in fin.lib.1.Alex.conſ.124.n.12. lib.4.apud Tuſc.litt.D.Concl.276.n.13.
(q) Ludouic.Roman. conſ.376. init.& num.6. verſ. Cæterum.
(r) Signorol.conſ.16.text.in l.Cum Ancillis. Cod.de Inceſt.nupt.

Pag.300.col.2.

(s) Lezan.tom.1.cap.23.num.5.Nouar. Lucer.Reg. verb.Eijcere.n.3.
(t) Conſtit.Carmelit.par.4.cap.21.§.14.
(u) Lezan.tom.2.cap.12.n.8.

Pag.301.col.2.

(x) Sanct.de Pœn.cap.19.q.4.ver.Sed melius.fol.259.
(z) cap. Quia propter.Extrà.de Elect.
(a) cap Cum inter.cap.Coram dilecto.Extrà.de Elect.
(b) Abb. in cap. Coram dilecto.nu.3.de Elect.Biax. part.3.cap.7 n.3.apud.Paſſerin.de Elect.canon. cap.11.n.35.Rota deciſ.288. coram Mantic.

Pag.30:.col.1.

(c) Gloſſ.in cap. Quanto.in verb. Genuam.63.Diſt. & in cap.Cum inter.in verb.Remoti.de Elect.
(d) Stat.Gen.Ord.cap.8.§.50.n.6.
(e) l.3.ff.de Verb.Sign.cap.Nonnulli; de Reſcr. Caſtellin.de Elect.cap.8.nu.1.apud Donat.tom.2. tract.4.q.15.n.3.Barboſ.in cap.Cum inter.n 7. de Elect.

Pag.302.col.2.

(f) Sanct.de Pœn.c.19.q.4.verſ.Sed meliùs. fol.259.

Pag.303.col.1.

(g) Gloſſ.in cap. Si ab Epiſcopo.§. Cum verò.in V. Aſſenſu.Ne ſed.vac.in 6.
(h) Abb.in cap.Poſtulaſtis.de Conceſ.præb.n.14.vbi Imola.nu.15.& ibi Nauar.Conſ.62. de Regul. Sanchez.Summ.lib.5.cap.4.n.67.
(i) Vrban. VIII. Religioſos viros. 10. Nouemb. 1642.Orb.Seraph. tom.4 fol.87.

Pag.303.col.2.

(l) Io. de Anani, Concil.62.col.3.verſ. Circa ſecundum, Alex.Conſ.192.init.lib.6.
(m) Pet.ab Angel.Ind.Reg.cap.26.ſub.n.4.verſ.Dico ſecundò.fol.m.186.

Pag.305.col.1.

(n) Stat.Gen.Ord.cap.8.§.47. n.6.& cap.12.§.23. num. 4.
(o) Sanct.de Pœn.cap.19.q.4.verſ. Reſpondeo affirmatiuè fol.262.
(p) Tuſc.litt.F.Concl.72.n.19.Rot.dec.416. n.1.& 2.& dec.619.n.1.par.3 in nouis.
(q) Stat.Gen.Ord.cap.8.§.47. n.6.

Pag.305.col.2.

(r) Stat.Gen.Orb.cap.12.§.23.n.4.
(s) Tit. Sententia.§.12.
(t) Stat.Gen.Ord.cap.12.§.21.n.3.

Pag.306.col.1.

(u) Stat.Reform.cap.8.n.35.

Pag.307.col.1.

(x) Tit.Corpus.§.1.
(z) Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.n.15.

Pag.308.col.1.

(a) Stat.Gen.Ord.cap.12.§.23.n.4.

Pag.309.col.2.

(b) Sacr.Congr.Concil.Decr. de Apoſta.& eiec.§.8.
(c) Sanch.lib.6.Decal.cap.9.n.55. Barboſ.in cap.final.n.13.de Regul.
(d) Graff lib.3.conſ.3.q.3.de Reg.n.12.cit.à Donat. tom.1.par.2.tract.8.q.41.n.3.
(e) Peyrin.Formul.litt.E.cap.39 n 2. Donat.tom.1. par.2.tract.8.q 41.n.2.Pelliz.Manual.tract.8. cap.7.nu.18.Paſqualig.Ad Lauret.de Franch. num.987.
(f) Lezan.Sum.verb.Eijcere.n.8.Ant.à Sp.San. Direct.Reg.tract 4.Diſp.3.n.466. Nouar. Lucer. Reg.verb.Eiecti.n.7.Ceſped.de Exempt.Regul. cap.21.Dub.315.n.11.Sanct. de Pœn. cap.19. q.4.Dico non debere.fol.265.

Pag.310.col.1.

(g) l.vnic C.de Mendic.valid.lib.11.
(h) Graff.deciſ par.1.lib 3. cap.5.de Regul.n.82.& tom.1.de Reg conſ.3.n.8. Donat. tom.1.par.2. tract.8.qu.31.num.1. Paſqualig. ad Lauret.de Franc.n.991.

Pag.310.col.2.

(i) Sacr.Congr.Conc.Decr.de Apoſta.& eiect.§.10.
(l) Hoſtien.in.cap Quod Dei timorem. de ſtat. Monach.Io.Andr.in Clement.1.eo.tit. Riec.3.par. deciſ.95.n.2.
(m) Roderic.tom.1. qu.30 art.20.Barboſ.in cap.final.n.11.de Regul. Bart.à S.Fauſt.lib.6. Theſ. q.128. Layman.lib.4.tract.5.cap.13.de Eiect. q.1.n.3. Donat. tom.1.par.2.tract.8.q.34.n.3.
(n) Sanct.de Pœn.cap.19.q.4.verſ.Dico non debere. fol.265.
(o) D.Antonin.de Suſpen.cap.4.n.20.
(p) Roderic.tom.2.q.58.art.6.

Pag.311.col.1.

(q) l.Partum.C.de Rei vindic.
(r) l.Si ita.§.Sed & ſi.ff.de Manum.quæ ſerui. ad.vni.
(s) Sac.Cong.Concil.decret.de Apoſta.§.7.
(t) Abb. in cap. Cum olim. de Maio. & obed. & in cap.Ioannes.n.2. de Teſtam.

Pag.311.col.2.

(u) Gloſſ.in cap.Ordinarij.in verb. locorum.de Offic. Ord.in 6.cap.Cum ab Eccleſiarum.Extra.eo.tit.
(x) Peyrin.Formul.lit.E.cap.39.
(z) Lauret.de Franc.Controu.Epi.& Regul.ad Decret.de Apoſtat.q.3.
(a) Cardinal.in.Clement.1.§. Quia verò.verſ.Addo quarto de Stat.Monach.
(b) Paſqualig.Add.ad Lauret.de Franc.loc.c.n.974.

Pag.312.col.1.

(c) cap.Sententia.35.q.9.Gloſſ in cap. Nemini.17. q.4.l.1.in fin.ff.de Qu.l.1.§. de qua.ff.de Poſth. Bald.in l.2.C.de Sent.ex peric.recit.

(d, *Trident.Seſſ.14.cap.5.de Refor.cap.Nimis prana.cao Nimis iniqua.de Exceſ.Pral. cap. Neque aliquis.de Priuil.in 6.*

Pag.312.col.2.

(e) *Cened.ad Decr.Coll.55.n.2.Suar.de Paz.tom.2. Pralud.2.nu.10. Mendez.in Prax.Luſit. lib.2. cap.1.n.16.Mirand.Ord.iudic.q.1.art.5.Conc.. 6.apud Dian.de Immunit. Eccl. Reſol.134.*

(f) *Paſqualig.qu.Canon.Centur.2. q.155.n.2.Sanct. de Pœn.cap.19.qu.4.verſ. Reſpondeo negatiuè fol.264.Donat.tom.1.par.2.tract.8.q.55.n.3. Nouar.Summ.Bullar.tit.de Apoſt.n.24.Ceſped. de Exempt.Regul.cap.21.Dub.315.n.12.*

(g) *Peyrin.Formular.litt.E.cap.37.& 38*

Pag.313.col.2.

(h) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.n.28.*

(i) *cap.Corripiantur.24.q.3.cap.Viſis 16.q.2. Gloſ. in cap.Nemo.2.qu.1.& in cap. Cum in cunctis. de Elect.*

(l) *Roder.tom.2.q.35.art.8.Hieronym.Roder.Reſol. 62.n.1.Sanct.de Pœn.cap.29.q.1.fol.352.*

(m) *cap.Cum ab Eccleſiarum.de Off.Ord. cap.1.de Elect.cap.legimus.93.Diſt.Gloſſ.in cap.1. de Off.Archidiac.*

Pag.314.col.1.

(n) *cap.Ne pro dilatione.de Pœnit.& remiſſ.*

(o) *Dian.par.6.tract.8.Reſol.15.*

Pag.314.col.2.

(p) *Ant.à Sp.San.Direct.Regul.tract.3. Diſp.6.à n. 50.ad 87.*

(q) *Concil.Trident.Seſſ.25. de Reform.cap.3.*

(r) *Felin.in cap.Rodulphus.nu.35.de Reſcr. Nauar. Manual.cap.27. nu.16. Berti Pract.Crim.tit. 28.cap.6.n.10.*

Pag.315.col.1.

(s) *Stat.Barchinon.cap.6.tit.de Pœn. Excom. verſic Rurſuſ.Orb.Seraph.tom.3.fol.661. col.2.*

(t) *Sanctor.de Pœn. cap.28.q.4.fol.362.*

(u) *cap.Ignorantia. de Reg.iur.in 6.*

(x) *Tit.Delictorum.§.5.*

Pag.315.col.2.

(z) *cap.Cum medicinalis.de Sent.Excom.in 6.*

(a) *Sanct.de Pœn. cap.28.q.4.fol.362.*

Pag.316.col.1.

(b) *Innocent.in cap.Sacro. de Sent. excommu. Berti Pract.crim.tit.28.cap.6.n.7.*

(c) *cap. Sacro. cap. Statuimus. cap. Conſtituimus. iunct.gloſſ. de Sent. Excom. in 6. cap. Cum ſit Romana. de Appell.*

(d) *Stat.Gen.Ord.cap.1.n.7.*

(e) *cap.Conſtitutionem.§.Statuimus.de Sent.excom. in 6.*

(f) *d.cap.Conſtitutionem.§.Statuimus. de Sent. excom. in 6.*

(g) *Bert.. Pract.crim.tit.28.cap.6.n.7.*

Pag.316.col.2.

(h) *Gloſſ.in cap.Conſtitutionem. in verb.Competentis. de Sent. Excom.lib.6.*

(i) *Innoc.in cap.Si aduerſarius. de eo qui miſ.in poſſ Conar in cap.Alma mater.par.1.§.9.*

(l) *cap.Sacro.de Sent.Excom.in 6. Marant. par.6.de Citat. n.126.*

(m) *Roderic.tom.2.q.59.art.2.*

Pag.317.col.1.

(n) *cap.1.de Sent.excom.in 6.*

Pag.317.col. 2.

(o) *Gloſſ.in Clement.Præſenti.de Cenſ. Nauar.conſ. 9.num.4. de Sent. excom.*

(p) *Trid.Seſſ.25.de Refor.cap.3.*

Pag.318.col.1.

(q) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.n.30.*

(r) *Trident.Seſſ.25.de Reform.cap.3.*

Pag.318.col.2.

(s) *Sanctor.de Pœn.cap.28.q.2. verſ. Verum poſita. fol.354.*

(t) *Sanct.loc.cit.ver.Reſpondeo affirmatiuè.fol.355.*

(u) *Nenizzan.Nauar.Lazar.Mar.Anton. Genuen. Campanil.Sayr.Ricc.Deciſ.219.par.1.*

(x) *Trid.d.Seſſ.25.de Reform.cap.3.*

Pag.319.col.2.

(z) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.n.29.*

(2) *Oldrad.Conſ.190.in fin. Anchar.conſ.192. n.4.& 5.Iaſon.in l.Si ex toto ff.de leg.Caphalud.conſ. 451.n.300.apud Tuſc.litt.N. Concl.19.n.1.*

(b) *Sanct.de Pœn.cap.28. q.2.verſ. Quod ſi quæras. fol.356.& ibi Campanil.cap.15. nu.90. Mar. Antonin.Caſ.75.Barboſ.Alleg.96.nu.39.Garc. Bddit.ad Tract.de Beneſ.cap.5.n.585.*

Pag.320.col.1.

(c) *cap.Conſtitutionem. §.final. iunct.Gloſſ.in verb. Neceſſitas.de Sent.extom.in6.*

(d) *cap.Debeat.11. qu.3.*

Pag.320.col.2.

(e) *Peyrin.Formul.litt.C.cap.6.*

(f) *Gloſ.in d.cap.Debent.in verb.Conculcentur. 11. qu.3.*

TITVLVS SEXTVS.

Applicatio ſingularum pœnarum ſingulis delictis.

TEXTVS.

§. 1. Qui Statutis ieiuniorum diebus, abſque neceſſitate Superiori probata, non ieiunauerit, præceptum non ſolùm in qualitate, vel etiam in quantitate ciborum tranſgrediendo, ſuffragiorum iure priuandus eſt, Prouincialis arbitratu, à quo etiam grauiùs arceri debet, prout violationis ratio ſuaſerit.

§ 2. Qui Officio Diuino non interfuerit, à Guardiano, ſecundùm conſuetudinem Religionis, puniri debet. Qui autem illud aliquoties non recitaſſe conuictus fuerit, omni ſuffragiorum iure, triennio carere debet, & grauiùs etiam puniri, Prouincialis arbitratu.

§ 3. Qui Sacræ Scripturæ ſenſum, vel verba, in profanos vſus detorſerit, eiſque in familiaribus colloquijs abuſus fuerit, voce actiua, & paſſiua triennio priuandus erit, & menſtruo Carceri mancipandus.

§ 4. Qui ſine cauſa Confeſſionem Sacramentalem facere, & Sacram Euchariſtiam ſumere, vel Miſſam celebrare, iuxtà probatam Ordinis conſuetudinem, notabiliter neglexerit, pane, & aqua, in publico Refectionis loco, ieiunare debet, Prouincialis arbitrio, vel etiam grauiùs, pro indeuotionis modo puniri.

§ 5. Qui inuenti fuerint notabiliter otioſi, ſuffragiorum iure priuentur, & grauioribus pœnis, etiam corporalibus arcendi ſunt, Prouincialium, & Superiorum localium arbitratu, pro negligentiæ, modo, & contumaciæ ratione.

§ 6. Obſcœna verba, coram alijs, vel cum ſcandalo proferens, ſi grauiter monitus ſe non correxerit, in eum animaduertatur, pro qualitate delicti, etiam cum pœna Carceris, aut grauiori, Superiorum arbitratu, quouſque reſipiſcat, vt cæteri timorem habeant.

§ 7. Qui ſine habitu, caputio, chorda, & femoralibus, extrà infirmitatis articulum, dormire deprehenſus fuerit, humi ſine caputio genuflexus, in pane, & aqua ieiunet, & recidiuus grauiùs puniendus eſt, Prouincialis arbitratu.

§ 8. Scienter aliquem infamans, Sacramentaliter abſolui non poteſt, niſi à Prouinciali; & conuictus in iudicio ſubire debet pœnam criminis, de quo alterum infamauit, nec niſi priùs reſtituta fama.

§ 9. Qui in Prælatum improprij, & conuicij verba protulerit, genuflexus, in publico debet pane, & aqua ieiunare, & omni ſuffragiorum iure biennio carere; prouocans autem aliquem factis, aut verbis, pro prima vice probationis caputium deferre, pro ſecunda bimeſtre Carceri mancipari, ac actiua, & paſſiua voce decennio priuari debet.

§ 10. Qui Frater alteri, vel in Ordine, vel extrà, minabitur in perſona, per menſem caputium probationis deferat. Si manum leuauerit, vel aliquid acceperit, vt percutiat, per tres menſes. Si leuiter percuſſerit, per annum. Si grauiter percuſſe-

rit, vel quodlibet inſtrumentum, ad grauiter percutiendum arripuerit, ſemeſtri Carceri mancipandus venit: qua pœna puniendus erit, qui arma offenſiua portauerit, vel in Cella, aut alibi retinuerit.

§ 11. Qui in Iudicio, quidquam falsò, ſcienterque, depoſuerit, vel deponi fecerit, aut verum reuocauit, vel reuocari procurauit, ipſo facto eſt excommunicatus; cuius abſolutio Prouinciali eſt reſeruata: Semeſtri Carceri mancipandus, ſatisfaciat parti, & perpetuò infamis exiſtit.

§ 12. Contumax (ideſt, qui trina monitione, eodem die, congruis interuallis præmiſſa, inobediens perſeuerat: vel quiità pertinaciter obedire recuſat, vt de Diſcretorum conſilio, Carceribus mancipari mereretur) eſt carcerationis pœna plectendus, & conſequenter actibus legitimis priuandus.

§ 13. Proprietariorum pœna eſt, Carceratio, actuum legitimorum priuatio, nec non Eccleſiaſticæ Sepulturæ, ſi quis Proprietarius moriatur: cum pœnarum augumento, vbi culpa replicata fuerit.

§ 14. Reuelans extrà Ordinem Religionis ſecreta, quibus fama, & candor ipſius Ordinis maculatur, incidit in excommunicationem maiorem, Generali, vel Prouinciali reſeruatam, & perpetuò eſt priuatus actibus legitimis.

§ 15. Qui Libellos famoſos, quomodolibet ediderit, vel publicauerit, ipſo facto excommunicationis ſententiam incurrit, à qua, ſi in Generalis, vel Prouincialis infamiam cedunt, niſi à Generali abſolui non poteſt; vel à Prouinciali, ſi in aliorum infamiam vergant, debita ſatisfactione præmiſſa; & conuictus, ſemeſtri Carcere maceretur, vel ampliùs, Superiorum arbitratu.

§ 16. Libros imprimi faciens, vel publicans, ſine licentia Ordinarij, & Generalis, ſcripta facultate, eſt eo ipſo priuatus actibus legitimis.

§ 17. In ſuſpecto conſortio deprehenſus, ſi monitus, ſe non correxerit, Superior ab Officio ſuſpenditur, vel priuatur: Subditus actibus legitimis triennio careat, vel grauioribus pœnis vterque mulctetur, Superiorum arbitratu, nimirum actuum legitimorum priuatione, probationis delatione, arctationis recluſione, exilio ab illo Conuentu, pro clariori, vel obſcuriori ſuſpicionis iudicio, ſecundùm Ordinis ſanctiones.

§ 18. Qui conuictus fuerit ſuſpectam domum intraſſe, actumuè carnalem ſollicitaſſe, mox ab eo loco perpetuò exulari debet, & bimeſtri Carcere mancipari: negans, grauiter arctandus.

§ 19. Furtum committens, ſuffragiorum iure biennio eſt priuandus; Proprietariorum pœnam luere tenentur; & ſi furtum fuerit notabile, aut iteratum, vel ex Sacro loco, aut Sæcularium domibus, aut bonis, creſcente ſceleris turpitudine, creſcere etiam debet ſeueritatis diſtrictio, Superiorum arbitrio.

§ 20. Generalium, Prouincialium, aut Sæcularium Principum, & notabilium perſonarum litteras, ſiue ab ipſis, ſiue ad ipſos miſſas intercipientes, aperientes, impedientes, aut malitiosè retardantes, ipſo facto, actibus legitimis deſtituendi ſunt, & huius pœnæ incapaces, probationis caputium deferant Generalium, vel Prouincialium arbitratu, quibus reſpectiuè condonatio reſeruatur.

§ 21. Qui Prouinciali, Guardiano, aut Vicario rebellauerit, omnium ſuffragiorum iure trienio carere debet.

§ 22. Apo-

§ 22. Apoſtatarum pœna eſt excommunicatio latæ ſententiæ, Carceratio, & iuris ſuffragiorum priuatio, iuxtà Apoſtaſiæ maioris, vel minoris exceſſum, prout in Statutis Ordinis ampliùs continetur.

§ 23. Impudenter obloquentes de Eminentiſſimis, Protectore, & Sanctæ Romanæ Eccleſię Cardinalibus, dequè Reuerendiſſimis Eccleſiarum Prælatis, cum ſcandalo, Carceribus ſunt mancipandi, vel grauiùs etiam, pro oblocutionis exceſſu, puniendi, Superiorum arbitratu.

§ 24. Recipientes, vel ad profeſſionem Nouitios admittentes, Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinis Statutis non ſeruatis, officio ſtatim priuandi, & omnium ſuffragiorum iure perpetuò deſtituendi veniunt.

§ 25. A Nouitijs aliquid, vel minimum recipientes, vel eis ad ſibi, vel aliquid relinquendum ſuadentes, præter pœnas in Sacro Tridentino Concilio decretas, Superiores priuari debent Officio; alij, vt proprietarij publicari.

§ 26. Camiſiarum, & lineorum indumentorum linteaminum, anaclynteriorum vſus, ſine neceſſitate, vetitus eſt, ſub priuatione iuris ſuffragiorum per triennium, etiam Carceris pœna per duos menſes, & ampliùs ſi monitus ſe non correxerit.

§ 27. Qui ſuper habitum Regularem, vel (eo dimiſſo) Sæculares, vel alias quaſcunque veſtes induerit, ad recitandas comœdias, vel alias tales laruatas repræſentationes, quacunque ex cauſa, vel occaſione, & quocunque in loco, eſt eo ipſo Suſpenſus, & grauiùs Carcere, priuatione Officij, vel ſuffragiorum iure à Superioribus puniendus.

§ 28. Equitantes, bigantes, quadrigantes ſine licentia, & neceſſitate, bimeſtri Carcere macerari meretur, & ſi in hoc defectuoſi fuerint, omnium ſuffragiorum iure ſexennio carere.

§ 29. Notabiliter orationi deficientes, Guardiani, Officio priuandi; Subditi ſuffragiorun iure triennio mulctandi, ac etiam carcerandi, Superiorum arbitratu.

§ 30. Qui negotia Principum acceptauerit, egerit, procurauit ſine licentia Superioris, priuari debet Officijs Ordinis.

§ 31. Superiores, qui charitatem circà Hoſpites, & infirmos neglexerint, Officio deſtituantur. Officiales ad id deſtinati, ſuffragiorum iure triennio carere debent.

§ 32. Qui Confeſſiones ſine licentia auſcultauerit, vel à reſeruatis abſoluerit, eſt ipſo facto excommunicatus, & ad excipiendas Confeſſiones perpetuò inhabilis, carcerandus, & grauiùs puniendus, ſi in hoc crimine vitioſus repertus fuerit.

§ 33. Qui in morbum Gallicum ex delicto inciderit, declarandus eſt perpetuò inhabilis ad omnia Officia, & ſuffragia Ordinis, ac etiam ad audiendas Confeſſiones.

§ 34. Prouincialis concedens dimiſſoriales litteras ordinandis Fratribus, non ſeruatis Sacris Canonibus, & Ordinis Sanctionibus, ſuſpendendus, vel etiam priuandus venit Officio, Superiorum arbitrio.

§ 35. Prouincialis, & Guardiani in ſuis Prouincijs, & Conuentibus, notabiliter, & ſine legitima cauſa, non reſidentes, præter culpæ reatum, & pœnas

nas Canonicas, quas incurrunt, Officio ſuſpendi, vel etiam priuari debent, Superioris iudicio.

§ 36. Conuictus, & Confeſſus in fornicationem lapſum fuiſſe, pro prima vice, ſemeſtri Carceri mancipetur, & omnium ſuffragiorum iure triennio Carere debet, ſecunda vice, Carcer duplicandus, & omnibus Ordinis Officijs decennio priuandus eſt; tertia vice, Carcer longiùs protrahi, perpetuò ad Officia Ordinis inhabilis exiſtere, vel etiam ad triremes mitti debet, Superiorum arbitratu.

§ 37. Sacrilegium committens, vel ad triremes mittendus, vel in perpetuum Carcerem detrudendus.

§ 38. Qui de innominabili ſcelere confeſſus, vel conuictus fuerit, nudus cum ſoli fęmoralibus, in cœtu Fratrum, ligatis manibus, ac recitans Pſalmum: *Miſerere mei Deus*, duriſſime flagellari, ac leuiuſculis flammis, hinc indè circumpoſitis quodammodò comburi, & ad perpetuos Carceres irreuocabiliter damnari debet, vbi in pane, & aqua, tribus ſaltem in hebdomada diebus ieiuniet. Si autem in idem ſcelus relapſus fuerit ad triremes perpetuò deſtinari.

§ 39. Qui gladio, baculo, vel pugillo Fratrem, aut Sæcularem percuſſerit, in Carceris vnius anni pœnam incidit, omnium ſuffragiorum iure, & actibus legitimis perpetuò priuari, ac per menſem, ter in qualibet hebdomada, coram Fratribus capitulariter congregatis, genuflexus comedere, ipſiſmet inſtrumentis, quibus ferire, vel percutere auſus eſt, ei de collo pendentibus, debet.

§ 40. Quod ſi mors ſecuta fuerit, vel atrox mutilatio, ad triremes omninò condemnandus eſt.

§ 41. Qui aliquem enormiter vulnerauerit, vel ei venenum dederit per ſe, vel per alium hæc, vel ſimilia delicta machinans, eiſdem pœnis ſubiacere tenetur.

§ 42. Prælatum localem, gladio occidens, ad triremes perpetuò condemnari, vulnerans non ſecuta morte, ad eoſdem mitti Superiorum arbitrio debet.

§ 43. Prouincialem, vel leuiter percutiens ad triremes, Generalis arbitratu, mitti, ſi id gladio molitus fuerit, ſiue ſecuta, ſiue non ſecuta morte, ad eoſdem triremes perpetuò damnari debet.

§ 44. Generalem quoquomodo, vel leuiſſimè, percutere auſus, ad triremes perpetuò, & omninò damnandus eſt.

§ 44 Falſificantes per ſe, vel per alium litteras, aut ſigilla Prælatorum, Principum, Generalium, Prouincialium, aut notabilium perſonarum, ſunt ipſo facto excommunicati, Carceri mancipandi, Generalis arbitrio, atque ad omnia officia, & dignitatis Ordinis perpetuò inhabilitandi.

§ 46. Introducentes mulieres intra Clauſtra ad malum finem, in pęnas à Pio V. ſancitas incidunt, & Carceribus conuenit mancipari, Superioris arbitratu, quas pęnas incurrunt, qui eaſdem in Hoſpitia Confeſſariorum Monialium, quouis colore, introducunt.

§ 47. Conſpirantes aduerſus Fratrem aliquem, & maximè Superiorem, omnibus Ordinis officijs priuati ſint, Superiorum arbitrio.

§ 48. Ordinis diuiſionem tentans, eſt ipſo facto excommunicatus, & Carceri eſt mancipandus, Generalis arbitrio, cui & abſolutio reſeruatur.

§ 49. Ad Sæcularium Aduocatos, Procuratores, Iudices, & Tribunalia quæcunque

Digitized by Google

cunque, prætextu iniuſtitiæ ſiue factæ, ſibi pro conſilio, ſiue pro fauore recurrens, actibus legitimis priuandus eſt, & grauiùs etiam puniendus Superioris arbitratu. Si verò ad locorum Ordinarios recurſum habuerit, etiam à Superioribus puniendus. Appellantes autem ad eadem Tribunalia, ſunt excommunicati, & à ſolo Summo Pontifice abſoluendi, atque perpetuò priuari debent, iure ſuffragiorum, omnibus Ordinis officijs, & in perpetuum ad illa inhabilitari.

§ 50. Confeſſionis Sacramentalis reuelatio puniri debet, priuatione perpetua actuum legitimorum, & facultatis audiendi Confeſſiones, ac carceratione, vel arctatione, Prouincialis arbitrio.

§ 51. Qui in grauiſſimam Apoſtaſiam primò inciderit, trimeſtri Carceri mancipari, triennio integro probationis caputium deferre; quo tempore, in communitate Fratrum ſingulis ſextis ferijs, & diſciplinam facere, & pane, & aqua, ſine caputio genuflexus ieiunare; ſuffragiorum iure decennio carere, in ſuo Ordine vltimum locum tenere, vtenſilia lauare, & è Conuentu niſi publicæ vtilitatis cauſa, nunquam egredi debet. Relapſo in eandem, ſupradictæ pęnæ duplicantur. Tertiò reiterans, tanquam incorrigibilis expellitur ab Ordine, ſeruata forma nuperrimi Decreti, de Eiectis, & Apoſtatis, vel ad triremes decennio condemnetur; qui ſi ſuperuixerit, ſi fuerit in Sacris conſtitutus, omnium Sacrorum Ordinum executione perpetuò eſt Suſpenſus.

§ 52. Qui Generali, vel Commiſſorio, ab eo miſſo ad viſitandam Prouinciam, rebellauerit, excommunicationis Sanctiſſimo reſeruatæ pęnam ſtatim incurrit, ac priuationem ſuffragiorum, Officiorum Ordinis, & perpetuam inhabilitatem ad illa.

§ 53. Subornatores ſunt excommunicatione Papali ipſo facto ligati, actibuſque legitimis priuati.

§ 54. Alchimiæ Studentes, vacantes, eam voce, vel ſcripto docentes, inſtrumenta, libros, qui ad illam pertinent retinentes, ſunt ipſo facti excommunicati, atque omnium ſuffragiorum iure perpetuò priuari, & Carceribus, vel arctatione Prouincialis arbitrio, macerari debent.

§ 55. Monetarum adulteratores, quoquo modo id faciant, ad perpetuos triremes condemnentur. In Italia verò obſeruetur Conſtitutio Apoſtolica.

§ 56. De Summo Pontifice Maximo Chriſti in terris Vicario, deque illius dignitate, ac Decretis, & Conſtitutionibus, qui impudenter, vel minus, quam decet reuerenter obloqui auſus fuerit, trimeſtri Carceris pœna, vel grauiori etiam puniendus eſt, iuxtà delicti menſuram.

§ 57. Promoti per ſaltum, vel ſine litteris dimiſſorialibus, vel furtiuè; quique in non ſuſceptis Ordinibus miniſtrauerint, iuxtà pœnas Canonicas puniuntur.

§ 58. Ingredientes ſine cauſa legitima Clauſuram Monialium, ſunt eo ipſo excommunicati, alijſque Canonicis pęnis plectendi, priuandi inſuper Officijs, & dignitatibus, & inhabilitandi in perpetuum, vnà cum Monialibus conſentientibus.

§ 59. Simoniaci, qui dona dederint, aut promiſerint per ſe, vel per alios, vt gradus, dignitates, officia, vel in ſui fauorem ſententiam conſequatur, Canonicarum pęnarum animaduerſione feriantur, atque in Conſtitutionem de largitione munerum incidiſſe, declarandi veniunt.

§ 60. Has

Digitized by Google

§ 60. Has pœnas enumeraſſe ſufficiat: alias videre poterit Iudex in Statutis Generalibus Ordinis, vel ex Sacris Canonibus, & probatis legibus, ac conſuetudinibus, prout ratio ſuaſerit, elicere.

§ 61. Et licet pœnas has per Statuta Generalia impoſitas, Iudex commutare, & alterare, ſeu moderari regulariter non poſſit; tamen, vt in aliquo caſu, mutatis circumſtantijs, & qualitatibus delictorum, cum conſilio Patrum, qui ad ferendam ſententiam concurrunt, poterit, vel augere, vel minuere lenitatem, vel rigorem pœnarum, prout exceſſus, vel defectus criminis, ſiue ſcandalum, aut peccandi fragilitas, & conſuetudo ſuaſerint. Item locus, perſona, modus, & alia huiuſmodi. Nullum tamen ei relinquitur arbitrium circà moderationem pęnarum; vbi delicta, pro vt recenſita ſunt, committi contigerit.

COMMENTARIVS.

QVIA Titulus hic non reſpicit propriè modum procedendi, ſed Sententiam, & magna ex parte doctiſſimè explanauit *Sanctorus* in *Pœnalibus Diſtrictionibus*, eius explicationem pro nunc omittimus, tantam enim ſe ſolo hic exigeret, quantam in alijs *Titulis* dilucidandis pręſtauimus. Molimur proindè ſeparatam tractationem de *Pœnis* delictorum, in qua ſupplebimus ea, circà quæ *Textus* remiſſiuè ſe habet; & quam, *Deo* omnium bonorum largitore concedente, publici iuris facere ſperamus.

TITVLVS SEPTIMVS.

Quam formam iuris ſeruare debeat Iudex.

TEXTVS.

§. 1. Quatuor omninò ſeruare debet: Modum procedendi, Præparatoria, Sententiam, & pœnas. Modus quarduplex eſt. Per Accuſationem, per Denunciationem, per Inquiſitionem, per Exceptionem: In Accuſatione requiritur Accuſator. In Denunciatione, charitatiua monitio. In Inquiſitione, Diffamatio. In Exceptione legitima obiectio. Sine his procedere Iudex non poteſt, aliàs proceſſus erit nullus. Præparatoria ſunt. Citatio Teſtium, & Rei; Delatio iuramenti; Conceſſio termini competentis, vel ad comparendum, vel ad probandum. Exceptiones, Defenſiones, Appellationes; quibus non ſeruatis, Iudex Officio deſtitui debet; & proceſſus annullari. Sentententia debet eſſe conformis Canonibus, & Statutis Ordinis. Pęna erit delicto conformis, etiamſi ſit arbitraria; quia, iuxta menſuram delicti, erit plagarum modus.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

1. *Forma iuris criminaliter procedendi, in quo conſiſtat.*
Modus procedendi dupliciter ſumitur.
Quid ſit modus procedendi.
Quadruplex eſt.

2. *Inquiſitio quid ſit.*
Dupiex eius diffinitio.
Aliud eſt Inquiſitio, & aliud modus inquiſitionis.
Notitia criminis Iudici neceſſaria.
Hanc quotupliciter poſſit habere Iudex.

1. POSTQVAM ſuprà de perſona *Iudicis*, tum *Ordinarij*, tum *Delegati* dictũ eſt; pariterque diſtinctæ differentiæ delictorum, & eorum pœnæ traditæ ſunt; accedit *Textus* ad docendum *formam iuris*, quam debet in procedendo ſeruare *Iudex*. Dicit autem *formam iuris*, in hoc conſiſtere, vt quatuor omninò ſeruentur; nempè modum procedendi, præparatoria, ſententiam, & pœnas. *Modus procedendi*, hic non accipitur *complexiuè*, hoc eſt, vt complectitur formam, ſecundùm quam ſe debet regulare *Iudex* in omnibus actibus, vt in viſitando corpus delicti, examinando Teſtes, conſtituendo, & ſententiando *Reum*; ſic enim modus procedendi non contradiſtingueretur à præparatorijs, ſententia, & pœnis collectiuè ſumendo hæc tria; & ità vitioſa eſſet aſſignata diuiſio; ſed ſumitur *initiatiuè*, ità vt modus procedendi dicatur is, à quo initiatur proceſſus, ſeu, quo ſuppoſito, *Iudex* ſe accingit ad formationem proceſſus, & hic modus quadrupliciter contingit, puta *per Accuſationem, Denunciationem, Inquiſitionem, & Exceptionem.*

2. Quoad *accuſationem, exceptionem, & denunciationem* nulla eſt difficultas, quod debent præcedere proceſſum; at de *inquiſitione*, eſt difficultas. Inquiſitio enim *eſt*, vt eam definit *Hoſtienſis (a) alicuius criminis manifeſti, ex bono, & æquo, Iudicis competentis canonicè facta inueſtigatio*, & ab hac diffinitione non diſcordant *Iuriſperiti* dicentes, (b) quod *Inquiſitio eſt criminis alicuius per torturam, ſeu aliter inueſtigatio*. Sequitur ergo, ex hoc, quod *Inquiſitio* eſt actio *Iudicis*, in qua per iu-

ris inſtrumēta indagat veritatē de crimine cōmiſſo; proindè ſicut aliud eſt res, & aliud modus rei, ità aliud debet eſſe *Inquiſitio*, à *modo inquiſitionis*. Siquidē ità reperitur *Inquiſitio* facta à *Iudice* de crimine, quando procedit per viā *Accuſationis*, *Denunciationis*, & *Exceptionis*; ſicuti quandò ex officio procedit, præcedente infamia criminis, & *Rei*; proindè non deberet hoc modo aſſignari *Modus procedendi*, per *Inquiſitionem*, tanquam quid diſtinctum ab aliis tribus, ex eo, quod etiam in aliis reperitur *Inquiſitio*. Sed benigna debet fieri explicatio, & non ad rigorem dialecticæ; ità vt hic ſumatur *Inquiſitio* pro modo procedendi, quandò *Iudex* motus ex officio ab infamia, quam audit de crimine commiſſo, procedit ad inueſtigationem veritatis, ad finem puniendi *Reum*; in aliis enim modis procedit ad inſtantiam partis, vt fit in *Accuſatione*, & *Exceptione*, vel ad notitiam datam ab vno, vt in *Denunciatione*. Requiritur quidem de neceſſitate antè proceſſum, quod *Iudex* habeat notitiam criminis, quomodo enim procederet, niſi præſciret? Sed hæc notitia poteſt haberi ab eo, qui quærit vindictam de accepta iniuria, vel compenſatione proprij damni, & ſic eſt *Accuſatio*. Aut habetur ab eo, qui vult arcere aliquem à dignitate adipiſcenda, aut adepta; & ità eſt *Exceptio*. Vel tandem habetur à pluribus, ſama deferente, & ità dicitur *Inquiſitio*. Quià verò de iſtis ſingillatim in ſequentibus dicendum eſt, & in *Textu* nulla eſt difficultas, ad alia properamus.

T E X T V S.

§. 2. Excludi debet à noſtris iudicijs modus ordinarius procedendi, & ille ſolum admitti, qui Summarius dicitur, in quo de plano, ſola rei veritate inſpecta, rimulis omnibus, & apicibus, ſeu ſolemnitatibus iuris poſtpoſitis, proceditur. Solemnitates iuris ſunt. Citatio iuris die non feriata, libelli porrectio in ſcriptis, litis conteſtatio; Teſtium multitudo, prolixæ dilationes; Teſtium poſt publicatas atteſtationes receptio; Sententiæ ſedendo prolatio; citationum interualla. Interlocutoriæ, & cætera huiuſmodi, quæ ad eſſentiam iuris non ſpectant.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

3. *Modus procedendi ordinarius quis? Apud Nos non ſeruandus.*
Modus procedendi ſummarius apud nos practicandus.
Procedere ſummariè, & de plano *quid ſit.*
Expedit Religioni procedere ſummariè.
4. *Nomine* multorum *veniunt duo, vel tres.*
Magnus numerus requiritur ad faciendam multitudinem.
Hoc autem intelligitur comparatiuè ad facienda.
Multi aliquando dicuntur, qui ſunt vltrà quadraginta.
Multi aliquando dicuntur duo.
Pauci aliquando dicuntur viginti tria millia.
Multitudo neceſſaria Teſtium quæ.
5. *Dilationes ſunt de iure naturæ.*
Si non conceduntur à Iudice, ſententia eſt nulla.
Etiamſi cauſa ſit cognoſcenda ſummariè.
Dilationes, quo caſu debeant eſſe prolixæ.
6. *Dilationes quomodo moderandæ.*
Sunt de ſubſtantia iuris.
Dilationes prolixæ, quæ ſint.
7. *Iudex, in petitione noui termini dilationis, debet cognoſcere de cauſa legitima illius.*
Aliter non obligatur Iudex, ad illam concedendam.
Cauſa dilationis probatur ſolo iuramento.
Actori duæ tantùm dilationes dantur; Reo autem tres.
8. *Citatio habet vim monitionis iuridicæ.*
Citationum interualla regulanda, vt

vt monitiones Canonicæ . Hæc ſunt de neceſſitate iuris .

3. *Ordinarius modus procedendi* , qui à noſtris iudicijs hic excluditur, intelligitur eſſe is , quo vtuntur *Iudices* Curiarum Eccleſiaſticæ, & Sæcularis , non qui à iure Ordinario , tanquam eſſentialis ad iudicium præſcribitur; admittitur porrò ille , qui *Summarius* dicitur . Multa eſſent hic congerenda ad explicandum , quid ſit *Sūmariè , & de plano* procedere , & quænam ſint cauſæ, quæ *Summariè* cognoſcuntur, & quid in illis ſeruandum ſit . Sed quia de multiplici acceptione harum clauſularum ad nauſeam , vſque tractat quædam *Gloſſa (c)* omnibus obuia, & *Doctores* , ideò eas non enumero , quia ad rem noſtram non faciunt: Sufficit hoc,quod *Summariè, & de plano* idem important , & per eas ſignificatur, quod iudicium debet , eſſe breue , & non in longum protelari, ſiue per magnum numerum Teſtium examinandorum; ſiue per longas dilationes, ſiue per expectationem dierum non feriatorum , & ſimilia. Ita vt non excludatur per hoc , quod eſt, de iudicij eſſentia, ſed proceſſus breuiùs expediatur . Et hoc manifeſtum fit ex verbis *Textus* ſubiungentis, quod modus Summarius, & de plano à nobis admittitur, *in quo de plano, ſola rei veritate inſpecta, rimulis omnibus, & apicibus , ſeu ſolemnitatibus iuris poſtpoſitis , proceditur* . Quibus verbis declaratur, illas duas clauſulas non accipi in tota ſua latitudine, & ſecundùm multiplices ſenſus , quos aſſignant *Doctores* ; ſed limitari ad ſignificandam breuitatem in noſtris proceſſibus vſurpandam, ſolemnitatibus iuris omiſſis, ſeruatis tantùm eſſentialibus. Et hoc reuera eſt ſalubre *Religioni* ad conſeruandam quietem , quæ in fabricatione proceſſuum multùm turbatur ; neceſſarium proindè eſt , vt breuiter abſoluantur .

4. Quænam ſint ſolemnitates iuris ſatis explicantur in *Textu* . Sed aliqua eſt difficultas circà nonnullas. Prima eſt *Teſtium multitudo*, quia enim , vt elicitur ex dam *Gloſſa*, & tenet *Abbas (d)* nomine *torum* veniunt duo, vel tres, videtur, d ſi *Teſtium multitudo* eſt ſolemnitas , etiam talis ſit probatio delicti per , vel tres teſtes ; & ſic ſit ſufficiens , delictum probetur per vnum Te- . Sed iſte intellectus eſt falſus ; licet duo, vel tres faciant numerum , qui eſt multitudo ex vnitatibus aggregata , *in iure* tamen non quilibet numerus venit nomine multitudinis , ſed requiritur magnus numerus comparatiuè ad ea, de quibus lex loquitur ; nec habetur *in iure* quantitas determinata ad faciendam multitudinem ; Vt enim dicit vna *Gloſſa, (e)* aliquando dicuntur *multi* , qui ſunt vltrà quadraginta; aliquandò etiam duo faciunt *multitudinem* ; aliquandò vigintitria millia dicuntur *pauci* ; itaut concludatur ex hoc, quod *in iure multi* , & *pauci* dicuntur tantùm reſpectiuè . *Teſtium* ergò *multitudo* non excludit eos, per quos neceſſariò probatur delictum, licet plures ſint quàm duo , vel tres ; poſſunt enim eſſe neceſſarij decem, vel plures *Teſtes* ad probandum delictum qualificatum pluribus circumſtantijs , aut plura delicta connexa , quorum vnum ab aliquibus, aliud verò ab alijs *Teſtibus* ſit probandum; & in tali caſu *Teſtium multitudo* non eſt ſolemnitas iuris , ſed quid eſſentiale .

5. Secunda eſt *prolixæ dilationes*. Quia enim *dilationes* ſunt de iure naturæ, quia reſpiciunt defenſiones , vt docuit *Bartolus* , *(f)* ſi petantur à *Reo* , & non concedantur , & *Iudex* ſententiet , ſententia eſt ipſo iure nulla , vt tradunt *Doctores* ; *(g)* etiamſi cauſa ſit ſummariè cognoſcenda , vt ex iure deducit *Bartolus: (h)* & proindè ſi *Actor* , vel *Reus* non habent tempus ad probandum, oportet, quod *Iudex* det *dilationes* , quæ aliquandò de neceſſitate debent eſſe prolixæ; putà quando Teſtes, qui debent examinari , aut ſunt valdè diſtantes , aut in itinere detinentur ex longa infirmitate, aut alia de cauſa legitima . Item poteſt euenire , quod tempus aſſignatum à *Iudice* ad probandum, aut excipiendum ſit breue, & petatur vna *dilatio* , & in hoc tempore *Actor*, ſeù *Reus* febri laboret, itaut alias *dilationes Iudex* requiſitus concedere, de iure teneatur; videtur ergò, quod *dilationes* iſtæ non debent cenſeri inter ſolemnitates, ſed inter eſſentialia iuris .

6. Sed ad hæc dico, quod iuxtà diſtantiam locorum , aut aliam legitimam cauſam , à qua impeditur *Actor* , vel *Reus* ea præſtare, quæ *Iudex* iubet, oportet *dilationes* aſſignare tales, vt ſint congruum tempus, intrà quod commodè poſſit *Actor*, aut *Reus* iuſſa *Iudicis* perficere , vt deducitur ex vna lege *Codicis Iuſtiniani* , *(i)* vbi adnotat *Gothofredus (l)* *dilationes* eſſe moderandas , iuxtà locorum diſtantiam . Talis

Vu 2 ergò

ergò *dilationes* ſic regulatæ ſunt de iuris ſubſtantia, qua non ſeruata, proceſſus eſt nullus. Sed non dicuntur *dilationes prolixæ*; iſtæ enim dicuntur tales, quandò, vltrà congruitatem temporis, intrà quod præſtanda expediri poſſunt, petitur aliud tempus ſuperfluum, vel ad commoditatem exorbitantem petentis; vt ſi prò producendo inſtrumento ad probandum, quod *Actor*, ſeù *Reus* habet in camera, ſiuè in Ciuitate, & quod poteſt in vna hora, ſiuè incontinenti producere, peteret tres dies ad producendum, iſta eſſet *dilatio prolixa*; quæ eſt iuris ſolemnitas, apud Nos minimè ſeruanda.

7. Et hic obiter aduerto, quod aſſignato à *Iudice* tempore, ſi *Actor*, vel *Reus* congruam *dilationem* obtinuerit, qua durante non præſtiterit agenda; & proindè nouam *dilationem* petat, non debet *Iudex* eam concedere, niſi cum cognitione cauſæ legitimæ, propter quam non adimpleuit, quæ debebat in tempore aſſignato; & iſta cognitio cauſæ, cum probationibus neceſſarijs, eſt *de iure* ità ſtricto, quod dilatio ſecunda conceſſa eſt, ipſo iure, nulla, vt probant *Bartolus*, & *Alexander*. (m) Et ad hunc punctum benè aduertant *Iudices*, poteſt enim eſſe vnum bonum brocardicum prò deneganda iuſtè ſecunda, vel tertia dilatione petita ab *Aduocato*, vel *Reo* ad protelandum iudicium, vel redimendum tempus; non enim eſt obligatus *Iudex* ad concedendam ſecundam dilationem, niſi ſibi probetur à petente habuiſſe cauſam legitimam, per quam non potuit, in tempore aſſignato, ea præſtare, quæ debuit. Verum eſt, quod probatio iſta poteſt, fieri ſolo iuramento petentis recepto à *Iudice*, cui *Iudex* tenetur ſtare, vt voluit *Baldus*. (n) Non tot autem dilationes dantur *Actori*, ſicut *Reo* in criminalibus. Etenim *Actori* duæ, *Reo* autem tres de iure dantur, vt textualiter dicit *lex*. (o) Eſt verò *Iudici* arbitrarium, cum cognitione iuſtæ cauſæ, quæ ſibi legitimè conſtet, plures etiam aſſignare.

8. Tertia eſt difficultas circà *Citationum interualla*; vt enim aliàs dictum eſt inter vnam, & alteram Monitionem Canonicam, quę fiunt in ordine ad hoc, quod aliquis poſſit declarari contumax, requiritur *interuallum* temporis, ad hoc, quod monitus, qui ad primam, aut ſecundam Monitionem noluit obedire, habeat tempus recogitandi de ſe, & ità ſe remouendi à ſua obſtinatione. *Citatio* verò habet vim Monitionis iuridicæ, non enim aliud eſt, quam Monitio ad comparendum; ſicut ergò in Monitionibus Canonicis requiritur tempus, ità videntur requiri *interualla* temporis inter *citationes*, ſi enim, vt aliàs dicetur, poſt trinam *citationem* non compareat *Reus*, æquè poteſt excommunicari, ſicut ter monitus ad obediendum; debet ergò in *citationibus* habere *interualla*, ſicut in Monitionibus; & ità *interualla citationum* erunt de eſſentia, & non de ſolemnitate; iniquum enim eſſet ſi *Iudex* citaret intrà ſpatium vnius horæ cum citatus eſt in Conuentu; quo non comparente citaret immediatè prò hora ſequenti; qua elapſa iterum citaret prò tertia, qua finita contumacem declararet, & excommunicaret. *Reus* enim aliqua paſſione occupatus non habet tempus congruum ad recogitandum de ſe, & ſe remouendum ab obſtinatione, in non comparendo. Debet ergò intelligi Textus de *interuallis prolixis*, non verò de congruis; & putò *interualla citationum* debent regulari, ſicut *interualla* monitionum; & longa quidem *interualla* inter *citationes* cenſeri inter ſolemnitates iuris, non verò congrua, & moderata, quæ neceſſaria reputantur.

T E X T V S.

§. III. Eſſentialia iuris, quæ ſub pœna nullitatis actuum, & priuationis Officij obſeruari debent, ſunt. Primum, quod Iudex ſinè Accuſatione, Denunciatione, Infamia, Indicijs, Exceptioneuè non procedat, vt dictum eſt. Secundum quod Teſtes tam prò Reo, quàm contrà Reum legitimè producti, cum iuramento audiantur, & examinentur. Tertium, quod Reus citetur, nec abſens, niſi contumax condemnetur. Quartum, quod tempus ad neceſſarias probationes, excuſationes; & defenſiones tribuatur. Quintum, quod Reo petenti in ſua cauſa Con-

ſa Conſiliarium, & Procuratorem, intrà Ordinem tamen, nunquam autem extrà, non denegetur. Sextum, quod iuſtæ Rei exceptiones admittantur. Septimum, quod Reus non niſi per plures Teſtes conuictus, vel confeſſus condemnetur. Octauum, quod Sententia ſecundùm allegata, & probata, ſiuè ad abſolutionem, ſiuè ad condemnationem Rei, non verò ſecundum zelum, & affectum Iudicis proferatur.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

9. *Iuris eſſentialia, quo iure ſint introducta.*
   Quæ faciunt ad rei defenſionem ſunt de iure naturæ.
   Defenſio eſt de iure naturæ.
   Quod Iudex, antè quam procedat, ſciat delictum, eſt de neceſſitate naturæ.
   Exceptiones, & appellationes reducuntur ad ius naturale.
10. *Duo Teſtes ad probandum neceſſarij ſunt de iure diuino.*
   Iuramentum Teſtiũ eſt de iure ſcripto.
   Sententia ferenda, iuxtà probata, eſt de iure ſcripto.
   Mendax nemo præſumitur, niſi probetur.
   Iuramentum Teſtium non eſt de iure Diuino.
11. *De nonnullis eſſentialibus iuris remiſſiuè.*

9. ESſentialia iuris numerata non fundantur in vno, eodemquè *iure*; alia enim ſunt de *iure naturæ*, alia de *iure diuino*, alia de *iure Canonico*. De *iure naturæ* ſunt, quæ faciunt ad *Rei* defenſionem; quod enim homo ſe defendat eſt de *iure naturæ: (p)* quod pariter *Iudex* non procedat contrà Delinquentem, niſi delictum ſciat eſſe commiſſum hoc non tantùm *de iure*, ſed etiam de neceſſitate naturali eſt; quomodò enim inſcius de delicto poſſet ſomniare aliquem eſſe delinquentem ad effectum procedendi contrà illum? Et hoc modo primum, tertium, quartum, quintumq; ex eſſentialibus recenſitis fundantur in *iure naturæ*. Sextũ fundatur in naturali ęquitate recipiẽte, quod iuſtũ eſt; Quod autem legitimæ exceptiones admittantur; ſiuè quod *Reus* appellans à *Iudice* ſuſpecto, vel grauante, ad alium non ſuſpectum, accedat, eſt æquitatis naturalis, & ad *ius naturæ* reducitur.

10. Secundum, & ſeptimum, in quibus agitur de *Teſtibus* ad condemnationem neceſſarijs, ſiuè de *Rei* confeſſione ad eundem finem, ſunt de iure Diuino, dicente: *In ore duorum, vel trium Teſtium peribit, qui interficietur, (q)* & *Deus* ipſe non condemnauit *Adam*, & *Euam*, niſi poſt confeſſionem delicti commiſſi, in eſu fructus vetiti. Quod autem *Teſtes* ſint iurati, & ſententia proferatur iuxtà allegata, & probata, hoc eſt *de iure* ſcripto, tum *Canonico*, tum *Ciuili (r)* ſanciente, nullum eſſe teſtimonium *Teſtium* non iuratorum: & pariter *Iudex* ſententiare, de crimine ſibi ſoli noto, non poteſt, vt dicit *Canon. (s)* Proindè debet ſententiam proferre, iuxtà allegata, & probata, vt communiter dicitur. *(t)* Scio quidem *Bartolum* tenere, *(u)* quod iuramentum ſit introductum de *iure naturæ* in iudicijs, quod probare intendit ex *Exodo capit. 22. verſ. 8.* quam opinionem etiam amplectitur *Practica criminalis*, quæ communiter dicitur *Roderici*. Sed ſi attentè perpendatur Textus ille, inueniemus iuramentũ ibi à *Moyſe* iniunctum, nõ ad conualidãda dicta Teſtium, ſed ad probandam innocentiam, ex defectu aliarum probationum; ait enim *(x) Si quis commendauerit amico pecuniam, aut vas in cuſtodiam, & ab eo, qui ſuſceperat furto, ablata fuerint; ſi latet fur, Dominus domus applicabitur ad Deos, & iurabit, quod non extenderit manum in rem proximi ſui*; quod vt patet eſt longè diuerſum à iuramento, quod datur Teſtibus ad probandum delictum. Non ergò introductum eſt tale iuramentum à iure diuino, ſed naturali; quandoquidem hoc magis indicat, cuicunquè homini aliquid ſimpliciter aſſerenti eſſe credendum: non enim quiſquis præſumitur de iure mendax, itaut indigeat iuramento, vt credatur verax, quia eſſe mendacem, cum conſiſtat in facto, non præſumitur. Sed nequè iuramentum Teſtium eſt de iure diuino, non enim reperio in Scriptura locum, in quo præcipiatur tale iuramentum, ſed & Teſtes, qui referuntur con-

trà

trà aliquem teſtificaſſe non reperitur, quod iurauerint.vt patet de Teſtibus contrà Suſannam, *Daniel.*13. Contrà Stephanum.*Act.*6.Contrà Dominum IeſumChriſtum.*Matth.*26,*Marc.*14.& *D.Paulus* (*z*)*ad Timotheum*, ſcripſit *Aduerſus presbyterum noli accuſationem recipere, niſi ſub duobus, aut tribus Teſtibus*;vbi apparet Apoſtolum præcepiſſe quidem numerum Teſtium ad probandum; & hoc eſſe de iure diuino; non verò eorundem iuramentum. Vndè concluditur hoc eſſe de iure humano ſcripto.

11. Vltrà recenſita ſunt alia eſſentialia, etiam ad iudicium requiſita; vt ſunt ſcriptura actorũ omnium; Notarius iuratus; Teſtium ſecretum examen, quod eſſe de iure naturali, vel diuino nititur probare Practiea *Roderici*, (*a*) ex quadam *Gloſſa*, & nonnullis *Doctoribus*, ſed hoc non habet *Gloſſa* illa. Quia verò de omnibus his ſuis locis ſingillatim tractandum eſt, ea non recenſeo. Sufficiat hoc, quod omnis forma, circà proceſſus, qua omiſſa, proceſſus, aut eſt nullus ipſo facto, aut debet annullari, eſt eſſentialis ad iudicium.

I. Quæritur. An Iudex inter Nos obſeruans omnes ſolemnitates iuris delinqueret, & proceſſus deberet annullari?

SVMMARIVM.

12. *Priuilegium Regularium eſt, quod non obligentur ad apices iuris.*
Regulares permittuntur ignorare iura humana.
Strepitus fori non accommodatur Religioſæ quieti.
Priuilegio vti, eſt in libertate priuilegiati.
Iudex Regularis, procedendo cum ſolemnitatibus iuris, non peccat.
Nec proceſſus eſt ex eo annullandus.

12. Reſpondeo, quod, *Iudices Regulares* non obligari ad iuris apices, eſt priuilegium ipſis, & *Religioni* conceſſum, vt ex *Compendio priuilegiorum* deducit *Auctor Practicæ Criminalis Roderici*; (*b*) & hoc fuit ipſis conceſſum, tum quia *iura Canonica*, non ita perfectè callent, & ea ignorare permittuntur, vt ſcripſit *Innocentius*, (*c*) tum quia quieti *Religionis* non eſt accõmodatus ſtrepitus iudiciorum, *Procuratorum*, & *Aduocatorum*, vt docent *multi* (*d*) *Doctores*. In libertate autem priuilegiati eſt, vti iure communi, vel iure priuato, quod dicitur priuilegium, proindè *Iudex Regularis*, qui in fabricando proceſſu obſeruaret ſolemnitates iuris, non faceret contrà ius, & proindè nullo modo eſſet culpabilis, quia operaretur iuxtà ius, ſi non priuilegiatum, & municipale, ſaltem iuxtà commune, quod priuilegiato excellentius eſt; & ita eius proceſſus eſſet validus. Attento maximè, quod in noſtro *Textu* hic, non ponitur clauſula irritans proceſſus aliter factos, eos nempè, qui ſunt formati ſeruatis ſolemnitatibus; ſed eſt diſpoſitio merè directiua; vndè per contrarium factum non eſt nullum, nec annullatur. Et iuxtà prædicta habemus in terminis deciſionem *Clementinæ*, (*e*) quæ ſic ſonat. *Si tamen in præmiſſis caſibus*, (quandò nempè *Iudex* ex mandato Papæ debet procedere de plano ſinè ſtrepitu, & figura iudicij, vt fit in caſibus Religioſorum) *ſolemnis Ordo iudiciarius in toto, vel in parte, non contradicentibus partibus, obſeruetur; non erit proceſſus propter hoc irritus, nec etiam irritandus*. Concludendum porrò, quod *Iudex* iuris ſolemnitates ſeruans inter Regulares, nec culpabilis, nec punibilis eſt, ſed potius laude dignus, vt ſcribit (*f*) *Bictus*.

II. Quæritur. An Teſtium repetitio, citata parte, ſit ſolemnitas, an potius quid de ſubſtantia iuris.

SVMMARIVM.

13. *Teſtes non recipiendi antè litem conteſtatam.*
Litis conteſtatio quid ſit.
Iudicium eſt, vt ædificium.
Litis cõteſtatio eſt fundamentũ iudicij.
Explicatio tituli quæſtionis.
14. *Opinio aſſerens repetitionem Teſtium eſſe quid ſubſtantiale.*

Opi-

Opinio contraria dicit eſſe ſolemnitatem iuris.
Citatio partis nõ requiritur, quãdò Iudex procedit, ſola facti veritate inſpecta.
15. *Abſquè ſemiplena probatione non conſtituitur Reus.*
Teſtes examinati, non citata parte, aliquid probant.
Dicta Teſtium in primo examine quãdò approbentur à Reo.
Præualent dictis contrarijs in repetitione.
16. *Si Iudex, ad inſtantiam Rei, non repetit Teſtes, ruit proceſſus.*
Duo conſideranda in repetitione Teſtiũ.
Repetitio Teſtium, vt reſpicit defenſionem Rei, eſt quid ſubſtantiale.
Vt importat reiterationem prioris dicti, eſt ſolemnitas.
Concordantur in hoc opiniones.
Citationes neceſſariæ de iure.

13. RESpondeo, neceſſarium eſſe prò ijs, qui praxim fori contentioſi non benè norunt, explicare titulum quæſtionis, ne in obſcuris laborent. Sciendum ergò, quod iuxtà vtraquè *iura* non proceditur ad receptionem *Teſtium*, ita ut eorum dicta contrà *Reum* probent, antè litem conteſtatam. *Litis* autem *conteſtatio*, vt habet *Gloſſa (g) fit interrogante Iudice, Actore proponente ſuam actionem, & Reo reſpondente ad interrogationem Iudicis*. Exempli gratia, *Caius* accuſat *Seium* de furto apud *Iudicem*; *Iudex* audit accuſationem, decernit procedere ad inquiſitionem veritatis, examinat *Teſtes* à *Caio* adductos, poſtmodum citat *Reum*, & hic delictum negat; tunc dicitur lis conteſtata inter *Caium*, & *Seium*. Ex vtroque verò *iure (b)* habetur, quod, lite non conteſtata, *Teſtes* non debent recipi, neque ſententia ferri, aliter ſententia nulla eſt; Quia enim, vt habet *Hoſtienſis, (i)* iudicium eſt ad modum ædificij, & ad hoc, quod ſtet, requirit fundamentum, parietes, & tectum; porrò fundamentum eſt litis conteſtatio, parietes ſunt probationes, & tectũ eſt ſententia: ſequitur, quod ſicut ſinè fundamẽto ædificari nõ poteſt, aliter eſſet ædificare in aere, & ſinè illo ruit ædificium, ità neque probationes poſſunt ſubſiſtere, ſi non proceſſerit litis conteſtatio, & iudicium eſt nullum, vt in pluribus *Capitulis (l)* textualiter apparet. Et licet in Cauſa Criminali Teſtes antè litis conteſtationem prò Fiſco examinentur, tamen *Reum*, neque ad torturam, neque ad ſententiam minimè afficiunt. Ad hoc ergò, quod probent, ad finem torquendi, ſeù ſententiandi, oportet, quod *Reus* examinetur, & ſic lis conteſtatur; & poſtmodum repetantur Teſtes, & ità teſtimonia illorum tunc contrà *Reum* probant. Antequàm autem Teſtes repetantur in foris ſæcularibus, citatur *Reus*, ſiuè eius *Procurator*, ad videndum Teſtes iurare, & contrà eorum perſonas, ſi aliquid habeat, opponendum. Quærimus modò an talis repetitio, citata parte, ſit ſubſtantialis, an ſolemnitas iuris.

14. In hac quæſtione diuiſæ, prout in pleriſquè, ſunt *Doctorum* ſententiæ. Nonnulli enim *(m)* volunt, Teſtium repetitionem eſſe vnum de ſubſtantialibus; itaut dicta Teſtium in informatione ſummaria, (quæ eſt examen eorum receptum à *Iudice* ante *Rei* citationem,) ſolùm ſeruiant ad dandum ius *Iudici* ad *Reum* legitimè interrogandum, non verò probent ad torquendum, ſeù condemnandum, & fundant ſuam ſententiam ſuper duobus *Capituli*; *(n)* in quibus dicitur *Teſtes* non debere recipi antè litem conteſtatam, & ex hoc deducunt, quod ſi recipiantur nihil probent.

Alij autem *(o)* ſuſtinent, eſſe tantùm ſolemnitatem iuris, itaut etiam in foris ſæcularibus, quandò *Iudex* poteſt iudicare, ſola facti veritate inſpecta; actus, ſinè partis citatione, circumſcriptis apicibus iuris, ſit validus, quod etiam intelligendum eſt in criminalibus *(p)*.

15. Sed benè conſiderando has opiniones dici poteſt, quod ambæ poſſint concordari, & ad bonum ſenſum reduci. Clarum enim eſt, quod abſquè citatione *Rei* in criminalibus, prò informatione Curiæ Teſtes examinantur; & ijs examinatis proceditur ad conſtitutionem *Rei*; ſed ad hanc deueniri non poteſt, vt *aliàs (q)* dictum eſt, niſi præceſſerit ſemiplena ſaltem probatio; ergò tales Teſtes aliquid probant. Quod ſi dicatur, quod probant tantùm ad hoc, vt *Iudex* poſſit *Reum* conſtituere. Dico, quod falſum eſt, quia dato, quod *Reus* habeat Teſtes prò ritè receptis, & examinatis, & nullam proteſtationem faciat, aut reſeruationem opponendi contra dicta, & perſonas eorum, & ipſos repetendi ſuper articulos à *Patrono* proponendos, dicta Teſtium remanent approbata,

vt

vt dicunt *Doctores*; (*r*) & ſinè vlteriori examine poteſt procedi ad torturam, ſi *Reus* in ſuis defenſionibus indicia non elidat; ergò examen illorum valet. Pariter ſi Teſtis, qui depoſuit in informatione ſummaria, deponit contrarium in ſecundo examine, quandò repetitur, licet aliquid fidei minuatur primo dicto, tamen illi ſtatur, vt poſt *Alciatum*, qui teſtatur de communi, ſcribit *Petrus ab Angelis*, (*s*) quia præſumitur, quod ſecunda depoſitio fuerit ad ſubornationem factam à *Reo*, vel eius *Procuratore*. Sequitur ergò, quod fidem principalem teneat primum dictum, licet prodierit antè litis conteſtationem, & parte non citata; ergò magis probat. Inſuper quando *Iudex* procedit per viam inquiſitionis, Teſtes recipiuntur non citata parte, & proceſſus eſt validus, vt probat *Rodericus*, (*t*) adducens *Innocentium*, qui dicit hanc praxim ſeruare totum Mundum; ſequitur ergò ex dictis, quod Teſtes taliter examinati probent.

16. Ex alia autem parte certum eſt, quod ſi *Reus* petit, antè torturam, copiam actorum, &, licet habuerit Teſtes pro ritè examinatis, reſeruauit tamen ius ipſos repetendi, ſuper articulis, qui ab eo proponentur examinandi; & contra eorum perſonas, & dicta opponendi; *Iudex* autem Teſtes non repetat, ſed procedat ad torturam, vel ſententiam, proceſſus eſt nullus, & *Iudex* attentat. (*u*) Ergò dicendum, quod examen Teſtium, non citata parte, non probet; & ſic *repetitio Teſtium* ſit ſubſtantiale iudicij, quo non ſeruato, ſententia corruit.

Sed dicendum, quod in *Teſtium repetitione* duo conſiderantur; vnum quidem eſt pura repetitio dictorum in primo examine; & hæc reuerà eſt iuris ſolemnitas, quandoquidem atteſtationes in primo examine benè probant pro Fiſco, & ſic concludunt rationes ſecundæ ſententiæ. Aliud verò eſt examen ſuper articulis, qui faciunt ad *Rei* defenſionem, quod ſit in repetitione Teſtium, & hoc ſubſtantiale eſt, quod fiat, citata parte. Quia citationes neceſſariæ, quæ nec per Principem tolli poſſunt, ſunt citatio ad reſpondendum; citatio ad ſe defendendum; & citatio ad ſententiam. (*x*) Quia autem in hac repetitione, debet examinari denuò Teſtis, ac ſi nunquam anteà examinatus fuiſſet, vt habetur ex *Textu* infrà, (*z*) ideò dicitur, quod *repetitio Teſtium* parte citata, ſcilicet ad ſui defenſionem, eſt ſubſtantiale iuris. Concordantur ergò prædictæ ſententiæ in hoc, quod prima ſententia intellexit de *repetitione* tangente *Rei* defenſionem; Secunda verò de *repetitione* importante ſolam renouationem prioris dicti; & ſecundùm primam *repetitio* eſt ſubſtantiale iudicij; ſecundùm aliam eſt ſolemnitas, ſicut eſt etiam citatio ad videndum Teſtes iurare; & ad has minimè obligantur ſummariè procedentes, vt ſunt *Iudices Regulares*.

Citationes Tituli præcedentis.

Pag. 337. col. 1.

(a) *Hoſtien. Summ. lib. 5. Rubr. de Inquiſit.*

(b) *Io. Caluin. & Spiegel. in Lexic. V. Inquiſitio.*

Pag. 339. col. 1.

(c) *Gloſſ. in Extrauag. Ad reprimendum. Quom. in crim. læſ. Maieſt. vbi Bart Tuſc. litt. S. concluſ. 886. & 887. Abb. in cap. Nouit. n. 30. de Iud.*

(d) *Gloſſ. in cap. Ad noſtram. in V. Per multos. de Reb. Eccl. non alie. vbi Abb. n. 5.*

Pag. 339. col. 2.

(e) *Gloſſ. in cap. Latores. in V. Multitudinem de Cler. Excom. Gloſſ. in cap. Cum cauſam. in V. Effrauatam. de Teſt. & atteſt.*

(f) *Bart. in Extrauag. Ad reprimendum. in V. Et figura iudicij. num. 12.*

(g) *Bald. conſ. 340. nu. 5. verſ. Præterea lib. 1. Alex. conſ. 181. n. 5. verſ. Ad primum lib. 6.*

(h) *Bartol. conſ. 97. in princ. lib. 1.*

(i) *l. 1. C. de dilat l. 7. ff. de Fer.*

(l) *Dionyſ. Gothofr. ad l. 1. C. de dilat.*

Pag. 340. col. 1.

(m) *Bart. conſ. 97. num. 3. & 4. lib. 1. vbi Apoſtill. in V. Ad ſecundam. & conſ. 115. in princ. lib. 2. verſ. Pro quo facit. Alex. conſ. 101. num. 6. lib. 5. Aufrer. deciſ. Tholoſ. 116.*

(n) *Bald. conſ. 268. in princ. lib. 1.*

Pag. 340. col. 2.

(o) *l. final. ff. de Fer.*

Pag. 341. col. 1.

(p) *Clement. Paſtoralis. §. Eſto igitur. de Sentent. & re iudic.*

Pag. 341. col. 2.

(q) *Deuteronom. cap. 17. verſ. 6.*

(r) *cap. Fraternitatem. cap. Nuper. de Teſt. cap. Hortamur. 3. q. 9. l. Iuſiurandi. C. de Teſt.*

(s) *cap. Si peccauerit. 2. q. 1.*

(t) *Gloſſ. in cap. Quamuis. 11. q. 3. Abb. in cap. Illa præpoſitorum. de Accuſ. Couaru. lib. 1. Variar. cap. 1. num. 8. Cæſar de Graſſ. deciſ. 147. n. 6. & 10. apud Berti Tit. 24. cap. 4. n. 8.*

(u) *Bart.*

(u) Bart.ſup.Extrau. Ad reprimendum. §. Et figura apud Berti.Pract.crim.Tit.5.cap.3.n.15.
(x) Exod.cap.22.verſ.8.

Pag.342.col.1.

(z) P.Timoth.cap.5.verſ.13.

Pag.342.col.2.

(a) Berti Pract.crim. Tit.5. cap.4. num.14. & ibi Gloſſ.in l.Si quando. C.de Teſt. Bart.in Extrauag.Ad reprimendum. Villagut. lib.6. Practic. crim.canon.cap. 1.concl.11.

Pag.342.col.1.

(b) Compend.Priuil. V. Appellare.nu.1. & V.Correctio Fratr.num.6.Berti.Tit.5. cap.2.n.25.
(c) Innocent.in cap.Cum in cunctis.de Elect.
(d) Abb.in cap.Si quis contra. & in cap.Cum contingat.de For.comp. Felin.in cap.Olim.de Accuſ.Lap.Alleg.73. Villagut. Pract.crim.lib.6. concl.final.Roderic.Tom.2.q.3.art.1.

Pag.342.col.2.

(e) Clement.Sapè.de Verb.ſignif.
(f) Bict. Quaſt.8.num.16.

Pag.343.col.1.

(g) Gloſſ in cap.vnic.in V litis.de lit.conteſtat.
(h) Extra. Vt lit. non conteſtat. Nouell.90.de Teſt. Coll.7.
(i) Hoſtien.Summ.Rubric.de lit.conteſt.§.Quæ ſit ratio.verſ.Præterea ſicut.
(l) cap.1. & 2. cap. Accedens. Extra. Vt lit.non conteſt.

Pag.343.col.2.

(m) Aldret.de Relig.diſcipl.lib.6.cap.13. num.4. & 5. Mirand. Ord. iudic. Quaſt.23. Sanchez Conſil.lib.6.cap.8.dub.2.num. 8. Iuriſt.& Canoniſt apud Farinac.de Teſt.Quaſt.72.
(n) cap.Veniens.il 2.Extra. de Teſt. cap. Quoniam frequenter.Vt lit non conteſt.
(o) Innocent. in cap. Bonæ memoriæ il 1. de Elect. Bald. in l. Edita. C. de Eden. Anania. in cap. Qualiter,& quando il 2.§.Debet. de Accuſat. Suar.de Relig.lib.10.cap.12.n.31. Lezan.tom. 1.cap.27.n.13. Petr. ab Angel. Tract. de Ord. iudic.cap.17.n.8.& apud eum Villalob.Blanc. Foller. Alex. Iodoc. et Chartar. Sgroi Par.4. cap.1.n.13.et Par.6.cap.1.n. 15.et ſeqq.
(p) Bart.in l.2.C.de Naufrag lib.11. Add. ad Abbat.in cap.2.num.8.litt.A.de Teſt. Gabriel.lib. 2.Tit.de Citat. concluſ.1. num. 345. Farinac. quaſt.72.num.59.
(q) Tit.Tortura.num.74.

Pag.344.col.1.

(r) Salycet.in l.Si Teſtibus.C.de Teſt. Foller Pract. crim.V.Concedatur.num.18. Marant. Specul. Par.6.art.13.num.2.Guid.Pap.Deciſ.216.n.2. Capyc.Deciſ.74. nu.2. Gabriel.conſ.178.n.18. apud Sgroi.Par.6.cap.1.n.24.
(s) Alciat.de Præſumpt.29. num.7. Petr. ab Angel. Tract.Ord.Iudic cap.16.n.18.
(t) Roderic.Tom.2. Quaſt.18.num.3.
(u) Caball.Caſ.50.num.2.Guazzin.Deſen.25.cap. 11.num.13.

Pag.344.col.2.

(x) Bordon. Prax.crim. cap.2. num.22. et cap.88. num.16.apud Sgroi.Par.6.cap.1.n.20.
(z) Tit.Patronus.§.final.

TITVLVS OCTAVVS.

Accuſatio, ſiuè Actor.

T E X T V S.

§. I. Accuſatio eſt criminis apud Iudicem, vindicationis cauſa, ob bonum publicum delatio. Accuſator dicitur, qui per Teſtes idoneos, ad probationem legitimam, coram Prælato ſe obligat, quique legibus accuſare, non prohibetur. Et licet ad iuris apices Regulares non teneantur, recenſeanturque inter illos multa, quæ Accuſatoris perſonam ab accuſando repellunt, tamen vt iudicio noſtro tutior ſternatur via, nonnulla ex illis apponimus, vt quis inhabilis ſit ad accuſandum cognoſcatur. Primùm enim ab accuſando reijciuntur Infames tàm iuris, quàm facti; Excommunicati; Calumniatores, & Conſpiratores; Inimici; niſi ſuam proſequantur iniuriam; Accuſati de eodem crimine; Laici Sæculares, & Mulieres, niſi ſuam item proſequantur iniuriam; Socij criminis, niſi agatur de criminibus exceptis, vt Hæreſi; Maleficio; Sortilegio; Sodomia; Furto famoſo; Crimine læſæ Maieſtatis; Proditione; Simonia; in his enim caſibus omnes accuſare poſſunt, etiam inhabiles. Deindè nullus, ſub talionis pœna, accuſare poteſt de crimine, quod per Teſtes idoneos probare non valet.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

1. *Quatuor ſpecies Accuſationis.*
Actio Ciuilis, & Criminalis cumulantur.
Actio mixta, quæ ſit.
Duplex eſt.
Sex ſpecies Accuſationis.
Diffinitio Accuſationis in genere.

2. *Accuſatoris diffinitio remiſſiuè.*
Accuſare non poſſunt infames.
Quotuplex ſit infamia remiſſiuè.
Item Excommunicati declarati, vel notorij.
Quod probari non poteſt dicitur occultum.
Item Calumniatores.
Calumniari multipliciter accipitur.
Calumniator propriè quis dicatur.
Vt ſit infamis debet eſſe damnatus, vt talis.

3. *Conſpiratores accuſare non poſſunt.*
Qui dicantur.
In quo conueniant cum Calumniatoribus.
Conſpiratio eſt quaſi ſimul ſpiratio.
Coniuratio, quæ ſit.

4. *Inimicus non poteſt accuſare.*
Accuſator non debet eſſe ſuſpectus.
Inimicus proſequens cauſam ſuam poteſt accuſare.

5. *Accuſatus de eodem crimine, non poteſt reaccuſare.*

6. *Accuſatus receptus inter Reos, non poteſt accuſare.*
Si non eſt receptus inter Reos, poteſt accuſare petendo.
Accuſator, quandò priùs audiatur, quàm reaccuſator.

7. *Accuſatus reaccuſans excipiendo auditur.*
Exempla ad declarationem dictorum.
Crimen probatum in exceptione punitur pœna extraordinaria.

8. *Laici non poſſunt accuſare Religioſos, niſi ob propriam cauſam.*
Socij criminis non poſſunt accuſare.
Criminoſus eſt infamis.
In criminibus exceptis accuſare poſſunt.
Crimina excepta, quæ ſint,
Inhabiles ad accuſandum de iure ſcripto admittuntur ad accuſandum.
Inhabiles de iure naturali, vel ex ma-

gne

gno odio perſonæ inhabilis, non admittuntur.

9. *Conſuetudo abrogauit leges ſcriptas de accuſatoribus.*

Sed apud Nos ſunt ſeruandæ.

Inhabilis ad accuſandum, eſt inhabilis ad denunciandum.

10. *Accuſans de crimine, quod probare non poteſt, incurrit pœnam talionis.*

Iudex recipiens accuſationem abſque legitimis Teſtibus, pœnam talionis ſubit.

Calumnia euidens quandò dici poteſt.

Iudex ſic calumnians pœna extraordinaria punitur.

Sed apud Nos pœna malè iudicantium puniendus.

1. INcipit primus modus procedendi, qui eſt per accuſationem; & definitur hìc, non accuſatio in genere, ſed in ſpecie ſpecialiſſima. Quia enim Accuſator poteſt agere ciuiliter, aut criminaliter; & pariter poteſt accuſare ob bonum priuatum, & ob publicum; hinc eſt, quod tot ſunt ſpecies accuſationis, quot ſunt membra huius diuiſionis; & ità quatuor ſunt ſpecies accuſationis, nempè facta ciuiliter ob bonum publicum; vt ſi quis accuſaret *Caium* de furto facto de bonis Conuentus, intendens procurare à Iudice ſolam reſtitutionem rei ablatæ, non verò punitionem furis. Facta criminaliter ob bonum publicum, vt ſi quis ageret contrà *Titium* de furto de bonis Conuentus, vt ad aliorum exemplum puniatur de delicto. Facta ciuiliter ob bonum priuatum, vt ſi quis accuſet *Petrum* de libello famoſo contrà ſe vulgato, & agat tantùm ad ſuæ famæ reſtitutionem. Et tandem facta criminaliter ob bonum priuatum, vt ſi quis accuſet Lucium de iniuria ſibi illata, agens ad ipſius punitionem iuxtà leges. Poſſunt etiam iſtæ duæ conditiones agendi, putà *Ciuiliter*, & *Criminaliter* cumulatiuè reperiri in accuſatione, quæ diceretur mixta, quæ cum dupliciter fieri contingat, nempè agendo, vel ad bonum publicum, vel ad priuatum, conſtituerent ſex ſpecies accuſationis. Dum ergo in *Textu* dicitur, quod *Accuſatio eſt criminis apud Iudicem vindicationis cauſa, ob bonum publicum delatio*, patet, quod definitur hic vna ex recenſitis accuſationis ſpeciebus. Proindè, qui vult eam in genere definire, debet ex *Hoſtienſi (a)* dicere, quod *Accuſatio eſt criminis alicuius hominis apud Iudicem competentem, inſcriptione interueniente, legitimè facta delatio*; cuius particulas ex iure Pontificio, & Cæſareo colligit *Hoſtienſis*, quas ibi videre, licet.

2. *Accuſator dicitur, &c.* Diffinitio Accuſatoris per ſe patet, & nulla eget explicatione; ſed enumerandi ſunt, qui ab accuſatione per leges prohibentur, horum enim cognitio plurimum prodeſt Iudici Regulari, vt ſciat quomodò ſe gerere debeat. Primi ergo ab accuſando repelluntur *Infames, tam iuris, quàm facti*. Quotupliciter dicatur infamia, & quot modis contrahatur aliàs *(b)* dictum eſt, & repetere eſt ſuperfluum. *Excommunicati*; iſti etiam inter infames computantur, ſed aduertendum eſt, quod debent intelligi excommunicati tantùm declarati, ſeu notoriè tales, non autem occulti; & tales dicuntur, quandò eorum crimen non eſt deductum ad forum contentioſum, & probatum, licèt enim nonnulli factum aliquod ſciant, dum tamen probari non poteſt, dicitur occultum, de quo non iudicat Eccleſia. *(c) Calumniatores*; iſti etiam recenſentur in numero infamium. Ad hoc tamen aduertendum eſt, quod calumniari, à quo dicitur quis calumniator, in genere non importat, niſi militiam ingenij, vt ex *Hotomanno*, docet *Caluinus*, *(d)* vndè dicebat *Cicero*. *(e) Vt Carneadi reſpondeatis, qui ſæpè optimas cauſas ingenij calumnia ludificare ſolet*. Propriè autem ſumitur, vt ingenium ad malum alij intentandum exercetur, & ità calumniari aliquandò eſt per moras, & fruſtrationes negotium differre; aliquandò eſt alios litibus vexare; aliquandò eſt falſà crimine alicui obijcere; & calumniator dicitur, qui per fraudem, & fruſtrationes alium vexat, ſiuè litem iniuſtè mouendo, ſiuè petendo non debitum, ſiuè temerè alteri controuerſiam mouendo, ſiuè falſum crimen in iudicio alteri obijciendo, vt ex iuribus deducitur. *(f)* Hic autem intelligendi ſunt calumniatores propriè, & ſecundùm communem vſum loquendi. Illi nempè, qui ex peruerſitate, malitia, & odio contrà proximum, illum accuſant apud Iudicem de falſo crimine. Et notandum, quòd ad hoc, quòd aliquis cenſeatur calumniator,

& de iure infamis, oportet, quòd à Iudice fuerit damnatus, vt talis, vt ſcribit *Vlpianus*, (*g*), & hoc non tantùm de calumniatore, ſed & de omnibus infamibus *de Iure* accipiendum eſt.

3. *Conſpiratores* ſunt ij, qui aliqua fraudulenta confederatione facta in præiudicium alicuius ſiuè in re, ſiuè in perſona, ſiuè in dignitate aliquod attentant, contrà quos iuxtà reſcriptum *Adriani*, (*h*) à Iudice ſeuerè animaduertendum eſt. Conueniunt autem calumniator, & conſpirator in hoc, quod ambo æquè geſtiunt proximo nocere; differunt verò, quia calumniator in procurando malum proximo non quærit ſocios in crimine; conſpirator verò, ſicut enim benè ex *Panormitano*; & multis iuribus notat *Sanctorus*; (*i*) dicitur conſpiratio, quaſi ſimul ſpiratio, quia ſimul ſpirant, & tendunt contrà aliquem; cui, ſi additur iuramentum inter conſpirantes, dicitur coniuratio.

4. *Inimici niſi ſuam proſequantur iniuriam*. Iuſtè repelluntur iuxtà *Canones*, (*l*) inimici ab accuſando, quia, vt dicit *Anacletus Papa*. (*m*) *Inoffenſus Accuſatorum, & Teſtium affectus quærendus eſt, & non ſuſpectus*. Hoc autem accipiendum eſt, dum inſtituitur Accuſatio ob prætenſum zelum publici boni, cuius multum intereſt, vt ſontes caſtigentur. Sed ſi Accuſator quærit propriam indemnitatem per accuſationem, etiamſi inimicus ſit, non eſt repellendus, quia propriam iniuriam proſequitur, vt habet *Textus*;

5. *Accuſati de eodem crimine*. Hìc textus accipitur de Accuſatis volentibus accuſare Accuſatorem ſuum *de eodem crimine*, non quidem tantùm in ſpecie, ſed etiam in grauitate.

6. Pro declaratione huius materiæ, quæ eſt ſatis intricata, & eam ſemel in praxi vidi, aduertendum primò eſt, quod accuſatus de aliquo crimine, ſiuè ciuiliter, ſiuè criminaliter, ſi nomen eius receptum eſt inter Reos, nõ poteſt reaccuſare Accuſatorem ſuum nec de æquali, nec de grauiori crimine, (*n*) & à fortiori neq; de minori. Si verò receptum non eſt inter Reos, tunc diſtinguendum eſt, vel enim Accuſatus reaccuſat per modum petitionis, vel per modum exceptionis. Si per modum petitionis, locum habet Regula, *qui prior appellat, prior agat*, (*o*) & ità debet audiri priùs Accuſator, quam Reaccuſator. Hęc autem Regula locum habet cum vtraque cauſa eſt ciuilis, vel vtraque criminalis, & nulla præiudicialis; ſiuè quandò prima Accuſatio eſt de grauiori crimine, quàm ſecunda; item quandò crimina ſunt æqualia, ſed Accuſans primò proſequitur iniuriam ſuam vel ſuorum, vt dicunt iura. (*p*) Sed ſi crimen primò Accuſantis ſit maius crimine primò accuſati, & accuſatus reaccuſat Accuſatorem ſuum de tali crimine; aut accuſatus reaccuſando Accuſatorem, proſequitur iniuriam ſuam, vel ſuorum; priùs debet expediri iudicium contrà primum accuſantem reaccuſatum, quam contrà primò accuſatum.

7. Si autem accuſatus reaccuſat per modum exceptionis, ſemper cognoſcendum eſt priùs de crimine oppoſito per modum exceptionis, quàm de oppoſito per modum petitionis. (*q*) Quia verò inexpertis de re criminali, pro quibus ſcribo, debitor ſum, allatam doctrinam clarificabo exemplo. *Titius* accuſat *Caium* de furto; Iudex examinat Teſtes, & eorum teſtimonia ſufficiunt ad Reum conſtituendum: & Iudex eum tanquam Reum conſtituit, & examinat, aut decretum de illo conſtituendo, & examinando facit. Venit *Caius* ad Iudicem, & vult reaccuſare *Titium* de homicidio, debet ne audiri *Caius*? Non. Ratio eſt, quia iſte jam inter Reos receptus eſt, & accuſando petit à Iudice, vt *Titius* puniatur: non verò excipit contrà ipſum ad ſui defenſam, ideò non debet audiri, niſi purgato crimine, de quo accuſatus eſt. Aliter. *Titius* accuſat *Caium* de furto libri facto *Lucio*; & Iudex recipit accuſationem, ſed nondùm examinauit Teſtes; vel ſi aliquos examinauit, eorum Teſtimonia nondùm probauerunt ſemiplenè, ita vt ſufficiant ad *Caium* conſtituendum. Intereà venit *Caius* ad Iudicem, & petit; vt puniatur *Titius* de furto commiſſo contrà *Stichum*, ſiue de alio crimine æqualis grauitatis cum furto: debet ne Iudex petitionem *Caij* acceptare, & priùs procedere contrà *Titium*? Non: quia *Titius* priùs appellauit, ſeu petijt, proindè primò debet eius accuſatio contrà *Caium* expediri. Aliter. *Titius* accuſat *Caium* de furto facto contrà *Lucium*, & *Caius* non adhuc receptus inter Reos, accuſat *Titium* de homicidio; aut de furto commiſſo contrà ſe *Caium*, vel contrà fratrem, vel conſanguineum vſque ad ſextum gradum, vel affinem, aut alium ad ſe attinentem modo, quo dicunt *Doctores* ali-

aliquos venire in iure nomine *ſuorum*; (r) quæ cauſa debet primò expediri. Contrà *Titium*, quia homicidium eſt grauius furto; aut *Caius* propriam, aut ſuorum iniuriam proſequitur accuſando *Titium* de furto ſibi, vel *ſuis* facto. Aliter. *Titius* accuſat *Caium* de furto, & iſte iam examinatus eſt, vt Reus, *Caius* autem accuſat *Titium* de crimine proprietatis in dando nummos Teſtibus corruptis, vt falſum Teſtimonium dicerent contrà ſe, aut *Caius*, nondum receptus à Iudice inter Reos, ſciens ſe eſſe accuſatum à *Titio* de furto, ipſum accuſat, vt infamem, cui à iure prohibetur accuſare; contrà quem procedere, & de quo cognoſcere primò debet Iudex? Contrà *Titium*; quia *Caius* in vtroque caſu agit per viam exceptionis; hoc eſt excipiendo contrà *Titium* Accuſatorem, ad hoc, quòd ipſius accuſatio non ſubſiſtat, non verò petendo à Iudice, vt *Titius* ipſe puniatur, licet poſteà Iudex ex officio teneatur *Titium* ità exceptiuè reaccuſatum, & probatum Reum punire, licet pœna extraordinaria, vt textualiter dicunt *Canones*. (s)

8. *Laici Sæculares, & Mulieres, niſi ſuam item proſequantur iniuriam*. Hoc conſonum eſt vtrique iuri. (t) *Socij criminis*, hoc item ſtatuunt, tum Canones, tum leges Ciuiles, (u) & ratio eſt; quia ex quo aliquis eſt criminoſus, eſt infamis; vndè repelli debet; & etiam, quia vel ob ſpem veniæ; aut diminutionis pœnæ, aut ex odio, quod ſocium aggrauet, periculum eſt; proindè accuſatio data, ſicut etiam Teſtimonium latum à ſocio criminis, non acceptatur, *Niſi agatur de criminibus exceptis, vt Hæreſis, Maleficio, Sortilegio, &c.* Quænam in iure dicantur crimina excepta, non reperitur Regula vniuerſalis; inuenio ſolummodò quandam Gloſſam, (x) quæ vt excepta enumerat crimina Hæreſis, Simoniæ, & læſæ Maieſtatis, & Decretalem dicentem, *Tanta eſt labis huius criminis* (Simoniæ,) *quod etiam Serui aduersùs Dominos, & quilibet criminoſi admittuntur ad accuſationem*, (z) ex quo textu deduci poteſt, quòd crimen atrox, & enorme, quod in iure eſt, quod punitur pœna mortis naturalis, vel Ciuilis, dicitur *crimen exceptum*; & proindè ad accuſandum criminoſos de illo, admittantur etiam illi, qui ſunt inhabiles de iure, & quotidiana indicat praxis Iudicum, & infrà dicetur. Aduertendum tamen, quod inhabilis quis de iure ad accuſandum eſt, aut reſpectu iuris humani Canonici, vel Ciuilis; aut reſpectu iuris naturalis. In criminibus ergo exceptis admittuntur ad accuſandum etiam inhabiles de iure humano, non verò de iure naturali. Quapropter inimicus non admittitur, neque in crimine læſæ Maieſtatis. Sicut etiam quandò inhabilitas eſt inducta in magnum odium perſonæ inhabilis, vt Excommunicatus denunciatus, quia non poteſt eſſe in iudicio, ipſique petenti ius negatur, vt dicunt *Canones*. (a)

9. Quæ autem hucuſque dicta ſunt de Accuſatorum inhabilitate, intelligenda ſunt quo ad leges; vſus tamen Iudicum Curiarum Eccleſiaſticæ, & Sæcularis, contrarius eſt; recipiunt enim iſti accuſationes datas à quibuſuis etiam de iure infamibus, eaſque palliant nomine *denunciationis*; & ex officio procedunt, & ità ſuo fine fruſtrantur leges de Accuſatoribus. An bene faciant conſulant cõſcientiam ſuam, & ipſi viderint. Non ità debent facere Iudices Regulares; ſed ad compeſcendam audaciam talium infamium Accuſatorum, qui aliquandò viros de Religione optimè meritos accuſare præſumunt, ipſos non admittant, nec eorum accuſationes recipiant; iſtæ ſiquidem non emanant à bono zelo, ſed ab occulto liuore laruato ſpecie zeli, nec eorum accuſationem in denunciationem conuertant; tum quia prohibitus accuſare, prohibetur etiam denunciare, vt dicit *Textus, Titulo Denunciatio, verſ. Inhabilis*; tum quia hoc eſſet, ipſis maiorem anſam nocendi præbere, quia liberarentur à periculo pœnæ talionis, quam deberent ſubire, deficiendo in probationibus per viam accuſationis. Admittant tamen eos dum propriam iniuriam proſequuntur; nulli enim eſt deneganda iuſtitia. Quia verò omnes inhabiles ad accuſandum, ſunt à fortiori inhabiles ad teſtificandum, & de his redibit ſermo in Titulo de Teſtibus, non enumero omnes tales de iure inhabiles, quia ibi eos recenſebimus.

10. *Deindè nullus ſub talionis pœna accuſare poteſt de crimine, quod per Teſtes idoneos probare non poteſt*. Hæc inhabilitas ad accuſandum afficit tum Accuſatorem, tum Iudicem; Accuſatorem quidem impedit in danda accuſatione, quam, ſi dat, abſque probatione legitima per Teſtes, incurrit pœnam talionis, non ſolùm ex Statutis

tutis Generalibus, ſed etiam ex Canonibus, & legibus Imperatoris. (*b*) Iudicem autem in recipiendo accuſationem, quam ſi videt eſſe abſque legitimis Teſtibus, & nihilominùs eam proſequitur indebitè acceptatam, non euadit pœnam calumniatoris. Ratio eſt, quia calumnia euidens dici poteſt, quandò apud Iudicem nullum præceſſit iudicium, vt dicunt *Doctores*, (*c*) ſi ergo Iudex acceptat accuſationem, quam eſſe videt ſine Teſtibus, & eam proſequitur inquirendo, ac ſi ex officio procederet, & nihil concludit cōtrà accuſatum, clarum eſt, quod ſit calumniator verus, & non præſumptus, & vt talis puniri debet pœna quidem extraordinaria, vt vult *Baiardus*, *Farinacius*, & *Guazzinus* (*d*) arbitrio Iudicis. Sed apud Nos debet puniri pœna ordinaria Iudicum malè iudicantium, & non ſeruantium ordinem iuris; eo quia ſicut vetitum eſt Accuſatori ſine Teſtibus accuſationem dare, ità eſt vetitum Iudici eam acceptare, ſunt enim correlatiua. Et ſicut pœna talionis, (quæ apud Iudices Sæculares deſijt iam, & mutata eſt in pęnam extraordinariam, vt aliàs dicam,) in Ordine noſtro viget pro Accuſatore calumniante; ità pœna Iudicis malè iudicantis, quæ pro ſæcularibus eſt extraordinaria, apud Nos eſt ordinaria ex iure Statutario, & illa debet in caſu prædicto Iudici infligi; & vtinam ità fieret.

T E X T V S.

§.II. Accuſatum aliàs, & correctum apud Capitulum ſcienter accuſans non audiendus, ſed talionis pœna plectendus eſt; cui pœnæ ſubiaceat Accuſans aliàs Accuſatum de ijs, quæ tanquam falſa iam reiecta fuerunt, niſi ad nouas probationes ſe obligauerit, in quibus deficiens eam pœnam ſubeat, quæ Reo deberetur, ſi legitimè probaſſet.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

11. *Tripliciter poteſt quis abſolui à crimine.*
Abſolutus à crimine, quandò de eodem poſſit accuſari.
Præuaricari quomodò dicatur Accuſator.
Correctus de aliquo delicto, de quo non fuit accuſatus, accuſari poteſt.
Occulta pœnitentia, non tollit pœnam fori.

12. *Capitulum quotupliciter ſumatur.*
Leges Canonicæ vocantur Capitula.
Imperiales autem intitulantur nomine legis.
Imperatoriæ leges aliquandò vocantur Capitula.
Libri legum Regalium vocantur Capitularia.
Locus Capituli quis.
Verbum Capitulare, *quid ſignificet.*

13. *Capitulum eſt Collegium perſonarum Eccleſiaſticarum.*
In hoc ſenſu triplex eſt Capitulum, Locale, Prouinciale, & Generale.

14. *In Religione olim, ſemel in anno, fiebant Capitula Prouincialia.*
Et quolibet triennio Generalia.
Ad hæc mittebantur viſitationes paternæ, & Accuſationes iudiciales.

15. Scienter *importat dolum malum.*
Ad probandum, quod dolo malo quis accuſauit, oportet articulare, quod ſcienter *fuerit.*
Et ſcientia debet probari plenè, & non præſumptiuè.
Omnes de Prouincia, vel Regno præſumuntur ſcire ibi notoria,
Etiam ſi ſint facti alieni.

11. Diſpoſitio huius Textus deſumpta eſt ex Statutis Salmanticenſibus (*e*) & congruit iuri communi, (*f*) in quo ſancitur, quòd abſolutus à crimine, non ampliùs accuſari poteſt. Porrò, vt notat *Gloſſa* ad illum textum tripliciter contingit aliquem abſolui à crimine, puta, vel quia diſpenſatus eſt à pœna per Iudicem, qui remittere potuit, vel Accuſator crimen non probauit, & ſic Reus eſt abſolutus: vel quia per pœnam, quam ſubijt iam ſatisfecit iuſtitiæ. Quoquomodò aliquis ſit à crimine abſolutus, non

non poteſt vlteriori accuſatione percelli. Fallit tamen in ſecundò caſu, puta quandò Accuſatus fuit iudicatus, non puniendus ex hoc, quòd crimen non fuit probatum, quia ſi aliquis accuſat alium de crimine, de quo aliàs abſolutus eſt, proponens coram Iudice alias probationes ab ijs, quæ olim fuerunt propoſitæ, vt dicit hic *Textus*; vel ſi ſecundus Accuſator velit probare primum Accuſatorem fuiſſe præuaricatum (hoc eſt colluſiuè cum Reo veras probationes delicti non producendo, vel falſas in defenſione à Reo facta admittendo) vt iura (*g*) diſponunt, debet admitti; & ſi non probat, ad normam huius Textus puniri. Aduertendum tamen eſt, quòd hic Textus dicit *Accuſatum aliàs, & correctum*; & proindè cumulatiuè requiruntur iſtæ duæ conditiones. Si enim criminoſus de aliquo delicto correctus verè eſſet, qui tamen nunquam fuiſſet in iudicio accuſatus, iſte benè poteſt accuſari; quia occulta pœnitentia, & morum correctio, quæ coram Deo ſatisfacit, non tollit quin in foro fori Reus ab hominibus puniatur, vt habet vna *Gloſſa* celebris. (*b*)

12. Difficultatem aliqualem faciunt illa verba huius *Textus apud Capitulum ſcienter, &c.* non enim ſatis conſtat, quomodo accuſatio apud *Capitulum* poſſit inſtitui, quæ ſolet coram Prælato, vt Iudice proponi. Dico ergo, quod nomen *Capituli* æquiuocum eſt, aliquandò enim importat, vt ſcribit *Papias, Capitula librorum dicta, quod breuiter capiant, & contineant aliquam ſententiam, quaſi caput, & titulus maioris ſcripti*; ſiue, vt magis propriè ad hunc ſenſum habet *Caluinus in lexico*, *Capitulum* dicitur, quod *ponitur, vt diſtinguat vnam materiam ab alia, & ſic dicuntur Capitula Decretalium*, & concordando has duas ſententias dicendum eſt, quòd cum Canones collecti, ſiue à *Gratiano in* Decreto, ſiue à *Greg. IX. in Decretalib.* ſiue à *Bonifacio Octauo in Sexto*, ſint breues collectiones, ſiue compendia ſententiarum, Conciliorum, Sanctorum Patrum, ſiue Romanorum Pontificum, quæ tamen collectiones ſunt inter ſe diſtinctæ ad exigentiam materiæ, de qua loquuntur, & in titulos digeſtæ, vt patet legenti Textum Canonicum; breues illæ, & diſtinctæ collectiones in iure Canonico vocantur *Capitula*, vt habetur in duabus *Decretalibus* (*i*) ad differentiam iuris Ciuilis, in quo collectiones ſimiles, & ſimiliter diſtinctæ, tum in Digeſtis, tum in Codice vocantur *Leges*; verum tamen eſt, quod aliquandò leges Imperatoriæ vocantur *Capitula*, vt in Codice Theodoſiano. (*l*) *Quibus ità emendatis, omnibus Capitulis lex lata ſeruabitur.* Proindè Codices continentes leges à Regibus, ſeu Principibus factæ vocabantur *Capitularia*, vt habetur ex Textu cuiuſdam *Decretalis*, (*m*) & explicat ibi *Gloſſa*. Communiter tamen, nomine *Capituli*, veniunt tantùm leges Canonicæ. Alio modo *Capitulum* ſignificat breues lectiones, quæ in Diuino Officio loco lectionum leguntur; vndè ſcribit *Roduiphus Tungrenſis*. (*n*) *Sicut ad vigilias noctis leguntur lectiones magnæ, ità ad Laudes, & Veſperas, & ad quinque paruas horas dicuntur paruæ lectiones, quas Benedictus appellat in ſua Regula lectiones; communi tamen vſu ſæculi appellantur Capitula*. Vel etiam breues lectiones Regulæ Monaſticæ veniunt nomine *Capitulorum*, vndè ex *Brouuero*, & *Smaragdo* ſcribit *Du Cange*. (*o*) *Notum eſt manè poſt Primam recitatam, antè quam Fratres exeant ad laborem, iam olim aliquod Regulæ Capitulum ijs fuiſſe perlectum.* Vndè locus, in quo conueniebant Monachi, ſine Clerici communiter viuentes, dictus eſt locus Capituli, ſiue *Capitulum*, de quo ſcribit *Amalarius* (*p*) *Mos inoleuit, vt per Monaſteria Deo deuota legatur lectio in Capitulo*; & actus etiam, ſiue Congregatio Clericorum, qui conueniebant ad talem locum poſt Primam ad audiendam breuem lectionem Regulæ, ſiue pro correctione morum, & pœnitentijs à Prælato imponendis, vocatum eſt *Capitulum*; & ratione huius correctionis, quæ in *Capitulo* fiebat, deriuatum eſt verbum *Capitulare*, quod ſignificat correctionis cauſa in *Capitulo* ſermonem habere, ſiue pœnitentiare, vndè ſcripſit *Eckeardus* (*q*) in vita *S. Galli. Ad Capitulum tamen nonniſi vocatus venit, cum ſibi officium capitulandi, & puniendi grauiſſimum, vt ait, ſit traditum.* Hinc nomine *Capituli* complectendo, tum Congregationem prædictam, tum locum, in quo poſt Primam congregabantur, ſanxit *Concilium Aquiſgranenſe*. (*r*) *Vt ad Capitulum primitus Martyrologium legatur*, & ibidem *cap. 7. Vt ad Capitulum lectio tradatur*, quod confirmari poteſt ex Rubrica *Breuiarij Romani*, quæ ponitur antè lectiones breues poſt Primam, quæ ſic habet. *Ad abſolutionem Capituli in Dominicis, & ferijs per annum, &c.* quod Capitu-

pitu-

Digitized by Google

pitulum, ad cuius abſolutionem illæ lectiones ſunt ordinatæ, non poteſt accipi, niſi de ſupradicta Congregatione, quæ antiquitùs fieri ſolita ab omnibus Clericis in commune viuentibus, modò ſolùm ſeruatur à Clauſtralibus; qui etiam non quotidiè, neque ſemper poſt Primam tale *Capitulum* habent, ſed Statutis diebus, & temporibus; exceptis *Cartuſianis*, qui antiquum morem ſeruant. Clerici verò affatim ſoluti à communi conuictu, ipſius *Capituli* memoriam ſeruant ſolùm in precibus poſt Primam. Canonici verò, qui adhuc habent vmbram conuictus communis antiqui, *Capitulum*, hoc eſt Congregationem, & locum *Capituli*, hoc eſt eiuſdem Congregationis, ſeruant ſemel in hebdomada, & quandò ſunt tractanda negotia ad communem vtilitatem ſuæ Eccleſiæ ſpectantia, vt electiones, &c.

13. Ex his emerſit alia ſignificatio huius nominis *Capituli*, quæ non importat nec actionem congregandi; nec locum, in quo fit Congregatio, ſed ſignificat Collegium, ſiue corpus illarum perſonarum, quæ ius intrandi ad illam Congregationem habent. Et ità dicitur *Capitulum* Cathedralis, *Capitulum* Collegiatæ, hoc eſt corpus illorum Eccleſiaſticorum, qui habent ius intrandi in talem Congregationem, qui vocantur *Capitulares*. Ad hæc nomen *Capituli* extenditur ad quemcunque Conuentum habentium legitimum ius aliquod faciendi, decernendi, ſiue ſtatuendi. Hinc ſunt *Capitula* Conuentualia, Prouincialia, Generalia, iuxtà diuerſitatem agendorum ſecùdùm leges cuiuſcunque Religionis. Et in hoc ſenſu Congregatio Diffinitorum pro electione, aut alio publico negotio tractando, poteſt dici *Capitulum*, ſicut, & conuocari ad *Capitulum* per ſonum Campanæ dicuntur Religioſi alicuius Conuentus, quando Superior facit vocari eos, qui ſunt ibi de Familia, & habent ius intrandi in talem Congregationem, & locum, & in ea vocem habent iuxtà id, quod ſibi à ſua Regula, ſeu Statutis conceditur.

14. His ità (longiuſculè, ſed non inaniter) explicatis, reſtat videre, de quo *Capitulo* loquatur *Textus* hic, apud quem accuſari prohibetur aliàs accuſatus. Et dico, quod intelligi debet de Capitulo quouis, ſiue Prouinciali, ſiue Generali. Olim quippè, ad normam Regulæ, quolibet anno fiebant Capitula Prouincialia, & quolibet triennio Generalia, vt patet ex Statutis Farinerijs publicatis in *Capitulo Generali Aſſiſienſi anno* 1354. (s) ad hæc porrò Capitula mittebantur Viſitationes paternæ, & etiam inquiſitiones iuridicæ, ſiue etiam accuſationes, Teſtium atteſtationibus cõprobatæ contrà delinquentes, circà quas ad Capitulum Prouinciale, vel Generale, mittendas plura Statuta ſunt in Conſtitutionibus *Benedicti XII.* (t) & *Farinerijs* ſupradictis. Cum ergo accuſationes criminales per Teſtes comprobatæ ad Capitulum deferrentur, Capitulum Salmanticenſe, ſanciens pœnas contrà accuſantes illos, qui iam fuerant aliàs accuſati, & correcti, vtitur phraſi, quæ antiquum modum accuſandi in Religione ſapit. Quia verò mos ille inoleuit, & iam antiquatus eſt, (cum accuſationes non ampliùs ad Capitula, ſed ad Prouinciales, aut Generales deferantur,) ſequitur, quod diſpoſitio Statuti, puniens tales malè accuſantes apud Capitulum, afficit etiam accuſantes apud Prouincialem, aut Generalem, qui in iure recipiendarum accuſationum *Capitulo* ſucceſſerunt.

15. Aduertenda tandem reſtat illa particula *ſcienter*, quæ ſupponit, ſiue importat, quod accuſans aliàs accuſatum, & correctum, ſit in dolo malo, ad hoc, quod pœnam malè accuſantium ſubeat. Vt ergo probetur, quod aliquis malo dolo aliquid commiſerit, oportet, quod articuletur, & probetur, quod ſcienter fecerit, & ſi pœna grauis imponenda venit, oportet, quod ſcientia ſit probata plenè, & non præſumptiuè tantùm, vt multi ſcribunt: (u) ignorans enim, regulariter, puniri non debet, vt dicit lex: (x) quia ergo, ſi aliquis, (vt malè accuſans aliàs accuſatum,) debet puniti tanquam doloſè accuſans, oportet, quod hoc *ſcienter* fecerit, hoc eſt, quod ſciuerit illum fuiſſe accuſatum, punitum, correctum, ſiue innocentem declaratum. Ad probandum verò, quod habuerit ſcientiam de hoc, non ſufficit præſumptio, ſecundùm quam omnes de Prouincia, aut Regno præſumuntur ſcire id, quod eſt notorium in Prouincia, & Regno; cum publicè nota præſumatur quilibet ſcire, etiam ſi ſint facti alieni, vt dicit *Geminianus*, & *Io. de Anania*. (z) Sed requiritur plena probatio talis ſcientiæ; puta, quod ſic accuſans erat in eodem Conuentu, vbi manebat alius, quando fuit accuſatus; vel fuit Teſtis in tali cauſa, vel fuit in Re-

fecto-

fectorio, quando publicata fuit ſententia pro, vel contrà eum, aut quando pœnitentiatus eſt; vel extraiudicialiter locutus eſt cum alijs Fratribus de tali accuſatione, vel punitione, &c. & hoc modo conſtando de ſcientia, conſtabit de dolo, quia ſcienter accuſabit, & Statuti pœnam contrà malè accuſantes incurret.

T E X T V S.

§. III. Nullius accuſatio recipienda eſt, niſi priùs iuret, ſe malo zelo ad accuſandum non moueri, & ad probandum ſe obliget ſub pœna talionis. Quod ſi ex inaduertentia, vel ignorantia Iudicis non fiat, declarari debet, quemlibet Accuſatorem ad pœnam talionis obligari. Accuſatio de crimine in genere, & non expreſſo Accuſatoris nomine, nullo modo recipienda eſt; ſed ea ſolum, qua delictum in numero cum loci, perſonarum, & temporis circumſtantijs offertur, vt poſſit Reus ſe tueri; & Actor, ſi non probauerit, pęnam talionis ſubire.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

16. *Iuramentum calumniæ poſt litis conteſtationem datur.*
Continet quinque conditiones.
17. *Iuramenti tria ſunt genera.*
Iuramentum de malitia, in quibus differat à iuramento de calumnia.
Iuramentum de veritate dicenda, differt à iuramento calumniæ.
In quibus cauſis detur.
Iuramentum de calumnia, & de malitia datur Actori.
Iuramentum de veritate, datur Reo, & Teſtibus.
Iuramentum, quod datur in accuſatione, eſt iuramentum de malitia.
18. *Pœna talionis, eſt de iure diuino.*
Reperitur etiam in Iure Ciuili.
In foro Eccleſiaſtico eam inuexit S. Damaſus Papa.
In foro Laico mutata eſt in arbitrariam.
In foro Eccleſiaſtico renouata fuit per B. Pium Quintum.
Apud Nos ſeruari debet omninò.
19. *Accuſatio in genere, quando fiat.*
Genus, & ſpecies in iure confunduntur.
Qualitas aliquando in iure vocatur ſubſtantia.
In accuſatione crimen exprimendum in indiuiduo.
20. *Per inquiſitionem poteſt procedi contrà crimino ſum in genere.*
Inquiſitio eſt magis priuilegiata, quàm accuſatio.
In accuſatione non admittuntur Teſtes inhabiles.
21. *Lex concepta verbis prohibitiuis, annullat factum in contrarium.*
Accuſatio debet fieri in ſcriptis.
Si Accuſator neſcit ſcribere, eam ſcripto excipiat Actuarius.
Ad accuſationem de iure non adhibentur Teſtes.
Sed aliquando ex cautela ſunt adhibendi.
22. *In accuſatione non eſt neceſſarium exprimere nomina Teſtium.*
Nec Iudex poteſt ad hoc compellere Accuſatorem.

16. IN hoc *Textu*, in quo determinatur, quod *nullius accuſatio recipienda ſit, niſi priùs iuret ſe malo zelo ad accuſandum non moueri*, putant multi preſcribi iuramentum calumniæ, quod poſt litis conteſtationem in cauſa, tum Ciuili, tum Criminali ordinant vtraque iura. (*a*) Sed falluntur, etenim iuramentum calumniæ, vt habet *Gloſſa* quædam, (*b*) continet quinque, ſcilicet, quod iurans credat ſe bonam cauſam habere; interrogatus non negabit, quod verum eſſe credit, non vtetur falſa probatione; non petet dilationem in fraudem; non dedit, nec dabit, nec promittit, nec promittet aliquid pro cauſa, quam agit, niſi illis perſonis, quibus leges dare permittunt, quæ omnia his verſibus clauduntur.

Illud iuretur, quod lis ſibi iuſta videtur,
Et ſi quæretur, verum non inficietur,
Nil promittetur, ne falſa probatio detur.
Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.

quæ, vt patet, longè diuerſa ſunt à iuramento, de quo loquitur *Textus*, quod ſcilicet ſolùm continet, quòd accuſans *malo zelo*, hoc eſt odio, vel rancore, *non moueatur ad accuſandum*.

17. Tria porrò genera iuramentorum reperiuntur in iure expreſſa: Primum eſt iuramentum calumniæ, de quo loquuntur ſupracitata iura: Secundùm eſt, iuramentũ de malitia, de quo in nonnullis Decretalibus (c) fit mentio, & differt à iuramento de calumnia in quatuor, quia hoc datur poſt litem conteſtatam; Secundò ſemel tantùm; Tertiò in cauſis prophanis tantùm, de iure antiquo; Quartò ne aliquid calumnioſè fiat in tota lite; iuramentum verò de malitia præſtatur antè, vel poſt litem conteſtatam; ſecundò toties quoties aliquid in iudicio proponitur, vel petitur; tertiò in cauſis ſpiritualibus; quartò ne illud, quod proponitur, malitioſè proponatur. Tertium eſt iuramentũ, de veritate dicenda, de quo in multis Capitulis (d) fit mentio, & differt in tribus à iuramento calumniæ. Primò quia hoc non habet locum in cauſis ſpiritualibus de iure antiquo; ſecundò quia in hoc iurans tenetur reſpondere id, quod exiſtimat, vel credit; tertiò quia continet multa capitula, quæ non continentur in iuramento de veritate. Iuramentum autem de veritate datur in cauſis ſpiritualibus, vt dictum eſt; debet reſpondere *ſcio*, vel *neſcio*: *eſt*, vel *non eſt*; & continet capitula longè diuerſa ab alio, de calumnia, quæ qui velit ſcire adeat *Martinum Abbatem*, (e) de his ſcribentem. Addo tamen quòd iuramenta de calumnia, & de malitia dantur Actori, ſiue Exceptori, vt dicit vna Gloſſa; (f) iuramentum verò de veritate datur Teſtibus, & Reo. An verò iuramentum, quod in hoc *Textu* præſcribitur ſit de calumnia, vel de malitia? dubiũ non eſt, quod hoc non eſt, nec poteſt eſſe de calumnia, prout paulò ſuprà diximus. Hoc enim iuramentum probat tantùm, quòd *malo zelo* Actor non accuſet, & ità tantùm ſiſtitur in cauſa motiua, ſeu finali, & interna ipſius Accuſantis; quod non eſt in iuramento calumniæ, in quo quatuor, ex illis quinque, quæ præſtat, verſantur circà actus externos; aliud verò, quod reſpicit actum internum concernit actum intellectus, dum nempè iurans ſe bonam cauſam habere credit; hoc autem iuramentum teſtatur de actu voluntatis *malum zelum* excludendo. Scio quidem Statuta Salmaticenſia (g) præſcribere iuramentum de calumnia; ſed quia *Textus* hoc præcipit, quòd toto cœlo à iuramento de calumnia differt, vt probauimus, ideò correctum, per hunc *Textum*, Statutum Salmãticenſe arbitror, licèt prędictum Statutum citet in margine. Relinquitur ergo, quod eſt iuramentum de malitia, licèt impropria, non enim comhendit omnes actus malitiæ, quæ in lite poſſunt fieri; ſed limitatur tantùm in cauſa finali, quæ nihil obeſſe poteſt Reo. Quod enim Accuſator, aut bono, aut malo zelo moueatur; dummodò per legitimas probationes concludat, quod proponit, reſpectu damni, quod poteſt per accuſationem emergere Reo, perindè eſt. Vndè hoc potius concernit perfectionem, quæ debet eſſe in Religione, vt non ſit, aut prodatur in ea aliquis malum zelum habens contrà Fratrem ſuum, quàm vtilitatem, quæ poſſit ex tali iuramento prouenire Accuſato.

18. Sequitur verò in *Textu* alia conditio, quòd, nempè Accuſator *ad probandum ſe obliget ſub pœna talionis*. Pœna hæc de iure diuino ſancita reperitur in *Exodo*, & *Deuteronomio*, (b) & à Romanis in legibus duodecim tabularum inſerta; ſed tractu temporis à *Prætoribus* reuocata fuit, vt ſcribit *Aulus Gellius*, (i) exindè ab Imperatoribus fuit denuò ſtabilita in multis caſibus, vt videre eſt, in nonnullis legibus *Codicis*. (l) In foro autem Eccleſiaſtico pœnam hanc primus ſtatuit *Sanctus Damaſus Papa*, & hanc etiam alij Pontifices ſanceru nt, vt videre eſt in multis *Canonibus*. (m) Hanc autem receſſiſſe ab aula in foro Laico communis eſt ſententia *Doctorum*, & in locum ipſius ſucceſſiſſe pœnam arbitrariam. (n) In foro autem Eccleſiaſtico adhuc valere, imò per Conſtitutionem *B.Pij V.* innouatam, ſcribunt alij. (o) Quid quid autem ſit de alienis foris, de quibus à nobis parum curandum eſt, pro certò eſt, in noſtra Religione hanc pœna infligi debere in caſu punitionis Calumniatoris. Sicut enim pro ſuis reſpectiuè Conſtitutionibus, ad hanc obligari *Prædicatores*, & *Capuccinos* ſcribunt *Paſſerinus*, *Bictus*, *Sgroi*, & *Bellegrandus*, (p) ità, & in noſtra Religione ſeruari omninò debet ex diſpoſitione huius *Textus*. Pœnam verò iſtam ſubire debere Accuſatorem, licet ipſe non iurauerit,

pro

pro vt ſuprà, ſiue expreſsè non ſe obligauerit ad probandum crimen obiectum, & hoc ſiue fuerit *ex in aduertentia*, *vel ignorantia Iudicis*, qui non curauit, vel iuramentum exigere, vel obligationem in libello accuſationis exprimere, ex *Textu* manifeſtum eſt.

19. Porrò *accuſatio de crimine in genere, & non expreſſo Accuſatoris, nomine recipienda non eſt*. Accuſatio in genere eſt, quandò non indiuiduatur crimen, ſed accuſatur aliquis genericè, puta ſi diceretur, quod eſt *malus Religioſus*, *relaxatus*, *ſcandaloſus*, & huiuſmodi: dicitur etiam accuſatio in genere, quandò quis accuſatur in ſpecie de delicto, vt ſi accuſaretur *Caius*, quod eſt proprietarius, fornicator, homicidiarius, & huiuſmodi crimina, quę enunciantur per modum habitus. Ratio eſt, quia in iure, (licet abuſiuè) ſpecies, & genus confunduntur, & *Iuriſtæ* vocant ſpeciem aliquando genus, (q) aliquando indiuiduum; ſicut & qualitas aliquando ab illis vocatur ſubſtantia, vt ſcripſit Ioannes Igneus. (r) Oportet ergo, quòd crimen in accuſatione enuncietur per modum actus, & exprimantur ea, per quæ crimen redditur indiuiduatum, vt dicendo, quod *Caius* occidit, aut vulnerauit *Titum* tali die, in tali loco, coram certis Teſtibus.

20. Dubium autem hic occurrit, an ſcilicet, ità prohibitus ſit Iudex ex officio procedere contrà infamatum de crimine in genere, ſicut eſt prohibitus recipere accuſationem de delicto in genere? Et reſolutiuè dicò, quòd nón, alia enim eſt ratio accuſationis, quàm inquiſitionis; hæc enim magis priuilegiata eſt, quàm illa; quia in inquiſitione, in criminibus exceptis, aut quando aliter veritas haberi non poteſt admittuntur etiam Teſtes inhabiles, vt alio loco dicemus; in accuſatione autem requiruntur Teſtes integri, vt dicunt *Doctores*, (s) excepta materia hæreſis, quæ eſt priuilegiata. Imò magis proficua ad bonum Religionis, & neceſſaria eſt inquiſitio ex officio, quàm accuſatio, quia moraliter impoſſibile eſt, quòd Accuſator aliqua animoſitate, ob cauſam priuatam, non laboret contra Accuſatum, licet crimen publicum perſequatur, eo quia æquè benè poteſt per denunciationem, ſicut per accuſationem, damnum Religionis amouere, quòd ſi hanc inſtituit, & non illam, aliquam paſſionem priuatam regulariter arguit. Inquiſitio autem, contrà pernicioſos Reipublicæ, munus eſt adnexum Prælaturæ, & hanc debent diligenter exequi; ſub periculo animarum ſuarum, Superiores. Dato enim, quod in Conuentu eſſent multi criminoſi, nec vllus alium accuſaret, vel denunciaret, debet ex mala fama Iudex procedere, quantumuis fama ſit de delictis in genere. Et pari modo, ſi audiat aliquem infamatum, vt proprietarium, ſiue fornicarium, aut ebrioſum, quæ ſunt crimina iterabilia, & tractum ſucceſſiuum habent, vtique poterit contrà eos procedere, & ex Teſtibus etiam ſingularibus (dummodò ſint plures, quam duo, & exceptiones non patiantur) ipſum condemnare ſaltem ad pœnam extraordinariam, vt alibi dicemus. Licèt ergo caueatur hic ne poſſit dari accuſatio de *crimine in genere*; tamen de hoc benè poterit inſtitui inquiſitio ex officio. Quòd ſi in Curijs Sæcularibus Iudices hoc non ſolent, eſt quia procedunt ſemper ad querelam partis, (licet profiteantur ſe procedere ex Officio ad euadendas tricas, quæ interueniunt procedendo per viam accuſationis,) & implorati exercent munus Iudicis *Mercenarij*; non ſic autem eſt Regularis, qui procedere debet ex officio Iudicis nobili, cui intereſt damna Reipublicæ amoliri, licèt contrà ſontem nemo conqueratur.

21. Aduertendum tamen, quòd cum dicat *Textus*, quòd *Accuſatio* genericè data, *nullo modo eſt recipienda*, receptio in contrarium facta, ipſo iure, eſt nulla, & nullus etiam proceſſus indè ſecutus; eſt ſiquidem hæc lex concepta verba negatiuis, cum clauſula *nullo modo* importante nullitatem actus facti in contrarium, vt ſcripſit *Cæphaludenſis*. (t) Ad hæc aduertendum eſt, quod accuſatio facienda eſt, in ſcriptis, & hoc ſiue accuſans ſciat ſcribere, ſiue non; ſi enim ſcribere neſcit, debet inſtare apud Superiorem, vt ſuam accuſationem ſcribi faciat à Secretario ſuo ſcribente verba præciſa Accuſatoris, ne poſſit grauari Reus, vel Accuſator vltrà expreſſa in accuſatione, ſiue probando, ſiue non probando reſpectiuè. Accuſationi autem ſcriptæ per Secretarium debet Accuſans apponere nomen ſuum, & ſi etiam hoc ignorat, formare calamo, ſignum Crucis; & neceſſitatem ſcribendi accuſationis Libellum communiter *Doctores* (u) ſtatuunt, ex eo, quod Libellus

accuſationis in iure vocatur *Inſcriptio*. (x) At, requiruntur ne Teſtes in actu præſentationis Libelli coram Iudice? Reſpondeo, quod non, quia nullo iure hoc cauetur, imò in foris Laicis, & Eccleſiaſticis Sæcularibus, accuſationes fiunt ſecretæ, ne Accuſatus de hac monitus ſibi caueat, & fugiat. Sed inter nos in aliquo caſu adhibendam eſſe, puto cautelam Teſtium. Poſſunt enim Prouinciales partialitatem habere erga Reos, & eorum crimina non tantùm diſſimulare, ſed etiam tegere, vndè ſi ſecreta daretur accuſatio, facilè poſſunt eam ſepelire, & Accuſatum monere ad hoc, vt ſpontè compareat, ac pœnam ordinariam euadat, prout de ſpontè comparentibus, & crimen fatentibus, prius quam de eo accuſentur, ſiue denuncientur, decernunt Statuta. (z) Et hoc modo cum Religionis damno fruſtraretur ſuo fine accuſatio, & iniquitas euaderet impunita. Caſu ergo, quo Accuſator timeat, ne Prouincialis accuſationem repellat iniuſtè, aut acceptatam ſepeliat, vel modo ſuprà enarrato eludat, conſulo, quod Accuſator exhibeat Teſtes, qui etiam accuſationi ſe ſubſcribant, tanquam Teſtes præſentationis. Quia verò etiam Teſtes aliquando, aut territi, aut ſubornati, poſſent negare ſe fuiſſe præſentes, optimè conſuleret ſibi Accuſator, qui duo tranſumpta Libelli accuſationis faceret, ambo ſubſcripta à Teſtibus, & vnum præſentaret Iudici, aliud verò apud ſe ſeruaret, vt per illud, tum Iudicem, tum Teſtes de porrecta accuſatione poſſet conuincere.

22. Pro complemento huius materiæ aduerto, quod non eſt neceſſarium, quod in Libello accuſationis producantur nomina Teſtium; hoc enim nullo iure cauetur, ſufficit enim, quod antè ſententiam Accuſator producat, vel Teſtes, vel inſtrumenta, quibus oppoſita Reo delicta probet. Imò conſulo, quod, ad euitandum periculum ſubornationis, Accuſator dicat in libello, ſe paratum eſſe probare modis licitis aſſerta in libello, ſuo loco, & tempore; & ità ſingillatim Teſtes producere coram Iudice; & ſolùm tempore, quo Iudex eos vult examinare. Et ſi Iudex vellet, vt à principio Accuſator omnes Teſtes produceret, non poteſt illum Iudex cogere ad hoc, quia cum agatur de intereſſe Accuſatoris, qui punitur, ſi non probet; iſte habet ius ſe tuendi, anteuertendo periculum corruptionis, ſiue ſubornationis Teſtium, non prodendo eos, niſi in tempore, in quo nequeunt ſubornari.

T E X T V S.

§. IV. Accuſans de pluribus criminibus, niſi expreſsè obliget ſe ad probandum omnia, ſi vnum, aut alterum de obiectis probauerit, à talionis pęna liber exiſtat. Actore non probante, Reus, abſque alia iuſtificatione, abſolutus cenſeatur. Accuſator ſemiplenè probans delictum oppoſitum per vnum Teſtem omni exceptione maiorem, vel infamiam, vel id ſe audiuiſſe à viris fide dignis, talionis pęnam euadit, niſi Reus plenè ſuam innocentiam probaret, quia tunc minori aliqua, & arbitraria pęna Actor plectendus eſſet.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

23. *Crimina quomodo poſſunt eſſe connexa.*
Accuſans de pluribus connexis, vno probato, euadit pœnam talionis.
De connexis idem eſt iudicium.
Probatio qualitatis eſt de ſubſtantia probationis.
Intelligitur quando qualitas ſpecificat delictum.
24. *Accuſans de pluribus non connexis, ſi vnum tantùm probat, non euadit pœnam talionis.*
Probatur pęna talionis inuecta ad compeſcendos Calumniatores.
25. *Obligans ſe ad probandum omnia, ſi aliqua tantùm probat, non probat.*
26. *Accuſatore non probante, Reus eſt abſoluendus.*
Negatiua non eſt probabilis.
Non entis nullæ ſunt cauſæ.

27. Ne-

27. *Negatiua eſt triplex.*
Negatiua vaga, ſiue abſoluta.
Negatiua coarctata tempore, & loco eſt probabilis.
Negatiua facti eſt probabilis, quando habet implicitam affirmatiuam.
Negatiua iuris eſt probabilis.
Negatiua formæ, ſeu qualitatis eſt probanda.
Negatiuam delicti debet probare Reus, contrà quem eſt præſumptio.
Præſumptio eſt imperfecta probatio.
Negatiua probanda eſt à Reo, qui ſpontè exhibet probare ſe innocentem.
Aliter ſentiunt alij.
Hæc limitatio procedit ciuiliter, non criminaliter.
Teſtes producti à Reo, debent admitti, etiamſi Actor probauerit.
28. *Reus abſoluendus, non probato delicto, nec militante præſumptione in eum.*
29. *Probatio plena, & ſemiplena quæ?*
Teſtis integer qui?
Infamia dupliciter ſumitur.
Accuſator probans infamiam legalem de Reo, euadit pœnam talionis.
Vel ſi probat audiuiſſe à viris fide dignis.
30. *Fama mala debet eſſe orta non à maleuolis, aut maledicis.*
Maleuolentiam inducit iniuria accepta.
Odit homo hominem, quem læſit.
Maleuolentia à quibus cauſis oriatur.
Maledicus quis dicatur.
Leuibus, & credulis, non facilè credendum.
31. *Plena probatio quæ?*

23. IN hoc *Textu* ponuntur duo caſus, in quibus Accuſator non probans delictum, euadit pœnam talionis, & vnum in quo Reus cenſetur abſolutus, ex eo quòd Accuſator nõ probat. Dicit ergò, quòd *accuſãs de pluribus criminibus, &c.* Debet verò diſtingui hic pluralitas criminum; vel enim habent aliqualem connexionem inter ſe, vel ſunt totaliter ſeparata. Connexio verò poteſt eſſe, vel ratione temporis, vel perſonæ, vel rei, & ſimilium. Exempli gratia accuſatur *Titius*, quòd tali die furatus ſit calicem argenteum, & immediatè poſt apoſtatauerit, calicem vendiderit, & acceptis nummis, fuerit in taberna, in qua luſit aleis, & cum Meretrice in noſte fornicatus eſt. Hic ſunt plura delicta, nempè furti, apoſtaſiæ, proprietatis, ludi, & fornicationis; ſunt verò connexa inter ſe, tum propter temporis continuationem, tum propter rem furto ſublatam, quæ fuit, tum materia, *circà quam*, tum inſtrumentum delictorum: Separata verò eſſent, ſi accuſaretur, quòd furatus ſit tali die; apoſtatauerit alia die; luſerit aleis, & fornicatus ſit diuerſis, & interruptis temporibus. *Accuſans ergò de pluribus criminibus, &c.* quæ ſunt inter ſe modo prædicto connexa, euadit pœnam talionis, ſi probat vnum, vel alterum, & ità accipi debet *Textus*, & ratio eſſe poteſt, quia *de connexis idem iudicium eſt*, vt dicunt iura, (a) & Reus de pluribus criminibus taliter connexis, cenſetur realiter affectus vno reatu habente tot qualitates aggrauantes, ſeù ſpecificantes, quot ſunt delicta. Si ergò probat vnum, vel aliud ex illis, probat Reum non plenè, ſed ſemiplenè. Licèt enim ſemiplena probatio attendatur ex numero Teſtium minore eo, qui à lege præſcribitur; tamen dici poteſt etiam ſemiplenè probatus Reus ille, qui inquiſitus, ſeù accuſatus de quatuor delictis, plenè probatur Reus de duobus; vtrobiquè enim deficit plenitudo, ibi in probationibus; hic in criminibus. Sicut ergò ſemiplenè probans crimen eximitur à pœna calumniantium, vt dicitur in *Textu*; ita ſi accuſando de pluribus probat tantùm de paucioribus, iuſtum eſt, vt pœnam euadat. Accedit, quòd ſic proponens in accuſatione criminoſum de pluribus connexis, videtur accuſare de vno moraliter ſolo, licèt pluriſariam qualificato; vndè licèt omnes qualitates non probet, tamen aliquas probat, & ſic ſemiplenè probat. Scio benè, quod Abbas (b) vult, quòd probatio qualitatis eſt de ſubſtantia probationis, itaut ſi vnus probet factum ſinè qualitate, non probet factum. Sed debet accipi quando à qualitate dependet ſubſtantia facti; itaut factum ſinè tali qualitate non ſit criminale; vt ſi aliquis alium accuſaret, quòd comederit carnes in die ieiunij, ſi probet ſimpliciter, quòd carnes comederit, non probata qualitate temporis, non probat crimen; quia hoc dependet à tali qualitate; comedere enim ſimpliciter carnes, non eſt crimen; ſed tale euadit ex qualitate temporis, quæ ideò neceſſariò probanda eſt, vt crimen probatum ſit.

24. Si autem accuſatio inſtituta eſt de plu-

pluribus criminibus minimè connexis, ſi aliquod illorum tantùm probat, non debet Accuſator euadere pœnam talionis, maximè ſi delictum, quod eſt probatum, eſt minimum eorum, de quibus accuſauit; vel delicta habent inter ſe magnam temporis diſcrepantiam. Ratio potiſſima eſt, quia pœna talionis inuenta eſt ad compeſcendam malignitatem eorum, qui ex mera malitia accuſant, calumniando, vt proximo noceant. Proditur autem talis animus nocendi in ſic accuſante. Quia ſi delicta ſint commiſſa diuerſis temporibus, (vel dicantur ſic commiſſa,) & tempora illa ſint notabiliter diſtantia; putà vno anno percuſſit fuſte; alio apoſtatauit; alio fornicatus eſt; & alio minatus eſt accuſatorem armata manu; & tamen vno, & eodem tempore hæc delicta defert ad Iudicem, liquet, quod Accuſator non mouetur ad accuſandum zelo publici boni, ne mala ſerpant in Republica, quandoquidem accuſaſſet quando delicta reſpectiuè commiſſa fuerunt; ſi ergò hucuſquè diſtulit, & modo accuſat, præſumendum eſt moueri à liuore concepto contrà accuſatum, cuius famæ nocere intentat, per delationem talium delictorum. Si ergò ea non probat, æquum eſt, vt eius malignitas pœna calumniantium percellatur. Quod magis roboratur ſi in vno ex recenſitis delictis Accuſator proſequitur iniuriam propriam; alia verò crimina, nec Accuſatorem, nec alium ex ſuis tangant, rationabiliter enim præſumi poteſt, quod Accuſator, in vindictam iniuriæ ſibi allatæ, talia crimina confixerit, ex quo probata non remanent; vndè meritò, vt calumnioſus puniendus eſt. Et reuerà longè à iuſtitia eſt, quod quis impunè poſſit Iudici imponere, & famam proximi notabiliter lædere, ſi Accuſator probato leui delicto tutus eſſet, ſi deficeret in probatione aliorum enormium; quorum ſimplex diffamatio, licèt aerea, inſanabiliter intrà clauſtra vulnerat probi viri bonam famam. Stando enim in dato exẽplo aliquis, cui minæ, aut etiam pugnus impactus fuiſſet, ob odium contractum cum percuſſore, poſſet accuſare ipſum de proprietate, apoſtaſia, rebellione, crimine innominabili, ac alijs enormiſſimis, & ità eius bonam exiſtimationem irrecuperabiliter lædere, & hoc impunè; ſufficeret enim Accuſatori probare percuſſionem pugni ad euadendam pœnam calumniantium. Hoc verò nimis viam aperiret malignitati ad nocendum; proindè *Textus iſte*, iuxtà ſupra datum intellectum debet accipi.

25. Sequitur *niſi expreſsè obliget ſe ad probandum omnia*. Si ergò ſe obligat verbis expreſſis ad probandum omnia, nihil probat, ſi aliqua tantùm probat, vt volunt vtraque *iura*, (c) licèt enim aliquod eorum ad probandum intentum ſufficeret, itaut, altero illorum probato, intentum etiam probatum remaneret; tamen ſi proponens expreſsè ſe obligat ad probanda duo, vel plura; illa omnia probare debet, quantumuis illa omnia ad eundem effectum tenderent. Et ità dicens, & ſe obligans ad probandum Teſtes fuiſſe corruptos, & falſum depoſuiſſe, & hoc ad finem elidendi eorũ teſtimonia; nihil probat, ſi probet tãtũ, vel ipſos fuiſſe corruptos, vel falſum depoſuiſſe. A pari ergò, ſe obligans ad probanda omnia delicta in accuſatione oppoſita, nihil probat, ſi aliqua tantùm probet; & tunc eſſet, vt calumniator plectendus.

26. *Actore non probante*, &c. Hæc eſt Regula, quæ datur in vtroquè *iure*, (d) & communiter quadrat in cauſa tum Ciuili, tum Criminali; multas verò patitur exceptiones, quas paſſim *Doctores* afferunt (e) Quia verò de Ciuilibus parùm ad Nos, qui Criminalia tractamus, Regulam hanc, prout aptatur criminalibus, expendemus. Habet ergò Canon, quod *Accuſator, quòd aſſeuerat probare, ſe non poſſe profitendo, Reum neceſſitate monſtrandi contrarium non adſtringit; cum per rerum naturam factum negantis probatio nulla ſit*. (f) In hòc Canone aſſignatur ratio legis, & eſt, quòd cum negatio non ſit probabilis, eo quod *non entis nullæ ſunt cauſæ*, ſi reus ſe fundat in negatiua delicti, ipſius non eſt hanc negatiuam probare, ſed ſpectat ad Accuſatorem probare affirmatiuam oppoſitam.

27. Quia verò triplex eſt negatiua, vt aduertit ibi *Gloſſa*, nempè *facti*, *iuris*, & *formæ*, multipliciter etiam in cauſis criminalibus poteſt interuenire: Si ergo eſt negatiua *facti* vaga, & abſoluta, (vt *me nunquam comediſſe carnem in diebus ieiunij*,) iſta reuerà eſt negatiua improbabilis; & ità ſi ego accuſor de criminali carnium comeſtione, & ità generaliter crimen nego, negatiuam illam probare non teneor. Si verò eſt coarctata tempore, vel loco, vt dicendo tali die, vel tali loco in prandio, vel cœna carnes non comediſſe; hæc negatiua probabilis eſt, vt ex iure habetur. (g) Pariter negatiua

ua facti eſt probabilis, quando habet implicitam affirmatiuam; vt textualiter habet quoddam Capitulum. *(b)* Negatiua verò *iuris* probabilis eſt, quia qui negat aliquid iuſtè factum, affirmat illud iniuſtè factum, & quia præſumitur aliquid factum potiùs iuſtè,quàm iniuſtè,ideò illud teneatur probare. Tandem negatiua *formæ*,quæ etiam dicitur qualitatis,(vt ſi dicatur *Caius* non eſt idoneus; non eſt legitimus;non eſt ſoluendo, &c.) eſt probanda ab illo,qui eam proponit,vt dicunt iura.*(i)* His adnotatis dico, quod Reus tenetur ad probandum, ſe non feciſſe delictum, de quo accuſatur, (ſi Accuſator delictum non probauerit) quando contrà Reum militat præſumptio, vt habetur ex multis iuribus. *(l)* Præſumptio ſiquidem habet vim probationis,licèt non perfectæ, & ad hanc elidendam requiritur contraria probatio. Exempli cauſa, ſi aliquis, qui vociferauit,à Fratribus accurrentibus ad clamorem, inuentùs eſt vulneratus recenter, omneſquè Fratres erant in Refectorio, & ſolus *Caius* aberat, & nullus alius erat in Conuentu; contra *Caium* currit præſumptio, quod vulnerauerit; proindè ſi accuſatur *Caius* de hoc, nec poteſt Accuſator probare delictum, niſi præſumptiuè, tenetur *Caius* ſe probare innocentem, probando non vulneraſſe. Pariter, ſi Reus ſpontè aſſumpſit onus ſe probandi innocentem, vt dicitur in quodam Digeſto. *(m)* Sed circà hoc alij *Doctores* aliter tenent, *(n)* putà, quod licèt Reus in ſe aſſumpſerit onus probandi ſe innocentem, & in probatione deficiat, ſi Accuſator crimen non probet, eſt tamen abſoluendus, maximè ſi ſe munierit clauſulis ſolitis. *Citrà onus, &c. Non ſe adſtringens, &c.* Vndè poſſet dici, quod adducta limitatio procedat in Ciuilibus, ſecùs in Criminalibus. Admitti porro debent Teſtes producti à parte Rei, etiam Actore in contrarium probante in crimine læſę Maieſtatis, in Sacramentis deſertis, in proditione Patriæ, & in crimine peculatus,& alijs,vt dicitur in duabus *Gloſſis.(o)*

28. In Religione autem noſtra pro conſtanti habendum eſt, quod, ſi Accuſator non probat delictum oppoſitum, nec contra Reum præſumptio militat, Reus abſoluendus eſt;cœteri enim caſus,de quibus ſuprà, in quibus admittitur Rei probatio contraria, non faciunt propriè in terminis, quando Accuſator non probat, ſed quando ipſe probat, & nil minùs ad probationem contrariam Reus debet admitti.

29. Sequitur *Accuſator ſemiplenè probans, &c.* Probationum multæ ſunt ſpecies, de quibus ſuo loco dicemus. *(p)* Pro nunc dico duas eſſe, nempè plenam, & ſemiplenam. Hæc verò eſt illa, per quam aliqua fides Iudici fit, quod crimen ſit commiſſum, ſed non tanta, vt Iudex teneatur, vel poſſit eam ſequi in ſententia ferenda, vt ſcripſit *Paſſerinus. (q)* Sicut autem per duos Teſtes integros fit plena probatio, ita per vnum Teſtem ſimilem fit ſemiplena. *Integer* porrò Teſtis, ſiuè *maior omni exceptione* eſt ille, cuius atteſtationi fides minui non poteſt ex aliqua cauſa legitima; vt dicendo,quod ſit inimicus, infamis, excommunicatus,calumnioſus,&c.Si ergo Accuſator oppoſitum delictum ſic probat per vnum Teſtem, ſemiplenè probat, & pœnam talionis effugit. *Vel infamiam.* Non accipitur hic infamia pro pœna læſæ exiſtimationis inflicta à iure, aut ab homine, vel emergente à facto turpi; ſed accipitur pro fama, ſiuè diffamatione de delicto commiſſo: fama ſiquidem de delicto vocatur infamia, vt dicitur in *Textu. (r)* Si ergo Accuſator probat,quod inter Fratres adſit infamia de delicto, de quo accuſauit, licèt alia probatio ſibi non ſuppetat, pœnam calumniantium euadit. Aduertendum tamen, *Textum* loqui de infamia vera, & legali, quæ illa eſt, quæ ortum habet à Viris probis, & fide dignis, prout in iure *(s)* dicitur, quæ ſola ſufficit Iudici ad inquirendum: non verò de quauis diffamatione, vel infamia orta à Maleuolis, vel ſolitis calumniari. Ratio eſt, quia infamia, in noſtro caſu, debet habere aliquem colorem de probatione, vt per eã Accuſator aliqualiter delictum probet. Infamia autem legalis aliqualiter in mente Iudicis generat credulitatem de delicto; & ideò ad inquiſitionem procedit, & ſic poteſt dici, quod aliqualiter probet. Non ſic eſt alia Infamia, quæ, vt aliàs dicemus, non ſternit viam inquiſitioni, proindè nec in minimo probat; proindè inepta eſt ad Accuſatorem releuandum à pœna. *Vel id ſe audiuiſſe à Viris fide dignis.* Corroboratur per hæc verba id, quod dicebamus, quod nempè infamia, de qua hìc tractatur, eſt infamia orta à Viris fide dignis.

30. Sed nunquid omnes Religioſi fide digni non ſunt? Quomodo ergo cognoſcet Iudex eos Religioſos, qui in praxi fide digni

gni non ſunt? Dico, quod in quodam *Capitulo*, (*t*) vbi decernitur, quod ad famam de delicto commiſſo Iudex ad inquiſitionem procedat, habetur, quod talis fama ſit orta: *Non quidem à Maleuolis, & Maledicis, ſed à prouidis, & honeſtis*. Ex hoc ergo deduco, quod licèt omnis Religioſus, ratione ſui ſtatus, ſit fide dignus, tamen ad fundandam infamiam de delicto, quæ ſufficiat ad inquirendum, oportet, quod Religioſus non ſit, nec *Maleuolus*, nec *Maledicus*. Maleuolus verò quis poteſt eſſe ratione offenſæ, vel *acceptæ*, vel *datæ*. *Acceptæ* quidem, quia inducit præſumptionem inimicitiæ; naturale ſiquidem eſt, quod offenſus contra offendentem habeat inimicitiam, ſi non formalem, ſaltem animi auerſionem. *Datæ* autem, quia iſta naturaliter odium generat in offendente contra offenſum; vndè dicebat *Cornelius Tacitus*: (*u*) *Proprium ingenij humani eſt, odiſſe, quam læſeris*. Pariter maleuolentiam inducit contraria Factio, magna amicitia, vel coniunctio cum inimico, maximè ſi iſte potens ſit; æmulatio ob concurſum ad Officia, vel Dignitates, temperamentum contrarium, à quo naturalis oritur antipathia. *Maledicus* autem eſt, qui de quouis, & de quauis re etiam bona, malum dicit. Si ergo fama ortum habet ab aliquibus factionarijs, partialibus, inimicis, amicis inimici potentis; ſuſurronibus, maledicis, ac huiuſmodi farinæ viris, non ijs adhibenda eſt fides; quia fide digni non ſunt. His addit *Gloſſa*, etiam perſonas *leues*, aut illos, qui de facili credunt, ſicut enim malitia facit, quod ſuprà recenſitis fides danda non ſit, ita defectus prudentiæ in *Leuibus*, & de facili credentibus, facit quod ipſis ſobriè ſit credendum.

31. *Niſi Reus plenè ſuam innocentiam probaret*. Plena probatio cenſetur illa, per quam in mente Iudicis, nullus relinquitur locus opinioni, ſuſpicioni, aut dubietati, vt docuit *Bartolus*, (*x*) ſed Iudex certò cognoſcit de delicto, quod non ſit, vel ſit; Oportet ergo, quod talis probatio detur per Reum, quod Iudex perfectè cognoſcat, ipſum eſſe innocentem, & nullam probationem realem, vel coloratam de delicto extare. Et in tali caſu rationabiliter *arbitraria pœna eſſet Actor plectendus*, quia deficientibus talibus probationibus, intrat præſumptio, quod accuſatio fuerit malitioſè facta, & ita extraordinariè punibilis. Sed quare non pœna talionis? Quia non probatur dolus in Accuſante, qui potuit fuiſſe deceptus ab eis, à quibus audiuit.

T E X T V S.

§. V. Accuſans aliquem ſcienter de falſo, Calumniatoris pęnam incurrit. Qui alium accuſauit, & eius accuſatio recepta fuit, iuxtà formam traditam, à proſequenda accuſatione, ſine Superioris conſenſu, recedere non poteſt: niſi propriam iniuriam proſequatur: tunc enim licitum ei erit ſuo iuri cedere.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

32. *Crimen falſi multiplex.*
33. *Accuſatione nondum recepta, non eſt inceptus actus iudicialis.*
Quandò dicatur recepta à Iudice.
Acceptatio eſt primus actus iudicialis.
Acta iudicialia in ſcriptis redigenda.
Antè decretum acceptationis non eſt acceptata accuſatio.
34. *Accuſator quadrupliciter poteſt ab accuſatione deſiſtere.*
In criminalibus, & apud Nos, tripliciter.
Per motum proprium.
Per gratiam.
Per abolitionem.
Colluſio quid ſit.
Lite conteſtata Accuſator non poteſt deſiſtere ab accuſatione.
35. *Accuſans apud Nos nequit deſiſtere ab accuſatione abſquè Superioris licentia.*
Quid faciendum à Superiore in hoc caſu?
Aliquandò requiritur etiam conſenſus Rei.
Accuſatio notificata Reo, aut vulgata inter Fratres, vt poſſit aboleri, requirit conſenſum Rei.

36. *Ac-*

36. *Accuſator proſequens iniuriam ſuã, quo caſu poſſit recedere ab accuſatione, ſinè Superioris licentia.*

32. TExtus hìc accipi debet de *Accuſante aliquem de falſo* quouis crimine vniuerſaliter, non *de falſo*, hoc eſt de *crimine falſi*, quod multipliciter accidere poteſt, iuxtà communiter ſcribentes, (2) non enim maior eſt ratio de vno, quàm de alio crimine, ſi Accuſans ſcit innocentiam Accuſati, & tamen ipſum ſic *ſcienter* accuſat; apparet enim hoc non eſſe ex ignorantia, aut inconſideratione, ſed ex mera malignitate; proindè meritò puniendus, vt Calumniator.

33. *Qui accuſauit, & eius accuſatio recepta fuit, &c.* Notanter dicitur, *& eius accuſatio recepta fuit, &c.* ſi enim accuſatio adhuc recepta à Iudice non eſt, non poteſt dici incepta actio iudicialis; vndè adhuc Accuſator eſt in plena libertate eam inſtituendi, vel non. Sed quando nam dicitur recepta à Iudice accuſatio? Dico, quod licèt Iudex dicat Accuſatori oretenùs, ſe illam acceptare, tamen ſi decretum acceptationis non ſcribi faciat per Secretarium, vel Notarium, non poteſt dici acceptatam fuiſſe; Acta enim cauſarum in ſcriptis debent redigi, (a) acceptatio autem accuſationis eſt primus actus iudicialis, quia ab eo incipit ſuum Officium Iudex, interloquendo ſuper præſentata accuſatione. Scio quidem, quod in iure *Canonico* licitum eſt Accuſatori recedere ab accuſatione, antè oblationem libelli, aut ante litis conteſtationem, (quando nempè Reus citatur, vt aliàs dictum eſt,) quod annotauit *Abbas*, (b) vndè videtur dicendum, quod tunc diceretur recepta accuſatio à Iudice, quando Accuſator ſe inſcripſit in libello, & eùm Iudici præſentauit; vel quando Iudex, examinatis Teſtibus, Reum citat. Sed quidquid ſit de iure communi, Nos ſtare debemus iuri Noſtro municipali, & dicere, quod poſt oblatum libellum, ſi Iudex decretum receptionis non fecerit, ſemper liberum ſit Accuſatori, recedere ab accuſatione. Quare autem requiratur conſenſus Superioris poſt receptam accuſationem, ad hoc, vt poſſit Accuſator deſiſtere, dicendum eſt.

34. Sciendum ergo, quod vt ſcripſit *Abbas* (c) quatrupliciter poteſt Accuſator deſiſtere; primò *ex motu proprio*; ſecundò *per gratiam*; tertiò *per tranſactionem*; & quartò *per abolitionem*. Quia verò tertium membrum, putà *per tranſactionem* quadrat tantummodò in ciuilibus, aut quandò in criminalibus, & pro cauſa priuata, agitur ciuiliter, ideò dicemus pro Nobis tres eſſe modos; Nempè *per motum proprium*; *per gratiam*; *& per abolitionem*; Per *motum proprium*, quando Accuſator mutat voluntatem, (quæ dicitur ambulatoria) ex aliqua cauſa, vel conſideratione ex ſe facta. *Per gratiam*, quando ad preces Amicorum, vel Rei, Accuſans mutat ſententiam. *Per abolitionem*, videlicet impetrando à Iudice facultatem recedendi, & vt accuſatio aboleatur, & cancelletur ex aliqua cauſa, quia per errorem, vel calorem iracundiæ eum accuſauit, vel ex aliqua cauſa legitima, vt dicunt iura. (d) Quia verò in omnibus iſtis modis poteſt interuenire colluſio, nempè *inter Actorem, & Reum, latens, & fraudulenta conuentio*, (e) ideò determinatur per iura, tum *Canonica, tum Ciuilia*, (f) quod dato accuſationis libello, vel conteſtata lite, nequeat vllo modo Accuſator deſiſtere, niſi obtenta facultate à Iudice, cuius partes erunt inquirere, ex quo motiuo Accuſator deſiſtat; & ſi inueniat, quod ex motiuo malo, putà pecuniæ, aut alterius pacti illiciti, deſiſtat; non debet concedere abolitionem.

35. Ad ſimilitudinem ergo iuris communis eſt diſpoſitio noſtri *Textus*, qui ordinat, non poſſe Accuſatorem recedere à proſecutione accuſationis, niſi cum *Superioris conſenſu*. Sed quomodò ſe geret Superior in hoc caſu? Debet inquirere quare Accuſator deſiſtere vult, & ſi cauſam licitam, & rationabilem reperiet, ob quam nolit ampliùs accuſationem proſequi; debet aſſenſum recedendi præbere. At Reo quid proderit, quod Accuſator deſiſtat? Nihil: Quia vt aliàs dictum eſt, debet tunc Iudex, ſeù Superior, ex officio procedere, & criminoſum punire. Benè tamen prodeſt Accuſanti, qui releuatur ab onere probandi, & à periculo pœnæ talionis. Sed ſi Iudex inueniat, quod Accuſator ſcienter falsò accuſauerit, aut ſuſpicetur Iudex, quod calumnioſè accuſationem dederit; non debet dare conſenſum recedendi, ſed debet cogere ad proſecutionem, vt dicit *textus* expreſſus *Codicis*, (g) & Accuſatorem pœna talionis percutere, vt dicitur ſuprà. Non ſufficit verò ſemper conſenſus ſimplex Superioris, ad hoc, vt poſſit, recepto libello à Iudice, Accuſator recedere, quia requiri-

tur aliquando conſenſus Rei, vt habet expreſſè vna *Gloſſa*,(b) & tūc eſt, quādo Reus in corpore, vel in fama, ob talem accuſationem, paſſus ſit, vt iura diſponunt. (i) Demus ergo, quod aliquis accuſatus ſit de furto, aut fornicatione, quæ in Religione multùm infamant, ac de tali accuſatione ſparſus ſit rumor in Prouincia, vel Conuentu, vt frequenter accidit; Accuſator autem conſenſum recedendi petat à Iudice, qui, (cùm ſit eius amicus) ipſum tribuat, licèt ſciat, vel ſuſpicetur accuſationem calumnioſè fuiſſe datam, valebit ne iſte conſenſus? Minimè; quia accuſatus paſſus eſt infamiam ex tali accuſatione, & poteſt prætendere, quod Accuſator proſequatur litem, & puniatur pœna talionis, vel quia ſcit ſe eſſe innocentem, vel quia ſcit illum inſtituiſſe accuſationem non legitimè, quia non habebat Teſtes ſufficientes ad probandum, & ita calumniatum eſſe, vel realiter, vel præſumptiuè. Requiritur ergo in tali caſu, etiam conſenſus Rei. Si verò ob accuſationem nullum damnum euenit Reo, valebit conſenſus ſolus Superioris. Verùm tamen eſt, quod exiſtimatio damni non debet fieri à Iudice, ſed à Reo. Quia poteſt eſſe, quod Reus damnificatus ſit in corpore intrinſecè, & hoc Superior neſciat, & damnum nullum accuſato eueniſſe iudicet. Vt ſi Reus magnam apprehenſionem habuit de accuſatione contra ſe data, ob quam ſomnum per plures noctes amiſit, cibi appetitum perdidit, emaciatus eſt, febri laborauit, & alia animi nociua pathemata ſupportauit. Vndè concludo, quod ſi notitia de accuſatione data peruenit ad Reum, vel inter Fratres ſparſa eſt, ſemper debet requiri conſenſus Rei.

36. Limitatur verò ſupradicta diſpoſitio, iuxtà *Textum*, in caſu quo *Accuſator propriam iniuriam proſequatur, tunc enim licitum erit ei ſuo iure cedere*. Iſta tamen limitatio etiam ſobriè intelligenda eſt; quia exorbitat à iure communi, (l) in quo ſancitur, quod, in actione famoſa, non licet ſinè Iudicis auctoritate recedere ab accuſatione; accuſationes verò de crimine, etiam ciuiliter intentatæ, famoſæ ſunt. Vndè per hunc *Textum* correcta videtur iuris communis diſpoſitio. Si ergo accuſatio eſt ciuiliter inſtituta, vt ſi apud Superiorem accuſaretur *Caius*, quod librum ſurripuerit, vel libellum famoſum compoſuerit, & Actor intenderet ſolùm recuperare librum, vel famam; & accuſatio legitimè fuit inſtituta, vtique poſſet Accuſator cedere iuri ſuo. Non tamen releuaretur accuſatus, contrà quem, vt dictum eſt, debet Superior *ex officio* procedere, ſi crimen publicum eſt, & criminaliter intentatum. Si verò calumnioſa fuit accuſatio, licèt propriam iniuriam proſequatur, recedere non poteſt ſinè conſenſu Iudicis, & etiam Rei, vt ſuprà dictum eſt.

T E X T V S.

§.VI. Accuſationes contra Prælatos, ac inſignes perſonas, quales ſunt Patres Ordinis, & Prouinciarum, Generales Lectores, ac Clariſſimi Prædicatores, non ſunt recipiendæ, niſi à perſonis, de quarum zelo non ambigatur, quarumque vita omninò laudabilis exiſtimetur, vt grauiſſimè Sacri Canones decreuerunt.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

37. *Prælati antiquitùs accuſari non poterant.*
Horum Accuſatores comparati cum Cham.
Prælati modò accuſari poſſunt.
Prælati columnæ Eccleſiæ.
Columnæ ab ædificijs tolli non poſſunt.
Prælatus pernicioſus tollendus.
38. *Iudici quid faciendum, ſi accuſetur Prælatus.*
Examinet qualitatem Accuſatoris.
Si Accuſatoris vitam neſcit, inquirat ſuper eius fama.
Si Accuſator eſt famæ diminutæ, eum repellat.
Et exindè ex Officio procedat.
39. *Accuſator, proſequens iniuriam propriam, poteſt accuſare Prælatos.*
Et Iudex acceptare accuſationem tenetur.
40. *Prælatorum nomine, qui veniant.*
Prælatus eſt, qui præfertur Officio, Ordine, & Dignitate.

Inſi-

Inſigne importat excellentiam.
Inſignes perſonæ quæ?
Patres Ordinis ſunt veluti Conſulares.
Patres Prouinciæ comparantur Proconſularibus.
Proconſulares à Senatu delecti.
Contrà Proconſulares nõ dabatur actio de dolo malo.
41. *Lectores Theologi dicuntur perſonæ inſignes.*
Theologiæ encomia.
Doctores Legum, & Medicinæ multa habent priuilegia.
Epiſcopum ſuum vocabat S.P.N. Franciſcus S. Antonium Patauinum, quia Theologiam Fratribus legebat.
Theologis reuerentia debita ex mandato S.P.N. Franciſci.
42. *Omnes Lectores Theologi ſunt perſonæ inſignes.*
Genus repræſentat omnes ſpecies.
Etiamſi poſt genus aliquæ ſpecies enumerentur.
Maximè in materia fauorabili.
Et ſpecies apponuntur exemplificatiuè.
Dictio Qualis *eſt exemplificatiua.*
Lectores Theologi, quo ad paſſiuam accuſationem, comparantur cum Patribus Ordinis, & Prouinciæ.
43. *Dupliciter poteſt dici aliquis perſona inſignis.*
Conditio, exercitium, & gradus faciunt inſignem.
Lectores Theologi ſunt perſonæ inſignes ratione exercitij.
Omnes Lectores Theologi æquali præcedentia gaudent.
44. *Prædicare eſt diuinorum diuiniſſimum.*
Aliud eſt recitare conciones, & aliud eſt prædicare.
Prædicator, quæ nam debeat ſcire.
Recitans Conciones alterius dicitur Prædicator æquiuocè.
Clariſſimi Prædicatores gaudent priuilegio Lectorum Theologiæ.
Tales, qui dicantur.
Diſpoſitio huius Textus ſeruanda inter Reformatos, ſicut inter Obſeruantes.
45. *Perſona inſignis importat etiam excellentiam perſonalem.*
Excellentia in artifice requirit artem proficuam Reipublicæ.
Poetæ nulla prærogatiua gaudent.
Excellenti in arte pœna minuitur.
Dummodò ars ſit vtilis populo.
Inſignis Confeſſarius, Canoniſta, Legiſta, Theologus, Nouitiorum Magiſter, Contemplatiuus, &c. dicitur perſona inſignis.

37. ANtiquitùs tanta erat in Eccleſia reuerentia ergà Prælatos, ac Maiores, vt inferioribus, eos accuſandi, eſſet denegata poteſtas, vt in multis *Canonibus (m)* habetur, & talium Accuſatores, ſeù Delatores comparantur *Cham*, qui Patris dormientis pudenda Fratribus impudenter oſtendit, vt dixit *Sanctus Clemens, & Anacletus.(n)* Sed deficiente in aliquibus antecedentium Eccleſiæ Prælatorum vitæ innocentia, & cognoſcentes *Summi Pontifices, ac Concilia*, quod non omnes Prælati ſunt, ſicut erat *Noe Vir iuſtus in generatione ſua, & cum Deo ambulauit, (o)* permiſerunt quidem ſontium Prælatorum accuſationes, tamen ità temperarunt Eccleſiæ politiam, vt nec Prælati poſſent impunè peccare; nec accuſandi eos, quibuſcunque eſſet data facultas; ſed hominibus tantùm vitæ probatæ, accuſationem contrà eoſdem inſtituendi, fuit facta poteſtas, vt in multis *Canonibus (p)* legitur. Et ratio, ad hanc diſpoſitionem *Canonum*, aſſignatur à *S. Anacleto*, dicente: *Apoſtoli ſtatuerunt ne facilè commouerentur, aut lacerarentur, vel accuſarentur columnæ Sanctæ Dei Eccleſiæ, quæ Apoſtoli, & Succeſſores eorum non immeritò dicuntur. (q)* Appoſitè vtitur titulo *Columnarum*, loquendo de Prælatis. Quemadmodùm enim non poſſunt concuti columnæ, quin omne ędificium ipſis innixum rimas patiatur, & ad ruinam diſponatur; ità non poſſunt Prælati per accuſationem pulſari, quin ædificium Eccleſiaſticum detrimentum ſubeat. Scandalizantur quippè Subditi, & maximè ſimplices, ſi crimen Prælati per accuſationem detectum audiunt; ergà ipſos non tantam exhibent reuerentiam; ipſorum mandatis non obtemperant, & eorum exemplo ad crimina ſimilia prouocantur. Tales ergo columnæ quaſſari per accuſationem, vel facilè tolli non debent, quandoquidem, neque *leges Ciuiles*, vt obſeruat quædam *Gloſſa (r)* ab ædificijs tolli columnas patitur. Sicut verò columna vitioſa, carie, vetuſtate, aut alio incommodo debilitata, ſi non amoueatur, & melior in eius locum ſufficiatur, periculum euidens eſt, quod per eius lapſum totum ruat ædi-

ficium; ità etiam ſi Prælatus vitioſus, & criminoſus eſt, malo exemplo ſuo, ac ſcandaloſa vita omnes ſubditos, & Religionem perdet: vndè, & tolli, & Officio priuari debet, & ad hoc eſt permiſſa, & licita accuſatio; non tamen cuicunque; ſed probatis tantùm Viris, & de quorum zelo non poſſit ambigi, quin, pro fruge Religionis, ad accuſandum moueantur, vt, inhærendo *Canonibus*, ſapienter diſponit *Textus* noſter.

38. Quapropter dico, Iudices, quando ſiue accuſationes, ſiue denunciationes cōtra aliquem Prælatum, aut perſonam inſignem, coram ipſis producuntur, in decreto receptionis accuſationis, ſeù denunciationis, debere ad hunc *Textum* aduertere; & ſiquidem Iudex eſt *Prouincialis Miniſter*, vt regulariter eſt, qui ſuorum Subditorum vitæ, & conditionis habet notitiam, poteſt in Decreto ponere hanc clauſulam. *Quia Nobis nota eſt Religioſa probitas Patris N. Accuſatoris, & quòd calumnioſè eum accuſare præſumi non poteſt, ex eius vita laudabili, ac morum grauitate: ideò accuſationem, licèt contrà Prælatum, vel inſignem perſonam, inſtitutam recipimus, &c.* Si verò Iudex eſt *Commiſſarius Viſitator*, vel alius ad vniuerſitatem cauſarum *Delegatus*, in prædicto caſu, quia non præſumitur habere notitiam de conditione Accuſatoris, ità ſe debet gerere. Præſentata accuſatione, debet facere decretum conditionatum, dicendo *Se prædictam accuſationem, ſeu denunciationem acceptare, ſi & in quantum, & prout de iure, &c.* Exindè, antequam inquiſitionem formare incipiat contrà accuſatum, debet hoc Decretum apponere. *Cum ſatis nota P. Commiſſario, &c. non eſſet qualitas P. N. qui P. N. Prælatum, vel inſignem perſonam, &c. accuſauit, decreuit, informationes de conditione eiuſdem P. N. Accuſatoris ſumere, & ad hunc effectum vocari fecit P. N. commorantem de Familia cum eodem P. N. &c.* & ità examinet duos, vel plures Teſtes, dando interrogationes ſolummodò ſuper fama eiuſdem Accuſatoris, non verò inquirat de vllo particulari crimine. Completo examine, ſi reperit Accuſatorem integræ vitæ, concludat per hoc Decretum. *Cum ex informationibus, &c. appareat P. N. eſſe Virum probum, & vitæ commendatæ, decreuit P. Commiſſarius cauſam proſequi, & informationes ſumere ſuper delictis, de quibus in libello, &c.* Si autem reperiatur eſſe vir leuis, turbidus, tumultuoſus, & diminutæ famæ, decernat, prout ſequitur. *Cum ex informationibus aſſumptis de perſona P. N. appareat ipsū eſſe Virū turbidum, vel tumultuoſum, vel leuem, & vitæ relaxatæ, &c. & per Sacros Canones, & Ordinis Conſtitutiones debeant repelli accuſationes datæ contrà Prælatos à perſonis non integris, ideò P. Commiſſarius decreuit talem accuſationem repellere, (prout de facto repellit,) & contrà P. N. accuſatum nullo modo procedere. Quia verò delicta, ſi quæ ſunt, emendari debent, & puniri, decreuit non ad inſtantiam prædicti Accuſatoris, ſed ex Officio ſuo, inquirere de prædictis criminibus, prout de iure, &c.* & ità poteſt proſequi proceſſum per viam inquiſitionis, (ſi tamen de delictis in accuſatione expoſitis eſt fama inter Fratres) examinando Teſtes ſuper fama, tum de delicto, tum de Delinquente. Si verò delicta oppoſita in denunciatione, ſiue accuſatione ſint talia, quod de illis non eſt fama, repulſo Accuſatore, non poteſt vllō modo inquirere.

39. Quæ verò hucuſque dicta ſunt, procedunt, quando Accuſator non proſequitur propriam iniuriam, ſed accuſat de crimine tangente tantùm iniuriam publicam: Quod ſi propriam iniuriam proſequatur, Iudex debet recipere accuſationem, etiam contra Prælatos, maximè grauantes Subditos contra iuſtitiam, ac charitatem, non minùs, quàm contra alios; nullum enim in tali caſu habent Prælati, Subditis iniurioſi, priuilegium, quod accuſari niſi à probis Viris nō poſſint. Quod magis ſuadetur ex hoc, quod vt ſuprà viſum eſt, ex *Textu*, illi, qui legibus accuſare prohibentur, ſi proſequantur iniuriam propriā accuſare permittuntur; à pari ergo concludendum, quod accuſatiónes contra Prælatos datæ à Viris non probis regulariter non admittuntur; ſed in proſecutione ſuæ iniuriæ debent admitti, vt eſt communis praxis.

40. Sed, qui nam veniunt nomine *Prælatorum*? Dico, quod in Religione noſtra ſunt *Generales*, *Prouinciales*, *Guardiani*, *Vicarij in capite*, ſiue *Præſidentes Conuentuum*, vt aliàs dictum eſt. Siquidem omnes iſti habent curam animarum, poſſunt Cenſuras ferre, & cœteris præferuntur Officio, Ordine, & Dignitate, quæ vt dicunt *Canones*, (s) Prælaturam important. *Contra Prælatos*, ergo huiuſmodi accuſationes recipiendæ non ſunt. Sequitur verò *Textus*, *ac inſignes perſonas*, *quales ſunt Patres Ordinis*, *& Prouinciarum*, *& Generales Le-*

ctores, & clariſſimi Prædicatores. Hoc appellatiuum *inſigne* ex ſe importat excellentiam ſuper alia, inter quæ aliquod dicitur *inſigne*. Prout verò moribus adaptatur in bonam, & in malam partem vertitur. *Omne enim, quod excellit, ſiuè illud ſit vitium, ſiuè virtus, inſigne dicitur.* (t) Vndè *Inſignis homo omni nota turpitudinis*, ait *Cicero*: (u) *Cauſam quærebat, quamobrem aliquid inſigne faceret.* Scripſit *Terentius*: (x) *Inſignem pietate virum*; canit *Virgilius*: (z) *Inſignia ſcelera*; vocat *Tacitus*, (a) ita etiam in iure dicitur (b) *Inſignis calamitas*, hoc eſt *magna*, vt explicat *Albericus* (c) *Inſignis locus*, (d) hoc eſt nobilis, & præcipuus, & magnæ famæ, vt intelligit *Speculator*, & *Archidiaconus.* (e) In hoc ergo *Textu inſignes perſonæ* dicuntur, vel ratione adminiſtratæ Prælaturæ, vel ratione exercitij, vel ratione virtutis ſpectatæ, & excellentis. Ratione Prælaturæ benè geſtæ ſunt *Patres Ordinis, & Prouinciarum*; illi enim ſunt quodammodò Viri *Conſulares*, qui nempè ſupremam dignitatem in Religioſa Republica geſſerunt; iſti autem comparantur *Præſidibus Prouinciarum*, quia ſupremam in *Prouincia* ſua, poſt *Principem*, hoc eſt *Generalem*, poteſtatem habent; vel potiùs *Proconſulibus*, quia ſuam dignitatem nanciſcuntur per electionem Capituli, ſicut *Proconſules* à Senatu deligebantur, vt ex iure (f) deducitur, & auctoritate *Flauij Vopiſci*, & *Lampridij* notat *Caluinus*. Hoc autem intelligitur dum ſunt in actuali Officio Prouincialatus; ſed, eo expleto, ſunt ad modum Virorum *Proconſularium*. Spectabilibus porrò Viris iſtis varia priuilegia, exemptiones, & præeminentiæ dabantur, vt apparet ex pluribus iuribus *Codicis*, (g) & *Authenticorum*: & vt habet expreſſus *textus* cuiuſdam *Digeſti* (h) non poterat dari contra eos accuſatio, ſiue actio de dolo malo.

41. Pariter *inſignes perſonæ* dicuntur, ratione virtutis, *Generales Lectores*, putà Theologiæ. Hæc porrò eſt ſcientiarum apex, & culmen, & vt appoſitè habent *Statuta Salmanticenſia* (i) eſt *Donum Dei, & ad defendendam Fidem Catholicam armatura fortiſſima, Corona Ordinis, lumen veritatis ad oſtendendam æternæ ſalutis viam ijs, qui in tenebris, & vmbra mortis ſedent, & ad dirigendum pedes eorum in viam pacis.* Meritò ergo ipſius Profeſſores inter priuilegiatas perſonas ſunt recenſendi, cùm *Doctores Legum, & Medicinæ*, & aliarum diſciplinarum multiplicibus priuilegijs decorentur per plura iura, (l) & ad omnium Scientiarum Doctores debere extendi, ſcribit *Bartolus.* (m) Vndè, & legimus *S. P. N. Franciſcum* ſolitùm fuiſſe vocare *S. Antonium de Padua*, (quem ad legendam Sacram Theologiam, deſtinauerat Bononiam) *Epiſcopum ſuum*: ac in ſupremis eius Tabulis legatum honoris, & venerationis relinquit Theologis conceptum his verbis: *Et omnes Theologos, & qui miniſtrant Nobis ſanctiſſima verba diuina debemus honorare, & venerari, ſicut qui miniſtrant Nobis ſpiritum, & vitam.*

42. Difficultatem tamen relinquere poteſt *Textus*, eo quod non dicit *Theologiæ* Lectores, ſed *Generales* Lectores, ij nempè, qui iuxtà Statuta, in Studijs Generalibus legunt, vndè videtur, quod hoc priuilegium nō debeat extendi vniuerſaliter ad omnes Lectores Thologiæ. Sed contrarium eſt tenendum. Quia *Textus* primò ponit *inſignes perſonas* in genere, ſubiungit poſteà aliquas in ſpecie, dicendo, *quales ſunt Patres Ordinis, & Prouinciarum, Generales Lectores, &c.* Porrò conſtans doctrina *Iuriſtarum* eſt, quod per genus repræſentatur quælibet ſpecies, in genere ſuo; & per hoc diſpoſitio Statuti includens genus, includit etiam omnes eius ſpecies; etiam ſi poſt genus enumeret aliquas ſpecies, vt ſcripſerunt *Baldus*, *Dynus*, & *Geminianus*: (n) & maximè quando materia eſt fauorabilis, & ſpecies expreſſæ ſunt ad maiorem euidentiam, & per modum exempli. (o) Dictio autem *Qualis* exemplificatiua eſt, exprimit enim qualitatem, quæ eſt fundamentum ſimilitudinis, à qua ſumitur, ſeu quę eſt ratio exempli. Cum ergo in *Textu*, primò ponatur genus, dicendo *inſignes perſonæ*, & ex poſt ſubiungatur, *Quales ſunt Generales Lectores, &c.* patet iſtas ſpecies poni exemplificatiuè, & proindè non limitant generalem diſpoſitionem importatam primò, & omnes ſpecies *inſignium perſonarum* comprehendentem. Et ità cōcludo, quod quilibet Lector Thologiæ in hac diſpoſitione comparatur Patribus Ordinis, & Prouinciæ.

43. Quod ſi dicatur *Textum* dicere *inſignes perſonas*, & per hoc importari tantùm excellentiam perſonalem in aliqua diſciplina, aut virtute, non verò importare omnes Lectores Theologos vniuerſaliter. Reſpondeo, falſam eſſe conſequentiam;

tiam; dupliciter enim aliquis poteſt dici *inſignis*, nēpè, aut ratione cōditionis exercitij, ſeu gradus: aut ratione virtutis, & excellentiæ propriæ, ac perſonalis in tali cōditione exercitij, ſeu gradus. Primò modo, qui talem conditionem, exercitium ſiue gradum habet, *inſignis perſona* eſt. Et hoc modo quilibet natus de familia illuſtri; quilibet profeſſor ſcientiæ excellentis; quilibet conſtitutus in gradu Superioritatis, dicitur inſignis perſona, quia conditio nobilis, exercitium ſcientiæ, gradus Superioritatis talem illum reddunt. Excellentia autem perſonalis in tali conditione, exercitio, aut gradu, eſt tantummodo eorum, qui ſic excellunt. Ad rem ergo noſtram, *inſignes perſonæ*, quæ hic exprimuntur genericè, important, tum excellentiam profeſſionis, aut gradus; tum excellentiam perſonalem in illis. Et ità videmus, quod quilibet Vicarius in capite, Præſes Conuentus, & Guardianus gaudent tali priuilegio, qui licèt perſonaliter ſint viri gregarij, tamen habent gradum Prælaturæ. Exercitium porrò Lecturæ Theologicæ ratione excellentiæ diſciplinæ, etiam ipſum reddit *perſonam inſignem*; quilibet ergo Lector Theologus erit *inſignis perſona*, licèt, in tali exercitio, perſonali excellentia non polleat. Et ità videmus, quod iura, quæ priuilegiant Doctores, de quibus ſupra diximus, decorant gradum doctoratus: & ità omnes, qui lauream doctoratus ſunt adepti, licèt in doctrina excellentes perſonæ non ſint, tamen eadem habent priuilegia; idem ergo eſt, concludendum de omnibus Lectoribus Theologis. Quod ampliùs patet ex hoc, quod iuxtà Statuta Ordinis (*p*) omnes Lectores Theologi æqualiter guadent præcedentia poſt Diffinitores, nec eſt inter eos diſtinctio ratione excellentiæ perſonalis, quia tale honorificum conceſſum eſt ſcientiæ Theologicæ, quam profitentur. Dicetur fortè contrà hæc, quod ſi debet intelligi, omnes Lectores Theologos eſſe, vt præfertur, priuilegiatos, licèt *Textus* dicat *Generales Lectores*, ità pari modo dicendum eſſe, quod omnis Prædicator ſimiliter ſit priuilegiatus, quantumuis *Textus* habet *Clariſſimi Prædicatores*.

44. Reſpondeo negando pariter conſequentiam. Quia eædem totaliter eſt Theologia, eædem quæſtiones, idem *Doctor ſubtilium Princeps Seraphicæ Scholæ Magiſter*, qui ab omnibus Lectoribus, vbiuis locorum explicatur. Proindè omnes Lectores priuilegiati pari modo ſunt. Non ſic verò eſt de Prædicatoribus. Licèt idem ſit munus prædicandi *Diuinorum diuiniſſimum*, vt ipſum vocat *Dionyſius Areopagita*; non tamen tale munus exercetur ab omnibus, qui dicuntur Prædicatores; vndè aliqui licet, dicantur Prædicatores, quia prædicant, tamen Prædicatores non ſunt. Sicuti enim aliud eſt eſſe Muſicum, & aliud eſſe Cantorem, (licet à vulgo omnes communiter Muſici vocentur), ità aliud eſt eſſe recitantem, & aliud eſt eſſe Prædicatorem; licet vniuerſaliter omnes nominentur Prædicatores. Prædicator ſi quidem debet eſſe in Sacra Scriptura verſatus; in Sacra Theologia eruditus; in doctrina morali inſtructus, & in eloquentia exercitatus, ad hoc, quod Conciones ſuas componat refertas doctrina ſana, ad errores propulſandos, eradicanda vitia, ferendaſque virtutes. Si quis verò alienas Conciones verbaliter recitet vt pſitacus, non intelligendo eorum ſenſum: nullã notitiam habeat de libris Sacræ Scripturæ, ità vt neq; ſciat quot ſint libri Prophetarum, vel Epiſtolæ Apoſtolorũ; nullam peritiam habeat, aut de Theologia, aut de moralibus, aut de rhetorica; & tamen memoriæ mandatos aliorum Sermones recitet, (vt frequentiſſimè accidit;) talis connumerandus ne erit in numero Prædicatorum? Minimè, ſed tantùm recitantium; & ad plus dicetur *Prædicator æquiuocè*, ſicut *homo pictus* dicitur *homo*. Cum ergo *Textus* dicat *Clariſſimi Prædicatores*, limitatur hoc priuilegium ad veros Prædicatores, nempe Viros doctos, ac eloquentes, qui propriam, non alienam doctrinam è ſuggeſtis populo proponunt; & iſti ſunt, qui in præcipuis pulpitis deſudantes, cum animarum lucro, *Clariſſimi* dicuntur; non enim accipio importatum, per illud appoſitum *Clariſſimi*, *Clariſſimatum*, qui eſt gradus, ad quē perueniūt illi, qui, perannos à Statutis præſcriptos, in Cathedralibus, vel inſignioribus Vrbium ſuggeſtis, prędicarunt; ſed intelligo explicatos, verōs, doctoſque Prædicatores omnes, licet ad *Clariſſimatum* non peruenerint; non autem *recitantes*, de quibus ſuprà. Sicque euidens apparet ratio, quarè vniuerſaliter priuilegiati ſint Lectores omnes Theologi; Prædicatores verò non ſic, ſed tantùm *Clariſſimi*. Quod magis confirmatur ex

ex hoc, quia, ſi illa duo appoſita *Generales*, & *Clariſſimi* deberent expreſsè accipi de Lectoribus tantùm legentibus in Studijs *Generalibus*, aut Prædicatoribus, qui *Clariſſimatu* potiuntur, ſequeretur, hunc *Textum* poſſe tantùm quadrare pro *Obſeruantibus*, non verò pro *Reformatis*, apud quos iſti duo gradus non habentur. Quod falſum eſt, hæc enim diſpoſitio *Textus* in vtraque familia Obſeruantium, & Reformatorum ſeruanda eſt.

45. Pro complemento verò dilucidationis huius *Textus*, addo importari hic excellentiam etiam perſonalem nomine *inſignium perſonarum*. Aduertendum verò, quod excellentia alicuius in arte, & profeſſione, licet reddat *perſonam inſignem*, vt ſuprà diximus, non tamen importat aliquod priuilegium, niſi exercitium ipſum ex ſe illud importet, vel eius ars ſummoperè Reipublicæ proficiat. Hoc patet in quadam lege *Codicis*, (q) quæ habet, *Poetæ nulla immunitatis prærogatiua iuuantur*. Si ergo aliquis inſignis in arte poetica eſt, dicetur quidem *inſignis perſona*, nullum tamen priuilegium ipſi prouenit, eo quia talis ars priuilegiata non eſt. Pariter in quodam *Digeſto* (r) habetur, quod excellentibus in arte pœna, vel dimittitur totaliter, vel alleuiatur, vt *Doctores* communiter (s) ſcribentes, ad illam legem tenent. Tamen hoc non accipitur vniuerſaliter, ſed tantùm, ſi ars eſt populo proficua, dicit enim lex, *ſi eius laboris, vel artificij ſint, vt dignè Populo Romano exhiberi poſſint*; & tunc etiam minimè niſi conſulatur Princeps, vt concludit lex, & docet *Clarus*. (t) Ità etiam in caſu noſtro *inſignis* poteſt eſſe aliquis in exercitio, vt ingnis Pictor, inſignis Cantor. Hæc autem exercitia nec ex ſe priuilegium important, nec Religionem notabiliter iuuant; vndè excellentes in ſimilibus profeſſionibus non ità priuilegiati ſunt cenſendi, vt contrà eos inſtitui, vt præfertur, non poſſit Accuſatio. Sed exercitia virtuoſa ſpeculatiua, vel moralia important priuilegium ex ſe, vel quia Religioſæ Reipublicæ maximè proſunt. Et ità inſignis *Confeſſarius*, vel *Canoniſta*, vel *Legiſta*, vel *Theologus*, licet numquam legerit; vel *Nouitiorum Magiſter*, vel orationi, vel contemplationi ſingulariter addictus, vel apud populum ſpectabilis ob negotia grauia tractanda, compeſcendas lites, ſedandas inimicitias, & cœtera huiuſmodi, debet cenſeri *inſignis perſona*, & ſupradicto priuilegio gaudere oportet.

T E X T V S.

§. VII. Receptam ſemel accuſationem, niſi ex conſenſu Actoris, vel Superioris auctoritate, Iudex abolere non poteſt, & tunc minimè cum delatio, ac punitio criminis ad euidens Religionis emolumentum vergere dignoſcatur. Legitimo Accuſatore comparente, non poteſt Iudex accuſationem reſpuere, ſed tenetur illam acceptare, &, pro vt de iure, procedere.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

46. *Textus eſt Clarus, & non indiget expoſitione.*

49. Textus iſte apertus eſt, nullamque patitur difficultatem, & de hac materia dicetur inferiùs in quæſtionibus.

T E X T V S.

§. VIII. In vnà accuſatione, ſiue Libello, non poſſunt plures accuſari, niſi plures ad idem delictum committendum concurrerint. De pluribus autem delictis, ſiue ex eodem, ſiue ex diuerſis factis reſultent, idem accuſari poteſt.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

47. *Ratio quare vnico libello nequeunt plures accuſari.*
Hic Textus eſt conſultiuus non præceptorius.
Hoc non ſeruato, non ruit proceſſus.

47. Potiſſima ratio, quare *in vna accuſatione, ſeu libello non poſſunt plures accuſari*, eſt, quia cum pro numero Reorum ſint formandi tot proceſſus, quorum ſingulis præponi debet accuſationis libellus originalis, vt aliàs dicetur, nequit idem libellus in multis proceſſibus inſeri; & proindè neceſſarium eſt, toto eſſe libellos accuſationis, quod ſunt Rei delictorum ſeparatorum. Hoc tamen non cogit, quia benè poſſent plures, etiam de diuerſis, & ſeparatis delictis, vnico libello accuſari, & inſerto libello in vno proceſſu, pro incipiendis alijs, ex illo compulſare, ſiue authenticè tranſcribere, accuſationem tangentem delictum alterius Rei, & ſic proceſſum proſequi. Proindè diſpoſitio huius *Textus* eſt merè conſultiua, & non obligatoria ad ſubſtantiam iuris ſpectans, vndè, etiamſi contrarium fiat, non vitiatur proceſſus.

I. Quæritur. An Religioſis ſit prohibitum accuſare in iudicio?

SVMMARIVM.

48. *Religioſus quomodo poſſit accuſare apud Tribunal extrà Religionem.*
Religioſus eſt ſicut filius familias.
Habendus pro mortuo.
Accuſatio facta à Religioſo extrà Religionem, abſque conſenſu Prælati, eſt nulla.
Ad iudicium legitimum tres perſonæ requiruntur, Actor, Iudex, & Reus.
Pro iniuria perſonali accepta nequit Religioſus, extrà Clauſtra, accuſare.
Ad Prælatum ſpectat proſequi iniuriam Subdito factam.
49. *Licentia Prælati ad accuſandum ſufficit, quod ſit præſumpta.*
Superior poteſt validare, aut inualidare accuſationem datam à Subdito.
Ad accuſandum apud Tribunal fidei non requiritur licentia Superioris.
50. *Religioſus, abſque licentia Superioris, poteſt querelare apud quemuis Iudicem.*
Accuſator quomodo differt à querelante.
Querelans eſt ad modum Denunciantis.
51. *Religioſus poteſt accuſare Superiorem abſque ſui licentia.*
Reclamans contrà profeſſionem agit coram Ordinario, & Superiore.
Si agit contrà Superiorem, procedit Ordinarius ſolus.
52 *Clericus non poteſt ad Tribunal Laicum accuſare ad pœnam ſanguinis.*
Religioſus quomodo poteſt accuſare de delicto, cui debetur mors.
53. *Religioſus abſque licentia Prælati, intra Claſtra, poteſt quemlibet accuſare.*
Accuſatio benè circumſtantionata eſt actus virtutis.
Quomodo dicatur illaudabilis intentio.
Accuſatio aliquando cedit ſub obligatione.
In denunciatione Denunciator, non habet ius petendi vindictam.
Præſtat aliquando Religioni Accuſatio magis, quam Denunciatio.

48. Reſpondeo, quod ad accuſandum legitimè debet Religioſus habere licentiam ſui Prælati, quando ſcilicet accuſare vult aliquem extraneum apud Tribunal Sæculare Eccleſiaſticum, vel Laicum de crimine, quod infidelitatem formaliter, vel reductiuè non non ſpectet. Quia in hoc Religioſi æquiparantur Filijsfamilias, aut Seruis, & eorum voluntas eſt voto obedientiæ vinculata ſuo Prælato, & pro mortuis habentur, vt tradunt *Doctores* cõmuniter. (u) Ad hoc ergo, quod poſſit Religioſus ad Tribunal extrà Religionem accuſare indiget facultate ſui Superioris. Vndè ſequitur, quod ſi abſque tali facultate accuſet, iuditium per talem accuſationem inſtitutum eſt nullum. Quia cum ad iudicium, vt ſit legitimum, requirantur três legitimæ Perſonæ, nempè Actor, Iudex, & Reus, vt dicitur in iure, (x) ſi Actor, ſiue Accuſator non eſt legitimus, ſequitur, quod illegitimum

mum erit iudicium, & proindè nullum; (z) Vndè deducitur, quod pro iniuria ſibi illata in perſona, honore, aut bonis, nequit Religioſus, ſine Prælati licentia, accuſare, vt concludunt *Nauarrus*, & *Sylueſter*. (a)

49. Non tamen eſt neceſſaria licentia expreſſa Superioris, ſed ſuffieit præſumpta, ſiue interpretatiua, quando nempè Prælatus abeſt, nec patitur dilationem accuſatio; aut Monachus, de licentia Superioris, degit, ad tempus, extrà Clauſtra, vt ſcribunt *Nauarrus*, & *Azorius*. (b) Proindè accuſationem factam à Monacho, abſque explicita licentia ſua, poteſt Abbas validare, ſeu inualidare per ratihabitionem conceſſam, vel denegatam, vt voluit *Sanchez*. (c) Notanter autem dixi *de crimine, quod ad infidelitatem formaliter, vel reductiuè non ſpectet*, quia Reos de talibus criminibus non ſolùm poſſunt, ſed tenentur, Regulares, abſque vlla Superiorum licentia, apud Ordinarios, ſiuè Inquiſitores accuſare, ſiue denunciare, iuxtà Bullam *B. Pij V.* & decretum *Sacræ Congregationis Sancti Officij*. (d)

50. Licet autem non poſſit Regularis accuſare, abſque licentia, vt dictum eſt; poteſt nihilominus querelam exponere, apud quemuis Iudicem ſuper iniuria facta, vel ſibi, vel Religioni. Differt autem Accuſator à Querelante, quia Querelans non petit vindictam à Iudice; nec ſe obligat ad probandum delictum; nec Iudex procedit, recepta querela, ad inſtantiam partis; quæ omnia in Accuſatione reperiuntur. Vndè Querelans eſt admodum Denunciantis, & Iudex in querela procedit *ex officio*. Cum ergo querelans nihil in iudicio præſtet, niſi Iudicem excitare, vt pro bono Reipublicæ, & iuſtitiæ adminiſtranda munere ſuo fungatur; liquet, hoc nullo modo eſſe vetitum Religioſo, etiam abſque licentia expreſſa Superioris, maximè ſi eſt de delicto, vel Religionem, vel totam Rempublicam conturbante, aut offendente; vt ſunt proditiones Patriæ; auxilia data hoſtibus; coniurationes in Principem, & ſimilia. Ad conſeruandam enim publicam indemnitatem quilibet, qui ſit membrum eius tenetur; vndè non eſt cur ad præſtanda ea, ad quæ obligatur, habeat expreſſam Superioris licentiam.

51. Pariter poteſt Regularis abſque licentia Superioris ipſum accuſare, & in iudicio agere, quando accuſatio eſt contra Prælatum ipſum, ſiue Monaſterium; vt ſi aliquis reclamaret contra profeſſionem ſuam, factam ad importunas preces Superioris; aut minas, aut alias artes prohibitas illius, ſiue alterius de Conuentu; in tali enim caſu, ad præſcriptum *Tridentini*, (e) cauſa proponenda eſt coram Ordinario. Et licet *Concilium* ordinet, quod ipſa proponatur intra quinquennium coram Superiore Regulari, & Ordinario copulatiuè, ità vt, ſi vnus procedat ſine alio, nulla ſit ſententia, vt tenent *Riccius*, & *Tamburinus*; (f) tamen *Concilium* debet intelligi, caſu quo agatur cauſa nullitatis contrà alios, quàm contrà Superiorem. Sed ſi agatur contra ipſum, nequit ipſe eſſe in illa cauſa coniudex; eſſet enim Iudex, & Pars, quod repugnat iuri, non ſolùm ſcripto, ſed etiam naturali, contra, quod nullus poteſt ſtatuere. Proindè, vel alius Iudex pro parte Religionis eſſet habendus, qui ſimul cum Ordinario iudicaret; vel ſolus Ordinarius procedere deberet, quod eſt probabilius; quia Iudex, ſuſpectus in locum Superioris accuſati poſſet rationabiliter teneri ſuſpectus, ob potentiam, amicitiam, adhærentiam Superioris, aut alia legitima de cauſa.

52. Licèt autem prohibitum ſit Clericis accuſare apud Tribunal Laicum quemquam de delicto, cui pœna ſanguinis deleatur, vt dicunt *Canones*, (g) poſſunt tamen (ſuppoſita licentia Prælati expreſſa, aut præſumpta) tùm ſine peccato, tùm ſine metu irregularitatis, malefactores accuſare in defenſionem ſui, & Religionis, de criminibus, quibus pœna mortis debetur, dummodò proteſtentur apud Iudicem *expreſſè, quod ad vindictam, ſeu pœnam ſanguinis non intendunt*, vt habet litteraliter quædam *Decretalis*, (h) & ità tenent *Doctores* (i) communiter.

53. Dico ſecundò; poſſe Religioſum, abſque licentia Superioris, apud Tribunal Religionis accuſare, tum Superiorem ipſum, tum alios de crimine ſpectante, tum ad bonum publicum, tum ad priuatum, tum particularis Religioſi, tum ipſius Accuſantis. Ratio eſt, tum quia hoc nullo iure prohibetur, & quod non eſt prohibitum, cenſetur conceſſum; tum, quia accuſatio, & vindicatio, auctoritate publica, eſt actus virtutis iuſtitiæ, ſi fiat cum debitis circumſtantijs, vt dicunt *Doctores*, (l) quæ circumſtantiæ ſunt, primò,

vt fiat ſine odio, aut alia peruerſa affectione, ſed ſolo intuitu iuſtitiæ, & publici boni. Secundò, quod delictum ſit legitimè probabile in iudicio, ne Accuſati fama iniuſtè lædatur, & Accuſator exponat ſe pœnæ talionis. Nec dicendum, quod accuſatio debet exulare à viris Religioſis, quia Religioſam charitatem lædit, pacem perturbat, criminibus materiam præbet, vix ſine culpa experiri poteſt, & proindè vocatur *illaudabilis intentio*, vt notat quedam *Gloſſa*. (*m*) Quia hoc verum eſt de Accuſatione, quæ procedit ex odio, & priuatæ vindictæ deſiderio, non verò de ea, quæ procedit ex charitate, vt per punitionem emendetur proximus, alij à criminibus deterreantur, & publicæ ſaluti, ac vtilitati proſpiciatur; ex talibus enim motiuis accuſans, publicæ ſalutis cuſtodiam gerit, vt habetur in quadam lege *Codicis*. (*n*) Imò verò *Alenſis*, quem ſequitur *D. Thomas*, & alij *Canoniſtæ* (*o*) docet, quod accuſatio, non ſolùm cuicumque eſt licita, ſed aliquando eſt neceſſaria, & cadit ſub obligatione, vt quando crimen eſt tale, quod vergat in detrimentum Reipublicæ, puta, cum peccatum alicuius vergit in multitudinis corruptelam corporalem, vel ſpiritualem. Nec placet reſponſio *Soti*, cui videtur adhærere *Rodericus*, (*p*) qui dicit, quod Religioſus non debet accuſare, eo quia benè poteſt mitiori modo, puta per denunciationem, proſpicere bono Religionis. Quia hoc non eſt vniuerſaliter verum; quia in denunciatione Iudex procedit *ex officio*, & Denunciator nullum ius habet in petenda iuſtitia contrà Denunciatum; quod, ſi Iudex eſt amicus, ſeu partialis Denunciati, recepta denunciatione, non procedit, vt debet, nè amico Reo noceat; nec Denuncians poteſt Iudici dicere, *quare ſic facis?* & crimina cum damno Religionis manent impunita. Pariter multi turbidi, & litium ſatores, & maligni, ſpecie zeli laruati, ſed verè proximo nocere cupientes, ſubdolè denunciant aliquando viros graues, à quibus timent, & vt plurimum de falſis criminibus, vt impunè illis noceant, ſaltem in fama, ſcientes, quod denunciando nullam pœnam incurrunt, ſi crimen non probatur. Si ergo fiat accuſatio, Iudex, etiam partialis Rei, obligatur per inſtantias Accuſatoris, ad procedendum ſecundùm leges contra Reum; aliter à Iudice maiori puniendus reddetur, & ità per iuſtam accuſationem criminoſi puniuntur. Pariter malignis impeditur ars nocendi bonis, dum ſe vident pœnæ obnoxios, ſi accuſando deficiant in probatione. Ideò aduertant ad hunc punctum Prælati, & dum vident talis farinæ homines denunciare volentes, illos obligent ad accuſationem, ſin minùs denunciationem non recipiant; vt habet *Textus Tit. Denunciatio* §. 4. Et ità communi Religionis bono per accuſationem conſuletur.

II. Quæritur. An Prælatus Regularis debet acceptare accuſationes datas à Mulieribus, Laicis, Sæcularibus, Clericis, vel Religioſis extraneis?

SVMMARIVM.

54. *Laici Sæculares nequeunt accuſare Religioſum, niſi propriam iniuriam proſequantur.*
Rodericus, & Antonius à Spiritu Sancto volunt, quòd nec Clericus, nec Regularis alterius Ordinis.
Impugnantur.
Accuſator, & Reus non requiritur, quod ſint eiuſdem fori.
55. *Ratio legis non eſt quærenda, quando diſpoſitio eſt aperta.*
Cautela Iudicis Regularis in acceptanda accuſatione facta à Sæculari.
Debet zelare Superior honorem proximi.
Examinanda eſt qualitas Accuſantis.
Non ſtatim, ac data eſt, accuſatio debet recipi.
Superior ſe informet extraiudicialiter.
Si accuſationem falſam cognoſcat, Accuſatorem, deterreat.
Si probabilem, aut legitimam videat, ad inquirendum procedat.
56. *Monitio ad Iudices Regulares.*
57. *Iudex Regularis recipiens accuſationem ab extraneis, nullam incurrit cenſuram.*
Antonius à Spiritu Sancto infideliter recitat Lezanam.
Religioſus accuſans Fratrem ſuum ad Tribunal externum, eſt Excommunicatus.

54. Re-

54. Reſpondeo, quod vt ſuprà viſum eſt, Mulieres, & Laici Sæculares nequeunt accuſare Religioſum, niſi propriam iniuriam proſequantur, vt dicunt *Doctores* communiter: (q) & alij dicunt, quod nec Clericus Sæcularis, nec Regularis alterius Ordinis, poteſt Religioſum accuſare; & rationem fundant in hoc, quia eiuſdem fori debent eſſe Accuſator, & Accuſatus, cum Accuſator ad pœnam talionis, niſi probauerit, teneatur, quæ pœna à Iudice Regulari in Clericos, Religioſos ſibi non Subditos, Laicos, vel Mulieres infligi non poteſt, vt habet *Rodericus*, quem ſequitur *Antonius à Spiritu Sancto*. (r) Immò iſte addit ex *Lezana*, Accuſantes, & Iudices talem accuſationem recipientes, incurrere excommunicationem latam à *Leone Decimo* in fauorem *Prædicatorum*. Sed, ſalua iſtorum reuerentia, prima aſſertio non ſubſiſtit; ſequeretur enim, quod ſupradicti prohiberentur accuſare Regularem, etiam quando propriam iniuriam proſequuntur, quod tamen ipſi concedunt. Conſequentia manifeſta eſt, quia etiam poſſunt calumniari, & deficere in probatione proſequendo iniuriam propriam, nec tamen Iudex Regularis poſſet illos punire, cum ſui Subditi non ſint; ſequitur ergo, quod ex illo fundamento ineptè deducitur talis concluſio. Falſum pariter eſt Accuſatorem, & Reum eſſe debere eiuſdem fori; ex hoc enim fieret, quod Clericus Sæcularis nequiret Laicum accuſare apud Iudicem Laicum; quod eſſe falſum deducitur ex *Decretali* (s) ſuprà citata, in qua traditur modus euadendi irregularitatem, ſi accuſant in pœna ſanguinis. Præter quamquod ſi tales accuſando deficerent, & calumnientur, licet Iudex Regularis nequeat illos pœna talionis, ſiue extraordinaria (quæ modo in vſu eſt, vt inferiùs dicam) per ſe punire; poteſt apud Iudicem talium Accuſatorum inſtare, vt puniantur, ſunt enim probati Rei propter calumniam; & hac via non calumniarentur impuniti; vndè ex tali motiuo aſſerta concluſio non ſubſiſtit.

55. Dico ergo; Laicos vtriuſque ſexus, ſicut & Clericos prohiberi à legibus accuſare, vt viſum eſt, nec rationem legis inquirere debemus, vbi aperta eſt eius diſpoſitio. *Non enim omnium, qui à maioribus conſtituta ſunt ratio reddi poteſt. Et ideò rationes eorum, quæ conſtituuntur inquiri non oportet; alioquin multa, quæ certa ſunt ſubuertuntur, vt dixerunt Iulianus, & Neratius*. (t) Sufficiat ergo, quod illi prohibentur à lege accuſare, abſque eo, quod prohibitionis ratio proferatur. Quo autem ad praxim talium accuſationum recipiendarum, nec nè; debet Iudex Regularis aduertere, quod frequenter ſollicitantur Laici Sæculares vtriuſq; ſexus, maximè pauperes, & viles, à malignis Fratribus ad accuſandum, querelandum, aut denunciandum Religioſum, ob liuorem occultum, quem contrà illum gerit Sollicitans. Aliquando etiam diuites, & ſpectabilis conditionis, idem faciunt ob ſimultatem, quam habent contrà Religioſum, vel quia tutatus eſt iura Conuentus; vel quia ſtrenuus fuit in corrigendo, vel à ſua familia elongando Fratre ſcandaloſo amico Accuſantis Sæcularis, cui iſte multa falſa repræſentauit de Religioſo Accuſato; vel ob inimicitiam, quam gerit Accuſans cum conſanguineis Accuſati; aut ob alias ſimiles cauſas, quarum multos caſus vidi. Hoc ergo ſuppoſito, Iudex Regularis debet zelare honorem Fratris ſui ex vna; & curare vtilitatem Religionis ex altera parte; & tandem compeſcere malignantium rabiem, ac ſic ſcandalorum exempla punire. Examinet ergo, antequam querelam acceptet, qualitates Laicæ perſonæ Accuſantis; num honeſtæ conditionis, probatæ vitæ, bonæ famæ, num vilis, mali nominis, & malæ vitæ. Expiſcetur, quo fine ducta accuſationem, querelam, aut denunciationem producat; ſi ex Religionis zelo, vel potiùs ex priuato fine malo, quod facilè deprehendi poteſt à forma loquendi, vltrà conditionis conſiderationem. Si enim fœmina, vel alia perſona vilis, venit ad Superiorem cum libello accuſationis ſcripto, iniuriam ſuam, aut ſuorum non proſequitur, & procaciter inſtet, vt talis Religioſus puniatur, producit Teſtes viles, pueros, Mulieres, &c. proteſtatur, quod ad maius Tribunal recurret, ſi ille non caſtigetur, & ſimilia; ſignum eſt Accuſatorem fuiſſe inſtructum, ac ſollicitatum ab occulto inimico Accuſati. Sed quia hoc non eſt vniuerſaliter verum, & poteſt dari caſus, quod abſque odio, & cum veritate Accuſatio detur, (vt ſi accuſaretur tali modo Religioſus de attentata, vel violata pudicitia filiæ, vxoris, ſororis, vel conſanguineæ, & de omnibus vniuerſalis Regula tradi non poteſt,

teſt,) ideò Iudex, audita querela, non ſtatim ipſam acceptet; ſed grauibus verbis moneat Accuſantem, vt benè conſulat conſcientiæ ſuæ, ne falſum crimen Fratri obijciat; ſpondeat ſe iuſtitiam adminiſtraturum; roget Accuſantem, ne de crimine, aut accuſatione data rumorem ſpargat in populum. Interim procuret, extraiudicialiter per multos, ſed probos, informari de veritate; & benè libret præſumptiones; quæ militant contra, vel pro Accuſato. Tum vel deteget obiectum crimen omninò falſum; vel erit probabile, vel verè admiſſum, ex informatione extraiudiciali, comperiet. Si primum; accito Accuſatore, acriter ipſum reprehendat de obiecta falſitate, minetur ſe velle procurare apud ipſius Iudicem, vt puniatur tanquam Calumniator, niſi reuelet eum, qui inſtigauit ad dandam talem accuſationem; & eo detecto, ſi ipſius Subditus eſt, ſeuerè puniat iuxtà leges, vt verus Calumniator; quia ſi non per ſe, tamen per alium accuſauit; ſi Subditus non ſit, ipſum accerſat, vel adeat, & reprehendat auctoritatiuè, vt debet, & terreat, minando ſe curaturum, vt à ſuo Iudice caſtigetur, ſi in poſterùm talia attentabit; & ità Fratrem, & ouem ſuam defendet, hoc enim præſtare debet, vt bonus Paſtor. Si probabiliter conijciat eſſe commiſſum delictum; dicat Accuſanti, ſe non credere, quod Religioſus ſuus tale crimen patrare potuerit; tamen quia ſumus fragiles, & poteſt eſſe, quod delictum ſit commiſſum, ſpondeat, informare ſe velle, & pro iuſtitia, & cum ipſius ſatisfactione proceſſurum; & roget, vt ab accuſatione deſiſtat, ſecretumque teneat. Sed ad inquiſitionem *ex officio* procedat, conuerſa accuſatione in denunciationem; aut ſuppoſita infamia, ſi ex informatione extraiudiciali plures inuenerit, eſſe de commiſſo crimine informatos. Si tandem crimen verè eſſe commiſſum deprehendet extraiudicialiter, querelam recipiat, & viriliter agat ad punitionem; rogando Accuſatorem de ſecreto, vt famæ Religionis proſpiciatur.

56. Sed Iudices Regulares, per IESV Chriſti viſcera obteſtor, vt in his præſtandis paſſiones amoris, & odij exuant, ne ſontes amore excuſent, aut innoxios ex odio grauent; de amico enim nil mali à partialibus creditur; de Factionario diuerſo omnis, licet falſa, querela acceptatur. Lugendas vidi ex hinc exortas conſequentias; dum enim contrà verè criminoſos denegata eſt iuſtitia Laicis Accuſantibus, iſti Curiam Sæcularem adierunt, & crimen in propatulo poſitum eſt, cum deplorabili Religionis iactura. Et viceuerſa cum, his artibus, maligni Fratres voluiſſent bonos lædere, iſti, ſe iuſtè tuendo, malignantium Fratrum technas, (quandoquidem aliter fieri non potuit) apud Tribunalia Sæcularia probarunt, & ità peſſimè habita Religio, vt Conuentus malignantium, quæ debet cenſeri, (vt re vera eſt,) virtutum, & perfectionis Chriſtianæ ſchola.

57. Quod autem Iudex Regularis incurrat excommunicationem latam à *Leone X.* in fauorem *Prædicatorum*, ſi recipiat accuſationem datam à Laicis perſonis, ſeu Regularibus alterius Religionis, qui ſuas, vel ſuorum iniurias non proſequuntur, eſt merum commentum: & *Antonius à Spiritu Sancto*, qui citat ad hoc *Lezanam*, non fideliter recitat eius dicta. *Lezana enim (u)* citans *Aldrete*, & *Confettium* non ſcribit eo modo, quo ipſe eum citando recitat, ſed ex *Aldrete* docet *Excommunicationem latæ ſententiæ à Leone X. in fauorem Ordinis Prædicatorum prolatam contrà Religioſos, qui alios eiuſdem Ordinis, & quauis cauſa, conueniant coram Iudice externo; & etiam contrà Iudicem, ſi talem conuentionem admittat.* Vide etiam *Confettium, &c.* Quæ doctrina *Lezanæ* longè eſt diuerſa ab ea, quam ex illo Auctore deducit *Antonius à Spiritu Sancto*, vt patet intuenti.

III. Quæritur. An Iudex Regularis Ordinarius poſſit abolere accuſationem factam à Subdito ſuo, ipſam non acceptando, vel impediendo Subditum, nè ipſam proſequatur, poſtquam eam acceptauit.

SVMMARIVM.

58. *Superior poteſt pro libito abolere accuſationem à Subdito ſuo ſibi porrectam.*

Impugnatur hæc opinio.

Præ-

Prælatus, & Subditus comparatur Patri, & Filio, vel vt Dominus, & Seruus.
Pater, & Dominus, quæ poſſint in iudicio pro Filio, & Seruo.
Prælatus poteſt reuocare confeſſionem ſui Subditi factam coram Epiſcopo.
Poteſt vindicare Monachum ſuum ab alieno Monaſterio.
Monachus non poteſt agere in iudicio, ſine conſenſu Abbatis.
Pater, & Filius cenſentur vna perſona.
Pater quæ poſſit pro Filio, exiſtente in ſua poteſtate.
Pater, vt Iudex, non poteſt vti patria poteſtate.
59. *Controuerſiæ leues inter Filios à Patre componi poſſunt.*
Pater non poteſt exceſſus graues filiorum punire.
Poteſt iniuriam factam filio remittere.
Si tamen iniuria fuit ab Extraneo, non à Coniuncto.
Quo ſenſu poſſit ſuſtineri opinio Pellizarij.
Querelam Subditi, in foro paterno, poteſt Superior non acceptare.
60. *Superior, vt Pater, nequit cognoſcere paternaliter crimen graue ſibi delatum per accuſationem.*
Exuta perſona Patris induit officium Iudicis.
Exemplo illuſtratur.
Philippus Secundus Hiſpaniarum Rex Filium damnauit ad mortem.
61. *Prouincialis non poteſt procedere, vt Princeps.*
Princeps quis dicatur.
In cauſa propria poteſt eſſe Iudex.
Ligatur lege naturali, & diuina.
Prouincialis comparatur Præſidi, vel Proconſuli.
Poteſt iudicare ſolùm iuxtà leges.
Accuſatoris ius fundatur in iure naturali, & diuino.
62. *Periculoſum eſſet, ſi Superior accuſationem legitimam poſſet reſcindere.*

58. RESpondeo, quod hanc quæſtionem reſoluit *Antonius à Spiritu Sancto* affirmatiuè, cum *Pellizzario, (x)* docendo, quod Prælatus Prouincialis, ſiue Generalis poteſt ex iuſta cauſa, & citrà ſcandalum, abolere accuſationem coram ipſis factam, aduersùs Religioſum Subditum, aut impedire Accuſatorem, ne eam proſequatur, & hoc ſiuè accuſatio ſit de iniuria publica, ſiuè priuata: dummodò alia via reſtituantur damna Accuſatori, ſi quæ illata ſunt: & hoc per epicheiam extendit in aliquo caſu ad Prælatos inferiores, eo quod non detur ad Prouincialem recurſus. Quia Princeps Supremus diſpenſare poteſt in lege, & poteſt caſus euenire, in quo expediat, vt diſpenſet, vndè idem poterit facere Prouincialis, cum ſit primus in ſua Prouincia. Sed allatam opinionem puto non veram; & ſi in iure poſſit habere fundamentum (quo tamen caret) eſſe tamen in praxi periculoſam. Diſtinguendum enim eſt de Prælato, & de duplici eius foro. Vel enim conſideratur, vt Pater, & paternaliter procedens, vel vt Iudex in foro iudiciali ſententians, & ſicut in prima conſideratione de leuioribus tantùm cauſis ad dictamen prudentiæ cognoſcit, & paternè punit, arbitrio ſuo; ità in ſecunda procedens, vt Iudex, legibus Religionis, tum Canonicis, tum Statutarijs ità vinculatur, vt non poſſit pro libito, ſed, ad normam iuris, iudicare, teneatur. Verùm quidem eſt Prælatum, & Subditum Regularem comparari, vt Patrem, & Dominum, ad Filium, & Seruum, ità vt Prælatus poſſit in defenſionem ſui Religioſi, vt Pater pro Filio, & Dominus pro Seruo, comparere in iudicio, agere, tueri, allegare exemptionem non oppoſitam coram Epiſcopo, & reuocare confeſſionem ſui Religioſi, vt ſcribit *Paulus de Caſtro: (z)* poteſt pariter vindicare Monachum ſuum exiſtentem in alieno Monaſterio, ſicut Pater vindicat Filium, adiecta cauſa, de iure Ciuili, quia in eius poteſtate eſt, vt docent *Bartolus, & Baldus. (a)* Nec Monachus poteſt ſine conſenſu Abbatis agere in iudicio, vt ſuprà viſum eſt, & ſcripſit *Ioannes de Lignano: (b)* voluntas quippè Monachi eſt in voluntate Abbatis, ſicut & voluntas Filij, qui eſt ſub poteſtate Patris, eſt in voluntate Patris, quia Filius, & Pater cenſentur vna, & eadem perſona, vt vbi vnus ſtat, vel eſt, alter ſtare, & eſſe videatur, vt deducitur ex iure. *(c)* Vndè Pater pro Filio, in ſua poteſtate exiſtente, facit teſtamentum, ſi decedat antè legitimam ætatem teſtandi, pro Filio impubere eligit Sepulturam, & iniuriam factam Filio poteſt remittere, ſi facta ſit à perſona non coniuncta, vt dicunt *Doctores*, & iura.

ra. (d) Iſta verò minimè quadrant, ſi Prælatus agere debet, vt Iudex, quandoquidem in hoc caſu voluntas Filij non cenſetur in voluntate Patris, nec Pater, vt Iudex, vti poteſt patria poteſtate. Hoc manifeſtè apparet in *leg.4. Cod.de Patr. poteſt.* vbi habetur. *Congruentius videtur intrà Domum inter te, ac Filios tuos, ſi quæ controuerſiæ oriuntur, terminari. Sed ſi ità res fuerit, vt pro iniurijs eorum, & ad ius experiendum, & ad vindictam proceſſeris, aditus Præſes Prouinciæ exerceri iubebit ordinem Iuris.*

59. Ex hac autem lege deducitur primò, quod controuerſiæ leues, inter filios exortæ, debent à Patre intrà familiam, auctoritate paterna, terminari. Deducitur ſecundò, quod iniuriæ, ſeu cauſæ graues inter filium, ſeu alios de familia, exortæ debent ad Iudicem deduci. Ampliùs, vt ſuprà viſum eſt, Pater poteſt remittere, etiam coram Iudice, iniuriam factam filio à perſona extranea, non verò, ſi iniuria ſit ſibi facta à perſona coniuncta, vt Fratre, Nepote, Sorore, &c. vt poſt *Bartolum* dicit *Romanus*, & *Apoſtillator ad Deciſionem Tholoſan.* (e) His ergo firmatis patet Prælatum, qui eſt Monachorum Pater, debere auctoritate Patris compeſcere lites exortas inter filios, & leues eorum querelas terminare, paternaliter caſtigando, & in tali caſu Accuſatorem fratrem ab accuſatione repellere, ſeu ipſam impedire, prout quieti, & bono Religioſæ Familiæ magis expedire iudicauerit; & in hoc ſenſu ſuſtineri poſſet opinio *Pellizzarij*, & *Antonij à Spiritu Sancto*. Sicque querela de re leui, ſiue iniuria accepta, quam Subditus contrà Fratrem defert, à Superiore poſſet, pro bono publico, non acceptari, & alia via procurari congrua ſatisfactio parti læſæ, prout charitas, æquitas, & prudentia ſuaſerit.

60. Sed ſi agatur de querela, & crimine, quod à Conſtitutionibus Religionis cenſetur graue, nequit Superior, vt Pater procedere, ſed ad Iudicem debet recurrere, puta exuta perſona Patris, ſe vt Iudicem gerere, vt præcipit lex citata, quæ iubet pro talibus iniurijs *Præſidem* adiri: neque poteſt remittere iniuriam factam filio ab alio fratre ſuo, ſicut remittere poſſet, ſi ſibi facta fuiſſet ab extraneo, vt viſum eſt; & proindè neque impedire accuſationem, ſicut poſſet, ſi facta fuiſſet ad Tribunal extrà Religionem. Et hoc magis apparet exemplo. Quia, ſi Iudex quiuis Laicus, qui non eſſet Princeps, haberet filium, qui pugno percuſſit fratrem ſuum, aut leui iniuria affecit, poſſet illum paternè corrigere, flagellare, &c. aut fratrem iniuriatum, & querelantem ab accuſatione compeſcere, eo quia fortè percuſſus, vel iniuriatus impubes eſt; percutiens autem natu maior, & pubes, cui, ratione ætatis, ſit aliqualiter deferendum; Si verò læthaliter ipſum vulneraſſet, nequit Pater vulnerati querelam abolere, nec paternè percuſſorem corrigere, ſed tenetur, vt Iudex, procedere, filium carcerare, & ad mortem etiam, (ſi ità iura diſponunt) damnare, quod iuſtè, & generosè ad conſtantiæ, & integritatis exemplar, fecit *Philippus Secundus Hiſpaniarum Rex*, qui filium vnicum Monarchiæ Succeſſorem, ob graue crimen, ad mortem damnauit. Ita in pari caſu etiam Superior in euentu querelæ grauis, nequit accuſationem Subditi impedire, neque eam abolere, ſed tenetur, vt Iudex procedere, & ad normam legum ſontem caſtigare.

61. Falſum proindè eſt, Prouincialem poſſe procedere, vt Principem, & iura mutare; quod eſt *Pellizzarij* fundamentum. Quia Princeps ei eſt, penès quem in Republica ſumma rerum poteſtas eſt, & non agnoſcens Superiorem, poteſt in cauſa propria eſſe Iudex, vt dicunt *Iuriſtæ*: (f) & licet ſit ſolutus legibus, ligatur tamen illis, quæ ex iure naturali, & diuino procedunt, vt ait *Baldus*. (g) Prouinciales porrò in Religione agnoſcunt Superiorem, puta Generalem, nec poſſunt ſibi ipſis ius dicere, quia controuerſiæ contrà ipſos ad Generalem deferuntur, vt eſt quotidiana praxis omnium Religionum, & ligantur legibus Statutarijs Religionis, & à fortiori etiam Sacrorum Canonum, ad quas ſeruandas obligantur. Sunt propterea in Religioſa Republica Iudices quidem Ordinarij, ſed ſubalterni, & propriè comparandi ſunt *Præſidibus Prouinciarum*, vel *Proconſulibus*, qui à Republica, hoc eſt à Religione eliguntur; qui in Prouincia, quam regunt, ſunt quidem maiores poſt Principem, hoc eſt Generalem; extrà Prouinciam tamen iuriſdictionem non habent, & iuxtà leges iudicare debent, vt habetur in *Iure*. (h) Vndè falſum eſt, quod poſſint in lege diſpenſare, & ius Accuſatoris impedire, aut tollere, quod fundatur in iure naturæ, & etiam diui-

diuino; quia ſe tueri, accuſando nocentem de iure naturæ eſt, & dicitur in Euangelio, *Si peccauerit in te frater tuus, &c. dic Eccleſiæ*, hoc eſt Iudici, vt malum, quod pateris, auertat.

62. Et re vera periculoſa eſſet res, ſi Iudex Regularis poſſet Accuſatorem legitimum impedire, & eius accuſationem repellere præter id, quod à iure ordinatur; in caſibus enim, in quibus accuſatus eſſet ipſius amicus, vel partialis, poſſet querelas ſepelire, & crimina impunita relinquere ſub ſpecioſo, & colorato aliquo prætextu, cum iniuria illius, cui iuſtæ accuſationi iniuſtum imponeretur ſilentium, & cum Religionis iactura, in qua crimina impunita altiores radices figere ſolent. Repellenda proinde eſt opinio *Pellizzarij*, & *Antonij à Spiritu Sancto*. Et maximè apud Nos, qui habemus *Textum* hoc eodem Titulo §.7. ità ſtatuentem. *Receptam ſemel accuſationem, niſi ex conſenſu Actoris, vel Superioris auctoritate, Iudex abolere non poteſt; & tunc minimè, cum delatio, ac punitio criminis ad euidens Religionis augumentum vergere dignoſcatur. Legitimo Accuſatore comparante non poteſt Iudex accuſationem reſpuere, ſed tenetur illam acceptare, & prout de iure procedere.*

IV. Quæritur. An ſemel Accuſatus, qui ob partialitatem Iudicis non fuit punitus, poſſit denuò accuſari?

SVMMARIVM.

63. *Iudex non puniens crimino ſum, vt debet, dignitatem amittit.*
A fortiori, ſi Teſtes corrumpit.
Pariter ſi ex dolo proceſſum inualidum format.
Prælatus ob negligentiam in corrigendo puniendus.
Propter negligentiam in caſtigando aliquandò moritur.

64. *Iudex non puniens Reum fit eius complex.*
Conſulens, & perſuadens punitur, vt faciens.
Pluribus pœnis caſtigandus eſt Iudex doloſè vitians proceſſum.

65. *Accuſatio poteſt renouari contrà accuſatum, non punitum.*
Reus, cuius crimen eſt a Iudice diſſimulatum, puniri poteſt.
Accuſatore præuaricante, Reus iterum poteſt ab alio accuſari.
Accuſator præuaricans, & Teſtis corruptus pacificantur.

66. *Iudex non puniens ad normam legum caſtigandus.*
Iudex, ex iuſta cauſa, poteſt minuere pœnas.
Ipſius arbitrium à iure eſt regulandum.
Iudici arbitrariæ ſunt pœnæ, quandò debet punire extraordinariè.
Ordinariam pœnam tenetur iniungere, quando crimen eſt plenè probatum.
Iudex non debet eſſe ſuprà legem, ſed eam ſequi.

67. *Amicitia eſt ratio minuendi pœnam in iudicio extraordinario.*
Ob amicitiam nemo debet peccare.
Iuſtitia perſonam non accipit.
Ob amicitiam non deſerenda iuſtitia.

68. *Reus punitus leuiori pœna, quam fuerit delictum, nequit, denuò accuſari.*
Idem crimen pœnis diuerſis, non vindicatur.
Semel punitus, licet leuiter, nequit denuò puniri.
Crimen per accuſationem delatum, poteſt denuò deferri ex noua qualitate grauante.

63. RESpondeo diſtinguendo. Vel enim accuſatus nullam pœnam ſubijt, & declaratus eſt innocens per ſententiam Iudicis, qui doloſè vel Teſtes ſubornauit, vel corrupit; aut ſtudioſè proceſſum nullum fabricauit peccando in forma ſubſtantiali, & hoc modo dando occaſionem, & anſam Aduocato Rei, probandi proceſſum eſſe nullum; vel teſtimonia minimè delictum probauere, & ex hoc euaſit Reus abſolutus à crimine. Aut Reus punitus quidem eſt, ſed non pœna lata ad normam legum, neque delicto proportionata, ſed longè inferiori. In primo caſu, dico duplicem poſſe inſtitui accuſationem, puta, contrà Reum, & contrà Iudicem. Quia prout habetur in duabus legibus *Codicis*; (i) Iudex, ſi crimen *apud ſe probatum*

tum diſtulerit, ſeu omiſerit, vel impunitate donauerit (abſoluendo nempè Reum, vt notat ibi *Gloſſa Accurſij*,) *aut pœnam molliorem, quam quæ à legibus eſt præſcripta prætulerit*; vel crimen diſſimulauerit, Dignitate, & Officij adminiſtratione venit priuandus, & in pecunia, & in ſalutis, & vitæ periculo puniendus. Ex quo fundamento deducitur, quòd à fortiori puniendus venit ille, qui non ſolùm delicta, apud ſe probata non caſtigat, aut mitiùs punit, aut ex officio punienda diſſimulat; ſed poſitiuè impedit iuſtitiæ executionem contrà Reos; puta Teſtes ſubornando, vel Accuſatorem corrumpendo; vel nullitates in proceſſus fabricatione affectando. In primo enim caſu minùs peccat contrà iuſtitiam, quia peccat peccato omiſſionis, non ſtrenuè exercendo partes Iudicis ad legum præſcriptum; in ſecundo verò peccat peccato commiſſionis, poſitiuè faciendo contrà leges, & earum executionem impediendo. Quæ omnia optimè iuri *Canonico*, congruunt, ſi enim ob negligentiam in diſſimulandis criminibus puniendi ſunt Prælati, vt dicunt multi *Canones*, (*l*) maximè dicente Scriptura *Sanguinem Subditorum de manibus Prælatorum eſſe requirendum*; vndè Prælatos in caſtigandis criminibus negligentes à Deo puniri aliquando, per ademptionem vitę corporalis, exiſtimet Abbas, (*m*) quod probat exemplo *Heli Sacerdotis*; à fortiori puniendus venit Iudex, qui etiam regulariter eſt Prælatus, ſi criminoſos abſoluit, probationes criminum impediendo, per Accuſatoris præuaricationem, Teſtium ſubornationem, eſſentialium regularum iuris voluntariam, & culpabilem inobſeruantiam; Siquidem non ſolùm bono publico præiudicat, ſontes ſuſtinendo, ſed eorum culpis participat; alios ad malum inſtigat; & in officio Iudicis delinquit.

64. Proindè talis Iudex puniendus eſt pœna complicitatis delictorum Rei abſoluti, quia ſi ille, *qui poteſt emendare, & negligit participem ſe conſtituit. Nec careat ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare*, ac *conſentire videtur erranti, qui ad reſecanda, quæ corrigi debent, non occurrit*, vt dicunt *Canones*, (*n*) à fortiori ſe reddit complicem in eo crimine, in quo criminoſum ipſum protegit, eius vindictam impediendo. Pariter puniri debet pœna, qua, iuxta leges, vindicantur delicta vel præuaricationis in Accuſatore, vel falſitatis in Teſte, quia iuxtà *Canonica, & Ciuilia iura.* (*o*) Conſulens, & perſuadens punitur ſicut faciens. Itidem debet ſubire pœnam Iudicis malè iudicantis, & non ſeruantis ordinem iuris, (caſu quo proceſſum defectiuum ſtudioſè eſſentialiter inſtrueret;) ſi enim Iudex ex ignorantia malè iudicans, aut proceſſum nullum fabricans, vel malè procedendo, vel ſuggeſtiuè interrogando, punitur deſtitutione officij, ac alijs pœnis, vt alibi diximus; à fortiori puniendus eſt ille, qui non eſt ignorantia, ſed ex ſtudioſa malitia, idem crimen committeret, cum per illam grauiùs ipſum crimen reddatur. (*p*)

65. Similiter poterit de nouo inſtitui accuſatio contrà illum, qui, vt innocens in ſententia pronunciatus eſt, ex eo quod Teſtes producti fuerunt ſubornati, vel Accuſator præuaricauit ſuaſu Iudicis. Tum quia *ex l. final. C. ad l. Iul. de vi pub. vel priuat.* Rei, quorum crimine ſunt per Iudices diſſimulata, non euadunt per hoc pœnam criminibus à lege ſancitam; à fortiori ergo poterit inſtitui contrà eos actio ad hoc, vt puniantur, ſi Iudex non ſimpliciter tantùm crimina diſſimulat, ſed data opera defendit. Nec facit, quòd aliàs fuerint accuſati, perindè enim eſt, accuſationem fuiſſe per malas artes impeditam, & ſuo fine fruſtratam; ac ſi Accuſatio à nemine fuiſſet facta; aut à Iudice non acceptata. Quod ampliùs apparet ex hoc, quòd, vt dicunt iura, (*q*) ſi Accuſator eſt præuaricatus, non tollitur, quin Reus poſſit denuò accuſari ab alio Accuſatore, erit ergo idem in caſu noſtro; quandoquidem accidit, quod Iudex ipſe ſit in cauſa, quare Accuſator præuaricauerit; non enim attenditur, à quo ſit procurata præuaricatio, neque ipſius modus, ſed præuaricatio ipſa, propter quam Reus euadit impunitus; proindè, quod illa ſit, vel à Reo, vel à Iudice, vel ab alio, contemplatione commodi Rei ipſius, eſt quidem merè accidentale, per quod legum diſpoſitio non variatur. Quod autem dicitur de pręuaricatione Accuſatoris, pariter concludit de corruptione, ſiue ſubornatione Teſtium, vtrobique enim militat eadem ratio, puta impunitas Rei, quæ nullo modo toleranda eſt, punire enim ſontes ad Reipublicæ bonum, & vtilitatem ſpectat. Et prædicta ratio concludit, etiam in caſu, quo Iudex, data opera, vitioſum proceſſum inſtitueret, vt Reus minimè puniretur,

faltem

ſaltem ordinaria pœna; quia pari modo, licet alia via, euadit Reus impunitus.

66. Si verò Iudex puniuit quidem Reum, ſed quia eius partialis eſt, non puniuit pœna à lege Statuta, & ad rigorem, ſed mitiori: dico, quod Iudex puniendus quidem venit, ſi probetur, quod non ex cauſa rationabili pœnam minuerit, ſed ex iniuſta partialitate; non tamen poterit Reus ſubijci nouo iudicio per nouam accuſationem. Prima pars huius concluſionis probatur ex hoc, quòd Iudex, licet ex iuſta cauſa pœnā minuere poſſit, vt ex *Iure (r)* deducitur, non tamen, pro libito ſuo, poteſt arbitrari; quia arbitraria ſunt regulanda ad formam iudiciorum, *(s)* & ideò, in iudicando, debet iudicium ſuum regulare ad exemplar legum, nimirùm à ſimilibus ad ſimilia interpretando, & ſupplendo per iuriſdictionem, quæ deſiderantur, vt ex nonnullis iuribus deducit *Auctor Repertorij Inquiſitorum. (t)* Non aſſentior autem opinioni de *Bictis* docentis, hodie omnes pœnas, iuxtà facti, & perſonarum qualitates, arbitrio Iudicis eſſe remiſſas, quod probat ex *l. Hodie, ff. de Pœnis*. Quia hoc verum eſt tantùm, quandò Iudex extraordinariè procedit, non autem vniuerſaliter, nec lex illa intentum ſuum probat; quia ſic ſe habet. *Hodie licet ei, qui extrà ordinem de crimine cognoſcit, quam vult ſententiam ferre, vel grauiorem, vel leuiorem, ità tamen, vt in vtroque modo rationem non excedat*. Ex qua lege maniſeſtè habetur, tunc ſolùm poſſe iuxtà criminis qualitates aggrauantes, vel minuentes, pœnas librare, quandò *extrà ordinem*, hoc eſt extraordinariè crimen cognoſcit, vel de crimine *extraordinario*, cui non inueniatur in iure aſſignata pœna; vel ſi ordinariè procedit, eſſe tamen pœnam extraordinariam Reo dandam, quia delictum non fuit plenè probatum, vel quia fuit ex inaduertentia, ignorantia, vehementi paſſione, &c. & in hoc ſecundo caſu non eſt locus Iudici pœnas augendi, ſed eas ſolùm minuere poteſt. Sed quando ordinariè procedit Iudex, & delictum eſt plenè probatum, nec eſt vlla qualitas minuens grauitatem delicti, Iudex tenetur imponere pęnam legis, aliter efficitur infamis; *(u)* nequit enim, ſine iuſta cauſa, immutare pœnas à lege Statutas, *(x)* & nos circà hoc habemus *Textum* expreſſum, *(z)* dicentem; quòd *licèt pœnas pro Statuta generalia impoſitas Iudex moderari non poſſit regulariter, &c. Nullum tamen relinquitur arbitrium circà moderationem pœnarum, vbi delicta, prout recenſita ſunt, committi contigerit*. Et ſic concludo, quod ſi Iudex *extraordinariè* cognoſcit, habet arbitrium augendi, vel minuendi pœnas, non ad libitum, ſed ad dictamen rationis rectæ, ità vt *in vtroque modo* (nempè augendo, vel diminuendo) *rationem non excedat*, vt dicit ſupracitata lex. Si ordinariè cognoſcit, delictum verò non plenè probatum, aut ex tota malitia conſummatum non eſt, pœnam extraordinariam, nempè minorem ea, quæ datur à lege, debet imponere; & ſic habet arbitrium tantùm in minuendo eam plus, vel minus. Si delictum ex tota malitia eſt perfectum, & plenè probatum, debet dare ſimpliciter pęnam legis, nec vllo modo poteſt eam minuere, vel augere. Iudex enim non debet eſſe ſuprà legem, ſed eam ſequi, vt ſanxit *Iuſtinianus. (a)* Si ergo abſque vlla rationabili cauſa, (ex illis nempè, quas lex rationabiles exiſtimat, vt earum contemplatione pœnæ minui poſſint, de quibus aliàs dicemus) Iudex pœnam minuat ſecundùm prædicta, ſed ex amicitia, & partialitate, quam habet cum Reo, puniendus vtique venit Iudex.

67. At dices. Nonnè amicitia eſt Iudici iuſta ratio, vt in amicum mitiorem ſententiam ferat? Reſpondeo hoc videri tenere *Tiraquellum*, & *Gothofredum (b)* non improbare. Sed hoc intelligi, & admitti poſſet ad plus in iudicio *extraordinario*, aut cognitione *extraiudiciali*; non verò ſecùs. Nemo enim ratione amicitiæ peccare debet, vt dicunt *Canones*, *(c)* & vt ſcripſit *Caſſiodorus. (d) Iuſtitia non nouit Patrem; non nouit Matrem; Veritatem nouit; perſonam non accipit*. Nequit ergo rationabiliter Iudex Reo, quia amicus eſt, pœnam minuere, quia ſic non inſtitiam adminiſtrat, ſed perſonas accipit, & contemplatione amicitiæ peccat, pœnam Reo debitam non infligendo.

68. Dico tandem non poſſe Accuſatum, & vt præfertur punitum, de nouo per aliam accuſationem poſtulari. Quia idem crimen diuerſis pœnis non vindicatur, nec punitus in vno foro poteſt accuſari in alio, licèt pœna data in vno foro, ſit minor alia, vt dicunt iura *(f)* & nos *(Tit. Delictorum. Quæſt. prima* ſupra) tetigimus. Hoc verò procedit, quando illa, qui vellet ſecundò accuſare, præciſè accuſaret de

Bbb co-

eodem crimine, & æqualiter qualificato, de quo aliàs accuſatus fuit; ſed ſi ſecundus Accuſator intentat accuſationem de eodem quidem delicto, ſed cum diuerſa qualitate, quę transferat delictum in aliam ſpeciem, vt ſi quis ſemel accuſatus ſimpliciter de furto replicato, reaccuſaretur de eodem furto commiſſo in Eccleſia; tunc, puto, poſſe denuo accuſari; ex qualitate enim nouiter Iudici propoſita, per quam antiquum delictum transfertur ad aliam ſpeciem, puta ad ſacrilegium, fit noua ſimpliciter accuſatio; non enim poteſt dici fuiſſe Reum aliàs accuſatum de ſacrilegio, ſed de furto; proindè habendus eſt, ac ſi nunquam accuſatus fuiſſet; licèt furtum non fuerit reuera à ſacrilegio ſeparatum.

V. Quæritur. An Iudex, qui ſibi datam accuſationem non recipit, vel non proſequitur ſit punibilis?

SVMMARIVM.

69. *Iudex mortaliter peccat accuſationem legitimam, ſine iuſta cauſa, non proſequendo.*
Iudex accuſationem legitimam non recipiens, litem facit ſuam.
70. *Ex iuſto motiuo poteſt Iudex accuſationem non recipere.*
Differenda punitio criminum, quæ habent potentes defenſores.
Medicina non debet eſſe deterior morbo.
Crimina aliquando diſſimulanda.
71. *Mala, quæ aliquando veniunt Prælato volenti punire Reum potentem.*
Cautela à Prælato tali caſu adhibenda.

69. RESpondeo, quod ſi Accuſator nullum habet impedimentum, quod ipſum repellat ab accuſando, & in debita forma accuſet, aſſignando Teſtes idoneos, & alia, prout de iure, præſtando, Iudex verò accuſationem non acceptet, aut, ipſa acceptata, proceſſum non proſequitur, ſine iuſto aliquo motiuo, mortaliter peccat, & eſt de iure puniendus. Ratio dictorum eſt, quia, ſi Accuſator à legibus impediatur quominùs poſſit accuſare, non peccat Iudex ipſum impediendo, ne datam accuſationem proſequi poſſit; quia, ad legum dictamen, operatur, & ità nullo modo eſt culpabilis. Si verò nullum adeſt legale impedimentum, neque in perſona accuſante, neque in forma accuſationis, peccat Iudex mortaliter, ſi accuſationem non recipit, aut receptam non proſequitur; tum quia Iudex ſub mortali tenetur ad leges ſeruandas in materia graui; tum quia Accuſator, maximè proſequens iniuriam ſuam, ius habet contrà Reum; & ſi à Iudice ab accuſando repellitur iniuſtè, lædit ipſius ius; tum quia ad Reipublicæ bonum ſpectat, Reos punire; & eorum punitionem impediendo, Iudex, culpabilis redditur, vt ſuperiori quæſtione dictum eſt: Quod totum confirmat *D. Auguſtinus* (g) dicens. *Si Iudex es, ſi apud te Accuſator ſit; ſi veris Teſtibus conuincitur; coerce, corripe, excommunica, degrada.* Proindè dum Iudex porrectam ſibi accuſationem iuſtam recipere non vult, litem ſuam facit, vt ſcribant multi *Doctores*, (h) & de Iudice fit Reus, & contra Iudicem poteſt intentari illa actio ab Accuſatore, quam priùs intentauit contrà Reum.

70. Dixi autem notanter *ſine iuſto aliquo motiuo*, quia ſi iuſtum motiuum prudentiale Iudex habet non acceptandi accuſationem quamuis legitimam, nec peccat, nec puniri debet, ſi eam repellat. Ratio eſt, quam tangit *Diuus Auguſtinus*. (i) *Quandocunque crimen notum eſt, & omnibus execrabile apparet, ſi tales non habeat defenſores, per quos poſſit ſchiſma contingere, non dormiat ſeueritas diſciplinæ*, & ſubiungunt *Statuta Salmanticenſia*. (l) *Medicina enim non debet eſſe morbo deterior, proptereà in talibus, ad tempus, eſt differenda pœnitentia*, & ſubdunt aliam auctoritatem *D. Auguſtini*. (m) *Errata delinquentium, quandoque ad tempus, ſilentio tegenda ſunt, vt aptiori tempore corrigantur.* Ex hac ergo auctoritate habetur, quod quamuis crimen aliquod ſit graue, & notorium, ac ſcandaloſum, diſſimulari debet, & in aliud tempus differri eius punitio, ſi crimen habet defenſores ità potentes, vt poſſit maius malum oriri ex illo crimine punito, quàm id, quod naſcitur in Republica ex eodem diſſimulato, & tolerato; & hanc *Auguſtini* maximam eſſe veriſſimam, inter alia multa exempla probauit *Schiſma Anglicanum*.

71. Poteſt ergo dari ſimilis caſus in Religione; ſi enim eſſet aliquis Religioſus potens

potens apud Curiam Principis, vel Magnates Reipublicæ, aut Ciuitatis, vt frequenter accidit; ſi contrà hunc de aliquo crimine fieret accuſatio, & à Iudice acceptaretur; maius malum, in detrimentum Religionis, oriretur, quàm illud ſit, quod naſcatur ex ſuo crimine impunito. Siquidem ille fretus amicitia Potentum, apud quos benè audit, Iudicis auctoritatem eluderet, & multa mala Religioni cauſaret. Diceret enim, Prouincialem, ex emulatione, quam habet contrà illum, malignaſſe, falſaque crimina ipſi impoſuiſſe, Teſtes corrupiſſe, & ad paſſionis libidinem omnia mouiſſe, vt ipſum infamaret. Credunt, vt ſolent, Sæculares his talium hypocritarum nugis; ſcandalizantur dum audiunt in Religione tantam malignitatem debacchari; Superioribus ſuccenſent; Subditis inſultant, de Religione, aliàs commendata, obmurmurant; Sontis patrocinium ſuſcipiunt; auctoritatem Ptincipis implorant; ſcribitur ab iſtis ad maiores Superiores; repræſentant Religioſum illum eſſe intaminatæ vitæ; & Principi chariſſimum; Prouincialem laborare contrà illum inuidia; & ob hanc, ſuſcitaſſe contrà illum perſecutionem; nullo modo tolerandum eſſe, vt liceat Prælato priuatæ paſſioni publica authoritate ſatisfacere; ob tales recommendationes mouentur Superiores Maiores, qui cum talibus Magnatibus habent negotia; vt illos ſibi obligent, proſecutionem proceſſus impediunt, (ob iuſta aiunt motiua;) crimen ſepeliunt; triumphat Reus; Prouinciali inſultat; iuſtitiam ridet; impunitus, incorrectus, peruicax in malo perſeuerat. Ecce quot mala emergunt in hoc caſu, dum ex alio capite nihil pro correctione proficitur. Meliùs ergo eſt in tali caſu criminoſum vnum tolerare, quàm ſuſcitare contrà totam Religionem tot Potentes, à quibus, contrà illam, tot diſcrimina naſcantur. Differat ergo Prouincialis punitionem in tempus congruum, ſicut fecit *Dauid* cum *Ioab*; ſcribat ad Generalem malam talis Religioſi vitam; & cauſas, ob quas eum caſtigare non poteſt; & partes erunt Generalis opportunè, & ſine Religionis diſcrimine, prouidere. Prouincialis ergo in tali caſu accuſationem non recipiens, aut acceptam non proſequens, prudenter aget, & ex iuſto motiuo; & proindè minimè ſe redderet culpabilem. Ne verò in Syndicatu teneatur, neceſſarium omninò eſt, vt ad Generalem ſcribat; & ſi iſte approbat, quod in accuſatione ſuperſedeatur, iam Prouincialis tutus eſt, quia ſe tuetur auctoritate Principis; ſi verò iubet, vt omnimodè iuſtitiam exerceat; iam habebit maius robur, ex eius aſſiſtentia, nec ità facilè erit Reo per fauorem Potentium Superioribus imponere, & falſam innocentiam vendere. Quod, ſi Accuſator propriam iniuriam proſequitur, non debet Prouincialis durè illum ab accuſatione repellere; neque etiam cauſam, ob quam non recipit accuſationem, illi aperire, ne aut videatur remiſſus, & pauidus in ſuo munere; aut ſe iniuſtum prodat in denegata iuſtitia; ſed ſuauiter ſuadeat Accuſatori patientiam, aliqualem ſatisfactionem ipſi ab Offenſore procuret; aut alio modo demulceat beneficijs, vt à cœptis deſiſtat. Et ità, prudenter dilata punitione, veniet tempus, in quo, abſque conturbatione Religionis, commodiùs poterit caſtigari.

VI. Quæritur. An iuramentum, quod datur in accuſatione, ſit de ſubſtantialibus Iudicij?

SVMMARIVM.

72. *Iuramenti de Calumnia omiſſio non vitiat proceſſum.*
Iuramentum de Calumnia, de Malitia, & de Veritate æquiparantur.
Iuramentum de Calumnia, parte opponente, eſt de ſubſtantia iudicij.
Debet dari in Accuſatione, ſi Reus petat.
Et hoc ſubſtantiale iudicij eſt.
73. *Accuſatore deſiſtente, Iudex debet procedere ex officio.*

72. Reſpondeo, quod in iure (*n*) habetur, quod *Propter omiſſum tacitè, in tota cauſa, calumniæ iuramentum, iudicialis proceſſus, aliàs factus legitimè, non eſt nullus, nec etiam annullandus.* Quia verò, in *Clementina,* (*o*) Iuramenta de *Calumnia*, de *Malitia*, & de *Veritate* æquiparantur, quoad obligationem ipſa præſtandi, ſequitur, quod omnia tria hæc iuramenta, ſi tacitè omittantur, non vitiant vllo modo proceſſum, prout habet expreſsè *Gloſſa* illius *Clementinæ*. Quia

verò, *parte opponente*, iuramentũm calumniæ eſt de ſubſtantia iudicij, vt tenent communiter *Doctores*, *(p)* & licèt poſſit remitti, vt non iuretur, non poteſt tamen omitti obligatio iurandi, ſi iuramentum petatur, ſequitur, quod ſi Reus petat, quod Accuſator, (qui non iurauit dando accuſationem,) iuret, Accuſator iurare debet, aliter proceſſus annullandus veniet; & hoc modo tale iuramentum à Reo petitum ſpectat ad ſubſtantiam iudicij.

73. Sed quid proficere poteſt Reo, quod Accuſator iurare renuat, quod malo animo non accuſauerit? Nihil. Quia licet proceſſus annullandus ſit in quantùm eſt per viam accuſationis, nec Iudex poſſit, ad inſtãtiam partis, vlteriùs progredi, quia tamen ſupponuntur iam Teſtes examinati antè litis conteſtationem, quæ fit per citationem Rei, ſi ſufficientes probationes delicti habuerit Iudex, tenetur agere contrà Reum *ex Officio*, maximè ſi crimen tangat publicum bonum, *(q)* vt fit, quando Accuſator ſpontè ab accuſatione deſiſtit; Quod enim ceſſet accuſatio, vno, vel altero modo, hoc accidit; & ſicut Accuſatore ſpontè deſiſtente ab accuſatione, in qua proſequitur propriam iniuriam, poteſt Iudex *ex Officio* procedere, ità repulſo Accuſatore, qui iurare renuit, Iudex, cuius eſt vindicare publica crimina, tenetur *ex Officio* procedere contrà Reum, cuius crimen iam eſt probatum per Teſtes. Et ſic, per denegationem talis iuramenti. Reus in nullo releuatur.

Citationes Tituli præcedentis.

Pag. 347. col. 2.

(a) *Hoſtien. Summ. lib. 5. Rubr. de Accuſat. §. Quid ſit. num. 1.*

(b) *Tit. Quales. §. 2. & Tit. Pœnarum. §. 10.*

(c) *Gloſ. in cap. Chriſtiana. 32. q. 5. Abb. in cap. Quaſitum. n. 4. de Pœnit. & remiſſion.*

(d) *Calum. Lexic. verſ. Calamaiari verbum.*

(e) *Cicer. lib. 2. de Repub.*

(f) *l. 233. ff. de Verb. ſign. l. 3. ff. ad S. C. Turpil. l. penult. ff. Ne quis eam, qui ius. l. Cui neceſſitas. §. 1. ff. de libe. cau.*

Pag. 348. col. 1.

(g) *l. Athletas. §. 4. de His, qui not. infam.*

(h) *l. Diuus. ff. de Re iudicat.*

(i) *Sanctor. de Pœn. cap. 16. quæſt. 1. verſ. Dicitur autem. Abb. in cap. Venerabilis. nu. 1. de Teſt. cogen. cap. Coniurationum. cap. Si qui Clerici. cap. Si Clerici, aut Monachi. 11. q. 1. cap. Denique 7. quæſt. 1.*

(l) *cap. Accuſatores. cap. Suſpectos. 3. q. 5. cap. Cum oporteat. iunct. gloſ. in verb. Inimicos. de Accuſ.*

(m) *Anaclet. Pap. Epiſt. 3. cap. 5.*

(n) *l. Si Maritus. §. Præſcriptiones. ff. de Adult. cap. Neganda. il primo. 3. q. 11. iunct. gloſ. in verb. Accuſat. Hoſt. Sum. de Ord. cogn. verſ. Hæc autem.*

(o) *l. Quæ prior. ff. de Iudic. cap. Cum dilectus. §. Nos. de Ord. cognit.*

Pag. 348. col. 2.

(p) *l. Prius. l. Neganda. C. de His, qui accu. non poſſ.*

(q) *l. Exceptionem. C. de Probat. l. Si quidem. C. de Except. cap. Inter Monaſter. de Sent. & re iud. cap. Denique. de Except. Hoſt. de Ord. cogn. verſ. Sin autem Reus.*

Pag. 349. col. 1.

(r) *Farinac. q. 2. num. 58. apud Paſſerin. Trib. Regular. q. 4. art. 4. num. 36.*

(s) *cap. Cum dilectus. §. Verum. de Ord. cognit. cap. 1. §. Cæterum. de Except. l. Huius. ff. de His, qui not. infam.*

(t) *cap. De cætero. de Teſt. cap. Cum P. Manconella. de Accuſ. cap. Beatus. 2. q. 1. l. Qui accuſare. ff. de Accuſat.*

(u) *cap. Perſonas. cap. Veniens. de Teſt. cap. 1. de Confeſſ. l. final. C. de Accuſat. l. Quoniam. C. de Teſt.*

(x) *Gloſ. in cap. Cum. P. Manconella. in verb. Laicus. de Accuſ.*

(z) *cap. Tanta. de Simon.*

Pag. 349. col. 2.

(a) *cap. Intelleximus. de Iudic. cap. 1. de Except. in 6. Paſſerin. Trib. Regal. q. 4. art. 4. n. 40.*

Pag. 350. col. 1.

(b) *Statut. Vallisolet. tit. de Pœn. talion. Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 470. cap. Qui crimen. 2. q. 8. l. Noſtris. C. de Calumn. l. final. C. eo. l. final. verſ. Nec impunitam. C. de Accuſat.*

(c) *Menoch. de Arbitr. Iud. caſ. 325. n. 23. Farinac. q. 16. n. 27. apud Paſſerin. Trib. Reg. q. 7. art. 5. num. 26.*

Pag. 350. col. 2.

(d) *Baiard. ad Clar. q. 62. n. 29 Farinac. q. 16. n. 25. Guazzin. Defen. 3. cap. 13. n. 9.*

(e) *Stat. Salmantic. cap. 10. verſ. Nullus Frater. Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 339.*

(f) *cap. De his. de Accuſat.*

Pag. 351. col. 1.

(g) *l. Præuaricationis. §. Nam ſi. ff. de Præuaric. l. Si quis homicidium. C. de Accuſat. cap. 1. de Colluſ. deteg. Gloſ. in cap. De his. in verb. Replicari. de Accuſat.*

(h) *Gloſ. in cap. Admonere. in verb. Pœnitentia. 33. quæſt. 2.*

(i) *cap. Quod in dubijs. cap. Inter alia. de Sent. Excomm.*

Pag.

Pag. 351. col. 2.

(l) *Cod. Theodoſ. lib. 4. Tit. de Falſ. Monet.*

(m) *cap. Nonerit. iunct. gloſ. in verb. Capitularibus. de Sent. Excomm. cap. Omnes. §. Hæc ſi quis. 11. quæſt. 1.*

(n) *Radulph. Tungren. de Canon. obſeru. Propoſ. 13.*

(o) *Du Cange Gloſſar. litt. C. verſ. Capitulum locus. Brouuer. Antiquit. Fulden. cap. 12. Smaragd. Præfat. in Diadoc. Monach.*

(p) *Amalar. de Eccleſ. Offic. lib. 4. cap. 2.*

(q) *Eckeard. Iun. de Caſ. S. Galli cap. 3.*

(r) *Concil. Aquiſgranen. Can. 69.*

Pag. 352. col. 2.

(s) *Stat. Farmer. cap. 10. & 11. Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 69. & 71.*

(t) *Stat. Bened. XII. cap. 21. Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 39.*

(u) *Crauet. Conſ. 6. n. 73. Pariſ. Conſ. 23. n. 241. lib. 2. Pute. deciſ. 147. n. 2. lib. 7. & deciſ. 77. n. 7. lib. 2. Simon de Præt. conſ. 199. n. 56.*

(x) *l. final. ff. de Decret. ab Ord. faci.*

(z) *Gemin. conſ. 144. nu. 3. verſ. Sed ita. Anani. conſ. 70. in fin.*

Pag. 353. col. 2.

(a) *cap. 1. de Iuram. calumn. in 6. cap. Cæterum. cap. Cum cauſam. cap. Cum in cauſa. eo. tit. Clement. Sæpè de Verb. ſign. l. 2. §. 1. C. de Iureiur. propt. cal. l. Inter cohæredes. §. Qui familia. ff. Famil. erciſc.*

(b) *Gloſ. in cap. .. in verb. Calumniâ. Extra de Iuram. calumn.*

Pag. 354. col. 1.

(c) *cap. Cum dilectus. de Elect. cap. Paſtoralis. de Except. Clement. Sæpè. de Verb. ſignif.*

(d) *cap. Ex litteris. de Iureiu. iunct. gloſ in verb. Iuramentum. cap. Dudum. il 2. de Elect.*

(e) *Martin. Abb. apud Adden. ad Summ. Hoſtien. Rubr. de Iuram. calumn. verſ. Interijcias.*

(f) *Gloſ. in cap. Cum dilectus. in verb. Iuramentum. Extrà de Elect.*

Pag. 354. col. 2.

(g) *Stat. Salmantic. cap. 10. Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 336. verſ. Ordo etiam.*

(h) *Exod. cap. 21. verſ. 23. Deuteronom. cap. 19. verſ. 21.*

(i) *Aul. Gell. Noct. Attic. lib. 19.*

(l) *l. final. §. 3. C. de Accu. l. Noſtris. l. final. C. de Calumn. l. 3. C. de His, qui accu. non poſ.*

(m) *cap. Calumniator. cap. Qui non. cap. Paulum. 2. q. 3. cap. Nullus. 4. q. 4.*

(n) *Couaru. 2. Variar. cap. 9. n. 1. Pegn. Direct. Inquiſ. par. 3. Comm. 14. §. Sed quid. Guazzin. Defen. 3. cap. 13. num. 3.*

(o) *Bict. q. 23. num. 6. Sgroi par. 3. cap. 1. n. 7. Bellagrand. Tract. 1. q. 12. n. 11. Farinac. q. 16. n. 5.*

(p) *Paſſerin. Trib. Regul. q. 7. n. 21. Bict. q. 23. nu. 3. Sgroi par. 3. cap. 1. Bellegrand. Tract. 1. q. 12.*

Pag. 355. col. 1.

(q) *Bart. in l. Quæſitum. §. Si quis fundum. n. 9. ff. de Fund. inſtr. Bald. Conſ. 253. n. 3. lib. 5.*

(r) *Io: Igne. in l. Neceſſarios. §. Non alias. n. 95.*

(s) *Maſcard. concl. 857. n. 30. apud Sgroi par. 4. cap. 3. n. 33. Grammat. conſ. 45. n. 12. Baiard. qu. 24. n. 122. Farinac. q. 62. n. 71.*

Pag. 355. col. 2.

(t) *Caphaln. conſ. 118. n. 13. lib. 1. Tuſc. lit. C. concl. 311. num. 4.*

(u) *D. Thom. 2. 2. q 68. art. 2. Farinac. q. 16. Clar. q. 12. Paſſerin. q. 6. n. 3.*

Pag. 356. col. 1.

(x) *l. Penult. C. de Accu. l. 2. §. final. ff. de Adult. l. 3. C. de His, qui accu. non poſ.*

(z) *Stat. Salmant. cap. 7. verſ. Si tamen. Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 319. col. 2. Stat. Reſor. cap. 7. n. 11.*

Pag. 357. col. 2.

(a) *cap. Quanto. de Iudic. cap. Præterea. il 2. de Tranſact. cap. De iure. de Iurepatr. cap. Tranſlato. de Conſt. Abb. in cap. Querelam. num. 9. de Elect.*

(b) *Abb. in cap. Licet. n. 31. de Probat.*

Pag. 358. col. 2.

(c) *l. final. C. de Rei vindic. l. Qui teſtamento. ff. de Excuſ. tuto. cap. Cum Eccleſia. de Can. poſſ. & propr. cap. Licet. iunct. gloſ. in verb. Se adſtrinxit. de Probat.*

(d) *l. Qui accuſare. C. de Eden. l. Negantes. C. de Obligat. l. 2. C. de Proba. l. Si quidem. C. de Except. cap. 1. Vt Eccl. benef.*

(e) *Speculat. Tit. de Probat. §. Probare. verſ. Tunc ad propoſit. Iaſon. in l. Qui accuſare. C. de Eden. Marſil. in l. De minore. §. Tormenta. ff. de Quæſt. Purpurat. in d. l. Qui accuſare. Iacob. de Ptolem. in l. Admonendi. ff. de Iureiu. n. 115.*

(f) *cap. Accuſator. 6. q. 5.*

(g) *cap. Ex timore. de Teſt. l. Optimam. C. de Contr. ſtipul. cap. Bonæ memoriæ. il 1. de Elect.*

Pag. 359. col. 1.

(h) *cap. Super hoc. iunct. gloſ. in verb. Negat. de Renunciat.*

(i) *cap. Dudum. de Præſumpt. l. Cum quid. ff. de legib. l. Omni modò. C. de Inoffic. teſtam.*

(l) *cap. 1. iunct. gloſ. in verb. Actore. Vt Eccl. benef. cap. Ex inſinuatione de Procura. cap. final. de Iureiur. l. Quintus. ff. de Donat. inter vir. & mulie.*

(m) *l. Circa. ff. de Probat.*

(n) *Maſcard. Marſil. Oſaſc. Guazzin. Defen. 29. n. 6. apud Bict. q. 92. num. 2.*

(o) *Gloſ. in cap. Accuſator. 6. quæſt. 5. & in cap. 1. in verb. Actore. Vt Eccl. benef.*

Pag. 359. col. 2.

(p) *Tit. Probatio. toc. titul.*

(q) *Paſſerin. Trib. Regul. quæſt. 11. num. 4.*

(r) *Tit. Fama. §. 1.*

(s) *cap. Qualiter, & quando il 2. de Accuſ. cap. Licet Heli. de Simon.*

Pag. 360. col. 1.

(t) *d. cap. Qualiter, & quandò il 2. iunct. gloſ. in verb. A maleuolis. de Accuſ. gloſ. in cap. In cunctis. in verb. Maledicorum. 11. q. 3.*

(u) *Tacit. in Vit. Agricol.*

Pag. 360. col. 2.

(x) *Bart. in l. Admonendi. num. 14. & ſeqq. ff. de Iureiur. & in Extrauag. Ad reprimendum. in*

verb.

Digitized by Google

verb.Summariè.num.7.verſ.Circà modam.

Pag.361. col.1.

(z) *Cod.& Digeſt.Ad leg.Corn.de Crim.falſ. Extra. eo.tit.lib.5.*

(a) *Alex.conſ.74.num.9.lib.1.*

(b) *Abb.in cap.1.n.5.verſ.Et ex his.de Collaſ.deteg.*

(c) *Abb.loc.cit.*

Pag.361. col.2.

(d) *l.2.C.de Abolit.crim.gloſ.in cap. Si quem pœnituerit.2.q.3.*

(e) *Gloſ.in cap. Audiuimus. in verb. Collaſione. de Colluſ.deteg.*

(f) *cap.1.de Collaſ.deteg.l.1.C.Ad S.C.Turpil.*

(g) *l.final.C.de Abolit.Cod.Theodoſ.l.2. eo.tit.*

Pag.362.col.1.

(h) *Gloſ.in cap.1.in verb.Gratiam. de Colluſ.deteg.*

(i) *l.Fallaciter.C.de Abolit.arg.cap. Quidam.5.q.1.*

Pag.362.col.2.

(l) *l.Furti.§.Pactus.ff.de His, qui not.infam.*

Pag.363. col.2.

(m) *cap.Clericus.cap.Maiorum.cap.Sententia. cap. Oues.cap. Accaſatio.2.q.7.*

(n) *S.Clement.Epiſt.2.ad Iacob.Anaclet.Ep.3.*

(o) *Gen.cap.6.verſ.9.*

(p) *cap.Si qui ſunt.cap. Quaerend.2. q.7. Conc. Nicen.1.ex Iul.cap.18.& 24. Luci. 1.Epiſt.2.cap. Qualiter, & quandò il 2. de Accuſ.*

(q) *Anaclet.Epiſt.2.cap.Accuſatio. §.Hac.2.q.7.*

(r) *Gloſ.in cap.Accuſatio.in verb. Columna.2. q.7. l.Cætera.§.Item hoc.ff.de Legat. & fideicom.*

Pag.364.col.2.

(s) *cap.Cum ab Eccleſiarum.iuncta gloſ.de Off. Ord. cap.Decernimus.vbi Gloſſ.& Abb.n.16.de Iudic. Archidiac.in cap.Vt animarum.de Conſtit. in 6.Innoc.in cap.Firmiter de Sum. Trinit. & in cap. Quoniam. Vt lit.non cont.cap.Perlectis 25.Diſt.cap.Nemo.2.q.1. cap. Reprehenſibilis de Appell.cap.1.de Eo,qui furt.Ord.ſuſc.*

Pag.365. col.1.

(t) *Calepin.verb.Inſignis.*

(u) *Cicer.Orat.pro Rabir.*

(x) *Terent.in Eunach.*

(z) *Virgil. Aeneid lib.1.*

(a) *Cornel.Tacit.lib.2.Annal.*

(b) *l.Si ab Arbitr.§.final ff. Qui ſatiſd.cog.*

(c) *Alberic.Diction.verb.Inſignis calamitas.*

(d) *cap Statutum de Reſcript.lib.6.*

(e) *Speculat. Tit. de Citat. §.1.verſ. Sed qua loca. Archidiac.in cap.Statutum.in verb.Inſignibus. de Reſcript.in 6.*

(f) *l.Obſeruare §.1.de Off Procon. Vopiſ. Lamprid. apud Calain.Lexic.verb.Praſes Prouincia.*

(g) *Tit.de Dignit.lib. 12.Nouell.30.38. 103. 105. 161.*

(h) *l.Non debet.ff.de Dolo.*

(i) *Stat.Salmant.Tit.de Studys.Orb.Seraph.Tom.3. fol.451.*

Pag.365.col.2.

(l) *l.Medicos.C.de Profeſſor.lib.10. l.Miles.ff.de Re iudic.l.Ad egregias.ff.de Iure. l.Centurio. ff.de vulg.& pupil.ſubſt. l.Libertas ff.de In ius voc. vbi Bart.l.1.ff. Quis bon.cad.poſſ.vbi Bald.*

(m) *Bart.in l.Medicos C.de Profeſſ.lib.10.*

(n) *Bald.conſ. 239. in princip.lib. 1. Dyn.conſ.58. num.3.Gemin.conſ.6.num.3.4.*

(o) *Gemin.conſ.65.num.8.Signorol.conſ.70.num.11. & ſeqq.apud Tuſc.litt.V. concl.140. num.19. 21.& 25.*

Pag.366. col.1.

(p) *Stat.Gen.Ord.cap.8.§.53.num.15. Stat.Reform. cap.8.num.52.*

Pag.367.col.1.

(q) *l.Poeta.C.de Profeſſ.lib.10.*

(r) *l.Ad beſtias.ff.de Pœn.*

Pag.367.col.2.

(s) *Tuſc.concl.520.num.1.litt.A.qui teſtatur de communi.*

(t) *Iul.Clar.§.final.quaſt.60.n.26.in fin.*

Pag.368.col.2.

(u) *cap.Cum dilectus. de Reſcript. Authent. Cauſa quæ C.de Epi.& Cler.Nauar. Comm.2.de Regul.num.64.Sanch.Decal.lib.6. cap.12. Lezan. Tom.1.cap. 9. num. 11. Anton.à Spir.Sancto. Direct.Regul.par.5.Tract.4 diſp.3. num.177.*

(x) *cap.Forus. de Verb. ſign. vbi Canoniſtæ communiter.*

Pag.369. col.1.

(z) *Sanch.Decal.lib.6.cap.12.n.12.Lezan.verb. Accuſare.num.2.*

(a) *Nauar.Comm.2.de Regul.nu.29. & 64.Syluest. verb.Religio.8.quaſt.4.*

(b) *Nauar.loc.cit.n.65.Azor.lib.12. cap.11. quaſt. 9.Lezan.Tom.1 cap.9.n.11.*

(c) *Sanchez Decal.lib.6.cap.12.num.13.*

(d) *Peyrin.ad Conſt.9.Paul.V.num.25.Lezan. verb. Accuſare.num.7.*

Pag.369.col.2.

(e) *Tridentin.Seſſ.25.de Regul.cap.19.*

(f) *Ricc.Prax.Reſol.20.Tambur.de Iur.Abb.Tom.3. Diſp.6.quaſt.26. num.3. Barboſ. in Tridentin. Seſſ.25.de Regul.cap.19.num.23.*

(g) *cap.Sententiam. Ne Cler. vel Monach.Couaru. in Clement.1.de Homicid.par.2.§.5.*

(h) *Text.in cap.Prælatis.de Homicid.in 6.*

(i) *Baccon.in 4.Diſt.25.qu.7. art.2. Couaru.in Clement.1.de Homicid.par.2.§.5. Caietan. 2.2.q. 33.art.7. Nauar. Manual. cap.27.n.213.Lezan.Summ.verb.Accuſare.*

(l) *D.Thom.2.2.q.108.art.1.& 2.Paſſerin.Trib.Regul.q.4.num. 46. Peyrin. de Subd. q.1. art.16. Pelizzar.Tract.9.cap.4. n.83. Anton.à Spir. Sanct. Direct. Regul. par. 3. Tract.4. diſp.3. num.170.*

Pag.370. col.1.

(m) *cap.Si quis Epiſcopus.2.q.7. vbi gloſ. in verb. Illaudabilis.*

(n) *l.vnic.C.de Fam.libel. cap.Si quis Epiſcopus.de Accuſ.*

(o) *Alenſ.4.par.quaſt.42.Memb.2. D.Thom. 2.2.q. 68.art.1.Abb.in cap. Nouit. de Iudic. Roderic. Tom.2.q.7.art.4.*

(p) *Sot.de Tegen ſecret.Memb.2.q.5.concl.3. Roderic.loc.cit.*

Pag.

Pag. 371. col. 1.

(q) *Nauar. lib. 5. Conſil. tit. de Accuſ. conſ. 3. num. 2. Aldret. de Relig. diſcipl. lib. 1. cap. 4. num. 7 Lezan. tom. 1. cap. 27. num. 25. Pelizz. Tract. 9. cap. 4. num. 87.*

(r) *Roderic. Tom. 2. q. 7. art 7. Aut. à Spir. Sanct. Direct. Regul. par. 3. tract. 4. Diſp. 3. n. 185.*

(s) *cap. Prælatis. de Homicid. lib. 6.*

Pag. 371. col. 2.

(t) *l. Non omnium. l. Et ideo ff. de leg. & Senat.*

Pag. 372. col. 2.

(u) *Lezan. Tom. 2 cap. 27. n. 22. Aldret. de Relig diſcipl. lib. 1. cap 4. num. 13. Confett. Comp. priuil. Bull. Leo. X.*

Pag. 373. col. 1.

(x) *Aut. à Spir. Sanct. Direct. Regul. par. 3. Tract. 4. Diſp. 3. n. 188. Pellizz. Manu. Regul. Tract. 9. cap. 4. num. 88.*

Pag. 373. col. 2.

(z) *Caſtren. conſ. 432. n. 5. lib. 1. Tuſc. concl. 508. n. 1. litt. P.*

(a) *Bart. in l. 1. §. 2. verſ. Per hanc. ff. de Rei vindic. Bald. ad l. ea.*

(b) *Io: de Lignan. inter conſil. Bellamer. 5. num. 8. & ſeqq. verſ. Secunda concluſio, & num. 14. verſ. Si agatur.*

(c) *l. Cum ſatis. §. 2. C. de Agric. & cenſ. lib. 11. Oldrad. conſ. 224. n. 22. & 35.*

Pag. 374. col. 1.

(d) *Bald. conſ. 126. in fin lib. 1 cap. Licet. de Sepult. in 6. Bart. in l. Si vnus. §. Si filius, ff de Iniur. & in l. Lucius, ff. Solut. matr. apud Tuſc. concl. 131. num. 2. litt. P.*

(e) *Bart. in d. l. Lucius ff Solut. matr. Roman. ſingul. 93. Apoſtill. ad Deciſ. Tholoſan. 241. apud Tuſc. concl. 131. n. 11. litt. P.*

Pag. 374. col. 2.

(f) *Felin. in cap. Cum veniſſent. de Iudic. Bald. in l. 2. C. de Sent. quæ ſin cert. Bart. in l. Si alius. ff. Quod vi aut. Angel in l. vnic. C. Ne quis in ſua.*

(g) *Bald. in l final. C. de legib*

(h) *l. 3. & 4. l. Congruit. l. Senatuſconſulto. ff. de Off. Præſid.*

Pag. 375. col. 2.

(i) *l. Seruos. §. Iudicem. l. final. C. Ad leg. Iul. de vi pub. vel priua.*

Pag. 376. col. 1.

(l) *cap. Licet Heli. de Simon. cap. Irrefragabili. de Off. Ord. cap. final. de Regular. cap. Cum ad Monaſter. §. fin. de Stat. Regul.*

(m) *Abb in d. cap. Licet Heli. de Simon.*

(n) *cap. Error. cap. Conſentire. cap. Quid enim. 83. Diſt.*

Pag. 376. col. 2.

(o) *cap. Sicut. §. Qui verò. cap. De cætero. de Homicid. l. Non ſolùm. §. Si mandato ff. de Iniur. l. Qui occidit. §. penult. ff. Ad leg. Aquil.*

(p) *cap. Sciendum. de Pœnit. Diſt. 2.*

(q) *l. 1. C. de Abol. diu. Iud. l. Si quis homicid. C. de Accuſ. cap. 1. & 2. de Collu. deteg. Gloſ. in cap. De his. de Accuſ.*

Pag. 377. col. 1.

(r) *l. Et ſi. C. Ex quib. cau. irr. infam. cap. de Cauſis. de Off. Delegat. Farinac. quæſt. 17. n. 7. Alex. conſ. 121. n. 7. lib fin. Soccin. ſen. in cap. Licet de Pœn.*

(s) *l. 1. ff de Arbitr. Abb. in cap. Cum Ioannes. n. 13. de Fid. inſtr. Sot. in 4. Diſt. 27. q. vni. art. 5. concluſ. 4 Nauar. de Sponſal. conſ. 23. n. 1.*

(t) *l. Non poſſunt. l. Nam vt ff. de Arbitr. Repert. Inquiſit. verb. Arbitr. in fin. San Tor. de Pœn. cap. 2. q. 5. verſ. Quomodò autem. fol. 70.*

(u) *l. Seruos. C. Ad leg. Iul. de vi pub. l. 8 C. Theodoſ. de Appell. Clar. q. 85. verſ Vlterius.*

(x) *Authent. de Iudic. §. Oportet. cap. De cauſis. de Off. Deleg.*

(z) *Tit. Applicatio. §. final.*

Pag. 377. col. 2.

(a) *Nouell. 82. cap. 13. coll. 6.*

(b) *Tiraquell. Tract. de Pœn. cauſ. 16. & 17. Dionyſ. Gothofr. ad l. 3. C. Ex quib. cau. irrog.*

(c) *cap. Faciat. cap. Omne genus. cap. Si quis te. 22. quæſt. 2.*

(d) *Caſſiodar. ſuper Pſalm.*

(f) *l. Sanctio. ff de Pœn. l. Prætor edixit ff. de Iniu. & fam. lib. Abb. in cap. De his. n. 7 de Accuſ.*

Pag. 378. col. 2.

(g) *D. Aug. in Epiſt ad Corinth. cap. 12.*

(h) *l. Mancipia. C de Seru. fugi. vbi Bald. & Salycet. Farinac. q. 111. n. 535. apud Bict. q. 142. n. 20.*

(i) *l. Mancipia C. de Seru. fugit. Bict. q. 142. n. 20.*

(l) *D. Aug. lib. Contra Epiſt. Parmenian. Stat. Salmant. cap. 10. Orb. Seraph. Tom. 3. fol. 335. col. 1.*

(m) *D. Auguſt. lib. de Conflict. Vitior.*

Pag. 379. col. 2.

(n) *cap. 1. §. Propter. de Iuram. calum. in 6. Gloſ. in Clement. Sæpè. in verb. Excludi. de Verb. ſign.*

(o) *Clement. Sæpè. de Verb. ſignif.*

Pag. 380. col. 1.

(p) *DD. in cap. 1. de Iuram. calumn. in 6. Farinac. q. 16. n. 22. Gloſ. & DD. in l. 2. C. de Fid. inſtr. Clar. quæſt. 18. verſ. Dicit etiam. Bict. quæſt. 24. n. 2. Paſſerin. Trib. Regul. q. 11. art. 2. n. 8.*

Pag. 380. col. 2.

(q) *Farinac. quæſt. 4. n. 32. Paſſerin. Trib. Regul. q. 7. art. 2. num. 14.*

TITV-

TITVLVS NONVS.

Denunciatio.

TEXTVS.

§. I. Euangelica, ſeu fraterna, reſpicit emendationem Fratris, actum charitatis, & bonum Delinquentis, vt ſcilicet reſipiſcat. Iudicialis verò reſpicit punitionem, actum iuſtitiæ, bonum priuatum, aut Communitatis, vt malus puniatur in aliorum exemplum. Illa accedit ad Superiorem, tanquam ad Patrem, iſta tanquam ad Iudicem. Hinc nullus fraternè denunciare debet, niſi Euangelica correctione præmiſſa, excepto caſu, quo iudicialis correctio magis profutura crederetur; & eo minùs, ſi Fratrem, remotis etiam labendi occaſionibus, viderit emendatum: iam enim lucratus eſt Fratrem, ſi eum ſecretò corripientem audierit. In iudiciali autem Denunciatione, ſi delicta ſint publica, & exceptuata, correctio charitatiua non eſt neceſſaria.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

1. *Denunciatio, quid ſit.*
Differt ab Accuſatione, & quomodo.
2. *Denunciatio quotuplex.*
Duplex eſt Euangelica, & Iudicialis.
Denunciatio Canonica reducitur ad Euangelicam.
Regularis confunditur cum Euangelica, & Iudiciali.
3. *Denunciatio Euangelica reſpicit emendationem Fratris.*
Eius differentia à Iudiciali.
Procedit à charitate.
4. *Denunciatio Iudicialis eſt actus iuſtitiæ.*
Punitio malorum eſt bonum Communitatis.
5. *Denunciatio Euangelica fertur ad Superiorem, vt Patrem.*
Superior conſideratur, vt Pater priuatus, vel communis.
Denunciatio ad Superiorem, vt Patrem priuatum, quomodò fiat.
Superior bonam famam Subditi debet curare.
6. *Denunciatio ad Superiorem, vt Patrem Communem quando fiat.*
7. *Denunciatio Iudicialis fit ad Prælatum, vt Iudicem.*
Superior, quando tenetur corrigere Subditum ſecretò.
Denunciator in foro paterno, poteſt eſſe Teſtis in iudiciali.
Cautela Iudicis in libranda qualitate Denunciantis.
Quomodò procedet, ſi graue crimen ſciatur à paucis.
Quid agendum, quando ſcitur à multis.
8. *Fraterna correctio præmittenda Denunciationi.*
Omitti poteſt, quandò creditur non profutura.
Quomodò cognoſcatur non eſſe profutura.
Correctio facienda in peccatis reiteratis.
9. *Denunciatio iudicialis non annullatur per omiſſionem correctionis fraternæ.*
Pœnitentia priuata non releuat à pœna publici criminis.
Correctio fraterna non eſt neceſſaria in crimine excepto.
Superior quandò per viam inquiſitionis procedere debeat contrà Denunciatum.

Denun-

1. D*Enunciatio*, prout ex multis iuribus deducit *Hoſtienſis*, (a) *eſt criminis alicuius apud Iudicem, ſine inſcriptione, legitimè facta delatio ad pœnitentiam peragendam, vel aliam pœnam legitimam imponendam, vel etiam ad vtrumque*. Differt autem ab Accuſatione in multis. Primò, quia Denunciatio poteſt fieri per litteras; Accuſatio non; Secundò. In Denunciatione non requiritur inſcriptio, ſeu obligatio probandi delictum oppoſitum ſub pœna talionis; in Accuſatione ſic; Tertiò. Procedendo per viam Accuſationis Reus pœna ordinaria punitur; per viam Denunciationis autem pœna mitiori; Quartò. Accuſatio tendit ad vindictam, ſiue punitionem; Denunciatio autem ad correctionem; Quintò. Actor in Accuſatione poteſt appellare, ſcilicet caſu, quo Iudex aut malè iudicet, aut remiſsè agat; in Denunciatione minimè; Sextò. In Denunciatione, quæ fit ad puram correctionem Rei, Actor poteſt examinari vt Teſtis; in Accuſatione non. Et hæc omnia, multis cumulatis, (b) probat *Auctor Practicæ Criminalis* ad calcem *Roderici*.

2. Quamuis verò nonnulli *Doctores* (c) diuidant Denunciationem in quatuor ſpecies, nempè *Euangelicam*, (quæ etiam dicitur *Paterna*, *Fraterna*, vel *Charitatiua*;) *Iudicialem*; *Canonicam*; & *Regularem*; tamen, rebenè conſiderata, duæ ſolæ ſtatuendæ ſunt ſpecies, nempè *Euangelica*, & *Iudicialis*; etenim Canonica reducitur ad *Euangelicam*, & *Regularis* confunditur aliquandò cum *Euangelica*, aliquandò cum *Iudiciali*; & hanc diuiſionem traditam à *D. Antonino* (d) amplectitur *Auctor Practicæ Roderici*.

3. *Euangelica ergo, ſeu fraterna reſpicit emendationem Fratris, &c.* ex hoc habetur ratio differentiæ inter *Euangelicam*, & *Iudicialem*, quia prima eſt *actus* procedens ab habitu *Charitatis*, & habet pro cauſa finali, ſiue motiua, *Bonum delinquentis, vt reſipiſcat à crimine*.

4. Sed *Iudicialis* eſt *actus iuſtitiæ* habens pro cauſa finali *bonum priuatum*, nempè Denunciantis ipſius, ſi denunciat aliquem de iniuria ſibi illata, vt obtineat reparationem damni, vt eſt in furto rei, vel famæ; aut *bonum Communitatis*, ſi ipſa damnificata eſt in bonis, vt in crimine peculatus, vel in dilapidatione, vel ſi damnificata eſt occaſione ſcandali, ſiue mali exempli, vt in criminibus publicis, per quæ etiam damnum patitur, quia amittit bonam famam, & exiſtimationem apud Sæculares; tale porrò bonum Communitatis obtinetur, quando *malus punitur in aliorum exemplum*.

5. Aduertendum porrò, quod *Euangelica* fertur *ad Superiorem, tanquam Patrem*, nempè extraiudicialiter procedentem; & hic facienda eſt diſtinctio; Superior enim poteſt conſiderari tanquam *Pater priuatus*, & ſic vocatur *Pater*; vel vt *Pater communis* omnium Religioſorum, & ità vocatur Prælatus. Poteſt ergo fieri Denunciatio Superiori hoc caſu, puta quando aliquis, poſt correctum Fratrem nihil profecit; vel quando probabiliter, conſiderata Fratris peccantis natura, credit per correctionem fraternam ipſum minimè eſſe emendandum, & tunc ex motiuo charitatis accedit ſecretò ad Superiorem, vt per ſecretam correctionem errantem corrigat ſine iactura famæ ſuæ. Tunc Denunciatio fit ad Superiorem *Patrem* priuatum, qui ſe debet gerere vt *Pater*, corrigendo charitatiuè filium, eius criminis famam non prodendo. Hoc elegantiſſimè expreſſit *D. Petrus Chryſologus*, (e) qui expendens cauſam, ob quam Pater, in Euangelio, videns filium Prodigum ante ſe in genua prouolutum, ait ad ſeruos: *Citò proferte ſtolam primam, & induite illum*, (f) nec curauit corpus illius, ex cuſtodia porcorum lutulentum, priùs lauari, quam veſtiri; ità ſcribit. *Antè veſtiri voluit, quam videri, vt nota ſoli Patri eſſet nuditas*. Verè ergo *Patrem* ſe oſtendit Superior, qui criminalem Subditi nuditatem, charitatis purpura tegit, eius ſalutem procurando per correctionem, ſed ſordes criminum tegendo per ſecretum.

6. Fit autem Denunciatio eidem, vt Prælato, ſiue *Patri* communi, quando aliquis, poſt correctum Fratrem iuxtà formam in Euangelio præſcriptam, videns nihil profeciſſe, denunciat ipſum Superiori ad hoc, vt ipſum coram aliquibus corripiat, & ad meliorem frugem reducat; vt habet *Practica Roderici*. (g) Et tunc Superior illum, coram Capitulo Fratrum, monet, & etiam paternè caſtigat, vt eſt quotidiana praxis Religionis.

7. Iudicialis verò Denunciatio eſt cum defertur Fratris crimen ad Superiorem

tanquam ad Iudicem. Pendet porrò à Denunciante, in praxi, differentia harum denunciationum. Si enim Denuncians dicit Superiori, ſe denunciaſſe Fratrem illi, vt *Patri*, vt ſiue ſecretò, ſiue coram aliquibus, vel omnibus Fratribus corrigat illum, prout crimen occultum eſt, vel ſcitur à duobus, vel tribus cordatis viris tantùm, qui illud non propalabunt; tenetur Superior, ſub mortali, ſecretò, vel coram illis tantùm, qui ſciunt delictum, corrigere, & non lædere Subditi famam; aliter non eſt *Pater*, ſed proditor. Et ſic in terminis habet Textus infra. *(b)* Si autem delictum à maiori parte Fratrum ſcitur, & Denuncians defert illud, vt *Patri*, poteſt quidem Superior publicè corrigere, & paternè punire; ſed non tenetur ad puniendum paternè tantùm, ſed poteſt vt Iudex procedere, maximè ſi delictum valdè ſcandaloſum eſt. Tamen in tali caſu Superior non procedit per viam denunciationis, ſed per viam inquiſitionis, & *ex Officio*. Quantumuis enim habuerit ſcientiam criminis à Denunciante, non tamen habet eam in foro Iudicis, ſed *Patris*, & proindè illam denunciationem nullo modo debet recipere ſcriptò, ſed oretenùs tantùm; & in tali caſu Denunciator in foro paterno poteſt eſſe Teſtis in foro iudiciali, vt textualiter habet quædam *Decretalis*, *(i)* & dicit *Textus* in fine huius Tituli, quia non prætendit punitionem, ſed puram correctionem Fratris. Vndè *Abbas* ibidem ſtatuit vnam regulam generalē, & eſt, quod in omni negotio, vbi principalis perſona, (puta primò, vel principaliter Denuncians) non eſt reportatura aliquod commodum, vel damnum, laudem, vel vituperium, nec aliqua affectione notatur, & non agitur de graui præiudicio alterius; non ſubeſt aliqua ratio, quarè non debeat computari in numero Teſtium, quam doctrinam plurium Doctorum auctoritate roborat *Anton. Franciſc. Additionator (l) Abbatis*. Cautè tamen procedat Iudex, & benè libret, ſi Denunciator paſſione caret, & ſi laus, commodum, vel aliud, ex ipſius teſtimonio poſſit euenire; & ſi graue præiudicium Reo ex hoc imminet; ſi enim hæc omnia non purificantur, nequit Denunciator vt Teſtis audiri; & ſi aliter fieret, ſterni poſſet via malignitati aliquorum, qui poſſent ſimulare charitatem, & paternè denunciare, & ſe hoc modo exhibere idoneos ad teſtificandum, & nocendum. Vndè, ſi alia via ſuppetit, non vtatur *Iudex* tali teſtimonio. In caſu ergo, quod Superiori, vt *Patri*, fiat denunciatio criminis grauis, quod ſciatur à duobus, vel tribus tantùm, licet poſſit *ex Officio* procedere, vt Iudex, inquirendo, vt dixi; conſulo tamen, quod hoc paſſim non faciat, ratione periculi, quod Denunciator, qui examinari poteſt, vt Teſtis, oculatam paſſionem non gerat, & impunè Denunciato noceat. Si ſciatur à pluribus, incipiat proceſſum per Inquiſitionem; nullam faciat mentionem de Denunciante; præmittat examen Teſtium ſuper fama, & ſic procedat. Porrò, ſi denunciat, tanquam Iudici, debet Superior denunciationem ſcripto recipere, adnotando nomen Denunciantis, (qui tamen non ſe inſcribit ad pœnam talionis in libello,) nomina Teſtium, & capita criminum; quorum omnium praxim dabimus in ſecunda parte.

8. Ex dictis ergo ſequitur, quod *Nullus fraternè denunciare debet, niſi Euangelica correctione præmiſſa*; cum enim in tali denunciatione non intendat, niſi Fratris emendationem, debet iuxtà Euangelium primò corrigere inter ſe, & ipſum; exindè coram Teſtibus, & tertiò dicere Eccleſiæ, & concordant in hoc multi Canones. *(m)* Hoc autem ſano modo intelligi debet, ſi enim denuncians probabiliter cognoſcit, ſe nihil profuturum per fraternam correctionem; ea omiſſa, poteſt paternè denunciare. *Caſu autem, quo iudicialis correctio magis profutura crederetur*, omiſſa tunc, & correctione fraterna, & denunciatione paterna, poteſt iudicialiter denunciare. Sed vndè poterit probabiliter ſcire ſe non profuturum ex fraterna correctione? Ex multis. Puta, vel à natura Fratris peccantis, qui eſt ſuperbus, & reprehendenti ſuccenſet; vel ab experientia viſa in alijs, qui corripuerunt, & emendatus non eſt; vel à dignitate peccantis, qui admonitionem pauperculi Religioſi ſpreturus eſt, & ſimilibus. Nullo autem modo, aut paternè, aut iudicialiter denunciare debet, *ſi Fratrem, remotis etiam labendi occaſionibus, viderit emendatum; iam enim lucratus eſt Fratrem, ſi is cum ſecretò corripientem audiuit*. Ex hoc deducitur, quod propriè correctio fieri debet, quandò crimen Fratris habet tractum ſucceſſiuum, vt in fornicatione, proprietate, ludo, furto, ebrietate, &c. non verò quando ex fragilitate ſemel cecidit Frater, & ſe correxit.

9. Quæ

9. Quæ verò de fraterna correptione hucuſque dicta ſunt, ſunt de conſilio tantùm, & nullo modo de ſubſtantia. Proindè ſi hæc omittatur, peccatur quidem contrà charicatem, & fortè aliquando contrà iuſtitiam; & ideò mortaliter; tamen denunciatio iudicialis non vitiatur, ità vt inualidus reddatur proceſſus, ſi Iudex procedat, quãtumuis Denunciator correptionem non fecerit; & etiam ſi denunciatus emendatus ſit, & pœnitentiam priuatam egerit. Quia iura decernentia correptionem præmittendam, non inualidant denunciationem aliter datam; & licèt aliquis priuatim pœnitentiam egerit, non releuatur tamen, quin publicè puniri debeat, cum ſupponatur publicè peccaſſe ex eo, quod per Teſtes in iudicio crimen eius probandum ſit. Concludit proindè *Textus*, quod *in iudiciali denunciatione, ſi delicta ſint publica, & exceptuata, correptio charitatiua non eſt neceſſaria*. Quæ verò dicantur delicta publica, & exceptuata paragrapho ſequenti dicemus. Ex dictis ergo patet, quomodò in Viſitatione paterna ſe gerere debeat Superior. Si enim ſibi denuncietur paternè delictum grauius, quod ſciatur à pluribus, & de eo ſit fama, licet vnus tantùm fuerit denunciator, & expediat illud non paternè, ſed iudicialiter punire; debet proceſſum per Inquiſitionem incipere, quaſi fama deferente audierit, nullo modo nominato denunciante; & probata per Teſtes fama, proſequi ad inquiſitionem criminis, & ſententiam.

T E X T V S.

§. II. Priuata delicta dicuntur, quæ priuatam Denunciantis, vel propriam Delinquentis perniciem concernunt; vt Gula, Superbia, Ira, &c. Publica verò, quæ in publicum Religionis detrimentum vergunt; vt crimen læſæ Maieſtatis, vel Diuinæ, vel Humanæ; Hæreſis, Blaſphemia; Sortilegia; prophanationes Sacrorum; Conſpiratio in Generalem, qui eſt Princeps Religionis, & in Prouinciales, eorumque Commiſſarios, ac Superiores locales; eorumque vulnerationes, Percuſſiones, Homicidia, Subornationes in Electionibus, Simonia, Peccatum nefandum, Fornicationes, Adulteria, dummodò periculum ſit hæc tria publicari poſſe; ſecus inter publica, & pernicioſa numerari non debent. In quo etiam fragilitas, & peccandi libido, oblata, aut captata occaſio, ſeu malitia, conſideranda ſunt. In priuatis item delictis, licèt regulariter charitatiua correptio præcedere debeat, tamen quandò emendationis ſpes nulla affulget, nec tunc erit præmittenda.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

10. *Crimen publicum in Iure Ciuili, quid ſit.*
Crimen, & delictum quomodò differant.
Delictum eſt maleficium lædens priuatam perſonam.
Noxa, quid ſit.
Crimen eſt fraus, vel maleficium, quo læditur Reſpublica.
Crimina publica, quiſquis accuſare poteſt.
Crimen priuatum, quomodò ex Statuto reddatur publicum.
11. *Publica iudicia, & publicæ actiones, quæ ſint.*
Delicta priuata, quæ.
Delicta publica, & priuata dependent à diſpoſitione Statutor. municipaliũ.
In Iure Canonico omnia delicta ſunt publica.
Omne mortale peccatum publicum parit infamiam.
12. *Delicta publica apud Nos ſunt, quæ lædunt Religionem.*
Delicta priuata tangunt perſonam particularem.
Pernicies *multa importat.*
Exempla criminis priuati, & publici.
13. *Diuiſio criminum allata eſt inutilis, & voluntaria.*
14 *Grauitas criminum in Religione à quo deſumenda.*

Politia Ciuilis reputat grauiora crimina, quæ ſunt turbatiua Reipublicæ.
Religio grauiora reputat crimina, quæ ſcandalo ſunt populo.
Et quæ trahunt multos ad transgreſſiones.
Et quæ Religioſam quietem turbant.
Motiua, per quæ redditur crimen leue, aut graue remiſſiuè.

10. IN Iure Ciuili alia eſt ratio diſtinctionis deliꝺorum inter priuata, & publica ab ea, quæ in hoc *Textu* adducitur. Siquidem publica ſunt *crimina*, quæ proprie crimina vocantur. Licet enim *crimen*, & *delictum* communiter vſurpentur pro eadem re; in rigore tamen non ità eſt. Verùm eſt, quod *Bartolus (n)* cenſet, *Crimen* eſſe nomen generale, & comprehendere ſub ſe omnia delicta; tamen, (vt optimè aduertit *Caluinus (o)* ex *Vlpiano*,) *Iureconſulti* ponunt diſtinctionem inter *crimen*, & *delictum*, ità vt *crimen* dicatur omnis fraus, vel maleficium, per quod læditur Reſpublica; *delictum* autem ſit maleficium lædens priuatam perſonam; quæ etiam dicitur *noxa*. Crimina ergo publica ſunt ea, contra quæ datur actio publica, hoc eſt, quod licitum eſt cuiuis de populo, qui per leges ab accuſando non repellitur, contrà ea Accuſationem in iudicio inſtituere, vt ex *Iure* deducitur. *(p)* Vndè, ſi per aliquod Statutum determinetur, quod aliquod crimen poſſi: ab omnibus accuſari, quantumuis crimen in ſe priuatum ſit, tamen ex diſpoſitione Statuti, redditur publicum, vt ſcribit *Signorolus*. *(q)*

11. Hinc dantur contrà talia crimina publicæ actiones, ſiue publica iudicia, quę vt ait *Iuſtinianus*. *(r) Publica dicta ſunt, quod cuiuis ex populo executio*, (hoc eſt perſecutio,) vt ibi explicat *Gothofredus*, *(s) eorum plerumque data eſt*. De quibus publicis iudicijs extat *Titulus in Digeſtis*. *(t)* Crimina publica porrò recenſentur in multis *Legibus*, vt *Iulia Maieſtatis*; *de Adulterijs*, *Peculatus*; *de Vi publica*, *Vi priuata*; *Ambitus*; *Repetundarum*; *de Annona*; *Cornelia de Sicarijs*; *de Teſtamentis*; *Pompeia de Parricidis*; *Flauia de Plagiarijs*, *&c.* Priuata verò delicta dicuntur, quorum accuſatio, vel perſecutio permittitur ei, cui propriè, priuatim, ac ſpecialiter intereſt, vt ait *Duarenus*, *(u)* vel quorum obligatio, & actio ad priuatam vtilitatem, refertur. Hæc quo ad ius *Cæſareum* antiquum; tamen, vt optimè aduertit *Gothofredus*, *(x)* modò omnia ſunt mutata, iuxtà iura municipalia cuiuſcumque Regionis; vnde ad determinandum quænam ſint in vnoquoque loco crimina publica, vel delicta priuata, oportet adhærere locorum Statutis, vt voluit Clarus. *(z)* In iure autem *Canonico* omnia crimina, ſiue delicta cenſentur eſſe publica, vt habet quædam *Gloſſa*, *(a)* omnia enim ſecundùm *Canones* pariunt infamiam ex eo, quod ſunt peccata mortalia, & per publicam authoritatem, mediante pœna legum, ſunt ſic peccantes ad pœnitentiam cogendi, vt elicitur ex multis Capitulis. *(b)*

12. In hoc autem *Textu* diſtinctio delictorum in publica, & priuata deſumitur ab obiecto, quod læditur per tale crimen, nempè ſi eſt priuata perſona, vel Reſpublica tota. *Priuata ergo delicta dicuntur, quæ priuatam denunciantis, vel propriam delinquentis perniciem concernunt*. Nomine *perniciei* venit quodlibet damnum, ſiue ſpirituale, ſiue corporale: vndè habetur *perniciei exempli*; *ſubſtantiæ pernicies*; hoc eſt deſtructio, vt ait *Gloſſa*; *perniciosum mercimonium*; *perniciosè*, (ſcilicet cum damno) *agere*, vt videre eſt in pluribus *Capitulis*, *(c)* & *Legibus*. Si ergo denunciat aliquis *Caium* de libro ſibi ablato, aut de verbere incuſſo; delictum hoc priuatum eſt, reſpicit enim damnum paſſum à Denunciante. Si verò accuſat *Caium*, quod inebriatus ſit, vel quod carnes in die ieiunij comederit, eſt pariter priuatum delictum, quod tendit ad damnum ſpirituale, vel corporale Denunciati delinquentis. *Publica verò, quæ in publicum Religionis detrimentum vergunt, vt crimen læſæ Maieſtatis, &c.* Et patet hic *Textus*, nec criminum, quæ hic enumerantur rationes aperimus, eorum ſpecies ex integro trademus in *Tractatu de Delictis*, *& Pœnis*, quem, Deo dante, publicabimus.

13. Vt verum autem fatear, mihi videtur, & inutilis, & prorsùs voluntaria apud Nos talis criminum diuiſio. Inutilis quidem eſt ex eo, quod non ſolùm poteſt quiuis Fratrum accuſare criminoſum de quouis crimine, quod ſit peccatum mortale, aut grauis tranſgreſſio contrà Ordinis Conſtitutiones; ſed etiam adiguntur omnes, & ſinguli præcepto Obedientiæ ad denunciandum ſaltem paternaliter tales cri-

mi-

minoſos. Voluntaria autem, quia inter publica recenſentur aliqua delicta, quæ Rempublicam totam non damnificant, ſed priuatam perſonam, vel Delinquentis, (vt Blaſphemia,) vel Corei, vt vitium innominabile; vel iniuriam paſſi, vt percuſſio, & ſimilia. Accedit, quod neque ex enormitate, aut grauitate delictorum petitur iſta diſtinctio; ſiquidem percuſſio, & ſubornatio in Electionibus non ſunt crimina atrocia, aut enormia, & tamen inter publica ponuntur; vice verſa peccatum nefandum Dæmoni ipſi abhominabile, quod in iure Ciuili *(d)* punitur morte, ſi non adſit periculum publicationis, enumeratur inter delicta priuata.

14. Ex verbis autem *Textus* dicentis Sodomiam, Fornicationem, & Adulterium computari inter crimina publica, *dummodò periculum ſit publicari poſſe*, aperitur via ad aſſignandum diſtinctionem criminum, ac eorum grauitatem pro Religioſa Republica. Aduertendum ergo, quod publica politia, in librandis pœnis pro criminibus, non attendit grauitatem delicti ſolùm, vt eſt offenſiuum Dei, & prouocans iram ſuam, ſed, vt in pluribus, punit grauiori pœna illa delicta, quæ publicam vtilitatem lædunt, vel perſonam Principis tangunt, vt videre eſt in crimine læſæ Maieſtatis, proditionis Patriæ, Moneta falſa, homicidio, & ſimilibus. Pari ergo modo procedit Religioſa Reſpublica, vt cenſeat grauiora, & grauiùs punibilia illa crimina, quæ magis Deum offendunt, & magis Religionem damnificant. Porrò Religio maximè damnificatur per crimina publica, quæ, attenta locorum qualitate, magnum ſcandalum ingerunt Sæcularibus, vndè amittit Religio bonam famam. Dixi attenta locorum qualitate, quia videre Religioſum ebrium in Germania non eſt magnum ſcandalum; ſed in Hiſpania grauiſſimum eſt; ſicut ſumere tabaccum per ſuffumigium, in Gallia eſt Religioſis graue piaculum; in Italia minimè. Pariter damnificatur Religio per crimina, quæ alios trahunt in tranſgreſſiones per malum exemplum corrumpens alios. Vndè cecinit *Satyricus*. *Satyr.2.*

——— ——— *Dedit hanc contagio labem,*
Et dabit in plures, ſicut grex totus in agro
Vnius ſcabie cadit, & porrigine porci.
Vuaque liuorem conſpecta ducit ab vua.

Inſuper damnificatur per crimina, quæ publicam quietem, & pacem turbant, vt inobedientia, contumacia, percuſſiones, furta, & ſimilia. Ex his ergo metiri debemus, grauitatem criminum, & ea exiſtimare publica, vel priuata. Si enim ſunt commiſſa cum magno ſcandalo Sæcularium, vel delinquens publicè, quo ad Fratres, peccat, ità vt alios poſſit ad ſimilia exemplo ſuo prouocare, vel eſt conſuetus in crimine Fratrum pacem lædente, tunc crimen, quod de ſe poſſet eſſet priuatum, fit publicum, & ab omnibus denunciabile, etiam minimè præmiſſa correptione. Si verò crimen eſt ſecretum, ſemel commiſſum, & emendatum, quamuis graue, dum Religioni nullo modo damnum attulit, cenſetur priuatum, quia ſolam animam delinquentis damnificauit. Sequitur *Textus*. *In quo etiam fragilitas, & peccandi libido, oblata, vel captata occaſio, &c.* Hic tanguntur motiua, quæ poſſunt reddere crimen leuiùs, vel grauiùs; ſed quia de his redibit ſermo, dum loquemur de arbitrijs Iudicum, non immoramur. *In priuatis item delictis, &c.* Iàm ſuprà dictum eſt charitatiuam monitionem eſſe tantùm de conſilio; proindè omitti ſemper poteſt in denunciatione iudiciali, abſque eo, quod vitietur proceſſus.

TEXTVS.

§. III. Inhabilis ad accuſandum, eſt etiam inhabilis ad denunciandum iudicialiter. Denuncians iudicialiter tenetur, tempus, locum, crimen adnotare, ac Teſtes nominare, quos deindè Iudex ex Officio examinare debet, ſi Denunciatorem accuſare iudicauerit rationabilirer. Si facta demùm denunciatione Denunciator inſiſtit apud Iudicem, eumque ſtimulat ad procedendum, & puniendum, (quia tunc perſonam Actoris, ſub titulo Denunciatoris abſcondit,) tenetur Iudex illum cogere, vt ſe Denunciationi ſubſcribat; & ad probandum, tanquam ſubdolus Accuſator, obligetur. Et licèt purus Denunciator talionis pœna non ſubiaceat, quia

non

non eſt Accuſator, ſed ſolùm viam aperit Iudici ad inquirendum, tamen ſi falſum dênunciauerit, pœna extraordinaria puniri debet.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

15. *Denunciator debet eſſe bonæ famæ.*
Denunciare non poteſt, qui non poteſt accuſare.
Crimina excepta quilibet poteſt denunciare.
Denunciare paternaliter nullus probibetur.
De conſuetudine quilibet admittitur ad denunciandum iudicialiter.

16. *Denunciatio quænam debet continere,*
Teſtes in denunciatione dicuntur aſſumpti ex Officio.
Rationabiliter factum, quid dicatur.
Iudex omittens examinare Teſtes poſt denunciationem, peccat mortaliter.
Si tamen, ob bonum commune, non emendat paternaliter criminoſum.

17. *Denunciator ſtimulans Iudicem ad procedendum eſt Accuſator.*
Ad pœnam talionis debet ſe obligare.
Punitur, vt Accuſator, deficiens in probatione.
Quid faciendum à Iudice, quando oretenùs Deuunciator ipſum ſtimulat.

18. *Denuncians paternaliter nullam pœnam ſubit, ſi crimen non probatur.*
Denuncians paternaliter, non probato crimine, extraordinariè punitur.
Denuncians ſemper infert infamiam denunciato.
Aliquandò denuncians punitur pœna talionis.
Crimen mitiùs punitur per inquiſitionem, quàm per accuſationem.
Crimina excepta æqualiter puniuntur in Inquiſitione, & Accuſatione.
Denuncians de crimine excepto, quod non probatur, punitur pœna talionis.

15. CVM ex charitate erga proximum, & deſiderio emendationis ſuæ fieri debeat denunciatio, vt ſupra dictum eſt, oportet Denunciantem eſſe virum integrum, & bonæ famæ, proindè ille, qui inhabilis eſt ad accuſandum, eſt etiam inhabilis ad denunciandum *iudicialiter*, vt ex multis iuribus deducitur. (*e*) Duo autem aduertenda ſunt; primum eſt, quod hoc intelligendum eſt de Denunciante, qui non proſequitur propriam iniuriam, ſi enim proſequatur iniuriā ſuam, habilis ſemper eſt, & repelli non debet; ſicut enim inhabilis per leges ad accuſandum, accuſare permittitur, ſi propriam iniuriam proſeqnitur; ità dicendum eſt de Denunciante. Pariter, ſi denunciatio eſt de crimine excepto, vt Hæreſi, Simonia, Rebellione, læſa Maieſtate, Sacrilegio, dilapidatione bonorum Eccleſiæ, &c. in quibus omnes inhabiles admittuntur ad accuſandum, exceptis inimicis; vt ſcribit *Berti*. (*f*) Secundum eſt, quod *Textus* dixit *iudicialiter*, vnde non excluditur, quod denunciare non poſſit *paternaliter*; & ità declarat praxis continuata Religionis, quæ in paternis Viſitationibus omnes Religioſos indifferenter ad denunciandum admittit. Verum tamen eſt, quod ſupradicta procedunt de iure antiquo, quod modo per contrariam conſuetudinem abrogatum eſt. Vnde ad denunciationem quilibet admitti poteſt, vt ex praxi omnium Curiarum, & opinione multorum *Doctorum*, (*g*) probatur; cum per denunciationem ſolùm ſternatur via Iudici ad inquirendum.

16. Forma porrò dennunciationis eſt, quod *denuncians tenetur tempus, locum, crimen adnotare, ac Teſtes nominare*, prout etiam fit in Accuſatione; ad hoc, quod Iudex ſciat quoſnam Teſtes debeat examinare ad probationem criminis; *quos deindè Iudex ex Officio examinare debet*; & hoc ad differentiam Accuſationis: quando enim proceditur per eam, Iudex examinat Teſtes, vt ab Accuſatore productos; quia verò in Denunciatione procedit *ex Officio*, vt dictum eſt, & non ad inſtantiam partis, proinde Teſtes tunc dicuntur *ex Officio aſſumpti*, quantumuis fuerint à Denunciante ſubminiſtrati. *Si denunciatorem accuſare rationabiliter iudicauerit*. Quid eſt autem accuſare *rationabiliter*? Dico, quod eſt accuſare ad formam legum; quia *rationabiliter* fit, quod fit iuxtà leges, quod ênim iuxtà leges fit, rationabile eſt. (*h*) Confunditur verò hic Accuſatio cum Denunciatione; & *accuſare rationabiliter* accipitur pro denunciare ad

for-

formam legum. Intantum autem debet Iudex ex officio examinare Teſtes poſt denunciationem *rationabiliter* factam, quod ſi hoc omittat, peccat mortaliter, negando iuſtitiam, *(i)* niſi caſu, quo bonum commune aliud requireret, puta quod Iudex paternè crimen emendaret, vt aliàs dictum eſt.

17. *Si facta demum denunciatione, Denunciator inſiſtat apud Iudicem, eumque ſtimulat, &c.* Familiare eſt intrà clauſtra palliare accuſationem ſub nomine denunciationis, vnde clarè dignoſcitur animus Denunciantis, quod accuſationem intendat, (licet denunciationem tantùm exhibeat,) ſi denunciatione data inſtet apud Iudicem, vt Denunciatum puniat. Tunc ergo Iudex debet eum obligare ad ſe inſcribendum ad pœnam talionis, prout hìc dicitur, & eum punire, vt Accuſator calumnioſus, ſi deficiat, vt de Denunciatore deficiente volunt *Doctores. (l)* At quomodo conſtabit in proceſſu, quod Denunciator inſtiterit apud Iudicem, vt puniat Denunciatum, ſi in libello denunciationis nullam inſtantiam fecerit, ſed ſimpliciter dixerit, *ſe denunciare*, & oretenùs poſteà Iudicem ſtimulauerit ad puniendum Denunciatum? Dico, quod prudens Iudex debet in decreto receptionis denunciationis ponere inſtantiam oretenùs factam à denunciante, & decernere tunc, quod ipſe ſe ſubſcribat ad pœnam talionis, hoc modo. *Cum porrecta fuerit denunciatio, &c. à P. N. contrà P. N. prout, &c. ipſeque P. N. denunciator oretenùs poſteà dixerit Patri Prouinciali, vt contrà prædictum P. N. denunciatum, prout de iure procederet, aduertens Pater Prouincialis talem denunciantem colorare Accuſationem ſub nomine denunciationis, ipſum obligauit ad ſe ſubſcribendum pœnæ talionis, &c.* & faciat, quod ſe ſubſcribat; quod ſi noluerit, denunciationem non acceptet, quia tunc eſſet Accuſatio non legitimè facta, & proinde minimè recipienda, vt aliàs dictum eſt. Sed ſi de crimine eſt fama, procedat ad Inquiſitionem ex officio, probando famam, &c.

18. *Et licèt purus denunciator talionis pœnæ non ſubiaceat, &c.* Aduertendum hìc, quod *purus denunciator* dupliciter poteſt capi. Primò modò, ſi denunciet paternaliter, & tunc nullam omninò pœnam in foro externo ſubit, ſi non probat, aut calumnietur; nec etiam vllum Teſtem aſſignare tenetur ad probandum crimen, de quo denunciat, quia probandi partes non aſſumet, nec denunciationem proſequi intendit; nec vult, quod Prælatus procedat ad vllam pœnam; ſed tantùm ad emendationem proximi. Secundò modò *purus denunciator eſt*, qui iudicialiter, quidem denunciat, vt ſternatur via Iudici ad procedendum ex officio, & Teſtes aſſignat, vt Iudex faciliter poſſit crimen inueſtigare; non tamen curat, quod Iudex procedat, nec ne. Iſte ergo, ſi non probat delictum, non tenetur talionis pœnam ſubire, quia ad probandum non ſe obligauit, vt Accuſator; tamen aliquam pœnam, puta extraordinariam debet incurrere, vt habet iſte *Textus*, & in iure *(m)* eſt expreſſum. Et rationem huius optimè aſſignat *Abbas*, & eſt, quod licet denuncians non agat ad pœnam, ſed tantùm ad correctionem denunciati, tamen denuncians ſemper infert infamiam denunciato; ſi ergo deficit in probatione, tunc propter infamiam illatam denunciato contrà ius, & fas, debet puniri pęna extraordinaria; & ne anſam impunè infamandi arripiant calumniatores, vt habet *Textus*, & *Gloſſa* illius *Capituli*. Non tamen ſemper punitur denunciator deficiens in probatione pœna extraordinaria, ſed etiam pęna talionis, quandò ſcilicet denunciatio eſt de crimine excepto, pro quo eadem imponitur pęna, ſi agatur per viam inquiſitionis, ac ſi ageretur per viam accuſationis. Regulariter enim mitiùs punitur crimen probatum per viam inquiſitionis, quàm accuſationis: *(n)* ſed in criminibus exceptis, puta Homicidio, Simonia, & ſimilibus eadem pœna imponitur, tam ſi agatur per inquiſitionem, quàm ſi per accuſationem, vt habet quædam *Decretalis*. *(o)* Si ergo denunciatio eſt de tali crimine excepto, denunciator non probans, debet puniri iuſta pœna talionis, cui in denunciatione talium criminum, debet ſe omninò inſcribere, vt *Abbas* optimè probat. *(p)*

TEX.

T E X T V S.

§. IV. Aduerſus Prælatos, magni nominis viros ab infimæ plebis hominibus denunciationis nullo pacto recipi debent, ſed contrà ipſos, vt plurimum per accuſationes procededum eſt. Per litteras miſſiuas ſine nomine nullus Iudex moueatur ad procedendum, inquirendumque; aliàs proceſſus erit nullus. Canonicè Denuncians tanquam Teſtis examinari poteſt, non qui iudicialiter.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

19. *Contradictio apparens in Textu.*
Conciliatur,
Denunciatio facta à criminoſis non admittenda.
Perſonæ viles, non poſſunt denunciare Prælatos, & alios magni nominis.
Sed debent accuſare, quos intendunt denunciare.
In foro paterno denunciare poſſunt.
20. *Viri magni nominis, qui ſint.*
Religio omnes facit æquales.
Homines infimæ plebis in Religione, qui ſint.
Plebs in iure Ciuili, quæ dicatur.
Perſonarum tria genera in Ciuitatibus.
Ità pariter in Religione.
Plebs tres gradus hominum continet.
Plebs pariter Religioſa habet Supremos, medios, & infimos.
Infimæ plebis Religioſi aliquandò ſunt audaces in denunciando.
Quarè iſti denunciare prohibentur.
21. *Accuſatio per litteras non poteſt dari.*
Per litteras fieri poteſt denunciatio.
Non tamen per litteras cæcas.
Scriptura priuata, vt valeat, debet ſubſignari.
De litteris cæcis nulla habenda eſt ratio.
Scripturæ ſine nomine infamiam non afferunt.
A littera cæca poteſt excitari Superior ad indagandum extraiudicialiter.
Cautela Superioris circà litteras cæcas.
22. *Denunciatio Canonica quæ.*
Denunciator in foro iudiciali nequit eſſe Teſtis.
Scriptura ſubſignata nomine alterius, ipſo inſcio, eſt cæca,

19. Difficilis eſt iſte *Textus* ex apparenti contradictione; ſuprà enim loquendo de Accuſatione (*q*) dicitur, quod non eſt recipienda *niſi à perſonis, de quarum zelo non ambigatur*; hic verò dicitur, quod non recipiantur denunciationes *ab infimæ plebis hominibus, ſed vt plurimum per accuſationem procedendum eſt aduerſus Prælatos*. Sed nulla eſt contradictio, quandoquidem aliud eſt, eſſe inhabiles ad denunciandum ratione ſtatus, & conditionis vilis, & abiectę; aliud eſt, eſſe inhabilem ad accuſandum ratione malæ vitæ, & morum. Pariter aliud eſt, non poſſe denunciare, & aliud non poſſe accuſare. Si ergo loquamur de inhabilitate oriente à vita criminoſa, & mala fama; iſta æqualiter conſideratur in Denunciatore, ſicut in Accuſatore, & quemadmodum contrà Prælatos non admittitur accuſatio, *niſi à viris probis, de quorum zelo non ambigatur*; ità contrà eoſdem non debet admitti denunciatio facta à criminoſis, & malis hominibus, vt per multa *iura* probat quædam (*r*) *Gloſſa*, quia Denunciator debet eſſe bonæ famæ. At aliquis poteſt eſſe bonæ famæ, ſed ſtatus vilis, pauperis, & plebis infimæ, iſte prohibetur ne accuſare? Non: prohibetur tamen denunciare, ex hoc *Textu*; vndè ſi talis denunciare vult, debet à Iudice obligari ad accuſandum, nempè ſe inſcribendo pœnæ talionis. Ratio eſſe poteſt, quia per denunciationem aliqua infamia irrogatur Denunciato, vt dictum eſt &, Denuncians deficiens extraordinariè ſolùm, & non ad talionem punitur; ne ergo tales homines faciles ſint ad denunciandum, & famæ Prælatorum, quæ maximè cuſtodiri debet, tam faciliter lædi poſſit, obligantur tales ad ſtrictam pœnam talionis, procedendo per accuſationem

nem, vt ab ea deterreantur à denunciando, & hoc non audeant, niſi crimen verum ſit, & probari poſſit. Aduertendum tamen, quod *Textus* intelligi debet de Denunciatione iudiciali, non verò in foro paterno. Si quidem in hoc non eſt aliqua diſtinctio, & in Viſitationibus paternis, (vt eſt inuariata praxis,) æquè debent admitti.

20. At quinam ſunt *magni nominis viri*, de quibus *Textus* loquitur? Dico, quod ſunt illi, de quibus locuti ſumus ſuprà, (*s*) tales enim redduntur ex virtute. Et qui nam *infimæ plebis homines* in Religione, quæ natalium eminentiam humiliat, humilitatem ſubleuat, & eas ad æqualitatem reducit; vndè de *Religione Minorum* verificari poteſt epigraphe, quæ apponitur Morti, puta *Sceptra ligonibus æquo*, dicente Poeta.

Pallida Mors æquo pulſat pede
Pauperum tabernas, regumque turres?

Dico, quod ſunt *Tertiarij* ſeruientes in Conuentibus, *Laici Conuerſi*, & *ſimplices Sacerdotes* nullo officio Religionis idonei. Iſti dicuntur plebis infimæ, quia ad *Magiſtratus*, neque *munera Ordinis*, quæ qualificant Religioſum, vt Lectura, Conciones, Magiſterium Nouitiorum, & ſimilia, prè inhabilitate, aſſumi non poſſunt. Tales ergo in Religione poſſunt dici infimæ plebis. Quia in *iure Ciuili plebs* intelligitur ea pars populi, in qua *Patritij* non ſunt. (*t*) Ciuitas enim tria genera perſonarum complectitur, nempè *Magiſtratus*, qui Rempublicam adminiſtrãt, *Patritios*, nempè Nobiles, ex quibus aſſumuntur *Magiſtratus*, & *Plebeios*, qui ſunt ignobiles, & eſt pars vilior populi. A pari ergo Religio eſt; in illa enim sũt *Prælati*, & alij in dignitatibus conſtituti, qui eam gubernant, & ſunt *Magiſtratus*; Sacerdotes doctrina, & vitæ probitate pollentes, qui conditiones habent, propter quas poſſunt eligi ad Prælaturas, & iſti ſunt *Patritij*; cœteri verò, qui in perpetuò ſtatu ſubiectionis eſſe debent, (vel ratione conditionis, vt *Tertiarij*, *ac Laici Conuerſi*; vel ratione inhabilitatis, vt *Sacerdotes ſimplices* litteraturæ, & gubernij incapaces,) ſunt plebs Religionis. Quia ergo *Textus* dicit *infimæ plebis* aduertendum, quod non ex hoc, quod aliquis *ſimplex Sacerdos*, aut *Laicus* eſt, ideò cenſendus ſit inidoneus ad denunciandum, quia licet de *plebe* ſit, non tamen de *infimâ plebe* eſt; in *plebe* enim gradus ſunt, nempè Supremi, vt *Mercatores*; medij, vt *Fabri*, & *artifices*; infimi, vt *Stabularij*, *Caupones*, *Baiuli*, & huiuſmodi. Ità in Religioſa plebe, alij licet idonei non ſint ad Prælaturas, tamen ſunt idonei ad alia munera Religioni vtilia; vt eſſe *Moderator Chori*, *Cæremoniarius Sacriſta*; aut reſpectu Laicorum, eſſe *Pictor*, *Infirmarius*, *Architectus*, *&c.* iſti in plebe ſunt Supremi. Nonnulli ex Sacerdotibus apti ſunt vtilibus, ſed minùs dignis Officijs, vt eſſe *Aromatarium*, vel *Receptorem hoſpitum*, aut *Bibliographum*; ex Laicis eſſe *Ianitorem* diligentem, *Quæſtuarium* prouidum, *Sartorem* charitatiuum; iſti ſunt mediæ plebis; *infimæ* ergo *plebis* ſunt cœteri nullius frugi, ad nihil apti, ſed tanquam fuchi apum mel comedentes. Iſti ergo ſunt *infimæ plebis*, qui à denunciatione Prælatorum arceri debent, maximè ſi vilitatem ſtatus, orationis, & deuotionis ſpecialis ſtudio nõ adiuuerint. Aliquoties vidi ex iſtis aliquos factos audaciores, ex propria vilitate; dicunt enim, *quid amittere poſſum in Religione? Victus, & veſtitus mihi in promptu eſt, ſicut, & alijs*; hinc pœnas priuationis ſuffragiorum, vel actuum legitimorum, vel Officiorum Ordinis non metuunt, quia illis omnibus iam ſunt priuati à propria inhabilitate; proindè audaces, & faciles ſunt ad denunciandum, & aliorum famam prodendum. Optimè ergo prouidet *Textus*, ne talium ex *infima plebe* denunciationes recipiantur contra Prælatos, ac alios viros dignos, ſed tantùm accuſationes, vt locus rigoroſæ pœnæ talionis ſit, ſi deficiant, & per hanc eorum audacia compeſcatur.

21. *Per litteras miſſiuas ſine nomine, &c* Hoc intelligi debet, ſi Iudex ponat in actis Epiſtolam cœcam, tanquam fundamentum, ſuę Inquiſitionis; hoc enim pacto procederet, abſque Accuſatore Denunciatore, aut Infamia, quod à iure vetatur, vt aliàs dictum eſt. Siquidem Epiſtola illa non poteſt habere vim Accuſationis; Accuſatio enim per litteras non poteſt dari: (*u*) vndè ſi Subditus accuſat aliquem apud Superiorem per litteram miſſiuam, antequam incipiat procedere, debet Iudex vocare coram ſe Accuſantem, à quo debet oretenùs accuſatio fieri, & ſcripto mandari, vel à *Notario*, vel ab Accuſatore ipſo; & ità ſcriptæ accuſationi debet ſe ſubſcribere. Neque poteſt Epiſtola cœca habere vim Denunciationis, quia li-

cet denunciatio poſſit fieri per litteras, vt ex quodam *Capitulo* (x) deducitur, tamen ſubſignata non eſt, nullum effectum producere poteſt; ſcriptura enim priuata nulliuseſt momenti, niſi ſit proprio nomine à Scribente ſubſignata, & ſi eſt Epiſtolaris etiam contineat nomen eius, cui mittitur, vt ſcribit *Baldus*. (z) Tandem neque habet vim Infamiæ; tum quia eſt vnum ſolium particulare, vel priuatum: Infamia verò oportet, quod ſit à multis; tum quia neſcitur, an Scriptor ſit vir probus, aut improbus; Infamia verò, à qua legitimè poteſt Iudex moueri ad inquirendum, oportet, quod ortum habeat à viris probis. (a) Et ità de litteris ſine nomine non eſt habenda ratio, etiam ſi in ea deſcriberētur Teſtes de delicto informati, vt deducitur ex *iure*, & tradit *Clarus*: (b) quia huiuſmodi ſcripturæ ſine nomine infamiam non afferunt. (c) Si verò Superior, accepta Epiſtola, excitatur ad inquirendum extraiudicialiter de delicto, & reperit de eo eſſe famam inter Fratres, etiam probos, non inimicos, leues &c. ſi incipit proceſſum ſuper infamia, de qua in principio conſtare faciat per duos Teſtes, &c. tunc proceſſus erit validus, quia apparet inceptus legitimè, infamia præcedente; licet fuerit Iudex à littera cœca excitatus. Et hic modus aliquandò poteſt prodeſſe, quando, nempè Denunciandus, ſeu Accuſandus eſt perſona potens, quam omnes metuunt; & tamen expedit Reipublicæ, vt puniatur, & vir probus ſibi metuit, ſi denunciat, aut accuſet, ideò occultè ſcribit. Ideò cautus Superior benè aduertat ad hoc punctum, & videat, ſi denunciatio cœca eſt de viro, quem omnes timent ob auctoritatem, aut alia de cauſa iuſtum metum incutiente; ſi hoc eſt, cum dexteritate indaget de fama delictorum illius, & ſi hanc inuenerit, viriliter procedat, vt dictum eſt. (d) Quod ſi denunciatus eſt vir, de quo talis metus haberi nequit nullam rationem habere debet de tali Epiſtola cœca, quia tales ſcripturæ procedunt, vt plurimum, à nebulonibus, & malignis.

22. *Canonicè denuncians tanquam Teſtes examinari poteſt, non qui iudicialiter.* Ab antiquis Canoniſtis (e) denunciatio quadrupliciter diuiſa eſt, in *Euangelicam*, *Canonicam*, *Iudicialem*, & *Regularem*, ſed vt aduertit Paſſerinus, ex Cardinale de Lugo, (f) & nos ſupra diximus, ad duo membra reducitur, *paternam* nempè, & *iudicialem*. Quia verò *Canonica denunciatio*, à qua dicitur *Canonicè denuncians* definitur, quod ſit *criminum apud Iudicem facta delatio, ad ea tollenda, damnumque Reipublicæ reprimēdum*, vt ſcribit Berti, (g) naſcitur difficultas in hoc *Textu*, qui diſtinguit *Canonicè denunciantem*, contra denunciantem *Iuridicè*. Sed hic debet intelligi *Canonicè denuncians* pro Denunciante in foro paterno, qui benè poteſt, vt Teſtis examinari in foro iudiciali, Non verò, qui denunciat in foro iudiciali, quia iſte parùm diſtinguitur ab Accuſatore, licet nullam faciat inſtantiam apud Iudicem, vt procedat; vndè ſicut Accuſator nequit eſſe Teſtis, ità neque Denunciator. (h) Proindè aduertant, quod ſi aliquandò & in pluribus, (denunciatione miſſa per Epiſtolam, aut præſentata Prouinciali) Denunciator examinatur, hoc eſt, & ſit non vt ipſe probet aliquo modo delictum tanquam Teſtis; ſed vel ad recognoſcendam Epiſtolam à ſe ſcriptam, vt legitimè appareat de Denunciante, ne ab alio ſcripta eſſet Epiſtola, & eius nomine falsò ſubſignata, tunc enim habenda eſſet, vt Epiſtola cœca, & ideò nullus redderetur ex ea proceſſus; vel ad magis informandum Iudicem de circumſtantijs delicti, ad hoc, vt faciliùs ſit eius probationes inueſtigare.

I. Quæritur. An requiratur infamia, quando Iudex procedit per viam denunciationis?

SVMMARIVM.

23. *Tres modi procedendi reducuntur ad duos.*
Antiqui Canones loquentes de Denunciatione, intelligunt de Euangelica.
Ad procedendum iudicialiter ex Denunciatione Euangelica requiritur infamia.
24. *Procedendo ex Denunciatione iudiciali non requiritur infamia.*
Criminoſus ex Denunciatione eſt ſufficienter diffamatus.

De-

Denunciatio iudicialis introducta eſt de iure nouo.
Iuramentum in Denunciatione eſt neceſſarium.
Denunciatio debet æquiualere infamię præcedenti inquiſitionem.
Denunciatio iurata æquiualet infamiæ.

23. Reſpondeo, quod, vt benè aduertit *Paſſerinus*, (*i*) licet aſſignetur in *iure* triplex modus procedendi, nempè per *Accuſationem*, *Denunciationem*, & *Inquiſitionem*, tamen ſi capiatur Denunciatio iudicialiter facta, tres modi reducuntur ad duos. Quia vel Denunciator inſtat apud Iudicem, vt puniat; & tunc fit Accuſator, vt dictum eſt, & Iudex procedit ad inſtantiam partis; vel ſimpliciter defert Iudici notitiam criminis, non inſtando, vt puniat, & tunc Iudex *ex Officio* procedit. Videtur ergo ſequi ex hoc, quod in caſu tali, ad hoc, vt Iudex procedere poſſit, requiratur infamia precedens, ità vt, ſi *Caius* denunciat *Seium* ſimpliciter de furto, de quo nulla eſt infamia, & ſolummodò ſciatur à *Sticho*, & *Titio*, Iudex, ex officio, procedere non poſſit, ad inquiſitionem. In hac ſententia videtur eſſe *Berti*(*l*) citans multos, & mouetur, quia in quodam *Capitulo* narratur, Abbatem à Monachis fuiſſe denunciatū de quibuſdā criminibus, de quibus nullus fuit locus inquiſitioni, quia infamia nō præceſſerat. At iſta opinio minimè ſubſiſtit, ſi Denunciatio accipiatur, vt facta in iudicio, ſed tantùm vera eſt in caſu, quo fiat Superiori, vt Patri; & re vera omnes antiqui *Canoniſtæ*, quando locuti ſunt de denunciatione, ſemper intellexerunt de *Euangelica*, quæ fit Superiori, vt Patri, proindè dicebant, & benè, quod ad procedendum per viam *Denunciationis Euangelicæ*, oportet, quod præcedat infamia; cum enim notitiam criminis non habeat Superior, niſi in foro Patris, & non Iudicis, & in Denunciatione procedat *ex Officio*, ſi non præcederet infamia, nulliter procederet, quia abſque præuia notitia legali criminis: quod fieri non poteſt.

24. Tandem, reſoluendo quæſtionem, dico, quod procedendo per viam Denunciationis Iudicialis nullo modo requiritur, quod infamia præcedat, vt volunt communiter *Doctores*(*m*) & ratio eſt: quia in Denunciatione iudiciali Denūcians producit Teſtes, vt ſuprà dictum eſt, & quamuis delictum ſit ſolis Teſtibus notum, & proindè communiter dicatur occultum, re vera tamen tale in iudicio non eſt, cum per Teſtes poſſit fieri publicum, & per accidens eſt, quod de eo taceatur, Criminoſus ergo per denunciationem remanet ſufficienter diffamatus apud Iudicem. Nec eſt, quod opponatur, quod quandò Iudex *ex Officio* procedit, oportet, quod infamia præcedat; quia quandò *Canones* antiqui ſanxerunt infamiam debere præcedere, cum *ex Officio* Iudex procedit, non agnouerunt niſi duplicem modum procedendi iudicialiter, puta per Accuſationem, & per Inquiſitionem; illam ad inſtantiam partis, & iſtam ex officio; & vt dictum eſt, Denunciationem accipiebant factam tantùm Superiori, vt Patri, & proindè *Canones* (*n*) ſemper requirebant correptionem fraternam præuiam Denunciationi, vt præcipit *Euangelium*, *Corripe inter te*, & *ipſum*, &c. *Adhibe duos*, &c. *Dic Eccleſiæ*, &c. Minimè verò agnouerunt Denunciationem iudicialem, quæ introducta eſt de iure nouo. In hac porrò crimen ſufficienter diffamatur apud Iudicem, tum quia Teſtes à Denunciante producuntur; tum quia Denuncians ex communi praxi iurat de veritate in denunciando; licet enim iuramentum in denunciatione, ſecundùm nonnullos, (*o*) neceſſarium non ſit, niſi quandò Denuncians eſt etiam ſimul Teſtis, vt eſt in *Tribunali fidei*, tamen *Bordonus*(*p*) docet neceſſarium eſſe, & communiter practicatur, & ego idem ſentio. Quia cum delatio Denunciantis debeat æquiualere Infamiæ præcedenti inquiſitionem, Iudice procedente *ex Officio*, (quæ infamia iuxtà leges oportet, quod ſit à pluribus, qui non ſint maleuoli, ſed prouidi, & boni Viri,) neceſſarium omninò eſt iuramentum. Siquidem ſicut ſcriptum *Notarij* iurati probat in iudicio, quia roboratur per duos Teſtes, nempè *Notarium*, qui ſcripſit, & iuramentum, quod ſuccedit loco alterius Teſtis; vt aliàs dictum eſt, ità in denunciatione, Denuncians eſt vnus Teſtis, iuramentum eſt alius Teſtis; & ſic iurata denunciatio æquiualet infamiæ, quæ à pluribus habetur. Pariter iuramentum de veritate præſtitum in Denunciatione probat Denunciantem non calumniari, nec eſſe maleuolum, & hoc pacto Denunciatio iurata omnibus numeris abſoluta eſt, & æquiualet Infamiæ, qua

præcedente, Iudex legitimè, ex officio, procedit. Conſulo proindè Iudicibus, vt à Denunciante exigant iuramentum de veritate, pro vt etiam ſenſit *Paſſerinus*. (q)

II. Quæritur. An validus eſſet proceſſus, in quo reperta eſſet falſa Denunciatio, quæ fuit per Epiſtolam, cum falſa ſubſcriptione data?

SVMMARIVM.

25. *Figuratio caſus.*
Antè proceſſum eſt neceſſaria Accuſatio, aut Denunciatio, aut Infamia.
Factum contrà ius habetur pro non facto.
Denunciatio ſubſcripta nomine alicuius, ipſo inſcio, eſt nulla.
Et proceſſus, ex illa factus, eſt nullus.
26. *Etiamſi Reus eſſet per Teſtes conuictus, & confeſſus.*
Confeſſio Rei illi non obeſt, non conſtito de corpore delicti.
Quid agendum tali caſu.
Cautela Iudicis in receptione Denunciationis per Epiſtolam.

25. CAſus poteſt euenire, quod mittatur Denunciatio ad Superiorem per Epiſtolam, in qua adamuſſim deſcribantur omnes circumſtantiæ de delicto, & aſſignentur Teſtes, ità vt nihil vlterius poſſit deſiderari à Iudice, ad habendam notitiam delicti. Iudex porrò non benè aduertens ad characteres, neque ſubſcriptionem factam nomine Denunciantis, putauit eſſe legitimam, & non examinato Denunciante, proceſſit ad examen Teſtiùm, qui integri ſunt, & delictum plenè probant. Conſtituto autem Reo, & negante, data eſt copia indiciorum ad ſe defendendum; opponit Reus falſitatem Denunciationis, quam probat per dictum ſuppoſiti Denunciantis, qui negat, ſe denunciaſſe, & facta recognitione ſubſcriptionis, inuenitur adulterata. Quæritur ſi exceptio ſit legitima, & proceſſus ſit nullus?

Reſpondeo; quod indubitabile apud omnes Doctores eſt, & apertè iura (r) ſonant, quod, ad hoc, quod Iudex legaliter procedat oportet, quod habeat notitiam de delicto, & delinquente per Accuſationem, aut Denunciationem, vel Infamiam, aliter proceſſus eſt nullus, vt habet *Textus* (s) ſuprà: & Reus, ſine aliquo iſtorum præcedente, interrogatus non tenetur reſpondere, quia legitimè non interrogatur. In caſu ergo noſtro, Iudex procederet abſque vllo iſtorum; non enim eſſet Accuſatio, quia ſupponitur facta Denunciatio, neque Infamia, ſuppono enim, quod delictum ſit notum ſolummodò duobus Teſtibus, & apud alios ſit occultum. Pariter nulla eſſet Denunciatio. Quia cum illa debeat continère nomen Denunciantis, Denuncians vèrò, (puta ille, qui ſcripſit Epiſtolam) non appoſuerit nomen propriũ, ſed nomen alterius, liquet, quod Denuncians nomen ſuum non appoſuit, & ità Denunciatio eſt abſque nomine, & æquiualet Epiſtolæ non ſubſcriptæ. Nomen quippè appoſitũ ibi non eſt vllo modo Denunciantis. Cum ergo denunciatio legitimè facta non ſit, perindè eſt, ac ſi nulla præceſſiſſet; factum enim contra ius habetur pro non facto, (t) & non videtur eſſe factum, quod non eſt legitimè factum. (u) Sequitur ergo exceptionem eſſe legitimam, & proceſſum eſſe nullum.

26. Quid autem, ſi Reus confeſſus eſſet crimen, aut per illos Teſtes eſſet plenè conuictus, poſſet ne puniri pœna inflicta per leges? Dico, quod non; cum enim iudicium fuerit illegitimum, habendum eſt pro non facto, proindè neque per Teſtes poteſt dici Reus legitimè conuictus, neque illi obeſſe poſſet ſua confeſſio, ſicut neque nocet Reo propria confeſſio, quando Iudici non conſtitit de corpore delicti, antè Rei conſtitutionem, vt dicit *Textus*, (x) ſi delictum fuit facti permanentis. Quod ſi delictum, de quo facta eſt Denunciatio nulla, eſt publicum, eo quod eſt de eo infamia; poteſt Iudex renouare proceſſum *ex officio* procedendo per viam Inquiſitionis, & ità reparare damnum, ſuppoſito tamen, quod de tali delicto iam præceſſiſſet infamia antè Rei conſtitutionem. Sed ſi fama orta eſt poſt proceſſum publicatum, ex occaſione publicationis talis proceſſus; eſſet valdè dubium, an poſſet inſtitui nouus proceſſus per Inquiſitionem, quia tota fama ortum habuiſſet à principio vitiato, & contrà ius, & putarem non eſſe locum pœnæ contrà Reum niſi extraordinariæ. Proindè aduertant Iu-

Iudices, quando ſibi fiunt Denunciationes per Epiſtolas, vt Denunciantem coram ſe vocari faciant, & dato iuramento interrogent, poſtquam recognouerint Denunciationem, vt à ſe datam.

III. Quæritur. An Denunciatore, vel Accuſatore deficiente in probatione delicti, debeat ipſe citari, & audiri, antequam damnetur ad pœnam talionis, vel extraordinariam.

SVMMARIVM.

27. *Denunciator, & Accuſator non probans, præſumitur calumniator.*
Præſumptio hæc non eſt iuris, & de iure.
Denunciator deficiens, debet citari ad dicendum, quare non debeat puniri.
28. *Opinio Abbatis contraria.*
Accuſatori deficienti Iudex non debet dare pœnam momentaneam.
Debet dari pœna ſucceſſiua, donec ſe purgauerit.
29. *Impugnatur opinio Abbatis.*
Certa pœna, incerto crimine, non datur.
Inauditus puniri non poteſt.
Calumniator puniendus, quandò cauſa probabilis illum non excuſat.
Calumniatorem præſumptum debet citare Iudex antequam puniat.
30. *Reſpondetur ratione Abbatis.*
Exorbitantia à iure communi non poſſunt trahi in conſequentiam.
Si Iudex non citat Calumniatorem, tenetur in Syndicatu.
Calumniator etiam per præſumptiones vindicatur à calumnia.
31. *Accuſator deficiens, poteſt ſententiari eodem proceſſu offenſiuo.*
Arbitrarium Iudici, eſt nouum proceſſum contrà Calumniatorem ſtruere.

27. Reſpondeo, quod circà hoc variæ ſunt opiniones, quia *Bartolus* (z) vult, quod Accuſator, aut Denunciator, qui non probat, præſumatur Calumniator, vt habet quædam *Gloſſa*, (a) quam *Doctores* communiter ſequuntur: tamen præſumptio iſta non eſt *iuris, & de iure*, vt non detur contrà eam probatio. Vult proinde, quod antequam Iudex puniat Calumniatorem, debet ſtatuere terminum ad dicendum, quare non debeat condemnari de calumnia.

28. *Abbas* verò videns in quadam *Decretali*, (b) quod Papa mandauit quendam *Magiſtrum Scholarum Paleutin.* ſuſpendi ab officio, & beneficio, *donec Canonicè ſuam purgauerit innocentiam, ſcilicet, quod non calumniandi animo ad crimina proponenda proceſſit*; nempè contrà Epiſcopum ſuum, dicit, ex hoc Textu potiùs videri contrarium, quia Papa non ſtatuit terminum ad ſe excuſandum, imò incontinenti mandauit puniri Denunciatorem, donec probaret innocentiam ſuam; & ſubiungit, quod ille Textus videtur mirabilis, vt primò puniatur Calumniator de calumnia, & poſteà recipiantur probationes ſuper innocentia, cum deberet eſſe potiùs totum oppoſitum. Ideò ponit opinionem ſuam, & eſt, quod Accuſatore ex toto deficiente, Iudex non poteſt imponere pœnam momentaneam Accuſatori niſi priùs admittat ſuas probationes ſuper innocentia; ſed pœnam ſucceſſiuam, propter præſumptionem ortam ex deficientia, poteſt imponere, cum illa limitatione, *donec ſe purgauerit*, vt ex citato *Textu* deduci videtur.

29. Sed iſta opinio Abbatis minimè ſubſiſtit, tum quia refragatur rationi naturali, vt nempè puniatur aliquis certa pœna, dum incertum adhuc eſt, an ſubſit culpa; tum quia irrationabile, & contrà leges eſt, quod aliquis inauditus, & indefeſſus caſtigetur; tum quia in *Decretali* quadam poſteriori (c) *Innocentius IV.* ſtatuit calumniatorem incurrere pœnas ibi ſancitas, *niſi manifeſtiſſimis conſtiterit documentis, quod ipſum à calumniæ vitio cauſa probabilis, & ſufficiens excuſaret*; tùm quia de iure communi (d) *calumniæ inquiſitio arbitrio cognoſcentis committitur, qui, Reo abſoluto, de Accuſatoris incipit conſilio quærere, qua mente ductus ad accuſationem proceſſerit; & ſiquidem iuſtum eius errorem reperit, abſoluit eum; ſi verò in euidenti calumnia eum deprehendit, legitimam pœnam ei irrogat*. Ex quibus euidenter deducitur, quod ante inflictionem pœnæ debet Iudex ab Accuſatore inquirere, & examinare, an animo calumniandi accuſauerit, & ipſum audire in ſuis defenſionibus.

30. Proinde poteſt dici in illo Capitulo

lo Papam proceſſiſſe de plenitudine poteſtatis, ob aliquod iuſtum particulare motiuum, & ideò eſſe caſum ſingularem, qui, cum exorbitet à iure communi, nequit trahi in conſequentiam, iuxtà Regulam iuris. *(e)* Debet ergo Iudex, poſtquam vidit Accuſatorem nec plenè, nec ſemiplenè probaſſe, ipſum citare ad dicendum, quare non debeat condemnari ad pœnam talionis, vel extraordinariam, & ità poſt *Clarum*, & alios, concludit *Paſſerinus*, *(f)* qui teſtatur de communi; & dicit *Clarus, ex Angelo*, quod ſi Iudex hoc omitteret, teneretur in ſyndicatu. Et ratio eſt, quia cum Accuſator ex pluribus cauſis poſſit purgare malitiam in totum, vel in partem, non poteſt damnari niſi auditus, & defenſus. Et doctrinam ſingularem addit *Farinacius*, & eſt: quod ſi Accuſator, (qui defecit, & præſumitur ex hoc calumnioſus) adducat probationes, quæ inducant præſumptionem, quod ipſe calumniatus non ſit, præſumptiones iſtæ elidunt præſumptionem contrariam de calumnia, & eum liberant à pœna.

31. Poterit autem Iudex damnare Accuſatorem deficientem, qui nihil probauit pro ſe releuando à calumnia, in eodem proceſſu, & ſententia, in qua pronunciat abſoluendo Accuſatum, prout praxis Iudicum eſt, vt ibidem, ait *Clarus*; vel aliud Iudicium inſtituere ad inſtantiam Accuſati, priùs abſoluti; vel *ex officio*, contrà eundem procedere, & damnare, vt loco citato obſeruat *Paſſerinus*.

IV. Quæritur. Quænam ſint de forma ſubſtantiali Denunciationis iuridicæ?

SVMMARIVM.

32. *In Denunciatione, quæ ſint præſtanda à Denunciante, & à Iudice.*
Denunciatio debet dari in ſcriptis, vel per Actuarium ſcribenda.
Oretenùs dicta facilè excidunt à memoria.
Denunciatio debet conſtare in actis.
33. *Denunciatio ſcripta à Secretario Prouincialis non eſt authentica.*
Quid agendum, ſi Denuncians neſcit ſcribere; & oretenùs denunciat.
34. *Tempus, & locus, quibus ſit denunciatio in ea adnotanda ſunt.*
Accuſatio requirit diem, in qua datur.
Tempus poteſt prodeſſe in defenſionibus Denunciato.
35. *Nomen Iudicis exprimi debet, cui ſit Denunciatio.*
Apud Nos ſufficit nomen Officij.
36. *Tempus, locus, & qualitas criminis, ſunt exprimenda in Denunciatione.*
Item nomen Delinquentis.
Aliter Denunciatio eſt nulla.
Si Reus petit, quod exprimatur dies delicti, tenetur Denunciator exprimere.
37. *Denunciator non tenetur probare diem.*
Quid iuris, ſi Reus exciperet contrà partem temporis aſſignati per circumcirca.
Figuratur caſus.
Reſolutio eſt dubia.
Eſſet locus pœnæ extraordinariæ.
Teſtes de tempore delicti in genere copulantur cum alijs de delicto in ſpecie.
38. *Locus debet deſcribi per cohærentias.*
39. *Qualitas delicti eſt multiplex.*
Debet exprimi in Denunciatione.
40. *Nomen Delinquentis ſi neſcitur, exprimitur per accidentia.*
Quo ad nomen, idem dicitur de Teſtibus, ſicut de Denunciato.
41. *Iurare debet Denuncians.*
Sufficit iurare ante examen Teſtium.
42. *Denuncians ſe ſubſcribit denunciationi datæ Iudici.*
Si in accuſatione omittitur ſubſcriptio, non ruit proceſſus.
Denuncians de conſuetudine ſe ſubſcribit.
43. *Iudex perpendat delictum, ſi eſt de cognitione ſua, vel alterius.*

32. Reſpondeo, quod nonnulla ſunt, quæ debent præſtari à Denunciante; nonnulla autem à Iudice. Licet autem ſuprà in Commentario *Textus* aliqua dicta ſint, non tamen omnia ſunt expreſſa; vnde hic omnia neceſſaria congerimus, vt vno intuitu percipiantur ea, quæ ad rem faciunt. Primum ergo eſt, quod Denunciatio detur in ſcriptis; vel ſi oretenùs detur, quod per *Notarium* redigatur in actis, vt ait *Clarus (g)* ſequens contrà *Bartolum* opinionem *Salyceti*, quæ communiter practicatur. Et ratio eſt, quia

quia, quæ verbo dicuntur, facilè à memoria dilabuntur; nec poſſet Iudex eſſe certus quid, & quale delictum ſit, nec ſuam proferre ſententiam, nec eam ex actis iuſtificare. Præterquamquod, cum Denunciatio ſit fundamentum proceſſus, neceſſarium omninò eſt, quod de ea in actis conſtet.

33. Aduertendũ tamen, quod cum apud Nos non ſint, ſaltem communiter, *Notarij* publici, nec tales ſoleant creari, niſi occaſione formandæ Inquiſitionis, non poteſt verè dici excepta Denunciatio à *Notario*, ſi Denunciatio data oretenùs à Laico, qui neſcit ſcribere; excipiatur à Secretario Prouincialis eam ſcribente: & in tali caſu putarem, Denunciationem non eſſe authenticam, quia neque ſcripta eſſet à Denunciante, neque à perſona authentica, quæ talis redditur per iuramentum fidelitatis, prout aliàs diximus de *Notario*. Vnde duplici modo poteſt huic defectui obuiari. Primus eſt, quod Denuncians ſcribere neſciens, libellum Denunciationis ſcribi faciat per alium, & eam Iudici præſentet coram Secretario, qui ſcribat Decretum receptionis, prout infra dicemus. Secundus eſt, quod ſi Denunciator vult ſecretò, & oretenùs denunciare, Prouincialis, accito Secretario, incipiat proceſſum in hac forma. *Cum comparuiſſet coram A. R. P. N. Miniſtro Prouinciali, &c. Fr. N. Laicus, & dixiſſet ſe velle iuridicè denunciare nonnullos Religioſis Reos de quibuſdam criminibus ad effectum, &c. & neſciat prædictus Frater ſcribere, Pater Prouincialis volens ſuo muneri ſatisfacere, vocauit me infraſcriptum Secretarium ſuum coram N. & N. Teſtibus à quo iuramentum fidelitatis exegit, prout præſtiti tactò, &c. & Notarium creauit, iuxtà formam conſuetam. Acta ſunt hæc, &c. die, &c. loco, &c. Ego Teſtis N. Ego N. Teſtis, Ego Secretarius Notarius. Ità eſt Ego N. Prouincialis.* Dimiſſis poſteà Teſtibus, excipiat Denunciationem iuxtà formam, quam damus in *Secunda Parte*.

34. Secundum eſt, quod adnotetur dies dictæ Denunciationis, & locus; licet enim hoc non eſſe de ſubſtantia nonnulli dicant, (*h*) ſed tantùm de conſuetudine, vt ſcripſit *Clarus*, tamen contrarium exiſtimo eſſe verius; tùm quia in iure, (*i*) vbi datur forma, iuxtà quam debet concipi libellus Accuſationis, exprimitur *dies*; tùm quia debet conſtare de fundamento proceſſus, & quod ſequentia acta ſint legitima, & non habita ſine legitimo initio; vt vult *Paſſerinus*; (*l*) tùm quia dies poteſt facere ad valorem, aut nullitatem Denunciationis, puta, quod ſit data tempore, quo Prouincialis erat ſuſpenſus ab officio; vel tempore, in quo Denuncians erat inimicus Denunciati, cum quo poſteà Rediiſt in amicitiam; & ità non potuit neque dari, neque recipi Denunciatio. Vnde concludo, quod cum faciat ad rei indemnitatem, ſaltem de poſſibili; tanquam quid neceſſarium, debet exprimi dies denunciationis.

35. Tertium eſt, quod exprimatur nomen Iudicis, cui ſit Denunciatio, & hoc etiam neceſſarium eſt, vt ſciatur an Iudex ſit competens nec nè, vt annotauit *Gothofredus*; (*m*) apud nos verò ſufficit exprimere nomen officij Iudicis, puta *Miniſtri, Vicarij, Commiſſarij Prouincialis, &c. talis Prouinciæ*; tali enim pacto, ſufficienter conſtat de Iudicis competentia.

36. Quartum eſt, quod debet exprimi *tempus, locus, & qualitas delicti, nomen Delinquentis*, ac *Teſtes*, prout habetur ex *Textu* ſupra, (*n*) & omnia iſta ſunt ità neceſſaria, quod, ſi non exprimantur, denunciatio, eſt ipſo iure nulla, & nullus proceſſus inde ſecutus, quantumuis pars non opponat, vt poſt multos ſcribit *Clarus*, (*o*) qui teſtatur de communi. Et ratio eſt, quia ſi non exprimeretur locus, & tempus criminis, Denunciatio redderetur incerta, & vaga, nec poſſet Reus, probando negatiuam coarctatam, ſe tueri, aut Teſtes de falſo conuincere. Quoad tempus autem exprimẽdum, de iure non habetur niſi menſis, & annus, vt dicitur in *Digeſto*. (*p*) Sed ſi Accuſatus petit, quod Accuſator exprimat diem, quia vult probare fortè negatiuam coarctatam, quæ eſt magnum præſidium ad elidendas contrarias probationes, tenetur ne Accuſator exprimere? Dico, quod ſic, & ità tenetur communiter poſt *Bartolum*, (*q*) cui contradicens *Signorolus* carpitur à *Claro*, & ratio eſt, quia tolleretur via regia Reo ſe defendendi.

37. Verumtamen eſt, quod Denunciator tenetur quidem exprimere diem, ſed non tenetur illum probare; & ſufficit etiam, quod dicat, quod non recordatur de die præciſo, ſed eſſe circà talem diem menſis; & debet tunc excuſari Denunciator, ſi cum iuramento deponat ſe diei præciſè memoriam non habere, vt ibidem ex opi-

opinione multorum concludit *Clarus*. Quid autem iuris, ſi neque denunciaret de die; neque Teſtes depoſnerent de eo, & Accuſatus probaret negatiuam coarctatam ab vno, vel duobus diebus, qui poſſent comprehendi in tempore aſſignato ab Accuſatore, & Teſtibus? Rem clarifico per exemplum. Accuſatur *Caius* de furto ab eo commiſſo circà principium *Maij*, in Conuentu tali, anni elapſi. Teſtes deponunt de viſu, ſe nempè vidiſſe de nocte *Caium* ſecuri frangere oſtium Sacriſtiæ, in qua commiſſum eſt furtum, & hoc fuiſſe circà initium *Maij*. *Caius* probat ſe die quarta, & quinta fuiſſe in alio Conuentu. Quæro an poſito, quod de cætero Teſtes ſint integri, & conteſtes, probent concludenter delictum; an verò negatio coarctata illo tempore elidat indicia? Fateor caſum hunc eſſe valdè dubium; quia cum Accuſator, & Teſtes deponant de tempore certo, dicendo *principium Maij* probant ſufficienter delictum, non enim neceſſè eſt, quod exprimant diem, & horam, ſed *circumcircà*, vt dictum eſt. Prætereà cum principium menſis habet latitudinem decem dierum, (communiter enim diuiditur menſis in principium, medium, & finem, quorum quodlibet continet decem dies) licet Reus probet negatiuam coarctatam die quarta, & quinta, non tamen probat negatiuam coarctam toto tempore, pro quo ſtat *principium Maij*; videtur proindè probatum delictum. Ex alia parte cum delictum non habuerit tractum ſucceſſiuum, non poteſt dici, quod per aſſignationem talis temporis, quod importat ſucceſſionem, ſit etiam probatum momentum illius delicti, quia per probationem talis negatiuæ eliduntur duo dies, in quibus potuit delictum eſſe commiſſum; & ſic non manet integraliter probatum tempus ab Accuſatore expreſſum. Cenſerem proindè non eſſe locum pœnæ ordinariæ; ſed tantùm extraordinariè ex defectu plenæ probationis. Prędicta autem reſolutio procedit, caſu quo per nullum alium Teſtem poſſet probari dies delicti. Quia ſi alij deponant de die certa, quandò delictum cmmiſſum fuit, licet totaliter ignorent Delinquentem, & etiam delicti particulares circumſtantias; copulati cum Teſtibus de viſu commiſſi delicti, & non recordantibus de tempore præciſo, plenè probant. Quæ autem dicta ſunt de die, quadrant etiam de parte diei, puta *de mane*, *à prandio*, *poſt Veſperas*: poteſt enim iuxtà varietatem caſuum Reus ſe tueri per negatiuam coarctatam illa parte diei.

38. Quantùm ad locum communiter *Scribentes*(r) volunt, quod debeat præſcribi per coherentias, vt dicendo *delictum eſſe commiſſum in tali platea, aut vico Ciuitatis antè Eccleſiam, Palatium, ſiue Domum talis, aut talis*; quod idem eſt, ac exprimere locum loci. Ità apud nos non ſufficit dicere, quod delictum fuit commiſſum in tali Conuentu, aut Oppido, aut Ciuitate; ſed debet exprimi, quod fuerit in horto, ſylua, dormitorio, propè Cellam habitatam tunc à tali; vel cui eſt titulus talis; propè feneſtram magnam, & ſimilia. Eadem quippè eſt ratio de loco loci, ſicut de parte temporis quoad negatiuam, quæ poteſt probari à Reo, quæ ſicut coarctatur tempore, ità etiam coarctatur loco.

39. Quantùm ad qualitatem delicti multiplex eſſe poteſt, puta vel ratione ſubſtantiæ delicti, puta, quod *Furtum, Adulterium*, *Homicidium* commiſerit, vel ratione modi, puta *proditoriè*, *à tergo*, *in inſidijs*; vel ratione complicum, & ſimilia, quæ faciunt ad augendum, vel minuendum delictum; & hæc omnia debent proponi in Denunciatione, quia per ea indiuiduatur delictum; à quo pendet ſubſtantia iudicij quoad pœnam inferendam.

40. Quantùm ad nomen Delinquentis, vel eius contrà, quod commiſſum eſt delictum, debet exprimi ſi ſcitur; quod ſi neſciatur debet deſcribi, vel ab officio, vt puta *Sacriſta*, *Ianitor*, *Coquus*, vel à ſtatura, ætate, lineamentis, capillis, & ſimilibus circumſtantijs, per quas cognoſci poſſit, certò quis ſit Delinquens; & hoc pariter ſubſtantiale eſt, ne vnus pro alio Reus condemnetur. Et quæ dicuntur de nomine Rei, caſu quo ignoretur; pariter intelligitur de Teſtibus, quorum nomina ſi ignorantur, debent, vt præfertur, deſcribi per accidentia, vt per ea Iudex venire poſſit in cognitionem perſonæ, & eos citare.

41. Quintum eſt iuramentum, quod debet præſtare Denuncians de veritate dicenda; quod implicitè includit iuramentum de calumnia, & illi æquiualet, vt aduertit *Paſſerinus*: (s) quia nec calumniatur, nec præſumitur habere animum calumniandi, qui iurat ſe verum deponere. Hoc autem neceſſarium eſſe probauimus ſuprà.

ſuprà. Verum eſt, quod non eſt neceſsè, quod in actu præſentationis Denunciationis tale iuramentum præſtetur, ſed ſufficit, quod detur antè examen Teſtium; & iſta eſt praxis; nempè, quod data Denunciatione ſiue per libellum, ſiue per epiſtolam, Iudex examinet Denunciantem, ad plenè ſe informandum de circumſtantijs delicti, præmiſſo iuramento de veritate dicenda.

42. Sextū eſt, quod, qui denunciat, ſe ſubſcribat denunciationi, vel ſignum Crucis apponat. Hoc autem de ſubſtantia non eſt; tum quia Denunciatio ſtrictè Accuſatio non eſt; tum quia etiam quando haberet rationem ſtrictæ Accuſationis, tamen omiſſio inſcriptionis non vitiat proceſſum, vt voluit *Cardinalis Alexandrinus, & Follerius:(t)* cum etiam, abſq; inſcriptione, Accuſator deficiens in probatione teneatur ad pœnam talionis, vt habet *Text.* ſuprà. *(u)* Tamen de conſuetudine ſeruatur, quod Denunciator ſe ſubſcribat, vel neſciens ſcribere ſignum Crucis apponat.

43. Septimum eſt, quod Iudex, perpenſa qualitate Denunciantis, & etiam delicti, ſi nempè eſt de ſuo foro, nec nè; admittat, vel repellat Denunciantem; & decretum apponat de proſequendo proceſſu, vel non, prout fuerit de iure.

Citationes Tituli præcedentis.

Pag.385.col.1.

(a) *cap.Si quis cap.Illa.cap.Super his. cap. Cum dilectus. de Accuſat.Hoſt.Summ. Tit.de Denunciat.§. Quid ſit.*

(b) *Abb.in cap.Licet.n.2.de Accuſ.& in c.Dilectus. n.2 ea.tit.Nauar.Conſ.3.tit.eo. Butr. in c.Dilectus.de Simon. Hoſtien.in cap.1. de Offic. Cuſto.n.17.Boſſ. Tit.de Denuncia. nu. 14.cap.In omni. de Teſt.vbi Butr.Anani.Io:Andr. Felin. Aretin.apud Berti tit.7.cap.5.per tot.*

(c) *DD.in cap.Nouit. de Iudic. & in cap. Si peccauerit.2.q.1.Syluest.verb.Denunciatio. n.1.Angelic. eo. verb. in princip.Soto de Tegen. ſecr. Memb.2.quæſt.5.*

(d) *D. Antonin. par. 3.tit. 19. c. 9. Berti tit.7.c.4.*

Pag.385. col.2.

(e) *D.Petr.Chryſolog.ſerm.de Fil. Prodig.*

(f) *Luc.cap.15.verſ.22.*

(g) *Berti Pract.crim.Tit.6.cap.4.n.1.*

Pag.386. col.1.

(h) *Tit.Inquiſitio.§.3.*

(i) *cap.In omni.vbi Abb.n.4.Butr.Anani.Io:Andr. Felin.Aretin.de Teſt.*

(l) *Io:Andr. ad Speculat. tit. de Teſt.§.1. verſ. Sed & pone. Bart.in l.Deferre.ff. de Iur.fiſc.Innoc. in cap.Licet. de Tranſact. Bald. in l.Omnibus. C. de Teſt. & in l. Dictantibus. C.de Teſtam. apud Add.ad Abbat.in cap.4.de Teſtam. num. 3.litt.C.*

Pag.386. col.2.

(m) *cap.Nouit.de Iudic.cap.Si quis. cap. Cum dilectus.de Accuſat.cap.Accuſatio. cap. Si quis. 2. q.7.Gloſ.1.in cap In omni.de Teſt.*

Pag.388.col.1.

(n) *Bart.in l.Tranſigere. C.de Tranſact.*

(o) *Caluin.Lexic.verb.Crimen.l.Quid ſit.§.Noxas. ff.de Aedilit.edict.*

(p) *l.1.§.Conſequens. ff.de Suſp. tutor. l.Eum,qui.§. In popularibus.ff.de Iureiur. Bolognin. Add.ad Io.de Anani.conſ.12.num.12.*

(q) *Signorol.conſ. 142. in fin. & conſ. 244.num.18. apud Tuſc. concl.1076.litt.C.*

(r) *Inſtit.lib.4.tit.de Publ.iudic.*

(s) *Diony.Gothof.ad Inſtit.lib.4.tit.18.verb.Execut.*

(t) *Digeſtor.lib.48.tit.1.*

(u) *Duaren.lib.1.diſp.36. Gomez de Delict. cap.1. n.9.Gothofr.ad tit.de Priu.delict. ff.lib.47.*

Pag.388.col.2.

(x) *Dionyſ.Gothofr.loc.cit.*

(z) *Clar.lib.5.ſentent.§.1.verſ. Hæc tamen omnia.*

(a) *Gloſ.in cap.Infames. in verb. Fures.6.qu.1.cap. Omnes.cap.Illi.ea.cau.& q.*

(b) *cap.Si Sacerdos.6.q.1.cap. Prædicandum.22.qu. 1.cap.Tam Sacerd.24.q.3.*

(c) *cap.Niſi.de Præben. Clement.2.§.Conſiderantes. de Pœn. Inſtit Quib.alien.lic. §. 2. vbi gloſ.in verb.Perniciem.l.3.C.de Commentar. l.Tutor. §.Nunc.ff.de Suſp.tuto.*

Pag.389. col.1.

(d) *l.Cum vir.C.Ad leg. Iul.de Adult.*

Pag.390.col.1.

(e) *cap. Qui ſine.3.q.4.cap. Cum dilectus. de Accuſat. Gloſ. in cap. In omni. in verb. In omni.de Teſt.Bart.in l.Diuus.n.7.ff.de Cuſt reo. Speculat.tit.de Denunciat.§. Quis poſſit. verſ.Canonica. Diaz Salycet. Angel.Clar. Villag. apud Berti.Pract.crim.Tit.7.cap.6.num.4.*

Pag.390.col.2.

(f) *Berti.Pract.crim.Tit.7.cap.6.n.6.*

(g) *Angel.de Malef. in verb. Necnon ad denunciat. n.4.Maria.Soccin.in cap. Qualiter,& quando. il 2.n.81.de Accuſat. Corrad. Pract.fol.296.n. 9.Clar.q.7.num.3.*

(h) *cap.Ea,quæ.de Re iudic. vbi Abb. Gloſ. in cap. Si quando. in verb. Rationabiliter.de Reſcript. & in cap. final. in verb. Rationabilis. de Conſuet.*

Pag.391.col.1.

(i) *Gloſ.in cap. Excommunicamus.in verb.Neglexerit.de Hæret.D.Thom.2.2.qu.34.art.vlt.Abb. in cap.Cum dilectus. de Accuſ. Paſſerin. Trib. Regul.q.9.art.5.n.39.*

(l) *Cyn.in l.Seueriter.in fin.C.de Excuſ. tuto. Alberic.in l.Sancimus.n.6.C.de Iudic.Gratian.conſ. 92.num.2.lib.1.Catald.de Syndic. q.182. apud Clar.q.7.verſ.Sed nunquid.*

Pag.391.col.2.

(m) *cap. Cum dilectus. iunct. gloſ. in verb. Calumniandi.vbi Abb.n.3.& 8.de Calumniat.*

(n) *cap. Dilectus. il 2. de Simon.*
(o) *cap. Inquiſitionis. de Accuſat.*
(p) *Abb. in c. Inquiſitionis. n. 6. verſ. Sed ego. de Acc.*
(q) *Tit. Accuſatio. §. 6.*

Pag. 392. col. 2.

(r) *Gloſ in cap. In omni. verſ. Item conſueuit. de Teſt. c. Qui ſine. c. Poſtulatus. §. Porrò. 3. q. 7. c. Multi. 1. q. 1. c Epiſcopus in Synod. 35. q. 6. c. Præterea. de Teſt. coge. cap. Cum in tua. de Sponſal.*

Pag. 393. col. 1.

(s) *Tit. Accuſatio. §. 6.*
(t) *l. Plebs. ff. de Verb. ſign. vbi Gothofr. A, Gell. lib. 10. c. 20. Iſidor. Orig. lib. 9. cap. 5. Ferret. in l. 2. ff. de Orig. iur. Brech. in d. l. Plebs. ff. de Verb. ſig, apud Caluin. verb. Plebs. 2.*

Pag. 393. col. 2.

(u) *cap. Per litteras. 2. q. 8. Stephan. PP. Epiſt. 2. cap. 4. Abb. in cap. Licet. n. 2. de Accuſat.*

Pag. 394. col. 1.

(x) *cap. Licet. vbi Abb. n. 2. de Accuſat. Paſſerin. Trib. Regul. q. 9. art. 2. n. 8.*
(z) *Bald. Conſ. 349. verſ. Modo non eſt. lib. 1. apud Tuſc. Concl. 74. n. 43. litt. S.*
(a) *cap. Qualiter, & quando. il 2. de Accuſat.*
(b) *cap. Inquiſitionis. de Accuſ. Clar. q. 5, verſ. Neque in hoc.*
(c) *cap. final. de Accuſat.*
(d) *Farinac. q. 1. n. 49. apud Sgroi par. 3. cap. 8. nu. 7. quos dat Paſſerin. Trib. Regul. q. 9. art. 2. n. 14.*

Pag. 394. col. 2.

(e) *DD. in cap. Nouit. de Iudic. & in cap. Si peccauerit. 2. q. 1. Syluest. verb. Denunciatio. n. 1. Angel. eo. verb. in princ. Soto. de Teg. ſecret. Memb. 2. q. 5. Berti Pract. crim. Tit. 7. cap. 5. n. 2.*
(f) *Paſſerin Trib. Regul. q. 9. art. 1. n. 1. Lugo de Iuſt. & iur. Diſp. 38. num. 13.*
(g) *Berti Pract. crim. Tit. 7. cap. 5. n. 2. verſ. Canon.*
(h) *cap. Teſtes. 4. q. 3. cap. Forus. §. De omni. de Verb. ſign. Paſſerin. Trib. Regul. q. 9. art. 5. n. 40.*

Pag. 395. col. 1.

(i) *Paſſerin. Trib. Regul. q. 9. art. 1. n. 2.*
(l) *Berti Pract. crimin. Tit. 7. cap. 3. n. 3. cap. Licet. de Accuſat. Bald. in l. Ea quidem. eo. titul. Hoſtien. in cap. Qualiter. il 2. eo. tit.*
(m) *Clar. q. 7. init. Lug. de Iuſt. Diſp. 37. n. 64. Bict. q. 13. n. 15. Lezan. Tom. 1. c. 27. n. 19. Sgroi par. 3. cap. 8. n. 10. Paſſeri. Trib. Reg. q. 8. art. 4. n. 16.*

Pag. 395. col. 2.

(n) *cap. Qualiter, & quando. il 2. de Accuſ. cap. Licet. de Simon. Paſſerin. Trib. Reg. q. 9. art. 1. n. 2.*
(o) *Paſſerin. Trib. Regul. q. 11. num. 9. & q. 9. art. 2. num. 10. & 11.*
(p) *Bordon. Pract. crim. cap. 4. n. 4. & 6.*

Pag. 396. col. 2.

(q) *Paſſerin. Trib. Regul. q. 11. n. 9. & q. 9. n. 10.*

Pag. 396. col. 1.

(r) *cap. Qualiter, & quandò. il 2. de Accuſat. cap. Licet Hel. de Simon. vbi DD.*
(s) *Tit. Quam. §. 1.*

Pag. 396. col. 2.

(t) *l. Non dubium. §. Nullum. C. de Leg. l. 102. ff. de Reg. iur. Regul. 64. in 6.*
(u) *l. Etiam. C. de His, qui ve. ætat. impet. l. Imperator. ff. de Pact. l. Si ſe non. §. Condemnatum ff. de Re iudic. l. Quamuis. §. 1. ff ad S. C. Velleia.*
(x) *Tit. Corpus. §. 1. verſ. Ante.*

Pag. 397. col. 1.

(z) *Bart. in l. Athletas. §. Item Præuaricator. ff. de His, qui not. infam.*
(a) *Gloſſ. in cap. 2. in verb. Calumniandi. de Calumniat. Abb. in c. Calumn. n. 2. de Pœn. Card. Alex. in c. Qui non. verſ. Sed an præſumatur. 2. qu. 3. Villalob. Commu. opin. litt. C. n. 2. Clar. qu. 62. verſ. Dixi ſupra. num. 6.*
(b) *cap. Cum dilectus. vbi Abb. n. 6. verſ. Sed hoc dictum. num. 6.*

Pag. 397. col. 2.

(c) *cap. 1. §. Qui verò. de Elect. in 6.*
(d) *§. Notandum. 2. q. 3.*

Pag. 398. col. 1.

(e) *cap. Quæ à iure. de Reg. iur. in 6.*
(f) *Clar. q. 62. verſ. Sed quæro. n. 9. Angel. verb. Et ad querelam. n. 70. Farinac. q. 16. n. 39. apud Paſſerin. Trib. Regul. Quæſt. 7. art. 5. n. 47.*

Pag. 398. col. 2.

(g) *Clar. q. 12. verſ. Quæro quæ ſit. & ibi Bart. in Extrau. Ad reprimendam. in verb. Per inquiſitionem. n. 33. Salycet. in l. penult. nu. 2. C. de Accuſ. l. Libellorum. ff. eo. tit.*

Pag. 399. col. 1.

(h) *Salycet. in l. penult. C. de Accuſ. Angel. de Maleſ. in verb. De anno præſenti num. 13. Clar. qu. 12. verſ. Præterea. n. 8.*
(i) *l. Libellorum. ff. de Accuſat.*

Pag. 399. col. 2.

(l) *Paſſerin. Trib. Regul q. 9. art. 2. n. 10.*
(m) *Gothofred. ad l. Libellorum. in verb. Apud. ff. de Accuſat. Petr. Gregor. lib. 32. cap. 8. Syntagm.*
(n) *Tit. eod. §. 3.*
(o) *DD. in l. Edita. C. de Eden. vbi Alex. n. 13. Deci. n. 34. Claud. n. 22. Ripa. nu. 26. Curt. Iun. nu. 83. Villalob. Commu. opin. litt. A. num. 13. quos dat Clar. q. 12. verſ. Dixi. n. 9.*
(p) *l. Libellorum. ff. de Accuſat. l. In cauſis. C. ea. tit.*
(q) *Bart. in l. Is, qui reus. n. 10 ff. de Pub. iudic. & in l. Arbitratria. § Si quis. n. 6. ff. de Ea q. cert. loc. Corſet. in Repert. Abb. verb. Accuſatio. Simanc. de Hæret. cap. 4. n. 4. Boſſ. Tit. de Inquiſit. n. 92. Conrad. Plat. Viui. Alberic. apud Clar. quæſt. 12. verſ. Dixi etiam. n. 13.*

Pag 400. col. 2.

(r) *Angel. de Maleſ. verb. In platea. & in l. Hac conſultiſſima. num. 2. C. Qui teſta. fac. poſſ. Gandin. Rubr. Qualiter ſit accuſat. n. 3. Menchiac. lib. 1. de Teſtam. par. 1. §. 4. n. 33. quos dat Clar. q. 12. verſ. Eſt autem.*
(s) *Paſſerin. Trib. Regul. quæſt. 11. art. 2. n. 7.*

Pag. 401. col. 2.

(t) *Card. Alex. in cap. de Accuſat. one. 2. q. 8. col. 3. in fin. Foller. Pract. crimin. fol. 50. num. 50. apud Clar. q. 12. verſ. De iure. n. 18.*
(u) *Tit. Accuſatio. §. 3.*

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS DECIMVS.

Corpus Delicti.

TEXTVS.

§. I. Delictum vel eſt permanens poſt factum, vt vulnus, fractura; vel tranſiens, vt iniuriæ, Blaſphemia, Fornicatio. Corpus Delicti, eſt actualis Delicti inſpectio, ſi eſt facti permanentis, vel probatio, quòd tale Delictum commiſſum fuerit, ſi tranſeuntis. Ante quamcunque informationem tenetur Iudex inquirere de Corpore Delicti, & facere conſtare, quòd Delictum commiſſum fuerit: Proceſſus enim, in quo prius de corpore Delicti, præcipuè facti permanentis non conſtat, omninò eſt nullus; & ſi ex ipſo conſtitutus eſſet Reus, etiamſi confeſſus fuiſſet, nihil illi nocere poſſet confeſſio.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

1. *Delictorum diuiſio.*
Facti tranſeuntis, & permanentis diffinitio.
Delictum facti permanentis eſt, quòd de ſui natura poteſt veſtigium relinquere; licet nullum de facto relinquat.
Delicta, quæ non relinquunt veſtigium poſt ſe, alia committuntur ſolo animo, alia facto.

2 *De Corpore Delicti, quando dicatur conſtare.*
Iudex ante omnia debet probare Corpus Delicti.
Forma denominans præcedit ſubiectum denominatum.
Inquirendum eſt priùs de Delicto, quàm de Delinquente.
Proceſſus, in quo priùs non conſtat de Corpore Delicti, eſt nullus.
Etiamſi Reus confeſſus eſſet crimen.

3. *De iure naturæ non eſt, quòd Corpus Delicti conſtet Iudici per* viſum, & repertum.
Probatio Corporis Delicti per viſum, & repertum, *eſt inducta iure humano.*
Conſuetudo eſt ius non ſcriptum.
Omiſſio probationis Delicti per viſum, & repertum, *non annullat Proceſſum.*

4. *Nullitas non inducitur, niſi omittatur forma ſubſtantialis actus.*
Forma ſubſtantialis actus quomodo cognoſcatur.
Probatio per viſum, & repertum, *non eſt inducta iure naturali, diuino, aut ſcripto.*
Ex natura rei non requiritur, quod delictum pateat Iudici per viſum, & repertum.

5. *Exponitur ſenſus Textus.*
Quod confeſſio Rei ipſi non noceat, niſi conſtiterit priùs de Corpore Delicti, quomodo intelligendum.

6. *Viſitatio Corporis Delicti non eſt de iure Diuino.*
Exponitur locus Geneſis.
Iudices non debent præcipitare ſententiam.
Delicta Sodomorum fuerunt facti tranſeuntis.
Deus non viſitauit cadauer Abel occiſi.
Conſulitur practica viſitandi Corpus Delicti.

1. Clarus eſt Textus diuidens delicta facti permanentis, & tranſeuntis; illud quidem dicitur relinquere veſtigium *poſt factum, vt vulnus, fractura, &c.* aliud verò, quia *tranſiens, vt iniuriæ, blaſphemia, fornicatio* non relinquunt poſt ſe veſtigium; & hæc eſt communis diuiſio delictorum tradita per *Criminaliſtas. (a)* Hic au-

autem aduertere libet, quòd non dicitur delictum facti permanentis illud, quod de facto relinquit veſtigium poſt ſe, ſed quod natum eſt, quantùm eſt de ſui natura, illud relinquere. Quia, ſi aliquis, alligato ſaxo ad collum alicuius hominis ipſum proijceret in mare, committeret quidem delictum facti permanentis, puta homicidium; nec tamen de facto aliquod veſtigium relinqueret poſt ſe. Pariter, vt optimè aduertit *Clarus*, (b) delicta, quæ nullum relinquunt veſtigium poſt ſe, alia ſunt, quæ ſolo animo complentur, vt hæreſis, atheiſmus; alia verò, quæ verbis, vel facto committuntur, vt blaſphemia, adulterium, fornicatio; & tamen aliquando etiam iſta relinquunt veſtigia poſt ſe; vt ſi Maritata, abſente Marito, vtero gerit, veſtigium eſt adulterij commiſſi.

2. Licet verò realiter *Corpus Delicti* ſit ipſummet delictum commiſſum, & tunc dicatur conſtare de corpore Delicti, quando remanet probatum in iudicio, quòd delictum commiſſum ſit; tamen communiter dicitur, quòd *Corpus Delicti eſt actualis delicti inſpectio, ſi eſt facti permanentis*; nempè talis, quòd, de facto, reliquerit veſtigium poſt ſe; quia ſi non reliquit actualiter veſtigium poſt ſe, non poteſt haberi de eo actualis inſpectio à Iudice, ſed tantùm à Teſtibus, qui delictum ipſum viderunt. *Vel probatio*, puta per Teſtes de viſu, *quòd tale delictum commiſſum fuerit, ſi tranſeuntis*. Ad hoc verò, quòd Iudex ordinatè procedat, debet *ante quamcunque informationem inquirere de Corpore Delicti, & facere conſtare, quod delictum commiſſum fuerit*. Hęc eſt tritiſſima concluſio omnium *Doctorum*, quæ elicitur ex quodam *Digeſto*, (c) & licet *Clarus* dicat, (d) quod ex illo non habetur, niſi quod nòn poteſt deueniri ad torturam priùs, quam de corpore delicti non conſtet, ſalua tamen reuerentia talis Doctoris *Criminaliſtarum Magiſtri*, hoc non eſt verum, quia *textus* apertè loquitur, non ſolùm de tortura, ſed de quauis alia inquiſitione; ait enim §. immediatè ſequenti. *Quæſtionem autem ſic accipimus, non tormenta tantùm, ſed omnem inquiſitionem, & defenſionem mortis*. Remanet ergo firmiſſima concluſio à nemine impugnata, quòd ante quamcunq; inquiſitionem perſonę delinquentis, oportet, quòd Iudici conſtet de commiſſo delicto; & hoc naturale eſt, quia forma denominans naturaliter præcedit ſubiectum denominatum; & quia agens denominatur ab actione, & delinquens dicitur à delicto, ordo naturalis eſt, quod priùs cognoſcatur delictum, & conſtet de eo, priuſquàm de delinquente in ſpecie inquiratur. Vnde optimè ait *Paſſerinus*, (e) hoc, quod tanquam ſubſtantiale in omni iudicio ſeruatur; originem habere, & eſſe, de iure naturæ. Sequitur ergo ex hoc, quòd *proceſſus, in quo priùs de corpore delicti, præcipuè facti permanentis, non conſtat, omninò eſt nullus; & ſi ex ipſo conſtitutus eſſet Reus, etiamſi confeſſus fuiſſet, nihil nocere poteſt confeſſio*; vt communiter *Doctores* (f) affirmant.

3. Aduertendum verò, quòd licet de iure naturæ ſit, quòd priùs conſtare debeat de delicto commiſſo, quàm de delinquente inquiratur; tamen non eſt de iure naturæ, quòd conſtet Iudici per ocularem eius, vel Notarij inſpectionem corpus ipſius delicti, etiam permanentis, *per viſum, & repertum*, vt communiter dicitur; quia hoc eſt de iure poſitiuo, vt ſcribit *Paſſerinus*; (g) non quòd in iure *Canonico*, aut *Ciuili* aliquis textus ſit, per quem talis viſitatio iubeatur, ſed quia hæc eſt vniuerſalis conſuetudo omnium Iudicum, per quam præſcriptum cenſeatur ius ad hoc præſtandum, quia conſuetudo eſt ius non ſcriptum. (h) Sequitur ergo ex hoc, quòd licet proceſſus eſſet nullus, non conſtito Iudici de delicto commiſſo ante inquiſitionem delinquentis, non tamen deberet eſſe nullus, ſi ad accuſationem, denunciationem, aut infamiam delicti permanentis Iudex Teſtes examinaret, per quos probaretur delictum eſſe commiſſum, & in eodem examine, etiam de delinquente, inquireret, non præmiſſo *viſum, & repertum*.

4. Scio duram fortaſſe videndam eſſe hanc doctrinam, quam à nullo Scribente inuenio; ſed quia optimis rationibus fulcitur, eam aſſerere non dubito. Quia non inducitur nullitas in actu, niſi quando actus peccat in forma ſubſtantiali, (i) qua omiſſa, actus ipſe, quoad ſubſtantiam ipſam, vitiatur; forma porrò, vel eſt à lege præſcripta, (& maximè quando lex eſt concepta verbis prohibitiuis) vel habet clauſulam irritantem, & tunc habetur pro ſubſtantiali, vt dicunt *Doctores*: (l) vel eſt ab inſtitutione Diuina, vt eſt in formis

Sacra-

Sacramentalibus; vel eſt à natura rei exigente formam talem, & cum ſimus in moralibus, eſt à ratione dictante, hoc ita debere fieri, ita vt aliter factum non benè factum ſit. Quòd autem fiat *viſum, & repertum* ante Rei conſtitutionem, non eſt præſcriptum tanquam forma ſubſtantialis requiſita ad iudicium de iure Diuino; neque de iure poſitiuo *Canonico*, aut *Ciuili*, quandoquidem neque in Sacra Scriptura, neque in corpore vtriuſque iuris textualiter reperitur. Pariter neque hoc eſt requiſitum à natura ipſius actus, ita ut nequiret haberi iudicium rectum de delicto, & delinquente, abſque eo, quòd tale *viſum, & repertum* fiat. Quia ad ferendum iudicium rectum non requiritur, niſi quòd Iudex habeat notitiam de ſubſtantia, & qualitatibus delicti, & quod fuerit cum dolo à Delinquente commiſſum; hoc autem habetur æquè benè per Teſtes integros, ſicut ab oculari inſpectione; imò per ocularem inſpectionem non poteſt attingi niſi materiale ipſius delicti, hoc eſt obiectum, circa quod commiſſum eſt, & circa notitiam qualitatum habendam, nihil operatur Iudicis inſpectio; quia illam debet habere à *Peritis*, vt in vulnerato, aut mortuo per venenum, in quibus caſibus adhibenda eſt relatio *Chirurgi*, & *Medicorum*, cui ſtatur, & qui optimè, tanquam Teſtes, aut Iudices, poſſunt deponere, & certificare Iudicem de qualitate delicti, abſque eo, quod Iudex corpus delicti videat; imò in aliquibus delictis facti permanentis Iudex nullo modo poteſt ocularitèr viſitare corpus delicti, vel propter honeſtatem, vt in defloratione virginis; vel propter periculum, vt in vulnerato, cuius vulnera diſcooperiri non poſſunt ſine notabili ipſius læſione. Imo in delicto facti permanentis, quod non reliquit poſt ſe veſtigium, vt in præcipitato in mare, nulla ſimpliciter poteſt haberi à Iudice inſpectio; & tamen in omnibus iſtis caſibus, probato delicto, & eius qualitatibus per Teſtes, & conuicto, aut confeſſo Delinquente, rectiſſimum fertur iudicium, & ſententia contra Reum. Sequitur ergo ex dictis, quod, ex natura actus iudicialis recti, non requiritur ſimpliciter, quod præcedat *viſum, & repertum*. Amplius: In delictis tranſeuntibus nullum reperitur tale corpus viſitandum; & tamen ex ſola Teſtium depoſitione certioratur Iudex, & rectum iudicium inſtituit; non eſt ergo neceſſariò requiſitum *viſum, & repertum* ex natura actus rectè iudicandi. Concluditur igitur ex his omnibus, quòd hoc nullo modo eſt de forma ſubſtantiali iudicij; vnde ſi omittatur non debet annullari proceſſus.

5. Quòd ſi in *Textu* hoc dicitur, *nullum eſſe proceſſum, etiam cum confeſſione Rei, ſi de corpore delicti Iudici prius non conſtiterit*; hoc non debet intelligi, vt multi perperàm faciunt, quòd Delicti corpus pateat Iudici per *viſum, & repertum*, ſed quòd conſtet, vel ex probatione Teſtium, vel ex indicijs, vel ex præſumptionibus legitimis; & hoc verum eſt, & eſt de iure naturæ, vt ſupra diximus. Et quando *Criminaliſtæ* dicunt, quod Rei confeſſio non nocet Reo, ſi de corpore delicti non conſtiterit; (& ideò culpabilem dicunt Doctores nonnulli (m) quemdam Iudicem, qui damnauit quoſdam homicidas, qui occiſorum cadauera proiecerunt in mare, & inueniri minimè potuerunt;) debent intelligi, quòd hoc verum ſit, quando delicti corpus, hoc eſt delictum ipſum, non eſt notum Iudici, neque per indicia, neque per præſumptiones, neque per Teſtes, ſed ex ſimplici confeſſione ipſius Rei tantùm; & hoc veriſſimum eſt; & hoc communiter tenetur à *Doctoribus*.

6. Dicetur fortè contra prædicta, quod viſitatio corporis delicti ſit de iure Diuino, quia ex *Geneſ. cap.* 18. *num.* 21. habetur, quod licet ad aures Dei aſcenderit clamor *Sodomorum*, & *Gomorrhæorum*, tamen corpus delicti voluit viſitare, dicente Scriptura, *Deſcendam, & videbo*. Sed hoc nullo modo concludit, quia per illa verba non probatur, quod Iudex corpus delicti debeat viſitare; ſed concludit ſolùm, quod debet probare veritatem commiſſi delicti, antequam ſententiet; vnde ſcripſit noſter *Nicolaus de Lyra: Hoc dicitur non quia Deus indigeat tali inueſtigatione, ſed vt doceantur per hoc Iudices, non ſententiare, donec diligenter inquiſierint veritatem*. Et *Gloſſa Interlinearis. Vt ſe à præcipitatione iudicij compeſceret, mala Sodomæ priùs voluit probare, quàm iudicare*. Et hoc idem volunt alij. (n) Præterquamquod delicta *Sodomorum* erant omnia facti tranſeuntis, dicente Scriptura. (o) *Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ. Superbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius, & filiarum eius, & manum egeno, & pauperi non porrigebant*; circa quæ non habetur

viſum,

Digitized by Google

viſum, *& repertum*. Vnde *Innocentius Tertius in Concilio Lateranenſi*, (*p*) deducens ex citato Textu *Geneſis* ordinem iudicialem, non ait, quod ex illo habeatur, quòd Iudex oculis ſuis viſitet corpus delicti, ſed quòd *debet coram Eccleſiæ ſenioribus veritatem diligentiùs perſcrutari*; vt ſcilicet per inquiſitionem, aut aliàs legitimas probationes certioretur de delicto commiſſo, quod longè diuerſum eſt, & nos admittimus. Et ſi, quod ex aduerſo prætenditur, deducendum eſſet ex *Scriptura*, hoc eſſet, quando ob perpetratum fratricidium, Deus venit ad ſententiandum *Cain*, cuius delictum reliquit veſtigium poſt ſe, nempè cadauer occiſi; nec tamen dicit Scriptura, quòd Deus deſcenderit ad videndum cadauer *Abel*; ſed tantùm habita accuſatione, & querela, *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra*, venit ad illum interrogandum de fratre, *Vbi eſt Abel frater tuus?* Vt crimen fateretur. Quo facto, euidenter concluditur, quòd, data querela, & probato delicto, etiam abſque oculari inſpectione, poſſet benè Reus conſtitui, & hoc non eſſe contra ſubſtantialem formam iudicij, nec per hoc annullari proceſſum. Fateor bene optimam eſſe cautelam, & à toto Mundo practicatam formam per *viſum*, *& repertum*, & debere à Iudice Regulari obſeruari; nego tamen, quod, ſi ex inaduertentia omitteretur, nullus reddatur proceſſus, quando nempè delictum aliundè eſt ſufficienter probatum, priuſquam de Delinquente fiat inquiſitio. Et in hanc ſententiam abit etiam *Paſſerinus*, qui licet (*q*) dixiſſet, quod *probatio delicti per viſum*, *& repertum eſt de ſubſtantia delicti ex iure poſitiuo*, *tamen num*.20. dicit, quòd non eſt de ſubſtantia iudicij in ordine ad ſumendas informationes, etiamſi delictum ſit facti permanentis; itaut talis probatio debeat de neceſſitate informationes præcedere; & ex *Claro* (*r*) probat, quòd licet non inueniretur corpus occiſi, poſſet tamen Iudex cogere ad ſe præſentandum in iudicio toties quoties imputatum de homicidio; & concludit; *Vnde multò minus nullus non erit proceſſus*, *ſi Iudex priùs examinet Teſtes*, *& informationes ſumat*, *quàm per viſum*, *& repertum probet corpus Delicti*.

T E X T V S.

§.II. Corpus Delicti permanentis conſtat, cum Iudex Cadauer, vulnus, incendium, &c. viſitat coram Teſtibus, & ſcribi mandat, repertum eſſe tale delictum, ſecundùm formam ſuo loco aſſignandam. Corpus Delicti tranſeuntis, cum videri non poſſit, ſufficit conſtare per indicia, & coniecturas, quæ probent commiſſum eſſe delictum. Si enim procedit ad inſtantiam partis, ſatis eſt, ſi Iudex examinet Teſtes, capiendo informationes contra Reum, quæ vnico contextu probent, delictum eſſe commiſſum, & à tali Delinquente. Debet tamen Iudex non inquirere contra Reum, niſi priùs conſtet Delictum eſſe commiſſum; etiamſi Teſtes deponant ex ſe, tale Delictum à tali perſona eſſe commiſſum. In cauſa veneni, vel lethalis vulneris, vel deflorationis virginis, in quibus Fratres Periti non ſunt, ad conſtandum de Corpore Delicti, adhibeat Iudex Medicos, Chirurgos, & Peritos in arte, ex quorum iurata depoſitione conſtare faciat qualitates Corporis Delicti, ſi tamen in illis locis talium copia fuerit, & deſcribi faciat omnia reperta, circa cadauer, quantitatem vulneris, ligamenta, &c. examinando ſaltem duos Teſtes ſuper repertis, & viſis. Et ſi occiſus repertus fuerit, cuius nomen, patria, cognomen neſciantur, deſcribatur per accidentia extrinſeca, & & apparentia ſtaturæ, coloris veſtium, &c. adnotentur vulnera, & ipſorum forma, & qualitates; nimirùm ſi erant mortalia, vel leuia, & in qua parte corporis.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

7. *Quando conſtet Iudici de corpore delicti ad inquirendum de Delinquente?*
Si Cadauer occiſi non inuenitur, debet conſtare per Teſtes.
8. *Iudex poteſt mittere Notarium ad viſitandum Corpus Delicti.*
Teſtes requiruntur in viſitatione Corporis Delicti.
Quibus in caſibus ſint neceſſarij.
9. *Formale delicti requirit, quod malo dolo ſit perfectum.*
In delictis lege naturali prohibitis dolus præſumitur.
Acta dubia, in meliorem partem interpretanda.
19. *Dolus malus, ſi non apparet ex Corpore Delicti, probatur coniecturis.*
Si coniecturæ ſint graues, aut leues, quid agendum?
In dubio præſumitur pro non delicto.
11. *De ſubſtantia Delicti requiritur plena probatio.*
Figuratio caſus.
Ad inquirendum contra homicidam requiritur, quod inueniatur cadauer, aut conſtet de eo per Teſtes.
12. *Duo Teſtes plenè probant Corpus Delicti.*
Vnus Teſtis integer. iuuatus præſumtione, & indicio ſufficit ad inquirendum in ſpecie.
Paſſerinus reijcitur.
Duo Teſtes probantes Corpus Delicti, quod amplius non apparet, non ſufficiunt ad probandum Delinquentem.
13. *Qualitates aggrauantes, aut ſpecificantes delictum ſunt probandæ ſimul cum corpore delicti.*
Sententiæ Doctorum contrariæ, circa neceſſitatem probandi qualitates, concordantur.
Ad inquirendum contra Delinquentem ſufficit probatio ſubſtantiæ Delicti.
Ad condemnandum, requiritur probatio qualitatis.
Si eſt in delicto qualitas, transferens eius cognitionem ad aliud forum, quid agendum.
Figuratio caſus occiſi ex maleficio venefico, & diabolico.
14. *In caſu veneni, vulneris grauis, aut deſlorationis adhibendi ſunt Periti.*
Deſlorata an ſit viſitanda controuerſum eſt.
Oculi, & manus Obſtetricum ſæpè falluntur.
Verenda marium inſpicere vetuit Imperator.
Virginitas probatur per aſpectum corporis.
Ex conſuetudine inducta, eſt viſitatio deſloratæ.
15. *Peritis abſque iuramento credendum videtur.*
Teſti ſine iuramento non creditur.
Periti debent iurare.
Iuramentum Peritorum non eſt de veritate, ſed de credulitate.
16. *De ijs, quæ cadunt ſub ſenſu, Periti ſunt Teſtes.*
Eorum iuramentum eſt de veritate dicenda.
De remotis à ſenſu ſunt vt Iudices, & iurant de credulitate.
Forma iuramenti Peritorum.
17. *Delictum non eſt probatum, ſi Peritus deponit in dubio.*
Quando ſubſtantia Delicti non eſt euidens ex ſe, adhibentur Periti.
Plures Peritos nonnulla iura requirunt; alia vnum tantùm.
Sententia Abbatis diſtinguens.
In cauſa ciuili, & parui momenti, ſufficit vnus, ſed in ciuili magni præiudicij, aut criminali requiruntur duo.
Teſtes à locis remotis aliquando vocantur.
18. *In re facili ſufficit vnus; in difficili requiruntur duo Periti.*
19. *Iudex Regularis iuxta datas diſtinctiones adhibeat Peritos.*
Caſus imputatæ deſlorationis.
20. *In arduis, & quando iudicandum eſt de ſubſtantia Delicti, adhiberi debent peritiores ex Peritis.*
Mulieres, quæ adhibentur, vt peritæ, debent eſſe bonæ famæ, prouidæ, & honeſtæ.
Aliter reprobari poſſunt.
Periti pauperes, malæ famæ, & indocti reprobari poſſunt.
Peritiores debent ſubſtitui.
Maior ſit diligentia Iudicis Regularis, quàm Sæcularis in adhibendo Perito.
21. *Vtiliùs permittitur ſcandalum naſci, quàm veritas relinquatur.*

Si

Si vnus adhibetur, debet eſſe verè Peritus.

Vni Perito ſtatur, ſi eſt ſalariatus in loco, & vnicus ibi eſt.

Aſſerenti, ſe eſſe Peritum, non credendum.

Verè Peritus dicendus eſt, qui communiter à grauibus Viris, vt talis reputatur.

22. *Reperta circa cadauer, omnia deſcribenda.*

Itidem numerus vulnerum.

Teſtes in viſitatione Corporis Delicti debent examinari.

Deſcribuntur qualitates corporis, ſi cadauer eſt incognitum.

Pariter qualitas vulnerum, & quo inſtrumento apparent facta.

23. *Si vulneratus non poteſt ſine detrimento diſcooperiri, ſufficit relatio iurata Chirurgi circa numerum, & qualitatem vulnerum.*

7. IN hoc Textu traditur theorica, per quam poſſit cognoſci, quando Iudici conſtat de Corpore Delicti, ad effectum inquirendi de Delinquente; dicitur ergo, quod *Corpus Delicti permanentis conſtat, cum Iudex cadauer, vulnus, incendium, &c. viſitat coram Teſtibus, & ſcribi mandat &c.* Hoc debet intelligi non *taxatiuè, ſed exemplariter*; hoc eſt, quod conſtat plenè de exiſtentia Delicti permanentis, quando Iudex viſitat cadauer, vulnera, &c. Sed ſi cadauer, facta omni diligentia, non inueniretur, quia eſſet aſportatum, combuſtum, aut in flumen præcipitatum, quomodo conſtabit de delicto? Conſtabit per Teſtes, qui ipſum viderunt, & tunc minimè neceſſaria eſt Iudici viſitatio delicti, cuius nullum eſt veſtigium. Ex hoc ergo habetur, quod *Textus* non loquitur *taxatiuè*, ſed *exemplariter*; & caſu, qu[illegible] de facto relictum ſit veſtigium Delicti permanentis; & vlteriùs comprobatur, quod viſitatio per *viſum*, & *repertum* non eſt abſolutè, & ſimpliciter neceſſaria, itaut, ea deficiente, nulla reddatur inquiſitio contra Delinquentem; aliter non relicto veſtigio, aut eo minimè reperto à Iudice, in delicto facti permanentis; nullo modo conſtaret de Corpore Delicti, neq; Iudex poſſet procedere, quod falſum eſt.

8. Licèt verò dicat *Textus*, quod *Iudex viſitet coram Teſtibus*, tamen hoc non eſt neceſſarium, quod præſtet per ſe, ſed poteſt *Notarium* ad hoc mittere, & hanc eſſe conſuetudinem totius Orbis, & ita eſſe practicandum, docet, cum multis, *Clarus*. (s) Sed non ſufficit aut Iudex ſolus, aut ſolus *Notarius* ad faciendam talem viſitationem, ſed requiruntur *Teſtes*, vt dicitur hic, & ſcribunt nonnulli. (t) Et qui nam debent eſſe? Dico, quod ſi ageretur de cadauere occiſi, qui non eſſet Iudici, aut in illo loco, notus, Teſtes debent eſſe ij, qui ipſum, dum viueret, cognouerunt: Si agatur de vulnerato, ad ſe certiorandum de qualitate vulnerum, an ſint lethalia, facta armis venenatis, vel ſpecialiter prohibitis, aut de alijs qualitatibus, quarum notitia exorbitat à profeſſione Iudicis, debet Iudex adhibere *Chirurgos*, vel *Medicos*. Sed quando cadauer eſſet hominis noti; vel de Corpore Delicti nulla eſſet qualitas, quæ non poſſet optimè cognoſci à Iudice, vt combuſta domus, fractum ſcrinium, arbores reciſæ, & ſimilia, non eſſet neceſſarium Teſtes adhibere, vt ſcribit *Paſſerinus*, (u) dicens, hoc etiam docere *Bittum* in ſua *Praxi*; ſed hoc apud *Bittum* minimè reperi, poſt omnem diligentiam. Et ego aliter ſentio, ſaltem pro Nobis; tum quia præſcribitur in *Textu*; tum quia fit ad firmitatem actus, vt pariter fit in creatione *Notarij*, intimatione ſententiæ, &c. & ideo in praxi tutiùs eſt, Teſtes adhibere, vt communiter fit.

9. Quia verò in Corpore Delicti viſitando concurrunt multa, quæ poſſunt variare iudicium, ideo de ſingulis hic libet agere. Primò ergo debet conſtare de cauſa formali ipſius delicti, quæ conſiſtit in hoc, quod malo dolo perfectum ſit. Si enim exempli gratia, reperirietur aliquis præcipitatus in valle, aut ſuffocatus in piſcina, licèt euidenter appareat de cadauere hominis, non tamen conſtat ſtatim, quod malus dolus interuenerit: puta, quod ab alio præcipitatus, aut ſubmerſus fuerit, cum vtrumque potuerit eſſe caſu, & abſque ſcelere alicuius. Et ideo iura (x) volunt, quod conſtet *de ſcelere*, ad hoc, quod de delicto conſtet. In delictis porro lege naturali prohibitis, abſque alia probatione dolus præſumitur, vt vult *Farinacius*: (z) in dubio autem an factum ſit patratum cum ſcelere, ſumenda eſt interpretatio, quæ ſcelus excludat, quia actus dubius in meliorem partem eſt accipiendus, vt *iura* volunt. (a) In euidentibus, vt in cadauere confoſſo pluribus

vulne-

vulneribus, aut aliquo membro mutilato, nulla egemus probatione ſceleris commiſſi.

10. Sed ſi non adſit ſceleris euidentia ex Corpore Delicti, probatur per coniecturas, præſumptiones, indicia; vt ſi mortuus habebat inimicos; ſi fama eſt, quod aliquis fuerit ab alio præcipitatus in flumen, aut ſtrangulatus; vel quod alius cum eo iurgatus eſt, vel eum minatus; ſi vulnera ſunt in parte Corporis, quæ non potuerit mortuus ſibimet inferre; aut in Corpore videntur ſigna violentiæ alterius manu factæ. Ita ergo in factis, quæ poſſunt eſſe cum ſcelere, vel non, debet Iudex recurrere ad coniecturas, & præſumptiones, quod ſi ſint conuincentes, quod illud factum non potuit eſſe ſine ſcelere, poteſt procedere ad inquiſitionem Delinquentis. Sed ſi ita leues ſunt, quod relinquant factum adhuc dubium, debet ſilere proceſſus, & Diuino iudicio factum relinqui, quia in dubio ſemper præſumi debet pro non delicto, vt ſcribunt *Doctores.(b)*

11. Aduertendum porrò, quod non ſufficiunt præſumptiones, & indicia, quãdo agitur de ſubſtantia ipſius Delicti, ſed debet eſſe plena probatio. Rem explico; *Caius* iurgatus eſt cum *Titio*, & illum minatus eſt grauiter; & manè non reperitur *Titius* in Conuentu, & quædam ſtillæ ſanguinis repertæ ſunt in aliquo loco Conuentus; & in Cella *Titij*, quæ clauſa erat, inuentæ ſunt res ſuæ, Breuiarium, Braccæ, Sporta, Conciones, & ſimilia. Suſpicatur Superior *Titium* fuiſſe occiſum à *Caio*, admonet de hoc Prouincialem; venit ipſe, examinat Fratres, qui deponunt rixam *Caij* cum *Titio*; viſitatur Conuentus, reperitur ſanguis effuſus, fit perquiſitio in ſepulcris, latrina, ſterquilinio, ſylua, & in omni loco Conuentus, nec reperitur Cadauer: Poteſt ne Prouincialis facere inquiſitionem de delinquente, vel inquirere contrà *Titium*? Minimè, quia licet adſint indicia, & præſumptiones, de homicidio, quia *Titius* non reperitur, & *Caius* eum minatus eſt, & ſanguis eſt repertus; non tamen illa indicia plenè probant delictum; imò probantur eſſe æquiuoca; quia *Titius* territus minis ſibi factis à *Caio*, potuit aufugiſſe à Conuentu, & ſanguis potuit fluxiſſe è naribus alicuius Sæcularis, qui non eſt de Conuentu. Ad hoc ergo, quod ſit plenè probatum delictum, & poſſit Iudex procedere ad inquiſitionem Delinquentis, quid requiritur? Oportet, quod cadauer inueniatur, aut quod Teſtes integri deponant de viſu, & ità planè conſtat de delicto.

12. Quod ſi cadauer, facta diligentia, non reperitur, Teſtes duo integri, qui deponunt vidiſſe cadauer, quod modò non reperitur, delictum probant; imò etiam vnus Teſtis, ſi eſſet adminiculatus præſumptione, & indicio, puto, quod ſufficeret ad hoc; quod Iudex poſſet *Caium* conſtituere. Si enim diceret, ſe vidiſſe *Caium* paulò poſt rixam occidiſſe cultro *Titium* in tali loco, & ibi repertus eſt ſanguis, tria militarent pro probatione delicti; puta dictum Teſtis integri, qui licet (cum ſit vnicus) non plenè probet, vt iura *(c)* volunt; tamen cum ſit adminiculatum præſumptione, & indicio, pluſquam ſemiplenè probat; vt de Teſte vnico deponente de facto proprio, ſi concurrant adminicula præſumptionis, & indiciorum dicunt *Doctores.(d)* Obiter autem hic adnotare libet, quod *Paſſerinus*, *(e)* licet concedat, quod plenè, & liquidè conſtare dicatur de delicto, ſi de eo conſtet per Teſtes; tamen ſubiungit hoc non ſufficere ad probandum delictum facti permanentis relinquentis poſt ſe veſtigium; vndè in caſu propoſito haberet dicere, quod licet per conteſtes conſtaret *Titium* fuiſſe occiſum, tamen non eſſet probatum delictum, niſi cadauer, aut aliud ſignum appareret; ad quod probandum citat *Clarum*, & alios. Sed iſti *Authores* loquuntur in caſu, quo nulli eſſent Teſtes, qui ſufficerent ad plenè probandum; quia tunc requiritur Corpus Delicti, & hoc concedo, ſed ſi non hoc, nec aliud ſignum reperitur, dummodò conteſtes integri ſint, eſt probatum; plenè. Quid enim facit Corpus materiale Delicti ad probationem plenam, vniuerſaliter loquendo? Fateor aliquando ex ſe ſolo delictum probat, vt ſi inueniretur cadauer in fruſtra ſectum, hoc euidenter delictum probaret; ſed ſi inueniretur ſimpliciter occiſus, vel in flumen merſus, vel ſuſpenſus, hoc poteſt contingere abſque ſcelere alterius, vel nullius, puta, quia caſu in flumen cecidit, vel ex deſperatione ſe ſuſpendit, vel ſibi manum conſciuit; aut ſi ab alio occiſus eſt, hoc fuit abſque ſcelere, ad ſui inculpatam defenſionem. Si ergo, vt probauimus, non probatur delictum, niſi probetur, quod ſit ſcelere factum, &

in viſitatione occiſi, ſi deſunt Teſtes, ſola indicia, & præſumptiones, (quæ tamen aliquando poſſunt eſſe dubiæ, aliquando falſæ) probant, quare probare delictum, tam quoad materiale, quàm quoad formale non poterunt duo Teſtes integri, quorum Teſtimonia regulariter ad probandum validiora in iure ſunt quacunque præſumptione iuris? Quòd ſi plenè probant in Delictis tranſeuntibus, etiam caſu, quo per accidens reliquerit veſtigium, quare probare non poterunt in permanentibus, in quibus per accidens non relictum eſt veſtigium? Teneo ergo, quod plenè probatum ſit Corpus Delicti, per conteſtes ſolos, quando per accidens ipſum non relinquit poſt ſe veſtigium, licet ſit ex ijs, quæ illud regulariter poſt ſe relinquunt. Verum tamen eſt, quod illi duo Teſtes, per quos Delictũ probatur, dubiũ eſt an ſufficerent ad plenè probandũ Delinquentẽ, quia eſſent ſicut Denũciatores, ſiue Accuſantes Delinquentem; & ideò contra ipſum nequirent eſſe ſimul Teſtes. Tamen ſi præceſſiſſet infamia Delinquentis, quæ eſſet ad modum Accuſatoris, puto quod poſſet per illos duos Teſtes conuinci Delinquens, vt fieret, ſi Delictũ eſſet facti tranſeuntis, vbi per Teſtes probatur Delictum, & Delinquens.

13. Aliud porrò attenditur in Corpore Delicti, nempè qualitates aggrauantes, vel minuentes, vel transferentes Delictum de ſpecie in ſpeciem, aut de foro ad forum; & indiciantes de vno, vel de pluribus Delinquentibus, & de his debet informari Iudex, adhibitis Peritis, ſi res exigit eorum iudicium; & in hoc omnes *Doctores* conueniunt. (*f*) Sed controuerſia eſt, an dictæ qualitates ſint de ſubſtantia iudicij, ità vt non ſit validus proceſſus. Illis omiſſis? *Eliſeus de Bellegrandis* (*g*) tenet, quod de iure communi ſint neceſſariæ, ſed de iure ſpeciali, in iudicio Regularium, putat, ſufficere, quod ſit probata ſubſtantia Delicti. *Paſſerinus* (*h*) negat eſſe de neceſſitate abſolutè ſubſtantiali, quia ad damnandum Reum ſufficit, quod verè deliquerit, ſed quod deliquerit ſic, aut ſic, non ſpectare ad ſubſtantiam. Sed puto, quod meliùs dicatur diſtinguendo, & varietates opinionum concordando. Dico ergo, quod ſi quęritur de neceſſitate probationis qualitatum Delicti, vel eſt in ordine ad inquirendum de Delinquente, vel eſt in ordine ad ipſum condemnandum. In primo caſu procedit, & vera eſt opinio *Paſſerini*; ad hoc enim, quod quis poſſit, vt Reus interrogari, ſufficit, quod conſtet de ſubſtantia alicuius Delicti, de quo indiciatus eſt Reus. Si verò agatur ad ipſum puniendum, oportet abſolutè, quod omnes qualitates Delicti conſtent, quia iſtæ neceſſariæ ſunt ad augendam, vel minuendam pœnam, quam Iudex, in conſcientia, dare debet proportionatam Delicto, quod regulariter augetur, vel minuitur per qualitates ipſi ſubſtantiales, & ità procedit ſententia *Bellegrandi*, qui tamen non benè diceret, ſi ab hac neceſſitate abſolutum Iudicem Regularem cenſeret: æquè enim obligatur iſte, ac Sæcularis, ad plenè probandum Delictum, cum qualitatibus, ad Reum iuſtè puniendu[m]; & hoc fatetur etiam *Paſſerinus loco citato num.* 17. dicens [illegible] de ſubſtantia iudicij pleni, quod conſ[tet d]e omnibus qualitatibus Delicti. Pariter debet Iudex, (antequam inquirat contra Reum, ſi ſuſpicionem aliquam poteſt habere, quod in Delicto fuerint qualitates, quæ transferant Delictum a ſuo ad aliud forum,) priùs de tali qualitate inquirere, & ſi inuenerit adeſſe vnam ex illis, quæ Delictum transferunt, vt pręfertur, debet abſtinere ab inquiſitione. Exempli cauſa. Denunciatur Prouinciali, *Caium*, ſumpta potione ſibi data à *Seio*, mortuum, eſſe improuiſò, & antequam expiraſſet, voces terribiles, irregulares, & quas homines non emittunt, dediſſe; membra contrà virtutem naturalem diſtorſiſſe, & alia ſigna dediſſe, quæ ſolent haberi ab Energumenis; ac poſt mortem ſtatim intumuiſſe, cum ſpuma ad os, & cute maculis nigris, maximè circà præcordia obfuſcata; & hæc omnia intra quatuor horas eue[n]iſſe, cum ipſe antea ſaniſſimus eſſet; vnde inter Fratres orta eſt ſuſpicio, quod mortuus ſit ex veneno, & ſortilegio malefico. Venit Prouincialis, viſitat cadauer (illo exhumato, ſi humatum fuit) adhibet *Medicos*, qui deponunt iudicium de veneno propinato. Sufficit ne probatio talis qualitatis ad inquirendum de Delinquente? Sufficit quidem ad validitatem inquiſitionis, quia de Delicto iam conſtat; ſed Iudex non agit prudenter; quia debet inquirere ſuper alia qualitate, quæ tum Delictum auget, tum illud ad Tribunal fidei transfert. Et quænam eſt hæc? Quod mortuus obſeſſum ſe prodidit à Diabolo; & hanc debet probare per Teſtes, qui viderunt

runt

runt contorſiones, audierunt voces, & clamores inſolitos ab eo: ſpuebat contrà Crucem, & alia faciebat, quæ communiniter faciunt Energumeni; & ad hoc optimum eſſet etiam habere iudicium periti *Exorciſtæ*. Sic ergo, probata tali qualitate, debet trãſmittere indicia ad *Fidei Quæſitorem*, & interim abſtinere, ab inquiſitione cõtrà Delinquentẽ, donec *Sacrum Tribunal* perfecerit ea, quæ ad ipſum ſpectãt.

14. *In cauſa veneni, vel lethalis vulneris, vel deflorationis Virginis, in quibus Fratres periti non ſunt, ad conſtandum de Corpore Delicti, adhibeat Iudex Medicos, Chirurgos, & Peritos in arte*. Neceſſaria prorsùs eſt hæc cautela Iudici, quandoquidem ſi non apparet euidenter Delictum ex ſe, debet Iudex illud probare per iudicium aliorum; & hoc eſt non ſolùm in iſtis enumeratis per *Textum*; ſed etiam in alijs omnibus, in quibus Corpus Delicti euidenter non probat ſe ipſum. Porrò *cauſa veneni* poteſt accidere, tum in aliquo, qui iam mortuus ſit, vel in aliquo, qui æger decumbat ex ſuſpicione veneni, & vtrobique debet interuenire iudiciũ *Medicorum*. *Lethalis vulneris*; hoc poteſt eſſe, aut ad probandum Delictum, aut ad qualitatem Delicti; quia ſi aliquis inueniretur mortuus cum magna contuſione in capite, quæ potuit fieri ſine ſcelere alicuius, puta ex caſu ab alto, vèl ex percuſſione alterius manu facta, adhibendum eſt iudicium *Periti*, & hoc eſſet ad probandum ſubſtantiam Delicti; ſi verò ab alio vulneratus decumbit in lecto, tunc adhibendus *Chirurgus*, ad ſciendam qualitatem Delicti per inſpectionem vulnerum, an ſint lethalia, nec ne. Vel *deflorationis Virginis*. Controuerſum eſt inter *Doctores*, an inſpiciendam ſit genitale ſecretũ Puellæ ad probandum ſtuprum. Nonnulli (*i*) tenent, quod non; quia occulus, & manus *Obſtetricum* ſæpè falluntur, vt dicit *textus*. (*l*) Et ſi indecorum exiſtimauit *Iuſtinianus* verenda Marium inſpici, ad probandam eorum pubertatem, vnde, & inſpectionem talem expreſſe prohibuit, vt habetur in eius *Codice*; (*m*) à fortiori hoc dicendum eſt de vititatione Puellæ, cuius pudor, naturà dictante, exàctiùs debet cuſtodiri. Addo, quod inepta, & fini improportionata eſt talis viſitatio, cum impoſſibile ſit, quod ex oculari pudendorum inſpectione, euidenter concludatur, quod Fœmina fuerit à Viro cognita, vt aliàs probabo. Alij verò (*n*) ſuſtinent, quod per peritas Mulieres ſit viſitanda, ſicut per aſpectum corporis probatur Virginitas, vt habent textualiter multi *Canones*; (*o*) nec diſſentit ius ciuile, (*p*) quod tum ex *Imperiali reſcripto*, tum *edicto Prætoris* ſtatuit *Ventris inſpectionem* pro indaganda veritate, ſi Mulier vtero gerat. Quidquid ſit de veritate; certum eſt, quod conſuetudo eſt, quod talis viſitatio fiat; & licet in aliquibus locis hoc non practicetur, & Delictum deflorationis per coniecturas ſolas, alijsque adminiculis probetur, tamen, apud nos, talis viſitatio, ad pronunciandum cõſtare de Corpus Delicti, eſt neceſſaria huius ex diſpoſitione, *Textus*.

15. *Ex quorum iurata depoſitione, &c.* Difficultas eſſe poteſt in hoc *Textu*, quia Peritis in arte, ſine iuramento, creditur, argumento cuiuſdam capituli, (*q*) in quo ſtatur Teſtimonio peritarum *Matronarum*, abſque iuramento, vt obſeruat *Ioannes Andreæ*. Amplius Teſtes iſti non deponunt de eo, quod percipitur ſenſu corporeo; vndè cum poſſint errare faciliter periurium ſubirent. Proindè videtur, quod de iure communi non debent iurare, vt innuit quædam *Gloſſa*. (*r*) Contrarium tamen eſt verius; quia ſine iuramento non creditur alicui Teſti, (*s*) & in vtroque *iure*, (*t*) ſtatuitur huiuſmodi Peritos, qui ad iudicium adhibentur, ipſum ferre debere ſub iuramento; & apud Nos eſt indubitatum, ex quo præſcribitur hic *iurata depoſitio*. Sed quomodo, & de quo poſſunt iſti iurare? Dico, quod non poſſunt iurare *de veritate*, puta, quod Puella fuerit à Viro cognita; aut mortuus veneno peremptus, quia hæc non cadunt ſub aliquo ſenſu; ſed debet iurare *de credulitate*; hoc eſt, quod ipſi verè, iuxtà propriam peritiam, credunt talia fuiſſe commiſſa, & ità tenent *Bartolus*, & *Abbas* argumento quorumdam iurium; (*u*) & hoc modo concordantur contrariæ opiniones circà hoc; puta, quod prima opinio negans, intelligatur de iuramento *veritatis*, ad quod non tenentur, nec dare poſſunt; ſecunda verò affirmans, intelligitur de iuramẽto *credulitatis*, quod dare poſſunt, & debent.

16. Aduerto autem, quod adhiberi poſſunt Periti, vel ad teſtificandum Iudici de ijs, quæ cadunt ſub ſenſu, vt fractura in Puero, cauſata ex violentia innominabili; vel de ijs, quæ non ſenſu, ſed ratione

percipiuntur, & hæc, vel ſunt circà præteritum, & vt ſymptomatibus, quæ videntur in ægro, iudicare, quod venenum ſumpſerit; vel circà futurum, vt quod, ex tali vlnere poſſit percuſſus mori. Iuxtà ergo datam diſtinctionem reſolui poteſt, quale ſit iuramentum dandum à Peritis. Si enim eſt de re, quæ cadat ſub ſenſu, iſtud reuera eſt iuramentum *de veritate dicenda*; & circà hoc Periti ſunt veri Teſtes; quod enim ipſi vident, etiam non Peritus videre poteſt; & ſi adhibetur Peritus, eſt aut ob honeſtatem, vt in viſitanda Puella, vel Puero; aut vt, ex re ſenſui patente, ferant iudicium iuxtà artem ſuam. Si autem eſt circà remota à ſenſu, & rationi tantùm patent, ſiue reſpiciant præteritum, ſiue futurum, iuramentum erit *de credulitate*; & tunc non ſunt, vt Teſtes; ſed vt Iudices, aut Conſiliarij. Porro forma ſubſtantialis iuramenti eſt, quod non *priuato odio, amicitia; prece, vel pretio deponunt, &c.* & *id, quod deponunt, eſſe iuxtà peritiam artis eorum, & credunt ità eſſe*, vt habetur in quadam Decretali. (x)

17. Si autem Periti deponunt ſub dubio, vel probabilitate, eſt ne probatum Delictum? Dico, quod non: quia debet eſſe iudicium certum, & præſumptio ſtat pro non Delicto, vt aliàs diximus, cum ſit quid facti, quod in dubio non præſumitur. (z) Sequitur *Textus*. *Conſtare faciat qualitates Corporis Delicti*; hoc intelligendum eſt, quando Delictum euidens eſt ex ſe, vt de vulnerato in parte Corporis, in qua ipſe, nec caſu, nec ex inſtituto, potuerit ſe vulnerare; tunc enim à Peritis non quærit Iudex, niſi iudicium de qualitatibus Delicti, quia hoc ſibi euidenter patet; ſed quando Delictum non eſt ex ſe euidens; nec probari poteſt, niſi iudicio Peritorum, aut licèt ſit ex ſe euidens, non licet tamen ob honeſtatem, vt Iudex illud viſitet, tunc debet Iudex habere iudicium ab his, etiam ſuper ſubſtantia Delicti. *Si tamen in illis locis talium copia fuerit*. Difficultas hic eſſe poteſt, an ſufficiat vnus; an debeant eſſe plures Periti, quia nonnulla iura; tum *Canonica*, tum *Ciuilia* (a) vnum admittunt, *Si vnum ſolum Ciuitas habeat*; & ità tenent *Bartolus*, & *Ioannes Andreæ*. (b) Alia iura requirunt eſſe plures, vt habetur in *Decretalibus*. (c) *Textus* noſter videtur amplecti primam opinionem, poſtquam enim diſpoſuit adhibendos eſſe *Medicos*, *Chirurgos*, & *Peritos* in plurali numero, poſteà ſe reſtringit ad limitationem, dicendo, *ſi tamen in illis locis talium copia fuerit*: quæ clauſula nullum alium ſenſum habere poteſt, quàm quod ſi in illo loco, non ſunt plures, adhibeatur *vnus*, quandoquidem non poteſt importare, quod ſi in illo loco nullus eſt, omitterentur Periti; hoc enim eſt falſum, quia iudicium Peritorum eſt de neceſſitate, ad faciendum conſtare de Corpore Delicti, aut de eius qualitatibus. In hac difficultate mihi maximè arridet ſententia *Abbatis*, (d) qui diſtinguit, aut Iudex eget iudicio Peritorum in cauſa parui momenti, & ciuili; aut in re magni momenti, & ardua, vbi agitur de vita hominis; an vulnus fuerit mortale, vel non; aut vbi agitur de graui præiudicio alterius, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter: In primo caſu quando res ſit facilis ad iudicari, vnus Peritus ſufficit, etiamſi eſſet iudicium in loco, vbi ſunt multi Periti: (e) ſed ſi res eſſet difficilis ad iudicari, deberent adhiberi plures, ſi ibi ſunt; ſin minus, ſufficit *vnus*; & ità debent accipi prima iura, quæ iubent vnum Peritum tantùm. Si verò cauſa grauis ſit, & de graui præiudicio agitur, maximè quando proceditur criminaliter, tunc omninò adhibendi ſunt plures, vt ſonant iura, quæ requirunt plures. Quod ſi in loco iudicij plures non ſunt, debent aliunde accerſiri. Quia videmus, ſubiungit *Abbas*: *Quod ſi in depoſitione Clerici non ſunt in Prouincia Epiſcopi in numero ſufficienti, vocantur de locis vicinis.* (f) *Pro Teſtibus in ſufficienti numero recipiendis, remittitur ad loca remota*; (g) & *iſti Periti habent deponere tanquam Teſtes, quia intantum debent eſſe numero plures, in quantum non deponunt de certa ſcientia, ſed de credulitate*; & *æſtimatione*; & in hac ſententia eſt etiam *Boerius*, & *Socinus*. (h)

18. Præter hanc, poſſet dari alia diſtinctio; puta vel eſt iudicium facile, vel difficile; & vel eſt iudicandum de qualitate, aut de ſubſtantia Delicti. Si iudicium eſt de re facili, & importante qualitatem Delicti, vt ſi aliquis eſſet vulneratus in ventre, hepate, aut pulmone, & de eo debet iudicare Peritus, puto eſſe ſufficiens iudicium vnius Periti; ſi verò res eſſet dubia valdè, & difficilis, & deberet fieri iudicium de ſubſtantia Delicti, vt in deſfloratione, & veneno, tunc de neceſſitate adhibendi ſunt plures. Ratio eſt, quia à iudicio Periti in caſu dubio, an interuenerit

ſce-

ſcelus, nec ne, pendet probatio ſubſtantiæ Delicti, & multum intereſt, & de graui præiudicio tertij, contrà quod poteſt militare aliqua præſumptio, agitur, ſi Iudex formet contrà eum inquiſitionem, & ità patitur iacturā, ad minùs, famæ; & poteſt eſſe, & multoties accidit, quod nullum interuenerit Delictum. Quia ergo de re graui, & præiudiciali agitur, ne Iudex grauet conſcientiam ſuam, debet adhibere ſaltem duos.

19. Secundùm ergo datam theoricam debet Iudex in noſtra Religione regulare ſuam praxim; ex huius enim, tam grauis rei negligentia, audiui in quadam Religione duo luctuoſa exempla. Denunciatus fuit quidam deſloraſſe Puellam ſeptennem. Iudex in conſideratus, & præcipitoſus non aduertens, denunciationem datam fuiſſe ab inimico, qui nomine denunciationis pallíauerat accuſationem, & indicia eſſe conficta à Factionarijs aduerſis, viſitari fecit Puellam à Muliere ruſtica, & malæ famæ, quæ Mulieres ruſticorum, in caſis Campeſtribus viuentium, in partu adiuuabat. Tulit hæc iudicium, Puellam ſtupratam fuiſſe. Procedit Iudex ad inquiſitionem contrà Denunciatum; nulla probantur indicia; conſtituitur nihilominus. *Collegium Iudicum*, fauens Denunciatori, ipſum declarat Reum ſtupri. Appellat. Reuiſa eſt cauſa Romæ. Pronunciatum fuit, *Reum benè appellaſſe; Aduocatum optimè defendiſſe; Collegium peruersè iudicaſſe, ac Iudicem inquirentem ignorantiſſimè proceſſiſſe*, eo quia inquiſitioni non erat locus, cum nulla alia adeſſent indicia, & re vera innocentiſſimus ex poſt probatus eſt, Famula quadam reuelāte, doloſam calumniam, quam Denuncians cum ruſtica Obſtetrice fuerat machinatus. Aliud exēplum fuit in cauſa ſuſpicionis veneni, quod infra referam. Si ergo Iudex ille, in caſu tam graui adhibuiſſet duas Peritas, & Deum timentes *Obſtetrices*, non incidiſſet in illud barathrum cum tanta iactura famæ Religionis, & proximi, & ſalutis animæ propriæ.

120. Ad hæc aduerto, quod Periti, qui adhibentur, debent eſſe (maximè in caſibus arduis, & quando ferendum eſt iudicium de ſubſtantia Delicti) ex magis Peritis. Proindè in quadam nouella (i) ordinatur, quod in concedendis bonis Eccleſiaſticis in Emphyteuſim, Epiſcopi pro ſtabilienda quantitate Canonis ſoluendi Eccleſiæ ab Ephyteota, in Ciuitate Regia Conſtantinopolitana, vtātur duobus *primatibus Mechanicis; aut Architectis*; in Prouincijs verò duobus *inſignibus Mechanicis, aut Architectis, aut etiam vno, ſi vnum Ciuitas habeat*, à quibus ſub iuramento definiatur *quantum conuenit pro hoc ſolui Sanctiſſimæ Eccleſiæ ſecundùm modum Emphyteuſis*. Per quem *Textum* apparet quam peritiam debeant habere, qui ad iudicandum, ſecundùm artem ſuam, adhibentur, cum debeant eſſe ex *primatibus, & inſignibus*. In iure pariter *Canonico (l)* determinatur, quod Mulieres, quæ adhibentur ad inſpiciendas Fœminas, pro virginitate probanda, ſint *peritæ, prouidæ, & honeſtæ*. Ità vt quidam voluerit reprobare quaſdam Mulieres, quæ inſpexerant ventrem cuiuſdam fœminæ, quæ ſe Virginem profitebatur, ex eo, *quod erant malæ famæ, & criminoſæ, cum illæ debeant eſſe prouidæ, honeſtæ, & peritæ in facto illo*; vt habet *Gloſſa* ibi (m) communiter recepta. Excludi ergo debent, quantum fieri poteſt, Periti pauperes, malæ famæ, & indocti, ob periculum grauis præiudicij, quod poteſt accidere, aut ex malitia, aut ex ignorantia, cum facile ſit, quod tales, vel corrumpantur pecunia, vel ſubornentur perſuaſionibus, vel decipiantur à propria imperitia. Vndè, ſi tales adhibeantur, poteſt contrà eos excipi de mala fama, imperitia, corruptione, &c. & alij magis Periti, benè famati, & integri ſubſtitui, vt ex citato *Capitulo* probat *Hoſtienſis*. (n) Scio quidem communem vſum apud Iudices Sæculares eſſe, adhibere publicas *Obſtetrices, Chirurgos* ex mera practica; & in horum defectum, etiam *Barbitonſores* ruſticanos, & *Medicos* doctoratos quales, quales ſint, ad iudicandum de ſtupro, mortali vulnere, & veneno reſpectiuè; & ſtat Iudex dicto vnius ex iſtis (maximè quando ſalariatus eſt à Publico,) qui cenſetur Peritus, quia eſt Doctoratus. (o) Sed iſte eſt abuſus introductus ab auiditate nonnullorum Iudicum, qui volunt frequentia Delicta ob turpe lucrum, cuius contemplatione, vt plurimum, officium iudicandi emunet, vt iuſtitiam vendant. Volunt pariter Delicta aggrauare, vt burſas poſſint alleuiare; ideò venantur Delicta, ſicut canes lepores. Non ſic debet eſſe intrà Clauſtra, in quibus Iudex debet moueri à puro zelo iuſtitiæ in puniendis Delictis; & ideò ſicut non debet eſſe remiſſus, & negligens

in

in illis caſtigandis, ità non debet eſſe inconſideratus in decernendo, aut cupidus in inueniendo, aut aggrauando Delicta inuenta; attento maximè, quod Delicta Sæcularium, ut plurimùm; pecunia redimuntur; ſoli enim pauperes regulariter luunt in corpore, niſi Delicta ſint atrociſſima, in Religione verò non ſic, quia conſtituti in numero Reorum, ſiue realiter, ſiue præſumptiuè, ſemper damnificantur in fama, quæ non ſolùm pecuniæ, ſed etiam vitæ præſtat. Ideò maiorem diligentiam debet habere Regularis in decernendo *conſtare de Corpore Delicti*, & adhibere Peritos plures in numero, excellentiores in ſcientia, & Dei timoratos in conſcientia; quia in ipſo deficit motiuum Iudicis Sæcularis, nempè lucrum; & maius periculum eſt aggrauandi irreparabiliter Subditum Religioſum, quàm Sæcularem, qui auro ferrum Carnificis auertit, &, capiſtro ſibi erepto, Iudicem auro ſtrangulat; quod ille non poteſt.

21. Dicetur fortè, conſultiùs pro Religione fieri, ſi adhibeatur Peritus, qui ſit Fratrum amicus, & ſeruet ſecretum, ne Sæculares reſciant Delictum, & ſcandalum publicetur cum magna iactura Religionis, licet non ſit ità Peritus, ſicut alius non æquè benè affectus erga Religionem. Et dicetur etiam, quod ſic vbique practicatur, & videtur fundatum in *Textu*, qui requirit plures, ſi *in illis locis talium copia fuerit*. Sed ad hoc reſpondeo, quod ſecundùm regulam iuris (p) *vtiliùs ſcandalum naſci permittitur, quam veritas relinquatur*. Et cum inter cæteras veritates reperiatur *Veritas iudicij*, vt ibi notatur per *Gloſſam ſecundam*, potiùs debet permitti, quod naſcatur ſcandalum, quam quod lædatur *veritas iudicij* in decernendo Corpore Delicti, quod ex ignorantia, & malitia Peritorum frequenter ſtabilitur in caſu, in quo Delictum non eſt; ex quo multoties maiora naſcuntur ſcandala, tum intra, tum extra Religionem, ob adhibendam imperitiam talium Peritorum. Poſſet ergo hoc admitti in caſibus, in quibus de Delicto eſt euidentia, & ſolùm requiritur Delicti qualitas probanda iudicio Periti, non verò quando probanda eſt Delicti ſubſtantia. Quod ſi praxis Iudicum Regularium talis eſt, mala eſt, & corrigi debet. Et verus ſenſus noſtri *Textus* non eſt, quod ſi vno loco non eſt, niſi vnus *Medicus*, *Chirurgus*, aut *Obſtetrix*, ille qualis, qualis ſit, adhibeatur, ſiue *Medicaſter*, ſiue *Barbitonſore* ſit nomine *Phyſici*, aut *Chirurgi* inſignitus; ſed ſupponit, quod ſit verè Peritus; quod ſi non eſt, alius adhibeatur aliunde vocatus; ſic enim fiet, quod non faciliter peccabitur in decernenda ſubſtantia Delicti, dum duo adhibentur. Et ſi aliter practicatum fuit hucvſque, malè fuit, & ex mala intelligentia *Textus*. Diſcimus autem experientialiter, (& Teſtis ſit mihi Deus, quod non mentior,) & ego in duobus caſibus hoc vidi, quod ex hoc, quod vnus tantùm Peritus, peccans ex ignorantia, adhibitus eſt ad probandam ſubſtantiam Delicti, duo innocentiſſimi fuerunt inter Reos recepti, & carceribus mancipati, & multa paſſi ſunt in corpore, & fama. Ergo ſtilus iſte adhibendi in ſimilibus caſibus vnum tantùm Peritum, quamuis à lege eſſet firmatus (quod tamen non admitto,) & conſuetudine roboraretur, corrigi debet, & non admitti, quàm, vt ſupra dictum eſt, in caſibus, in quibus debet iudicare de ſola qualitate Delicti. Dubium autem eſt à quo ſcire debeat Iudex, an, quem adhiberi intendit, ſit verè Peritus, nec ne, num ſcilicet ſibi, aſſerenti ſe eſſe Peritum, credere debeat? Ad hoc dico, quod *Boerius* (q) docet, quod ſtandum ſit, tanquam *Perito*, illi, qui eſt ſalariatus in loco, ex hoc, quod communi iudicio, tanquam Peritus, exiſtimatur, & de Publico ſibi datur ſalarium. Sed ſupponit *Boerius*, (& in hoc ſenſu concedo dictum ipſius,) quod tales Periti à libera voluntate Populi electi ſint; ſi enim Periti famam experimentis alibi factis, non ſint adepti, ad ſeruitium Communitatis non aſſumuntur. Sed vt pluribus non ſic eſt; etenim, vel auctoritate *Feudatarij*; vel ex artificijs eorum, qui Communitatis negotia agunt, interuenientibus muneribus, coguntur pauperes ruſtici recipere Tyrones in Medicina; & ſi in Villis prouecti inueniuntur, communiter parùm docti ſunt, quia ſi tales eſſent pinguiorem fortunam in Ciuitatibus procuraſſent. Nec etiam dictis ipſorum, aſſerentium ſe eſſe Peritos, credendum eſt. (r) Quilibet enim piſtor panem ſuum laudat; & ſimplicitas eſt à Caupone percunctari *an bonum vinum vendat*; & illis poteſt dici illud, quod aiebant Iudæi. (s) *Tu de te ipſo teſtimonium perhibens, teſtimonium tuum non eſt verum*. Peritia

ergo

Digitized by Google

ergo iudicanda eſt à communi exiſtimatione Populi. Si enim talis in arte ſua communiter exiſtimetur benè verſatus, talis adhiberi, vt verè Peritus, à Iudice poteſt. Exiſtimatio autem peritiæ eſt ſicuti Fama, quæ petenda eſt à grauibus, prouidis, & honeſtis perſonis: Tali pacto etiam inueſtigandum eſt de peritia à Viris cordatis, intelligentibus, & ſinceris, non à rudibus, vilibus, & benè erga Peritum affectis.

22. *Deſcribi faciat omnia reperta circa cadauer*, quia hæc frequentiſſimè porrigunt indicia Iudici ad veniendum in cognitionem de Delinquente; *quantitatem vulnerum, &c.* puta ſi vnum, aut plura; ſi cutanea, aut profunda, magna, aut parua, *examinando Teſtes ſaltem duos ſuper repertis, & viſis*. Sufficit quidem, quod Teſtes ſe ſubſcribant, cum iuramento, deſcriptioni Corporis Delicti factæ, & Proceſſus euadit compendioſior; ſed quia hic præcipitur examen non omittendum eſt; puto tamen, quod ſit de ſolemnitate, non verò de ſubſtantia; & iudices Sæculares tale examen non practicant contenti Teſtium aſſiſtentia regiſtrata per Actuarium; & quidem ſi hoc valet in Teſtamentis, etiam valere debet in tali recognitione, & deſcriptione. *Et ſi occiſus repertus fuit, cuius nomen, patria, cognomen neſciantur, deſcribantur accidentia extrinſeca, & apparentia ſtaturæ, coloris veſtium, &c.* Iſta eſt praxis omnium Curiarum, vt teſtatur *Follerius*; (t) & debet omninò adimpleri, vt ex circumſtantijs poſſit indagari aliquo modo Delinquens. *Adnotentur vulnera, & ipſorum forma*, puta rotanda, triangularia, lata, longa, punctim, cæſim, aut per contuſionem facta; ſi facta ligno, ſaxo, vel alio corpore duro; aut gladio, aſcia, ſtilo, ſclopo, & ſimilibus; *& qualitates; nimirum ſi erant mortalia, vel leuia, vel in qua parte corporis.* (u)

23. In cadauere hæc omnia præſtari poſſunt abſque particulari obſeruatione; non ita in vulnerato, maximè de recenti; ſi enim vulnera notabile detrimentum probabiliter incurrerent, iudicio *Chirurgi*, ſi diſcooperirentur, ſufficit ipſius relatio iurata; debet tamen adnotari, quod, cum *vulnera non poſſent abſque periculo diſcooperiri, vt Chirurgus cum iuramento aſſeruit, viſitata ſunt faſcijs alligata*. Cautus Iudex minutè obſeruet locum, parietes, ſolum, & omnia inuenta circà cadauer, veſtigia ſanguinis, inſtrumenta apta ad percutiendum, ſi ibi inuenta ſunt, ſitum, in quo iacet cadauer, & omnia in ſcriptis redigat, aliquoties enim ex minima re natum eſt magnum indicium ad detegendum occultum Delinquentem; & oportet in hoc Iudicem eſſe ſagacem.

T E X T V S.

§. III. Vulneratum interroget de Auctore, cauſa, tempore, credibilitate, præſumptione eius, qui vulnerauit; de Socijs, armis, diligenter: & omnia, cum iuramento depoſita in ſcriptis apparere faciat. Quia contrà, quem Vulneratus nominat, procedi poteſt ad inquirendum; & nolentem reuelare Auctorem, cogat Prælatus præceptis, & Carcere, vel diligenti cuſtodia, prout vulnerum qualitas permittet. Nominatus autem à Vulnerato, ſi ſit ſuſpectus de fuga, poterit ad Cuſtodiam, ante informationes, detrudi in carcerem.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

24. *Vulneratus eſt examinandus.*
Vulneratus morti proximus debet viſitari, & examinari à Guardiano coram Teſtibus.
Prouincialis debet Teſtes illos examinare.
De quibus debeat Vulneratus examinari.
Cadauer etiam repertum viſitari debet à Guardiano, ſi lungè abeſt Prouincialis.
26. *Contrà nominatum à Vulnerato poteſt inquiri in ſpecie.*
Si Vulneratus non vult detegere Reum, quid agendum.
26. *Suſpectus de fuga quis ſit? remiſſiuè.*

Nomi-

Nominatus à Vulnerato, ſuſpectus de fuga, carcerandus.

Grauiter indiciatus, ex publico iudicio, ſuſpectus de fuga, carcerari debet.

24. IVdex itaque *vulneratum interroget de Authore*; hoc poteſt facere, tum in actu viſitationis Corporis Delicti, tum poſt; & ſi fortè eſſet vulneratus aggrauatus, nec poſſet faciliter loqui, poteſt examen dimidiare. Si verò vulneratus, aut euidenter, aut iudicio *Chirurgi* eſt morti proximus, & Prouincialis abeſt, qui agendum? Debet Guardianus à *Chirurgo* informari, ſi poteſt veroſimiliter viuere donec Prouincialis veniat, aut mittat; ſi inuenit, quod probabile eſt, quod priùs moriatur, quàm poſſit venire Prouincialis, debet Guardianus, cum duobus Teſtibus accedere ad ipſum, & vulnera adnotare, & omnia circà Corpus Delicti deſcribere, & vulneratum, præmiſſo iuramento, examinare de *Authore*, & illam deſcriptionem à Teſtibus, & etiam vulnerato (ſi ſcribere poteſt) ſubſcriptam ad Prouincialem mittere. Hoc quidem ſimpliciter neceſſariũ non eſt, tamen maximè conducit cauſæ; quia, licet etiamſi poſt ſepulturam poſſit viſitari cadauer, & informari per Teſtes Iudex de Corpore Delicti; tamen cadauer humatum ex corruptione valde immutatur, nec poteſt Iudex æquè benè certificari, ſicut ſi viſitatur viuens; & ex dilatione temporis Teſtes obliuiſcuntur multas particularitates, quæ conducere poſſunt dilucidationi Delicti; vndè melius eſt, quod à Guardiano fiat *viſum, & repertum*, vt dictum eſt. Licet enim Iudex adueniens debeat poſteà Teſtes repetere, formiter eos examinando de Corpore Delicti, tamen legendo ipſis deſcriptiorem iam factam, & ab ipſis ſubſcriptam, faciliùs recordantur, & omnes circumſtantias, ad plenum, in examine deponunt. Non ſolùm verò de authore debet examinari vulneratus, ſed etiam *de cauſa*, quare ſcilicet illum vulnerauerit, ſi erat inter eos rixa, & qua de cauſa, *de tempore*, & ſimilibus. Si verò authorem ignorat, quia fortè fuit vlneratus nocturno tempore, nec habebat inimicitiam cum aliquo à multo tempore, debet interrogari *de credibilitate, preſumptione eius, qui vulnerauit, &c.* Quod autem dictum eſt de vulneráto moribundo, de quo debet Guardianus facere *viſum, & repertum*, quadrat etiam de cadauere reperto eadem enim militat ratio.

25. *Quia contrà, quem vulneratus nominat, poteſt procedi ad inquirendum* in ſpecie, & non ſolùm generaliter, vt fit, quando Delinquens totaliter ignoratur. Sed de hoc infra dicetur, quando loquemur *de indicijs*. Et *nolentem reuelare auctorem, &c.* Si vulneratus fuit de nocte, vel à longinquo, ictu ſclopi, vel à tergo, ab aliquo in inſidijs poſito; & dicit, *ſe neſcire authorem Delicti*, ei credere debet Iudex; non enim præſumi poteſt periurus. Si verò fuit de die, & vulneratus in facie, aut parte corporis antica, & de proximo, puta gladio, ſtilo, baculo, &c. & dicat, ſe neſcire percuſſorem, non eſt ei credendum, quia inueriſimile eſt, niſi talem cauſam afferat, quæ ignorantiam, quam aſſerit, veriſimilem reddat. Si verò dicat, *ſe ſcire quidem percuſſorem, ſed pro amore Dei illi ex corde ignoſcit: & quod nõ vult, quod ille quid mali patiatur*; vel inueriſimilem ignorantiam de percuſſore prætendat, *cogat Prælatus præceptis*. Factis formiter præceptis, & datis debitis interuallis, ſi non vult reuelare, tunc eſt contumax præcepto obedientiæ; Iudex debet vti *carcere*, puta formali, quia datur ad pœnam contumaciæ, vt ab ea recedat, habito tamen conſilio, & conſenſu Patrum, vt dicemus de Teſtibus, (a) & Reo; *Vel diligenti cuſtodia*. Non poteſt hic accipi *carcer ad cuſtodiam*, puta, quæ datur ſuſpectis de fuga; nulla enim in ſic vulnerato præſumi poteſt cauſa fugæ; ſed dicitur *diligens cuſtodia* Camera aliqua clauſa, in qua vulneratus aliquam quidem afflictionem patiatur, vt ad reuelandum percuſſorem adigatur; *prout vulnerum qualitas permittet*. Conſultiùs, puto hoc fieri vulneribus iam ſanatis, ac parte conſolidata; non enim prudenter fieret, aut benè audiretur, quod vulneratus carceri, aut Cuſtodiæ manciparetur, vulneribus adhuc crudis, &, ex pathematibus animi, de facili notabiliter alterabilibus, cum periculo irregularitatis, quam incurreret Iudex, ſi vulneratus ex carcere, aut cuſtodia, aggrauatus moreretur.

26. *Nominatus autem à vulnerato, ſi ſit ſuſpectus de fuga, poterit ad cuſtodiam, ante informationem, detrudi in carcerem.* Suſpectus de fuga quiſnam dici poſſit, aliàs dictum eſt; aduertendum verò, quod

non

non ſolummodò nominatus à Vulnerato, antè informationem, poteſt Cuſtodiæ tradi, ſi ſit ſuſpectus de fuga, ſed etiam ille, in quem cadit aliquod indicium graue, & publicum, vt rixa præcedens, minæ, inimicitia capitalis, & ſimilia. Sed de hoc aliàs.

TEXTVS.

§. IV. Querelatus, & confeſſus Delicta tranſeuntis facti, condemnari poteſt, etiamſi de illius Corpore non conſtet, quia hæc aliàs probari non poſſunt. Secùs dicendum eſt de Delicto permanente, in quo nihil operatur confeſſio Rei, ſi de Corpore Delicti formiter non conſtiterit. Ex qua regula excipitur caſus Occiſi, cuius Corpus non reperiretur, sed apparent aliqua ſigna effuſi ſanguinis. Si his accederet confeſſio Rei, condemnari poterit.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

27. *Querelatus, & confeſſus Delictum facti tranſeuntis, poteſt condemnari, licet de Corpore Delicti non conſtiterit.*

Sed non ſic in Delicto facti permanentis.

Impugnatur hoc dictum.

28. *Confeſſio Rei facta vi, aut metu tormentorum, non ſufficit ad condemnandum, ſi non apparet de Corpore Delicti facti permanentis.*

Confeſſos Delictum nonnullos, repertum poſteà eſt, non deliquiſſe.

Si Reus querelatus confitetur de plano Delictum, licet de eo non appareat, poteſt condemnari.

Probatur exemplo Achan, Ionathæ, & Amalecitæ.

Quod confeſſio non noceat Reo, niſi conſtet de Corpore Delicti, quomodo intelligendum.

27. IN hoc *Textu* aduertendum, quod nulla ſit mentio de Teſtibus, ſed tantùm ſit comparatio confeſſionis factæ à Reo in delicto tranſeunte, ad factam in permanente; dicit ergo, quod *querelatus, & confeſſus Delicta tranſeuntis facti, condemnari poteſt, etiamſi ſi de illius Corpore non conſtet*; & ratio eſt, quia nulla eſt maior probatio, quam confeſſio Rei, & Delicta *hæc aliàs probari nequeunt. Secus dicendum eſt de Delicto permanente, in quo nihil operatur confeſſio Rei, ſi de Delicto non conſtiterit.* Sed durus mihi eſt hic ſermo. Ponamus enim, quod aliquis furetur pecuniam, aut aliud, quod diſtraxit, & reperiri nequit: Querelatur iſte, carceratur, examinatur, & confitetur Delictum: iſte ergo non poterit condemnari, quia, facta diligentia, non reperitur Delicti, nec Corpus, nec veſtigium? Irrationabile prorsùs eſt hoc. Quia ſi confeſſio Rei querelati ſufficit ad condemnationem in tranſeunte Delicto, quia hoc nequit alio modo probari; cum hæc eadem Ratio militet in pecunia furata, & expenſa, & cadauere combuſto, cuius cineres ſunt in profluentem proiectæ; idem debet dici etiam in hoc caſu, maximè ſi Reus fateretur pecuniam in ludo amiſiſſe, & cadauer combuſſiſſe, aut in mare præcipitaſſe.

28. Quod ſi Criminaliſtæ omnes dicunt, nihil facere Rei confeſſionem ad ipſum condemnandum, vt aliàs diximus, quando non apparet de Delicto facti permanentis, loquuntur de confeſſione facta à Reo conſtituto in tormentis, vt patet attentè legenti *Clarum*; (x) qui (poſtquam aſſeruit, quod lex præcipiens, debere Iudici, ante omnia, conſtare de Corpore Delicti permanentis, loquitur de tortura,) ſubdit, *Et hoc adeò verum eſt, quod etiamſi Reus confiteretur, Delictum aliquod commiſiſſe, non poteſt condemnari, niſi de ipſo Delicto aliter, quam ex eius confeſſione, appareat*. Loquitur ergo, ibi cohærenter de Reo torto ſuper Delicto, de quo non conſtat: cui propria confeſſio ad condemnationem non ſufficit. Et alibi idem *Clarus* (z) aſſignans, ex *Grammatico*, cauſam, quare *Do-*

ctores non reputant talem confeſſionem ſufficientem ad condemnandum, dicit, *Quia aliquando aliqui confeſſi ſunt Delictum, & poſteà reperti ſunt non deliquiſſe*. Patet autem, quod talis confeſſio non fit regulariter à Reis abſque tormentis; & ità cùm Rei ſint contrà ius torti,(quia ſupponitur de Delicto non conſtare) nihil ipſis officit eorum confeſſio, quia ſupponitur vi tormentorum extorta. Quod ſi Reus, aut ex conſcientia ſceleris motus, aut alia de cauſa,(quam tamen vix, aut rarò contingere poſſe, fateor) ad accuſationem alicuius captus, & examinatus de plano, non territus à tormentis, fateretur ſuum Delictum, dico, quod deberet ad pœnam condemnari, licet de Corpore Delicti nihil appareret; maximè ſi diceret, ſe cadauer, aut rem furatam combuſſiſſe, aut in mare proieciſſe. Profectò *Acham* condemnatus fuit à *Ioſue (a)* ad mortem, ex ſui ſola confeſſione ex furto regulæ aureæ, pecuniæ, & pallij coccinei, quæ abſconderat in tabernaculo, &, *Ioſue* inquirente, reperta ſunt; Quid ſi agnum de anathemate *Hiericho* ſurripuiſſet, contrà Dei mandatum, comediſſet, & ex hoc furto peccaſſet, ſicut peccauit furto regulæ,& pallij; examinatuſque, confeſſus ſimiliter fuiſſet, fortè euaſiſſet mortem, quia de Corpore Delicti, iam conſumpti per comeſtionem, non apparuiſſet? Ridicula ſanè eſſet talis reſolutio. Videmus enim, quod etiam *Ionatas* fuit dãnatus ad mortem à *Saul* dicente, *Morte morieris Ionatha (b)* ex ſola ipſius confeſſione, quod mel comediſſet; & *Amalecites*, qui confeſſus fuit occidiſſe *Saul*, *(c)* fuit illicò à *Dauid* damnatus ad mortem, & de facto ad eius iuſſionem occiſus; licet nihil adhuc de corpore *Saul* occiſi conſtitiſſet ipſi *Dauidi*, niſi diadema, & armilla, quæ non concludebant mortem *Saul*, quia potuiſſent fuiſſe furto ſublata, aut inuenta ab *Amalecita*. Si ergo, in his caſibus, ex ſola Rei confeſſione, ipſe damnatus eſt, quomodo damnandus non eſſet Accuſatus, qui ſine violentia tormentorum, ſicut fecerunt iſti, crimen ſuum confiteretur, ex hoc ſolo motiuo, quod de Corpore Delicti non conſtaret? Si ergo *Criminaliſtæ* dicunt, non nocere Reo accuſato, in ordine ad condemnationem, propriam confeſſionem, niſi appareat de Corpore Delicti in permanentibus, intelligunt de confeſſione extraiudiciali, quæ non ſufficit ad condemnandum, ſed ſolùm ad torquendum; aut de confeſſione generica, *fui latro, fui homicida*, & non in ſpecie, *vt occidi Titium tali loco*, & tempore, illa enim non nocet, vt dicunt *Doctores*; *(d)* aut in caſu, quod nulla præceſſerit infamia, vel querela, quia omnia acta tunc ſunt nulla, vt aliàs dictum eſt; aut in alijs caſibus, in quibus ſpontanea confeſſio non nocet; vt ſuo loco dicemus. *(e)* Et conſequenter ad hunc ſenſum loquitur etiam *Textus* noſter. Sed ſi adeſt Accuſator, qui Delictum vidit, & Reus examinatur, & ex remorſu conſcientiæ, aut ex pœnitentia animi, ob crimen commiſſum, de plano confitetur illud, cum omnibus circumſtantijs, & expreſſione cauſæ veriſimilis, vtique damnandus eſſet, licet de Delicto nullum veſtigium remanſiſſet.

Et hanc opinionem, quam puto veriſſimam, & iuſtitiæ, & rationi maximè conſentaneam confirmo ex ſequentibus verbis *Textus*, quæ clara ſunt, nec indiget expoſitione. *Ex qua regula excipitur caſus occiſi, cuius corpus non reperiretur, ſed apparent aliqua ſigna effuſi ſanguinis. Si his accederet Rei confeſſio condemnari poterit*. Et ex his, ità arguo, magis debet certificare Iudicem indicium magis certum, quàm dubium, & æquiuocum; ſanguis porrò effuſus eſt incertum indicium hominis occiſi, potùit enim eſſe feræ occiſæ, vel ſanguis è naribus effluxus; & ex alia parte magis certum eſt dictum Accuſatoris nullam exceptionem patientis, qui vidit Delictum commiſſum ad perſuadendam Iudici veritatem; ſi ergo ex veſtigio ſanguinis, & Rei confeſſione, ità certus redditur Iudex, quod Reum condemnare poteſt, idem poterit, habita accuſatione vel dicto Teſtis integri, & confeſſione Rei, licet Delicti veſtigium non appareat.

I. Quæ-

I. Quæritur. Quomodo probatum reddatur Corpus Delicti, ità vt Iudex poſſit procedere ad inquiſitionem contrà Delinquentem?

SVMMARIVM.

29. *Delicta facilis, & difficilis probationis.*
Vndè oriatur facilitas, & difficultas probationis.
30. *De Delictis facti permanentis quomodo conſtet.*
Quod patet ad ſenſum, eſt omnium probationum maxima.
Quomodo probetur occiſus, qui non reperitur viuus, aut mortuus.
31. *Formale Delicti probatur indicijs, & præſumptionibus.*
Indicia, & præſumptiones, quæ poſſint eſſe tali caſu.
Non requiruntur indicia certa, ſed ſufficiunt probabilia.
32. *Delicta difficilis probationis quomodo probentur.*
33. *Furtum factum quomodo probetur.*
Probatur conjecturis quando deſunt veſtigia.
34. *Crimen falſi reputatur difficilis probationis.*
Crimen falſi permanentis multis modis accidit.
In hoc debet conſtare de Corpore Delicti.
Crimen falſi non relinquens veſtigium probatur conjecturis.
Conjecturæ, quales eſſe poſſint.
35. *Scriptura multipliciter poteſt eſſe criminalis.*
Scriptura, continens Delictum extra ſe committendum, facit præſumptionem, ſed non probat.
Etiam ſi fuiſſet facta in præſentia Notarij, & aſſeruaretur in Archiuio.
36. *Crimen in ſcriptura publica contentum quomodo probetur.*
Ipſum tranſfert in Scriptorem onus probandi, ſe eſſe immunem.
Scriptura priuata ex ſe probat Delictum, ſed non probat Delinquentem.
Ratio diſparitatis inter ſcripturam publicam, & priuatam in probando contrà Delinquentem.
Vt ſcriptura priuata probet, requiritur recognitio.
37. *Quot modis probetur ſcriptura priuata.*
Scriptura imperfecta, delta, æquiuoca, dubium ſenſum continens, non clare probat delictum.

29. Reſpondeo, quod inter multiplices diuiſiones Delictorum, quas aliàs (*f*) dedimus, diuiduntur Delicta in Delicta facilis, & difficilis probationis: quæ diuiſio penè coincidit cum alia, in qua ſecantur Delicta in permanentia, & tranſeuntia; illa enim, quia relinquunt veſtigium poſt ſe, de facili ſunt probabilia; hæc autem, quia non relinquunt poſt ſe veſtigium, ſunt difficilis probationis. Facilis autem, & difficilis probatio deſumitur etiam à qualitate criminis, ad quod patrandum, regulariter Delinquens celat ſe, quantum poteſt; ſiue, quod coram pluribus omninò patrari non poteſt, vt ſollicitatio in actu confeſſionis, cui nullus poteſt adeſſe Teſtis, eo quia ſollicitatio fit per verba ſecreta ad aures, (licet etiam poſſit fieri per tactus,) & hæc nullus regulariter audire poteſt. Adulterium autem, fornicatio, crimen nefandum, & ſimilia, non ſolent committi niſi in occulto, & cum maxima cautela, niſi Delinquens eſſet omninò perfrictæ frontis, vt Meretrices, &c. ideò hæc dicuntur difficilis probationis. Alia verò, vt homicidium, incendium, furtum, &c. (quæ licet Reus occultè delinquere procuret, tamen ſolent committi coram multis,) dicuntur eſſe facilis probationis.

30. His adnotatis. Dico, quod in Delictis facti permanentis conſtat de Corpore Delicti, per actualem ipſius inſpectionem: vt ſi inuenitur Cadauer in fruſta conciſum, aut pluribus vulneribus cōfoſſum, & hęc eſt omnium probationum maxima, ex eo, quod ad ſenſum patet, & in ſe continet materiale, & formale delicti. Huic probationi ſuccedit probatio per Teſtes conteſtes integros, quando nempè Corpus Delicti perijt, combuſtum, aut ſubmerſum eſt, aut ita occultatum, vt poſt omnem diligentiam non inueniatur; vt ſupra probatum eſt; quia ſi in tali caſu

ad inquirendum ſufficit fama, prout dicunt *Doctores*, (g) à fortiori debet valere dictum Teſtium integrorum, quod magis probat, quam fama, vt notum eſt. Huic tandem ſuccedit probatio per famam, quæ debet ortum habere ab honeſtis, & prouidis viris, & quæ debet eſſe tum de delicto, tum de delinquente, vt dicit *Textus* infra, (h) ad hoc, quod contra Delinquentem poſſit fieri inquiſitio; aliàs, ſi fama eſt de ſolo delicto, non facit niſi ad inquiſitionem Delicti. Quid autem, ſi fama vigeret de *Caio* occiſo, & facta omni diligentia, non reperitur *Caius*, nec viuus, nec mortuus? Dico, quod ſi *Caius* non habebat, nec conſuetudinem, nec cauſam diſcedendi longè à domo ſua; aut quando exijt è domo, nemini domeſticorum dixit, quò iret, cum tamen ſolitus eſſet ſemper, dicere, quò tenderet, quando extra Ciuitatem, aut Villam ibat; & pedeſter, & ſine enſe exijt, ſolitus aliàs quando facturus erat iter equitare, & armatus incedere; nec *Caius* patiebatur epilepſiam, aut aliũ morbum, quo intercipi potuerit; ex tali abſentia, quæ per Teſtes conſtaret Iudici, poteſt dici probatum præſumptiuè Corpus Delicti; & maximè; ſi *Caius* habebat inimicitias. Quia, ſi in furto dicitur probatum Corpus Delicti, ſi res, quæ probatur ſemper ſolita eſſe in tali loco, non reperitur, neque ibi, neque in domo, vt infra dicemus; eadem erit ratio de homine, qui ſolebat eſſe in domo, aut in Ciuitate, aut per præſentiam, aut per notitiam, & modo ſublatus eſt. Verum eſt talem abſentiam eſſe indicium valde æquiuocum; ſed dico, ita eſſe etiam veſtigium ſanguinis reperti, vt aliàs diximus, & tamen iunctum cum fama, Corpus Delicti probare; poterit ergo idem præſtare talis abſentia, maximè, ſi eſt probata per aliquot dies, in quibus, ſi *Caius* viueret alicubi, de eo haberetur notitia. Et ſi *Caius* haberet inimicos capitales, dico, quod poſſet contra eos procedi ad inquiſitionem; ſicut refert *Clarus*, (i) de quibuſdam imputatis de homicidio, qui coacti ſunt à *Senatu Mediolani*, ad præſtandam fideiuſſionem de ſe præſtando toties quoties, &c. licet de cadauere occiſi non appareret.

31. Quæ autem dicta ſunt, quadrant de probatione Delicti quo ad materiale, & formale. Sed quomodo probatur formale tantùm, aliàs euidente materiali? Exempli gratia. Reperitur cadauer ſubmerſi in Ciſterna, Piſcina, Flumine, Puteo, Stagno, &c. vel præcipitati ab alto; vel laqueo ſuſpenſi; vel ſectis faucibus; aut iugulo aperto, & ſimilibus caſibus, in quibus mors potuit ſequi ex caſu; aut quod occiſus ex deſperatione, aut inſania ſeipſum præcipitauerit, iugulauerit, ſuſpenderit. Quomodò conſtabit tunc de formali Delicti, puta, quod per ſcelus fuerit ab alio interemptus? Dico, quod non ſolùm per Teſtes, & famam, vt paulò ante diximus, ſed etiam per indicia, & præſumptiones, vt ait *Paſſerinus*, (l) qui teſtatur de communi. Indicia quidem, quæ videntur in Cadauere ipſo, vt plures contuſiones, vel vulnera; veſtigia digitorum, manuum, quibus ſtrangulatus eſt; ſitus cadaueris in tali modo poſiti, quod videtur ſe defendiſſe, quantùm potuit, ne moreretur, & ſimilia indicia probant Delictum; ſicut probat à ſeipſo vulneratum, qui pugionem in manu tenens in corde impactum, aut enſi incumbens, aut laqueo ſuſpenſus, ſolutis manibus, & ſimilibus, inuentus eſt. Præſumptiones autem, quæ Delictum probant ſunt inimicitia, maximè capitalis, iurgia, rixa, minæ ab alio factæ, & ſimilia, &c. Quæ verò Delictum ab alio factum negant; ſunt ſi probaretur occiſum morbo hypocondriaco, mania, ſeu inſania, aut phreneſi laboraſſe; aliàs præcipitium, ſuſpendium, vulnerationem contra ſeipſum attentaſſe, & fuiſſe impeditum; ex aliqua calamitate, quæ ſibi ſuperuenit fuiſſe deſperatum, vel tædio infirmitatis diutinæ, & modeſtæ ita impatientem, vt ſe morti traditum, ad miſeriam euadendam præſumi poſſit, vt *iura* quædam (m) dicunt. Aduertendum porro, quod non requiritur, quod iſta indicia ſint certa, vera, & indubitata; ſed ſufficiunt veriſimilia; quia hic non agitur de condemnatione Rei, ſed tantummodò de inquiſitione, ad quam minor probatio ſufficit. Vnde ſi videtur dicere *Paſſerinus*, (n) quod debent eſſe certa, debet intelligi in ordine ad condemnationem ſolam, non verò ad inquiſitionem.

32. Si verò loquamur de Delictis difficilis probationis; Corpus Delicti probatur per Teſtes conteſtes, qui Delictum viderunt, vel per euidentiam facti de neceſſitate concludentis. Teſtes quidem, ſi viderunt furem aſportantem res furatas; adulterum actu coeuntem, &c. vel vident ea, ex quibus inducitur violenta

præ-

præſumptio criminis, quæ ſufficit non tantùm ad inquirendum, ſed etiam ad condemnandum; vt quod vir nudus, cum nuda, in eodem lecto cubauerit; quod aliquis ſtricto enſe, qui rubebat ſanguine, exijt è camera, in qua inuentus eſt occiſus de recenti ictu enſis. Euidentia autem facti, vt partus, aut prægnatio in ea, quæ exiſtimabatur Virgo, aut Coniugata, cuius vir per annum ab ea abfuit, probat euidenter deflorationem, aut adulterium, niſi eſſemus in Gallia, in qua (ridendum ſanè) mulieres dicuntur concipere ex vi imaginationis, vt Arreſto ſuo declarauit in *Magdalena de Auberment Parlamentum Gratianopolitanum*, vt ex authentica relatione probat *Torellus*. (*o*)

33. Quia verò de his Delictis difficilis probationis varia poſſunt concurrere indicia; breuiter dicemus, quæ nam in ſpeciebus eorum nonnullis probant Corpus Delicti, nec nè, in ordine ad inquirendum. In Furto ergo, dico, quod ſi de eo remanet veſtigium, vt ruptus paries, proſtratum oſtium, aperta arca, armarium, ſcrinium, fracta priùs ſera, probatur Delictum per viſitationem fracturæ, ſi adhuc extat; vel ſi eſt ita reparata, vt illius veſtigium non appareat, debet probari per Teſtes, qui fracturam viderunt, ſicut probantur delicta tranſeuntia. Si de furto non remanet veſtigium, pro ſumenda informatione, ſufficit querela, ſiue denunciatio, & ad probandum Delictum in ordine ad inquiſitionem ſpecialem, ſufficiunt coniecturæ. (*p*) Porro coniecturæ ſunt bona fama quærelantis, qui de furto iurauit; acclamatio, ſeu conqueſtio ipſius, ſtatim ac aduertit rem ſibi fuiſſe ſublatam; Fama orta in vicina, quæ ſit de re certa, & legitimè probata. (*q*) Fuga famuli, vel alicuius de Conuentu, maximè ſi de furto fuit aliàs punitus, aut diffamatus; ſcalæ inuentæ ad feneſtram cameræ, vbi furtum factum fuit; ſi in loco, vbi dicitur commiſſum furtum, fuit à vicinis noctu auditus ſtrepitus. (*r*) Quando ergo hæc indicia militant, dicitur furtum ſufficienter probatum, & poteſt Iudex procedere ad inquiſitionem furis.

34. Crimen falſi computatur communiter inter crimina difficilis probationis, ſed ſalua pace *Doctorum*, hoc non puto vniuerſaliter verum. Quia crimen falſi aliquando eſt facti permanentis; aliquando tranſeuntis. Permanentis quidem, vt *Notarius* ſcribendo falſum teſtamentum; copiam falſam è Protocollis compulſando; inſtrumentum ſuper re illicita rogando, publicas ſcripturas alterando; *Mulier* ſe prægnantem aſſerendo; falſum partum ſupponendo; *Scriba* litteras Principis falſificando; *Alchimiſta* cuprum dealbatum pro argento vendendo; monetam cudendo, adulterando, tondendo, & ſimilia, in quibus remanet veſtigium commiſſæ falſitatis; in iſtis ergo conſtare debet de Corpore Delicti eo modo, quo diximus de criminibus facti permanentis; vt de moneta falſificata in ſpecie ſcribunt *Doctores*. (*s*) In crimine porrò falſi non relinquente poſt ſe veſtigium, vt in Teſte falſo; in eo, qui vtitur inſtrumento, vel Teſtimonio falſo; in impediente aliquem teſtari; in ſubornante Teſtes, vt falſum dicant; in mutatione proprij nominis; in aperiente litteras alienas, & illas oſtendendo aduerſario, & ſimilibus, in quibus iuxta *Clarum*, (*t*) committitur crimen falſi, probatur Corpus Delicti per indicia, & coniecturas. (*u*) Quia aliquando crimen hoc non poteſt committi, niſi cum actu interno; vt qui vtitur inſtrumento falſo ad hoc, quod incidat in crimen falſi, oportet, quod habeat ſcientiam de illius falſitate; ſcientia porro conſiſtit in habitu, & actu interno; aliquando per verba tranſeuntia, quæ ſecretò ſolent proferri, vt in inducente Teſtem ad falſum teſtimonium ferendum; hæc porro difficilis probationis ſunt, proindè indicijs, & præſumptionibus probantur. Indicia porro ſunt, dictum extraiudiciale; paupertas; mala vita in Teſte; conſuetudo delinquendi in ſimili crimine; natura aſtuta, verſipellis, & fallere proximum ſolita, & centum huiuſmodi, ex quibus rationabiliter mouetur Iudex ad credendum tale crimen ſubeſſe in facto.

35. Scriptura itidem criminalis poteſt eſſe duplici modo, puta continendo Delictum extra illam iam commiſſum, vel committendum, aut continendo Delictum in ſeipſa. Primò modo, vt ſi aliquis ſcribendo ad amicum, ſignificaret ſe commiſiſſe tale crimen propter quod cogitur fugere à Patria; vel ſi mandaret alteri, vt committeret homicidium. Secundò modo, vt ſcriptura ſeditioſa, animans populum ad rebellionem contra Principem, libellus famoſus, &c. Primò modo facit quidem præſumptionem contra Delinquentem, ſed non probat Delictum, vt

poſt

poſt multos probat *Farinacius*. (x) Imò, ſi Delictum fuiſſet commiſſum, etiam in præſentia *Notarij*, & inueniatur in publico *Archiuio*, vt ſi eſſet factum aliquod inſtrumentum, in quo multi paciſcuntur inter ſe, de reſiſtendo iuſto mandato Principis, aut Prælati; (z) adhuc non probaret crimen, quia eſt aliquid ſeparatum à ſcriptura, ſed facit ſolum ad inquirendum.

36. Sed quando crimen continetur in ſcriptura ipſa; hoc poteſt contingere dupliciter, puta vel in ſcriptura publica, vel priuata. In ſcriptura publica, vt inſtrumento rogato per *Notarium* coram Teſtibus, in quo continetur aliquod concordatum contra Eccleſiam, vel Principem; aut contractum vſurarium; aut eſt inſtrumentum falſum; aut continet periurium, & ſimilia, & ad hoc poſſunt coniungi plures ſcripturæ, ex quarum vna conſtet de iuramento, ex alia de mendacio, ex quibus emergit periurium euidens, vt optimè ex *Farinacio*, *Paſſerinus*. (a) In his ergo caſibus ad conſtandum de Corpore Delicti ſufficit ipſa ſcriptura publica, quæ etiam ita probat Delinquentem, quod transferat in ipſum onus probandi tale inſtrumentum falſum nō eſſe, vel minimè ſe rogante, præſente, vel conſentiente actum eſſe; vt docet *Abbas*: (b) aliter probatus remanet illa eſſe delinquens. Si autem eſt ſcriptura priuata cōtinens in ſe delictum; Corpus Delicti probatur per eam, ſicut per publicum inſtrumentum; ſed cum hac diuerſitate, quod inſtrumentum probat ſeipſum, Delictum, & etiam Delinquentem, cum ſit ſcriptura publica, manu publici *Notarij* facta, coram Teſtibus, & ſigno tabellionatus, quæ probat quoad omnes: (c) ſcriptura autem priuata probat ſeipſam cum Delicto, vnde Iudex ex ea poteſt inquirere contra Delinquentem; non tamen ex ſe ſola probat Delinquentem, ſed requiruntur alia indicia. Ratio autem diſparitatis eſt, quod in ſcriptura publica exprimuntur nomina Teſtium, *Notarij*, & contrahentium, vnde ſi Delictum contineatur in ea, iam per eam probatum remanet Delictum, & Delinquens ibi expreſſus, niſi ipſe contra talem ſcripturam excipiat, vt dictum eſt; (d) ſed in priuata aliud requiritur, puta recognitio.

37. Hæc autem fit octo modis, quos refert *Scaccia*. (e) Primò, per confeſſionem Aduerſarij, contra quem eſt ſcriptura. Secundò, per recognitionem eius, qui ſcripſit. Tertiò, per examen Teſtium, qui viderunt auctorem ſcribentem, & ſcripturam legerunt, aliter ſi ſolùm Scribentem vidiſſent, ſcripturam autem non legiſſent, non probarent, ſed requireretur comparatio litterarum, vt dicunt *Souſa*, & *Guazzinus*. (f) Quartò, per examen Teſtium, qui habent notam manum. Quintò, per examen Teſtium, qui illi ſubſcripſerunt. Sextò, per comparationem litterarum. Septimò, per comparationem, & examen Teſtium. Octauò, per contumaciam non recognoſcentis. Modi porro iſti non faciunt omnes ad probationem in iudicio criminali; ſed nonnulli, puta, ſecundus, tertius, & octauus, & iſti probant Delinquentem, aut verum, aut præſumptum, puta, qui contumax eſt in recognoſcendo. Quartus, ſextus, & ſeptimus, ſemiplenè tantùm probant, & faciunt indicium ad torturam ſecundùm *Souſam* loco citato, quod tamen non placet *Guazzino*. (g) Ego tamen ſubſcribo *Souſæ*, quia hoc eſt Delictum probationis difficilis, vbi indicia, etiam minùs concludentia, ſufficiunt ad torturam. Comparatio autem debet fieri cum litteris, quæ indubitatè probentur, ſcriptas eſſe à Reo. Tandemque aduerto, quod ſcriptura non integra, imperfecta, indigeſta, emendata, & deleta, ſed non tantùm quin aliqualiter legatur; æquiuoca; dubium ſenſum continens, non clarè probat Delictum, & ideò non ſufficeret ad inquirendum de Delinquente, vt notat *Paſſerinus*. (h)

II. Quæritur. Quomodo probetur Corpus Delicti in caſu deflorationis?

SVMMARIVM.

38. *Etiam turpia ſcire debent Medici animarum.*
Nulla ſigna Virginitatis certa poſſunt dari.
Priuatio non cognoſcitur niſi per habitum.
Hymen à Modernis fabuloſus exiſtimatur.
In paucis reperitur, & iſte morboſum quid eſt.
Non poteſt dari ſignum virginitatis amiſſæ, ex complexu maris.
Mulier vtero gerens poteſt habere intacta

ȼta vaſa, quæ Virginitatem, vt creditur, aſtruunt.
39. *Vtraque iura præſumunt Virginitatem, ex inſpectione corporis poſſe cognoſci.*
Hymen, quid ſit.
Signum Virginitatis iuxta Modernos.
Nymphæ, quid ſint.
Carunculæ Myrtoides, quid, & quales ſint.
In his ſtatuitur ſignum virginitatis.
Bartolini opinio de hymene.
40. *Hymen illæſus poteſt probare Virginitatem.*
Diſrupto hymene, non arguitur, de neceſſitate, expirata virginitas.
Per ſolum congreſſum cum viro amittitur Virginitas.
Oliſbon, quid ſit.
Ex fracto hymene, poteſt probabiliter argui amiſſa Virginitas.
41. *Amiſſæ Virginitatis ſigna multiplicia.*
42. *Non tamen concludenter probant.*
Sed probatur coniecturis, & præſumptionibus.
Obſtetrices, non reddentes cauſam ſui dicti, non probant.
Caſus de duabus Obſtetricibus.

38. RESpondeo. Et priùs à candido, & modeſto Lectore meo veniam peto, ſi in tractanda quæſtione hac, de neceſſitate cogar nonnulla nominare, quæ pudicas Religioſorum aures fortè offendant. Sed hoc euitari non poteſt, ſi Iudex de hac difficili cauſa informari, ad bene gerēdum officium, debet. Hoc idem accidit *Hoſtienſi*, qui in *Rubrica de Frigidis, & Maleficiatis*, ad exigentiam materiæ, coactus loqui de rebus, quas honeſtas refugit, ait. *(i) Non turberis, nam ſimilia, & turpiora audiuntur, nec ſunt talia ab animarum Medicis ignoranda.* Commune hoc incommodum eſt, etiam *Theologis* moralibus, tractantibus de impedimentis matrimonij, & Coniugatorum peccatis. Omnia munda mundis, & vocibus non inquinatur, qui opere non delectatur. Dico ergo, quod ſicut nullæ dari poſſunt certæ, & inſeparabiles notæ virginitatis, prout virginitas ſumitur pro integritate vaſorum muliebrium, quæ non maculata ſint per virilem congreſſum, vt poſt multos *Medicos*, ac *Iureconſultos* firmat *Paulus Zachia*, *(l)* ita conſequenter nulla poſſunt dari ſigna indubitata expiratæ virginitatis, ex oculari inſpectione, aut tactu partium muliebrium. Quandoquidem priuatio non cognoſcitur, niſi per habitum, cui opponitur; vnde amiſſæ virginitatis, quæ eſt priuatio, nulla poteſt dari certa cognitio, ex corporis inſpectione, cum habitus oppoſiti, puta virginitatis, nulla ſint certa ſigna. Quod enim de *hymene*, ſeu ſignaculo virginitatis antiqui *Medici* ſcripſerunt, moderni *Anatomici*, in hoc obſeruando attentiſſimi, fabuloſum prorſus exiſtimant: & in hoc omnes conueniunt; quod ſi *hymen* in mulieribus reperitur, non eſt in omnibus, ſed in paucis; & in iſtis, eſt quid præter naturam, & morboſum, & de hac communi ſententia teſtatur *Capiuaccius*, & alij *ſubſcribunt*. *(m)* Vnde peritiſſimi *Anatomici*, qui multarum puellarum cadauera ſecuerunt, aut in nulla inuenerunt *hymen*, vt teſtantur *Laurentius*, *Vlmus*, & *Mercatus*, *(n)* aut in vna, vel altera, vt euenit *Columbo*, vel ad ſummum in tribus, vt accidit *Falloppio*. Dato autem quocunque ſigno corruptionem integritatis virginalis corporeæ teſtante, (ſi poſſet dari,) nullum adeſſet, per quod firmari poſſet, virginem eſſe corruptam per viri coniunctionem, vt probat ibidem ex multis *Doctoribus Zacchia*. *(o)* Sicut vice verſa, nulla ſigna dari poſſunt, quæ certò probent virginitatem; Vnde poteſt Mulier vtero gerere, & habere integra omnia vaſa, ex quibus dicitur virginitas agnoſci, vt ſibi accidiſſe, dum eſſet Iudex Spoleti teſtatur *Baiardus*; *(p)* qui narrat quandam puellam á duabus *Obſtetricibus* fuiſſe viſitatam, & iſtas teſtaſſe cum iuramento illam eſſe virginem; quæ tamen deprehenſa eſt eſſe prægnantem. Proinde *Obſtetrices*, pulſatas à Curia volente eas, vt periuras, punire, ſe excuſaſſe, dicentes, virginitatis indicia eſſe fallacia.

39. Quia verò tum *Canones*, tum *Leges Ciuiles* virginitatem, aut corruptionem ex corporis inſpectione cognoſci poſſe præſumunt, vnde in facti contingentia ordinant ab *Obſtetricibus*, & *Matronis* fęminas inſpici, *(q)* vt apud nos ordinat *Textus* ſupra; ideo ne Iudex noſter poſſit falli ab *Obſtetricibus* in informatione, ad faciendum conſtare de Corpore Delicti, damus ſigna, quæ ſi ſingula non ſufficiunt ad probandum, ſimul vnita, & cumulata cum alijs indicijs, ſufficere debent. Expl- ſa opinione antiquorum de *hymene*, ſiu

ſigna-

ſignaculo virginitatis, quod finxerunt eſſe membranam quandam tranſuerſam in collo vteri ad modum dyaphragmatis; Moderni omnes, pro ſigno virginitatis corporeæ, ſtatuunt, in puellis, poſt nymphas, (quæ ſunt duo corpuſcula membranoſa alarum modo expanſa immediatè poſt pudenda, & labra vteri ſita) interiùs, versùs intimum vteri oſculum, quatuor caruncula, quas appellant *Myrtoides*, ſeu *Myrtiformes*, eo quod quatuor myrti folia referant, quarum ſingula eſt in ſingulis lateribus, nimirùm ſuperno, inferno, dextro, & ſiniſtro, & prominent, & ſe inuicem per acutiorem partem ita reſpiciunt, vt caryphylli nondum bene explicati imaginem repræſentent, & inuicem cohærent per quaſdam membranulas, ſeu fibras, & hanc partem ità conſtitutam verum eſſe *hymenem*, neq; præter illam alium *hymenem* reperiri, tradunt concordes *Anatomiſtæ*, (r) quos ſequuntur *Canoniſtæ*. (s) Licet poſt iſtos ſcribens *Thomas Bartholinus* (t) opinatus ſit, de *hymene*, quod ſit membrana tranſuerſa intùs, in collo vteri, paulò ſupra collum veſicæ, in medio inſtar anuli perforata, ita vt minimi digiti apicem in adultioribus admittat, quæ ab eo dicitur *Eugion*.

40. Quidquid autem ſit de hoc *hymene*, planè ſtat, quod ipſe, ſi reperiatur illæſus, benè poteſt probare in puella virginitatem; non autem ſequitur, quod ſi reperiatur diſruptus, neceſſariò inferatur, quod virginitas expirauerit, & fuerit corrupta puella. Quia quandiù à maris coniunctione puella illæſa eſt, ſemper eſt virgo: etiam ſi vel ſuis manibus, vel alio quodcumque inſtrumento, clauſtra pudoris, vel per ſe fregerit, vel per alios ſibi frangi permiſerit, vt dicunt *Doctores*. (u) Neque enim minùs virgo dici poteſt, cuius virginalia clauſtra alio inſtrumento, quàm virili ſunt diſrupta, quam ſi pedem, aut manum dirupiſſet, vt docent *DD. Auguſtinus*, & *Thomas*. (x) Licet ergo, in facti contingentia, puella viſitata partes illas diſruptas habeat, non tamen, ex conſequentia neceſſaria, ſequitur hoc fuiſſe per ſtuprum à viro illatum, cum poſſit fieri vel ſimplici ipſius digito, ſtando in prima ſententia de *hymene*; vel (ſi teneatur ſecunda) per mentulam vitream, aut coriaceam, quæ à *Græcis* vocabatur *olisbon*, vt ſcribit *Lubinus* (z) qua fœminæ impudiciſſimæ *tribades* dictæ ſe inuicem ſubagitabant, vt de *Laufella*, & *Medullina* canit *Satyricus*, (a) aut tandem per *clytoridem* fœmineum, quo aliquando puellæ procaces inter ſe luxuriantur, vt tradit *Bartolinus*. (b) Vel per alia inſtrumenta, quibus fœminæ, Veneris œſtro percitæ, fœdiſſimè ſe contaminant. Poſſunt ergo in caſu inuenti clauſtri fracti probabiliter, ſed non certò, deponere Obſtetrices de Corpore Delicti, fracturam nempè illam factam fuiſſe ex virili violentia.

41. Probabilitas porro iſta alijs circumſtantijs poteſt adminiculari: hæ verò pendent vel à parte viri, vel à parte puellæ; ſi frequentabat eam viſitare; ſi munera dedit; ſi ſolus cum ea fuit; & maximè in camera clauſa; ſi auditi ſunt clamores puellæ, dum ſequeſtri ab alijs fuerunt, & ſimilia. Sed hæc potiùs faciunt ad probandum Delinquentem, quam Delictum. Ex parte verò puellæ ſunt alia ſigna, quæ amiſſam virginitatem ſuadent, quæ tamen non ſunt abſoluta, perpetua, & indubitata, ſed in pluribus apparentia. Hęc verò sūt duplicia alia enim ſolo viſui, alia tactui ſunt ſubiecta. Primi generis ſunt. Primò mammæ, quæ in virginibus rotundæ ſunt ad inſtar pomi, & thoracei adhærent, in corruptis propendent, & rotundam figuram amittunt. Secundò, papillarum color in virginibus rubeus, & viuidus; in violatis non ita. Tertiò, lanugo pubis in vitiatis criſpa, in virginibus extenſa, & decidens. Quartò, labia pudendi, quæ in ſtupratis apparent depreſſa, & complanata; in virginibus attolluntur. Quintò. Labiorum commiſſura in virginibus tenta, conſtricta, & veluti ligamentoſa; in temeratis flaccida, & laxa. Sextò, Nymphæ, quæ in virginibus paruæ ſunt; in defloratis excreſcunt. Septimò, orificium medium inter carunculas myrtiformes, quod in virginibus tertiam partem tantùm rimæ magnæ æquat, in temeratis autem magis latum eſt. Secundi generis ſunt glandulæ, ſeu ſubſtantia mammarum, quæ in virginibus ſunt duræ, in corruptis molliores, & flacceſcentes: & tandem membrana tranſuerſa in collo vteri (quæ in ſecunda ſententia eſt *hymen* virgineus) quæ in virginibus reperitur, & reſiſtit ad tactum, & impulſum digiti medij immiſſi; in conſtupratis autem aut non reperitur, aut digiti ingreſſum abſque vi, & dolore admittit. Et hæc ex *Bartholino* (c) hauſimus. Porro ex

Zacchia

Zacchia (c) addimus ſequentia. Si quatuor carunculæ myrtoides, de quibus ſupra dictum eſt, ſunt, quoad magnitudinem craſſæ, & quaſi inflatæ; quo ad colorem viuidæ, & rubicundæ; quo ad colligantiam inter ſe cohæreant, medio tenuiſſimarum fibrarum, ſeu membranularum colligatæ, puella virgo eſt; ſi verò ſint exiles, & flaccidæ, in colore ſubrubræ, aut liuentes; diſgregatæ, & inuicem diſſitæ, ſtuprata eſt. Pariter orificium in virginibus eſt criſpum; in corruptis, (maximè ſi multoties coitum admiſerunt,) diſtentum magis, leue, & planum.

42. Reuera tamen omnia iſta, licet conducant ad aliqualem cognitionem, non tamen concludenter probant Corpus Delicti, proindè magis probandum eſt coniecturis, & præſumptionibus, vt dicunt *Iureconſulti*. (d) Sicut ex viſu, riſu, colloquijs, frequentia, ſequeſtratione, ex tempore, loco, fama, & ſimilibus. (e) Quia verò vt ſupra diximus ex legum præſcripto, & conſuetudine, in caſu ſtupri, adhibentur *Obſtetrices*, quæ multoties & falluntur, & fallunt, aduertat Iudex, quod ad hoc, quod earum iudicium aliquid valeat, debent reddere cauſam ſui dicti, aliter earum Teſtimonium nihil probat. (f) Si ergo in ſua relatione afferant nonnulla, ex dictis ſignis, concurrentibus tamen alijs coniecturis, poteſt Iudex pronunciare, quod de Corpore Delicti conſtet, & ad ſpecialem inquiſitionem deſcendere. Si nullum ex illis afferunt, ſed alia de ſuo cerebro confingunt, profectò ſomniantur, & nihil probant. Hoc vidi *Romæ* in caſu, pro quo ſcripſi in iure. Duę *Obſtetrices* viſitata quadam puella, retulerunt Iudici fuiſſe ſtupratam à duobus menſibus; pro cauſa dicti adducebant, *quod nymphæ erant dilatatæ, & proinde amiſerat ſanguinem virginalem, qui in nymphis continetur; & quod in labijs pudendi, hinc inde, circa nymphas, apparebant duæ paruæ excoriaturæ, quæ non cauſabant dolorem in tactu; iudicabant proinde fuiſſe ex congreſſu virili, à bimeſtri, cauſatas*. Rogatus ab Amico Reo prætenſo, allegaui in iure, argumentis deductis à doctrina *Medicorum*, & *Anatomiſtarum*, probando, quod prædicta ſigna nihil faciebant ad punctum, & ſecundùm illa poſſe concludi, aut omne publicum ſcortum eſſe virginem, aut omnes puellas eſſe defloratas. Et inualui in cauſa, fuit enim pronunciatum non conſtare de Delicto, deficientibus pariter alijs indicijs.

III. Quæritur. Quomodo probetur Corpus Delicti in caſu veneni?

43. *In caſu veneni conſulendi ſunt Medici.*
Medici nonnulli ex ignorantia falluntur, & fallunt.
Caſus de iudicio Medici refertur.
44. *Venenorum diuiſio multiplex.*
De ijs remiſſiuè.
45. *Signa veneni in eo, qui venenatus curatus fuit, & conualuit.*
46. *Signa veneni innati in eo, qui mortuus eſt, poſt longam ægritudinem.*
Signa veneni propinati ad tempus.
In veneno propinato contrariæ indicationes coniunguntur.
Signum diſtinctiuum veneni innati ab aſſumpto.
47. *Si breui tempore, qui prius erat ſanus moritur, & adſunt ſigna veneni, cum aliqua coniectura, poteſt credi Medico de veneno iudicanti.*
48. *Signa veneni in Cadauere reperto.*
Per diſſectionem meliùs cognoſcitur venenum.
49. *Signa veneni non neceſſariò inferunt, malo dolo, aliquem fuiſſe venenatum.*
Hiſtoriæ de venenatione ſecuta abſque ſcelere.
50. *Non fidendum Medico aſſerenti, quid eſſe venenoſum ex viſu, olfactu, aut guſtu.*
Dantur venena viſui, naribus, & guſtui iucunda.
Magis fidendum experientiæ.
Quod vni animali venenum eſt, alteri non eſt.
Canes facilè à cibo venenato patiuntur.

43. RESpondeo. Quod ad determinandum an aliquis per venenum ſit ſublatus, Iudex debet conſulere *Medicos*, quorum iudicio ſtandum eſt, vt concorditer ſcribunt *Iuriſtæ*: (g) & proindè in caſu veneni Iudicem noſtrum debere adhibere Peritos, in viſitatione Corpus Delicti, ſtatuit *Textus* ſuprà. Sed *Medicos* quandoque falli, & fallere poſſe ex ignorantia, didici, ex caſu ſequenti, cuius hiſto-

ſtoriam, quam ſupra promiſi fideliſſimè recito. In quodam Conuentu erat Laicus non ſatis bene viſus Superiori. Iam inſtante cœna hauſtam aquam è puteo, tulit in ſitella lignea ad menſam; ſingulos aquales, incipiendo à loco Superioris, ex eadem aqua implet. Accumbit Superior menſæ cum cæteris. Siti ſtimulatus, antequam mappulam explicet, ciathum aqua implet, & auidè bibit. Vix duos hauſtus glutierat tuſſi intercipitur; illicò conclamat ſe venenatum. Ingurgitat ſe lixiuio, vomit, theriacam ſumit; nullum ſymptoma paſſus eſt. Aqualis cum aqua interea aſſeruatus, ſtatuitur in examine *Medici* vocati à Iudice, qui ad denunciationem Superioris localis, ex officio voluit procedere. *Medicus* aquam in calice vitreo iniectam examinat. Fert iudicium eſſe venenatam, nec aliam cauſam adducit, quam *quod erat turbiduſcula, non clara; circulum paruulum ſemiſpumoſum ad lymbum calicis efformabat, & in ſuperficie, ſub radijs Solis poſita, tenui colorum diſtinctione variegata videbatur, vt euenit cum aquis ſtagnantibus*; & iam à tempore ſuppoſiti veneficij decem dies effluxerant. Pronunciat Iudex conſtare de veneno. Procedit contra Laicum, qui coram tota communitate aquales impleuerat ex eadem aqua, de qua nullus paſſus quidquàm fuit, licet omnes biberint. Examinantur omnes de familia, nullum indicium nec proximum, nec remotum aut probatur, aut apparet. Conſtituitur Reus; dicit ſe innocentem. Aſſignatur ipſi tempus defenſionum. Eius patrocinium rogatus ſuſcipio, ſcribo, & allego non conſtare de Corpore Delicti; nec fuiſſe locum inquiſitioni; & Iudicem eſſe puniendum, quia malè proceſſerat. Ad hoc probandum impugno rationibus Medicis dictum, & relationem *Medici*. Allegationem ſtatuo ante oculos *Collegij Medicorum*, qui, examinata allegatione, concludunt indignum eſſe nomine *Medici* illum, qui ex aſſignatis indicijs pronunciauerat, aquam fuiſſe venenatam. Sicque Clientulus meus remanſit ex capite innocentiæ abſolutus. Vt ergo diſcant Iudices quantùm debeant deferre relationi *Medicorum*, ex hoc caſu, & experimento, edoctus hunc laborem ſuſcipio, ne faciliter credentes ſomnijs alicuius *Medicaſtri*, errent in decernendo Corpore Delicti.

44. Diſtinguendum primò eſt de eo, qui venenatus quidem eſt, fuit autem per medicamenta curatus, & de eo, qui iam mortuus eſt, & hoc dupliciter, vel enim mortuus eſt poſt aliquot dies infirmitatis, vel in paucis horis, & ex improuiſò, vel repertus eſt mortuus in cella ſua. Omittendo ergo explicationem venenorum, quorum aliud eſt innatum, & congenitum; aliud aſcitium, & externum. Huius verò aliud eſt naturale; aliud artificiale; aliud nocens pungendo; aliud tangendo; aliud per cibum, & potum, aliud per olfactum; aliud ſanguinem congelans, aliud incendens; aliud corrodens, aliud corrumpens; aliud ſuffocans, aliud ſtrangulans, & centies huiuſmodi, de quibus videri poſſunt *Medici Guainerus*, *Baceius*, *Foreſtus*, *Cardanus*, *Pontzerius*, *Fernelius*, *Caſtellus*, *Ioubertus*, *Matthiolus*, *Cæſalpinus*, *Ardoinus*, *Gorreus*, *Sennertus*, & plures alij, quos plena manu congerit *Zacchia*. (b) Quia hæc ad *Medicos* ſpectant, adducemus tantùm ſigna veneni iam propinati, aut alio modo nocentis.

45. Et primò ſit de eo, qui periculosè decubuit, & propinatis pharmacis conualuit. Primum ergo ſignum, in quo concordant *Medici*, & *Iuriſtæ*, (i) eſt, ſi ſtatim, ac homo ſanus ab aſſumpto cibo, vel potu, vel alicuius rei odoratu, vel tactu, in ſequentia inciderit Symptomata, ſignum eſt propinati veneni. Signa porrò præcipua ſunt, perturbatio, nauſea, dolor ventriculi, cordis palpitatio, tremor; Syncopæ, & hæc ſi paulò poſt ſumptum cibum eueniant, aut omnia, aut eorum maior pars ſunt indicium pernicioſiſſimi veneni. Succedunt his ructus malè olentes, & ſaporis praui, & ingratiſſimi; fœtor oris; vomitus; & hic aliquando eſt eiuſdem veneni, aliquando corruptorum humorum, aliquando ſanguinis; ſuperuenit ſingultus, alui ſubductio, inquietudo; anxietas, virium præcipitatio; pulſus defectiones; morſus cordis; ſudor frigidus; frigus extremorum; liuiditas vnguium, pallor corporis, eiuſdemque tumor; mutatio coloris de pallore in ruborem; algores; flatus; conuulſiones; dolores maligni, ac vagantes; nigricatio labiorum; & linguæ inflatio; ſitis inexhauſta; vox rauca; faucium interceptio; facies liuida, & aliquando œdematoſa; vertigo; oculorum contortio; prolapſus, obſcuratio; procliuitas ad ſomnum; lethargus; ſtupor; vrinæ impedimentum, & eiuſdem mordacitas, & vredo; carnis laxitas;

xitas; totius corporis fœtor, eiuſdem ingens grauitas; ac oneris ſenſus; maculæ rubræ, ſeu nigræ, aut liuidæ; mentis inconſtantia, & alienatio, & hæc, vt ex *Cardano* refert *Zacchia*, (*l*) omnibus venenis ſunt communia. Licet verò aliqua ex iſtis ſignis poſſint euenire abſque ſcelere veneni præparati, ſed à comeſtione ciborum naturæ parùm conuenientium; vt ſunt fungi, ranæ, limaces, anguillæ, & huiuſmodi, tamen non accidunt Symptomata cum tanta vehementia, ſicut ex veneno formali; niſi eſſet magna ingeſtio talium ciborum, & hoc non eſſet, niſi per quatuor, aut quinque horas à comeſtione; Pariter ſi Symptomata ſunt à cibis huiuſmodi nociuis per vomitum ſtatim ceſſant; non ſic verò à veneno formali accepto. Si ergo ex recenſitis Symptomatibus aliquis nonnulla paſſus ſit, ita vt periculum mortis affuerit, ſed propinatis medicamentis conualuit, præſertim, ſi, adhibitis vomitorijs, melius euidenter ſe habuit, & adſunt alia indicia, quod potuit fuiſſe venenatus, poſſet Iudex credere *Medico* aſſerenti, conſtare de veneno aſſumpto, & ad inquiſitionem deuenire.

46. Si verò mors ſit ſequuta, & hoc poſt multos dies ægritudinis; ſciendum eſt hoc poſſe accidere tum à veneno innato, tum à veneno, quod vocatur *ad tempus*. Veneni innati ſigna ſunt morboſus apparatus corporis pleni malis humoribus, quod *Medici* vocant *Cacochymum*. Secundò, quando accidentia veneni vel comitantur, vel ſubſequuntur febrim. Tertiò, ſi in ægro fuit carentia ſitis. Quartò, ſi æger halitu morbum cauſauit in aliquo ex ſibi aſſiſtentibus. Quintò cita Cadaueris putrefactio. Sextò, ſi morbi præcedentis Symptomata aliquem ſeruabant periodum, vel intermiſſionem. Septimò, ſi in ipſa ægritudine non coniunguntur accidentia contraria, quæ ſunt ſolita coniungi in veneno propinato; & ſunt ventris fluxus cum craſſitie linguæ, & labiorum; vomitus in principio morbi cum tumore ædematoſo in facie; diſſenteria cum difficultate reſpirandi; ſitis inextinguibilis, & ſudor frigidus; præfocatio gutturis cum dolore ventris; quæ ex *Cardano* tradit *Zacchia*. (*m*) Quia verò dantur venena *ad tempus*, quæ non ſtatim ab aſſumptione interficiunt; ſed in temporis decurſu longiori, aut tardiori, iuxta veneni ipſius compoſitionem, vt pluribus citatis probat *Zacchia*; (*n*) horum ſigna in longa ægritudine difficilè eſt conijcere; tamen hoc vnum poteſt eſſe, quod omnibus externis venenis commune, & certum eſt, per quod hæc diſtinguuntur à veneno innato, & eſt. Quod decumbens ex hoc habet periodos, in quibus æger nunc alleuiatur, nunc aggrauatur; Si autem venenatus eſt ab externo, poſtquam venenum Symptomatibus proditur, ſi illi per pharmaca ſubuenitur ab alleuiatione ad ſalutem ſine reincidentia reducitur; ſin minùs de malo in peius, perpetuò, vſque ad mortem, proſequitur.

47. Si autem, intra vnum, vel alterum diem, vel paucas horas, ægritudinis homo fuerit mortuus, & priùs ſanus erat, boni habitus, ac temperamenti, nec ex aliqua cauſa naturali hoc eueniſſe perſuaſum ſit, apparuerint verò ſigna primò dicta, & ſubſit ſuſpicio veneni, cum coniectura aliqua; benè poteſt credi *Medico*, deponenti de veneno.

48. Quod ſi mortuus ex improuiſo in cella repertus ſit, viſiteturque Cadauer, veneni ſigna ſunt, iuxta *Galenum*, (*o*) & alios, corpus tumens, liuens, aut nigricans, aut varium, aut diffluens, aut putredinem moleſtam olens; vngues poſt mortem nigri, & qui facilè auelluntur; capilli ſponte diffluentes, ita vt aliquibus, nullo labore, integri manipuli extirpentur; color cadaueris, ſi primùm citrinum, aut ſubliuidum appareat, mox infra horam integrè liuidum, & nigrum redditur. Proinde de Romanis viris, qui, ab vxoribus veneno interempti, ad tumulum deferebantur canit Satyricus. (*p*)

Inſtituitq; rudes melior Locuſta propinquas,
Per famam, & populum nigros efferre maritos

Præterea ſpuma ad os mortui; carnis laxitas, & fœtor intolerabilis. Sed ſigna hæc ait *Zacbia* (*q*) minùs tuta eſſe pariter communia cum extinctis ab innato veneno, & eorum nonnulla non habent omnimodam veritatem. Proindè magis ſecura ſunt ſigna, quæ haberi poſſunt ex Cadauerum diſſectione. Quamobrem ſi inueniantur in fundo ventriculi, gulæ, aut inteſtinis exulcerationes, & earundem partium ſphacelatio, & viſcerum contaminatio, corruptio, nigredo, liuor, & ſimilia, aut ſanguis circa cor, & in cordis ventriculis congelatus; ſigna ſunt veneni vel innati, vel aſſumpti. Quod ſi mortuus inuentus antea ſanus erat, boni habitus, &

perfectæ valetudinis, illa ſunt ſigna infallibilia veneni aſſumpti; huiuſmodi enim exulcerationes à veneno innato non poſſunt fieri in momento, neque cum bona corporis valetudine.

49. Sed his omnibus ſignis apparentibus adhuc non poteſt certò determinari venenum fuiſſe ſcelere paratum; potuit enim ex aliquo venenato animali punctus, vel morſus homo interiiſſe, & de ſomno ad mortē tranſiiſſe; potuit item potionē, ex accidenti, venenatam hauſiſſe, cuius exempla habemus ex duabus hiſtorijs, quarum primam recitat *Baccius*, ſecundam *Sennertus*. *(r)* Prima fuit, quod in quodam Monaſterio, omnes Fratres eodem morbo ægrotarunt, & multi interierunt, in quibus diſſectis apparuerunt ſigna hauſti veneni. Facta fuit diligens inquiſitio, &, iudicio *Medici* hiſtoriam referentis, inuētum eſt Corpus Delicti, & fuit. Quod in magna lagena cuprea, ex diuturnitate temporis ſtamnum, quo à principio, quando fabricata eſt, illa obducta fuit, corroſum fuerat à mordacitate vini, vnde remanſerat nudum cuprum, ex quo genitum fuit viride æris, quod, ex infuſione aquæ iniectæ ad purgandam quandoque lagenam, nec ſoluebatur, nec ſeparabatur à cupro, & iam creuerat ad craſſitudinem tranſuerſi digiti. Per totam æſtatem vinum in prædicta lagena pro Fratribus immittebatur, ad finem refrigerandi illud, demiſſa lagena in puteum. Hauſerat vinum à viride æris qualitatem corroſiuam, qua, ſenſim ſine ſenſu, exulcerato ventriculo Fratres circa Autumnum mortui è veneno ſunt. Secunda fuit mors *Prioris*, & *Subprioris* alterius Monaſterij ex veneno cauſato ab aranea, ſiue ſpecie phalangij, quæ cecidit in amphora vini figulina, ex qua ambo biberunt in ſerò, & nocte ſequenti ambo interempti ſunt, inuento Corpore Delicti, nempè aranea ipſa ſatis craſſa ſuffocata in fundo amphoræ. In his caſibus ergo venenum fuit, & propinatum, ſed caſu, non ſcelere: à natura, non ab arte paratum; & potuiſſet fortè aliquis indiciatus de crimine, quod non aſſueràt, innocenter inter Reos conſtitui, & torqueri. Cautè ergo ambulet in hoc Iudex, & in decernendo delicto, magis fidat coniecturis, & præſumptionibus, quam iudicio *Medicorum*; niſi moraliter certum ſit, & adducat cauſas ſui dicti ſuprà recenſitis cohærentes.

50. Minùs fidat iudicio *Medici* aſſerentis materiam aliquam eſſe venenatam ex ſolo examine per viſum, guſtum, aut odoratum. Non omnia enim in colore liuentia, nigra, lutea, ſuboſcura; in ſapore acuta, ſtiptica, pontica, amara; in odore grauia, tetra, olida, fœtentia, ſepulcralia, ſunt venena; ſicut nec omnia venena ſunt his ſenſibus ingrata; nonnulla enim ita temperantur, vt iucunditatem in colore, & ſapore inferant, & tamen mortem inuehant; dantur ſiquidem venena ſaporis non ingrati, quam concluſionem ex *Theophraſto* deducit *Zachia*. *(s)* Si, de venenata materia ſtatuenda, alicui fidere poſſumus, hoc erit experientiæ; dando nempè talem materiam alteri cibo commixtam alicui cani, maximè ieiuno, ſi moritur, vel inſigne nocumentum patiatur, ſignum eſt, quod venenum eſt. Sed nec huic ſigno perfectè fidendum, quia quod vni animali venenum eſt, fortè homini non eſt tale; & vice verſa. Canes autem inter omnia animalia facilè à quouis veneno patiuntur, vt ſcribit *Zachia*. *(t)* Et ideò repeto, & concludo, in hac difficillima inueſtigatione, magis coniecturis, & præſumptionibus, quàm cæteris eſſe fidendum.

IV. Quæritur. Quomodo Iudex debeat vti Perito?

SVMMARIVM.

51. *Peritus adhibetur quando ſubſtantia, aut qualitas Delicti non patet ſenſui.*
Peritus deputandus debet eſſe excellens in arte ſua, & bonæ conſcientiæ.
Periti aliquoties corrupti à partibus.
Periti debent eſſe ad minus duo.
52. *Iudex debet monere Peritum de obligatione rectè iudicandi.*
Et habere ab eo iuramentum de ſeruando ſecretò.
Lex ex identitate rationis extenditur.
53. *Peritus debet iurare de veritate, & credulitate reſpectiuè.*
54. *Peritus poteſt in ſcriptis relationem ſuam facere.*
Meliùs eſt, quod examinetur.
55. *Ordo, iuxtà quem debet Peritus interrogari.*

Circa

Circa ea, quæ ſenſui patent, Peritus eſt Teſtis.
Et eius iuramentum, eſt de veritate dicenda.
56. *Perito ſtandum eſſe, etiam ſi rationem dicti ſui non reddat, opinio Rotæ.*
Periti, vt Teſtes debent reddere cauſam dicti ſui.
Periti, qui debent iudicare, duplicis generis ſunt.
Iudicans ſecundùm exiſtimationem hominum, non tenentur ad dandam rationem dicti ſui.
57. *Qui debet regulare iudicium à ratione, debet reddere rationem dicti.*
Periti ſunt Conſiliarij, ſeu Aſſeſſores.
Iudex non ſemper tenetur ſtare iudicio Periti.
Sententia lata ad conſilium Periti non tranſit in iudicatum.
Peritus tenetur reddere cauſam dicti ſui.
58. *Iudicium Periti retractatur per dictum Peritioris.*
Sententia lata ad iudicium Periti, reuocatur per contrarium iudicium.
59. *Dictum Periti, abſque examine, non valet.*
Peritus non reputatur, niſi rationes aſſignet peritiæ.
Qualitas omninò probanda eſt.
60. *Si Peritus non aſſignaret cauſas, tolleretur Reo defenſio.*
Arbitrarium eſt Iudici ſtare iudicio Periti.

51. RESpõdeo, quod in omni cauſa, in qua ſubſtantia, aut qualitas, Delicti ſenſui non patet, oportet, quod Iudex, ad faciendum conſtare de eo, Peritos adhibeat, & ità vltrà caſum mortis ex veneno, vel deflorationis, de quibus *Textus* diſponit ſuprà, adhibendus eſt Peritus, etiam in iudicando de damno dato; de pretio rerum furatarum; de falſa ſcriptura, & ſimilibus; prout ex iure vtroque *(u)* colligitur. Non debet autem eſſe contentus Iudex Regularis, quod qui adhibendus eſt, ſit Peritus taliter, qualiter, ſed, cum agatur de maximo præiudicio Religioſi, oportet, quod diligentiam magnam adhibeat, in deputando Perito, qui in arte ſua excellens ſit, quantum poſſibile eſt in loco Delicti, vel in vicinia, reperire; & curet etiam, vt vtatur eo, qui, cum peritia magna, Dei timorem coniungit, & benè caueat in hoc maximè ſi cauſa ſit ad inſtantiam P artis Euenit enim, vt Actores præoccupent ſimiles Peritos, & precibus, amicitia, muneribus, eos corrumpant, vt referant Iudici ad proprium genium; *(x)* & maximè cauendum hoc in *Obſtetricibus*, quæ ſunt Mulierculæ *infimæ plebis*, & venales. Et inſuper cum agatur de re maximi præiudicij, vt eſt fama Religioſi, non debet Iudex eſſe contentus vno Perito, vt ſuprà diximus, ſed debet vti ad minùs duobus, prout docet *Abbas*, *(z)* qui ponderans, quod *Papa* voluit vti Teſtimonio ſeptem *Matronarum peritarum* pro viſitanda Fœmina, quæ ſe virginem aſſeuerabat, hanc concluſionem firmauit, quod in cauſa ardua non ſufficit vnus, ſed requiruntur plures Periti, & ſi vnus tantùm eſt in loco, ſunt alij à vicinis locis vocandi, & ſententia *Abbatis* fuit etiam *Cardinalis*, *Ioannis Andreæ*, & *Barbatiæ*, vt adnotauit ibi *Sebaſtianus Sapia*. *(a)*

52. Facta deputatione debet Iudex monere Peritum, vt pro ſola veritate, & in conſcientia referat, oſtendens grauitatem peccati, ſi Reum, vltrà fas, iudicio ſuo grauaret; & quia multum intereſt famæ Religionis, quod Delictum ſecretum ſit, putarem, obligari Iudicem ad procurandam ab eodem, maximè ſi Peritus conſpicua perſona non eſt, iuramentum de tenendo ſecretò. Ducor, quia *Textus* infra *(b)* ordinat, quod in grauiſſima cauſa adhibeat Iudex *Cõſiliarium* in iure Peritum, à quo dirigatur in punctis difficilioribus, & etiam in iudicando, & ab hoc *ſecreti iuramentum exigat*; porrò, vt infrà dicemus, Peritus fungitur officio *Conſiliarij*; Cum ergo in caſu interueniat identitas officij, & etiam motiuum finis, puta conſeruatio bonæ famæ Religionis, prædicta ordinatio quadrare debet etiam hìc; & eo maximè, quia introducta eſt fauore Religionis, & interuenit identitas rationis, ob quæ lex extenditur de caſu ad caſum. *(c)*

53. Quia verò iuramentum præſtandum à Peritis nihilominus eſt, prout ordinat *Textus*, *(d)* (ſiue illud ſit iuramentum *de veritate*, ſiue *de credulitate*, de quo modo non curo) poſſet ſub eodem comprehendi, etiam obligatio ſeruandi ſecretum, ità vt illud euaderet non tantùm a ſertio-

ſertorium, ſed etiam promiſſorium, reſpectu diuerſorum; & tunc Iudex, monens ipſos ad deponendum pro veritate, poteſt adiungere, vt etiam promittant ſecretum ſeruare, & ſuper vtroque iuramentum recipere.

54. Cum autem *Textus* habeat, quod Iudex ex *Peritorum iurata depoſitione conſtare faciat qualitates Corporis Delicti*, exurgit dubitatio num depoſitio Peritorum ſufficiat, quod ſcripto mandetur à Perito, & præſentetur Iudici, an verò debeat Peritus formiter examinari? Quantùm ad hoc dico, quod ſi Peritus in ſcriptis relationem plenam faceret, exactè deſcribendo ea, quæ ſenſui patent, in viſitando Corpore Delicti; & iudicium formando circa illa ſecundùm præcepta artis ſuæ; & rationes adduceret, quibus moueretur ad ſic iudicandum, vtique poſſet in ſcriptis relationem ſuam dare. Sed quia, etiamſi Periti docti ſint, poſſunt omittere aliquod, quod faciat ad rectum iudicium; & quamplures ex illis, (vt *Obſtetrices*,) ſcribere neſciunt, & proindè oretenus deponunt, meliùs eſt, vt Iudex depoſitionem Periti recipiat, formiter ipſum examinando, ſibi dato iuramento; & talis eſt conſuetudo Curiarum.

55 Aduertendum porrò, quod ad hoc, quod examen ordinatè fiat, debet Iudex interrogare, an viſitauerit cadauer, Puerum, Puellam, &c. & quid viderit in corpore illius? Et ad hanc interrogationem debet Peritus referre ea, quæ ſenſui patent. Et poſteà interroget, quid iudicet ipſe de ruptura, de vulnere, morte, &c? Et ad hæc debet dicere Peritus ſententiam ſuam. Tandem interroget, ob quas rationes ità iudicet? Et iſtas tenetur Peritus aſſignare. Hæc autem probo, quantùm ad primum; quia circa ea, quæ ſenſui patent, Peritus eſt tantùm Teſtis: ad referendum enim ea, ità poteſt vti Iudex non perito, ſicut Perito; imò Iudex ex ſe poſſet ea viſitare, niſi vetaret honeſtas. Sicut ergo, ſuper facto patēte ſēſui, poteſt, & ſolet à quouis Teſte informari, ità ſi informatur à Perito, informatur ab eo tanquā Teſte. Apparet autē ex hoc, quod iuramentum Periti non eſt ſimpliciter *de credulitate*, ſed eſt *de veritate*; reſpectu enim eorum, quæ ſenſui patent, verus Teſtis eſt, & iuramentum ipſius, ex conſequenti, erit iuramentum Teſtis, quod eſt *de veritate* dicenda. Deducitur ex hoc alia confirmatio eius, quod ſupradiximus circà numerum Peritorum; cum enim vnus Teſtis nihil probet, vt notum eſt; neque valida debet, ex conſequenti, eſſe relatio vnius Periti, & ideò requiruntur ad minus duo, vt per eos probatum remaneat Corpus Delicti, quod ſenſui patet, ſed à Iudice ex honeſtate viſitari nequit. Quantùm autem ad ſecundum, puta de iudicio, quod facere debet Peritus, nulla eſt controuerſia, eſt enim vniuerſalis concluſio, quod adhibendum eſt iudicium Periti in his, quæ ſenſui non patent, ſed pendent à peritia ſcientiæ, ſiue artis.

56. Quantum verò ad tertium, num ſcilicet Peritus teneatur reddere rationem dicti ſui, ad hoc, vt eius iudicium ſit validum; quæſtio eſt valdè controuerſa. Perito ſtandum eſſe, etiamſi rationem dicti ſui non reddat, quia peritia in Perito inſeruit loco rationis, poſt nonnullos *Doctores* tenuit *Rota*. *(e)* Sed non eſt hoc vniuerſaliter verum; proindè repetenda eſt diſtinctio, quam ſuprà dedimus, & diſtinguendum eſt de Peritis. Alij enim adhibentur ad referenda ea ſola, quæ ſenſui patent, quos diximus eſſe veros Teſtes, vt an Mulier vtero gerat, *(f)* vel ſi ex violentia nefanda accidat in impubere ruptura, quæ viſitanda, & referenda eſt per *Chirurgos*; hæc enim viſui patet, & ad faciendum conſtare de ſubſtantia, & qualitate, criminis innominabilis, ſufficit pura relatio hiſtorica Peritorū, nā id, quod ſenſui patet, indicat præpoſterum coneubitum, cum violentia, puta Delicti quid, & quale. Non eſt autem ambigendum, quod tales Periti debeant reddere rationem dicti ſui; puta quod, ità referunt, quia oculis proprijs viderunt, & manibus tetigerunt id, de quo deponunt; cum enim, in hoc puncto, veri Teſtes ſint, habent reddere rationem dicti ſui, aliter nihil probant. *(g)* Alij autem vltra id, quod ſenſu perceperunt, ſubijcere debent iudicium, & iſti ſunt in duplici differentia; Alij enim iudicant ſecundùm communem hominum exiſtimationem, quæ non ratione, ſed opinione, ſiue appretiatione communi; ſiue decreto Principis, aut Statuti fulcitur. Exemplum ſit in Perito, qui communiter vocatur *Æſtimator*, & ſecundùm leges, *(h)* adhibetur ad iudicandum de valore rei; damno dato, & ſimilibus. Iſte reuera nullam debet reddere cauſam iudicij ſui, ſed quod iudicat ſecundùm artem ſuam, &

peri-

peritia ſua inſeruit illi loco rationis, & in hoc vera eſt concluſio *Rotæ*, quam dedimus ſuprà. Cum enim commune placitum hominum, aut decretum Principis, ſiue Statuti, pretium rebus impoſuerit, nulla eſt ratio, quam adducere Peritus poſſit, niſi quia talis res communiter tanti æſtimatur, & ideò tantùm valere iudicat.

57. Alij autem habent regulare iudicium ſuum à ratione, quæ vel a principijs Scientiæ, vel à præceptis Artis petendæ ſunt. Exemplum eſt in *Medico*, qui ex viſitatione cadaueris, obſeruatis circumſtantijs, iudicat an homo ſit mortuus improuisò ex apoplexia, vel veneno; & ſi ex innato, an ex propinato. In *Geometra*, qui, ex facta menſuratione laterum alicuius trapezij, iudicat tantam eſſe ipſius aream, ſeu ſuperficiem, & ſimilibus. Iſti autem iudicium ſuum formant non ex placito hominum, quod variari poteſt; ſed vel ratione demonſtratiua, vt *Geometra*, vel ex firmo præcepto artis, vt *Medicus*. Illos autem ad rationem reddendam dicti ſui, ad hoc, vt eorum iudicium valeat euidenter demonſtrabo. In ijs enim, quæ rationi innituntur, in tantùm deferendum eſt dicto Aſſerentis, in quantùm ratione eius dictum fulcitur, qua non ſubſiſtente, corruit eius dictum in ea fundatum, ſubductis enim columnis ſuſtentantibus, corruit de neceſſitate ædificium. Videmus proindè, quod *Iuriſperiti*, in ferendo conſilio, non ſufficit, quod concluſionem, ſiue ſententiam ſuam, nudè proferant, licet Peritiſſimi, & habeantur, & ſint; ſed quia eorum iudicium, ſeu conſilium alligatur legibus, à quibus debent regulari, proindè rationem dicti ſui aſſignant, & allegant leges, quibus illud probatur: hinc illud vulgatum, *Erubeſcimus ſine lege loqui.* (i) Stat autem, quod Periti, in referendo iudicium ſuum, non ſunt Iudices, ſed Conſiliarij: tum quia non tenetur ſemper Iudex eorum iudicio ſtare, & maximè quando cõſtat de errore illorum, vt multi *Doctores* (l) affirmant; tum quia ſicut ſententia lata ad conſilium Sapientis numquam tranſit in iudicatum, ità neque illa, quæ datur ad iudicium Periti, (m) qui proindè tanquam *Conſiliarius* adhibetur. Vndè *Medicum*, cuius peritia vtitur Iudex, *Accurſius*, (n) *Aſſeſſori*, ſiue *Conſiliario* Iudicis, comparat. Si ergo *Conſiliarij* ſunt, & circa factum debent regulare iudicium, ſeu conſilium, quod à ratione dependet, ad hoc, quod iſtud poſſit ſubſiſtere, rationes ipſas, & cauſas dicti ſui adducere tenentur.

58. Et quidem in confeſſo apud omnes eſt, quod iudicium Periti deſtruitur per contrariam ſententiam alterius peritioris: (o) imò ſententia lata ad dictum Peritorum venit retractanda, ſi producantur poſtmodum peritiores affirmantes contrarium, ſicut retractatur ſententia lata per falſos Teſtes, vel inſtrumenta. (p) Quomodo autem poteſt euerti vnum per aliud iudicium, niſi hoc validiori rationi innitatur; in tantùm enim per contrariam ſententiam vincitur opinio, inquantum illa efficacioribus argumentis roboratur. Si ergo Iudex iudicare debet, quænam opinio, ſiue iudicium debeat ſuſtineri, oportet, quod vtrorumque rationes perpendat; ergo de neceſſitate vterque Peritus rationes dicti ſui, coram Iudice, producere debet: aliter de iudicio ſuo, vt puta nulla ratione ſuffulto, curandum non eſt.

59. Quod euidentius fit, ex hoc, quia ad hoc, quod Iudex acquieſcat dicto Periti, debet iſte diligenter examinari; nec, abſque hac diligentia, eius dictum valet, prout docet *Aretinus*: (q) nec reputatur Peritus niſi aſſignet rationes ſecundùm ſcientiam, vel artem ſuam, vt tenet *Baldus*; (r) & per hoc conſtet de peritia, quæ cum ſit qualitas omninò probanda eſt. (s) Nullo autem modo, aut ſimpliciter Peritus, aut magis Peritus ſe probare poteſt, niſi firmas, & concludentes rationes ſui iudicij aſſignet.

60. Res porrò plena periculi eſſet, ſi Peritus nudum iudicium ſuum proferret, non facta plena relatione eorum, quæ in Corpore Delicti viſitato, ipſe ſenſu percepit, neque vlla aſſignata cauſa iudicij ſui; tolleretur enim Reo modus ſe valide defendendi, excipiendo contrà iudicium ſuum. Quia poteſt Corpus Delicti, aut immutari, aut perdi, & tunc non eſſet locus adhibendi peritiores. Quid enim poſſent iudicare de eo, quod non vident, aut immutatum vident? Oportet ergo, vt, & qualitates ſenſui patẽtes explicet, & rationes ſui dicti in examine adducat; ab ijs enim poſſunt firmius iudicium Peritiores elicere; & demonſtrare, aut æquiuocas, aut nullas rationes eius, qui primo iudicauit. Imò, vt notat *Clarus*, (t) non

non tenetur Iudex iudicio Periti ſtare; ſed, conſiderata qualitate Corporis Delicti, & perpenſa ratione iudicij, quam affert Peritus, arbitrarium ipſi eſt, pronunciare pro Delicto, vel non; & hanc eſſe communem opinionem ſcribit *Marſilius*. *(u)* Proindè ſi videt debilem eſſe rationem iudicij, refragante ſibi qualitate Corporis Delicti, poteſt, omiſſo iudicio illius, pronunciare id, quod magis æquum cenſebit. Et non alia de cauſa ſigna deflorationis,& veneni in ſuperioribus quæſtionibus dedi, niſi ad hoc, vt Iudex Regularis, in facti contingentia, ſciat, quid iudicandum ſit de Corpore Delicti, habita Peritorum relatione. Si enim cauſas aſſignent ex enumeratis ſuprà reſpectiuè, poteſt firmiter de Delicto pronunciare; ſi autem, aut nullas producant, aut aliàs de ſuo cerebro contingant; nouerit, eorum peritiæ minimè deferendum.

Citationes Tituli præcedentis.

Pag.403.col.2.

(a) *Clar.quaſt.4.verſ.Sciat tamen. num.4. Paſſerin. Trib.Reg.qu.19.n.4.*

Pag.404.col.1.

(b) *Clar. loc.cit.*

(c) *l.1.§.Item illud.ff.Ad S.C.Syllanian.*

(d) *Clar.qu.4.in princ.*

Pag.404.col.2.

(e) *Paſſerin.Trib.Regul.q.20. n.2.*

(f) *Clar.qu.55.verſ.Poteſt etiam.n.10.Marſil.Pract. crim. §. Poſtquam. num.48. Grammat. Conſil. crim.16.num.5.apud. Bict. quaſt.5.n.11.& ibi Farinac.q.2. n.8.*

(g) *Paſſerin.loc.cit.n.17.*

(h) *Inſt.de Iur.natur.§.Conſtat.& §.Ex non ſcripto. Bart.in l.2.ff.de leg.*

(i) *leg.1.Cod.de Appell. Damas.Reg.12. apud Io. Bapt.Nicola. de Reg. iur.Tom.1.verb.Forma vbi certa.in fin.fol.526.col.1.*

(l) *Gloſ.inClement.1.de Iurepatr.in verb.Inhibentes. Felin.in cap. Ex parte. num.2.de Conſtit. Suar.de leg.lib.5.cap.31. num.9. Layman. lib. 1.Tract.4.cap.16.num.7.& 8.Molin.Tract.1. Diſput.81.Salas.de leg. Diſput.16. Sect.9. nu. 41. Bonac. de leg. Diſpuc. 1. quaſt. 1. P. 7. §.5. num.17. Barboſ.Clauſul.80. Paſſerin.de Elect. canon. cap.9.q.5. n.44.& 45.*

Pag.405.col.2.

(m) *Angel.in l.Certum.n.2. ff. de Confeſſ.* Paris.de *Pute.deSyndicat.verb.Confeſſio.cap.1.poſt.n.1. Clar.q.55.verſ.Quomodo aut.n.11.circ.med.*

(n) *Concil. Lateran.Prim.cap.8. Abulen.& Cornel. à Lapid.in Gen.cap.18.verb.21.*

(o) *Ezech.cap.16.verſ.49*

Pag.406.col.1.

(p) *cap.Qualiter, & quando. il 2.de Accuſat.*

Pag.406. col.2.

(q) *Paſſerin. Trib.Regul.q.20.n.17.*

(r) *Clar.qu.4.verb.Quando verò.n.4.*

Pag.408.col.2.

(s) *Clar.q.4. verſ.Quando verò. nu.4.circa med.& ibi Nouell.Iodoc.& Boſſ.*

(t) *Follar.Pract.crim.verſ.Capiat. informat.num 4. Scacc.Tract.crim.q.83.n.14.Guazzin. Defen. 4.cap.2.n.21.*

(u) *Paſſerin.Trib.Regul.quaſt.20.n.21.*

(x) *l.Cum aliter.§.Item illud ff.Ad S.C. Syllan. Farinac.q.2.n.1.& 4. Scacc.Tr. crim.q.93.nu.6. Guazzin. Defen.4. cap.2.n.1. Paſſerin. Trib. Regul.q.20.n.8.*

(z) *Farinac.q.2. n.1.& 4.Guazzin.Defen.4.cap.2. num.2.*

(a) *leg. Cum creditor. ff. de Furt. l. Merito. ff. Pro ſoci.*

Pag.409.col.1.

(b) *Clar.q.4.verſ.Hæc autem. ſub.n.5.in fin.Farin. quaſt.2.nu.29.Scacc.Tr.crim.cap.83.n.6.8.& ſeqq.*

Pag.409.col-2.

(c) *cap.licet.vniuerſis cap.Veniens. cap. In omni de Teſt.cap.Admittere.33.quaſt.5.cap. final. 35. quaſt.5.*

(d) *Bart.Caſtren.Maſcard.Menoch.Farinac. qu.63. n.221.apud.Bict.q.43.n.7.*

(e) *Paſſerin.Trib. Regul.q.20.n.10.*

Pag.410.col.1.

(f) *Clar.q.4.verſ.Quando verò.n.4.cir.med.Foller. verb.Capiat.informat.n.429.Farinac.q.2.n.4. Guazzin.Def.4.n.2.*

(g) *Bellegrand.Tract.3.q.26. n.9.*

(h) *Paſſerin.Trib.Regul.q.20.n.7.*

Pag.411.col.1.

(i) *Tiraquel.de leg.connub.l.4.num.22. Franc.Marc. Deciſ.678.Par.2.Baiard.q.4.apud Bict.q.12. num. 8.*

(l) *cap.Nec aliqua.27.q.1.*

(m) *l.final.C.quand.tut.vel curat.*

Pag.411.col.2.

(n) *Clar.quaſt.4.verſ.Quando verò . num.4. circà fin. & ibi Baiard. qui citat Abbat.& Alberio.*

(o) *cap.Propoſuiſti.cap.Cauſam matrimonij.de Probat.cap. Fraternitatis. cap. final. de Frigid.& malef.*

(p) *l.1.§.1.& 10 ff.de Inſpic.vent.*

(q) *cap.Propoſuiſti. vbi Abb.n.4. qui citat Io. Andrea.in verb.Teſtimonio de Probat.*

(r) *Gloſ. in leg. 1. in verb. Vel dua . ff. de Inſpic. ventr.*

(s) *l.Iuſiurandi. C.de Teſt.cap.Præterea.eo.tit.*

(t) *cap.*

(t) cap. Fraternitatis. iunct.gloſ. in verb.Diſtrictè. de Frigid. & male. l.Hac edictali. C. de Secu. nupt. Nouell. De non alien. §. Quod autem. Coll.2.

(u) Bart. in Proem.Digeſtor.Abb.in.cap.Propoſuiſti. num.11.in fin.de Probat.l.Nemini.C.de Aduo. diu.Iudic.cap. Quoties de Teſt.

Pag.412.col.1.

(x) cap.Quoties. de Teſt.& atteſt.

(z) l.In bello.C.de Capt.& poſt.reuer.l.Si mancipati.C.de Collat.

(a) cap.Quia iudicante.de Præſcript.l.3.Cod. Fini. regund.Nouell.de Non alien.§. Scire.verſ.Non enim.Tit.1.Coll.2.

(b) Bart.in l.1.ff de Ventr. inſpic.Io. Andr.in cap. Propoſuiſti de Probat.

(c) cap.Propoſuiſti.cap.Cauſam.de Probat.cap.Significaſti.il 2.de Homicid.Alex. conſ.179.n.8. lib.2. & Conſ.35. lib.1. apud Clar.§.Homicidium.n.43.

Pag.412.col.2.

(d) Abb.in cap.Propoſuiſti. verſ.Ego potiùs. num.5. de Probat.

(e) Apoſtill.ad Ludouic. Roman. Conſ.20.nu.7.apud Tuſc.Concl.286.n.74. litt.P.

(f) cap.Suggero.3.q.8.cap.final.65.Diſt.

(g) cap. Conſtitutus. de Fidein.l. Si quando. Cod.de Teſt.

(h) Boer.Decif.323.n.21.& ſeqq. Socin. Regul.16. fallent.2,& 3.apud Tuſc.Concl.286.n.9.&40. litt.P.

Pag.413. col.1.

(i) Nouell.De non alien.§.2.v.Non enim.Coll.2.T.1.

Pag.413. col.2.

(l) cap.Propoſuiſti.cap.Cauſam.de Probat.cap.Fraternitatis. de Frigid. Gloſ. in cap.6. in verb. Matronas. eo. tit.

(m) Gloſ.in cap. Cauſam matrimon.in verb. Mulieres. de Probat.

(n) cap.Cauſam.Extra de Probat.Hoſtien. Summ.de Probat.§.Et quot ſunt.verb.Octauò fit.

(o) Buer.Decif.323.n.21.& ſeqq. Bald. Conſ.328. verſ.Tertiò dixi. lib.2.

Pag.414.col.1.

(p) cap.Qui ſcandalizauerit. de Reg.iur.

Pag.414.col.2.

(q) Boer.Decif.323.n.21.& ſeqq.apud Tuſc.Concl. 286.n.9.litt.P.

(r) Guazzin. Defen.4.cap.5. num.8. apud Paſſerin. Trib.Reg.q.20.n.18.

(s) Io.cap.8. verſ.13.

Pag.415.col.2.

(t) Foller.Pract. crim.fol.15.num.4. apud Clar.q.4. verſ.Quando verò.n.4.

(u) Angel.in l.Si rixam.n.2.ff. Ad l.Cornel. de Sicar.

Pag 416.col.2.

(a) Tit.Teſtes.n.80.

Pag.417.col.2.

(x) Clar.q.4.verſ.Et hoc adeò.ſub.n.1.

(z) Clar.q.55.verſ.Poteſt etiam.ſub.num.10.Gram. Conſ.crim.16.n.5.

Pag.418. col.1.

(a) Ioſue cap.7.

(b) Reg. lib.1.cap.14.

(c) Reg.lib.2.cap.1.

Pag.418. col.2.

(d) Boſſ.Pariſ.Roman.Farinac.q.81.n.31.apud Bict. q.83.n.30.

(e) l.Si confeſſus.ff.de Cuſt.Reo.cap.At ſi Clerici. de Iudic.Boſſ.Tit. de Confeſſ. apud Clar. qu.21. verſ.Confeſſio. n.31.

Pag.419. col.2.

(f) Tit.Delictorum.§.1.

Pag.420.col.1.

(g) Bald.Auguſt.add.ad Angel.& Marſil.apud Baiard.ad Clar.q.4.verſ.Dictum.n.4. apud Bict. q.12.n.7.

(h) Tit.Fama.§.2.

(i) Clar.q.4.verſ.Quande verò. ſub.n.4.

Pag.420.col.2.

(l) Paſſerin.Trib.Reg.q.20.n.18.

(m) l.1.§.Si quis non metu.ff.Ad S.C. Sylban.l.Qui rei. §.4.& 6.ff.de Bon.eo.qui ant.ſent.

(n) Paſſerin.Trib.Reg.q.20.n.18.

Pag.421. col.1.

(o) Pietr.Paol.Torell.Strauag. di Franc.fol.m.42.

(p) Farinac.q.2.n.55.Gabriel.Concl.17. nu.14.Bict. q.123.n.31.apud Paſſerin.Trib.Reg.q.20.n.24.

(q) Bart.in l.Si quando.C.Vnde vi.Farinac.q.2.nu. 19.Bict.qu.123.num.33. apud Paſſerin.loc.cit. num.27.

(r) Abb.in cap.Super eo.num.9. de Iis, quæ vi met. Maſcard.Concl.830.n.12.apud Paſſerin.Trib. Reg.q.20.n.27.

Pag.421. col.2.

(s) Guazzin.Defen.4.cap.9.n.4.Farinac.q.2.nu.21. Bordon.Pract.crim.cap.6.nu.16.cit.à.Paſſerin. loc.cit.n.34.

(t) Clar.lib.5.Sent.§.Falſum. per tot.

(u) Paſſerin.Trib.Regul.q.20.n.34.

Pag.422. col.1.

(x) Butr.in cap.Cum in Eccleſijs.n.14. de Maior.& obed.ubi Abb.n.2.Felin.n.1. Bald.n.2.Specul. Tit.de Accuſ.§.2.n.28 Farinac.q.84.n.1.

(z) Carena Par.3.Tit.4.num.3. Souſa.lib.2.cap.31. Clar.q.54.Genou.de Script.priu.lib.1.q.14.nu. 3.Bict.q.86. apud Paſſerin.qu.19.num.2.& ibi Bart.in l.In Senatus n.2.ff.Ad S.C.Turpilian.

(a) Paſſerin.Trib.Reg.q.19.nu.4.& ibi. Farinac.qu. 84.num.9.

(b) Abb.in cap.Cum in Eccleſijs.num.2.de Maio.& obed.

(c) arg.l. Deſiderium.C. Depoſit.Bald.Conſ.149.n.4. lib.1.Anani Conſ.85.in princip. ubi addit Bologuin.Angel.Conſ.220.in princip. apud Tuſc. litt.P.Concl.75.n.1.2.& 3.

Pag.422. col.2.

(d) l. Inſtrumenta. l. Rationes. l. Exemplo. Cod. de Probat.

(e) Scacc.de Iudic.cau.ciuil.lib.2.cap.11.q.33.num. 29.Genoua de Script.priua.qu.14.nu.10. apud Paſſerin.d.q.19.n.7.

(f) Souſalib.2.cap.22.n.14.& 15.Guazzin. Defen.

20.cap.23.n.5.Paſſerin.loc.cit.n.7.

(g) Guazzin.Deſen.20.cap.23.n.3.Paſſerin. loc.cit.

(h) Paſſerin.Trib.Regul.q.19. n.12.

Pag.423. col.1.

(i) Hoſtien. Summ. Rubr. de Frig.& malef.§. Quæ impotenlia ſub n.6.

l)Ioubert.Error.popul.cap.4.Paræ.lib.de Renuncia. Auger.Ep.lib.1. Tom.2. Fidel.lib.3.de Relat. Medic. cap. 1. Codrone. Meth. teſtif. cap. 11. Nancell. lib.7. cap.3. Probl.5. Vlm.Vter.mulieb.cap.6. Valles. Sacr. Philoſ. cap.25. apud Paul. Zacbia. Quæſt.Medicoleg.Tom.1.lib.4. Tit.2.q.1.n.14.& ibi Cuiac.lib.17.obſeru.cap. 20. Riolan. fil. Anthropo.lib.2. Sanch.Matrim. lib.7.Diſp.3.n.10.

Pag.423.col.2.

(m) Capinac.Tract.de Sign.virgin. Voſſæ. Anatom. Fab.1.Franciſc.Rancbin.de Morb.virg.Sect.1. cap.4. Torreblanc. de Delict.in quib.&c.cap. 19.n.9.apudZach.Tom.1.lib.4.Tit.2.q.1.n.16

(n) Laurent. Anatom. Vlm.Vter.mulieb.Sect.1.cap. 7.Mercat.de Partib.Par.4.Claſſ.1.q.97.art.3. num.6.

o) Fortun.Fidel.Relat.medic. lib.3.cap.1.Claudin. Reſp.medic.n.40.Cuiac.Obſeru.lib.17.cap.27. Mercat.de Partib.Part.4.lib.1.Claſſ.4. q.124. num.3. Mercurial.lib.6.Varia lect.cap.23.quos dat Zach.Tom.1.lib.4.Tit.2.q.1.n.18.&ſeqq.

(p) Baiard. Add.ad Clar.q.4.verſ. In ſtupro illato. ſub.n.7.

(q) cap.Propoſuiſti. cap.Cauſam matrimonij.de Probat.cap.Fraternitatis.cap.Final. de Frigid. & malef.l.1.§.1.& 10.ff.de Inſpic.ventr.

Pag.424. col.1.

(r) Gabriel. Falop. Riolan. Seuerin. Pinæ. lib.1. de Not.virg.cap.5.Zachi.Tom.1 lib.4.Tit.2.qu. 2.nu.5.& ibi Vesling. Syntagm.anatom.cap.7. in fin.

(s) Torreblanc. Epit. Delict. lib.2. cap. 19. verſ.5. Sanch.Matrimon.lib.7. Diſp.14.n.1.

(t) Thom.Bartolin.Tab.anatom.lib.2.cap.1.Regner. de Graaf.de Part.ouipar.

(u) Paræ.Codronc.Roderic.de Caſtr. Med.Pol. lib.4. cap.12.Guazzin.Deſen.4. cap.6. apud Zachi. Tom.1.lib.4.Tit.2.q.1.n.3.4. & 5.

(x) D.Auguſt.de Ciuit. Dei lib.1.cap.18. D.Thom. 2.2.q.152.art.1.

(z) Lubin.Comment.in Iuuenal. Satyr.6.verſ.322.

Pag.424. col.2.

(a) Iuuenal. Satyr.6.

(l) Thom.Bartol.Tabul.Anatom.lib.2.c.de Clytorid.

(b) Bartol.l.c.& lib.1. cap.32.33.& 35.

Pag.425. col.1.

(c) Paul.Zach.Quæſt.Medicolegal.Tom.1.lib.4.Tit. 2.q.2.n.8.& ſeqq.& ibi Auerr.lib.Collig.cap. vltim.

(d) Maluaſ.Conſ.59.nu.20.vol.1.Fantancl.de Pact. nupt.Clauſ.5.Gloſ.5.Par.2. n.18. Tom.2.Rot. Roman. Matrimon. 19. Ianuarij 1646. coram Arguelles.

(e) Burſat.Conſ.69.n.10. lib.1. Rot.Roman. Matrimon. 1651. coram Othobon. apud Zachia. loc. cit.qu.3.num.14.

(f) Bald. & Monticell. apud Farinac.q.75.n.36.

Pag.425.col.2.

(g) Alex.Conſ.115.n.3.lib.3.Boſſ.Tit.de Delict.nu. 7.Foll.Pract. crim. verſ. Item, quod Sororem. Maſcard de Probat.Concl.1034.n.7.Guazzin. Deſen.4.cap.6.n.13.& 18.apud Paul.Zachia. Tom.1.lib.2.Tit.2.q.1.n.1.

Pag.426. col.2.

(h) Paul.Zachia.QQ.Medicolegal.Tom.1.lib.2.q. 1.& 2.

(i) Salen.de Loc.aff. lib.6. cap.5. Claſſ.4.Aet.Serm. 13.cap.47.Codroneh.Method.teſtif. lib.6.cap. 6.Boſſ.Tit.de Delict. n.6.Caball. De omn.gen. homicid.n.621.& 623.Guazzin Deſen.4.cap. 5.num.5.

Pag.427. col.1.

(l) Cardan. Contradict. Medic.lib.2. Tract.5.apud Zachia.loc.cit.q.7.n.23.& ſeqq.

(m) Cardan.de Venen.lib.2.cap.2.apud Zachia.loc. cit.q.8.n.25.

Pag.427.col.2.

(n) Auicen.Guainer.Ponzett. Amat. Paræ.Ioubert. Valeriol.Matthiol.Vid.Vid. Gorræ. Bacc. Foreſt.Mercurial.Grilland. quos dat Zachia. loc. cit.q.10.n.3.

(o) Galen.de Loc.affect.lib.6.Cardan.de Venen. lib. 2.cap.13.Rud lib.2.de Peſt. cap.5. citat. à Zachia. loc.citat.q.7.n.30.& ſeqq.

(p) Iuuenal.Satyr. 1.

(q) Zachia.loc.cit.n.34.

Pag.428. col.1.

(r) Boni.Flagell.Medic,Sennert.lib.de Venen.

Pag.428. col.2.

(s) Zachi.loc.cit.q.7.n.10 in fin.

(t) Zachi.loc.cit.q.8.n.23. in fin.

Pag.429. col.1.

(u) Gloſ.in cap.Fraternitatis.de Frig & malef.cap. Propoſuiſti.de Probat.cap.Tua. cap. Significaſti. il 2. de Homicid. l.1.ff. de Ventr.inſpic.l. Hac edictali.C. de Secund.nupt.

Pag.426.col.2.

(x) Clar.§.Homicid.verſ. Scias autem.

(z) Abb.in cap.Propoſuiſti. n.4.& ſeqq.de Probat.

(a) Cardinal.Io.Andræ. Barbat. apud Sebaſtian. Sapia.Add.ad.Abb.in cap.Propoſuiſti.n.4. litt.E. de Probat.

(b) Tit.Patronus.§.3.

(c) cap.Cũ dilect.de Conf.vtil.Gloſ.notab.in l.1.C.de Condict.indeb.Abb.in cap.1.n.15. de His quæ fi.à maio.& in cap.Raynutius n.15.de Teſtam.

(d) Crot.de Teſt.n.17. verſ. Quartò extenditur. Didac.Reſolut.lib.2.cap.13.n.4.Felin.in cap.Propoſuiſti.n.15. de Probat. Afflict. Blanch. apud Clar.§.Homicidium.ver. Scias autem.

Pag.430.col.2.

(e) Dec.in cap.Propoſuiſti.n.33.de Probat. Gratian. Diſcept.926.n.16.Maſcard. de Probat. Concl. 1175.n.15.Rota Decis.339. nu.18.Par.19.& Decis.308.n.10.Par.6.Recent.

(f) l.1.ff de Inſpic.ventr.

(g) Clar.q.53.verſ.Præterea . dixi. & ibi Innoc. in cap.

cap. Cum cauſam. de Teſt. Marſil. Conſ. 50. nu. 10. Bald. Conſ. 182. num. 2. lib. 4. Nouell. Pract. crim. fol. 114. n 15.

(h) *Nouell. De non alien. §. Quod autem. verſ. Neque. Coll. 2.*

Pag. 431. col. 1.

(i) *Authent. de Trient. & ſemiſſ §. Conſideramus. l. Illam. C. de Collat. l. Quæſitum. §. Sabinus. ff. Ad S.C. Trebell. l. Eum qui. ff. de Dol. apud Io. Bapt. Nicola. de Reg. iur. Tom. 2. fol. 21. col. 2. verſ. Erubeſcimus.*

(l) *Bart. Bald. Angel. in l. 2. Cod. de Iur. fiſc. lib. 10. Iaſon. in l. 1. C. de Error. calc. Burſat. Conſ. 184. n. 9. Pariſ. Conſ. 89. col penult. lib. 1. apud Tuſc. litt. P. Concl. 286. n. 27. Clar. §. Homicidium. verſ. Scias autem in fin.*

(m) *Bero. Conſ. 144. n. 53. lib. 3. Pariſ. Conſ. 132. n. 7. lib. 4. Clar. §. Homicid. verſ. Sed pone. Roman. Riminald. iunio. apud Tuſc. litt. P. Concl. 286. n. 8. 22. 29. & 31.*

(n) *Accurſ. Theſaur. verb. Medicus.*

Pag. 431. col. 2.

(o) *Roman. Bero. Riminald. Iaſon. Port. Alex. Marzar. apud Tuſc. litt. P. Concl. 286. n. 30. 31. 33. & 37.*

(p) *l. Falſum. l. Final. C. Si ex fals. inſtr. l. Diuus. ff. de Re iudic. cap. Cum venerabilis. de Except. Io. Andreæ. Add. ad Speculat. Tit. de Homicid. §. 1. verſ. De ſecundò. quos dat Abb. in cap. Propoſuiſti n. 10. & 11. de Probat.*

(q) *Aretin. Conſ. 144. n. 17. apud Tuſc. litt. P. Concl. 286. n. 39.*

(r) *Bald. Conſ. 328. verſ. Tertiò dixi lib. 2.*

(s) *Port. Conſ. 147. n. 31. Alexand. in l. 1. §. final. ff. de Verb. oblig. Marzar. Conſ. 47. num. 6. in fin. cit. à Tuſc. Concl. 286. n. 17. lit. P.*

(t) *Clar. §. Homicidium. verſ. Scias autem.*

Pag. 423. col. 1.

(u) *Marſil. Pract. crim. §. Et quia. n. 16. & Conſil. 7. n. 27. Apoſtil. ad Riminald. Conſ. 181. ſub nu. 1. apud Clar. §. Homicid. verſ. Scias autem. in fin.*

TITVLVS VNDECIMVS.

Inquiſitio.

TEXTVS.

§. I. Inquiſitio, qua Iudex ex officio crimina inquirit, vel eſt generalis, vel ſpecialis, vel mixta. Generalis reſpicit omnia delicta, & omnes omninò perſonas, ſpectatque ad Generales, Prouinciales, & eorum Commiſſarios, ac Viſitatores ad vniuerſitatem cauſarum deſtinatos. Specialis inſtituitur contra ſpeciales perſonas, de certis criminibus. Mixta vel eſt ſpecialis quo ad delicta, & generalis quo ad perſonas; vt cum ſcitur crimen, ignoratur Author. Vel eſt generalis quo ad delicta, & ſpecialis quo ad perſonas, vt cum Fratres talis Conuentus infamati ſunt de tranſgreſſionibus Regulæ, eæ autem neſciuntur. In generali Inquiſitione Iudex à nullo iuramentum exquirere debet. Admoneat tamen Subditos, & per ſanctam Obedientiam præcipiat, vt dicant, quæ Dei gloriam, & candorem Religionis concernunt, dummodò occulta non ſint.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

1. *Inquiſitionis diffinitio iuxtà Hoſtienſem.*
Reijcitur.
Eiuſdem diffinitio, ſecundùm Paſſerinum.
Expenduntur eius particulæ.
Iudicis ſcopus non eſt tantùm condemnare, ſed etiam abſoluere.
Leges ſunt promptiores ad abſoluendum, quàm ad condemnandum.

2. *Inquiſitio triplex, Generalis, Specialis, & Mixta.*
Generalis, reſpicit omnes perſonas, & delicta.
Specialis, eſt contra certas perſonas, & crimina determinata.
Mixta, vel eſt generalis quo ad perſonas, & ſpecialis quo ad delicta, vel vice verſa.
Generalis quo ad delicta, & ſpecialis quo ad perſonas, regulariter ſpectat ad Prælatum, vt Patrem.

3. *Inquiſitio meliùs diuiditur ratione finis, ad quem ordinatur.*
Quæ fit ad correctionem morum, ſpectat ad Superiorem, vt Patrem.
Quæ fit ad vindictam criminis, ſpectat ad eundem, vt Iudicem.
Quæ fit ad vindictam, diuiditur in genericam, & ſpecificam.
Generica reperitur in quocumque modo procedendi.
Specifica eſt, quando Iudex ex officio procedit.

4. *In generali Inquiſitione paterna, Prælatus iuramentum non exigit.*
Poteſt tamen, & expediret aliquando illud exigere.
Epiſcopus poteſt requirere iuramentum à viſitatis.
Peruerſitas eorum, qui ſimplicibus perſuadent, non aperienda Viſitatoribus mala, quæ ſunt in Prouincia.

5. *Conſulitur Viſitatoribus tale iuramentum aliquando exquirere.*
Occultum dupliciter dicitur.
Occultum facti, quid ſit.
Quid occultum iuris.
Hoc dupliciter accipitur, largè, & ſtrictè.
In viſitatione tenentur Fratres reuelare occulta.

6. *In Textu confuſa ſunt ea, quæ ſpectant ad viſitationem paternam, cum ijs, quæ ad iudicialem pertinent.*
In Inquiſitione generali paterna inquiritur de omnibus delictis, & delinquentibus.

Ad

Ad hanc non prærequiritur infamia, indicia, aut præſumptio aliqua.

7. *In Inquiſitione generali iuridica requiritur præcedens fama, licet confuſa.*

In hac inquiritur primo de delictis, poſteà de Delinquentibus.

Vocatur propriè Viſitatio Iudicialis.

8. *Ad Viſitationem iudicialem prærequiritur infamia, præſumptio, aut ſuſpicio.*

9. *Commune eſt viſitationi paternæ, & iudiciali, quod Superior præcipiat. Sibi reuelari, quæ contra Deum, & Religionem eſſe facta ſciunt.*

Ad Viſitationem iudicialem creandus eſt Notarius.

Talis viſitatio eſt verus proceſſus.

Per eam poteſt conſtitui Reus, & ſententiari.

10. *In hac ſingulis Viſitatis datur iuramentum de veritate dicenda.*

Occultum quotupliciter poſſit contingere.

Teſtis de viſu, ſciens delinquentem occultum, tenetur reuelare, ſi crimen eſt publicum.

Teſtis de auditu ab ijs, qui ſunt de viſu, tenetur reuelare.

11. *Occulto delicto, & Delinquente, Teſtis de auditu, non tenetur reuelare.*

Notitia delicti sciti à ſingulis Fratribus æquiualet famæ.

In reuelatione delicti non prærequiritur infamia.

Delictum, & Delinquens poſſunt eſſe diffamata inter Sæculares, & non apud Fratres.

In Viſitatione iudiciali nullus Teſtis repellitur.

1. ANTEQVAM diuiſionem Inquiſitionis, à qua *Textus* incipit, aggrediamur, preſtat eius diffinitionem aſſignare. *Hoſtienſis* (x) ait, *quod eſt alicuius criminis manifeſti ex bono, & æquo, Iudicis competentis Canonicè facta interrogatio.* Sed iſta non conuenit omni Inquiſitioni, ſed tantùm Inquiſitioni mixtæ, ideò hæc diffinitio non eſt data vniuerſaliter, ſed de vna tantùm ſpecie Inquiſitionis. Aliter ergo, & meliùs eam diffinit *Paſſerinus*, dicens. (z) *Inquiſitio eſt incerta, & occulta inueſtigatio eius, quod certò cognoſci debet, vt Iudex iuſtè iudicare poſſit, & ſoluere, vel ligare.* Dicitur porro *inueſtigatio incerta*, quia non habet in ea Iudex aliquam certitudinem indiciatiuam, aut de Delinquente, vt eſt in accuſatione, ac denunciatione; aut de Delicto, & de Delinquente, vt in Inquiſitione generali; proindè ad differentiam iſtarum ponitur *incerta*: *Et occulta* ponitur ad differentiam Inquiſitionis, quæ fit in viſitatione Corporis Delicti per *viſum, & repertum*, quæ publicè fit. *Eius, quod certò cognoſci debet*, puta per claras, & legitimas probationes, *vt Iudex iuſtè iudicare poſſit, & ſoluere, vel ligare*, & hic exprimitur cauſa finalis Inquiſitionis, in qua Iudicis ſcopus non debet eſſe, *ligare* ſolummodò, vt multi perperàm putant, ſed etiam *ſoluere*, hoc eſt abſoluere Reum, ad quod, ſalua iuſtitia debet eſſe procliuior Iudex, quàm ad condemnandum, cum etiam leges proniores ſint ad abſoluendum, quam ad condemnandum, vt dicitur in *Digeſtis*. (a)

2. Sic ergo diffinita *Inquiſitio, qua Iudex ex officio*, puta Patris, aut *Iudicis, crimina inquirit, vel eſt generalis*, & hæc propriè pertinet ad Superiorem, tum vt Patrem, vt infra dicemus, tum vt Iudicem; *vel ſpecialis, vel mixta*; iſtæ ſunt Prælati, vt Iudicis, & etiam Delegati à Prælato. *Generalis reſpicit omnia delicta, & omnes omninò perſonas, &c.* Fit enim huiuſmodi inquiſitio tum in capite, vt videatur ſi ſanum eſt, & benè regat: tùm in membris, vt ſciatur, ſi per obedientiam capiti adaptentur; *Spectatque ad Generales* inquirendo ſuper Prouincialibus; *Prouinciales* inquirendo de Superioribus localibus, *& eorum Commiſſarios, & Viſitatores ad vniuerſitatem cauſarum deſtinatos*; Si enim ad cauſas particulares ſint deſtinati, non poſſunt vniuerſaliter inquirere, aliter excederent fines ſuæ Delegationis, & ad hoc non haberent iuriſdictionem, ſine qua nulla eſt quæcunque Inquiſitio. *Specialis inſtituitur* à Prælato, vt Iudice, excitato à fama, aut clamoroſa inſinuatione; aut Accuſatore; aut Denunciatore, *contra ſpeciales perſonas de certis criminibus* infamatas, accuſatas, ſiue denunciatas. *Mixta, vel eſt ſpecialis quo ad delicta, & generalis quo ad perſonas, vt cum ſcitur* à Iudice per infamiam, aut clamoroſam inſinuationem, vel querelam *crimen; ignoratur* autem *Auctor*; *vel eſt generalis quo ad delicta, & ſpecialis quoad perſonas, vt cum Fratres talis*

Con-

Conuentus infamati ſunt à transgreſſionibus Regulæ, ea autem neſciuntur. Hoc autem vltimum membrum non competit Prælato vt Iudici, ſed vt Patri regulariter, quia ante omnia debet conſtare de delicto certo,& in ſpecie, non enim à Delinquente denominatur delictum, ſed vice verſa; & ideò non poſſunt accuſari, denunciari, aut infamari aliqui, vel aliquis de delictis in genere, niſi exprimantur Prælato, vt Iudici delicta in ſpecie, ad hoc, quod vt Iudex inquirat; & hinc non poſſunt dici ſic genericè Delinquentes, vt moueatur Iudex ad inquirendum de delictis, niſi in foro fraterno; Et ſi contra Fratres vnius Conuentus infamatos de delictis in genere procederet Prælatus, vt Iudex, eſſet per inquiſitionem generalem iuridicam, non autem mixtam, quia licet Fratres vnius Conuentus reſpectu totius Prouinciæ dicantur particulares, tamen ex eo, quod indefinitè inquiritur contra Fratres illos, quo ad illum Conuentum, generalis eſt tum quoad perſonas, tum quoad delicta. Et hoc modo inquiſitionis mixtæ paternalis inquirit Prouincialis contra Guardianum; & Commiſſarius Viſitator contra eos, qui ſunt de corpore Diffinitorij Prouincialis, ſi iſti, ex confuſa relatione, audiantur non bene ſe gerere, aut geſſiſſe in ſuis reſpectiuè adminiſtrationibus.

3. Sed meliori fundamento diuiditur Inquiſitio, & diſtinguitur ratione finis, ad quem ordinatur. Vel enim fit ad conſeruationem boni communis, correctionem morum, dignoſcendam vitam Subditorum, vt ſciatur quinam ſint ad Rempublicam religioſam adminiſtrandam in Prælaturis, ac Officijs aſſumendi, vt poſſint Religioni eſſe profectui: & hanc inquiſitionem inſtituit Prælatus ex officio Patris communis, & ad eam nulla requiritur fama, Accuſatio, Denunciatio nec Delictorum, nec Delinquentium; & iſta eſt Inquiſitio generalis; vel mixta ſecundo modo, puta ſpecialis quo ad perſonas, & generalis quo ad delicta, vt dictum eſt; Et inquirit primò de Delictis, & ſecundò de Delinquentibus. Vel fit ad publicam vindictam, & ad puniendos Delinquentes, quę fit à Prælato, vt Iudice; & iſta eſt duplex, puta generica, & ſpecifica. Generica eſt illa, in qua, ſuppoſito crimine, Iudex inquirit in omni proceſſu, ſiue procedat ad inſtantiam partis, vt in accuſatione: ſiue *ex officio*, vt in denunciatione, vel clamoroſa inſinuatione. Specifica verò eſt, in qua delato crimine Iudici à fama publica, ipſe *ex ſuo officio*, & non ad alicuius inſtantiam, mouetur ad inquirendum contra Delinquentes, & hæc, retento nomine generico Inquiſitionis, diſtinguitur ab Accuſatione, & Denunciatione, de quibus ſupra egimus; & vocatur *Iudicialis ex officio*, quæ fit, quando de certo crimine ignoratur Auctor, ideò de eo inquirit Iudex in genere, & correſpondet Inquiſitioni mixtæ primo modo. Vel, vulgato per famam delictorum Authore, Iudex de eo inquirit in ſpecie: & hæc eſt, cum habita denunciatione, vel ex fama, vel ab aliquo, qui Prælato, vt Iudici denunciauit, ipſe *ex officio* inquirit. Vel habita confuſa notitia de Delictis, & Delinquentibus in genere, mouetur ad inquirendum, & hæc eſt generalis iuridica; hæcque in vtroque iure (*b*) fundatur.

4. *In generali Inquiſitione*, nempè paterna, *Iudex*, hoc eſt Prælatus *à nullo iuramentum exquirere debet*; poteſt tamen, ſicut hoc poteſt facere Epiſcopus in Viſitatione, vt ait *Barboſa*; (*c*) & aliquando expediret, quando nempè (vt frequenter accidit,) Fratres inter ſe conſilium inierunt non reuelandi Prælato inconuenientia, quæ ſunt in Familia Conuentus; vel quando nonnulli falſi Doctores docent Fratres ſimplices non aperiri debere Commiſſarijs Viſitatoribus mala, quæ ſunt in Prouincia, ne Prouincia infametur apud exteros: dicuntque præceptum obedientiæ ab illis factum de reuelando, eſſe purè cæremoniale, & non obligatorium. Huic pernicioſiſſimo errori, vt obuiaretur conſultiſſimum exiſtimarem, quod Prouinciales, & Commiſſarij, quando probabilem habent ſuſpicionem de tali inconueniēti, adigerēt viſitatos ad iurandum; licet enim maiorem obligationem reuelandi Regulæ transgreſſiones non inducat iuramentum eà, quæ ſibi imponitur per præceptum Obedientiæ, tamen ad hoc adſtringerentur fortiori vinculo, nempè Religionis, vt dicunt *Doctores*, (*d*) & terrore iuramenti mouerentur ad aperiendam veritatem.

5. *Admoneat tamen Subditos, & per ſanctam Obedientiam præcipiat, vt dicant, quæ Dei gloriam, & candorem Religionis concernunt, dummodò occulta non ſint*. Scandaloſus poteſt eſſe *Textus* iſte, ſi malè intelligatur, vt aliquando audiui etiam à viro alioquin non indocto. Videtur enim poſſe con-

concludi ex hoc, quòd ſi inconuenientia, quæ Prouinciales ſibi reuelari iubent in viſitationibus, non ſint famoſa, & inter Fratres ab omnibus ſcita, non debeant reuelari, eo quia habet Textus, *dummodò occulta non ſint*, & paulò infrà, *(e) occultum autem in iure nominatur, quod licet duobus, vel tribus Teſtibus notum ſit, de illo tamen nulla exiſtit infamia*. Sed duplex *occultum* reperitur, nempè iuris, & facti. Facti quidem eſt, quod à nullo ſcitur, vel ſi ab aliquo, iſte non poteſt alteri reuelare; vt ſunt ea, quę ſumuntur ſub ſigillo Confeſſionis, vel ſecreti naturalis. *Occultum* autem iuris duplex eſt largè, & ſtrictè; Occultum iuris *largè* acceptum eſt omne, quod licet à multis ſciatur, non tamen deductum eſt ad forum contentioſum formaliter, aut incidenter. *Strictè* autem eſt illud, quod licet duobus, vel tribus ſit notum, non tamen eſt de eo fama in populo, qua poſſit Iudex excitari ad ipſum indagandum, vt probetur. Quando ergo *Textus* dicit, quod Superior Subditis præcipiat, *vt dicunt, quæ Dei gloriam, &c. dummodò occulta non ſint*, non loquitur de occultis iuris, puta non deductis, aut deducibilibus ad forum iudiciale; imò ad hoc eſt inſtituta viſitatio paternalis ad hoc, quod Superiori, vt Patri pandantur tranſgreſſiones occultæ, & ſecretæ, quæ ſibi nec vt Iudici, neque vt Patri notæ ſunt, vt ſecretum, aut publicum remedium, per correctionem, aut pœnitentiam medicinalem, apponat iuxtà tranſgreſſionis qualitatem. Vndè habemus in *(f)* Statutis, quod in viſitatione tenentur Fratres delicta occulta reuelare quoquo modo ſcita (extra confeſſionem tamen) ſub pœna formalis inobedientiæ, & contrarium aſſerentes, vel dogmatizantes, & in hoc contumaces, actibus legitimis, & carcere, reſpectiuè puniuntur. Quæ verò occulta facti ſunt, vt puta per Confeſſionem ſcita, aut ſub ſecreto naturali reuelata, debent omninò ſileri ſub pœna ſacrilegij, aut peccati mortalis, ſi ſint in re graui, vt dicunt *Doctores*. *(g)*

6. Sed aduertendum, quod in toto hoc Titulo, in quo agitur de Inquiſitione, quæ magis vſu venit in Religione, confuſa eſt theoria eorum, quæ ſpectant ad Inquiſitionem generalem paternam, cum ijs, quæ ſpectant ad eandem iudicialem; & hoc cauſat non mediocrem confuſionem legenti. Ad hoc ergo, quod clarè procedamus, & in re quotidiana neceſſarias inſtructiones demus, ſingillatim de hac generali Inquiſitione paterna, & iudiciali, dicemus. Sciendum ergo, quod Prælatus vt Pater procedendo inquirit generaliter de omnibus delictis, & Delinquentibus, vt corrigat per ſecretas admonitiones, & ſalubres, medicinaleſque pœnitentias, à quibus non datur appellatio, niſi modum excedat, vt alias dictum eſt. Illa porrò generalis Inquiſitio nullam penitùs requirit infamiam, indicia, vel ſuſpicionem delictorum ad hoc, vt Prælatus eam poſſit inſtituere, ſed hanc præſtat ex præſcripto iuris communis, & etiam municipalis *(h)* in Viſitationibus, quæ fiunt à Generalibus per Viſitatores in ſingulis Prouincijs vnoquoque triennio; & per Prouinciales in Conuentibus bis, vel ſemel in anno per ſe, vel Delegatum.

7. Alia autem generalis, & iuridica eſt, quæ fit à Prælato tanquam Iudice, qui excitatur ab aliquibus indicijs, præſumptionibus, fama confuſa, aut relatione alicuius, qui dixit in tali Conuentu, vel Prouincia, multas eſſe, ac graues tranſgreſſiones, & delicta, mouetur ad inquirẽdum generaliter *ex officio*, tùm de delictis primò, tùm ſecundò de Delinquentibus in ordine ad publicam vindictam. Iſta porrò vocari debet propriè *Viſitatio iudicialis*; perperam enim talis vocatur ea, quæ fit, quando perpetrato, & publicè noto aliquo crimine, & occulto Authore delicti, mouetur Prælatus per ſe, aut per Delegatum ad inquirendum *ex officio*, de Authore illius delicti; hæc enim vocatur *Inquiſitio mixta* primo modò, vt eam vocat *Textus*, & differt à generali per hoc, quod in generali non requiritur crimen certum, nec notitia de illo in mente Iudicis, ſed in mixta requiritur: proindè in illa inquiritur generaliter de delictis, & Delinquentibus, & in hac de Delinquentibus tantùm.

8. Licet autem verum ſit, quod communiter aſſeritur, quod ad Inquiſitionem generalem nulla requiratur præcedens infamia, vt dicunt *Doctores*; *(i)* tamen hoc non eſt verum, niſi in Inquiſitione generali in foro paterno. Praxis enim omnium Religioſorum eſt, quod Superiores, imò etiam Epiſcopi, in ſuis viſitationibus, non procedant vti Iudices, ſed vti Patres, nec quærant vindictam criminum, ſed puram correctionem morum. Si ergo Prælati, omiſſa Viſitatione paterna, inſtituunt iudicialem, profectò debent ab aliquo ad

hoc moueri; hoc verò non poteſt eſſe niſi aut probabilitas, aut ſuſpicio delictorum commiſſorum à Viſitandis, quæ in mente ipſius nata eſt, vel ab aliquibus indicijs, aut præſumptionibus; aut confuſa relatione Sæcularium, qui dixerunt in tali Conuentu Religioſos non benè viuere; aut à muſſitatione Fratrum dicentium, in illo Conuentu Regulam parum ſeruari. Iſta autem ſuccedunt loco infamiæ, à qua Iudex mouetur ad generaliter inquirendum. Quod ſi quis diceret non poſſe deueniri ad vllam inquiſitionem *ex officio*, niſi precedente vera Fama, orta non à maleuolis, ſed à probis, aliterque factam inquiſitionem eſſe nullam. Reſponderemus hoc verum eſſe de Inquiſitione ſpeciali; non autem generali: Iura (*l*) enim, quæ requirunt famam præuiam Inquiſitioni, loquuntur de ſpeciali, non de generali; & vbi, ſuppoſita certitudine delicti, requiritur Delinquens, non verò vbi inquiritur de delicto, & Delinquente: ad hanc enim ſufficit quodcunque indicium, præſumptio, aut ſuſpicio, vt optimè aduertit *Paſſerinus*, (*m*) & confirmatur per *Textum* infra, quod in Inquiſitione generali nulla requiritur præcedens infamia. Quia verò, vt ſupra diximus in hoc *Textu* ſunt confuſa ea, quæ faciunt ad Inquiſitionem generalem paternam, cum ijs, quæ faciunt cum eadem iudiciali; & ſunt pariter multa, quæ ambabus conueniunt, explicato iam *Textu* de paterna, tandem explicabimus de iudiciali.

9. Dico ergo, quod commune vtrique Inquiſitioni paternæ, & iudiciali eſt, quòd Iudex *admoneat Subditos, & per ſanctam obedientiam præcipiat, vt dicant, quæ Dei gloriam, & candorem Religionis concernunt*, vt dicit *Textus*. Sed ſpeciale in iudiciali eſt, quod ad eam inſtituatur *Notarius*, ad effectum ſcribendi Fratrum depoſitiones, in hac enim non eas ſcribit Prælatus, vt in paterna, ſed debent ſcribi formiter per *Notarium*, vt ordinatur in Statutis Ordinis. (*n*) Quia iſta eſt verus proceſſus iudicialis, ita vt ſi Examinati ſint aliàs integri, & nullam patiantur exceptionem, & plenè probent delictum, poteſt, abſque alio proceſſu, ſententiari Reus, & damnari; vel contra eum tranſmitti inquiſitio; & etiam torqueri, ſi delictum eſt ſemiplenè probatum, & hoc abſque vllo nouo proceſſu, neque inſtituta aliqua Inquiſitione ſpeciali contra eum, vt infra dicemus, & tenent *Doctores*, (*o*) quidquid dicat *Bellegrandus*, quem impugnat *Paſſerinus*, (*p*) ſentiens cum alijs: Ad hoc ergo quod acta ſint authentica, oportet quod ſcriptis mandentur per *Notarium*.

10. Oportet ergo quod Prælatus incipiat Viſitationem iuridicam per creationem *Notarij*, cuius initij formam dabimus *ſecunda parte*. Pariter ſpeciale eſt, quod ſingulis Viſitatis detur iuramentum de veritate dicenda, & hoc eſt de neceſſitate, cum enim debeant eſſe Teſtes ad probandam vel famam, vel delictum de viſu, oportet quod ſint iurati; ſi enim iurati non eſſent, quomodo probarent Famam, quæ regulariter eſt fundamentum Inquiſitionis ſpecialis, quæ inſtituitur ex ſuppoſitione Famæ probatæ in Inquiſitione generali? Pariter in hac ſpeciale eſt, quod viſitati tenentur ad reuelanda ea, quæ *Dei gloriam, & Religionis candorem concernunt dummodò occulta non ſint*. Et hic eſt aduertendum, quod *eſſe occultum* poteſt euenire vel reſpectu Delinquentis tantum, vel reſpectu tum Delinquentis, tum delicti. Pariter vel poteſt eſſe occultum in ordine ad ſcientiam de viſu, licèt ſit manifeſtum de auditu, vel poteſt eſſe occultum ſimpliciter; *vel poteſt eſſe occultum in iure, quod licet duobus, vel tribus teſtibus notum ſit, de illo tamen nulla exiſtit infamia*. Si delictum eſt publicum, & occultus Delinquens, Teſtis, qui de viſu ſcit Delinquentem tenetur, ſub periurio, ipſum Iudici reuelare; ad hoc enim inſtituitur Inquiſitio, vt detegantur, & puniantur criminoſi, & eſſet iſta prorſus inutilis, ſi ex eo, quod vnus, vel duo tantum Teſtes ſcirent Delinquentem, & iſte reſpectu aliorum eſſet occultus, nec adeſſet infamia, non tenerentur Teſtes informati ipſum Iudici manifeſtare. Pariter ſi ſunt Teſtes, qui audierunt ab ijs, qui ſunt informati de viſu, debent reuelare, licet enim non probent, tamen aperiunt viam Iudici ad inquirendum in ſpecie, examinando Teſtes de viſu, qui fortè non ſunt in illa Familia.

11. Si verò delictum, & Delinquens occultus eſt reſpectu totius Familię, eo quia nulla eſt infamia, nec delicti, nec Delinquentis, & Teſtis non habet notitiam de illis, niſi ab vno de auditu, tunc poteſt habere locum regula *Textus*, quod nempè ex eo quod occulta ſunt Delinquens, & delictum non debet examinatus reuelare. In praxi autem hoc mihi durum videtur.

Quia

Quia licet poſſit aliquis ſcire, ſaltem negatiuè, quod infamia de illis nulla ſit,quia non audiuit fratres in præſentia multorum inter ſe loquentes de tali delicto, & Delinquente; tamen non poteſt ſcire,quin ſinguli Fratres habeant notitiam de illis, quæ famæ æquiualeat (quod frequenter accidit,vt ſinguli Fratres aliquod delictum ſciant, & de eo ſinguli inter ſe loquantur ſecretò tamen, timentes potentiam Delinquentis, ſi publicè de eo loquerentur) non ergo deobligatus remanet à reuelatione eius, quod nouit quoquo modo, licet de eo non ſit infamia. Pariter in Inquiſitione delicti nulla requiritur infamia præcedens, vt ſupra dictum eſt, ergo licet de eo non ſit infamia, tenetur examinatus illud reuelare. Inſuper licet iſte ſciat ab alio, qui & ipſe ſcit de auditu, tamen ſternit viam Iudici ad interrogandum alium, & alium, donec perueniat ad Teſtes de viſu, qui probent plenè delictum, & Delinquentem. Amplius, cum inſtituat Iudex hanc iudicialem generalem Inquiſitionem excitatus à confuſa fama, aut quærimonia alicuius Sæcularis, patet quod delictum, & Delinquens poſſint eſſe diffamata inter Sæculares, licet inter Fratres non vigeat infamia, vt aliquando vidi. Hoc autem per accidens eſt, ratione cuius non debet impediri reuelatio in hac Inquiſitione,inſtituta ad ſcienda quoquomodo delicta, & Delinquentes, & ideo ab hac nullus Teſtis aliàs inhabilis repelli-vt docet poſt *Boueriū Bictus (q)*, & habet *Textus* infra (r). Si tandem Teſtis ſcit de viſu, vel audiuit ab eo, qui eſt de viſu, abſque difficultate tenetur reuelare delictum, & Delinquentem occultum; ob rationes ſupra datas.

T E X T V S.

§. II. Ideo, nè de ſpeciali perſona, vel delicto occulto, in Inquiſitione generali perquirat, omnino cauere debet, quod ſi fecerit; vltra mortalem culpam, quam committit, officio deſtituendus eſt, & Subditus quibuſuis præceptis adactus, reſpondere non tenetur; vtpotè non iuridicè interrogatus; ac tandem Inquiſitio ſpecialis, quæ ſuper huiuſmodi diffamatione fortè inſtitueretur, nulla eſt eo ipſo. Ab hac tamen reſtrictione Prouinciales excluduntur, ad quos ſyndicandos deſtinantur Viſitatores, vnde illis integrum erit de Prouincialium regimine in genere, & in ſpecie inquirere nominatim, etiam nulla infamia præcedente; non tamen ad illorum vitam, & mores deſcendendo, quod etiam de Guardianis fieri debet. Poterunt etiam Viſitatores Prouinciarum de ſuo Prædeceſſore immediato generaliter inquirere, vt vel hac ratione in ſuo munere cautiores incedant. Occultum autem in Iure nominatur, quod licet duobus, vel tribus Teſtibus notum ſit, de illo tamen nulla exiſtit infamia.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

12\. *In generali Inquiſitione iudiciali non inquiritur de ſpeciali perſona, aut delicto.*
In paterna poteſt Superior interrogare de aliquo in ſpecie.
In iudiciali ſi inquirit contra aliquem in ſpecie, Iudex mortaliter peccat.
Et interrogatus Teſtis non tenetur reſpondere.
13\. *In Viſitatione generali paterna poteſt ſpecialiter inquiri contra Superiores Prouinciales, & Locales.*
In iudiciali generali non poteſt contra Prælatum inquiri in ſpecie.
Puniendus Superior de malis moribus, quibus Subditos ſcandalizat.

12\. Quia generalis Inquiſitio reſpicit omnia delicta, & omnes perſonas, *ideo ne de ſpeciali perſona, vel delicto occulto in Inquiſitione generali perquirat omnino cauere debet Iudex*. Hoc debet accipi in iudiciali, non vero in paterna Inquiſitione. Si enim in

 ſami-

familia, quàm Prælatus viſitat, eſt aliquis Religioſus dyſcolus, poſitus in illo Conuentu ad mortificationem, vt mores corrigat, vel ſolitus ſit aliquo vitio, de quo pluries fuit correptus, laborare, poteſt de Superior, abſque vllo ſerupulo, Fratres interrogare in ſpecie de illo Religioſo, quomodo viuat, & an de vitio ſibi conſueto ſit notatus. In Inquiſitione autem iudiciali non ſic, *quòd ſi ſecerit vltra mortalem culpam, quam committit, officio deſtituendu. eſt, & ſubditus quibuſuis præceptis adaſtus reſpondere non tenetur, vt potè non iuridicè interrogatus*. Aduertendum ex hoc *Textu*, quod in Inquiſitione iuridica debent fieri interrogationes ſuper ſingulis articulis, in quibus exprimuntur delicta in ſpecie, prout ordinatur infra in *Textu*. (s), Non poteſt autem Iudex quærere ab examinato, an *Caius* contra contenta in tali articulo deliquerit? Vnde enim mouetur Iudex ad inquirendum ſpecialiter contra *Caium*, cum ſupponatur delictum (ſi quod ſit) occultum eſſe, vt propter hoc non ſpecialis, ſed generalis Inquiſitio inſtituatur? Panditur ergo malus animus Iudicis contra *Caium*, & quia, iuris ordine non ſeruato interrogat, non tenetur examinatus reſpondere; & ideo *Inquiſitio ſpecialis, quæ ſuper huiuſmodi diffamatione fortè inſtitueretur nulla eſt, eo ipſo*.

13. *Ab hac tamen reſtrictione Prouinciales excluduntur, ad quos ſyndicandos &c.* Hic diſtinguendum eſt de Inquiſitione paterna, quæ ſtatutis temporibus ſit à Viſitatoribus ſuper Prouinciales, & Superiores Locales; & de iudiciali. Quia in prima verum eſt, quod in ſpecie poteſt de ipſis inquiri, ſicut etiam de omni alio Officiali in ſpectantibus ad ſuum Officium. In ſecunda vero non ſic, niſi fieret Inquiſitio iuridica ob malam adminiſtrationem propriorum officiorum ab illis habitam. Sed illa non eſſet Inquiſitio generalis, ſed mixta ſecundo modo, puta ſpecialis quoad Delinquentem, & generalis quo ad delicta. *Non tamen ad illorum vitam, & mores deſcendendo*. Hoc accipiendum eſt de moribus, qui, cum ſecreti ſint, nequeunt malo exemplo nocere. At ſi Prouincialis, aut Localis Superior vita ſua relaxata, ac malis moribus fuit Subditis cauſa ruinæ, quia exemplo Superioris prouocati ad eorum vitia imitanda deflexerunt, vtique de ijs puniendus Prælatus, quia in ſuo Officio deliquit, & proinde de iſtis eſt à Viſitatore inquirendum. Vnde ad rem ſic habet quidam *Canon (t) Paulus dicit Seniorem ne increpaueris. Sed hæc eius regula in eo ſeruanda eſt, cum culpa Senioris exemplo ſuo non trahit ad interitum corda iuniorum. Vbi autem Senior iuuenibus exemplum ad interitum præbet, ibi diſtricta increpatione feriendus eſt. Nam ſcriptum eſt, laqueus iuuenum omnes vos*. Omnis enim publicè peccans, quouis genere vitij, exemplum peccandi cæteris tribuit, & in totam *Eccleſiam* delinquit, & maximè Prælatus, & ideo magis puniendus eſt, vt dicunt Canones (u) de ijs ergo inquiri à Iudice, & poteſt, & debet.

TEXTVS.

§. III. Quod ſi de delicto alias occulto per duos, vel tres Teſtes aliquis fuerit conuictus: is non publicè, ſed coram iiſdem Teſtibus ſecreto puniendus eſt, niſi atrox delictum eſſet, cuius correctio cæteris tranſiret in exemplum. Et ſi principalis ipſe in Inquiſitione generali, vel alio quocumque modo, antequam infamia notatus ſit, vel ab Accuſatore præuentus, ſuum crimen Iudici fateatur publicè puniri non poteſt, etiamſi poſtmodum accuſatus eſſet, ſed illi coram Diffinitoribus, vel probatis aliquibus Patribus, ſalutaris pœnitentia imponi debet, ſumpta tamen in ſcriptis ipſius depoſitione, ne relabendi occaſionem ex impunitate arripiat. In generali Inquiſitione etiam inhabiles, & exceptuati admittuntur. Si vnus, aut alter Subditus occultum delictum aperiat imprudens, & ex Inquiſitione generali nulla contra Reum reſultat infamia, Iudex contra ipſum procedere non poteſt, niſi ipſum paternè, & ſecretè admonendo.

COM-

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

14. *In paterna Inquiſitione conuictus per duos Teſtes de delicto occulto, debet ſecretò puniri.*
Tripliciter quis poteſt dici conuictus.
15. Atrox *crimen quod dicatur.*
Omne peccatum mortale publicum in iure canonico vocatur atrox.
Atrox crimen occultum quando publicè puniendum.
16. *Crimen ſpontè confitens ante accuſationem, non poteſt publicè puniri.*
Confeſſio debet prouenire à cordis pænitudine, non à metu accuſationis.
17. *Textus expoſitio iuxta Statuta Reformata.*
Crimen non debet eſſe cum publico ſcandalo, vt publica pœna euitetur.
Confeſſio talis poteſt fieri coram Superiore Locali.
18. *Prælatus Localis non poteſt pœnam relaxare, ſed ſpectat ad Prouincialem.*
Teſtes adhibendi à Prouinciali pro conſilio debent eſſe ijdem, coram quibus confeſſus eſt crimen.
Relaxatio pœnæ eſt pro prima vice tantùm.
19. *Sed hoc eſt reſpectu criminis eiuſdem ſpeciei.*
20. *In omni Inquiſitione generali paterna, & iudiciali, omnes admittuntur.*
21. *In Inquiſitione paterna ſi reueletur à Subdito occultum delictum, & nulla de eo eſt infamia nequit procedere Superior, vt Iudex.*
In Iudiciali, ſi delictum eſt facti permanentis, poteſt ſpecialiter inquirere.
Si eſt facti tranſeuntis non poteſt.

14. IN hoc *Textu* ex incidenti tractatur de relaxanda aliqualiter pœna criminoſis in certis caſibus. Dicit ergo *Quod ſi de delicto aliàs occulto per duos, vel tres Teſtes aliquis fuerit conuictus*, puta in generali Inquiſitione paterna, (in qua tamen, ſicut etiam, vniuerſaliter, nemo poteſt eſſe, & dici conuictus per minorem numerum Teſtium, quam duorum, qui ſint maiores quacumque exceptione) (x) *is non publicè, ſed coram ijſdem Teſtibus ſecreto puniendus eſt*. Hoc porrò congruit paternæ charitati, vt occultum crimen occulta pœnitentia vindicetur, & conſulatur hoc modo indemnitati animæ, & famæ Subditi delinquentis. Aduertendum tamen, quod *Textus* non dicit abſolutè *Conuictus*, ſed *per Teſtes*, & cum in Iure (z) triplici modo quis poſſit fieri conuictus, nempè per Teſtes, per indicia, & per Inſtrumenta, debet accipi *Textus* limitatè ad eſſe conuictum *per Teſtes*, & non extendi ad alios modos. Et ratio eſt, quod indicia, & Inſtrumenta nequeunt eſſe ſecreta; tum quia acta per *Notarium* publica ſunt; tum quia etiam Scriptura priuata quantum eſt ex ſe publica eſt, & per accidens eſt, quod non publicetur id, quod in ea continetur, puta, quia ipſa ſecretò cuſtoditur; tum quia indicia ſupponunt publicitatem, aut ſaltem ſcientiam delicti in Iudice, & proinde in his fallit ratio ſecreti criminis, cuius contemplatione iniungitur pœnitentia ſecreta.

15. *Niſi atrox delictum eſſet, cuius correctio cæteris tranſiret in exemplum*. Sed quodnam dicitur *atrox delictum*? Dico, quod ſecundùm quodnam *Gloſſam* (a) tale dicitur *magnæ rei furtum, ſiue damnum; item homicidia, adulteria, & omnia capitalia crimina atrocia dicuntur*. Vnde *Spiegelius*, & *Caluinus* (b) ait, omnia delicta, quæ ſunt publicorum iudiciorum in iure *Ciuili*, poſſe dici *atrocia*. Cum itaque vt aliàs dictum eſt, in iure *Canonico*, quilibet poſſit accuſare alium de quodlibet crimine, quod ſit peccatum mortale, concludendum eſt, in iure Canonico poſſe dici *atrox* omne crimen inuoluens peccatum mortale; ex eo quod omne tale publici iudicij eſt. Si ergo correctio talis criminis publica *cæteris tranſiret in exemplum*; atrox crimen occultum non paternè, ſed iudicialitèr, non ſecretò, ſed publicè, debet puniri. Sed ſi cæteri potius occaſionem ſcandali, quam exempli arrepturi eſſent (vtpotè ſi eſſet adulterium, vel fornicario cum perſona nobili, & aliàs bonæ famæ, quæ per talem publica punitionem malè audiret apud Fratres, & ipſis ſcandalo eſſet) debet fieri correctio ſecreta, dando ſecretam, & ſalutarem pœnitentiam crimini proportionatam. Si verò hoc contingat in Inquiſitione iuridica, quod nempè aliquis ſit ita conuictus, tunc, vt ſupra diximus, debet publicè caſtigari. Quia licèt de tali delicto non adſit Fama, ſiue infamia in Conuentu, poteſt tamen eſſe inter Sæculares; &

hoc veriſimile eſt, cum ſupponamus inſtitutam eſſe iuridicam generalem Inquiſitionem, ob murmur excitatum inter Sæculares de vita parum exemplari Fratrum illius Conuentus.

16. *Et ſi principalis ipſe*, hoc eſt Delinquens, *in Inquiſitione generali*, tum paterna, tum iudiciali, *vel alio quocumque modo*, puta quouis tempore extra eam, *antequam infamia notatus ſit* in ſpecie, quia ſi eſt in Viſitatione generali iuridica, iam remanet notatus in genere, quia eſt membrum illius Conuentus, de quo confuſa fama Delinquentium, & delictorum audita eſt; *vel ab Accuſatore præuentus, ſuum crimen Iudici fateatur, publicè puniri non poteſt, etiamſi poſtmodum accuſatus eſſet*. Hæc eſt diſpoſitio municipalis, quæ fundata eſt in Statutis generalibus (*c*), & exorbitat à iure communi; licet enim, in hoc, ſpontè confeſſus crimen mitius puniatur, vt dicunt *Doctores*, (*d*) non tamen commutatur ità pœna à publica in ſecretam. Quia ergo cum iure communi non concordat, licet ſit Reo fauorabilis, tamen ſtrictam tantùm recipit interpretationem; & hæc deſumitur à tenore *Statuti Salmanticenſis*, ſuper quo fundata eſt *Textus* diſpoſitio, ipſumque ad marginem citat, quod ita habet (*e*). *Si tamen Frater pœnitens, inſtigante ſe ſpiritu, antequam ſit delatus, ſiue accuſatus de crimine, faciem Miniſtri, coram Teſtibus in confeſſione præuenerit, indulgemus &c.* Hic adnotandum, quod mens Statuti, cui cohærenter explicandus eſt *Textus*, non eſt, quod publicam pœnam euadat quilibet confitens Prouinciali, coram Teſtibus, delictum, dummodo hoc ſit, antequam *ſit delatus, vel accuſatus*; ſed dicit *Frater pœnitens inſtigante ſe ſpiritu &c.* hoc eſt, ſi Frater in ſe reuerſus, *& pœnitens* de delicto, & inſtigatus *à ſpiritu*, nempè compunctionis ortæ ab amore filiali erga Deũ, crimen ſuum faſſus ſit. Quod ſi aliquis hoc faceret ex metu orto ab accuſatione, denunciatione, vel infamia criminis (quæ vicem Accuſatoris gerit) imminente, & preueniret apud Prouincialem in ſic confitendo, non intraret diſpoſitio Statuti, in mutanda pœna à publica in ſecretam, licèt aliquam pœnæ diminutionem mereretur. Et hoc apertè habet quædam *Gloſſa* (*f*), quæ ait, *cum ſpontè confeſſo mitius agitur, ſed non parcitur ſpontè confeſſo, in iure, timore probationum*; & iuxta hanc limitationem, debere accipi omnes *Doctores* tractantes de minuenda pœna ſpontè confeſſo, docet *Boſſius*: (*g*) & optimè fauet ratio; ſi enim hoc vniuerſalitèr eſſet admittendum, quilibet Criminoſus ſic poſſet præuenire accuſationem, & pœnam euadere, & ita iuſtitiæ rigor eneruaretur, cum maximo Religionis damno.

17. Apud *Reformatos* autem, ſicut ſtrictior eſt Regulæ obſeruantia, ita ſtrictior adhuc facienda eſt huius *Textus* expoſitio, quæ debet eſſe conformis Statutis *Reformationis*, quæ ſic habent: *Hauendo alcuno commeſſo qualche delitto, purche non ſia con ſcandalo publico, e lo confeſſarà al ſuo Prelato auanti à teſtimonij &c. prima, che da altri ſia ſtato preuenuto con accuſa, ò denoucia, concedemo, che poſſano li Prouinciali &c. con conſeglio de' medeſimi teſtimonij condonarli le pene &c.* Hic autem adnotandum, quod vbi *Textus*, & *Salmanticenſia* loquuntur *de crimine* in genere, & indefinitè, quod in iure æquipollet vniuerſali, (*h*), & ita intelligunt vniuerſaliter de omni crimine, *Statutum Reformatum* limitat ad delicta, quæ non ſint commiſſa cum *publico ſcandalo*, publico quidem publicitate Facti, non Iuris; & hoc rationabiliter, quia tale publicum impoſſibile eſt, quod ad Iudicem non perueniat, & ſic intrat præſumptio, quod ſpontanea confeſſio facta eſſet ob timorem Accuſationis, & ideò commutationem pœnæ minimè mereretur. Aduertendum pariter, quod *Statutum Salmanticenſe* vult confeſſionem fieri debere coram *Miniſtro Prouinciali*, quod etiam innuit *Textus* dicendo *crimen Iudici fateatur*, Iudex enim nequit eſſe niſi Prouincialis, aut Delegatus à Generali, vel Prouinciali; Statutum àutem *Reformatum* vult, quod confeſſio talis ſit coram proprio Prælato, *lo confeſſarà col ſuo Prelato*. Et cum etiam Guardiani, vel Præſidentes Conuentuales Prælati ſint, vt aliàs dictum eſt, proculdubio valebit talis confeſſio facta etiam coram Prælato locali, & duobus Teſtibus.

18. Verum eſt, quòd Prælatus localis licet poſſit ſufficere pro validanda tali confeſſione in ordine ad merendam commutationem pœnæ, non tamen poteſt eam de facto commutare; ſed hoc ſpectat ad Prouincialem; dicit enim Statutum *Concedemo; che poſſano li Prouinciali di pienezza di poteſtà, e di gratia, con conſeglio de' medeſimi Teſtimonij condonarli le pene &c.* Vbi

noto,

noto, quod facta confeſſione ſpontanea coram Guardiano, & Teſtibus, & ipſa ſcriptis mandata, vt ordinat *Textus*, debet Guardianus eam mittere ad Prouincialem, qui poſtea, congruo tempore, adhibitis in conſilio iiſdem, qui fuerunt Teſtes, debet publicam pœnam relaxare, & eidem minùs confuſibilem imponere. Et in hoc diſcordat Statutum *Reformatum* à *Textu*, qui ſequitur, *ſed illi coram Diffinitoribus, vel probatis aliquibus Patribus ſalutaris pœnitentia imponi debet*, vbi liberum eſt Prouinciali, vel Diffinitores, vel alios graues Patres in conſilio adhibere. Sed hoc parui eſt momenti. Conſtans tamen eſt, quod inter *Reformatos* debent aſſumi ijdem Teſtes, ex eo quod ab eorum Conſtitutione, quam omnino ſeruare debent ad hoc arctantur; & quia ſecretior euadit correctio, & magis parcitur famæ Delinquentis. Tandem aduerto, quod talis confeſſio, & pœnæ commutatio licet ex *Textu* abſolutè loquente videatur poſſe fieri toties, quoties quis deliquerit; tamen hoc verum non eſt, ſed ſemel tantum, & hoc ſonant *Salmanticenſia*, ſuper quibus fundatur *Textus*, dicunt enim. *Hoc intelligitur de primo Recurſu, & ſemper cum proteſtatione, quod ſi relabatur in eadem crimina, de quibus fuerat quietatus, ad ſtatum priſtinum reducetur, ſi de lapſu ſufficiens probatio habeatur*. Et hoc idem habent Statuta *Reformata*.

19. Sed quid iuris ſi ſemel commiſſo furto, ſponte crimen faſſus quis eſſet, & ei pœna commutata; poſtea incideret in fornicationem, poſſet ne denuo euadere pœnam per ſpontaneam confeſſionem? Dico quod ſic; Quia *Textus* abſolutè, & ſine reſtrictione loquitur. Statuta verò vtraque, à quibus hoc limitatur ad primam vicem, loquuntur reſpectu criminum eiuſdem ſpeciei, vt patet legenti. Ergo reſpectu criminum alterius ſpeciei talis limitatio non eſt poſita, & ita intelligenda ſunt de prima vice in omni genere Delictorum; & ſic toties, quoties prima vice deliquerit in quolibet genere.

20. *In generali Inquiſitione*, tum paterna, tum iudiciali, *etiam inhabiles, & exceptuati admittuntur*: omnes enim debent viſitari, omnes interrogari, & proinde admittuntur; non tamen probant, vt Teſtes ſufficientes ad condemnandum, ſi patiuntur aliquam exceptionem.

21. *Si vnus, aut alter Subditus occultum Delictum aperiat imprudens; & ex Inquiſitione generali, nulla contra Reum reſultat infamia. Iudex contra ipſum procedere non poteſt, niſi ipſum paternè, & ſecretè monendo*. Hoc vniuerſaliter in Inquiſitione paterna ſeruari debet. In iudiciali non ſic; ſed vel eſt Delictum facti permanentis, & aperiens illud Iudici eſt Teſtis de viſu; & tunc bene poteſt Iudex Reum conſtituere, viſitato prius corpore Delicti; quia iſte dum imprudens aperuit delictum non fuit Accuſator, ſed ad plus Denunciator ex officio, quia eſt iuſſus à Prælato in genere, vt reuelet delicta, quæ ſcit; proinde poteſt eſſe etiam Teſtis, vt ſcribit *Bellegrandus* (l) & ſi eſt integer cum conſtantia corporis Delicti, facit ſemiplenam probationem. Si Delictum eſt Facti tranſeuntis, nec vlla adeſt infamia, procedere Iudex non poteſt, vt dicit *Textus*.

T E X T V S.

§.IV. Nulla in generali Inquiſitione infamia requiritur. Quod in illa ad Prælatum defertur tanquam ad Patrem, in ſpecialem Inquiſitionem deduci non poteſt, ſed ſolum paternè corripi, etiamſi multi id detulerint (dummodo Patrem, non Iudicem interpellarint) tunc enim eſſet ſimul Actor, & Iudex; niſi ex infamia, vt Iudex, procedat ad formandum Proceſſum. Articuli ſuper quos Inquiſitio generalis, ſeu Viſitatio inſtituenda erit ſunt illi, qui in Statutis generalibus deſcribuntur, quos Viſitator deſcriptos habere debet, & circà primum, & ſecundum, & deinceps inquirere. Scripto ſoli ipſi Viſitatores, maximè in Viſitatione paterna, nullo alio præſente &c. Subditorum dicta recipiant, præcipuè ea, quæ graues, & vlteriores culpas oſtendunt, vt ex ipſo poſtea indicia pro ſpecialibus Inquiſitionibus elicere poſſint..

COM-

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

22. *In generali Viſitatione paterna nulla infamia requiritur.*
In iudiciali requiritur fama confuſa.
Prælatus, vt Pater, audiens à multis Delictum fuiſſe commiſſum, poteſt ex officio aſſumere partes Iudicis.
Ex multorum delatione reſultat apud eum fama de Delicto.
23. Interpellare *in Iure quid ſignificet.*
24. *Articuli ſuper quibus inſtituenda eſt Inquiſitio generalis paterna, & iudicialis.*
25. *In Inquiſitione paterna ſoli Viſitatores ſcribere ſolent.*
In iudiciali debent adhibere Notarium.

22. NVlla, *in generali Inquiſitione* paterna, *infamia requiritur*; ſed in iudiciali ſecus; quomodo enim, & à quo moueri debet Prælatus, qui Viſitationem ſuam paternaliter ſolitus eſt inſtituere iuxta Conſtitutionum normam, ad eam mutandam in iudicialem, niſi aliquod motiuum habeat indagandi iudicialiter delicta, & ea ſimili modo puniendi? Non requiritur ergo infamia probata, vt in Inquiſitione generali; ſed aliqua confuſa, vt ſupra dictum eſt.

Quod in illa paterna *ad Prælatum defertur tanquam ad Patrem*, à quo ſola intendi debet morum correctio, *in ſpecialem Inquiſitionem deduci non poteſt*; quia hæc fit à Prælato Iudice ad vindicanda ſcelera. *Sed ſolum paternè corripi* per pœnitentias medicinales; *etiamſi multi id detulerint. Dummodò Patrem, non Iudicem interpellarint, eſſet enim ſimul Actor, & Iudex.* Difficilis eſt iſte *Textus*, & ſi capitur, vt videtur ſonare, in ſe eſt falſus, & etiam omni iuri eſt contrarius. Videtur enim hunc ſenſum habere, quod ſi Prælatus, vt Pater, audit, etiam à pluribus, aliquod Delictum contra aliquem, non poteſt contra eum ad ſpecialem Inquiſitionem procedere, quia tunc Prælatus eſſet ſimul Actor, & Iudex. Sed hæc contradicit clauſulæ ſequenti, & praxi continuæ, & fundatæ, ſecundùm quam, ſi Prælatus audit à multis aliquod crimen ſibi paternè delatum, tunc ex officio, fama deferente (ex multiplici nempe audita delatione, fama apud eum reſultat) aſſumit perſonam Iudicis, & ſpecialiter contra infamatum inquirit. Amplius cum in Inquiſitione generali Iudex agat *ex Officio*, bene eſt Actor, & Iudex, nec vllum ſequitur inconueniens; in ſpeciali autem, Fama ſuccedit loco Actoris; & ita non eſt verum, quod ſic ſpecialiter inquirendo Iudex ſit *Actor, & Iudex*: falſus eſt ergo ille ſenſus. Vt autem tantum inconueniens auertamus à *Textu*, ſic debet explicari. *Dummodo Patrem, non Iudicem interpellarint*; Hoc eſt, ſi illi, qui viſitantur Prælatum *interpellarint*, hoc eſt inſtiterint àpud ipſum *vt Patrem*, rogando, vt Fratrem tali Delicto peccantem paternè, & ſecretò corripiat; tum Prælatus minimè poteſt inquirere, vt *Iudex*, ſpecialiter, contra Delinquentem. Si verò *interpellarint* vt Iudicem, tunc poteſt ſpecialiter inquirere, *tunc enim*, hoc eſt in tali caſu *eſſet*, hoc eſt, adeſſet *ſimul* Actor, hoc eſt *& Actor*, nempe ille, vel illi, qui interpellant, *& Iudex* puta Prælatus ipſe, quilicet ſit in illa generali Inquiſitione, vt *Pater*, tamen ex tali interpellatione, ipſi tanquam Iudici facta, euadit Iudex, qui poteſt, & debet ad inſtantiam Actoris procedere.

23. Et ne videatur extorta hæc expoſitio aduertendum, quod *Textus* non inconſultò vtitur hoc verbo *Interpellarint*. *Interpellare* autem in Iure varias recipit ſignificationes; aliquando enim ſignificat *interrumpere*, vt interpellari dicitur poſſeſſio per vſurpationem (*m*); *interpellare* aliquid agentem, vel loquentem, cùm ipſum interrumpimus; aliquando importat *rogare quadam inſtantia*, vt apud Valerium Maximum (*n*) *Cato rogatus vt ſocios apud Auunculum iuuaret, conſtanti vultu, non facturum ſe, reſpondit. Iterum deinde, ac ſæpius, interpellatus in propoſito perſtitit*; aliquando ſignificat in *iudicium vocare*, vt *interpellare debitorem*, vt *Budæo* placet; vel *ad Tribunal ire*, vt dicitur in quodam *Digeſto* (*o*) *Si quis per iniuriam ad Tribunal alicuius me interpellauerit*; vel *poſtulare iuſtitiam, & implorare officium Iudicis*; quemadmodum habetur in vna lege Codicis (*p*). Hoc poſito; patet quod in *Textu* non poteſt accipi *interpellarint* in prima ſignificatione, ſic enim nullum ſenſum faceret ad propoſitum; oportet ergo, quod accipiatur ſecundum omnes, aut quamlibet aliarum ſignificationum, omnes enim ad idem tendunt, & ita *interpellarint*, hoc

eſt

eſt *rogarint cum inſtantia*, vel *in iudicium vocarint*, vel *poſtularint iuſtitiam*, & *Officium* Prælati, vt *Iudicis implorarint*. Et in ideo tali caſu ipſi non eſſent ſimplices Delatores, aut Denunciatores; ſed eſſent veri *Actores*, qui ſic interpellantes Prælatum de Patre Iudicem redderent; & ſic benè ſequitur quod ibi *eſſet Actor* interpellans, *& Iudex* interpellatus. In tali ergo caſu Prælatus ageret ad Inquiſitionem ſpecialem ex inſtantia Partis. Quod ſi viſitati non interpellant Prælatum, vt Iudicem, ſed tantum tamquam Patri reuelant crimen, quod multi ſciunt tunc Prælatus *ex infamia* audita, *vt Iudex procedat ad formandum Proceſſum* contra diffamatum, & hoc *ex Officio*.

24. *Articuli, ſuper quos Inquiſitio generalis* iudicialis, *ſeu Viſitatio*, quæ eſt paterna, *inſtituenda erit, ſunt illi, qui in Statutis generalibus* (q) tum Ordinis, tum Reformationis *deſcribuntur*, *quos Viſitator deſcriptos habere debet*, & eiſdem reſpectiuè vti, *& circa primum*, *& ſecundum*, *& deinceps inquirere*.

25. Scripto ſoli ipſi Viſitatores &c. hoc debet accipi de ſola Viſitatione paterna. In Inquiſitione verò generali iudiciali debent vti *Notario* iurato, vt alias dictum eſt; & hoc expreſſè repetitur in *Textu* infra (r) quia hæc ſpectat ad forum contentioſum. *Subditorum dicta recipiant præcipuè ea, quæ graues, & vlteriores*, hoc eſt grauiores, & grauiſſimas, *culpas oſtendunt; vt ex ipſis* dictis, nempè ſi in tanto numero ſunt, vt famam, ſiue infamiam de delicto, & Delinquente faciant, *indicia pro ſpecialibus Inquiſitionibus elicere poſſint*, & Proceſſum ex præcedenti infamia legitimum incipere contra Infamatum.

T E X T V S.

§.V. Viſitationes autem huiuſmodi, vltra ſex menſes, conſeruare non debent Viſitatores, nec tenentur; quod etiam in Statutis Ordinis ſeruari mandatur in omnibus Proceſſibus, ſeu Confeſſionibus Fratrum, & actis Iudicialibus. Itaque, ſemeſtri elapſo, numerando à concluſione Cauſæ, Cauſis omnibus iam agitatis, & per finalem ſententiam vltimò terminatis, imponitur perpetuum ſilentium. Ad retinendum verò Delinquentium memoriam, & ad remouenda ex Archiuijs Prouinciarum odiorum, & ſimultatum ſemina, quæ ex inſpectione Proceſſuum oriri facilè poſſent, poterunt, ac debent eorundem Delinquentium nomina, cauſæ, liberationes, vel condemnationes in Libro Prouinciæ notari cum ſententijs per extenſum manu Secretarij Prouinciæ exaratis, ac etiam ipſæ originales ſententiæ Prouincialis, vel Viſitatoris, aut Commiſſarij, & Diffinitorum ſubſcriptione, Sigillique Prouinciæ impreſſione munitæ fideliter, & ex integro iiſdem Archiuijs aſſeruari.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

26. *Viſitationes paternas, vltra ſex menſes, non tenentur Viſitatores conſeruare.*
Ex cauſa poſſunt.
Proceſſus, & Confeſſiones, Fratrum, vltra ſemeſtre, à fine cauſæ, non conſeruanda.
Confeſſiones ſpontaneæ, quo tempore comburendæ.
27. *Memoria Cauſarum, & originalia ſententiarum conſeruanda.*

26. V*Iſitationes autem huiuſmodi*, nempè paternales, *vltra ſex Menſes conſeruare non debent, nec tenentur Viſitatores*, poſſunt tamen, & multoties expedit; tum vt Viſitator aliquando querelatus de partialitate, quare in Capitulo aliquem non promouerit ad dignitates, poſſit oſtenſis Viſitationibus, Superiori Generali rationem reddere, quare ſic illum à Prælaturis elongauerit; tum vt eoſdem Supe-

Superiores poſſit oculariter informare de aliquo Religioſo illis Prouinciæ, quem aliquando Generales decepti poſſent deſtinare ad munera, ad quæ eius parùm Religioſa conuerſatio inhabilitat. *Quod etiam in Statutis Ordinis ſeruari mandatur in omnibus Proceſſibus, & Confeſſionibus Fratrum*. Difficultas non leuis eſt circa *Confeſſiones Fratrum* poſt ſemeſtre comburendas, quemadmodum de Proceſſibus loquuntur Statuta (*s*). Patet namque quod intelliguntur *ſpontaneæ* Confeſſiones, de quibus dictum eſt paulò ante (*t*). Si ergo iſtæ poſt ſex menſes debent comburi, vt dicit *Textus*, & quomodo poterit puniri in caſu recidiuæ de crimine nouiter admiſſo, & de Debito miſericorditer aliàs dimiſſo, vt Statuta vtraque (*u*) determinant? Quomodo poterit ex ore proprio conuinci, aut de qualitatibus primi Delicti conſtare, ſi ſpontanea eius Confeſſio, per quam vtrumque faciliter præſtari poteſt, poſt ſex menſes debet tolli? Dico, quod tales Confeſſiones non debent comburi, ſicut & Proceſſus, niſi poſtquàm fuerit concluſum in cauſa, vt *Textus* ſequitur. *Itaque, ſemeſtri elapſo, numerando à concluſione cauſæ, cauſis omnibus iam agitatis, & per finalem ſententiam vltimo terminatis imponitur perpetuum ſilentium*. Cauſa autem talis Confeſſionis nunquam eſt abſoluta, niſi caſu quo fiat aliud Delictum eiuſdem ſpeciei, & ita tum primum, tum ſecundum Delictum per vnam ſententiam punitur; & tunc poſt ſex menſes à lata ſententia ſimul cum Proceſſu comburenda eſt Confeſſio. Seruanda eſt ergo talis Confeſſio, nec, vita durante Confitentis, aboleri poteſt, niſi adueniat delictum nouum, & de vtroque puniatur. Quia illa Confeſſio non tollit abſolutè pœnam publicam, ſed conditionatè tantum, puta ſi non recidiuet, proinde non totaliter aboletur crimen, ſed remanet punitio in ſuſpenſo. Si ergo acta iudicialia comburenda ſunt *ſemeſtri elapſo à concluſione cauſæ*, patet quod Confeſſiones ſpontaneæ non ſunt tollendæ, niſi modo, & tempore, & caſu ſupra explicato.

27. *Ad retinendum verò Delinquentium memoriam, & ad remouenda &c.* Hæc omnia habentur in Statutis generalibus Ordinis (*x*) in quibus ex Decrtto *Congregationis Romanæ* 1603. Correctum remanet Statutum *Valliſoletanum* ordinans, quod omnes Proceſſus in Archiuio aſſeruarentur; ſed publicæ paci magis proſpectum eſt, ordinando combuſtionem proceſſuũ, conſeruando tamen memoriam ſubſtantialium, quæ poteſt fieri ſubſequenti forma.

Anno N. Proceſſatus eſt Fr. N. de tali, vel tali crimine, & ponatur crimen per extenſum cum ſuis qualitatibus ſubſtantialibus; *& fuit abſolutus, vel condemnatus Mente N. die N. per ſequentem ſententiam*. Et ponatur ſententia per extenſum, & ſubſcribatur ab omnibus de corpore Diffinitorij, & Secretario Prouinciæ, appoſito Sigillo minori.

T E X T V S.

§. VI. Tenentur omnes, ſub culpa violatæ obedientiæ, & pœnis arbitrarijs Delicta notabilia, quæ ſciuerunt, iuxta Superiores regulas, Prælatis Viſitantibus reuelare; etiam ſi Fratres crimen antea ſecretò correxerint, eo vel maximè ſi per obedientiæ præceptum adacti fuerint; renuentes autem, aut aliter dogmatizantes, in pœnas Statutorum generalium incidiſſe certum eſt. Si quis in Viſitatione Fratrum defectus non manifeſtauerit, ſed malitioſè, & callidè eos in aliud tempus, cuicumque Ordinis Prælato manifeſtandos, aut litteras contra quempiam ſeruauerit, & poſtea in iudicio, ſeu Viſitatione deduxerit, produxeritque, audiri non debet; ſed, eo ipſo, actibus legitimis perpetuo priuari, & infamis declarari.

COM-

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

28. *De huius Textus explicatione remiſſiuè.*

28. **T***Extus* iſte, cum loquatur de criminibus, & pœnis, debebat poni ſub titulo *Applicatio*. Ipſum ergo non explicamus hic, ſed eum examinamus in Tractatu de Delictis, & Pœnis. quem, Deo dante vulgabimus.

TEXTVS.

§.7. Specialis Inquiſitio, quæ ex generali deducitur, niſi infamia præceſſerit, per duos ſaltem Teſtes legitimos initio proceſſus probata, nullo modo fieri poteſt, & acta aliter facta nulla ſunt; niſi Reus præſens de huiuſmodi probatione non excipiat; exceptis ſequentibus caſibus. Primò, ſi ſint delicta exceptuata, vt læſæ Maieſtatis Diuinæ, vel humanæ, Homicidium perſonæ eminentis; Subornatio in electionibus; Simonia; Sodomia; Sacrilegium cum Monacha, &c. Secundò. Si crimen in iudicio committitur; vt, ſi Teſtis falſum deponit; Actor calumniosè agit. Tertiò. Si delictum committitur notoriè coram Iudice, ac Teſtibus. Tunc enim poteſt Delinquens oretenùs incontinenti examinari, & condemnari, & hoc incontinenti durat per tres dies. Quartò. Si habeatur confeſſio iudicialis facta cum iuramento, ſiuè ſit coram Iudice competente, ſiue non; ſiue facta ex profeſſo, ſiue incidenter; ſiue ſit delicti circumſtantia, ſiue aliud diſtinctum. Ac etiam, ſi conſtet in iudicio Iudici per depoſitiones Teſtium, (etiam ſi incidenter) commiſſum eſſe crimen: tunc illa notitia, quæ induit rationem ficti Accuſatoris infamiam ſupplet, & aperit viam Iudici ad inquiſitionem ſpecialem in alio proceſſu formando, ſi delictum ſit à principali diſtinctum. Tandem, ſi quis confeſſus fuerit crimen extraiudicialiter coram multis, & hæc iactatio per duos Teſtes conteſtes probetur. Quintò. Si delictum ſit ita euidens, & notorium, quod nulla valeat tergiuerſatione celari; vtpotè ſi fiat coram Conuentu, vel maiori parte illius; etiam ſi accidat aliquando euidens eſſe delictum, & ignorari auctorem. Tunc enim ſine famæ probatione poteſt contra Authorem inquiri, non tamen poterit condemnari, niſi duos ſaltem Teſtes de criminis patratione deponant. Sextò. Si euidentia adſunt indicia de patrato delicto, & illa congruenter probata ſint, vt ſi factum ſit furtum iam notorium, Fur autem ignoratur, inueniantur tamen aliqua apud Fratrem, quæ furtum indicent; poterit Iudex, ſine Fama, ad Inquiſitionem contra talem Furem deuenire. Item, ſi de commiſſo crimine adſit in Communitate vehemens ſuſpicio contra aliquem, poteſt Iudex contra illum ſpecialiter inquirere. In his omnibus caſibus ſine præcedenti infamia procedi poteſt. Sicut etiam, dum per Accuſationem, Denunciationem, vel Exceptionem inquiritur.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

29. *Inquiſitio ſpecialis, quid ſit?*
Deducitur ex Inquiſitione generali?
30. *Quæ deducitur in Inquiſitione generali paterna requirit infamiam præcedentem.*
Sufficit ad hoc clamoroſa inſinuatio.
Differentia inter infamiam, & clamoroſam inſinuationem.
Probatio infamiæ per Canones eſt iuncta.

Si omittatur probatio eius, & Reus non excipiat contra hoc valet proceſſus.
31. *Probatio concludens de Infamia difficilis eſt.*
Fama non debet eſſe orta à maleuolis.
Debet eſſe conſtans, & durans.
Innocentes multi pereunt ex opinione vulgi.
Inquiſitio ſpecialis ex Infamia receſſit ab aula.
32. *Inſtructio pro incipiendo proceſſu ex Fama.*
33. *Praxis inſtructionis.*
34. *Fama quibus caſibus non eſt neceſſario probanda.*
Crimina exceptuata, quæ?
Cardinales ſunt pars corporis Papæ.
Homicidium Prouincialis, eſt crimen exceptuatum.
35. *Fama non probanda, ſi crimen in iudicio committitur.*
Actor non probans, præſumitur calumniari.
36. *Non probanda eſt fama, ſi crimen notoriè coram Iudice committitur.*
Reo, negante delictum, commiſſum coram Iudice, quid agendum?
Incontinenti *intelligitur durare per tres dies.*
37. *Iudex abſque Diffinitorio, poteſt carcerare Reum, qui coram ſe deliquit.*
38. *Confeſſione iudiciali facta de delicto, non eſt eius fama probanda.*
Dantur plura exempla.
39. *Confeſſio facta coram Iudice incompetente, non debet eſſe ex metu tormentorum, vt afficiat Confitentem.*
Vt Iudex competens procedere tunc poſſit, debet habere acta.
Teſtis incidenter in iudicio aperiens crimen, reddit illud publicum iuris.
Et hoc etiam ſi examinetur in iudicio ciuili.
Ex confeſſione extraiudiciali Reus redditur famoſus.
Confeſſio extraiudicialis facta Iudici non ſedenti pro Tribunali, ſufficit ad Reum conſtituendum.
40. *Delictum notorium non requirit probationem Famæ.*
41. *Indicia euidentia delicti vbi ſunt, non requiritur probatio Famæ.*
42. *Ad mandatum Generalis abſque Fama probata poteſt iuxta aliquos ſpecialiter inquiri.*
Reprobatur talis opinio.

29. Poſtquam de Inquiſitione generali *Textus* loquutus eſt aggreditur nunc loqui de ſpeciali, quæ cum *Paſſerino* poteſt definiri, (a) quod ſit. *Inueſtigatio certi delicti, & certi Delinquentis facta à Iudice in ordine ad publicam vindictam*; & in hoc differt à generali, quia hæc eſt de delicto, & Delinquente incerto, *Specialis* verò eſt cumulatiuè de certo delicto, & Delinquente; vel de certo delicto, ac incerto Delinquente, quæ eſt ſpecies Inquiſitionis mixtæ, vt dictum eſt, quæ tamen reducitur ad Inquiſitionem ſpecialem. Deducitur porrò iſta ex Inquiſitione generali tum paterna, tum iudiciali, quando ſcilicet Prælato, vt Patri, vel vt Iudici reuelatur aliquod crimen à multis. Hoc verò poteſt contingere dupliciter, puta, vel quod reueletur ſolum delictum; vel reueletur ſimul Delinquens, & delictum, vt eſt in delictis facti tranſeuntis, in quibus non poteſt dari ſcientia delicti ſeparata à notitia Delinquentis regulariter.

30. Hoc ergo adnotato dicitur, quod *Specialis Inquiſitio, quæ ex generali deducitur, niſi infamia præceſſerit, per duos ſaltem Teſtes legitimos, initio proceſſus, probata, nullo modo fieri poteſt, & acta aliter facta nulla ſunt. Textus* iſte non quadrat, caſu quo Inquiſitio generalis ſit iuridica; cum enim vt alias diximus in iſta examinentur Viſitati cum iuramento, ſi plures ex illis deponunt de delicto, & Delinquente de viſu, non ſolùm probant famam, ſed etiam formaliter delictum, & Delinquentem; ita vt ſi ſint conteſtes, & integri, non tantùm ſufficiant ad conſtituendum Reum, ſed faciant etiam ad condemnandum. Si verò ſint multi, & de auditu, iam fama remanet probata, & ſecurè poteſt Iudex procedere ad inquirendum ſpecialiter, examinando Teſtes contra infamatum. Conuenit ergo, quando generalis Inquiſitio eſt in foro paterno, & in ea Prælatus audit vigere aliquod delictum, & hoc à multis intelligit, Tunc licet Viſitati nec intendant, nec inſtent, quod Prælatus procedat, vt Iudex, ipſe tamen ex eo, quod ex tot relationibus cognoſcit, delictum eſſe famoſum, debet, pro bono Religionis, procedere ad punitionem, vt Iudex. Debet autem proceſſum incipere iuxta formam, quã dabimus in Secunda parte huius Operis,

ris, & duos Teſtes examinare ſuper Fama, cauendo ab interrogationibus ſuggeſtiuis; & etiam, pro Fama probanda aſſumere debet Religioſos, qui magis ſint graues, & informati de auditu, reſeruando Teſtes de viſu pro delicto probando. Sciendum autem, quod non arctatur Iudex ad probandam infamiam, ſed ſuffiсit, quod probet elamoroſam inſinuationem. Porrò inter iſtas hæc eſt differentia, prout optimè docet *Paſſerinus*, (*a*) quod infamia publica eſt illa, quæ viget in loco, vbi eſt Iudex, & quæ ſibi eſt per ſeipſam cognita. *Clamoroſa* autem *inſinuatio* eſt Infamia, quæ per ſe non eſt Iudici manifeſta, ſed frequenter illi inſinuata. Si ergo, extra actum Viſitationis, ipſe Iudex in Conuentu, in quo eſt, in familiaribus colloquijs audit, Fratres loquentes publicè de aliquo delicto commiſſo in illo, vel alio Conuentu, iſta propriè eſt Infamia. Si verò ad Prouincialem accedant aliqui ſecretò, dicentes; in tali Conuentu tale delictum accidiſſe, exaggerādo ſcandalum ſequutum, vel de illo per litteras repetitas eſſe informatum, non per modum Denunciationis, ſed ſimplicis relationis, tunc dicitur *clamoroſa inſinuatio*. Sufficit ergo, quod antequam procedat ad Inquiſitionem ſpecialem, Iudex probet vel *infamiam*, vel *clamoroſam inſinuationem* contra infamatum. Et iſta probatio infamiæ ante ſpecialem inquiſitionem per multos Canones (*b*) eſt ita iniuncta, quod de iure antiquo, ſi Iudex eam non præmittebat, Inquiſitio ſpecialis reddebatur nulla. Sed correctum fuit ius antiquum à *Bonifacio Octauo*, qui in duabus Decretalibus (*c*) ſtatuit, quod ſi Iudex ſpecialiter contra aliquem procedendo per Inquiſitionem omittit probationem infamiæ, & Reus in principio proceſſus, non opponit hanc exceptionem, proceſſus ſit nihilominùs validus. Vndè aduertunt ibidem duæ *Gloſſæ*, (*d*) quod talis probatio famæ non eſt de ſubſtantia, niſi Reus excipiat in principio proceſſus, vt etiam ſubiungit *Textus*. *N. ſi Reus præſens de huiuſmodi probatione non excipiat.*

31. Quia verò difficillima eſt probatio veræ Infamiæ, ita vt, ad eam probandam rectè, vix ſufficerent Teſtes, qui eſſent *Iuriſperiti*, vt ſcripſit *Clarus*, (*e*) tum quia probare oportet, quod ortum habuerit non à maleuolis, ſed à prouidis, & honeſtis, vt habent *Decretales Innocentij*, & *Calixti*, (*f*) tum quia fama debet eſſe conſtans, ſolida, & durans apud graues, & probos viros, & non ſufficit, quod aliquando fuerit apud malos, leues, & inconſideratos, vt tenuit *Rota*, (*g*) & ideò Iudex debet attendere cauſam originis infamiæ, & non tantùm numerum perſonarum, apud quos viget; & non ſufficit conſiderare, *quod* dicitur, ſed *vnde*, *à quibus*, & *qualiter* dicitur, cum certum ſit, plures innocentes vulgi opinione perijſſe, vt ait *Paſſerinus*; (*h*) ideo *Inquiſitio ſpecialis* contra Reum per viam infamiæ receſſit ab aula, vt dicit *Clarus*, (*i*) & alij; &, eius vice, Iudices vtuntur *Inquiſitione generali*, aut *mixta*.

32. Et quia ſcio plures inter regulares alioquin doctos, quia in re criminali non ſunt verſati, ſuper probatione Famæ multùm laborare, ideo totum hoc prò clara inſtructione, tradam. Sciendum ergo, quod aliud eſt probata Fama, Reum conſtituere, & contra eum ſpecialiter inquirere, ipſum examinando, & ſi accedant alia indicia vltra Famam, etiam torquendo; aliud eſt, quod Iudex motus à quali rumore, & fama imperfecta, incipiat proceſſum, examinando Teſtes ad probandum Corpus Delicti, & habendam notitiam Delinquentis, &, habita ſemiplena probatione, Reum conſtituere, & ipſum interrogare. In primo caſu, profectò iuxta Canones antiquos probari plenè debebat fama; & ſecundùm modificationem *Bonifacij*, de qua paulò ſupra dictum eſt, ſi Reus, antequam Iudici eum interroganti reſpondeat, excipiat, quod non conſtat de aliqua fama contra eum, & Iudex nihilominùs procedat ad vlteriora, proceſſus eſt nullus, quia fama non eſt probata. Si autem Iudex habens aliqualem informationem de delicto ſolo, aut delicto, & Delinquente moueatur ex officio ad ſumendas informationes ſuper delicto; examinando Teſtes de auditu; aut de viſu probando Corpus Delicti permanentis per *viſum*, & *repertum*, ſi adhuc remanet eius veſtigium; vel per eorum dicta ſi veſtigium nullum eſt; aut delictum eſt facti tranſeuntis; & poſteà examinando Teſtes ſuper Delinquente; & ita informata Curia, & habita, ſaltem ſemiplena, probatione, ipſum conſtituat; tunc nullo modo neceſſè eſt, quod Iudex probet aliquam vigere famam de Delicto, & vacuus eſt labor imperitorum Iudicum in ea probanda. Verùm eſt, quod in ſecundo caſu, in

quo Iudex dicitur procedere vel generaliter, vel mixtè, nunquam debet interrogare, niſi in genere, tum de delicto, & Delinquente, ſi procedit generaliter, quia delictum probatum non eſt, ſed de eo aliquam relationem audiuit Iudex; ſi verò procedit mixtè, quia delictum eſt publicum, debet inquirere in genere de Delinquente, vt ſupra dicit *Textus*.

33. Et pro maiori inſtructione imperitorum clarificemus rem exemplo. Audit pluries, & à pluribus extraiudicialiter Prælatus, quod *Caius* furatus eſt ſportam plenam quibuſdam rebus ad vſum *Titij*, quæ ſporta manebat in depoſito in Cella Vicarij Conuentus. Prælatus volens inquirere *ex officio* ſpecialiter per Infamiam, *examinat Lucium*, *& Seium* Teſtes, qui deponunt, quod in Conuentu eſt publica vox, & fama de furto commiſſo à *Caio*, quę fama eſt orta à *Fabio* viro graui *Magiſtro Nouitiorum*, & *Sixto* Confeſſario ſene. Examinat Iudex exinde Vicarium, an è Cella ſua aliquid fuerit ſublatum? Deponit ipſe, quod tali tempore ſublata fuit ei ſporta, quam apud ſe depoſuerat *Titius*; nec fracta fuit ianua, vel ſera Cellæ; vnde conijcit aſportatam fuiſſe per feneſtram, dum ipſe tali tempore, per tres dies, abfuit à Conuentu; & dicit famam publicam eſſe, quod factum fuerit commiſſum à *Caio*, qui eſt ſolitus furari; & de hoc fuit aliàs pœnitentiatus. In hoc caſu eſſet fama probata tum delicti, tum Delinquentis, & poſſet Iudex *Caium* inter Reos conſtitutum examinare, & etiam torquere ratione præſumptionis, quæ militat contra illum, eo quia de furto aliàs punitus fuit, & ſic diceretur Iudex ad *Specialem Inquiſitionem* venire, probata *infamia*. Sed hodie boni, & periti Iudices non ſic faciunt, ſed procedunt per Inquiſitionem generalem hoc modo. Accedunt ad Conuentum, & examinant vel omnes Fratres; vel aliquos ſibi benè viſos inquirendo, an aliquod delictum fuerit ibi commiſſum? Quale Delictum? Quomodo? & quando, & à quo? Habita fama delicti, quod ſcilicet fuerit ſurrepta ſporta è Cella Vicarij, qui habebat eam in depoſito à *Titio*, tali tempore, & eſſe famam in Conuentu, quod *Caius* fuerit Delinquens; Inquirit Iudex de Corpore delicti, examinat Vicarium, qui deponit; ſibi fuiſſe ablatam ſportam, tali tempore, dum fuit abſens; & quando redijt, & eam minimè in cella inuenit, ſe conqueſtum fuiſſe, & reperiſſe papyrum oppanſam feneſtræ (quàm clauſam in diſceſſu reliquerat, & reuerſus apertam inuenit) perforatam; quod indicio fuit Furem, perforaſſe ad immittendam manum, & aperiendam impannatam; & hæc viſa fuiſſe à *Lucio*, *& Seio*, qui viderunt deeſſe ſportam, quam, ante Vicarij diſceſſum, in ipſius cella, viderunt, & pariter impannatam perforatam, quam poſteà noua papyro, ad arcendum ventum, aptauit. Examinati iſti idem concorditer deponunt, & dicunt famam eſſe, quod *Caius* fuerit fur, & hoc audiuiſſe à *Sergio* in ſpecie, & *Fabio*, ac *Sixto*. Hos examinat Iudex, qui de fama, & de viſu reſpectiuè deponunt. Ecce probatum delictum, & Delinquens; & ſi eſt vnus tantùm Teſtis de viſu, erit tantùm ſemiplenè probatum delictum, vt factum à *Caio*. Optimè tum Iudex poterit *Caium* examinare, & etiam torquere, & etiam condemnare, ſi per integros Teſtes de viſu conuictus eſt. Nulla ergo in hoc caſu neceſſitas probandi famam. Quod ſi delicti remanet veſtigium, examinato vno Teſte, à quo Iudex ſimpliciter informatur, viſitat veſtigium illud, & per *viſum*, *& repertum* facit conſtare de Delicto, & poſt procedit ad inquirendum quis fuerit Delinquens. Si delictum eſt facti tranſeuntis, examinando Teſtes de viſu inquirendo delictum, probatum remanet per eorum dicta, tum Delictum, tum Delinquens cum in his regulariter non ſeparentur notitiæ delicti, & Delinquentis; & ſi delictum non eſt probatum legitimè, nunquam poteſt procedere ad Inquiſitionem de Delinquente, vt aliàs dictum eſt. Hæc ergo eſſet Inquiſitio generalis, quia in ea inquiritur de Delinquente, & delicto. Si verò delictum eſt publicum, vt repertum fractum oſtium Sacriſtiæ, & aſportati Calices, & neſcitur Fur; Iudex poteſt procedere per denunciationem, ſi ſibi facta eſt; vel, ſuppoſita extraiudiciali informatione, accedere ad Conuentum, viſitare Corpus delicti per *viſum*, *& repertum*, Teſtes examinare ſuper rebus furatis, & ſic, probato Corpore delicti, inquirere generaliter de Delinquente; & habita ſemiplena probatione per Teſtes, vel indicia, vel præſumptiones, vel coniecturas, iuxta exigentiam delicti, Reum conſtituere, examinare, &c. Et iſta eſſet *Inquiſitio mixta*, vt dictum eſt.

34. *Exceptis ſequentibus caſibus*. *Pri-*

mò

nò ſi ſint delicta exceptuata. Hic recenſentur caſus, in quibus Iudici neceſſarium non eſt, famam probare, ſed, habita aliquali informatione procedere ad Inquiſitionem ſpecialem. Sunt verò primò delicto *exceptuata*, quæ nempè non iudicantur ſecundùm regulas communes. Hæc porrò crimina ſunt ea, de quibus *in iure* Statutum eſt, vt de ijs inquiri poſſit, nulla infamia præcedente, vt dicunt multi *Doctores*, (l) vt crimen *læſæ Maieſtatis Diuinæ, vel humanæ*, vt Apoſtaſia à fide, Hęreſis, &c. (m) *homicidij perſonæ eminentis*, vt Epiſcopi, & à fortiori Cardinalis, reſpectu enim Cardinalis eſt crimen læſæ Maieſtatis, cum ſint pars corporis Papæ (vt ſcripſit *Gigas*, & *Clarus*, (n) ſicut & homicidium intimi Conſiliarij Principis, (o) reſpectu autem Epiſcopi eſt exceptuatum, ob excellentiam Dignitatis, vt ex *Soto*, & *Sayro* docet *Sgroy*. (p) Quia verò Prouinciales apud nos comparantur Archiepiſcopis, & Guardiani Epiſcopis, & Generales Patriarchis, vel Primatibus, vt aliàs diximus; ideò homicidium de aliquo ex iſtis eſſet etiam exceptuatum. *Subornatio in electionibus*, *Simonia*, *Sodomia*, *Sacrilegium in Monacha*, &c. Hæc ſunt crimina exceptuata vel ratione immanitatis delicti, vel quia tendunt in perniciem totius Reipublicæ. Vnde formari poteſt Regula, quod omne crimen atrociſſimum, vt parricidium, veneficium, &c. vel tendens primò in perniciem totius Reipublicæ, cenſeatur ſic exceptuatum: vt furtum de publico ærario, graſſationes viarum, monopolia dardanariorum ad victualia magis carò vendenda, (q) & ſimilia, quæ per ſe publico ſunt nociua, vt ex *Soto* concludit *Rodericus*. (r)

35. *Secundò. Si crimen in iudicio committitur, vt ſi Teſtis falſum deponit*, negando, verbi gratia, fuiſſe tali tempore in tali loco, dum contrarium per plures conteſtes, in eodem proceſſu, conſtat; & poteſt Teſtis falſus, non ſolùm conſtitui, ſed etiam ſententiari; *Actor calumniosè agit*, ex hoc enim, quod non probat, calumniari præſumitur, vt dicitur in iure, (s) & ita contra eum, ſic Reum in iure præſumptum, inquiritur. Hoc modo, etiam contra *Notarium Criminalem*, qui acta vitiauit procedi poteſt, crimen quippè in iudicio commiſit.

36. *Tertiò. Si delictum committatur notoriè coram Iudice, & Teſtibus*; vt ſi in confrontatione Teſtis cum Reo, ipſe Reus Teſtem percuteret, aut blaſphemaret; tunc enim poteſt Delinquens oretenùs incontinenti examinari, & condemnari, ita ſentiunt *Doctores*; (t) Sed ſi negat in examine ſe commiſiſſe delictum; Debet conuinci per Teſtes. At ſi nullus Teſtis adeſt præter *Notarium*, vt eſt de conſuetudine, quando examinatur Teſtis, vel Reus; Dico, quod licet ipſe neget, tamen ſi *Notarius* crimen (vt debet) in actis ſcripſit, crimen eſt plenè probatum; conſtat enim, & eſt notorium Iudici, & per inſtrumentum *Notarij*, facientis tunc plenam fidem, Reus remanet conuictus, & ideò debet Iudex eum condemnare *incontinenti* pronundo ſententiam, & *hoc incontinenti durat per tres dies*, & meliùs eſt, quod Iudex differat, poſt duos ſaltem dies, ferre ſententiam, ne videatur præcipitata, & ſine debita cauſæ cognitione, quæ ex hoc redditur nulla, vt multi *Canoniſtæ*, & *Iuriſtæ* (u) ſcribunt.

37. Difficultas porrò naſcitur in hoc caſu, quia apud nos Prouincialis, & à fortiori Delegatus nequit ferre ſententiam, niſi cum conſilio, & conſenſu Diffinitorij, vt dicit *Textus* infra, (x) concorditer cum Statutis. Demus ergo, quod vel Teſtis, vel Reus, in examine peccet delicto, cui debeatur pœna carceris, vt grauis percuſſio facta *Notario*, aut Iudici, quomodo poterit Iudex *incontinenti* ſe ſolo condemnare ad pœnam debitam, ſi Diffinitorium haberi non poteſt intra tres dies, qui veniunt ſub nomine *incontinenti*? Reſpondeo, quod iſte caſus eſt exceptus, & non comprehenditur ſub generali diſpoſitione, qua ordinatur ſententiam ferri debere cum conſilio, & voto Diffinitorij. Ratio eſt, quia tum Statuta, tum *Textus* loquuntur de ſententia finali, per quam tota cauſa terminatur; iſta verò eſſet potiùs interlocutoria, & decretum Iudicis incidens in cauſa, quàm ſententia finalis; nec in hoc periculum eſt, quod Reus poſſit grauari, eo quia à tali interlocutoria benè poſſet condemnatus appellare, eo quia æquiualet diffinitiuę, cum agatur de pœna irretractabili, quæ nequit per diffinitiuam reparari, vt aliàs dictum eſt. Vnde ſi quod grauamen adeſſet, interpoſita appellatione poſſet à *Iudice*, *à quo* reparari. Verùm eſt, quod ſi Reus appellaret, Iudex nihilominùs poſſet Reum carcerare ad cuſtodiam; cum enim ſupponamus commiſiſ-

ſe

Digitized by Google

ſe delictum, cui pro pœna carcer debetur, ſemper eſt ſuſpectus de fuga, & ita poteſt, non obſtante appellatione, in carcere cuſtodiri.

38. *Quartò. Si habeatur confeſſio iudicialis facta cum iuramento, ſiue ſit coram Iudice competente, ſiue non; ſiue facta ex profeſſo, ſiue incidenter; ſiue ſit delicti circumſtantia, ſiue aliud diſtinctum.* Hæc regula traditur à *Canoniſtis* (z) communiter, & ad hoc, quod benè intelligatur, ipſam clarificabimus exemplo. *Caius* Regularis confitetur coram Iudice Regulari ſe vulneraſſe *Seium* ad defenſionem; qui *Seius* cum eſſet inimicus *Caij*, ipſum manu armata aggreſſus eſt. Interrogatus de cauſa inimicitiæ; fatetur *Caius*, quod in camera *Seij* nonnullas res furatus eſt, ex qua cauſa facti ſunt inimici. Tali caſu *Caius* confeſſus eſt furtum *coram Iudice competente*. Faciamus, quod *Seius* vulneratus ſit Laicus Sæcularis, & *Caius* Regularis ſit captus, & examinatus per Iudicem Laicum; & idem, quod ſupra confeſſus ſit. Tunc *Caius* confeſſus eſt crimen coram Iudice non competente. In tali ergo caſu, ſiue confeſſio delicti *facta ſit ex profeſſo* (vt eſt in exemplo allato, quia furtum eſt cauſa inimicitiæ, & inimicitia cauſa percuſſionis,) *ſiue incidenter*, vt ſi *Caius*, narrando factum, diceret, dum redirem noctu, ſiue ante Solis ortum ſolus, de domo *Phrinis*, vbi cubaueram, *Seius* manu armata aggreſſus eſt me (hæc quidem confeſſio criminis Apoſtaſiæ nocturnæ, & fornicationis eſſet ex incidenti, quia nil influit in vulnerationem) *ſiue ſit delicti circumſtantia*, vt ſi *Caius* diceret vulneraui piſtoletto vnius palmi (hoc eſt circumſtantia vulnerationis, quæ tamen aliud delictum importat, cum ſola delatio talium armorum ſit crimen vt ſuppono,) *ſiue ſit aliud diſtinctum*; vt eſt fatendo furtum, quod fuit cauſa inimicitiæ; in tali inquam caſu Iudex competens poteſt, ſine infamia præcedente, ſpecialiter contra *Caium* inquirere.

39. Aduerto autem, quod talis confeſſio facta coram Iudice, etiam incompetente, non tantùm ſufficit ad inquirendum, ſed etiam ad torquendum Reum, cum hac tamen limitatione, quod talis confeſſio non ſit facta vi, vel metu tormentorum, vt poſt multos tenet *Clarus.* (a) Ad hoc vero, quod Iudex competens poſſit procedere ex confeſſione facta coram incompetenti, oportet, quod ſibi præſententur acta authentica, per quæ probetur confeſſio facta, vt docet *Abbas:* (b) vel quod per Teſtes probetur talis confeſſio, vt fit de extraiudiciali; aliter procedere non poteſt, quia ſibi minimè conſtaret. *Ac etiam ſi in iudicio conſtet Iudici per depoſitionem Teſtium, etiam ſi incidenter, commiſſum eſſe crimen, tunc illa notitia, quæ induit rationem ficti Accuſatoris, infamiam ſupplet, & aperit viam Iudici ad Inquiſitionem ſpecialem in alio proceſſu formando, ſi delictum ſit à principali diſtinctum.* Fundatur hæc regula in hoc, quod, per depoſitionem talis Teſtis, illud crimen fit publicum iuris, vt aiunt *Doctores*: (c) & regula hæc quadrat, etiam ſi Teſtes deponerent in iudicio ciuili, quia ex tali depoſitione poſſet Iudex ordiri telam criminalem, vt cum multis docet *Clarus*. (d) *Tandem, ſi quis confeſſus ſit crimen extraiudicialiter coram multis, & hæc iactatio per duos Teſtes conteſtes probetur.* Ratio autem iſtius eſt, quod tali confeſſione ſic facta, Delinquens redditur famoſus, vt dicunt *Doctores*. (e) Immò ſi quis Iudici non ſedenti pro Tribunali, nec in actu iudicij, ſed tanquam perſonæ priuatæ, extraiudicialiter, delictum aliquod confiteatur, talis confeſſio, ſi ſit veriſimilis, non exorta per vim, & metum, aut emanata calore iracundiæ, aut ebrietatis, ſufficit non tantùm ad inquirendum in ſpecie, ſed etiam ad torquendum, vt cum alijs dicit *Clarus*, qui teſtatur de communi. (f)

40. *Quintò. Si delictum ſit ità euidens, & notorium, quod nulla poſſit tergiuerſatione celari, vtpotè ſi fiat coram Conuentu, vel maiori parte illius.* Hoc eſt notorium facti, de quo aliàs diximus, ſicut etiam de notorio iuris, & quomodo ſit in eo procedendum. *Etiam ſi accidat aliquando delictum euidens eſſe, & ignorari Auctorem. Tunc enim ſine famæ probatione*, puta formali, ſed tantùm ex alicuius informatione, vel indicio, *poteſt contra Authorem inquiri*. Sed ſi nulla eſſet ſuſpicio, aut indicium contra aliquem, oporteret procedere per inquiſitionem mixtam, in qua, ſuppoſito citato delicto, inquiritur generaliter contra Delinquentem. *Non tamen poterit condemnari, niſi duo ſaltem Teſtes*, puta de viſu, ac integri, *de criminis patratione deponant*.

41. *Sextò. Si euidentia adſunt indicia de patrato delicto, & illa congruenter probata ſint, vt ſi factum ſit furtum iam notorium,*

Fur

Fur autem ignoretur, inueniantur tamen aliqua apud Fratrem, quæ furtum indicent, poterit Iudex, ſine fama, ad Inquiſitionem contra talē Furem deuenire. Hoc indicium, de quo loquitur *Textus*, non tantùm ſufficeret ad inquiſitionem ſpecialem, ſed etiam ad torturam. vt habetur expreſsè infra, (g) *Item ſi de commiſſo crimine adſit in communitate, vel eius maiori parte vehemens ſuſpicio contra aliquem, poteſt Iudex contra illum ſpecialiter inquirere*, & non ſolùm hoc, ſed etiam torquere, quia ſuſpicio vehemens naſcitur ab indicio graui, vbicumque autem interueniunt, (probato, ſiue euidente Corpore delicti) indicia grauia, ſemper eſt locus torturæ, vt aliàs ex *Textu* demonſtrabimus.

42. *In his omnibus caſibus ſine præcedenti infamia procedi poteſt. Sicut etiam dum per Accuſationem, Denunciationem, vel Exceptionem proceditur.* His addi poteſt alius caſus, nempè ſi Generalis ſcriberet Prouinciali, vt ſpecialiter inquireret contra aliquem, quia ſibi conſtat de delicto commiſſo. Hoc tenet *Sgroi*, cui ſubſcribit *Paſſerinus* argumento cuiuſdam *Gloſſæ*. (h) Sed hoc valde dubium eſt, & periculoſum. Quia aliquando ex falſa relatione poteſt perſuaderi Generalis nimis credulus, & infamari honeſtus Religioſus, propter formationem proceſſus contra eum incepti, & etiam elongari à Dignitate, quàm ſuis meritis ſperat in Capitulo imminenti, & hoc propter malitiam æmulorum, qui amicitia, & facilitate Generalis abutentes, ipſi impoſuerunt ſomniatum crimen, ad nocendum proximo. Nec *Gloſſa* illa concludit intentum, quia loquitur de Papa committente contra aliquem inquiri, vnde non poteſt extendi ad Generalem, qui licet ſit Princeps in Religione, non tamen eſt ſolutus lege Canonica, vetante inquiri contra non infamatum. Et licet *Gloſſa* illa hoc extendat ad Epiſcopos, non eſt tenenda, quia nititur falſo fundamento, *Canones* enim quos citat (i) primus expreſsè loquitur in caſu publicæ Accuſationis per famam. Secundus loquitur in caſu, quo Denunciator conſtitutus ab Epiſcopo denunciet, vt patet legenti. Proindè extenſio *Gloſſæ* eſt impertinens, & ita neque ſubſiſtit fundamentum *Sgroi* arguentis à pari ab Epiſcopis ad Generales. Falſam proindè reputo illam concluſionem.

T E X T V S.

§. VIII. Iuramentum exhibeat Teſtibus, dum ſpecialiter inquirit, ſecus acta ſunt nulla. Sacerdotibus quidem, tacto pectore, reliquis verò tactis Sacris Scripturis, vt moris eſt. In hac ſpeciali Inquiſitione, ac etiam in omnibus alijs actibus ad contentioſum forum ſpectantibus (paterno foro excepto) Iudex Secretarium, ſeu Scribam peritum, & fidelem ſibi eligere debet, qui omnia cauſæ merita in ſcripta redigat, quem Notarium, ex indulto Apoſtolico creet, ab eoque iuramentum fidelitatis excipiat, cuius in ipſo proceſſu monumentum appareat, vt vel hac ratione legitimus ſit proceſſus. Aſſumere enim duos Aſſeſſores ad Teſtium, & Rei depoſitiònes recipiendas, nec Religioni honorificum, nec cauſis, vt plurimum, vtile euadit, in quibus ſilentium maximè commendatur. Niſi hanc aſſiſtentiam in repetitione Teſtium, in tortura, in ratificatione poſt torturam, vel in aliquo notabili cauſæ actu, Iudex expedire cognouerit. Ad hæc ad ſpecialem Inquiſitionem ex Officio deſcendi non poteſt, niſi conſtito priùs de Corpore delicti, iuxta formam inferiùs aſſignandam.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

43. *Teſti non iurato non creditur.*
Iuramentum Teſtis, quid importet.
Iuramenta Sacerdotum antiquitùs, quomodo præſtabantur.
Clerici non poterant olim adſtringi ad iurandum.
Iuramentum de calumnia nunc etiam Epiſcopis dandum. Sa-

Sacerdotes debent iurare tacto pectore.
Laici iurant tactis Sacris Scripturis.
Iurari poteſt per tactum rerum Sacrarum.
44. *Creatio Notarij eſt de ſubſtantia iudicij.*
Acta ſcribi debent per perſonam publicam.
Si non conſtet de creatione Notarij, proceſſus poteſt impugnari vt nullus.
Scriptura Notarij æquiualet duobus Teſtibus.
Contractus ciuilis requirit præſentiam Teſtium, vt ſit validus.
Creatio Notarij facienda coram Teſtibus.
45. *Paſſerinus impugnatur.*
46. *Notario aſſerenti ſe iuraſſe, ſi deſunt Teſtes, non debet credi.*
In viſitatione Corporis Delicti adhibendi ſunt Teſtes.
Inſtrumentum factum à Notario contra ſe *valet*, pro ſe *non valet*.
In omni Prouincia expedit creari Notarios publicos Religioſos.
Conditiones requiſitæ in Religioſo, vt poſſit creari Notarius.
Baſtardus non diſpenſatus nequit eſſe Notarius.
Forma creandi Religioſum Notarium.
48. *Notarij Religioſi poſſunt authenticare informationes pro ingredientibus Ordinem.*
Authenticare Bullas, & Priuilegia Apoſtolica.
Item authenticare acta ad Religionem ſpectantia.
Item inſeruire Conſeruatoribus in actibus ad defenſionem Religionis.
49. *Quare B. Pius V. conceſſit regularibus creationem Notariorum.*
A proemio colligitur mens Statuentis.
Finis creationis Notariorum Religioſorum.
50. *Conſeruatores non obligantur ad ſumendos Notarios de Curia Epiſcopi.*
Neque etiamſi hoc cautum eſſet in Synodo.
Conſeruator nequit mutare Notarium, quem ſemel elegit, niſi cum cauſa.
51. *Aſſeſſores in iure qui ſint.*
Vocantur Conſiliarij.
Eos adhibere in Religionibus vtile.
Aſſiſtentes in iudicio accire, non decorum, aut vtile euadit.
In cauſa graui Iudex poteſt vti Aſſiſtentibus.

43. I*Vramentum exhibeat Teſtibus Iudex dum ſpecialiter inquirit.* Hoc vtique iuri *(l)* conſonum eſt, nec vni enim, nec minimè iurato Teſti aliquid in iudicio, in præiudicium alicuius, creditur *quantumcunque Religioſus exiſtat* Teſtis, vt ait *Honorius Tertius*, *(m)* vnde illud *Satyrici*. *(c)*

Quamuis iurato metuam tibi credere Teſti.

Prout verò ex quadam *Gloſſa (n)* habetur, quæ plura iura adducit, debent iurare, quod non pretio, amore, odio, timore, aut alio commodo dicent Iudici omnem veritatem, quam ſciunt pro vtraque parte, ſiue interrogati, ſiue non, & nullam interferent falſitatem; *Secùs acta ſunt nulla*. Hoc verò non ſolùm verùm eſt in ſpeciali Inquiſitione, ſed etiam in generali, ac omni alia via iuridica, vt ſupra diximus. *Sacerdotibus quidem tacto pectore*. Antiquitùs in tanto honore fuit Sacerdotum Dignitas, vt nulla cauſa, præter quàm, *pro fide recta*, iurare cogerentur, ſed ad plus *per ſanctam Conſecrationem* eorum interrogabantur, vt dicunt multi *Canones: (o)* & eorum confeſſio non debebat eſſe extorta, ſed ſpontanea; quod priuilegium non iurandi etiam ad ſimplices Clericos vniuerſaliter à *lege Cæſarea* fuit extenſum. *(p)* Sed de iure nouo iuramentum, præſertim calumniæ, datur, non tantùm Clericis minoribus, ſed etiam Epiſcopis. *(q)* Verùm quidem eſt, quod *Sacerdotibus tacto pectore datur* in ſignum Dignitatis, & reuerentiæ ad diſtinctionem cæterorum, qui debent iurare *tactis Sacris Scripturis, vt moris eſt*, & *Nicolaus Papa (r)* reſpondit; poſſet etiam iurare tacta Cruce, Reliquijs, vel alijs ſacris rebus, vt habetur ex quodam *Canone*, *(s)* in quantùm iſta ſunt relata ad Deum, per quem ſolùm iurare oportet, vt notat *Abbas*.

44. *In hac ſpeciali Inquiſitione, ac etiam in omnibus alijs actibus ad contentioſum forum ſpectantibus (paterno foro excepto,)* qui debet eſſe omninò ſecretus pro nutrienda filiali confidentia Subditi erga Prælatum, *Iudex Secretarium, ſeu Scribam peritum, & fidelem ſibi eligere debet, qui omnia cauſæ merita in ſcripta redigat, quem Notarium, ex indulto Apoſtolico creet; ab eoque iuramentum fidelitatis excipiat*. Promiſimus aliàs dare formam creandi *Notarios*, & alia expendere, quæ ad hoc faciunt. Dico ergo, quod creatio legitima *Notarij*, pro ſcribendis actibus iuridicis, eſt de ſubſtantia

tia iudicij, ita vt proceſſus optimè impugnari poſſit, tanquam nullus, ſi non conſtet de huiuſmodi creatione, per actus authēticos. Habemus enim per diſpoſitionem Conciliarem, (*u*) quod omnia acta in iudicio debent ſcribi per *perſonam publicam*, qui eſt *Notarius*, qui eſt perſona publica, vt ex iuribus, quæ citat Additionator (*x*) ad illud Capitulum, euidenter deducitur; in cuius defectu, acta per duos viros idoneos fideliter debent conſcribi. Ex quibus probat ibi *Gloſſa*, quod ſcriptura *Notarij* æquiualet duobus Teſtibus, ratione iuramenti fidelitatis, quod ipſe præſtat in ſua creatione. Sequitur ergo, quod ad hoc, quod proceſſus validi ſint, oporteat, quod vel per duos ſcribantur, vel per vnum, qui *Notarius* ſit, modo legitimo inſtitutus, & de tali inſtitutione legitimè appareat, aliter *non præſumatur pro proceſſu, niſi quatenus in cauſa legitimis conſtiterit documentis*, vt concludit prædicta *Decretalis*. Ratio eſt, quia acta in tantùm ſunt authentica, in quantùm ſunt per *Notarium* ſcripta; & in tantùm *Notarius* eſt legitimus, in quantùm eſt legitimè inſtitutus; & in tantùm eſt legitima inſtitutio, in quantùm eſt probata, aut probabilis per Teſtes; non enim talis inſtitutio eſt quid criminale, ſed eſt actus ciuilis, & habet ſpeciem contractus, in cuius probationem non ſufficit ſcriptura *Tabellionis*, ſed requiritur præſentia, & ſubſcriptio Teſtium, vt dicitur in quodam *Authentico*. (*z*) Sequitur ergo, quod creatio *Notarij* coram Teſtibus fieri debeat, aliter non conſtat de eius legalitate, & conſequenter non erunt authentica acta proceſſus per eum ſcripta. Scio quidem pleroſque Regulares non eſſe ſolitos adhibere Teſtes, quando creant *Notarium* ad acta ſcribenda; ſed ſcio etiam maiorem partem proceſſuum eſſe nullam inter Regulares, quia, vt plurimum, peccant in ſubſtantialibus. Hoc non faciunt docti, & cordati Iudices Regulares, quorum plures agnoui, vt enim appareat legitimè de perſona *Notarij*, adhibent Teſtes, dum eum inſtituunt,

45. Et miror doctiſſimum *Paſſerinum* (*a*) dicere eſſe contra praxim, quod Actuarijs detur iuramentum fidelitatis, & eſſe tantùm opinionem aliquorum, quod dari debeat (licet ipſe poſteà conſulat, quod bonum eſt, & magis ſecurum, quod præſtent iuramentum,) quia nullus eſt inter nos Iudex ità imperitus, qui tale iuramentum omittat; & non eſt bonum tantummodò; ſed neceſſarium; & non ſpectat ad ſolemnitatem, ſed ad ſubſtantiam publici, ac legitimi iudicij. Omittamus, quod in citata *Decretali Conciliari* expreſsis verbis ſancitur, vel de adhibendo *Notario*, (qui proindè eſt, ac Scriba vel Actuarius iuratus) vel de adhibendis duobus Scriptoribus ad actorum valorem. Oro, quare de ſubſtantia iudicij eſt, quod nemo condemnetur, niſi citatus, conuictus, & defenſus? Quare vni Teſti quamuis iurato, vel mille non iuratis non creditur, in iudicio ad condemnationem, & hoc de ſubſtantia? Profectò, hæc omnia ſunt, ne Innocens condemnetur, aut irreparabiliter lædi poſſit: vndè quidquid per ſe facit ad Rei tutelā, cenſeatur eſſe de ſubſtantialibus iudicij. Sed à quonam Reus magis poteſt lædi, quam ab Actuario, aut falſificando acta, aut reuelando Parti, quæ ſecretò debent cuſtodiri ante publicationem actorum? Profectò plus poteſt nocere malus Actuarius, quàm falſus Teſtis. Si ergo omnia iura volunt, quod Teſtis ſit iuratus ad hoc, vt ſuum teſtimonium valeat, ne poſſit liberè nocere, falſum dicendo, & ideò iuramento vinculatur; & debebit valere ſcriptura Actuarij non iurati, per quem maius damnum poteſt euenire Reo? Et hoc non erit ſubſtantiale ad proceſſum authenticum?

46. Nec valet vllo modo, quod Actuarius, in principio Proceſſus, dicat, ſe dediſſe iuramentum de munere fideliter exercendo in manu Iudicis: quia ipſi poteſt dici id, quod dicebant Iudæi contra Dominum Ieſum Chriſtum. *Tu teſtimonium perhibes de te ipſo, teſtimonium tuum verum non eſt*. Et reuera ſtupendum eſt, quod, vt credatur, conſtare de Corpore Delicti permanentis, cum ſuis qualitatibus, (quæ, cum permanentia ſint, poſſunt aliunde iuſtificari) adhibendi tamen ſint, præter Iudicem, & *Notarium*, duo Teſtes, qui etiam examinari debent, vt ſupra determinatum eſt, & ex alia parte debeat credi ſoli *Notario*, & Iudici abſque Teſtibus, quod ipſe ſit legitime inſtitutus, per exhibitionem iuramenti, quæ eſt quid facti tranſeuntis, & quæ nullo modo, quàm per Teſtes, poteſt probari. Quod ſi dicas, quod Corpus Delicti eſt fundamentum Proceſſus, ideo debet benè ſubſtantiari per Teſtes; & quod Teſtes iurant coram ſolo Iudice, & *Notario* apud Nos, & tamen creditur *Notario*

teſtanti,illos iuraſſe. Ad primum reſpondeo, quod etiam totum fundamentum ſcripturæ authenticæ proceſſus eſt, quod fuerit ſcripta per legitimam perſonam, ergo,ad ipſam probandam talem, requiruntur Teſtes, vt in probando Corpore, & qualitatibus delicti. Ad ſecundum, dico, quod non eſt par ratio, quia *Notarius*, ſcribens de iuramento Teſtium,iam ſupponitur fuiſſe legitimè inſtitutus, & teſtatur de facto alieno, ideo plenè probat iuramentum illorum; ſed quando teſtatur ſe iuraſſe, non apparet, (ſi deſunt Teſtes) legitimè de eius inſtitutione; nec ſolum dictum, vel teſtimonium Iudicis ſubſcribentis ſufficit, ſicut non ſufficit, quod pronunciauerit, & ſubſcripſerit Sententiæ in præſentia *Notarij*, niſi adſint Teſtes, vt aliàs dicam; & tandem *Notarius* teſtatur de facto proprio, quod non ſubſiſtit; quia licet Inſtrumentum factum à *Notario* contra ſeipſum valeat, & probet,ſicut ſi eſſet rogatum inter Partes, vt dicunt *Baldus*, *& Alexander (b)*; non tamen probat Inſtrumentum ab ipſo factum in fauorem ſui, vt ſcribit *Signorolus*;*(c)* & ſic eſt in caſu noſtro, in quo,ad fauorem ſui,teſtatur *Notarius* ſe iuraſſe.

47. Ex dictis ergo apparet, eſſe de neceſſitate,ad hoc, quod conſtet de legalitate Actorum, quod Iudex Regularis,in principio Proceſſus (ſi non habet *Notarium* publicum à Prouinciali, ſiue Generali inſtitutum, iuxta facultatem factam ipſis à *B.Pio Quinto (d)* de qua aliàs diximus) ſeligat Actuarium idoneum, & in præſentia duorum Teſtium, qui debent poſtea ſubſcribere tali actui, det illi iuramentum fidelitatis, iuxta formam, quam damus in *ſecunda parte* huius Operis. Optimum tamen eſt, quod quilibet Prouincialis in ſua Prouincia habeat huiuſmodi *Notarios* publicos, per quos poſſint authenticari omnes actus publici ad Religionem ſpectantes,tum intra, tum extra eam. Et vt ſciant quomodo in hac graui, & importanti materia ſe debeant gerere, hæc damus ex *Peyrino (e)*. Primò debent eligi Religioſi, qui ſint moribus probati, ac Fide, & Doctrina idonei, vt requirit *Papa* in *Conſtitutione* prædicta §. 2. proinde ad tale munus non poteſt aſſumi baſtardus, qui nou ſit rehabilitatus à Prælato, vt ex *Muſto*, *Peyrinus (f)*. Doctrina porrò debet eſſe non in Philoſophicis, & Theologicis, quæ parùm faciunt ad hoc munus, ſed in cognitione neceſſariorum ad validitatem Inſtrumentorum, & clauſularum ſubſtantialium, pro quibus videri poteſt *Nicaſius*, *Practica Papienſis*, *Practica Vicecomitis*, & ſimiles Authores, qui de munere *Notarij* ſcribunt. Secundo debent coram Teſtibus idoneis, ad hoc ſpecialiter vocatis,genuflexi,ante Prælatum dare iuramentum fidelitatis, quod eſt de ſubſtantia in creando *Notario*, vt ſcribit *Aldrete (g)*. Forma autem iuramenti poteſt eſſe iſta. *Ego N. promitto, & iuro Deo Omnipotenti. Sanctiſs.D.N. Papæ N. regnanti, & tibi Patri, quod fideliter meum Officium excercebo in omnibus, & per omnia, ad hæc Sancta Dei Euangelia (h)*, quæ debent teneri in manibus Prælati,& tangi à Iurante. Prælatus exinde debet illi porrigere calamum dicendo. *Accipe poteſtatem notificandi, & intimandi in iſta Prouincia quibuſcumque Perſonis, etiam Regibus, mandata, indulta, ac priuilegia Apoſtolica iuxta Bullam ſan.mem.B.Pij Papæ V. faciendique publicos actus, & Inſtrumenta ad noſtram Religionem ſpectantia. In Nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti.* Tertiò debet actus electionis, ſiue creationis huiuſmodi deſcribi in Libro Prouinciæ, in quo regiſtrantur Acta Capitularia hoc modo. *Anno N. menſe N. die N. in Conuentu N. ab Adm.R.P. Miniſtro Prouinciali N. iuxta conceſſionem B.Pij V. fuit in præſentia N., & N. Teſtium in debita forma,creatus Notarius Religionis P.N. qui ſibi elegit ſignum infra notatum,pro ſigno publico ſui Tabellionatus*, Et debet ſubſcribere primo Prouincialis, ſecundo Teſtes, & tertio *Notarius*, qui ſignum Tabellionatus ſui debet ibi apponere; & hoc fit, vt ex Archiuio Religionis poſſit, in facti contingentia, docere *Notarius* de legalitate ſuæ perſonæ, & Scripturarum. Diploma tandem prædictæ creationis debet condere Prouincialis, & dare *Notario*; vt fit cum Doctoribus, quibus à *Cancellarijs Vniuerſitatum* dantur Diplomata, quæ communiter vocantur *Priuilegia Doctoratus*, ad hoc, vt poſſint in iudicio, in facti contingentia, probare, ſe Doctores eſſe, exhibendo talia Priuilegia. Prouincialis ergo debet in tali Diplomate mentionem facere de facultate creandi *Notarios* facta à *B. Pio V.* Prouincialibus Miniſtris, & quod, in vim illius, creauerint publicum *Notarium*, pro Religione,in forma conſueta, & in præſentia N. & N. Teſtium P.N. virum moribus

pro-

probatum, fide, & doctrina præſtantem; & debet Sigillum magnum Prouinciæ apponi; & ad maiorem ſolemnitatem cenſerem, optimum eſſe, tale Diploma in membrana, ſiue pergameno exarare, & Sigillum pendens in cera, vt moris eſt, appendere. Et qui vult formam per extenſum talis Diplomatis habere, adeat *Peyrinum* loco citato. (*i*)

48. Facultas autem huiuſmodi *Notariorum* eſt, non ſolùm pro negotijs communibus Religionis, ſed etiam pro particularibus: vndè poſſunt authenticare informationes pro ijs, qui debent ingredi Religionem ad præſcriptum *Conſtitutionis Vrbani VIII.* (*l*). Poſſunt authenticare Bullas, & Priuilegia Apoſtolica, & ea tranſumptare, quando talis tranſumptatio conceditur cum ſubſcriptione alicuius *Notarij* publici (*m*). Poſſunt etiam intimare, & exequi mandata Apoſtolica, quæ vulgò vocantur *Monitoria Auditoris Cameræ Apoſtolicæ*, aliaque emanata à Iudicibus Apoſtolicis, dummodò tamen concernant intereſſe ſuæ Religionis, vt probat *Peyrinus*, (*n*) qui addit, *hoc Priuilegiū* (quod, me Iudice, eſt inter magis neceſſaria pro indemnitate Religionum ab oppreſſoribus) *eſt conceſſum Regularibus ad eos liberandos ab obſidione, qua illos aliquando obſidebant Notarij publici, ne in odium potentiorum ſæcularium, inciderent. Quare eſt multum æſtimandum.* Poſſunt, pariter nedum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus quorumcumque Fratrum Acta authenticare, vnde poſſunt facere atteſtationem de morte alicuius Fratris, de Profeſſione, receptione ad habitum, de aliqua partita, quæ ſit in Libris computorum Conuentus (*o*), dare copiam authenticam Inſtrumentorum, quæ ſunt in Archiuio Conuentus, & faciunt ad intereſſe ipſius. Sed quod magis releuat pro Religioſis eſt, quod *Notarij* iſti poſſunt inſeruire in actibus faciendis à *Conſeruatoribus* Religionum, ipſas defendendo à manifeſtis iniurijs, & violentijs, vt dicitur in Iure (*p*). Multiplici experimento didici in quas anguſtias aliquando inciderint Regulares, contra quos à Magnatibus facta ſunt violentiæ, & eorum *Conſeruatores* nequiuerunt, pro ſuo debito, illos defendere, ex eo quod nullus inuentus eſt *Notarius*, qui voluerit officium ſuum impendere, nec prece, nec pretio, ex eo quod omnes potentiam Aduerſariorum timebant. Dico ergo, quod in talibus poſſunt *Notarij* prædicti Regulares validè inſeruire.

49. Fundamentum eſt, quod intentio, & cauſa motiua *B. Pij V*, in concedenda Superioribus Regularibus facultate *Notarios* creandi, fuit conſulere *omnibus incommodis, & neceſſitatibus Regularium*, prout exprimitur in Proemio Bullę, à quo vt communiter ſentiunt Doctores, (*q*) venanda eſt cauſa finalis Legiſlatoris. Didicerat enim ipſe Pontifex, dum eſſet adhuc in minoribus, vt teſtatur ibi, §. 1. quanta damna patiantur Religioſi, eo quod *Notarij* publici *intimare, notificare, inſinuare recuſant, ſiue non audent* Magnatibus *mandata, conceſſiones, gratias, priuilegia, & indulta, aliaque reſcripta Apoſtolica*. Vnde dat facultatem Superioribus, Regulares *Notarios* publicos pro negotijs Religionis creandi, qui ſic creati, *liberè, quoties requiſiti fuerint, omnia, & ſingula mandata, & priuilegia, conceſſiones, gratias, & indulta Apoſtolica, aliaque tàm vniuerſalia, quàm particularia* Religionibus *conceſſa, & emanata reſcripta Apoſtolica*, Magnatibus *notificare, & intimare; ac eoſdem monere, & requirere, ac de eiſdem omnibus, & ſingulis publicos, & publica Actus, & Inſtrumenta, coram Teſtibus, ad hoc, requiſitis, conficere, & ſtipulari: quibus eadem prorſus fides adhibeatur in iudicio, & extra, ac vbique, ac ſi per alios quoſcumque publicos, & authenticos rogatos Notarios ſtipulata, confecta, & publicata, & authenticata fuiſſent.* Conſtat porrò totam vim, & robur *Conſeruatorum* in hoc ſiſti, puta defendere ab iniurijs manifeſtis, & violentijs, Regulares ſuæ tutelæ commiſſos; hoc verò non aliter fieri poteſt, niſi Regularium Priuilegia authenticè intimando, monendo, & præcipiendo ſic manifeſtè, contra eorum priuilegia, Iniuriantibus, vt à moleſtia deſiſtant ſub pœna Cenſurarum; & de talibus Monitorijs publica Inſtrumenta, ac actus authenticos faciendo; hæc verò omnia *Notarijs* Regularibus conceduntur ex tenore Bullæ, ergo valent in hoc *Conſeruatoribus* inſeruire, & ad hoc ſunt inſtituti.

50. Quod ſi dicas ſupradicta quidem poſſe, quando à ſuis Prælatis requiruntur, & iubentur, vt intiment &c. non verò hoc poſſe ad mandatum *Conſeruatorum*, quia iſti, cum non habeant Tribunal, obligantur pro actibus ſuis ſumere *Notarios Curiæ Epiſcopalis*. Reſpondeo falſum eſſe, quod *Conſeruatores* obligentur ad ſumen-

teſtanti, illos iuraſſe. Ad primum reſpondeo, quod etiam totum fundamentum ſcripturæ authenticæ proceſſus eſt, quod fuerit ſcripta per legitimam perſonam, ergo, ad ipſam probandam talem, requiruntur Teſtes, vt in probando Corpore, & qualitatibus delicti. Ad ſecundum, dico, quod non eſt par ratio, quia *Notarius*, ſcribens de iuramento Teſtium, iam ſupponitur fuiſſe legitimè inſtitutus, & teſtatur de facto alieno, ideo plenè probat iuramentum illorum; ſed quando teſtatur ſe iuraſſe, non apparet, (ſi deſunt Teſtes) legitimè de eius inſtitutione; nec ſolum dictum, vel teſtimonium Iudicis ſubſcribentis ſufficit, ſicut non ſufficit, quod pronunciauerit, & ſubſcripſerit Sententiæ in præſentia *Notarij*, niſi adſint Teſtes, vt aliàs dicam; & tandem *Notarius* teſtatur de facto proprio, quod non ſubſiſtit; quia licet Inſtrumentum factum à *Notario* contra ſeipſum valeat, & probet, ſicut ſi eſſet rogatum inter Partes, vt dicunt *Baldus*, *& Alexander (b)*; non tamen probat Inſtrumentum ab ipſo factum in fauorem ſui, vt ſcribit *Signorolus*;*(c)* & ſic eſt in caſu noſtro, in quo, ad fauorem ſui, teſtatur *Notarius* ſe iuraſſe.

47. Ex dictis ergo apparet, eſſe de neceſſitate, ad hoc, quod conſtet de legalitate Actorum, quod Iudex Regularis, in principio Proceſſus (ſi non habet *Notarium* publicum à Prouinciali, ſiue Generali inſtitutum, iuxta facultatem factam ipſis à *B.Pio Quinto (d)* de qua aliàs diximus) ſeligat Actuarium idoneum, & in præſentia duorum Teſtium, qui debent poſtea ſubſcribere tali actui, det illi iuramentum fidelitatis, iuxta formam, quam damus in *ſecunda parte* huius Operis. Optimum tamen eſt, quod quilibet Prouincialis in ſua Prouincia habeat huiuſmodi *Notarios* publicos, per quos poſſint authenticari omnes actus publici ad Religionem ſpectantes, tum intra, tum extra eam. Et vt ſciant quomodo in hac graui, & importanti materia ſe debeant gerere, hæc damus ex *Peyrino (e)*. Primò debent eligi Religioſi, qui ſint moribus probati, ac Fide, & Doctrina idonei, vt requirit *Papa* in *Conſtitutione* prædicta §. 2. proinde ad tale munus non poteſt aſſumi baſtardus, qui nou ſit rehabilitatus à Prælato, vt ex *Muſto*, *Peyrinus (f)*. Doctrina porrò debet eſſe non in Philoſophicis, & Theologicis, quæ parùm faciunt ad hoc munus, ſed in cognitione neceſſariorum ad validitatem Inſtrumentorum, & clauſularum ſubſtantialium, pro quibus videri poteſt *Nicaſius*, *Practica Papienſis*, *Practica Vicecomitis*, & ſimiles Authores, qui de munere *Notarij* ſcribunt. Secundo debent coram Teſtibus idoneis, ad hoc ſpecialiter vocatis, genuflexi, ante Prælatum dare iuramentum fidelitatis, quod eſt de ſubſtantia in creando *Notario*, vt ſcribit *Aldrete (g)*. Forma autem iuramenti poteſt eſſe iſta. *Ego N. promitto, & iuro Deo Omnipotenti. Sanctiſs. D.N. Papæ N. regnanti, & tibi Patri, quod fideliter meum Officium exercebo in omnibus, & per omnia, ad hæc Sancta Dei Euangelia (h)*, quæ debent teneri in manibus Prælati, & tangi à Iurante. Prælatus exinde debet illi porrigere calamum dicendo. *Accipe poteſtatem notificandi, & intimandi in iſta Prouincia quibuſcumque Perſonis, etiam Regibus, mandata, indulta, ac priuilegia Apoſtolica iuxta Bullam ſan. mem. B. Pij Papæ V. faciendique publicos actus, & Inſtrumenta ad noſtram Religionem ſpectantia. In Nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti.* Tertiò debet actus electionis, ſiue creationis huiuſmodi deſcribi in Libro Prouinciæ, in quo regiſtrantur Acta Capitularia hoc modo. *Anno N. menſe N. die N. in Conuentu N. ab Adm. R. P. Miniſtro Prouinciali N. iuxta conceſſionem B. Pij V. fuit in præſentia N., & N. Teſtium in debita forma, creatus Notarius Religionis P.N. qui ſibi elegit ſignum infra notatum, pro ſigno publico ſui Tabellionatus*, Et debet ſubſcribere primo Prouincialis, ſecundo Teſtes, & tertio *Notarius*, qui ſignum Tabellionatus ſui debet ibi apponere; & hoc fit, vt ex Archiuio Religionis poſſit, in facti contingentia, docere *Notarius* de legalitate ſuæ perſonæ, & Scripturarum. Diploma tandem prædictæ creationis debet condere Prouincialis, & dare *Notario*; vt fit cum Doctoribus, quibus à *Cancellarijs Vniuerſitatum* dantur Diplomata, quæ communiter vocantur *Priuilegia Doctoratus*, ad hoc, vt poſſint in iudicio, in facti contingentia, probare, ſe Doctores eſſe, exhibendo talia Priuilegia. Prouincialis ergo debet in tali Diplomate mentionem facere de facultate creandi *Notarios* facta *à B. Pio V.* Prouincialibus Miniſtris, & quod, in vim illius, creauerint publicum *Notarium*, pro Religione, in forma conſueta, & in præſentia N. & N. Teſtium P.N. virum moribus

pro-

probatum, fide, & doctrina præſtantem; & debet Sigillum magnum Prouinciæ apponi; & ad maiorem ſolemnitatem cenſerem, optimum eſſe, tale Diploma in membrana, ſiue pergameno exarare, & Sigillum pendens in cera, vt moris eſt, appendere. Et qui vult formam per extenſum talis Diplomatis habere, adeat *Peyrinum* loco citato. *(i)*

48. Facultas autem huiuſmodi *Notariorum* eſt, non ſolùm pro negotijs communibus Religionis, ſed etiam pro particularibus: vndè poſſunt authenticare informationes pro iis, qui debent ingredi Religionem ad præſcriptum *Conſtitutionis Vrbani VIII. (l)*. Poſſunt authenticare Bullas, & Priuilegia Apoſtolica, & ea tranſumptare, quando talis tranſumptatio conceditur cum ſubſcriptione alicuius *Notarij* publici *(m)*. Poſſunt etiam intimare, & exequi mandata Apoſtolica, quæ vulgò vocantur *Monitoria Auditoris Cameræ Apoſtolicæ*, aliaque emanata à Iudicibus Apoſtolicis, dummodò tamen concernant intereſſe ſuæ Religionis, vt probat *Peyrinus,(n)* qui addit, *hoc Priuilegiũ* (quod, me Iudice, eſt inter magis neceſſaria pro indemnitate Religionum ab oppreſſoribus) *eſt conceſſum Regularibus ad eos liberandos ab obſidione, qua illos aliquando obſidebant Notarij publici, ne in odium potentiorum ſæcularium, inciderent. Quare eſt multum æſtimandum*. Poſſunt, pariter nedum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus quorumcumque Fratrum Acta authenticare, vnde poſſunt facere atteſtationem de morte alicuius Fratris, de Profeſſione, receptione ad habitum, de aliqua partita, quæ fit in Libris computorum Conuentus *(o)*, dare copiam authenticam Inſtrumentorum, quæ ſunt in Archiuio Conuentus, & faciunt ad intereſſe ipſius. Sed quod magis releuat pro Religioſis eſt, quod *Notarij* iſti poſſunt inſeruire in actibus faciendis à *Conſeruatoribus* Religionum, ipſas defendendo à manifeſtis iniurijs, & violentijs, vt dicitur in Iure *(p)*. Multiplici experimento didici in quas anguſtias aliquando inciderint Regulares, contra quos à Magnatibus facta ſunt violentiæ, & eorum *Conſeruatores* nequiuerunt, pro ſuo debito, illos defendere, ex eo quod nullus inuentus eſt *Notarius*, qui voluerit officium ſuum impendere, nec prece, nec pretio, ex eo quod omnes potentiam Aduerſariorum timebant. Dico ergo, quod in talibus poſſunt *Notarij* prædicti Regulares validè inſeruire.

49. Fundamentum eſt, quod intentio, & cauſa motiua *B. Pij V*, in concedenda Superioribus Regularibus facultate *Notarios* creandi, fuit conſulere *omnibus incommodis, & neceſſitatibus Regularium*, prout exprimitur in Proemio Bullę, à quo vt communiter ſentiunt Doctores, *(q)* venanda eſt cauſa finalis Legiſlatoris. Didicerat enim ipſe Pontifex, dum eſſet adhuc in minoribus, vt teſtatur ibi, §. 1. quanta damna patiantur Religioſi, eo quod *Notarij* publici *intimare, notificare, inſinuare recuſant, ſiue non audent* Magnatibus *mandata, conceſſiones, gratias, priuilegia, & indulta, aliaque reſcripta Apoſtolica*. Vnde dat facultatem Superioribus, Regulares *Notarios* publicos pro negotijs Religionis creandi, qui ſic creati, *liberè, quoties requiſiti fuerint, omnia, & ſingula mandata, & priuilegia, conceſſiones, gratias, & indulta Apoſtolica, aliaque tàm vniuerſalia, quàm particularia* Religionibus *conceſſa, & emanata reſcripta Apoſtolica*, Magnatibus *notificare, & intimare; ac eoſdem monere, & requirere, ac de eiſdem omnibus, & ſingulis publicos, & publica Actus, & Inſtrumenta, coram Teſtibus, ad hoc, requiſitis, conficere, & ſtipulari: quibus eadem prorſus fides adhibeatur in iudicio, & extra, ac vbique, ac ſi per alios quoſcumque publicos, & authenticos rogatos Notarios ſtipulata, confecta, & publicata, & authenticata fuiſſent.* Conſtat porrò totam vim, & robur *Conſeruatorum* in hoc ſiſti, puta defendere ab iniurijs manifeſtis, & violentijs, Regulares ſuæ tutelæ commiſſos; hoc verò non aliter fieri poteſt, niſi Regularium Priuilegia authenticè intimando, monendo, & præcipiendo ſic manifeſtè, contra eorum priuilegia, Iniuriantibus, vt à moleſtia deſiſtant ſub pœna Cenſurarum; & de talibus Monitorijs publica Inſtrumenta, ac actus authenticos faciendo; hæc verò omnia *Notarijs* Regularibus conceduntur ex tenore Bullæ, ergo valent in hoc *Conſeruatoribus* inſeruire, & ad hoc ſunt inſtituti.

50. Quod ſi dicas ſupradicta quidem poſſe, quando à ſuis Prælatis requiruntur, & iubentur, vt intiment &c. non verò hoc poſſe ad mandatum *Conſeruatorum*, quia iſti, cum non habeant Tribunal, obligantur pro actibus ſuis ſumere *Notarios Curiæ Epiſcopalis*. Reſpondeo falſum eſſe, quod *Conſeruatores* obligentur ad ſumen-

dos *Notarios Curiæ Epiſcopalis*, quia in libertate ipſorum eſt, ſibi aſſumere vnum, vel plures *Notarios* ſibi bene viſos, nec arctantur ad aſſumendum *Notarium* de Curia Epiſcopi, etiam ſi ipſe hoc ſtatuiſſet in Synodo, vel adeſſet conſuetudo illos adhibendi, vt ſolidè probat *Peyrinus*, cui ſubſcribunt *Ceſpedes*, & *Paſſerinus (r)*. Vnde intrepidè concludo, quod *Conſeruator*, caſu quo reperiat difficultatem in ſuo *Notario*, quo ſolet ipſe vti, (& quem nec poteſt, nec debet remouere poſtquam ſemel elegerit, niſi ex cauſa ſuperueniente, per quam mereatur remoueri, vt ſcribit *Barboſa (s)*, & ex eo *Peyrinus*) nec commodè alium *Notarium* reperit, quia omnes potentiam timent, poterit vti *Notario* Regulari ad hæc inſtituto, & eius acta erunt Authentica, vt ex citata Bulla apparet. Et miror hoc remedium non ſubijſſe in mentem Doctiſſimi *Peyrini*, qui ibidem conſulit *Conſeruatoribus*, aſſumere duos, qui acta ſcribant, caſu quo Epiſcopus, & Poteſtas ſæcularis, ſuis reſpectiuè *Notarijs* prohibuiſſent, *Conſeruatori* inſeruire. Cum ſecurius, & compendioſius ſit, *Notario* Regulari vti; Et ſi *Notarij*, ob metum ſuorum Superiorum ſeruire non auderent, difficile eſſet duos viros idoneos, qui non timerent illos, & Acta ſcriberent, reperire.

51. Sequitur *Textus, vt vel hac ratione legitimus ſit Proceſſus*. Hinc confirmantur, quæ ſupra dicta ſunt, circa iuramentum Actuarij præſtandum, de quo conſtare debet in Proceſſu, ad hoc quod iſte legitimus ſit; non conſtat verò legitimè in Proceſſu, niſi præſtetur coram Teſtibus, vt dictum eſt. *Aſſeſſores aſſumere ad Teſtium, & Rei depoſitiones recipiendas, nec Religioni honorificum, nec cauſis, vt plurimum, vtile euadit, in quibus ſilentium maximè commendatur*. Accipiuntur hic *Aſſeſſores* impropriè pro Aſſiſtentibus. *Aſſeſſores* enim propriè dicebantur Iuriſperiti, qui in publicis, & priuatis iudicijs non modo Romæ, ſed etiam in Prouincijs, ab ijs, qui iudicia exercebant, in conſilium, conſtituto Salario publico, adhibebantur, vt ex iure (t) deducitur, & iſtos *Paulus Iureconſultus* vocat *Conſiliarios*. Tales adhibere nec Religioni indecorum, nec cauſis eſſet inutile, ſi enim à Iudicibus imperitis tales, qui rem criminalem callerent, adhiberentur, non euaderent tot Proceſſus manci. Adhibere *Aſſiſtentes*, verè non eſt Religioni honorificum, hoc enim argueret in Iudice, aut *Notario*, dubiam fidem, nec eſt cauſis vtile, quia ab his ſolent reuelari, quæ vſque ad tempus ſunt tacenda. *Niſi hanc aſſiſtentiam in repetitione Teſtium, in tortura, in ratificatione poſt torturam, vel in aliquo notabili cauſæ actu, Iudex expedire cognouerit*; in cauſa ſcilicet graui, & ad ſe liberandum à dicterijs obloquentium factioſorum.

Ad hæc ad ſpecialem Inquiſitionem ex officio deſcendi non poteſt, niſi conſtito prius de Corpore Delicti; vt ſupra dictum eſt, *iuxta formam inferiùs aſſignandam* in ſecunda Parte.

I. Quæritur. An, ad condemnandum Reum, ſufficiant Conteſtes in Viſitatione iuridica, abſque inſtitutione Proceſſus ſpecialis diſtincti?

SVMMARIVM.

52. *Opinio Bellegrandi, quod neceſſaria, ad condemnandum, ſit Inquiſitio ſpecialis.*
Contrarium eſt verius.
Conuictus in Inquiſitione generali poteſt ex ea condemnari.
53. *Reſpondetur Canoni contrario.*
Proceſſus in ſpecie non requiritur, ſi delictum eſt probatum in Inquiſitione generali.
54. *Iuridicè viſitatus, & conuictus de crimine, iterùm debet ſpecialiter examinari.*
Quid agendum ex poſt.
55. *Si ſint plures Corei de eodem delicto, vel ſeparatis, quid agendum?*
56. *Teſtificantibus reciprocè contra ſe, in Viſitatione generali iuridica, æquè eſt credendum.*

52. RESpondeo. Quod *Bellegrandus, (u)* qui ait, quod Inquiſitio ſpecialis eſt de ſubſtantia iudicij, etiam ſummarij, videtur ad quæſtionem hanc reſpondere negatiuè. Concedit tamen, poſſe Reum condemnari ex teſtimonio legitimo Conteſtium in Inquiſitione generali, in qua crimen detectum ſit publicum iu-

iur is:aut ſi,ante Inquiſitionem generalem, præcedat infamia (cum hæc ſuppleat vicem Accuſatoris),& ſic generalis Inquiſitio migret in ſpecialem. Et ita videtur,quod in generali Inquiſitione includatur ſpecialis, ſaltem formaliter diſtincta, ſine qua neminem poſſe damnari, ipſe opinatur. Porrò alij Doctores (x) intrepidè reſpondent quod ſic, & præ cæteris *Abbas*, qui ait, quod ex quo generalis Inquiſitio eſt formata contra certum Collegium, ſeu certum genus perſonarum,Inquiſitio formata generaliter quoad omnes, eſt ſpecialis contra ſingulos, & ideo,qui reperitur culpabilis ex priori tela iudicij,venit puniendus. Et ſic videmus practicatum in quadam Decretali (z), per quam punitus fuit, priuatione Beneficij, quidam repertus culpabilis,ex propria confeſſione in Inquiſitione generali.

53. Sed contra prædicta videtur obſtare famoſa deciſio *Innocentij Tertij (a)*, qui interrogatus à Delegatis à ſe deputatis ad viſitandum Capitulum cum Epiſcopo Valentino,*quid ſit ſtatuendum, ſi contra quempiam per Inquiſitionem probatum fuerit tale crimen, quod deponeret Accuſatum criminaliter, & conuictum*? Reſpondit Papa. *Nullum eſſe pro crimine, ſuper quo nulla laborat infamia, ſeu clamoroſa inſinuatio non proceſſerit,propter delicta huiuſmodi puniendum*. Ex iſta ergo *Decretali* videtur reſpondendum ad quæſtionem negatiuè. Sed hoc non obſtante, perſiſtendum eſt in prima reſolutione. Quia Inquiſitio generalis, in hoc caſu, fuit in foro paterno, & Teſtes in hac non iurant, vt aduertit ibi *Gloſſa (b)*, & *Abbas*, & proinde nihil probant. Vnde Teſtes, vel extraiudicialiter comparebant ad deponendum, & ſic ex eorum dictis non poterat deueniri ad condemnandum Reum; vel ſi deponebant in iudicio cum iuramento, ex eorum dictis non poterat formari Inquiſitio, quia deerat infamia, quæ de iure antiquo, deficiente Accuſatore, requirebatur, & à fortiori non poterat ſequi condemnatio. Sed de iure nouo (c) ſublata eſt ſolemnitas infamiæ, niſi fiat ſuper ea exceptio à Reo, initio Proceſſus, vt dictum alibi fuit. Et ideo concludendum, quod probato per Conteſtes delicto in Viſitatione iuridica, aut Inquiſitione generali, poſſunt reliqua, ad iudicium ſpectantia, perfici,abſque alio Proceſſu in ſpecie.

54. In tali autem caſu,poſtquam Reus cũ alijs viſitatus, & auditus fuit,completo examine Viſitandorum,debet iterum examinari in ſpecie ſuper delictis, quæ contra eum probata remanent per Conteſtes. Ratio eſt, quia quando ſimul cum alijs examinatus eſt, non erat adhuc receptus in numero Reorum; proinde ſi ipſe in ſuo examine deponit de delictis aliorum; (ſiue ſint alij à Teſtibus, per quos probatur delictum contra ſe; ſiue ſint ijdemmet,) profectò ipſius teſtimonium recipiendum eſt contra alios; ſicut & aliorum contra ſe; non enim ipſe adhuc receptus eſt inter Reos; vndè nulla ratio apparet, quare (cœteris ſtantibus) debeat Iudex credere alijs contra ſe, & non ſibi contra alios. Probato autem delicto per Teſtes, ſi hoc eſt de permanentibus, cuius adhuc veſtigia ſunt, viſitari debet *per Viſum,& repertum*, vt aliàs dictum eſt; ſin minùs probato delicto, & Delinquente, per Teſtes eoſdem, debet denuò examinari Delinquens inter Reos receptus, qui tunc nequit accuſare eos, qui ſunt contra eum teſtificati, vt aliàs dictum eſt; & debent ipſi decerni defenſiones. Quia verò copia actorum contra ſe ipſi authentica dari debet, compulſanda ſunt ex Proceſſu totius Viſitationis ea, quæ faciunt contra ſe,non enim tradi debet integra copia Viſitationis, cum in ea fortè ſint, quæ ſunt celanda, & quæ ipſi manifeſtare nullo modo tenetur Iudex, eo quia non faciunt ad ipſius defenſionem, vt infra dicemus. *(d)*

55. Quid vero iuris ſi plures ſint Corei de eodem delicto, vel multi Rei de delictis ſeparatis? Dico quod Coreis de eodem; ſiue multis Reis de diuerſis, dandæ ſunt diuerſæ copiæ actorum, ſecundùm quod concernunt ſuas perſonas. Vnde ſi in examine ſuo vnus Teſtis deponit de furto *Caij*, de fornicatione *Titij*, de homicidio *Stichi*; ipſorum ſingulis debent fideliter dari parcellæ pertinentes ad eorum delicta tantùm, & non aliorum; cætera enim nõ faciunt ad ſui defenſionem, niſi fortè in relatione, ſeu depoſitione ſuper delicto alterius, aliquid deponeret Teſtis, quod poſſet illi aliquo modo ſuffragari; & hæc tenetur Iudex diligenter aduertere, & inuigilare ad hoc, quod *Notarius* ex integro det copiam omnium,quę faciunt *contra*, & *pro* illo.

56. Quid autem ſi *Caius* eſt Teſtis de fornicatione contra *Titium*; & iſte depo- nit contra *Caium* de Furto; nec eſt vlla

alia

alia exceptio, per quam poſſit ipſorum teſtimonium infirmari, niſi quod ſibi ipſis inuicē contrarij teſtificantur? Dico, quod ambobus, & eorū teſtimonijs, ceteris paribus, æque eſt deferendum; Ratio eſt, quia ex quò, precepto Iudicis, & eorū iuramento, fuerunt adacti ad reuelanda delicta, preſumitur, ipſos teſtificaſſe pro veritate, & integra conſciéntia, & non ex malo animo, aut inimicitia: vt poſſet ſuſpicari, ſi fuiſſent Accuſatores, quorum dicta non faciunt, niſi ad inquirendum, non ad probandum. Proinde vnus contra alium benè probat.

II. Quæritur. An Prælatus poſſit deuenire ad Inquiſitionem iuridicam, ex notitia delictorum habita in Viſitatione paterna?

SVMMARIVM.

57. *Finis Viſitationis paternæ eſt morum correctio.*
Superiores ſunt canes venatici.
Multi ſunt canes muti non latrantes.

58. *Fama conſiſtit etiam in opinione hominum.*
Aliquoties delictum eſt famoſum, licet de eo nihil dicatur,
Ex notitia delictorum paternaliter habita, poteſt Superior iuridicè inquirere.
Quomodo tunc incipiendus Proceſſus.

57. Respondeo, Quod finis Viſitationis paternæ eſt morum correctio; & quia multoties punitio iudicialis eſt medium efficax, ad reformandos mores in ijs, qui alios ſeuerè punitos viderunt, iuxta illud *Horatij*,

Oderunt peccare mali formidine pœnæ,

Ideò non minus videtur inſtituta in Religionibus Viſitatio paterna, pro emendandis Subditis, media Inquiſitione, & ſeuera punitione delictorum, & Delinquentiū; quàm paternis exhortationibus, medicinalibuſque pœnitentijs. Falluntur proinde ij, qui tam ſcrupuloſi ſunt in non procedendo, niſi Infamia delicti precedat, quod quandoque, cum extremo Religionis damno, tranſgreſſiones impunitas relinquant, ſub hoc ſpecioſo titulo, quod iuxta *Canonum* placita, non eſt procedendum, niſi ad aures Superioris perueniat clamoroſa inſinuatio. Imo Viſitatio eſt iniuncta ad hoc, vt per eam Prælatus, ſicut bonus canis venaticus, Sontes inquirat; alios ſolo latratu ad fugam vitiorum per correctionem incitando; alios verò Delinquentes tanquam feras morſu, & dentibus pœnarum perſequendo. Sed talium canum multi ſunt edentuli, nec mordere attentant, & quod peius eſt, etiam ſine voce ſunt, nec latrare volunt. Vnde lugebat Propheta exterminium Reipublicæ dicens (e) *Speculatores eius canes muti, non valentes latrare.*

58. Ad hoc ergo, quod ab errore exurgant, & à torpore, & puſillanimitate excutiantur, dico. Quod licet aliquando inter Fratres non habeatur ſermo publicus de mala vita, & delictis alicuius, tamen non tollitur, quod delictum ipſius non ſit publicum, & famoſum. Fama enim non ſolùm conſiſtit in publico dicto, quod fertur in ore omniū de populo; ſed etiam conſiſtit in opinione, quam habet maior pars populi, concorditèr, de aliqua re, vt tenet *Calderinus*, & *Alexander* (f). Si ergò maior pars eorum, qui viſitantur, deponunt de delicto alicuius, vt ſinguli, (quamuis addant de tali delicto nō haberi ſermones in publico) tamen delictum eſt famoſum, quia eſt in opinione maioris partis Conuentus; & ſi de illo nihil dicitur, hoc euenit, ſicut fuit tempore *Chriſti Domini*, de quo dicit *Euangeliſta*. (g) *Nemo palàm loquebatur de illo propter metum Iudæorum*. Accidit hoc, quando Delinquens eſt perſona potens; vel eſt amicus Magnatum, & ab illis protectus; à quibus multa væ incurrunt, qui tales lingua vel leuitèr tangere audent. Proindè ſciuntur quidem delicta, & de ijs ſinguli cum aliquo amico ſecretò inter ſe colloquuntur; ſed de his loqui non audent in publico, ne à Delatoribus referantur tanquam *in legem Iuliam Maieſtatis* commiſiſſent. In tali ergo euentu, benè poteſt Prouincialis, ex officio, inquirere, quia procedit ex infamia, vt ſupra. (h) Sed melius fiet, inſtituendo Inquiſitionem generalem, aut mixtam hoc modo. Si Delictum reliquit veſtigium; viſitet primò illud *per viſum*, & *repertum*; vt aliàs dictum eſt. Si non reliquit veſtigium, vel quia hoc amplius non apparet; vel quia fuit facti tranſeuntis,

exa-

examinet duos Teſtes de ſolo delicto in ſe, faciendo conſtare de illo, per teſtimonium duorum. Exinde procedat ad Inquiſitionem Delinquentis, generaliter inquirendo de eo, qui tale delictum commiſit.

Caueat autem Iudex, quod depoſitio, quam habuit à Teſtibus paternaliter viſitatis, eſt tantummodò excitatiua ipſius ad inquirendum *ex officio*. Proinde in iudicio debet examinare eoſdem Teſtes ex integro, tanquam nihil ab ipſis paternaliter audiuiſſet. Caueat item ab interrogationibus ſuggeſtiuis, in quas facilè eſt in tali contingentia incidere. Hoc vidi in quodam Proceſſu mihi commiſſo à *Superiore Generali* in caſu appellationis. In eo Iudex fuit ita fatuus, vt poſt Viſitationem paternam inſtituto Proceſſu contra Superiorem localem cuiuſdam Conuentus de dilapidatione eleemoſynarum Conuentus, interrogando Teſtes, hac forma vſus eſt: *An illa, quæ depoſuerant in Viſitatione, erant vera nec ne?* Et ipſis affirmantibus, abſque alia interrogatione, examen omnium, qui fuerunt quatuordecim, vno mane abſoluit; & multas alias ineptias, ac violentias commiſit, propter quas, vltra nullitatem Proceſſus, conſului, pœnis malorum Iudicum debuiſſe mulctari.

III. Quæritur. An in Viſitatione iuridica poſſit Iudex ſeu Ordinarius, ſeu Delegatus recuſari, vt ſuſpectus?

SVMMARIVM.

59. *Superior localis poteſt, vt ſuſpectum, recuſare Prouincialem in Viſitatione iuridica.*
Quilibet de Conuentu idem poteſt.
60. *Recuſari poteſt, in principio Viſitationis.*
61. *Fundamenta Reſolutionis.*
Quilibet de Collegio poteſt excipere contra Inquiſitionem factam contra Collegium.
62. *Collegium, ſeu Vniuerſitas, eſt corpus fictum.*
Poteſt delinquere omittendo, vel committendo.
Et hoc ex determinatione collegialiter facta.
Multi de Collegio licet delinquant, non tamen dicitur delinquere Collegium.
Dum inquiritur contra Collegium, quilibet de Collegio poteſt excipere contra Iudicem.
Et remanet eius Iuriſdictio impedita.
Iuriſdictio Iudicis, tali caſu, eſt indiuidua.
63. *Si plures ſunt Inquiſiti de eodem delicto, Iudex ab vno recuſatus, impeditur quo ad omnes.*
Non ſic quando plura ſunt delicta, & Delinquentes diuerſi.

59. RESpondeo. Quod alibi *(i)* de hac materia loquendo, docuimus, quod Superiori locali, qui habet metum, ſe eſſe grauandum à Prouinciali, cuius eſt inimicus, licet ipſum recuſare, vt Iudicem, in Viſitatione iuridica; ſi enim hoc ſibi licet in Inquiſitione ſpeciali, quando habet cauſam legitimam, vt aliàs dictum eſt; non eſt cur idem non poſſit, quando inſtituit Inquiſitionem generalem. Modo quærimus, an hoc liceat cuilibet de Conuentu, qui fortè habet paſſiuam inimicitiam cum Iudice. Et reſolutiuè dico, quod ſic. Suppono enim, quod Iudex tàm Ordinarius, quàm Delegatus, ex iuxta cauſa, recuſari poſſit, vt aliàs abundè probatum remanet. Quod ergo iſte recuſetur in vno actu Iudicij, pluſquam in alio, non variat, aut tollit præſidium innocentiæ, quod cuique competit de iure naturæ, & conſiſtit in recuſando, ne ſit Iudex ille, qui, cum ſit inimicus, nociturus, vel eſt, vel legitimè præſumitur. Si ergo recuſari poteſt à me, dum inquirit contra me in ſpecie, idem poterit, dum inquirit contra me in genere; tum quia me poteſt ita grauare, quemadmodum quando procedit in ſpecie; tum quia licet dicatur incipere Inquiſitionem contra omnes *vnitim*, tamen eam poſteà proſequetur contra ſingulos *diuiſim*; & accidit reſpectu mei, quod ipſe agat contra alios etiam. Vnde ſequitur, quod ſi poſſum recuſare eum, quando agit contra me ſolum in ſpecie, idem potero, quando aget contra me, & alios, generaliter.

60. Nec tamen cogor expectare, quod ipſe incipiat Inquiſitionem ſpecialem contra me deductam à generali; tum quia fortè militant contra me Teſtes, qui co-

ram

ram illo deponere audebunt, quod non deponerent coram alio Iudice: & ita, nulla incœpta Inquiſitione ſpeciali,ex ſola generali, proſequi ad me condemnandum, vt dictum eſt; tum quia ita me poteſt grauare in generali Inquiſitione,quod in ſpeciali cogar ſuccumbere. Et per hoc melius eſt, quod, dum ipſe iuridicam Viſitationem intimat, fiat recuſatio in modo, ac forma,aliàs tradita.

61. Fundamentum huius aſſertionis eſt doctrina *Abbatis*, qui in Commentario cuiuſdam *Canonis (l)* tradit, quod,formata Inquiſitione generali contra certum *Collegium*, poteſt quilibet de Collegio per ſe, & ſingulariter,opponere contra Inquiſitionem, quia cuiuslibet ſingulariter intereſt, cum agatur de intereſſe, & pœna cuiuſque. Si ergo, poſt formatam Inquiſitionem, quilibet de *Collegio* poteſt excipere appellando, aut aliter, contra eam agendo, nempè per impugnationem formæ ſeruatæ, vel per allegationem incompetentiæ Iudicis, & ſimilia; hoc idem poterit ante cœptam Inquiſitionem, ſi quid ei competat contra perſonam, aut authoritatem Iudicis: non enim aliqua eſt ratio, quare hoc poſſit poſt, & non ante. Si enim à Iure conceditur appellatio poſt grauamen illatum; conceditur etiam recuſatio ratione grauaminis, quod timetur inferendum.

62. Remanet ſola difficultas, ſi per recuſationem ab illo vno, remanet impedita iuriſdictio,reſpectu aliorum in Iudice tum Ordinario, tum Delegato. Pro hoc dico. Quod iudicialis Viſitatio, ſiue generalis Inquiſitio, aut fit de vno, vel pluribus delictis à Conuentu,(vt *Collegium*, ſeu *Vniuerſitas* eſt,) commiſſis; aut de vno delicto tantùm, in quod tamen omnes, vel multi de Conuentu, vt ſinguli, concurrerunt; aut de multis delictis, de quibus non omnes Fratres, ſed diuerſi tantùm ſupponuntur Rei, puta vnus de vno, alius de alio. Hanc diſtinctionem colligo ex doctrina *Abbatis (m)*, qui ait, quod licet *Collegium*, ſiue *Vniuerſitas* non habeat corpus viuens,verum,phyſicum,quod requiritur ad verè, & phyſicè delinquendum; tamen habet quoddam corpus morale, quod, per fictionem iuris, poteſt delinquere, & ita accuſari, & puniri, & hoc de delictis tum commiſſionis, tum omiſſionis. Et licet reuera illa delicta ſint patrata à ſingulis hominibus *Communitatis*, tamen non fuerunt à ſingulis, vt ſingulis, ſed ſingulis, vt omnibus, & ſic ab vno, quod reſultat ex his omnibus, quod vocatur *Collegium*, *Vniuerſitas*, *Communitas &c.* Ad hoc porrò, quod *Vniuerſitas* tota dicatur deliquiſſe vno, vel pluribus delictis, oportet quod hoc fuerit ex determinatione, ac deliberatione *Collegialiter* facta, vt colligitur ex quadam *Gloſſa (n)* communiter recepta. Si verò ſinguli de *Vniuerſitate* ad vnum, vel plura crimina concurrerunt, etiamſi facerent pulſare Campanam *Communitatis*, aut eleuarent vexillum publicum, non tamen diceretur crimen commiſſum ab *Vniuerſitate*, quia non proceſſit deliberatio; & ſicut in primo caſu punitur *Vniuerſitas*, vt talis eſt, illa pœna,cuius eſt capax, ita in ſecundo caſu puniuntur ſinguli de *Vniuerſitate*. Ex hoc ergo deducitur, quod in primo caſu, quia vnus eſt Reus de vno, vel pluribus delictis, qui Reus eſt ipſa *Vniuerſitas*, ſi contra Iudicem militat exceptio Recuſationis, interpoſita ab vno de illa *Vniuerſitate*, remanet impeditus quo ad omnes cœteros. Et ratio eſt, quia Iuriſdictio iſtius Iudicis eſt indiuidua: quia eſt vnus tantùm Reus, puta *Vniuerſitas*, & vnum fertur iudicium, & per vnã Sententiam, vt de ratione indiuiduorum in iure ſcribit *Ludouicus Romanus (o)*. Si ergo Iudicis iuriſdictio remanet impedita reſpectu Recuſationis ab vno facta, remanet totaliter impedita, & procedere non poteſt; & ſi Iudex,non obſtante Recuſatione procederet, comprehendendo Recuſantem, & alios, Proceſſus eſſet ipſo iure nullus, ratione connexitatis, quam in hoc facto habent non Recuſantes cum Recuſante, vt egregiè ſcribunt *Caſtrenſis*, *Abbas*, *& Felinus (p)*.

63. Pariter ſi eſt vnum delictum tantùm, in quo omnes, ſiue multi, vt ſinguli, concurrerunt, recuſato Iudice ab vno ex illis, impeditur reſpectu aliorum etiam iuriſdictio: ſi quidem, quia vnum eſt crimen,& per vnam Sententiam debet terminari iudicium, & Recuſans eſt connexus cum alijs, iuriſdictio Iudicis eſt indiuidua: & ita ſi per Recuſationem infirmatur quo ad vnum, eſt impedita quo ad omnes. Si autem ſunt diuerſa, & ſeparata delicta, & Delinquentes; tunc licet remaneat impeditus reſpectu delicti, ad quod concurrit

rit

rit Recuſans, non tamen reſpectu aliorum. Et ideo in tali caſu debet abſtinere ab Inquiſitione, & omni actu iudiciali contra Recuſantem; ſed contra alios poteſt liberè procedere.

IV. Quæritur. An liberum ſit Prælato, toties quoties voluerit, Viſitationem iuridicam inſtituere?

SVMMARIVM.

64. *Prouinciales poſſunt viſitare toties, quoties voluerint.*
Poteſt iuridicè viſitare quoties expedire iudicauerit.
65. *Conſulitur aliquando viſitatio iuridica.*
Rationes ad hoc.

64. Reſpondeo, quod, vt aliàs probauimus, Prouinciales Miniſtri, & alij habentes iuriſdictionem viſitandi, nõ ſolùm ſemel, aut bis in anno viſitare poſſunt, ſed toties, quoties expedire iudicauerint.(q) Difficultas ſola eſt, ſi liberum ſit illis, conſuetam Viſitationem Paternalem in iudicialem cõmutare. Dico ergo, quod, vt ſuprà probauimus, ad inquirendum iudicialiter de delictis in generali, nulla requiritur diffamatio, ſed ſufficit quæcumq; ſuſpicio tantùm veriſimilis, aut probabilis. Prout enim optimè aduertit *Paſſerinus,(r)* nullibi inuenitur in iure, quod ad generalem Inquiſitionem delictorum præuia requiratur diffamatio; ſed *Canones*, hanc requirentes, loquuntur de Inquiſitione ſpeciali, contrà certam perſonam. Ad hoc ergo, quod Prælatus ſic valeat mutare paternam Viſitationem in iudicialem, nihil requiritur, ſed hoc poteſt pro libito, quando nempè ipſe, qui benè cognoſcit oues ſuas, poteſt legitimè ſuſpicari, in illo Conuentu eſſe tales tranſgreſſiones, quibus ſummouendis non par ſit charitatiua monitio Patris, ſed requiratur ſeuera diſtrictio Iudicis.

65. Nec dicendum ex hac nouitate Fratres eſſe turbandos, maximeque conducere Superiori, quietam Prouinciam tenere; attento maximè, quod ex leui ſuſpicione ſi ille ſe mouet, leuem, & de facili credulum ſe prodit; & per viam paternæ Viſitationis poteſt, vt ſupradictum eſt, habere notitiam tranſgreſſionum, & tunc punire. Quià reſpondeo, quod etiam *Achab Rex* impius improperatus eſt *Eliæ*, qui zelabatur honorem Dei, hæc verba *(ſ) Tu ne es ille, qui conturbas Iſrael?* Reſpondit autem Propheta, *Non ego turbaui Iſrael, ſed tu, & domus Patris tui, qui dereliquiſtis mandata Domini.* Sic poteſt zelans Prælatus reſpondere: quod nempè turbatio Religionis non eſt à Prælato puniente, ſed à Subdito patrante delicta. Quod ſi iſte turbatur, dum contrà eum inquiritur, ſibi, & malæ ſuæ vitæ, imputet, quod turbetur. Nec pro conſeruanda pace Prouinciæ, debet Subditos ſontes impunitos dimittere. Quia concordia malorum non eſt pax; *quia, non eſt pax impijs*, ſed bellum contrà Deum. Si pax eſt ſeruanda, ea nempè, quam reliquit Chriſtus, ſeruanda eſt cum iuſtitia. *Iuſtitia enim, & pax oſculatæ ſunt.* Iuſtitia porrò commutatiua in ordine ad Populum duo reſpicit, nempè præmium bonorum, & pœnam malorum; quod ſi hæc Prælatus curabit, veram pacem habebit. Moueri ad omnem relationem, & dare locum cuilibet præoccupanti (vt ſibi imponatur contrà proximum) malè informandi, & præcipitanter moueri ad puniendum, ex ſimplici dicto Referendariorum, (qui, vt in pluribus, loquuntur ad genium, & commodum ſui, non ad zelum, & profectum Religionis) damnabile vitium in Superiore eſt, quod illum leuem, & inconſideratum prodit. Sed ad omnem relationem moueri ad ſuſpicandum malum, & ad procedendum à ſuſpicione ad inueſtigationem veritatis, laudabile eſt; nec hoc eſt indicium leuitatis, ſed teſſera zeli. Quod poſteà æque benè per Viſitationem paternam detegantur delicta, ſicut per iudicialem, hoc falſum eſt. Siquidem, vt in pluribus, illa fit perſunctoriè, & à multis tenetur tanquam, quid cæremoniale, nec mandatum Superioris, de reuelando, credunt obligatorium, & ideò tacent, quæ non tacerent, adacti per iuramentum, in iudiciali. Ideò aliquando iudicialem Viſitationem, præ paterna, Superioribus ſuadeo.

Paſſim autem hanc facere, non conſulo: ſicut aliàs conſului Prælatis, potiùs paternè, quam iudicialiter procedere. Hãc

præſcribo, quando ipſis, qui norunt ingenium ouium ſuarum, eſt res cum Subditis in malo obfirmatis, nec aliquis per paternas monitiones, profectus eſt. Si viſitat Conuentum, in quo degant huiuſmodo farinæ plures, quos ſcit, ità incorrectos, proteruoſque adhuc viuere, Prælatus viſitet iudicialiter, quia boni Religioſi de talis dyſcolia nihil paternè dicent. Ita enim ratiocinantur. Prælatus ſcit eos, ac eorum malos mores, nec caſtigat. Ad quid replicaſſe, quod ipſe nouit, nec emendare curat? Hoc autem non facient timorati Religioſi, quando Superior iuridicè viſitabit; Sed ſtrenuè loquentur, & ità Peruerſi per punitionem corrigentur.

V. Quæritur. Apud quem remanere debeant acta proceſſus?

SVMMARIVM.

66. *Acta originalia debent remanere penès Scriptorem, ſeu Notarium.*
Notarij intereſt, quod acta originalia non vitientur.

67. *Corrigi debet abuſus, qui eſt apud nos, vt Iudex teneat acta originalia.*
Finito proceſſu, acta ſunt Prouinciali conſignanda.

66. RESpondeo, quod in quadam *Decretali (t)* habetur, quod *acta* cuiuſdam cauſæ *originalia dicebantur, apud Iudices remanſiſſe*; ex quo colligit *Gloſſa*, quod acta originalia ſemper remanere debent apud Iudicem, ſiue Scriptorem. Sed alternatiua iſta loquutio *Gloſſæ*, ex ſententia *Abbatis*, debet ſic accipi: quod per iſtam *Decretalem* ſuppleatur diſpoſitio facta in alia, *(u)* in qua decernitur textualiter, quod *originalia penès Scriptores remaneant*. Ita vt debeat intelligi, quod acta non ſolùm penès Scriptorem, ſed etiam penès Iudicem remanere debeant. Sed iſta ſententia *Abbatis* non videtur habere fundamentum, quia clarum eſt, quod nōn poteſt eſſe niſi vnum exemplar originale, aliud verò eius tranſumptum. Porrò, ex diſpoſitione Conciliari ſecundæ *Decretalis* citatæ, debēt originalia apud Scriptorem ſeruari; relinquitur ergo, quod apud Iudicem non poteſt remanere niſi tranſunptum. Vndè *Abbas* ipſe *(x)* alibi dicit, inhærendo ſententiæ *Ioannis Andreæ*, quod in *Decretali* primò citata nihil decernitur de iure, ſed narratur tantùm, quid de facto, dicendo, quod acta originalia remanſerant apud Iudices. Vndè concludendum videtur, quod parum ſit curandum de opinione illius *Gloſſæ*; ſed ſtandum eſſe diſpoſitioni *Textus Conciliaris* adducti, & originalia penès Scriptorem debent remanere. Accedit huic decreto Concilij ratio naturalis, quam innuit *Abbas*, loco proximè citato, & eſt. Quod ſi dubitaretur de ſcriptura *Notarij*, quod nempè fuerit alterata, ſeù falſificata, teneretur *Notarius* de hoc docere, & rationem reddere: ſua ergo intereſt, vt benè cuſtodiantur acta, vndè, & apud eum debent remanere. Et vt ſcribit *Io. Andreæ* ibidem citatus, de facto ſeruatur, quod ſi *Notarij* ſint officiales Epiſcoporum, Comitum, vel Rectorum Ciuitatum, coguntur, finito officio ipſorum, dimittere acta in camera Officij.

67. Apud nos mos eſt, quod acta proceſſus conſeruentur penès Prouincialem, ſeu Iudicem. Sed iſte bonus vſus non eſt, tum quia eſt contrà diſpoſitionem Conciliarem citatam; tum quia periculoſa pro Actuario eſt, ſi reperiretur in aliqua parte ſcriptura vitiata: quia ipſe deberet de tali vitio rationem reddere; tum quia in caſu falſificationis difficile eſt iudicare, an vitiū fuerit à Iudice, vel à *Notario*, cum in manibus vtriuſque proceſſus fuerit; tum, quia facilius eſt, quod, cum iactura aliquando Fiſci, aliquando Rei, falſificetur à Iudice, qui non timet caſtigari, quia regulariter non habet in Prouincia Iudices ſuprà ſe; quam à *Notario*, qui faciliter poteſt à Iudice deprehendi, & caſtigari. Debet ergo malus iſte vſus mutari, & ad legum normam cuſtodiri proceſſus apud Actuarium, & ſi Iudex vult ipſum penès ſe cuſtodire, non debet *Notarius* illi acquieſcere, quia eſt contrà ius; nec poteſt Iudex eum cogere, quia immineret *Notario* periculum propriæ infamiæ, ſi fortè corrumperentur acta illa; nec tenetur *Notarius*, cum tali periculo, ipſi obedire. Verùm tamen eſt, quod, terminata cauſa, per ſententiam finalem, debet *Notarius* Iudici conſignare omnia acta, vt, iuxta Statuta in Archiuio reponantur; eo quia *Notarius* tunc officio ſuo functus eſt.

CI-

Citationes Tituli præcedentis.

Pag.437.col.1.

(x) *Hoſtien.Summ.Rubr.de Inquiſitione.* §. *Quid ſit.*

(z) *Paſſerin.Trib.Regul.quaſt.8. num.* 1.

Pag.437. col.2.

(a) *l.Inter pares, ff.de Re indicat.l.Arrianus. ff. de Oblig.& act.l.Abſentem. ff.de Pœn.*

Pag.438. col.2.

(b) *cap. Qualiter, & Quando. il 2.cap.Inquiſitionis.de Accuſat.cap.Licet Heli.de Simon.cap.1. de Accuſ.in 6.l.2.§.Si ex publi. ff. de Adulter. l.penult. ff.de Pub. iudic. l.Congruit. ff. de Off. Præſid.*

(c) *Barboſ.in Concil.Tridcnt.ſeſſ.4.de Reform.cap. 4.num.11.*

(d) *Oldrad.conſ.238.n.2.& conſ.178. Roman. conſ. 269.per tot. Alex. conſ. 37.col. 3.lib.2. apud Tuſt.litt.I.concl.507. num.1.*

Pag.439. col.1.

(e) *Tit.Inquiſitio.* §.2.

(f) *Stat.Valliſolet.cap.10.tit. de Admonit. verſ. Et ſi quis.Orb.Seraph.tom.3. fol.531. col.1. Stat. Gen Ord.cap.10.§.vnic.num.2.& 3.*

(g) *Nauar.Manual. cap.18.n.52.Syluest.verb Secre. tum.Sà.eo verb.Reg.uald.lib. 24.n.106.Molin. tom.4.tract.4.diſp.4 Bonacin.de Reſtit. diſp.2. q.2. P. vnic. num.1.*

Pag.439. col.2.

(h) *cap.In ſingulis.de Stat.Monach. Trid.ſeſſ.24.de Reform. cap.1. & ſeſſ. 25.de Regul. cap. 8 & 20.Stat.Gen.Ord.cap.8.§.47.n.2. Stat. Refor. cap.8.n.22.*

(i) *DD.in cap. Romana.* §. *Sanè. de Cenſ.in 6.Bict. quaſt.11.n.4.Paſſerin.Trib.Regul. quaſt.8.art. 2.num.4.*

Pag.440.col.1.

(l) *cap.Inquiſitioni.§.Tertia. cap.Qualiter. il 2.de Accuſ.cap.1.& 2.eo.tit.in 6.*

(m) *Paſſerin.Trib.Regul.quaſt.8.n.13.& 38.*

(n) *Stat.Gen.Ord.cap.10.§.vnic.n.8.*

Pag.440. col.2.

(o) Portell.*par.2.caſ.25.Ioſeph à S.Maria tract.4. cap.19. & ibi Roderic. Innocent. & Bald.Repert.Inquiſit.verb.Teſtis §.Item nota. Abb. in cap.Ad petitionem. nu. 2.de Accuſat.apud Lezan Summ.verb.Viſitator.n.7.*

(p) *Bellegrand.Tract.2.q.1. apud Paſſerin. quaſt.8. num.59.65.& 68.*

Pag.441. col.2.

(q) *Boucr. Direct. par.1.cap.3.§.7.apud Bict. q.11. num.6.*

(r) *Tit.Inquiſitio.§.3.*

Pag.442. col.1.

(s) *Tit.Inquiſitio.§.4.*

Pag.442. col.2.

(t) *cap.Paulus. 2.q.7.*

(u) *cap.Sed illud.16.q.2. cap.Præcipuè.11.q.3.cap. Tanta.86.Diſt.*

Pag.443.col.1.

(x) *l.Vbi numerus. ff. de Teſt. cap. In omni. Extrà. eod.tit.*

Pag.443.col.2.

(z) *l Sciant cuncti. & ibi Bald. Salycet. C.de Probat.*

(a) *Gloſ.1.in l. Ad ea, quæ. ff de Reg.iur.*

(b) *Spiegel.Caluin.in Lexic.verb. Atrocitatem.*

Pag.444.col.1.

(c) *Stat.Salmant.cap.7.verſ.Si tamen. Stat.Reform. cap.7.num.11.*

(d) *Bart.in l.1.§.Cum quis latrones.ff de Quaſt. Tiraquell.Foller.Simanc. apud Farinac. q.81.nu. 172.Abb.in cap.At ſi Clerici. de Iudic.*

(e) *Orb.Seraph.Tom.3.fol.319.col.2.*

(f) *Gloſ.in cap.De hoc. in verb.Confeſ.de Simon.*

Pag.444. col.2.

(g) *Boſſ Tit.de Reſpon. à Reo faci. num.16. apud Bict.q.81.n.21.*

(i) *Stat. Gen.Reform.cap.7.num.11.*

(h) *l. Si pluribus. in princ. ff.de Legat. 1. vbi Bart. num.5.*

Pag.445.col.2.

(l) *Bellegraud. Tract.1.q.13. nu.22. apud Paſſerin. Trib.Regul.q.9.art.5.n.40.*

Pag.446.col.2.

(m) *l. Seruitutes la 4. ff. de Seruit. l. Si ædes. §.final.ff.de Seru.vrban.præd.l. Non ſolùm.§. Qui pignor ff de Vſurp. & Vſucap. l. Qui fundum. §.Procurator.l.Alienam.ff.Pro empto.l.Qui legatorum.ff.Pro hæred.*

(n) *Valer.Maxim.lib 3.*

(o) *l.Iniuriarum. §.Si quis per. ff. de Iniur. & fam. libel.*

(p) *l.Diffamari.C.de Ingen.& manumi.*

Pag.447. col.1.

(q) *Stat.Valliſolet.1593. Salmant. cap. 10. Statut. Gener.Ord.cap.8.§.56. Statut. Reform. cap. 8. num.8.*

Pag 447. col.2.

(r) *Tit.eo.§.8.Stat.Gen.Ord.cap.10.n.8.*

Pag.448. col.1.

(s) *Stat.Valliſolet. 1593. Stat.Gen. Ord.cap.12. §. 23.num.4.*

(t) *Tit.eo.* §.3.

(u) *Stat.Salmant.cap.7. verſ.Si tamen. Orb.Seraph. Tom.3.fol.319.Stat.Reform. cap.7.n.11.*

Pag.448.col.2.

(x) *Stat.Gen.Ord.cap.12.§.23. n.5.Congreg. Gener. Roman.1603. verſ.Item circa modum Orb.Seraph.Tom.3.fol.590.col.1.Statut.Valliſol.cap. cap.12.Tit.de Archiu.verſ.Item proceſſus.*

Pag.450.col.2.

(z) *Paſſerin.Trib.Regul.qu.8.art.2.n.7.*

Pag.451. col.1.

(a) *Paſſerin.in cap.1.n. 22.de Accuſat.in 6.& Trib. Reg.q.8.n.8.*

(b) *cap.Cum oporteat.cap.Inquiſitionis. cap.Qualiter.il 2.de Accuſ.*
(c) *cap.1.& 2.de Accuſ.in 6.*
(d) *Gloſ.in cap.1.& 2.in figur. Caſ.in fin. de Accuſat.in 6.*
(c) *Clar.quæſt.6. verſ.Poſtremò.n.18.*
(f) *cap. Qaaliter, & quando. il 2. de Accuſat. cap. Licet.de Simon.*

Pag.451.col.2.

(g) *Rota deciſ. 264. nam. 4. & deciſ.315. num.11. apud Farinac.poſt Reſponſ.criminal.*
(h) *Paſſeria.Trib.Regul.quæſt.8.art.2.n.9.*
(i) *Clar. quæſt. 6. verſ. Succeſſiuè. num.22.Farinac. quæſt.9.aam.31.& ſeqq. apud Biſt. quæſt. 17. aum.13.*

Pag.453.col.1.

(l) *Nauar. de Iudic.nam.44. Sot. de Tegen. ſecret. Memb.2.quæſt.61.Serra.2.2.q.67.art 3.diſp.2. caſ.6.Sanch.Opaſcul.lib.6.cap.3.n.19.*
(m) *Felin. in cap. Qualiter. il 2. de Accuſ. apud Clar.q.6.verſ.Item ſcias.n.7.*
(n) *Giga.de Crim.læſ.Maieſt.fol.7.q.5. n.1. Clar.§. Læſæ Maieſt verſ. Quæro.n.4.*
(o) *Paris de Put.de Syadic.fol.124.n.14. Afflict.ſuper par.1.Conſt.Regn.Rubr.29. n.6.Rube. coaſ. 145.apad Clar.loc.cit.n.5.*
(p) *Sgroi Lux Prælat.par.3.cap.9.§.13.n.5.*
(q) *l.Annona. ff.de Extraord.crim.*
(r) *Sot.de Tegen.ſecr.Memb.2.q.4.concl.3.apud Roderic.tom.2.q.5.art.6. qaos dat Paſſerin. qu.8. nam.23.*
(s) *cap. Qui non.cap. Si quis Epiſcopus. 2. qaæſt.3. cap. Qui crimen.2.q.8.*

Pag.453.col.2.

(t) *Nauar.Rubr.de Iudic.n.38. & in cap.Inter verba.Coroll.62. num. 281. Clau.Reg.lib.12.cap. 11.n. 10. apud Paſſeria. Trib. Regul. quæſt.8. num.21.*
(u) *Abb. ia cap. 2. de Iudic. Felin. in cap. Eccleſia S.M.num.14.de Conſtit.Bald. conſ.104. lib.1. & conſ.154.lib.3.Iaſon.ia l.Iudices. C.de Iudic.Calderin.Ancharan. Oldrad.Gemin. Fulgoſ. Alex. Imol. Caſtren. Soccin. apud Tuſc. litt.S. concl.147. n.1.*
(x) *Tit.Sententia.§.3.Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.*

Pag.454. col.1.

(z) *DD.in cap.At ſi Clerici.de Iadic.Sot.de Tegen. ſecret.Memb.2.qaæſt.6.Bann.2.2. q.70.art. 1. Serra.art.3.diſp. 2.caſ. 7. apud Paſſerin.Trib. Regul.quæſt.8.n.20.*
(a) *Bero.in cap.At ſi Clerici.an.126.de Iudic. Boer. deciſ.60.num.3. Aufrer.in Repet.Clementin.penult.de Off.Ord.Regul.3.n.16. Caraait.ſap.Rit. Magn.Cur.235.n.16.apud Clar.quæſt.21.verſ. Hanc tamen.n. 34.in fia.*

Pag.454.col.2.

(b) *Abb.in cap.At ſi Clerici.n.12.de Iadic.*
(c) *DD. in l.2.§.Si public.ff.Ad leg. Iul. de Adult. Nauar.Rubr.de Iudic.num.87.Biſt. quæſt.13. num.19.Sgroi par.3.cap.9.§.5.*
(d) *Clar.qaæſt.19.verſ. Vnum tantùm. & quæſt.54. verſ.Item ſi.n.2.*

(c) *Sot.de Tegend.ſecret.Memb.2.q.61.Serra.2.2.q. 67.art.3.diſp.2.*
(f) *Roman. in l. Si qais in graui. ff.Ad S.C. Syllan. Boer.deciſ.90.na.8.Foller.Pract.crim fol.271. num.7. apud Clar.quæſt.21.verſ.Sed hic cadit. num.35.*

Pag.455.col.1.

(g) *Tit.Indicia.§.2.*
(h) *Gloſ.ia cap.2.in verb. Fuerat.de Accuſat. lib.6. Sgroi par.3.cap.9.§.13.n.1.Paſſerin.Trib. Regul.quæſt.8. nam.24.*

Pag.455.col.2.

(i) *cap.Omnibus. 2-quæſt.5.cap.Sicut olim.de Accuſat.*

Pag.456.col.2.

(l) *cap.Hortamar.3.q.9.cap.Fraternitatis.cap.Nuper.de Teſt.cap. Si Teſtes. §. Item iasiurandi. 34.quæſt. 3.l.Iusiurandi.C.de Teſt.Authent.de Teſt.§.1.*
(m) *cap.Naper.iunct.gloſ.in verb.Niſi.de Teſt.*
(c) *Iaucaal.Satyr.5.*
(n) *Gloſ.in cap.Fraternitatis.in verb.Iuramentis.de Teſt.cap.Hortamar.3. quæſt.9. cap. Nallam.2. qaæſt.4. cap.Pura.3.quæſt. 9. Non ſanè.14.qu. 5.cap.Cum dilectus.de Accuſat.cap.Licet.il 2. de Teſt.*
(o) *cap.Sacramentum.cap.Nos.cap. Si quis.2. qu.5. cap.1.15.q.6.*
(p) *l.Cum Clericis.C.de Epiſc. & Cler.*
(q) *cap.In pertractaadis. cap. Imperatoram. cap. Cum cauſam.cap. Cæterum. cap.Cum ia cauſa. de Iaram.caluma. cap. Qaaliter,& qaando. il 1.§.Formam.de Accuſat.*
(r) *Nicola.I.Ad Conſult. Bulgar.cap.67.*
(s) *cap.Tibi.63.Diſt. Gloſ.in cap.Et ſi Chriſtus.vbi Abb.aam.6.de Iureiur.*

Pag.457.col.1.

(u) *cap.Quoniam.iunct.gloſ.in verſ.Duos viros. de Probat.*
(x) *Add.ad Gloſ.3.in cap.Quoniam. de Probat.l.2. ff.Rem pupill.vel adol.l.final. C.de Seru.Reip. l.3.C.de Tabalar.lib.10.*
(z) *Authent.de Hæred.& Falcid.§.Sancimus col.1.*
(a) *Paſſerin.Prax.cauſ.iudic.cap.1.num.2.*

Pag.458.col.1.

(b) *Bald.conſ.43.per tot.lib.1.Alex.conſ.185. nu.8. lib.7.*
(c) *Signorol.coaſ.66. verſ.Vnum tantùm.apud Tuſc. litt.N.coacl.77.num.10.& concl.78.num. 4.*
(d) *B.Pius V.Conſt. Debitum.Cherubin.Bullar.to.2. Conſt.124.B.Pij V.*
(c) *Peyrin.Ad Conſt.9.Pij V.& Formul. litt.N.cap. 6.num.17.*
(f) *Muſſ.Form.inſtrument. cap.53. apud Peyrin. ad Conſt.9.B.Pij V.num.8. Alex. coaſ.80. num.2. apud Tuſc.N. concl.71.num.9.*

Pag.458.col.2.

(g) *Aldret.de Diſcipl.Relig.lib.1.cap.8. n.8.& 9. apud Peyrin.loc. cit.num.9.*
(h) *Speculat.par.2.de Inſtrum.edit.§. Reſtat. nu.37. Muſſ.apud Peyrin.loc. cit.*

(i) *Pey-*

Pag.459. col.1.

(i) *Peyrin.Formul.litt.N.cap.1.*

(l) *Decret.S.C.de Apoſt.& Eiect. §.80.Peyrin. ad Conſtit.9.B.Pij V.num.4.*

(m) *Lezan.in Mar.magn.Seruitar.num.236. Simon. Barboſ. Euerard. Tuſc. Quintanaduegn. tract. 3.ſingul.6.num.6.apud Anton.à Spir.Sanct.Direct,Regul.par.1.tract.2.diſp.5.num.236.*

(n) *Peyrin.Formular.loc.cit.num.2.*

(o) *Peyrin.Addit.ad Conſt.B.Pij V.cap.6.num.17.*

(p) *cap.1.cap.Hac Conſtitutione. de Off.Delegat.in 6.Gregor.XV. Conſtitut.Sanctiſſimus.*

Pag.459. col.2.

(q) *Oldrad. conſ. 103.Lap. Allegat. 101. num.24. Bart. Alex. Ancharan. Soccin. Roman. Bald. Barbat.Crauet.apud Tuſc.litt.P. concluſ. 892. num.2.& ſeqq.*

Pag.460.col.1.

(r) *Peyrin.Formul.litt.C.cap.20.n.3. Ceſped. Dub. 318.num.12.Paſſerin.in cap. Hac Conſtitutione.num.53.de Offic.Delegat.in 6.*

(s) *Barboſ.in cap. Quoniam.num.4. de Probat.apud Peyrin.loc.cit.*

Pag.460. col.2.

(t) *l.1.l.Diem functo. l.Conſiliari.ff.de Aſſeſſor. l.1. C.eod.tit Cuiac.in Nouell.44.Dionyſ.Gotbofr. ad l.1.ff.de Off.Adſeſſor.*

Pag.460.col.2.

(u) *Bellegrand.tract.2. quæſt.1.*

Pag.461.col.1.

(x) *Portell.par.1.caſ.25.Ioſeph à S.M.tract.4.cap. 10.Repertor.Inquiſit.verb. Teſtis.§.Item nota. Lezan.verb.Viſitator.nu.7.Paſſerin. Trib. Regul quæſt.8.art.11.num 58.Abb.in cap.Ad petitionem.num.2.de Accuſat.*

(z) *Per inquiſitionem. Extrà de Elect.*

(a) *cap.Inquiſitionis.§.Tertiæ. de Accuſat.*

(b) *Gloſ. in d. cap. Inquiſitionis. §. Tertiæ.in verb. Solummodò. vbi Abb.num.2.de Accuſ.*

(c) *cap.1.& 2.de Accuſat.in 6.*

Pag.461.col.2.

(d) *Tit.Patronus. §.9.*

Pag.462. col.2.

(e) *Iſai.cap.56.verſ.10.*

(f) *Calderin. conſ. 156. aliàs 1. de Probat. & conſ. 169. aliàs 3.de Teſt. Alex.conſ.117. nu.4.& 5. lib.4.apud Tuſc.litt.F.concl.63. num.4.*

(g) *Ioann.cap.7.verſ.13.*

(h) *Tit.eo.§.4.*

Pag.463. col.1.

(i) *Tit.Canones. quæſt.2.*

Pag.464. col.1.

(l) *Abb.in cap.Ad petitionem.n.3.de Accuſat.*

(m) *Abb.in cap.Dilectus filius. n.11.de Simon.*

Pag.464. col.2.

(n) *Gloſ.in l.Aliud. §.Refertur.ff.de Reg.iur.Bart.in l.Aut facta.ff.de Pœn. Io:And. in cap. Felicis. eo.tit.in 6.*

(o) *Ludouic. Roman. conſ. 66. per tot. & conſ.195. verſ.Solutio.circ.fin.apud Tuſc.litt.I. concluſ. 102.num.37.& 43.*

(p) *Caſtren.in l.Si ex falſis. C.de Fid. inſtr. Gloſ. in cap. Accuſatus.§.Eum.in verb.Iudicari.de Hæret.in 6.Abb.in cap.Conſtitutus.de Reſcr. & in cap.Cum inter.de Sent.& re. iudic. vbi Felin. num.6.& 7.*

Pag.465. col.1.

(q) *Lezan.Summ.verb.Viſitator.*

(r) *Paſſerin.Trib.Regul. quæſt.8.art.8.num.38.*

(s) *3.Reg.cap.18.verſ.17.*

Pag.466. col.1.

(t) *Cap.final.iunct.gloſ in verb.Iudices.vbi Abb.nu. 2.verſ.Nota bene.de Probat.*

(u) *cap. Quoniam de Probat.*

(x) *Abb.in cap. Quoniam contrà. n.4. verſ. Tertiò Io:Andr.de Probat.*

TITV-

TITVLVS DVODECIMVS.

Exceptio.

T E X T V S.

§. I. Hic eſt vltimus modus procedendi, & poteſt biſariam iniri, nimirum Ciuiliter, & Criminaliter. Ciuilis Exceptio eſt, dum repellitur Iudex, Teſtis, ac Electus, vel Eligendus; contra quos adducuntur inhabilitates, excluſiones, & nil aliud intenditur, niſi ipſorum repulſio à recenſitis muneribus, nulla autem ipſorum punitio. Hinc quæcumque talis Exceptio, ſi probatur, quia Iudex, Teſtis eſt inimicus, infamis, &c. tunc repellantur à iudicio, & à teſtimonio, nulla tamen illis, nec ordinaria, nec extraordinaria pœna imponitur. Pari modo, nec Excipiens talionis pœna plectendus eſt, ſi excipiendo non probat, ſed ſub iudicio, & teſtimonio talium remaneat. Prætereà ſine Excepto præſente, & Excipiente, nullo modo, Iudex poteſt proceſſum Exceptiuum incipere. Præcipuè, vbi de Electione, & Electo ageretur.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

1. *Exceptionis diffinitio.*
   Exceptionis plures ſpecies ex Hoſtienſis.
2. *Exceptio eſt ſpecies Accuſationis.*
   Diuiditur in Ciuilem, & Criminalem.
   Ciuilis, quæ ſit.
   Omnes, qui ad iudicium adbibentur, poſſunt repelli.
   Pariter contrà aſſumptos, aut aſſumendos ad Dignitates poteſt Excipi.
3. *Ex ciuili Exceptione nulla pœna incurritur.*
   Sed Iudex tenetur ex officio procedere contrà Exceptum ex delicto.
   Probationet pro Exceptione ciuili non ſufficiunt ad puniendum criminaliter.
   Neque etiam in cauſa criminali ciuiliter tractata.
4. *Excipiens non punitur talione, ſi excipiendo deficit in probatione.*
   Sine Exceptoris, & Excepti præſentia nequit incipi proceſſus Exceptiuus.

Accuſatio nequit fieri per Procuratorē.

1. EXCEPTIO poteſt diffiniri, quod *ſit actus iudicialis, per quem aliquis repellitur ab aliquo faciendo, obtinendo, vel poſſidendo*. Actus iſte eſt oppoſitio, quam proponit aliquis, ſiue Reus, ſiue Actor. Oppoſitio autem hæc eſt directa *ad repellendum* aliquam perſonam à *faciendo aliquod*; puta Iudicem à iudicando; Actorem ab accuſando; Teſtem à teſtificando; *Notarium* à ſcribendo; *Peritum*, *Arbitrum*, *Conſiliarium* à muneribus ſuis in aliqua cauſa; *vel ab obtinendo*, vt quando Exceptio proponitur contrà aliquem ne ad Prælaturam eligatur; vel ab aliquo *poſſidendo*, quãdo, nempè in tempore debito Excipitur contra Electum, vt nõ confirmetur, vel poſt confirmationem, ne Prælaturam adeptam poſſideat. Exceptionum autem plures ſunt ſpecies; aliæ enim ſunt dilatoriæ; aliæ peremptoriæ; aliæ anomalæ; aliæ perpetuæ; aliæ temporales; aliæ odioſæ; aliæ fauorabiles; aliæ inductæ à rigore iuris; aliæ à naturali æquitate; aliæ ſunt in rem; aliæ in perſonam, & qui eas vult videre adeat *Hoſtienſem.* (a)

2. Quia

2. Quia verò prædictæ diuiſiones parùm faciunt pro noſtro foro Regulari, ideò tractabimus tantùm de *Exceptione*, quæ poteſt nobis competere. *Hic* ergo *eſt vltimus modo procedendi* in iudicio apud nos; vel enim Iudex procedit *ex officio*, vt in Inquiſitione generali, & Denunciatione; vel ad inſtantiam partis, vt in Accuſatione; & Exceptione; quæ tamen optimè reduci poſſet ad Accuſationem, cuius eſt ſpecies. *Poteſt* verò *bifariam iniri, nimirum Ciuiliter, & Criminaliter*.

Ciuilis Exceptio eſt dum repellitur Iudex, Teſtis, &c. Non ſolùm autem poſſunt repelli iſti, ſed etiam omnes, qui ad iudicium adhibentur, puta *Actuarius*, ſiue *Notarius*; *Peritus* in iudicanda qualitate delicti; *Aſſeſſor*, ſiue *Conſiliarius* à Iudice adhibitus; *Coniudices*, *vt Cuſtos*, *Diffinitores*, *&c.* Sicut enim iſti omnes recuſari poſſunt, vt aliàs dictum eſt, ita etiam contra eos poteſt excipi, quod perindè eſt. Pariter *Electus*, *vel Eligendus* ad Prælaturam, Officia, Perſonatus, in Religione, *contra quos adducuntur inhabilitates*, puta ex defectu ſcientiæ, peritiæ, ætatis, natalium, &c. *excluſiones*: vt quod eſt excommunicatus, infamis, inimicus, corruptus, &c. *& nil aliud intenditur*, *niſi ipſorum repulſio à recenſitis muneribus*, *nulla autem ipſorum punitio*.

3. *Hinc quæcumque talis Exceptio ſi probatur*, quod nempè *Iudex*, *vel Teſtis*, *Actor*, ſeu *Accuſator*, *Notarius*, *Peritus*, *&c. eſt inimicus*, *infamis*, excommunicatus, ignorans, corruptus, ſubornatus, tunc repellètur Iudex, & Peritus à iudicio ferendo; Notarius à ſcribendo acta; Conſiliarius à conſulendo; *& à teſtimonio* Teſtis, *nulla tamen illis*, *nec ordinaria*, *nec extraordinaria pœna imponitur*. Hoc autem accipiendum eſt quantùm ex vi exceptionis probatæ, non tamen, quod ex probatione criminis, ratione cuius fit exceptio, Iudex ordinarius non poſſit procedere contra talem criminoſum. Imò tenetur ſpecialiter contra ipſum inquirere *ex officio*; per talem enim probationem in iudicio factam, crimen factum eſt publicum iuris, ratione cuius tenetur Iudex ordinarius *ex officio* procedere, vt poſt nonnullos docet *Clarus*, *(b)* & nos aliàs diximus. Verùm tamen eſt, quod probationes factæ ad probandam Exceptionem ciuilem, non poſſunt inſeruire Iudici, ad procedendum criminaliter, puta deueniendo ad condemnationem, ſuppoſitis talibus probationibus in iudicio ciuili; ſed tantùm inſeruiunt ad inquirendum, & faciendum nouum proceſſum criminalem: quia acta facta in iudicio ciuili non faciunt fidem in criminali, vt *Doctores (c)* communiter tenent; & hoc non ſolùm, quando eſt cauſa ciuilis, ſed etiam, quando eſt criminalis, ſed ciuiliter tractata. *(d)*

4. *Pari modo nec Excipiens talionis pœna plectendus eſt, ſi excipiendo non probat*. cum enim non intenderit pœnam contra Exceptum, æquum eſt, quod etiam ipſe deficiens nullam pœnam ſubeat, *(e) ſed ſub iudicio*, *& teſtimonio talium remaneat*; hoc eſt, quod ſubeat *iudicium* illius Iudicis, & teſtimonia illorum Teſtium, contra quos exceptionem propoſuit. *Præterea ſine Excepto*, hoc eſt, illo contra quem proponitur Exceptio, *præſente*, *& Excipiente*, ſiue Exceptore, quod idem eſt, *nullo modo poteſt Iudex proceſſum exceptiuum incipere*, *præcipuè vbi de Electione*, *& Electo ageretur*. Sic tenet *Rodericus*, *(f)* & ratio eſſe poteſt, quia Exceptio, maximè contrà Eligendum, vel Electum, eſt ſpecies Accuſationis, in qua requiritur, Accuſatorem, & Accuſatum præſentes eſſe Iudici per ſe, nequeunt enim interuenire per Procuratorem.

T E X T V S.

§. II. Si quis excipit contra Electum, & Exceptionem non probat, pœna arbitraria puniri debet. Si contrà Eligendum, mitiori pœna mulctandus eſt, vt falſis criminationibus aditus occludatur.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

1 *Exceptor non probans, qua pœna mulctandus.*

Pœna non debet excedere priuationem vocis paſſiuæ.

Ratio ad hoc.

2 *Plus punitur deficiens Exceptor contra*

tra Electum, quam contra Eligendum.

Punitur tantùm quando obijcit crimen contra Exceptum.

5. EX eo, quod Excipiens contra aliquem, (ad hoc, quod Dignitatem per electionem non obtineat, aut per confirmationem non poſſideat) eſt ad modum Accuſationis, ideò quemadmodum in Accuſatione, ſi Actor deficit in probando crimen, pœna talionis punitur, vt ſupra dictum eſt, ita etiam *ſi quis excipit contra Electum, & Exceptionem non probet, pœna arbitraria* Iudici *puniri debet*. Arbitrium porrò, in hoc caſu, deberet regulari quantum ad hoc, quod ſcilicet non excederet priuationem vocis paſſiuæ. Ratio eſt, quia cum Exceptio ſit ad inſtar Accuſationis, ſicut in Accuſatione deficiens punitur pœna talionis, ita debet fieri in Exceptione; pœna porrò priuationis vocis paſſiuæ, optimè correſpondet: ſi quidem Exceptio probata ciuiliter non aliud grauamen infert, niſi priuationem Dignitatis obtentæ *initiatiuè* tantùm; puta per ſolam electionem, & non *completè*, quia hoc fit per confirmationem; & proinde Exceptus damnum pateretur tantùm, ac ſi voce paſſiua priuatus eſſet; vnde & ſimilis pœna, ad plus, danda eſt Exceptori non probanti. Quia verò plus læditur, qui excluditur à Dignitate, quam conſequutus eſt per electionem, illo, qui tantùm repellitur ab eadem conſequenda, ideò diſponitur, quod *ſi contra Eligendum* non probatur Exceptio, *mitoiri pœna mulctandus eſt* Exceptor, quia minus malum ex Exceptione probata reſultaſſet. *Vt falſis criminibus aditus præcludatur*. Ex hac vltima periodo *Textus* elicitur, quod non ſemper debet puniri Excipiens, ſi deficit, ſed ſolùm, quando obijcit contra Exceptum aliquod crimen pro fundamento Exceptionis. Poteſt enim quis eſſe irregularis ex defectu, & obijci ſibi Exceptio ex hoc capite, vt dicendo, quod eſt impeditus podagra, ſurdus, aut epylepticus; vel poteſt fieri Exceptio ratione ætatis, aut aliorum, quæ nullam ſapiunt infamiam, nec politicam, nec legalem. In tali caſu Excipiens nullo modo criminaretur Exceptum. Si ergo pœnæ arbitrariæ imponuntur Excipienti non probanti, *vt falſis criminationibus aditus occludatur*, ſequitur, quod vbi non eſt falſa criminatio, nulla debet ſubiri pœna, & ſic concludendum eſt, quod ſi ſit Exceptio, quæ nullam omninò ſapiat famæ iacturam, vt eſſet Exceptio ſuper ætate, aut infirmitate, nullo modo vitioſa, ſed merè naturali, nullam omninò pœnam debet portare Exceptor deficiens.

T E X T V S.

§. III. Criminalis Exceptio non ſolùm intendit excludere, ſed punire Excluſos de obiectis criminibus, & probatis: & tunc naturam Accuſationis induit; vndè Exceptor deficiens puniri debet. Si Ciuilis ſit Exceptio, in eodem Proceſſu determinanda eſt. Si criminalis in alio;

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

6. *Excipientis dublex finis.*
In Exceptione ciuili ſimplex eſt finis, in criminali duplex.
Exceptionem criminalem pallians, ſub nomine ciuilis, puniendus eſt, ſi deficit.
7. *Exceptio criminaliter intentata induit naturam Accuſationis.*
8. *Præſumptiones ex quibus finis Exceptoris deprehenditur.*
Plus amatur propria indemnitatas, quàm offenſio alterius.
9. *Malignitas quorundam Excipientium.*
Debent iſti puniri pœnis Statutorum.
10. *Ciuilis Exceptio terminanda in eodem Proceſſu, in quo proponitur.*
Criminalis requirit alium Proceſſum.
Ratio prædictorum.

6. FInis Excipientis poteſt eſſe, aut ſimplex, aut duplex; ſimplex qui-

quidem, ſi ſolummodo intendit impedire Exceptum ab eo, quod ipſe intendit, puta à iudicando, teſtificando, aut obtinendo Dignitatem, & hæc eſt ciuilis Exceptio: duplex autem, quando eſt *criminalis Exceptio*, per quam Excipiens *non ſolùm intendit excludere* ab ijs, quæ Excluſus intendit, *Sed etiam puniri Excluſos de obiectis criminibus, & probatis*. Hic autem aduertendum, quod Excipientis malitia non debet ſibi patrocinari, neque ex illa debet ipſe ferre commodum. Poteſt enim eſſe, quod Excipiens ſe declaret, proponere Exceptionem ciuiliter, reuera autem occultet intentionem, per quam, ſi pateret, redderetur Exceptio criminalis. Hoc quidem eſt, quando proponit crimen, tanquam fundamentum Exceptionis; quemadmodum ſi diceret, Iudicem, autem Teſtem, eſſe eius inimicum, quia ſtuprum commiſit cum Sorore Excipientis, ob quod, multo tempore, Excipiens tetendit inſidias Excepto, vt eum occideret, & ſic facti ſunt inimici: vel exciperet contra *Caium*, ne eligatur, quia Simoniam commiſit cum *Seio*, dando illi pecuniam, ad habendum ſuum ſuffragium. Tali caſu Excipiens, licet ciuiliter, tamen nocet Excepto, & animum nocendi palliatum habet; ſicuti Denunciator; quia crimen Superiori denunciat, dicens ore, ſe non intendere pœnam Denunciati, quamuis corde concupiſcat. Scit enim, quod ſi Prælatus ſcit crimen Subditi, tenetur *ex officio*, & in conſcientia, contra Criminoſum procedere, & hoc modo intentum ſuum obtinet, puta punitionem Delinquentis, licèt intentionem non prodat. In hoc ergo caſu Exceptor deficiens, debet puniri pœna arbitraria, ſicut fit cum Denunciatore non probante, vt paulò ſupra diximus. Et circa hoc aduerto, quod *Abbas (g)* dicit, quod quantumuis, pro fundamento Exceptionis, proponatur crimen, non tamen Exceptio euadit criminalis, ſi Excipiens non intendit punitionem talis criminis. Sed intentio *Abbatis* non eſt, niſi probare, quod, in tali caſu, Exceptus poteſt per Procuratorem reſpondere, vt fit in cauſis ciuilibus, nec tenetur per ſe reſpondere, vt fit in criminalibus. Sed negari non poteſt, quod apud nos, aliquo modo, ſeu materialiter, criminalis non ſit, cum de crimine agatur; & Excipiens intentionem abſcondat, ſimulans, ſe tantùm ciuiliter Excipere, ſciens, quod Iudex de tali crimine Exceptum puniet, (ſicut ſi ipſe punitionem intendiſſet criminaliter excipiendo;) licet mitiori pœna.

7. Quando verò criminaliter excipit, & duplicem habet intentionem, *tunc naturam Accuſationis induit*. At hic ſubtiliter eſt diſtinguendum, vel enim intentio Excluſionis eſt principalis, & punitionis acceſſoria; vel vice verſa. In primo caſu verum eſt, quod *naturam Accuſationis induit*, hoc eſt, non eſt formaliter Accuſatio, cuius primus finis eſt punitio; ſed ſimilitudinaria, quia in hac Exceptione quæritur etiam pœna Excepti, vt in Accuſatione; ſed non quæritur pœna primò, ſed ſecundariò; primò enim intenditur ab Excipiente indemnitas, aut propria, aut Reipublicæ; ſecundariò autem pœna Excepti; & ideò talis Exceptio *habet naturam*, ſed non formalitatem *Accuſationis*. Quando verò primò intẽditur punitio criminis, & ex conſequenti Exceptio, tunc eſt vera Accuſatio: à termino enim ſpecificatur motus; vndè ſi Excipiens primò tendit in punitionẽ criminoſi Excepti, patet, quod hęc eſt terminus motus accuſationis, & eius Exceptio eſt vera, & formalis accuſatio, & nomine tenùs Exceptio; vnde regulanda tunc eſt ad formam accuſationis, inſcribendo, & dando libellum, prout fit in vera accuſatione. *Vnde Exceptor deficiens puniri debet*. Sed qua pœna? Pœna quidem arbitraria, ſi Excluſio eſt primò intenta. Si verò punitio criminis oppoſiti eſt principale motiuum, debet eſſe pœna talionis, quia, in tali caſu, Exceptio eſt vera accuſatio. Sed quia difficile eſt, quod Iudex poſſit cognoſcere, quando nam Exceptor intendit principaliter punitionem criminis, & acceſſoriè Excluſionem, aut vice verſa, ideò dicendum eſt quales ſint, & quæ præſumptiones, per quas alterum iſtorum concludi poteſt.

8. Dico ergo, quod in caſu, quo Excipiens ſit Reus in aliqua cauſa criminali graui, & nulla ſibi ſuppetat maior defenſio, quàm Exceptio perſonalis contra Iudicem, aut Teſtem vnum, à quo ſolo pendet integra probatio delicti, quantumuis Exceptio ſit propoſita criminaliter, poteſt præſumi, quod ipſe primò, & principaliter ſui defenſionem intendat, & pœnam alterius conſequenter. Ratio eſt quia naturaliter plus amatur propria indemnitas, quam offenſio alterius, hæc enim ad illam ordinatur. Si verò poteſt alio mo-

do ſe defendere, & tamen eligit viam accuſandi per Exceptionem; vel ſi nihil ipſi prodeſt talis Exceptio. (ex eo, quod ſi excluditur iſte Teſtis, ſuppetunt alij multi, per quorum teſtimonia poteſt conuinci; & ſi recuſat hunc Iudicem, debet nil minus ſubire iudicium alterius,) & tamen ſic criminatur excipiendo; ſignum eſt, quod eius principalis intentio eſt, vt Exceptus puniatur; & ſic Excipiens eſt verus Accuſator. Pariter ſi quis excipit contra *Caium* criminaliter, ne eligatur, aut ne confirmetur, & ipſe Excipiens non concurrit ad Dignitatem illam; patet quod principaliter intendit punitionem; ſi enim intenderet tantummodò illum repellere à Dignitate, exciperet tantùm ciuiliter; tali einm modo ſufficienter remanet impeditus in conſequenda Dignitate; vnde excipiendo criminaliter, ſe prodit Accuſatorem, & pœna Accuſatorum puniri debet, ſi deficit.

9. Vnum remanet hìc monendum, & eſt, quod aliquorum Æmulatorum vitium eſt indagare defectus illorum, quos æmulantur, & eos ſeruare in ſinu. Appropinquante verò tempore electionis, tales defectus produnt Viſitatori, aut Generali, & crimina propalant ad effectum impediendi eum, quem æmulantur, ne eligatur. Ad malignitatem talium puniendam diſponit *Textus* ſupra, *(b)* quod non audiantur, perpetuò actibus legitimis priuentur, ac ſint Infames. Sed ponamus, quod vnus illorum iuridicè, & criminaliter ſic excipiat, debet ne audiri? Dico quod non, quia à lege impeditur, quemadmodum repellitur ab accuſando, qui per legem accuſare prohibetur; & debet Prælatus contra ipſum præcitatas pœnas fulminare irremiſſibiliter, niſi euidenter probet, ſe antea neſciuiſſe talia crimina, quæ contra Exceptum obiectat. Ex alia parte debet Superior *ex officio* inquirere de plano veritatem ſuper talibus, & impedire electionem ne cadat in fauorem Criminoſi, cum detrimento Religionis, ſi ille dicitur culpabilis. Imò tenetur etiam formiter procedere, ſi tempus ſuppetit, ne crimina euadant impunita.

10. *Si ciuiliter ſit Exceptio in eodem Proceſſu terminanda eſt.* Aduerto, quod ad reddendam Exceptionem ciuilem, apud nos, facit non ſolùm intentio Excipientis expreſſa in forma, ſub qua concipitur libellus Exceptiuus; ſed fundamentum, ſuper quo ſtabilitur Excipiens. Si enim hoc crimen in ſe ſit, quamtumuis Excipiens dicat ſe ciuiliter excipere, & Exceptum ſolummodò repellere à iudicando, ſeu teſtificando: tamen fit criminalis Exceptio quo ad punitionem (quia Iudex, inter nos, tenetur tale crimen punire) & etiam quo ad modum procedendi. *Quia ſi ciuilis ſit Exceptio, in eodem Proceſſu terminanda eſt*; quando nempè, non ſolùm Excipiens tantummodo petit, quod Exceptus repellatur; ſed etiam quando fundamentum Exceptionis non eſt crimen. Vt ſi peterem *Caium* repelli à teſtificando contra me, quod blaſfemauerim, quia ipſe, & frater *Seij*, qui accuſauit me; Teſtes, quos producere debeo ad probandum, quod dico, debent examinari in eodem Proceſſu, qui formatur contra me. Sed ſi repello *Caium* à teſtificando, quia eſt infamis, periurus, &c. tunc, licet ego petam ciuiliter, & ſufficiat examinare Teſtes à me productos ſuper periurio *Caij*, ad effectum illum repellendi; tamen Iudex non poteſt, ex officio, vt debet, *Caiũ* punire, niſi alium Proceſſum inſtruat. *Proindè dicit, ſi criminalis in alio*; quia enim in Exceptione criminali peto duo, hoc eſt, repulſionem, & punitionem Excepti; proindè Teſtes à me producti, examinati in Proceſſu, qui fit contra me, benè faciunt pro me, ad repellendum Exceptum; Sed ſi debet ad mei petitionem puniri, alius Proceſſus eſt neceſſarius.

T E X T V S.

§. IV. Contra Eligendum, in ipſo electionis die, Exceptio non debet admitti; niſi tam in promptu eſſet probatio, vt breuiſſimo tempore, expediri poſſet Exceptio. Criminalis verò nullo modo audienda, ſed ſuis dilationibus agitari debet, vt Exceptor probare, & Reus ſe tueri valeat.

COM-

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

11. *Non poteſt produci Exceptio contra Eligendum ipſa die electionis.*
Poteſt fieri, ſi, in breuiſſimo tempore, poſſet probari fundamentum Exceptionis.
Tempus breuiſſimum quodnam dicatur in iure.
Hoc determinare, eſt arbitrarium Iudici.
Decima pars diei electionis poteſt vocari tempus breuiſſimum.

11. Qvia debet, & bono Religionis conſuli, & indemnitati proximi prouideri, rectè decernitur, quod *contra Eligendum, in ipſa electionis die, non debet admitti Exceptio*, nempè ciuilis: quia dum Prælatus, qui eſt Præſes Capituli, debet vacare in dirigenda electione, præſertim Prouincialis, quæ eſt vni diei artificiali alligata, (*i*) non ſupereſt illi tempus ad audienda ea, quæ proponit Excipiens, & in ſui defenſionem reſpondet Exceptus; *niſi tam in promptu eſſet probatio, vt, breuiſſimo tempore, expediri poſſet Exceptio*. Hanc probationem non puto poſſibilem, niſi per productionem inſtrumenti authentici: vt ſi fieret Exceptio ſuper ætate, vel natalium qualitate, ad conſequendam Prælaturam, & produceretur atteſtatio Baptiſmatis legalizata, vel copia Sententiæ authentica, per quam ille redditus eſſet perpetuò inhabilis. Examinare enim Teſtes, requirit tempus prolixum, hìc autem aſſignatur *tempus breuiſſimum*. Quantum autem tempus poſſit dici breuiſſimum, difficile eſt determinare; quia aliquando in iure vocatur tempus modicum, quod eſt infra decennium; (*l*) aliquando ſeptennium dicitur modicum; (*m*) aliquando quinquennium; (*n*) aliquando biennium; (*o*) aliquando tempus breue dicitur, quod eſt intra triginta dies; (*p*) aliquando factum intra tres dies, dicitur factum incontinenti. (*q*) Vnde determinare quodnam tempus ſit longum, vel breue, eſt arbitrarium Iudici, ſecundùm ſubiectam materiam, vt tenet quædam *Gloſſa* (*r*) communiter recepta. Poſſet dici, quod cum tempus vtile pro electione Capitulari ſit dici artificialis, & decima pars alicuius totiùs cenſeatur modica, & minimè notabilis, ita etiā decima pars diei poſſet dici tempus breuiſſimum. Et ità in facti contingentia poſſet ſe Prælatus regulare, quod nempè, ſi contra aliquem, coram ſe, proponeretur Exceptio, cuius probatio intra duas horas, cum triente, poſſet abſolui, non poſſet Prælatus Excipientem repellere, prætextu diſpoſitionis huius *Textus*, ſed teneretur admittere, quia tempus tale eſt breuiſſimum; & ſi Prælatus nollet exceptionem admittere, & Excipiens appellaret, & proteſtaretur de nullitate electionis, electio, ſi caderet fauore Excepti, redderetur nulla, probata Exceptione. *Criminalis verò nullo modo audienda, ſed ſuis dilationibus agitari debet, vt Exceptor probare, & Reus ſe tueri valeat.*

I. Quæritur. An in Exceptione ciuili dentur defenſiones Excepto contra Excipientem?

SVMMARIVM.

12. *Differentia procedendi excipiendo ad defenſam, & ad impediendum conſecutionem Dignitatis.*
13. *Defenſiones debent dari Excepto, ſi aliquod damnum per exceptionem patitur.*

12. Reſpondeo. Quod licet in *Textu* complicata ſit materia Exceptionis, quæ fit contra Iudicem, Actorem, ſeu Teſtes, cum illa, quæ fit ab illo, qui alium à Dignitate repellere intendit; tamen diſpar eſt vtrorumque tum ratio, tum methodus. Ratio quidem eſt, quod in prima, illa exceptio, quæ proponitur, eſt à Reo, qui intendit quoquo modo ſe defendere; & ideo, ante litem conteſtatam, opponit contra perſonam Iudicis, aut Actoris; conteſtata verò (ſaltem apud Nos, vbi Teſtes ſemper examinantur ante rei conſtitutionem) contra Teſtes; in ſecunda verò, exceptio eſt ab Excipiente, tanquam Actore intendente impedire, ſiue repellere alium à Dignitate. Methodus item diuerſa eſt, quia in prima proponitur, & terminatur ciuilis exceptio in Pro-

ceſſu eodem; in ſecunda verò ſemper fit Proceſſus ſpecialis; vnde procedere per modum Exceptionis,eſt peculiaris modus contradiſtinctus contra modum per Accuſationem, Denunciationem, & Inquiſitionem, vt viſum eſt; cum ex alia parte Exceptio in primo intellectu fit, quid vagum, quod intrat in omni modo procedendi: in omni enim, conceduntur defenſiones, quæ, vt plurimùm, conſiſtunt in exceptionibus contra Teſtes, aut Iudicem inimicum &c. De prima autem aliquid dictum eſt, quando locuti ſumus de conditionibus requiſitis in Iudice, ac de eius recuſatione; de Accuſatore, & quiſnam prohibitus ſit accuſare; & dicemus etiam ſuo loco de Teſtibus; hæc enim omnia ſunt veræ Exceptiones, quæ contra Iudicem, Actorem, ac Teſtes proponuntur. De ſecunda verò tractamus in ſequentibus Quæſtionibus, quæ maximè poſſunt vſu venire. Sed quia quæſtio hæc poteſt eſſe communis in omni genere Exceptionis,ipſam præmittimus.

13. Dico ergo diſtinguendo: vel Exceptus per huiuſmodi exceptionem aliquod damnum patitur, vel nullum. Si aliquod damnum, debent ipſi dari defenſiones; ſi nullum,minimè. Ratio eſt,quia ad euitandum damnum, ſiue in perſona, ſiue in re, ſiue in fama,de iure naturæ, ac ſcripto,(t) debent dari defenſiones, quæ per nullam legem humanam poſſunt tolli. Supponimus verò, quod Excepto veniat damnum ex propoſita exceptione, vnde, ad ipſum fugiendum, admitti debet,ad reprobanda oppoſita in exceptione, ſiue per Inſtrumenta, ſiue per Teſtes. Hinc ſi,Actor proſequens iniuriam ſuam, accuſaret, vt ſibi damnum per iniuriam illatum reparetur, Reus verò per Exceptionem repelleret Actorem ab Accuſatione, ne cauſa contra Reum fieret, certè Actor eſſet damnificatus per Exceptionem, quia remaneret cum illo damno, quod reparare ſperauit in iudicio. Hoc videtur pariter in Iudice, à quo eſt appellatum; Quia ſi Iudex, *ad quem*,ſententiat tantùm ſuper meritis cauſæ, ſuper qua appellatum eſt, citare illum non debet, quia de nullo eius damno agitur; ſi vero agere intendit contra illum,condemnando eum de iuſtitia malè adminiſtrata, tunc debet citari, ad hoc vt ſe poſſit defendere, pro vt aliàs fuit dictum; agitur enim de damno ſuo. Cum itaque in Exceptione, quæ proponitur contra Eligendum,ſemper interueniat damnum Excepti; tum quia priuatur Dignitate, quam ſperat; tum quia patitur iacturam famæ,ſi fundamentum Exceptionis ſapit aliquam turpitudinem; hinc reſoluendum, quod quantumuis Exceptio ciuiliter proponatur, ſemper Excepto Eligendo debent dari defenſiones.

II. Quæritur. Quomodo proponenda ſit Exceptio contra Eligendum?

SVMMARIVM.

14. *Abſentes, & præſentes in iure, qui dicantur.*
Qui vult excipere, quando poſſit dici præſens.
Exceptio poteſt proponi per litteras.
Si eſt ciuilis,poteſt tractari per Procuratorem.

15. *Forma proponendi exceptionem.*

14. RESpondeo. Quod,vt ordinat *Textus* ſupra,oportet, quod Excipiens, & Exceptus ſint præſentes: & hoc non debet accipi de præſentia ſtricta, ſiue phyſica, ſed lata, & morali, iuxta quam dicitur eſſe præſens, qui per multum ſpatium non diſtat. Difficile quidem eſt determinare, quando aliquis poſſit dici præſens,in ordine ad aliquod agendum, vel conſequendum,ob varietatem legum, quæ diuerſimodè loquuntur, prout Doctores exponunt. Abſentes enim aliquando, vel præſentes dicuntur, qui non ſunt, vel ſunt in Ciuitate, aut loco ſeruitij: (u) aliquando qui ſunt in alieno, vel proprio Territorio:(x) aliquando qui ſunt ſub diuerſo, vel eodem Præſide, vel Ducatu:(z) aliquando qui ſunt, vel non, in loco, vbi habent domicilium:(a) ac vndecim modos abſentiæ, & ex conſequenti etiam præſentiæ, enumerat *Apoſtillator* ad *Ludouicum Romanum (b)*. Quantum autem ad caſum noſtrum cenſerem,quod,ad effectum excipiendi contra aliquem,tempore, quo Vocales Capitulares, nec ſunt congregati, nec de proximo congregandi, præſens dici poſſit ille, qui eſt in Prouincia; ſi verò ſunt de proximo congregandi, quia iam litteræ citatoriæ Capituli emanarunt,præ-

ſen-

ſentem dicerem, qui vocatus à Prælato poteſt intra vnam, vel alteram diem, venire; ſi ſunt congregati, vocarem præſentem eum; qui parùm diſtat, & vocatus, eadem die, poteſt comparere. Ducor, quia licet Proceſſus Exceptiuus nequeat incipi, niſi præſente Excipiente, qui libellum Exceptionis Iudici porrigat iuxta formam, de qua infra; & à Iudice etiam interrogetur, vt ſibi plùs pateat fundamentum Exceptionis; tamen poteſt etiam per litteras fieri Exceptio, manifeſtando ſcilicet Prælato intentionem, quam habet excipiendi, & petendo litteras obedientiales adeundi Prælatum ipſum, ad effectum proſequendi Exceptionem: & Prælatus tenetur, pro bono Religionis talem, Excipientem admittere, maximè ſi eſt Religioſus bonus, & timoratus, qui mouetur à zelo honoris Dei, & publicæ vtilitatis; imò, vt habet textualiter *Canon* quidam, *(c)* ſi Exceptio ſit ciuilis, poteſt fieri etiam per Procuratorem, quia in hac nulla ſit inſcriptio; vnde præſentia Excipientis eſt neceſſaria tantùm in Exceptione Criminali, quæ eſt vera accuſatio, & in ea requiritur inſcriptio. Si Excipiens ſit, vel in Prouincia, vel parùm diſtet à Conuentu, vbi eſt Superior, ita vt commodè, & in tempore, quo non impediatur electio, poſſit fieri Proceſſus Exceptiuus, ſequitur, quod debet dici ſufficienter præſens ad effectum intimandi Prælato voluntatem ſuam, & ſic diſponendi præparatoria ad Exceptionem. Quod ſi, vt dicebam, intendit aliquis ciuiliter tantùm procedere, non eſt neceſſaria præſentia eius, ſed hoc poteſt per Procuratorem.

15. Forma porrò Exceptionis debet continere tempus, locum, & perſonam, tum Excipientis, tum Iudicis, ſeu Prælati, coram quo proponitur Exceptio, tum eius contra quem excipitur. Item fundamentum Exceptionis, vtpotè quod non habeat ætatem requiſitam: quod ſit inhabilis, ex tali crimine commiſſo &c. & exprimi debent omnes circumſtantiæ delicti, propter quod excipere intendit: pariter aſſignare Teſtes, vel producere Inſtrumenta ad probandùm. Tandem debet exprimi petitio, quę in ciuili Exceptione verſatur tantùm circa repulſionem à Dignitate conſequenda; in criminali autem addit inſtantiam, vt de crimine obiecto, iuxta leges, puniatur. Debet vltimò Excipiens iurare, quod non animo calumniandi, neque malo zelo, inſtigatur ad taliter excipiendum. Libellus porrò ita conceptus debet Iudici, coram *Notario*, & Teſtibus præſentari, vt fit in Accuſatione. Dabimus autem *in ſecunda Parte* formam vtriuſque Exceptionis.

III. Quæritur. Quis poſſit excipere contra Eligendum?

SVMMARIVM.

16. *Quilibet non excommunicatus poteſt excipere contra eligendum.*
Inhabilis ad accuſandum admittitur pro intereſſe proprio.
Expedit cuique Religioſo, habere dignos Superiores.

16. Reſpondeo. Quod quilibet de Prouincia, quantumuis inhabilis ad accuſandum, poteſt excipere, tum ciuiliter, tum criminaliter, dummodo excommunicatus non ſit; vt habet *Gloſſa* quædam *(d)* communiter recepta. Ratio, quam adducit *Innocentius*, quem ibi citat *Abbas*, eſt, quia quilibet quamuis inhabilis, admittitur ad accuſandum, quando proſequitur proprium intereſſe, Subditus verò excipiendo contra eum, qui eſt futurus ſuus Prælatus, proſequitur proprium intereſſe: expedit enim, non ſolùm toti Reipublicæ, ſed cuilibet de ea, habere Prælatum idoneum, & irreprehenſibilem; vndè concluditur per hoc, quod quilibet de Prouincia poteſt excipere contra eligendum in Prouincialem; & quilibet de Conuentu contra eligendum in Prælatum localem. Dicit porrò *(e) Abbas* citans pro ſe *Innocentium*, *Archidiaconum*, & *Ioannem Andreæ*, quod quilibet talis non ſolùm poteſt excipere contra Eligendum, ſed etiam contra Electum, ſiue contra Petentem confirmationem; non ſolùm ex adducta ratione, ſed etiam quia ſicut quilibet admittitur ad defendendum alium, *(f)* ità etiam, debet admitti quilibet ad defendendam Eccleſiam, nempè per Exceptionem ciuilem, ne malus Prælatus ipſius adminiſtrationem nanciſcatur, & ipſa damnificetur. Et ius publicum conſiſtit maximè in Prælato: & ſingulis Subditis

mul-

multum intereſt, vt bonus ſit, & quod hoc intelligatur non ſolùm, quando excipitur ob qualitatem perſonalem Electi, ſed etiam ob defectum, qui interuenit in forma Electionis.

IV. Quæritur. Quænam ſint fundamenta legitimæ Exceptionis contra Eligendum ad Prælaturam?

SVMMARIVM.

Quæ arcent ab Officio Iudicis, impediunt Prælaturas.

18. *Tela iudicialis, ad Exceptionem, quando ſit neceſſaria.*

Vt Exceptus repellatur à Prælatura, ratione delicti, quæ requirantur.

Indicia delicti ad condemnandum debent eſſe probata.

Sententia condemnatoria de crimine, vt afficiat Exceptum, debet tranſiſſe in iudicatum.

Pendente appellatione ſuper priuatione vocis paſſiuæ, priuatus ſic, poteſt eligi.

19. *Appellatio à Cenſuris non eſt ſuſpenſiua ſententiæ.*

Priuatio vocis paſſiuæ non eſt cenſura.

Excommunicatus, etiam poſt appellationem, non poteſt eligi.

Sententia declaratoria Excommunicationis ſuſpenditur per appellationem.

Non ſic Sententia fulminatoria lata ab homine.

Priuatus voce paſſiua per ſententiam, ſi appellat, poteſt eligi.

Diffamatus de crimine apud graues viros, eſt ineligibilis.

Diffamatus remanet, probato crimine, licet appellet à grauamine.

17. Reſpondeo. Eſſe omnia ea, quæ enumerauimus, quæ arcent ab officio Iudicis: (g), & quia repetere ſuperfluum eſt, ideo ſuperſedemus, & Lectorem ad aliàs recenſita remittimus. Hoc tamen de quolibet tali impedimento, paſſiuam electionem irritante, vniuerſaliter eſt ſciendum: quod ad hoc, quod poſſit impedire electionem, aut confirmationem oportet, quod probetur, per euidentiam, vel Inſtrumenta, vel Teſtes, &, vltra hoc, per Sententiam. Per euidentiam poteſt contingere in permanentibus quæ ſunt ſenſibilia, & perſonæ affixa; vt quod ſit claudus, leproſus, cæcus. Per Inſtrumenta contingere poteſt in tranſeuntibus, vt quòd ſit natus tali anno, & per hoc ætatem non habet; quod ſit genitus ex thoro non legitimo; & hæc probentur per atteſtationem Baptiſmalem authenticam; vel quod ſit priuatus voce paſſiua, & ideò inhabilis, & iſtud probatur per exhibitionem copiæ Sententiæ legalizate, per quam priuatus remanſit. Iſta porrò poſſunt in ipſa die electionis proponi, eo quia nullo labore, & tempore breuiſſimo poteſt Iudex cognoſcere veritatem Exceptionis, nec iudiciali indagine opus eſt.

18. Si verò Excipiens proponit crimen, cui ipſo facto ſit adnexa Cenſura, vel pœna canonica; & ratione illius Exceptum ab electione intendit repellere; tunc tela iudicialis inſtituenda eſt, & probatio fieri debet per Teſtes, atque alias probationes, & debet ſequi ſententia Declaratoria Iudicis. Vnde prætextu cuiuſcumque delicti, quantumuis enormis, cui in iure, (etiam cum clauſula *ipſo facto*, & *abſque vlla Iudicis declaratione*) adnexa ſit Cenſura, & priuatio vocis paſſiuæ, aut inhabilitas, non poteſt repelli, quis ab electione, niſi tria concurrant; primum eſt, quod adſint probationes de delicto; (h) & licet indicia aliquando ſufficiant ad condemnandum, tamen hæc debent eſſe probata, & talia, quod Reum conuincant, vt tenuit *Rota* (i). Secundum eſt, quod Reus citetur, & illi dentur debitæ defenſiones, quia nec inauditus, nec indefenſus damnari poteſt. Tertium, quod ſit ſententiatus, & quod ſententia tranſierit in iudicatum; quia ſi Sententiatus appellat, nõ afficitur ſententiã, quia ſuſpenditur per appellationem, vt habetur in Iure (l), & pendente appellatione, poteſt inhabilis, ac priuatus voce paſſiua, eligi.

19. Contra hoc videtur eſſe, quod cum à ſententia Excommunicationis, ſicut & aliarum Cenſurarum, appellatio non habeat effectum ſuſpenſiuum, ſed tantùm deuolutiuum, vt Textualiter habent duæ *Decretales* (m), dicendum conſequenter eſt, quod

quod ſi aliquis declaretur Excommunicationem incurriſſe, (& ex conſequenti priuationem vocis), quod per talem appellationem non ſuſpendatur ſententia, ſed tantùm deuoluatur eius cognitio ad Superiorem; & proinde,non obſtante appellatione,ille maneat impeditus. Reſpondet ad hanc obiectionem *Paſſerinus*, dicendo, quod inhabilitas, ſeu priuatio vocis paſſiuæ non eſt ſuſpenſio, aut cenſura, quia non tollitur per abſolutionem, ſed per diſpenſationem, vt, multis citatis,*(n)* probat; proindè appellatio à ſententia priuationis vocis benè ſuſpenditur per appellationem. Sed pace tanti viri, reſponſum non ſubſiſtit. Siquidem priuatio vocis ſemper eſt effectus Excommunicationis, vnde manens in hac Cenſura,poſt appellationem, non poteſt vllo modo eligi, vt textualiter habetur in iure *(o)*. Si ergo priuatio vocis eſt ſimul cum Excommunicatione, vt communiter eſt,(vt videre eſt in pœna introducentium Mulieres intra clauſtra, & multis alijs) tunc per appellationem, ſicut non ſuſpenditur Cenſura, ita neque eius effectus. Diſtinguendum ergo eſt: vel pœna priuationis vocis eſt nudè appoſita pro aliquo delicto, & hæc infligitur per ſententiam; in tali caſu appellatio ſuſpendit, & ſic Priuatus, appellando poteſt eligi:quia talis priuatio non eſt Cenſura, & in hoc caſu bene dicit *Paſſerinus*. Vel priuatio eſt effectus Excommunicationis, & tunc diſtinguendum eſt, vel Excommunicatio eſt latæ ſententiæ per legem, & ſententia Iudicis eſt tantùm declaratoria, & tunc appellatio ſuſpendit Cenſuram, & eius effectum; non enim appellatio eſt à cenſura, ſed à declaratione eius, & ita Sententiatus manet in ſtatu, ac ſi ſententiatus non eſſet, & poteſt eligi. Vel Excommunicatio eſt ſententiæ ferendæ, & fertur à Iudice: & appellatio ab iſta non ſuſpendit Cenſuram, nec eius effectum, ſed tantùm deuoluit cognitionem ad Iudicem, *ad quem*, qua pendente,ſic Excommunicatus, eſt ineligibilis. Quod ſi ſententia nudæ priuationis feratur à Iudice, & priuatus appellet, eius appellatio, quoad vtrumque effectum ſubſiſtit, & eligi poteſt, tali priuatione minimè obſtante.

20. Aduertendum tamen, quod ſi ex tali ſententia ille manet diffamatus de delictis, de quibus ſententiatus fuit, apud graues, & probos viros, adhuc, pendente appellatione,eligi non poteſt ratione infamiæ,ob quam aliquis ad Dignitates eſt ineligibilis in vtroque iure *(p)*. Et ita,quantumuis ex vi appellationis ſuſpendatur ſententia, vt non impediat,quin ſic Sententiatus eligi valeat; tamen ex alio capite,electio manet impedita,ſi damnatus, remanet notatus infamia, ex eo,quod in iudicio accuſatus, & condemnatus eſt, vt optimè poſt *Sigiſmundum de Bononia* obſeruat *Paſſerinus (q)*. Remanet autem verè diffamatus, ſi crimen eſt verè probatum; ita vt plenè conuictus, aut confeſſus ſit Reus, & appellet, tantùm ratione grauaminis illati in pœna inflicta per ſententiam: non vero quòd impugnetur ſententia ipſa, vt non ſubſiſtens in declaratione delicti commiſſi, ita vt appareat ex illo publico iuris,inexcuſabiliter criminoſus, & ita infamis.

V. Quæritur. An Commiſſarius Viſitator poſſit in actu Capituli excludere aliquem à voce paſſiua?

SVMMARIVM.

21. *Excluſio facta à Viſitatore de aliquo, ne poſſit eligi, eſt Exceptio.*
Viſitator ex informata conſcientia, & ſine forma iudiciali, nequit excludere aliquem à Prælatura:
Viſitator ex informata conſcientia confirmare, vel denegare confirmationem Electo, poteſt.
22. *Priuatio vocis nequit fieri, niſi per ſententiam iudicialem.*
Et hoc à Viſitatore cum Diffinitoribus.
Et per menſem ante Capitulum.
Per genus omnis ſpecies importatur.
Priuatio genericè ſumpta quadrat pro omni ſpecie priuationis.
Vocalis accipitur paſſiuè, & actiuè.
23. *Reiectus ab electione,vitio perſonæ,remanet infamis infamia facti.*
Teſtis ſemel repulſus à teſtificando, ſemper manet repellendus.
Impeditus ad beneficium, remanet ineligibilis.

Reie-

Reiectus, quodammodo fit infamatus infamia iuris.
24. *Statuta, quæ videntur concedere, quod Viſitatores poſſint excludere à voce paſſiua.*
Opinio Sanctori circa idem.
25. *Expoſitio Statutorum, & impugnatio opinionis.*
Dictio legitimè *quid importet.*
26. *Priuationis pœna iudicialiter eſt ferenda.*
Denunciatio fieri non poteſt, ſi crimen probari nequit.
27. *Reſpondetur rationibus Sanctori.*
De proximo accingendus habetur pro accincto.
Excluſus à Prouincialatu grauatur in fama.
28. *Per excluſiones Vocalium plurimum turbantur Prouinciæ.*
29. *Electores non tenentur credere Viſitatori, excludenti aliquem à Prælatura.*
30. *Explicatio Statutorum in contrarium.*
In Delictis notorijs non inſtruitur tela iudicialis.
Modi, quibus poteſt procurare Viſitator ne Indigni eligantur.
Iudex, qui ſcit extraiudicialiter innocentiam Rei, quid agere debeat?
Probatum Reum, vel Innocentem in iudicio, nequit Iudex damnare, aut abſoluere, ex priuata ſcientia.

21. RESpondeo. Quod, vt Superiori Quæſtione probatum eſt, non poteſt contra aliquem valida Exceptio fieri, niſi legitimè probato fundamento Exceptionis. Et niſi ſententia tranſierit in iudicatum, & ab ea non fuerit legitimè appellatum, nullo modo poteſt Exceptus impediri, quominus eligi valeat. Patet autem, quod excluſio facta à Commiſſario Viſitatore, ne aliquis eligi poſſit in Prouincialem, aut Diffinitorem, eſt vera Exceptio; proinde, reſpondendum eſt, non poſſe Commiſſarium, omiſſa forma iudiciali; talitèr excludere extraiudicialiter, & vt dicitur, *ex informata conſcientia*. Et ita firmat *Paſſerinus (r)*: qui addit, quod licèt poſſit Viſitator ex informatione extraiudiciali confirmare, vel denegare confirmationem, vt ex *Abbate*, & alijs, *(s)* ibidem probat, non tamen idem eſt de electione paſſiua, quia Electionis executio non eſt commiſſa eius arbitrio, & ille, qui eſt in poſſeſſione ſuæ eligibilitatis, non poteſt ea priuari de facto, & non ſeruata via iuris.

22. Alia paritèr ſuppetit ratio, & eſt tum *Decretum Sacræ Congregationis*, tum Statutum *(t)* ſuper eo fundatum, quo ſic decernitur. *Priuationis pœnam aliquem incurriſſe, ſine Diffinitorio declarari non poſſit: Idem etiam omninò Viſitatores Prouinciarum obſeruare teneantur. Qui omnes Vocalem nullum in Capitulo priuare poſſint, ſed per menſem ante Capitulum ſententiam diffinitiuam ferant, ſub nullitatis pœna.* In qua diſpoſitione duo ſunt notanda, quod priuatio Vocalis nequit fieri, niſi per ſententiam iuridicam; aliud eſt, quod non poteſt fieri in actu Capituli, ſed per menſem antè. Et ita remanet firmata reſolutio negatiua quæſtionis, per eam ſiquidem apparet, non poſſe Viſitatorem ſolum priuare Vocalem, ſed cum Diffinitorio, ex cauſa nempè legitimè probata; & hoc ſaltem per menſem ante Capitulum. Et nè circa intelligentiam talis Statuti incidat ſcrupulus: aduerto, quod dicit *Priuationis pœnam*, quod, cum ſit genericè prolatum, debet intelligi de omni ſpecie priuationis, cum per genus importetur omnis ſpecies ſub eo contenta: *(u)* & ſic comprehendit priuationem tum Officij; tum vocis actiuæ, & paſſiuæ; tum Actuum legitimorum; tum Officiorum Ordinis, de quibus loquuntur Statuta. *(x)* Paritèr cũ dicitur *priuare Vocalem*, non debet accipi, vt communitèr, & expreſsè, ſumitur pro Vocali ſolo habente vocem actiuam in Capitulo; ſed intelligitur de omni, qui gaudet voce aut actiua, aut paſſiua. *Vocalis* autem denominarur à *voce*, & ſicut hæc dicitur duplicitèr, nempè actiuè, & paſſiuè, ità dupliciter, quis dici poteſt *Vocalis*; actiuè, & paſſiuè, nempè, electiuus, & eligibilis, quia quot modis dicuntur denominatiua, totidem dicuntur denominata. Et cum Statutum loquatur de *Vocali* in genere, debet intelligi de omni Vocali in ſpecie, ita vt nulla ſit omnis ſententia priuationis vocis tum actiuæ, tum paſſiuæ, niſi feratur per menſem ante Capitulum, & cum interuentu Diffinitorij.

23. Quod ſi dicatur, prædicta Statuta loqui de priuatione vocis, quæ, ſecundùm ſe, eſt pœna perpetua, niſi modificetur per ſen-

ſententiam; aut eſt temporalis, quæ afficit priuatum pro ſolo tempore ſuæ durationis: non ſic autem eſſe *Exceptionem*, per quam Exceptus priuatur voce paſſiua hic, & nunc, & pro hac vice tantùm. Contra. Reiectus ab electione vitio perſonæ, remanet infamis infamia facti, ex hac enim repulſione læditur, de facto, fama Repulſi, quia vitium concernens perſonam illam notat eam, ac ſequitur, vt lepra leproſum; & ſicut Teſtis ſemel repulſus non admittitur ad teſtificandum; ita ſemel excluſus non debet ampliùs eligi. Vnde, ſi Infamatus infamia facti debet ſuſpendi à beneficijs habitis, donec ſe purgauerit, vt habetur in iure, (a) multò magis remanet impeditus, ne ad beneficium poſſit eligi. (a) Imò dico, quod remanet infamatus, etiam quodammodò infamia iuris, talis enim Exceptio à Viſitatore lata, tenet locum ſententiæ in iudicio ſummario, aut notorietatis prolatæ, in qua ferenda, licet non ſeruetur tela iudicialis, tamen producit eundem effectum, quem cauſaret, ſi lata eſſet proceſſu inſtituto. Proindè non afficit pro illo tantùm caſu particularis electionis, ſed facit pro omnibus futuris: indè enim ineligibilis perpetuò redditus eſt, quia infamatus. Vndè quo ad effectum, quem cauſat, eſt vera priuatio vocis paſſiuæ in tota ſua extenſione, quam nullus ſanæ mentis poterit concedere, quod Viſitator ſolus, ex informata conſcientia; abſque Diffinitorio, ferre poſſit, & multo fortiùs, in actu Capituli.

24. Videtur autem contra prædicta militare diſpoſitio aliorum duorum Statutorum. Primum eſt Statutum Generale Ordinis, quod habet *Ad eos* (Viſitatores) *tamen ſpectat, & eiſdem diligenter curandum eſt, ne ad eiuſmodi officia Ordinis promoueantur, aut promoueri poſſint, quos ipſi indignos legitimè iudicauerint.* (b) Aliud eſt Statutum Generale Reformationis. *Non poſſa il Commiſſario dar voto nell'elettione del Miniſtro, e Guardiani, quantunque poſſa eſcludere l'indegni.* Ex iſtis porrò videtur concludendum, in facultate Viſitatoris eſſe, excludere, abſque forma iudicij, illos, quos eſſe indignos cognouerit ex Viſitatione, & ita extraiudicialiter. Huic opinioni adhærere videtur *Sanctorus*, (c) qui ait, legitimationem iudicij circa excluſionem faciendam à Viſitatore de aliquo indigno, non eſſe rigoroſè accipiendam; & ita non requiri plenam probationem per confectos proceſſus, & latam ſententiam: quia non agitur de tollendo Officio acquiſito, ſed de impedimento acquirendi, & non proceditur per conteſtationem litis, ſed per ſecretam collationem, quæ infamiam non irrogat. Vnde putat ſufficere, ſi Viſitator oſtendat Viſitationes, à fide dignis acceptas, quia proceſſus Communitatem conturbant.

25. Sed, tanti Viri pace, & ſalua ſemper reuerentia, hæc opinio in praxi periculoſa eſt, quia aperiret viam calumnijs ſecretò malignantium, & potentiam à iure exorbitantem Viſitatoribus concederet; & in terminis iuris tum communis, tum municipalis, eſt falſa. Si enim examinentur verba Statuti videbimus, quod mens ipſius non eſt, vt Viſitator, pro ſuo arbitrio, excludere poſſit, quos excludendos quoquomodo cenſuerit, ſed ait, *quos ipſi indignos legitimè iudicauerint*. Illa autem particula *legitimè*, me iudice, quia ponitur in medio, afficit verbum immediatè præcedens, & ſubſequens, cum quibus æquè concordat, ità vt faciat hunc ſenſum. Viſitatores debere curare ne promoueantur, aut promoueri poſſint illi, quos *legitimè indicauerint* eſſe *indignos legitimè*. Porrò particula hæc *legitimè* importat idem, ac *omni meliori iudicio*, (d) & adiecta probationi importat veram, & plenam probationem, non autem priuilegiatam, vt docuit *Iaſon*, & *Bartolus*; (e) & vniuerſaliter importat factum, vel dictum, vel quodcumque aliud, quod eſt, vel fit, iuſtè, & ratione legum obſeruata, vt ex pluribus iuribus deducunt *Spiegelius*, & *Caluinus*. (f) Debet ego Commiſſarius excludere eos, quos *legitimè iudicauerit*, hoc eſt ad formam iuris iudicauerit, eſſe *indignos legitimè*, hoc eſt à lege ſancitos (ratione defectus, ſeu delicti) indignos ad officia; & hoc idem in terminis tenet *Sanctorus* loco, quo ſupra, qui firmat, pluribus citatis, (g) quod *legitimè* importat modum iuridicum, & ordinem iuris. Non poteſt autem in noſtra Religione infligi pœna priuationis ſuffragiorum, ſeu vocis actiuæ, vel paſſiuæ, (quæ eſt pœna delictorum grauium, & grauiorum,) niſi ob delicta in Statutis expreſſa, in quibus ſoli Prouinciales, aut Commiſſarij, iuxta *Textum*, (h) ſcriptò procedunt, & quæ per eſſentiales formas iuris probata ſunt. Forma verò iuris eſt, quod Reus non conſtituatur, niſi ſaltem ſemiplenè

Ppp pro-

probato delicto, nec damnetur, niſi citatus, defenſus, conuictus, aut confeſſus: *(i)* & vniuerſaliter, iuxta *Canones,(l)* nullus damnari poteſt ad pœnam, niſi probata culpa, & audito Reo, quod eſt de iure naturæ, ac Diuino. Sic autem priuari vòce, & excludi, pœna eſt, & quidem, ſecundùm exiſtimationem in Religione, *pœna magna*; non poterit ergo extraiudicialiter infligi à ſolo Viſitatore; aliter iſte maiorem haberet authoritatem, quàm Prouincialis, vel Generalis ipſe, qui non poſſunt, ſic extraiudicialiter, talem pœnam incutere.

26. Præterea, cum Statuta non loquantur apertè, quod Commiſſarius, abſque inſtituto proceſſu, excludat aliquem, ſed dicat *quos indignos legitimè iudicauerint*, conſtat mentem ſuam eſſe, vt iuxta diſpoſitionem alibi factam ſe gerat Commiſſarius, & ſic *legitimè* iudicet. Porrò ipſa alibi, *(m)* ordinant, quod vbi agitur de priuatione, *vel de alicuius condemnatione, id, niſi de maiori partis Diffinitorij conſilio, & conſenſu non fiat*, & huic Statuto cohærenter habet *Textus*. *(n) Declaratoriam ſententiam ferre tenetur Iudex in Exceptionibus, declarando aliquem eſſe habilem, vel inhabilem ad Officia, vel ſi de Accuſato agitur, quod Conſtitutionem aliquam violauerit, nec ne; quod ex Teſtium depoſitionibus, confeſſionibus proprijs, & defenſionibus factis, pendere debebit.* Patet autem, quod excluſio ab aliquo officio, eſt vera *Exceptio*, & priuatio vocis paſſiuæ, quæ, reſpectu alicuius grauis Religioſi, aut Dignitatis acquirendæ, poteſt eſſe illi grauior aliqua alia pœna corporali; non poterit ergo ferri a Commiſſario niſi per ſententiam, & cum conſilio Diffinitorum, quæ omnia ſupponunt proceſſum inſtitutum, defenſiones, & alia, vt de iure. Vel enim cauſæ, ob quas Commiſſarius vult aliquem excludere, fuerunt ſibi paternaliter reuelatæ, vel iuridicè; iterumque aut probari poſſunt, aut non. Si paternè audiuit, & iudicialiter poſſint probari, aggrediatur Inquiſitionem generalem, & iuridicè procedat; quod & facere poteſt, ſi iuridicè audiuit. Si probari non poſſunt, tunc ſicut prohibetur fieri denunciatio, iuxtà *D. Antoninum*, *(o)* ita non debet de ijs fieri inquiſitio, ſed relinquenda Diuino iudicio, in ordine ad punitionem, vt dicunt multi *Canones*. *(p)* Quod ſi Commiſſarius pro libito, poſſet ab Officijs excludere, amplum oſtium malignitati aperiretur, vt fatetur *Sanctorus* ipſe, & ridiculum eſſet aſſerere, quod ipſe ſolus extraiudicialiter poſſet, quod non poſſet iudicialiter abſque Diffinitorio.

27. Nec rationes *Sanctori* in contrarium me mouent, aut alicuius ſunt momenti. Quia licet non agatur de priuatione Officij acquiſiti, ſed tantùm de impedimento acquirendi, tamen hæc duo aliquando parificantur, quando nempè acquirendum eſt in vltima diſpoſitione. In iure *(q)* enim de proximo accingendus habetur pro accincto, & ſic potentia proxima actui habetur pro actu: & paria ſunt latam eſſe ſententiam, & eſſe concluſum in cauſa; & proximè condemnandus habetur pro condemnato, & mulier de proximo viro copulanda habetur pro copulata, vt dicunt *Doctores*. Si ergo, in tractatu preuio ad electionem, concluſum eſt de aliquo eligendo in Prouincialem, iſte de proximo eſt eligendus, & habetur prò electo: proindè paria ſunt in eo eſſe eligendum, & eſſe electum: & ſicut de facto electus, non poteſt abſque proceſſu priuari, ita neque de proximo eligendus excludi, quod idem eſt, ac priuari. Pariter non afficit, quod hic non procedatur per conteſtationem litis, ſed per ſecretam collationem, quæ infamiam non irrogat. Quia falſum eſt, quod infamia non irrogetur, ſi quis excludatur à Prouincialatu, vt ſupra dictum eſt: maximè, ſi maior pars Prouinciæ ipſum acclamabat; licet enim coram Vocalibus tantùm, & ſecretò, fiat excluſio, tamen impoſſibile moraliter eſt, quod non publicetur, & ita eodem modo grauatur fama taliter excluſi, ac ſi hoc fuiſſet per ſententiam. Pariter reiectus ab electione ex vitio perſonæ, redditur ineligibilis vbique, tanquam infamis infamia facti, vt diximus, & multi ſcribunt. *(r)* Patet autem, quod taliter Excluſus eſſet tantùm ex vitio occulto perſonæ, vt ſupponimus, patitur ergo, & grauatur in Fama.

28. Itidem non releuat ratio, quod formales proceſſus communitatem conturbent; proindè poſſe, ſine proceſſu, excludi. Quia magis conturbatur Prouincia per huiuſmodi excluſionẽ, quàm ſi fuiſſet facta per ſententiam iuridicam; tùm enim excluſus, tùm amici eius, putant (& fortè non ſine fundamento) Viſitatorẽ eſſe præuentum à Factione contraria, & proindè ex paſſione, non ex iuſtitia excluſiſſe: & ita tumultuantur, Superiores inquietant, & om-

& omnia verſant, quod non fieret, ſi fuiſſet, ordine iuris ſeruato, excluſus.

29. Tandem aduerto, cum eodem *Sanctoro* ibidem; Electores non teneri credere Commiſſario excludenti aliquem, aſſerendo eſſe indignum Prælatura. Quid ergo operabitur excluſio tali tempore, & modo facta? Reſpondebitur fortè, cum eodem *Sanctoro* ibidem, debere Viſitatorem oſtendere Patribus Diffinitorij Viſitationes. Sed hoc poteſt prodeſſe in electione Guardianorum, quæ à ſolo Diffinitorio fit, ſed non in Capitulo Prouinciali, in quo omnes Vocales æquale habent ius, & omnes debent certificari de validitate fundamenti excluſionis, alitèr etiam ipſi non tenentur credere, & ſic oportet Viſitationes in publico Capitulo legere, & nomina Denunciantium prodere, & ſingulis Vocalibus oſtendere, quod maximè Prouinciam turbaret, pareret, & pararet inimicitias, & remoueret Fratres à reuelandis ijs, quæ fiunt in Prouincia, quæ omnia perniciosiſſima ſunt. Ex his concluditur, opinionem *Sanctori* nec veram, nec tutam eſſe, & in oppoſita ſententia ſunt *Miranda, Caſtellinus*, & *Paſſerinus*. (s) Et ita vidi declaratum, in facti contingentia pro Capitulo cuiuſdam Prouinciæ, in quo Viſitator, in actu electionis, excluſit aliquos, qui nihilominùs fuerunt electi, & deciſum fuit, non potuiſſe Viſitatorem tali modo eos excludere, & ipſorum electio valuit.

30. Remanet autem dicendum, quomodo intelligi debeat Statuta ſupracitata, quę videntur dare facultatem excludendi, ab electione, Viſitatoribus abſolutè; maximè Statutum Reformatum. Dico ergo, quod facultas Viſitatorum in excludendo indignos vel reſpicit defectus, vel delicta. Defectus vt eſſe claudum, cœcum, indebitæ ætatis, &c. Delicta, vt eſſe proprietarium, Simoniacum, Excommunicatum, &c. In caſu ergo delicti non poteſt Commiſſarius excludere, niſi probato delicto, & Reo defenſo, vt abundè probatum eſt, niſi delictum eſſet notorium, quo caſu, iuxtà *Canones*, (t) non inſtruitur tela iudicialis, ſed fulminatur pœna. Quod, ſi delictum probari non poſſit, debet curare, ne indigni promoueantur, perſuadendo Electoribus, vt concurrant in alium, qui ſibi magis idoneus videtur; dicendo, hunc, ex ijs, quæ audiuit, non eſſe Religioni profuturum; alios Electores, qui fortè erunt in numero ſufficienti, in alium conferre ſuffragia ſua, & votum ſuum inutiliter in illum impendi: & ita, religioſa ſagacitate, impedire, ne indignus eligatur. Quod, ſi hoc non prodeſt, & Viſitator habet tempus, debet ſcribere ad Superiores maiores, antequam adueniat tempus electionis, & abſque paſſione, illos commonere de delictis, ob quæ deberet arceri ab Officijs, & ita malum imminens Religioni anteuertere. Sicut enim Iudex conſcius extraiudicialitèr de innocentia alicuius, qui in iudicio probatus eſt Reus, non debet ipſum condemnare, ſed omnes neruos intendere ad ipſum liberandum, informando Superiores de veritate, prout tenent communitèr *Doctores*: (u) ita etiam Viſitator informatus de indignitate Eligendi, debet omnibus modis contendere, ne eligatur, ſcribendo ad Superiores, quantumuis eius delictum probari non poſſit. Hic eſt ergo ſenſus Statutorum, quæ iniungunt Viſitatoribus, vt curent ne Indigni eligantur: & modus, quo poſſunt illos excludere, denegando nempè eis votum ſuum, & perſuadendo Electoribus, ne tales eligant, & omnem lapidem mouendo apud Superiores, vt ſuprema ipſorum authoritate, malum Religionis impediant; Paritèr, vt per ſe excludant in defectibus patentibus, ex quibus ſunt ineligibiles; itidem, vt inhabiles pronuncient in delictis notorijs; ſed in alijs, quæ indigent probatione, quantumuis illa ſciant extraiudicialitèr, excipere tamen contra eos non poſſunt, niſi in forma iudicij, vt probatum eſt. Sicut enim nequit Iudex pronunciare innocentem, quem ex priuata ſcientia ſcit eſſe criminoſum, ſi iudicialiter apparet innocens, vt concordes in hoc tenent *Iuriſtæ, Canoniſtæ, & Theologi*, (x) ita nec Viſitator poteſt excludere aliquem pro delicto, quod ſolùm extraiudicialiter ſcit, nec probatum eſt, aut notorium; talitèr enim excludere, æquiualet, ac ſi ſententiam priuationis vocis paſſiuæ contra eum ferret.

Citationes Tituli præcedentis.

Pag.470. col.2.

(a) *Hoſtien. Summ. Rubr. de Except. verſ. Quæ ſit Exceptionum. nu.2.*

Pag.471. col.2.

(b) *Iacob. de Beluiſ. Pract. Crim. fol. 28. Boſſ. tit. Quomod.proced.per Except. apud Clar.quæſt. 19.verſ.Vnum tamen.n.1.& 2.*

(c) *Felin.in cap.At ſi Clerici.nu.26.de Iudic. Ripa. in l.2.num. 40. C. de Eden. Pract.Conrad.fol. 283.num.10.Villalob.Comm.opin.lit. A. n.47. Diaz Regul.10.*

(d) *Abb.in cap.Per inquiſitionem.num.12. de Elect. Bero.in cap. Qualiter. il 2.de Accuſ. num.87. Apoſtil.de Angel.de Malef. verſ. Et ad querelam. apud Clar.quæſt.54. verſ. Et hoc quidem. num.3.*

(e) *Speculat.3.par.tit.de Except.num.3.*

(f) *Pract. Crim. Roderic.Tit.10.n.2.*

Pag.473.col.1.

(g) *Abb.in cap.Super his.num.3. verſ. Vltimo nota. de Except.*

Pag.474. col.1.

(h) *Tit.Inquiſitio.§.6.*

Pag.475.col.1.

(I) *Clement.Exiui.§.Cæterùm.de verb.Significat.*

Pag.475. col.2.

(l) *Gloſ. final. in Clement. 1. de Reb. Eccl.non alie. Soccin. conſ. 32. lib. 1. Paul. de Caſtr. conſ.4. num.3.lib.1.*

(m) *cap.final.Ne Prælat.vic.ſuaſ.*

(n) *Hoſtien.in cap.vnic.Vt Eccl.benefic.*

(o) *l.Cum Domini.ff.Locat.*

(p) *l.1.§.1.ff.de Itine.actu.priu.*

(q) *Tit.Inquiſitio. §.7.*

(r) *Gloſ.in l.1.§. Quod ait.ff.de Superfic. & in Clement.1.de Reb.Eccl.non.*

Pag.476. col.1.

(ſ) *l.Vt vim.ff.de Iuſt.& iur.l.Scientiam. §.4. ff. ad leg.Aquil.Clement. Paſtoralis. §. Cæterùm. de Sent. & re iudicat.*

Pag.476. col.2.

(u) *l.Quoties.C.de Legatio.lib.10. Calderin.conſ.3. de Conſtit.in fin.*

(x) *Bart.in l.3. §. 1. ff. de Duo.re. Bald.in l.Secundum. ff.de Fideiu. Angel. & Gloſ. in Authent. eod.tit.*

(z) *Alex.conſ.89.num.18.lib.5.*

(a) *Paul.de Caſtr.conſ.94.verſ.Super eo.lib.1.*

(b) *Apoſtil.ad Roman.conſ.454. num.5. verſ.A Ciuitate.*

Pag.477. col.1.

(c) *cap. Super his. de Accuſat. cap. Tua. de Procurat.*

Pag.477. col.1.

(d) *Gloſ. in cap. Super. in verb. Accuſatione, vbi Abb.num.11.de Accuſat.cap. Cum inter. cap. Dilecti. de Except.*

Pag.477.col.2.

(e) *Abb.in cap.Super his.num.21. de Accuſat.*

(f) *l.Seruum quoque. §.publicè.ff.de Procurat.*

Pag.478. col.1.

(g) *Tit. Quales. §.1.& ſeqq.*

Pag.478.col.2.

(h) *Rot.deciſ.234.par.1.& deciſ.481.par.2.Recen. apud Paſſerin. de Elect. Canon. cap.25. quæſt. 50.num. 601.*

(i) *Rot.in Firman.Capell.7.Maij 1582.coram Clem. VIII.& 1029. num.2. coram Seraphin. Sigiſmund.de Bonon.de Elect.Dub.91.num.9.*

(l) *cap.Paſtoralis. §. Non autem. de Off.Deleg cap. Venientes.de Iureiur.*

(m) *cap.Ad hæc. de Appell. cap. Is cui. §. final. de Sent.Excomm.in 6.*

Pag.479. col.1.

(n) *Suar.de Relig.d.1.Tract.3.lib.4.cap.61.& Tom. 4.tract.8.lib.2. cap.21. num. 13. & 14. Sigiſmund.de Elect.Dub.90.n.7.& Dub.93.num.7. apud Paſſerin.de Elect.cap.25.quæſt.50. num. 602.*

(o) *cap.Poſtulaſtis.deCler.excom.cap.1.de Reſcript. in 6.*

Pag.479. col.2.

(p) *cap.Accedens.de Accuſ. cap. Accuſatum. de Simon.cap.final.de Furt. cap.Infamibus. de Reg. Iur. in 6.l.2.C.de Dignit.lib.12. l.Liberti.ff.de Off.Adſeſſor.*

(q) *Sigiſmund.de Elect.d.Dub.90.num.9. apud Paſſerin.loc. cit.*

Pag.480.col.1.

(r) *Paſſerin.de Elect.Canon.cap.25. quæſt. 50.num. 603.*

(s) *Panormit.& Felin.in cap.final.de Præſumpt.Garzi.de Benef.par.6.cap.2.n.244.*

Pag.480.col.2.

(t) *Sac.Cong.Regul.27.Maij 1616.Stat. Gen. Ord. cap.8.§.39.num.11.*

(u) *Bald. conſ. 239. in princip.lib.1. Dyn.conſ.51 num.3.verſ. Prætereà confirmatio. apud Tuſc. litt.G. concl.40.num.4.*

(x) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.num.1.3.& 4.*

Pag.481. col.1.

(z) *cap.Presbyter.2.q.5.cap.2. cap. Inter. de Purgat.Canon.*

(a) *Gloſ.in cap.Super eo.in verb.Non vitio.vbi Abb. num.2.de Elect. cap. Teſtimonium.§.In criminalibus.iunct.Gloſ.in verb.Opinio.de Teſt.*

(b) *Stat Gen.Ord.cap.8.§.56.verſ.Et quamuis.circ. fin.Stat.Reformat.cap.8.num.10.*

(c) *Sanctor.Comment.cap.8.Statut.71.verſ.Verùmtamen.*

Pag.481. col.2.

(d) *Bald.conſ 149.circ.med.verſ.In contrarium.lib.5.apud.Taſc.litt.D. concl.305.n.1.*

(e) *Iaſon.in l.Si quando.col.2.n.9. C.Vnde vi.Bart.conſ.159.n.3.verſ.Sed quæritur.*

(f) *l.Gracchus.C.Ad leg.Iul.de Adulter.Authent.de Hæred.& Falcid.§.Si quis. Caluin. V. Legitimè idem.*

(g) *Gloſ.& Abb.in cap.Conſanguinei. de Sent. & re iudic. Bartoloz. de Clauſ, inſtrum. Clauſul. 8. gloſ.6.Seraphin.deciſ.290.num.2.*

(h) *Tit.Delictorum.§.4.*

Pag.482. col.1.

(i) *Tit. Quam. §.3.*

(l) *cap.Nullus.cap.Nullum.3.q.5.cap.Nos. cap.Iudex. cap.Sicut.cap.Sine.2. q.1. Iul.1. Epiſt.2. cap.3.*

(m) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.n.32.*

(n) *Tit.Sententia. §.final.*

(o) *S.Antonin.3.par.tit.9. cap.9. cap.Si peccauerit. 2.q.1.cap.Si tantùm.6.q.1.*

(p) *cap.Cum quiſque.23.q.4.Cap.Conſuluiſti. 2.q.5. Innocent.Papa Epiſt.3.cap.4.*

Pag.482. col.2.

(q) *l.1.§.Sed ſi vbi. ff. Ad S. C. Syllan. gloſ.in l.penult.ff.de Teſt.milit.l.Si Mater.§.ea.ff.de Exec. re.iud. Bald. in l.Error. C.de Iur.& fact.igno. Abb.in cap. Paſtoralis. de Except. Salycet.in l.Cum te. C.de Donat.ant.nupt. Iaſon in l.Admonendi in 1.lect.num.55.de Iurein.apud I.B. Nicola.de Reg.iur.lib.14.fol.219.col.1.*

(r) *Biax Direct.Elect.par-2.cap.5.Cucch.Inſtit.lib. 4.tit.de Elect.num. 141. Mirand.tom.2.quæſt. 25.art.11.Sigiſmund.de Elect.Dub.96.num.3. Peyrin.de Subdit. qu.1. cap.31.§.8.verſ.Dico, apud Paſſerin.de Elect. cap. 25. quæſt.52.num. 634.*

Pag.483. col.1.

(s) *Mirand.Manual.tom.2.q.23.art.22.in fin.Caſtellin.de Elect.cap.13.n.26,Paſſerin.eo.tit.cap.2. quæſt.4.num.72.*

(t) *cap.Euidentia.de Accuſ.cap. Manifeſta. 2. qu.1. Abb.in cap.Item quis. de Reſtit.ſpolia.*

Pag.483. col.2.

(u) *Angel. Abb. Filiuc. Roſell. Tolet. apud Maſtr. Theol.Moral.diſp.6.n.26.Paſſerin.Trib.Regul. quæſt.29.art.2 num.39.Sgroi par.1,cap.3.num. 24.& ibi Sayr.Clau.reg.lib.12.cap.8.n.3.*

(x) *Bart.in l.Illicitus. §.Veritas ff.de Offic. Prætor. Menoch.de Arbitr.lib.quæſt.24.num.3. Turrecrem.in cap.Iudices.3.qu.7. Couarru. Variar. lib.1.n.6.Nauar.Manual.cap.25.num.9.& 10. Soto de Iuſt.& iur.lib.5.q.4.art.2.D.Tho.2.2. quæſt.67.art.2.*

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS DECIMVSTERTIVS.

Indicia.

TEXTVS.

§. I. Indicia ſunt maleficiorum ſigna, ex quibus Iudex contra Delinquentes ad inquirendum mouetur. Hæc vel leuia ſunt, vel grauia, vel grauiſſima; & licet Iudicis prudentiæ horum diſcrimina, vtplurimum, relinquantur, attamen, vt illius iudicium in re tam controuerſa, minùs quàm fieri poteſt, à ſemita veritatis aberret, per ſequentes propoſitiones Indiciorum materiam explicamus. Indicia leuia ſunt, dictum Teſtis inhabilis; niſi per torturam inhabilitatis maculam abſtergat, tunc enim non Indicium, ſed teſtimonium reputabitur. Dictum Socij criminis, quia tunc non eſt Teſtis, ſed Denunciator, niſi tortura confirmetur, quia tunc facit Indicium graue, & vehemens. Conſuetudo delinquendi in eodem crimine bis, teruè ſecundùm regulam legis *ſemel malus, &c.* niſi probetur, per triennium cum laude vixiſſe. Phyſiognomia mala, rubor, pallor, timor, tremor, inconſtantia, quæ ſæpè ſolent eſſe falſa Indicia. Inimicitia non capitalis nimis leuis eſt; ſi grauis, & capitalis fuerit, etiam ad capturam Rei ſufficit. Fama ſi originem trahit à viris probis, & honeſtis, eſt Indicium ad ſpecialem inquiſitionem. Et, ſi ſtatim ex delicto emerſerit à perſonis fide dignis, ſufficit etiam ad torturam. Hæc omnia, & ſimilia dicuntur Indicia leuia, quia ſolum ſufficiunt ad aperiendam viam Iudici, vt ſpecialiter inquirere poſſit, non tamen conſtituere Reum; eo minùs torquere, niſi alijs Indicijs adiuuentur, tranſeantq; in grauis Indicij naturam.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

1. *Diffinitio Indicij in genere.*
Signum triplex, demonſtratiuum, rememoratiuum, & pronoſticum.
Character, eſt ſignum rememoratiuum, & demonſtratiuum.
2. *Delicta alia grauia, alia grauiſſima, alia leuia.*
Doctrina certa de Indicijs nequit dari.
3. *Indicia leuia, quæ ſint.*
Teſtes dicuntur inhabiles multipliciter.
Mulieri de iure ciuili creditur; non ſic de Canonico.
Inhabilitas Teſtium quæ tollatur per torturam?
4. *Dictum ſocij criminis, eſt Indicium leue.*
Cum tortura euadit graue.
Conſuetudo delinquendi, facit Indicium leue.
Duo actus faciunt conſuetudinem, & ad ſummum tres.
Faciens tria furta, eſt latro famoſus.
Regula ſemel malus, *quam præſumptionem faciat.*
5. *Phyſiognomia, rubor, pallor, timor, tremor ſunt Indicia leuia.*
Socratis phyſiognomia mala, & mores caſti.
Phyſigonomia aliquorum bona, & mali mores.
6. *Inimicitia capitalis inducit præſumptionem contra inimicum.*
Sed, ex tali præſumptione ſola, nequit aliquis torqueri.
Sed cum adminiculis poteſt.
In delictis difficilis probationis, nullo alio exiſtente ſuſpecto, quam inimico,

Digitized by Google

co, poteſt hic aliqualiter torqueri.

Inimicitia capitalis facit Indicium ad inquiſitionem in ſpecie.

Si meditatur fugam, poteſt carcerari.

7. *Iudices Laici faciliter decernunt capturam.*

Non ſic faciendum à Regularibus.

Inimicitia capitalis, vt apud Nos ſufficiat ad capturam, debet eſſe adminiculata, & probata.

In atrociſſimis, ſufficit etiam non probata; ſed tantum in opinione communi.

8. *Fama facit Indicium ad ſpecialem inquiſitionem.*

Si emerſerit à fide dignis, facit ad torturam.

Sed debet eſſe adminiculata.

Fama, ex ſe, in criminalibus non probat ſemiplenè.

1. QVIA aliquando Indicia ſufficiunt non ſolùm ad conſtituendum, ſed etiam ad torquendum, & condemnandum Reum, vt dicitur in *Textu* infra, *(a)* patet, quod dicendo, *Indicia ſunt maleficiorum ſigna, ex quibus Iudex contra Delinquentes ad inquirendum mouetur*, non intendit *Textus* diffinire *Indicium* in genere, ſed tantùm in ſpecie, puta *Indicium leue*, quod facit tantùm ad inquirēdum contra Reum. In genere autem ſumptum poteſt diffiniri, quod ſit *Signum demonſtratiuum delicti*; vt placuit *Gandino*, & *Boſſio*. *(b)* Cum autem ſignum diuidatur in rememoratiuum, quod reſpicit præterita, demonſtratiuum, quod attinet ad præſentia, & pronoſticum, quod verſatur circa futura, vt docet *Subtilium Theologorum Princeps*, *(c)* videtur, quod *Indicium*, vt hic ſumitur, ſit potiùs ſignum rememoratiuum delicti præteriti iam commiſſi, quam demonſtratiuum, vt dicitur. Sed dici poteſt, quod in ordine ad delictum præteritum verè ſit rememoratiuum, ſed in ordine ad Delinquentem, ſit demonſtratiuum, ſicut Theologi loquuntur de charactere, qui eſt ſignum rememoratiuum Baptiſmi, vel Ordinationis iam ſuſceptæ; ſed demonſtratiuum Baptizati, vel Ordinati. Cum ergo poſſint Indicia referri tùm ad delictum, tum ad Delinquentē, vt Iudex moueatur ad inquirendum delictum, non requiruntur Indicia de neceſſitate, ſed ſufficit præſumptio, aut ſuſpicio etiam debilis, quæ minorem fidem faciunt quolibet Indicio. At ad inquiſitionem contra Delinquentem, ſuſpicio, aut quælibet præſumptio, non ſufficit, niſi in caſibus, de quibus infra; ſed requiruntur Indicia:

2. *Hæc vel leuia ſunt, vel grauia, vel grauiſſima, & licet Iudicis prudentiæ horum diſcrimina, vt plurimùm, relinquantur, &c.* Optimè dicit, quod arbitrio Iudicis tamquam boni, prudentis, & Deum timentis viri, commiſſum eſt, decernere, quale nam Indicium ſit hic, & nunc, quod ſibi offertur, quia de ijs nequit dari doctrina certa, vt ait *Clarus*, *(d)* qui teſtatur de communi. *Attamen, vt illius iudicium, in re tam controuerſa, minùs, quam fieri poteſt, à ſemita veritatis aberret, per ſequentes propoſitiones Indiciorum materiam explicabimus.*

3. *Indicia leuia ſunt dictum Teſtis inhabilis, niſi per torturam inhabilitatis maculam abſtergat; tunc enim non Indicium, ſed teſtimonium reputabitur.* Teſtes inhabiles multiplices ſunt; alij ratione ſexus, vt mulier; alij ratione ætatis, vt pueri; alij ratione vſus rationis, vt amentes; alij ratione criminis, vt infames, excommunicati, &c. alij ratione ſtatus, vt viles, pauperes, &c. Dictum ergo, cuiuſquis Teſtis inhabilis eſt Indicium ad inquirendum. Per torturam autem non tollitur quæuis inhabilitas, vt patet de fatuo, puero, muliere; iſti enim nec torqueri poſſunt ad purgandam inhabilitatem, nec ipſorum teſtimonio creditur. In foro *Canonico* quidem eſt ſpeciale de muliere, quia de *Iure Ciuili* ipſius teſtimonium valet, vt multis probat *Clarus*. *(e)* Sed inhabilitas, quæ naſcitur ratione delicti, aut ſtatus, prout infamia, complicitas criminis, vilitas perſonæ, & ſimilia, benè tollitur per torturam, vt ſcribit idem. *(f)*

4. *Dictum Socij criminis, quia tunc non eſt Teſtis, ſed Denunciator*, & hoc intellige, quando fit in iudicio, ſecùs ſi extraiudicialiter, tunc enim non denunciat, ſed facit Indicium, ſolummodò; *niſi tortura confirmetur, quia tunc facit Indicium graue, & vehemens.* Torquetur Socius criminis, quia ratione delicti infamis eſt, vndè per torturam purgat infamiam, qua purgata, eius dictum ſufficit ad conſtituendum, & etiam torquendum Reum, & aliquando, alijs adminiculis adiunctis, ad condemnandum. *Confuetudo delinquendi*

in

in eodem crimine, bis, tervè, ſecundùm regulam iuris, Semel malus, &c. Duo actus conſuetudinem faciunt (*g*) circa eandem ſpeciem delicti, vel ad ſummum tres, vnde qui fecit tria furta, dicitur latro famoſus, & furcis ſuſpenditur, vt ait *Baldus*. (*b*) Si ergo ſumus in delicto notorio, cuius Author ignoratur, ſi in Conuentu adſit, qui ter de crimine ſimili punitus, aut diffamatus ſit, contra talem poteſt inſtitui Inquiſitio. Regula porrò, quæ ponitur in *Textu, Semel malus, ſemper præſumitur eſſe malus*, (*i*) facit præſumptionem *hominis, Facti*, & *Iuris*, ſed non vniuerſalitèr, ſed tantùm in caſibus iure cautis; vt in Teſte falſò; periuro; contumace, calumniatore, in quibus, vt habet ibi *Gloſſa*, ex præterito præſumitur circa præſens, & futurum. Proindè, qui falsò ſemel teſtatus, aut calumniatus eſt, præſumitur *de Iure*, adhuc eſſe falſus, & proindè repellitur eius Teſtimonium, & in ipſo transfertur onus probandi contrarium. Caſu autem, quod alius delictum ab ijs diuerſum patratum ſit, cuius Author ignoretur; qui ſemel ſimile delictũ commiſit, non ita præſumitur Reus illius criminis, vt illi incumbat onus probandi, ſe innocentem; neque facit Indicium ad inquirendum contra ipſum, maximè, ſi ex poſt benè vixit, niſi idem crimen bis, vel ter commiſerit, vt dictum eſt.

5. *Phyſiognomia mala, rubor, pallor, timor, tremor, inconſtantia, quæ ſolent ſæpè eſſe fallacia Indicia.* Optimè dicit ſupradicta eſſe Indicia fallacia. *Phyſiognomia* mala non ſemper malum indicat, vt patet de Phyſiognomo, qui, viſa imagine *Socratis*, ipſum pædiconem pronunciauit, cum alioquin eſſet caſtiſſimus, ratione malam inclinationem vincente, vt refert *Laertius*. (*l*) Paritèr neque phyſiognomia bona ſanctos arguit mores, vt ait *Satyricus*. (*m*)

Frõtis nulla fides, quis enim nõ vicus abũdat, Triſtibus obſcænis?

Cætera ſunt ſemper ſigna æquiuoca, & ad ſpecialiter inquirendum, de ſe non ſufficiunt, intellige regulariter. Aliquando enim ſufficiunt, at hoc pendet à Iudicis ſagacitate.

6. *Inimicitia non capitalis nimis leuis eſt; ſi grauis, & capitalis fuerit etiam ad capturam Rei ſufficit.* Inimicitia capitalis inducit preſumptionem contra inimicum, (*n*) licet palàm non ſe inimicùm profiteatur, (*o*) tamen præſumptio hæc, tanta non eſt, vt ex ea ſola, abſque alijs adminiculis, poſſit quis torqueri, aut multò minùs damnari, vt dicunt *Criminaliſtæ*. (*p*) Adminicula porrò ſunt *mala fama* in ſpecie tali; *minæ* præcedentes; *conſuetudo delinquendi* in tali genere criminis, quæ per duos actus ſimiles cenſetur introducta; aboletur tamen, ſi probetur Reum per triennium ſubſequens benè vixiſſe, vt docet *Bictus*. (*q*) Quando autem delictum occultum eſt, & difficilis probationis, vt ſunt delicta nocturna, & nullus alius appareret ſuſpectus de delicto, poterit, ex ſola inimicitia capitali, Reus ſuſpectus aliqualiter torqueri, vt poſt *Clarum* ſcribit *Farinacius*. (r) Regulariter autem, extra hos caſus, ſola inimicitia non facit Indicium, niſi ad inquirendum in ſpecie, & ad plus ad decernendam capturam; & ſi Reus aufugiat, aut fugam meditetur, audito decreto capturæ, tunc poteſt Reus carcerari, quia inimicitia eſt adminiculata, vt poſt *Ondedeum*, *Innocentium*, & *Boſſium* vult *Farinacius*. (*s*) *Textus* ergo iſte debet intelligi de inimicitia adminiculata, quæ ad capturam ſufficit, vel in alio caſu ſupra expreſſo.

7. Aduertendum autem, quod ad capturam faciliùs deueniunt Iudices Laici, quam debeant deuenire Regulares. Illi enim, aut habita accuſatione, ſeu querela criminali relaxant mandatum de carcerando, vt ſcribit *Paulus de Caſtro*, (*t*) aut ad plus, poſt aliqualem informationem, vt poſt *Blancum*, & *Angelum* concludit *Clarus*, qui cum *Boſſio* teſtatur de communi praxi. (*u*) Regulares autem non ſic; oportet enim, quod Indicia ſint legitimè probata per Teſtes, nec currit ratio in contrarium, quam adducit *Clarus* dicens, quod dum Teſtes examinantur, Reus aufugit. Religioſi enim alligati voto Obedientiæ, non ſunt ita faciles ad fugiendum, vt Sæculares; proindè non eſt contra ipſos tanta præſumptio fugæ, niſi crimen eſſet atrociſſimum, pro quo deberentur triremes, aut carcer diuturnus, quia militante contra eos ſuſpicione fugæ, poſſunt in cuſtodia aſſecurari. *Inimicitia ergo capitalis* adminiculata, probata, ſufficit ad capturam, quando crimen atrox eſt, vt dixi; & in atrociſſimis, ſufficit, etiam ſi non ſit in iudicio probata, ſed ſit in omnium opinione, tunc enim non ſolùm Iudex, ſed quiuis Superior, timens fugam Rei ſuſpe-

ſpecti, poteſt ipſum ad cuſtodiam carcerare.

8. *Fama, ſi originem trahat à viris probis, & honeſtis, eſt Indicium ad ſpecialem inquiſitionem*; ſi tamen probata eſt per duos Teſtes, ad minùs, vt ſuo loco dicemus. (x) *Et ſi ſtatim ex delicto emerſerit à perſonis fide dignis, & honeſtis, ſufficit etiam ad torturam*. Hoc debet accipi cũ grano ſalis, puta, ſi Fama probetur orta à Viris grauibus, qui, non ex ſuſpicione propria, ſed certò, dixerint, delictum fuiſſe à tali commiſſum, eo quod ipſi viderint; & de hoc etiam valdè dubitarem. Quia fama non probat in criminalibus, nec etiam ſemiplenè, vt ait *Gloſſa* (z) communiter recepta, & ſi debet ſufficere ad ſpecialiter inquirendum, oportet, quod ſit orta à prouidis, & honeſtis viris, quomodo ergo debet ſufficere ad torturam per hoc, quod ſtatim ex delicto emerſerit? Non video quomodo iſte ortus ſubitaneus famæ ex delicto poſſit ſibi comparare maius, & tantum robur, vt ad torturam ſufficiat. Ideò meliùs, & ſecuriùs dicendum, quod fama talis, adminiculata alijs Indicijs, & præſumptionibus, optimè ſufficit ad torturam, vt poſt *Gratum* tenet *Clarus*, (a) & ſecundùm hanc modificationem intelligitur *Textus*. *Hae omnia, &c.* Patet *Textus*.

T E X T V S.

§. II. Indicia grauia ſunt. Confeſſio extraiudicialis, vel facta ſine vi, metuue coram Iudice incompetente. Scripturæ manu Rei factæ, vt litteræ amatoriæ. Minæ delictum præcedentes, à viro improbo procedentes, ſecùs ſi à probo, alioque excandeſcente; tunc enim ad inquirendum tantùm ſufficiunt. Sequeſtratio ſolius cum ſola in loco ſecreto, & ſuſpecto, obſcuro, vel obſeratis foribus, vel nocturno tempore. Exclamatio puellæ vel pueri, vel Offenſi, cum fuga, vel tremore, vel pallore Delinquentis. Variatio, vacillatio, mendacium Rei non ſtupidi, nec obliuioſi, circa delicti ſubſtantiam, non tamen circumſtantias. Fuga Rei poſt delictum, & ante inceptam informationem, vel etiam poſt, iuncta fama, vel cum fractione carcerum, niſi indebitè detineretur, probat delictum. Inuentio Rei furatæ apud aliquem, niſi probet vnde habuerit, vel ſit bonæ famæ, & rem publicè teneat; vel rerum, quæ inuentæ eſſent loco delicti, vt liber, pallium, gladius, corona, &c. niſi doceat, vnde eas habuerit. Confeſſio facta in tormentis, & retractata in ratificatione. Hæc omnia Indicia, quæ Præſumptiones, etiam dicuntur, ſufficiunt ad inquirendum, & conſtituendum Reum, & ad illum torquendum, ſi negauerit.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

9. *Indicia grauia, quæ ſint.*
Confeſſio extraiudicialis, eſt Indicium graue, & quando.
In viro leui, & linguoſo, non facit niſi ad inquirendum.
Acta coram Iudice incompetente ſunt nulla.
10. *Scripturæ manu Rei factæ, faciunt Indicium graue.*
11. *Minæ præcedentes delictum ſunt graue Indicium.*
Minæ, etiam ænigmaticæ.
Delictum commiſſum poſt minas, dicitur factum animo deliberato.
Minæ factæ ex iracundia, & indeliberatione, quando faciant indicium leue.
Minæ ex iactantia, aliquandò faciunt ad torturam.
Minæ ſufficientes ad torturam, requirunt cauſam.
12. *Sequeſtratio ſolius cum ſola, &c. facit Indicium graue.*
Diſtinguendum eſt de delicto vel aliundè probato, vel ex ſequeſtratione probando.
Sequeſtratio ſola non probat copulam conſummatam, ſed tantùm attentatã.

Delicto aliundè probato, ſequeſtratio ſufficit ad torturam.

13\. *Exclamatio offenſi, facit Indicium graue.*

In actibus Venereis indicat potiùs crimen attentatum, quam conſummatum.

14\. *Variatio, vacillatio, mendacium Rei, facit Indicium graue.*

De bis remiſſiuè.

15\. *Fuga Rei, quando faciat Indicium graue.*

Contrarietas in Textu.

Fuga ſola non facit Indicium ad torturam, niſi cum adminiculis.

Fuga poſt inceptam inquiſitionem, non facit Indicium.

16\. *Etiam ſi inquiſitio ſit tantùm comminata, aut decreta.*

Ad excuſandum, ita valet timor, ſicut exiſtentia mali.

Fuga è manibus Satellitum, non facit ex ſe Indicium.

Quæ conſiſtunt in animo probantur iuramento.

In concurſu cauſarum, illa, quæ excludit delictum, vincit includentem delictum.

Fuga adminiculata, & ante inceptam inquiſitionem, facit indicium graue.

17\. *Fuga, vt præfertur, cum fractura carceris, facit indicium ad torturam.*

Si Reus indebitè detinetur, vel recurrit ad Superiorem, non facit indicium tale.

Clari Sententia impugnatur.

Fugiens è carceribus damnatur, quia contumax.

Comparens ſpontè poſt fugam, omnem præſumptionem tollit.

Pœna ob fugam è carcere, eſt Iudici arbitraria.

18\. *Inuentio Furti apud aliquem, quando ſit indicium graue.*

Furem indicare quiſquis tenetur.

Vir, etiam bonæ famæ, tenens apud ſe Furtum, ſi non vult reuelare Furem, præſumitur Fur.

19\. *Res inuentæ in loco delicti, quomodò faciunt indicium graue.*

20\. *Confeſſio facta in tormentis, & retractata in ratificatione, eſt indicium graue.*

Reus ter confitens in tortura, & reuocans confeſſionem extrà, nequit vlteriùs torqueri.

9\. SVbiungit *Textus indicia grauia* ex quibus Reus non tantùm redditur inquiſitus, & conſtitutus, ſed etiam tormentis ſubiectus; & *ſunt. Confeſſio extraiudicialis*; ſi tamen eſt facta animo ſerio non iocoſo; ab homine, qui non ſolet ſe iactare, quemadmodùm faciunt nonnulli thraſones; ſed ſobriè, & nonniſi vera, ordinariè loquentes; paritèr ſi in compotatione exhilaratus vino eſt, quia, *In vino veritas*. Quod ſi eſſet homo leuis, linguoſus, mentiri ſolitus, ac iactabundus, non ſufficeret ad conſtituendum, ſine alijs indicijs, ſed tantùm ad inquirendum. *Vel facta ſine vi* tormentorum adhibitorum, *vel metu* adhiberi paratorum, *coram Iudice incompetente*; hæc enim eſt purè extraiudicialis eo, quia Iudicis incompetentia reddit actum nullum, vtpotè coram non Iudice factum, vt dicunt iura. *(b)*

10\. *Scripturæ manu Rei facta*, poſtquam tamen fuerunt per Peritos recognitæ, vel confrontatæ cum ſimilibus, vt dictum aliàs fuit, *(c)* vt *litteræ amatoriæ* in ordine ad fornicationem, aut adulterium probandum.

11\. *Minæ delictum præcedentes à viro improbo procedentes*, & hoc intellige ſiuè fuerint purè verbales, ſiue factæ, arrepto inſtrumento, aut armis ad vulnerandum; ſiue coram, ſiue in abſentia eius, cui incuſſæ ſunt; ſiue fuerint expreſſæ, ſiue enigmaticæ, vt dicendo, *faciam, vt te pœniteat*. Hæ omnes ſufficiunt ad torturam, ſecuto tamen, paulò poſt minas, delicto, vt multis adductis probat *Maſcardus*, *(d)* qui ait, quod tali caſu poteſt dici delictum commiſſum animo deliberato. *Secùs ſi à probo alioquin excandeſcente*; vel animo præ vehementia doloris exacerbato, vel ex ira commoto; aut prolata ab eo, qui minas exequi ſolitus non ſit; vel quod multum temporis inter minas, & delictum ſit interiectū: *tunc enim ad inquirendum tantùm ſufficiunt*, & inter leuia indicia reijciuntur, vt cum multis alijs ſcribit *Bictus*. *(e)* Aduertendum porrò, quod minæ, etiam ob iactantiam prolatæ, & in abſentia, à viro alioquin executiuo, vt ſi diceret *poſſem talem occidere*; etiam ipſæ ſufficiunt ad torquendum, vt ait *Farinacius*, *(f)* qui teſtatur de communi. Oportet autem, quod omnes minæ ad hoc, quod faciant indicium ad torturam, habeant iuſtam cauſam, ſiue legitimam, ob quam minans illas pro-

protulerit; vt odium, zelotypia, riualitas, æmulatio, inimicitia; vt, pluribus citatis, ſcribit idem *Farinacius*. (g)

12. *Sequeſtratio ſolius cum ſola in loco ſecreto, & ſuſpecto, obſcuro, vel obſeratis foribus; vel nocturno tempore*. Ex ſolitudine, aut ſecreto, aut obſcuritate loci, maximè clauſi, & diuerſitate ſexuum, oriri indicium copulæ graue, *Doctores*(b) affirmant: cum multis, tamen limitationibus, de quibus videri poſſunt Criminaliſtæ; & nos dicemus in *Tractatu de Pœnis*. Sed puto eſſe diſtinguendum; nempè vel delicto aliunde probato, vel per talia Indicia probando. Primus caſus eſſet, ſi Puella, Vidua, aut Maritata, cuius Vir iam per annum abeſt, vtero gerit, aut peperit; tunc probatum eſt delictum; ſecundus eſſet, ſi nullo alio modo remanet probatum delictum, niſi præſumptiuè, aut de illo habetur ſuſpicio. In primo caſu *Sequeſtratio ſolius cum ſola, in loco ſecreto, &c.* & maximè ſi per plures vices, & à pluribus probatur, dicerem ſufficere ad torturam; non ſic vero in ſecundo caſu. Ratio eſt, quia per talia Indicia non poteſt concludenter probari copula conſummata, ſed ſolùm attentata, (i) & proindè ſuſpicionem ſolam conſortij inducit, propter quam, apud Nos, fit tantùm Canonica monitio, vt decernunt Statuta. (l) Quod ſi ſufficeret ad torquendum, à fortiori eſſet ſufficiens ad ſpecialiter inquirendum, quod nullo modo eſt. Sed in caſu, quo alia via eſſet probatum delictum copulæ iam ſecutæ, vtique recitata indicia ſufficerent ad torturam.

13. *Exclamatio Puellæ, vel Pueri, vel offenſi, cum fuga, vel tremore, vel pallore Delinquentis*. Indicia iſta in materia ſenſuali non faciunt præſumptionē criminis ſemper conſummati, ſed vt in pluribus ſolùm attentati, niſi eſſet Puella nondum viripotens, aut Puer tenellus, qui, ad violentiam actus ſibi dolorifici exclamarent: in alijs, vt in percuſſionibus, in rapina, & ſimilibus, frequentiùs Indicia ſunt conſummati, quam attentati delicti.

14. *Variatio, vacillatio, mendacium Rei non ſtupidi, ne obliuioſi circa delicti ſubſtantiam, non tamen circumſtantias*. Quomodo intelligatur Teſtis, vel Reus *varians, vacillans, aut mendax*, dicemus quando loquemur *de Teſtibus*; Si ergo Reus interrogatus circa ſubſtantiam delicti variet, vacillet, aut mentiatur, optimè facit indicium ad torturam. Si tamen mendacium, vacillatio, &c. ſint adminicculata alijs indicijs, aliter nullo modo faciunt indicium ad torturam, vt, pluribus citatis, probat Sgroi. (m).

15. *Fuga Rei poſt delictum, & ante captam informationem, vel etiam poſt, iuncta fama, vel cum fractione carcerum, niſi indebitè detineretur, probat delictum*. *Textus* iſte, ſi accipiatur, vt videtur ſonare, eſt ſibimet contrarius, & non concordat cum ſententia communi omnium *Iuriſperitorum*. Contrarius ſibi eſt, quandoquidem omnia indicia, quæ ſunt in hoc paragrapho enumerata, quæ veniunt ſub nomine grauium, faciunt, ad plus, ſemiplenam probationem, & ſufficiunt ad torquendum tantùm, vt dicitur in fine paraphraſi: ergo ſi *fuga Rei, &c.* quæ hic punitur *probat delictum*, non erit indicium graue, ſed grauiſſimum, quod eſt præſumptio violenta ſufficiens ad condemnationem; & ſic hìc eſſet contradictio. Eſt etiam contra ſententiam omnium *Doctorum*, & praxim omnium Iudicum. Quia admiſſo fundamento iuris, (n) quod fuga facit indicium, ſeu præſumptionem delicti; tamen ſola fuga non facit indicium ad torturam, niſi adſint alia adminicula, puta infamia, inimicitia, conſuetudo delinquendi, vt, pluribus ſecum vectis, probat *Farinacius*, (o) & innuit hic *Textus*. Et ita intelligendi ſunt alij Scribentes, qui videntur dicere, fugam indicium facere ad torturam, quia ſemiplenè probat. Imò addunt quamplures *Doctores*, (p) quod ſi fuga, eſt poſt incæptam inquiſitionem contra eum, nullum indicium facit, quia poteſt procedere non à conſcientia læſa, ſed à ſæuitia, aut animoſitate Iudicis contra eum; aut à timore moleſtiarum, vel à potentia Aduerſarij, vt obſeruauit *Gothofredus*. (q) Imò ſufficit, quod inquiſitio fuerit comminata, aut decreta; vel adſit probabilis timor de ea; aut timor carcerationis de facto: quia ad excuſandum, idem operatur timor, quod exiſtentia mali: (r) & multo minus indicium facit fuga de manibus Satellitum; hoc maximè verū eſt in illis, quibus valde indecorū eſt, carceribus mancipari, vt probat *Farinacius*. (s)

16. Verum tamen eſt, quod oportet, quod cauſa fugæ ſit iuſta, & probabilis ſufficit verò, quod probetur per iuramentum fugitiui; tum quia, circa ea, quæ pendent ex animo Iurantis, ſtatur illius depoſitioni iura-

iuratæ. (*t*) Tum quia, vbi concurrunt duę cauſæ vna incluſiua, altera excluſiua delicti, vincit illa, quæ excludit; & hæc præſumi debet, vt ait *Farinacius*. (*u*) Et ſic ad faciendum tale indicium, oportet, quod ſit fuga ante inceptam Inquiſitionem, &, prout diximus adminiculata, vt habemus ex *Textu*, & probant multi: (*x*) licet alij, quos ſequitur *Sgroi*, & *Bellegrandus*, qui citat pro ſe *Farinacium*, (*z*) teneant, quod ſola fuga, cuius nulla ſubſit cauſa, ante inquiſitionem, ſemiplenè probet, & faciat indicium ad torturam. Sed *Farinacius* hoc non dicit, vt patet eum legenti, & obſeruauit etiam *Paſſerinus*. (*a*) Proindè nullo modo ſunt audiendi, ſed ſequendus eſt *Textus*, qui requirit adiunctam famam delicti, tanquam adminiculum.

17. Ex his ergo habetur, quod fuga, etiam adminiculata, non facit niſi indicium ad torturam, non verò ad probationem delicti; & ita videtur diſpoſitio *Textus* eſſe inſubſiſtens. Ad hoc verò, quod rationi cohæreat, debet ità accipi, quod *fuga Rei poſt delictum, & ante cæptam informationem, vel etiam poſt, iuncta fama, vel cum r actione carcerum*, aut alio quouis adminiculo legitimo, *probat delictum*, non quidem plenè, ſed tantùm ſemiplenè, hoc eſt, facit indicium ad torturam. *Niſi indebitè detineretur*, puta in carcere; vel legitima cauſa fugæ adduceretur, puta recurſus ad Superiorem ob grauamen iam habitum, imminens, aut probabiliter inferendum; talis enim fuga, cauſa recurſus, habet vim appellationis, vt, ex *Baldo*, probat *Paſſerinus*. (*b*) *Et generaliter, quotieſcumque, quis ex neceſſitate, non ex voluntate abijt, dici oportet, ei ſubueniendum*, vt ait *Vlpianus*. (*c*) Neque fractio carceris, & fuga, probat plene delictum, ità vt ſic fugiens poſſit ſententiari, tamquam conuictus de crimine, vt ex fundamento cuiuſdam *Gloſſæ* tenuit *Clarus*, quam poſtea multi alij (*d*) ſecuti ſunt. Quia vt patet legenti, *Gloſſa* illa dubitatiuè loquitur, & etiam repugnat apertè *textui*. Dicit *Gloſſa*. Puniendi ſunt, *Non aperit, qua pœna, ſed videtur referre ſe ad pœnam eius criminis, pro quo erat ibi, vt ſic habeatur pro confeſſo*. *Textus* verò illius legis ſic habet. *Et quamuis innocentes ex eo crimine inueniantur, propter, quod impacti ſunt in carcere, tamen puniendi ſunt*. Non poteſt, ergo pro confeſſo haberi Reus de crimine, de quo inuentus eſt innocens, ſed ad plus debet puniri pœna, qua puniretur ſi eſſet aliunde confeſſus; & ſic nec ex *textu*, nec ex *Gloſſa* affirmatiuè, nec ex ratione poteſt deduci, quod fugiens à carcere habeatur pro confeſſo de delicto; ſed quod debet puniri ea pœna, qua punitus eſſet, ſi confeſſus eſſet crimen, pro quo fuit detentus. Sed nec etiam hoc verum eſt, aliter Carceratus, imputatus de homicidio, fugiens à carcere, deberet damnari ad mortem, licet repertus eſſet innocens: quod eſt contra rationem, & conſuetudinem omnium Iudicum, quibus arbitraria eſt pœna fugientium à carcere. Si verò praxis totiùs mundi eſt, quod fugitiuus à carcere ſententietur ad pœnam delicti, pro quo fuit detentus; eſt, non quia ipſe ſit factus conuictus, aut confeſſus, quia fugit, ſed quia eſt contumax, & ideò damnatur, vt talis, quemadmodum ait *Paſſerinus*: (*e*) & ideò ſi ipſe ſpontaneè comparet in iudicio poſt fugam, delet omnem præſumptionem ab ea ortam. (*f*) Sed de hoc aliàs dicemus in *Tractatu de Delictis, & pœnis*. Sufficit intereà ſcire, quod pœna fugitiuorũ à carceribus eſt arbitraria Iudicis (*g*) & quod fuga non facit niſi indicium ad torturam, vt dictum eſt.

18. *Inuentio rei furatæ apud aliquem, niſi probet, vnde habuerit, vel ſit bonæ famæ, & rem publicè teneat*. Quia enim quiſquis indicare tenetur Furem, ſi à Iudice compellitur, vt, argumento quorumdam iurium, dicunt *Doctores*; (*b*) ideò ſi res furto ſublata reperitur apud aliquẽ, hic vel tenetur dicere, vnde habuerit, & ità reuelare Furem; vel ipſe præſumitur Fur, & ità, tanquam præſumptus Reus furti, torquetur. Quid autem iuris, ſi Vir eſt grauis, & bonæ famæ, de quo furtum rationabiliter præſumi non poteſt, & ex alia parte, quamuis præcepto adactus, non vult Furẽ reuelare? Dico quod poteſt, imò debet compelli per cenſuras ad reuelandum; aut ipſe habendus, & puniendus eſt tamquam Fur, aut inobediens contumax; vt faciunt Epiſcopi excommunicantes eos, qui furta, vel Furem, ſcientes, nolunt reuelare, vt dicit *Abbas*. (*i*)

19. *Vel rerum* (ſupple inuentio,) *quæ inuentæ eſſent loco delicti, vt liber pallium, gladius, &c. niſi doceat, vnde eas habuerit*. *Textus* iſte poteſt habere duplicem ſenſum, vnus eſt, quod *res inuentæ eſſent loco delicti*, hoc eſt delicti ipſius manifeſtatiuæ. Ex. gr. occiſus eſt *Caius*, qui anulum cum ſmaragdo ſolebat portare; ignoratur occi-

occiſor; & repetitur anulus *Caij* in domo *Seij*; ſi iſte non doceat, à quonam anulum habuerit, eſt indiciatus ad torturam, maximè ſi documentum non eſt legitimum, & militat aliquod aliud indicium. Alius ſenſus eſſe poteſt, *Res inuenta in loco delicti*. Ex. gr. *Caius* occiſus eſt, & ignoratur Reus: in viſitatione cadaueris reperitur cultellus, Officium B.V., pallium, aut aliquid aliud, quod erat *Seij*, iſta pari modo facerent ſimile indicium; ſed *Textus* eſſet corrigendus, & hoc modo legendus. *Vel rerum, quæ inuentæ eſſent in loco delicti, vt liber, pallium, gladius, &c. niſi doceat, quomodò ibi dimiſerit; aut quomodo eas amiſerit*.

20. *Confeſſio facta in tormentis, & retractata in ratificatione*. Si confeſſio eſt in tormentis, iam ſupponitur, quod delictum ſit ſemiplenè probatum, quia ſine legitimis Indicijs, ac plenè probatis, non infertur tortura. Iſta ergo confeſſio facta, & retractata habet locum noui Indicij diuerſi à præcedentibus, pro quibus fuit tortura irrogata, & datur, vt cogatur Reus perſiſtere in prima confeſſione iam facta, vt dicunt Iuriſtæ *(l)*. Quod tamen ſano modo intelligendum eſt. Si enim quis in tormentis poſitus confiteretur, poſtea extra locum tormentorum reuocaret confeſſionem; exindè denuo torqueretur, & paritèr reuocaret poſtea confeſſionem factam; iterumquè tormentis ſubijceretur, confiteretur, & confeſſionem reuocaret iterum; non tamen eſſet procedendum in infinitum in torquendo, ſed ſi ter ad ſummum fuerit ſic tortus Reus, non poteſt ampliùs torqueri, & abſolui debet cum clauſula *rebus ſic ſtantibus, & nouis non ſuperuenientibus Indicijs*, vt ſcripſit Clarus *(m)*.

Hæc omnia Indicia, quæ præſumptiones etiam dicuntur ſufficiunt ad inquirendum ſpecialiter, *& ad conſtituendum Reum, & ad illum torquendum, ſi negauerit*.

T E X T V S.

§. III. Indicia grauiſſima, quæque violenta dicuntur, orta ex maximis, & euidentibus coniecturis quę mouent mentem Iudicis ad certitudinem quandam moralem, quod Reus tale delictum commiſerit, nedum ſufficiunt ad inquirendum, & conſtituendum, ſed etiam ad condemnandum. Vt ſi quis nudus cum nuda in eodem lecto deprehendatur, fornicatio præſumitur. Si quis ſtricto enſe, & ſanguine conſperſo, exeat de domo vnicam ianuam habente, in qua ſit Occiſus, tanquam homicida condemnari poteſt; niſi aliqua defenſione delictum minuat, quia pœna extraordinaria puniri poterit, exceptis atrociſſimis, quæ pœna ordinaria puniri debent.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

21. *Finis, & media Iudicis in fabricando Proceſſu, quæ?*
Indicia violenta, & facientia ad condemnationem.
Alia Indicia ſunt demonſtratiua, alia perſuaſiua.
Ex violentis Indicijs ſequitur condemnatio.
Non tamen ordinaria, ſed extraordinaria.
22. *Exiens cum gladio ſanguinolento, vbi reperitur Occiſus facit Indicium violentum.*

21. Finis propter quem Iudex inſtruit Proceſſum, eſt ad hoc, quod ſibi conſtet, & in mente ſua generetur ſcientia de delicto, aut innocentia eius, contra quem inquirit. Medium porrò, quò talis ſcientia acquiritur, ſunt omnia illa, quæ aſſumuntur ad probationem delicti, puta Teſtes, Inſtrumenta, Scripturæ, Præſumptiones, ac Indicia. Indicia porrò ſunt alia, quæ cauſant tantummodo in Iudice opinionem probabilem delicti, & iſta ſunt Indicia grauia, de quibus Superiori para-

gra-

grapho dictum eſt ; alia , quæ cauſant ſcientiam moralem . Et hic aduertendum , quod non ſumus in Philoſophicis , vbi accipitur ſcientia pro notitia certa , & euidentèr deducta ex principijs infallibilibus. Sed accipitur pro notitia hic , & nunc indubitata , licèt huic poſſit aliquando falſum ſubeſſe ; *& iſta dicuntur, Indicia grauiſſima , & quæ violenta dicuntur , orta ex maximis , & euidentibus coniecturis* , & *quæ mouent mentem Iudicis ad certitudinem quandam moralem* , hoc eſt diminutam , prout explicat *Caramuel,(n) quod Reus tale delictum commiſerit , & nedum ſufficiunt ad inquirendum , & conſtituendum , ac torquendum, ſed etiam ad condemnandū Reum.* Iſta porrò ſunt duplicia , vno modo poſſunt quodammodò dici demonſtratiua , alio modo oſtenſiua , ſeu perſuaſiua . Primò modo , vt ſi mulier videatur lactare filium, eſſet demonſtratio , ſeu probatio, illam fuiſſe corruptam ; ſed iſta reuera lato nomine vocantur Indicia , ſed verè ſunt probationes naturaliter indubitatæ ; cum naturaliter mulier , niſi ſit corrupta, lac non poſſit habere in mammillis, ſaltem in quantitate ſufficienti ad lactandum filium . Secundò. *Vt ſi nudus cum nuda in eodem lecto deprehendatur fornicatio præſumitur* . Et iſta eſt præſumptio ita vehemens , vt delictum eſſe commiſſum Iudici perſuadeat. Vnde *Alexander Tertius* motus ex hoc , quod quædam mulier nuda , cum Conſanguineo viri ſui paritèr nudo, in eodem lecto viſa eſt, vt habetur in quodam *Capitulo,(o)* ſententiam diuortij proferri mandauerit contra eam. Ex quo *Canone* elicitur , quod ex violenta præſumptione , & probatur carnalis copula , & ad condemnationem deuenitur , vt ait *Summarium, & Gloſſa* illius Capituli.

22. *Si quis ſtricto enſe , & ſanguine conſperſo, exeat de domo, vnicam ianuam habente, in qua ſit Occiſus* ; nulluſque alius præter Occiſum in illa domo reperiatur, à quo potuerit tale maleficium committi ; & repertus ſit homo de recenti occiſus , *tanquam homicida condemnari poteſt* in pœnam ordinariam ; *niſi aliqua defenſione delictum minuat* , vt probando , quod tali tempore erat ebrius , aut eſt furioſus , & habet lucida interualla , ſeù quando occidit, agebatur rabie ; aut occidit illum non dolo , ſed armis colludendo , & præter intentum , *quia pœna extraordinaria puniri poterit* ; & etiam omnem pœnam poſſet euadere, ſi nempè Occiſor poſſet probare, ſe fuiſſe manu armata impetitum ab Occiſo, & illum occidiſſe ad ſui defenſam, cum aliter euadere non poſſet , vt dicunt communitèr *Iuriſperiti (p)* . *Exceptis atrociſſimis* , vt eſt crimen læſæ maieſtatis , proditio patriæ &c. *quæ pœna ordinaria puniri debent* ob ſui immanitatem .

T E X T V S.

§.IV. Omnia Indicia, cuiuſcunque generis ſint , nulla reputantur , niſi quodlibet ipſorum, per duos ſaltem Teſtes Conteſtes integros , probata ſint . Licet Iudici Indicia inter ſe copulare , quia Indicia ad inuicem ſe iuuant . Vnde licet vnum Indicium leue ad torturam non ſufficiat , iunctum cum alio ſufficit . Vt dictum Vulnerati, & conſuetudo delinquendi in eodem genere, faciunt vnum Indicium ad torturam .

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

23. *Iudicium eſt concluſio practica.*
Indicia quælibet debent probari per duos Teſtes.
Indicia euidentia Iudici non egent probatione.
Indicia aliquando probantur per Teſtes ſingulares.

24. *Teſtes copulantur ad probanda Indicia.*
Sed ad hoc tria requiruntur.

25. *Indicia poſſunt inter ſe copulari.*

23. NE Iudex in iudicando decipiatur, principia debent ipſi eſſe certa ; iudicium enim nil aliud eſt, quam concluſio practica , quam Iudex deducit ex præmiſſis, quarum prima eſt maxima legis , vt *omnis fur eſt puniendus* ; mi-

nor eſtparticularis ſibi certa,quià probata, puta, *Caius eſt fur*; & ex his concluditur iudicium, nempè *Caius eſt puniendus*. Quia verò totus labor Iudicis eſt in inueſtigatione argumentorum, quibus minor probatur, ideo ad hoc, quod Iudex reddatur moraliter certus de veritate *minoris*, oportet, quod argumenta, quibus illa probatur, ſint etiam ipſa vera, & indubitata. Cum autem inter cætera argumenta iuris etiam recenſeantur Indicia, vt viſum eſt, oportet, quod Iudex de ijs ſit certus. Optimè ergo ordinat *Textus*, quod *omnia Indicia, cuiuſcumque generis ſint, nulla reputantur, niſiquodlibet ipſorum per duos ſaltem Teſtes conteſtes integros, probata ſint*. Et hoc concordat cum quadam *Gloſſa* (q), quam *Iuriſperiti* abſque contradictione ſequuntur. Poſſunt etiam ipſa Indicia eſſe Iudici euidentia, vt *vacillatio, mendacium, rubor, pallor, tremor &c.* quæ proprijs oculis obſeruat in Reo, & hæc non indigent probatione per Teſtes, ſed ſufficit, quod *Notarius*, ad mandatum Iudicis, ipſa deſcribat in Actis. Cum cautela porrò accipiendus eſt iſte *Textus*, non enim vniuerſaliter verum eſt, quod omnia Indicia ſint probanda per Conteſtes; aliquando enim ſufficiunt Teſtes ſingulares; quando nempè Indicia ſe adiuuant, & à Iudice copulantur, & ſic copulata faciunt ad probationem, vt paulò inferiùs dicam. Sed requiritur probatio Indicij per Conteſtes, quando Indicium eſt ſolum; aut ad plus duo; & talia Indicia faciunt ad complendam, ſemiplenam probationem, aut ad tantam probationem, quæ faciat ad pœnam extraordinariam; aut ad ſupplendum defectum Teſtis, & ſimilia; & ita intelligendus eſt hic *Textus* requirens probationem omnium Indiciorum per Conteſtes.

24. Aduertendum autem, quod ſicut Indicia inter ſe copulantur ad probandum delictum; ita etiam Teſtes poſſunt inter ſe copulari ad probandum Indiciū. Sicut enim Teſtes ſingulares ſingularitate adminiculatiua coniungunturꝫ & faciunt probationem delicti pluſquam ſemiplenam, ita vt poſſit ſic probatus Reus, ſaltem extraordinaria pœna, puniri, vt multi *Doctores* ſentiunt (r), ita & per eandem rationem tales Teſtes poſſunt coniungi, & probari Indicium, licèt illi Conteſtes non eſſent. Ex.gr.ſi inueniretur in Sylua Conuentus Frater occiſus ictu piſtoletti, vt conijcitur ex globo plumbeo extracto è vulnere; indiciatus eſt autem *Caius*, qui ab vno Teſte viſus eſt habere in cella piſtolettum; ab alio viſus eſt receipiſſe à Sæculari puluerem pyrium; ab alio autem Teſte viſus eſt habere in armario globulos plumbeos; Profectò iſti tres Teſtes bene coniunguntur ad probandum Indicium contra *Caium*, licèt ſingulares ſint, & minimè Conteſtes (s). Sed cauendum, quod ad hoc tria debent concurrere; Primum eſt, quod Teſtes ſingulares ſint omni exceptione maiores; Secundum, quod Indicia, ſuper quibus deponunt ſint proxima delicto; & tertium, quod Indicia ſint plura, quam duo; non enim probabile eſt, quod tot Teſtes, non ſuſpecti, talia dixiſſent, niſi Reus culpabilis eſſet; vt benè aduertit *Farinacius*, & *Maſcardus*. (t)

25. *Licet Iudici Indicia inter ſe copulare, quia Indicia ſe inuicem iuuant; Vnde licet vnum Indicium leue ad torturam non ſufficiat, iunctum cum alio ſufficit*, vt dicit *Bartolus* (u). *Vt dictum Vulnerati, & conſuetudo delinquendi*, nempè in materia percuſſionis, *faciunt Indicium ad torturam*.

T E X T V S.

§.V. Item ex dictis alia Indicia elicere, illaque leuia, vel grauia declarare, prout loci, perſonæ, gradus, conditionis, ætatis, & aliarum moralium circumſtantiarum ratio ſuaſerit. Non tamen ad libitum, ſed iuris arbitrio conſentanea. Sint præterea Indicia in ſua claſſe luce meridiana clariora; certa, non dubia, non æquiuoca; concludentia, & delictum inferentia, ita vt ſola confeſſio Rei deeſſe videatur. Secùs acta erunt nulla, & Iudex ad famæ reſtitutionem, & ad omnia damna, tenebitur.

COM-

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

26. *Ex dictis Rei, & Teſtium Iudex poteſt elicere Indicia.*
Arbitrium Iudicis debet conformari iuri.
27. *Indicia debent eſſe clara?*
Maximè violenta, quæ ſufficiunt ad condemnationem.
Iudex non tenetur explicitè ad reſtitutionem famæ eius, quem grauauit.
Sed reſtituit, dum Iudex ipſe punitur de mala iuſtitia.

26. NOn poteſt de Indicijs certa tradi regula, ex eo quod illa, vt plurimum, deducuntur ex circumſtantijs ſingularibus, de quibus ſcientia non datur; hoc autem potius conſiſtit in prudentia, & acumine Iudicis, cuius ſolertiæ eſt, ex circumſtantijs ipſis, maturè perpenſis, quæ illi debent eſſe loco materiali Indiciorum, Indicia ipſa deducere. Proinde ſubiungit *Textus*, *item* licèt Iudici *ex dictis* nempè tum Rei, tum Teſtium, *alia Indicia elicere*, quæ nempè faciant ad indaganda alia delicta, quæ vel omnia occulta ſunt; vel, notis delictis, occulti ſunt Delinquentes; & hoc frequenter accidit, vt ex dicto alicuius Teſtis, ipſe ſe indiciet Reum alterius delicti, cuius Auctor ignorabatur; & ita carcerem ingreſſus, tanquam Teſtis, ab eo educatur factus Reus furcis ſuſpendendus. Illaque leuia, vel grauia declarare, provt *loci*, *perſonæ*, *gradus*, *conditionis*, *ætatis*, ſexus temporis, conſuetudinis, opificij, *ac aliarum moralium circumſtantiarum*, quæ ſingula recenſere prolixum eſſet, *ratio ſuaſerit*. Licèt vero arbitraria ſit Iudici Indiciorum declaratio, puta an grauia, vel leuia ſint, & an per ea torquendus Teſtis, vel Reus necne, *non tamen ad libitum*, *ſed iuris arbitrio conſentanea eſſe debent*. Quia arbitrium Iudicis eſt ſicut arbitrium boni viri, vt poſt *Albericum* teſtatur *Clarus*, (x), qui ſe debet regulare ſecundùm regulas iuris communis, & æquitatem; vnde in tali arbitrio, licet ſit remota ſubtilitas, non tamen eſt adempta cognitio.

27. *Sint præterea Indicia, in ſua claſſe, luce meridiana clariora, certa, non dubia &c.* *Textus* hic debet accipi de Indicijs violentis, quæ ſufficiunt ad condemnationem; talia enim eſſe debent ita clara, & delictum ita naturalitèr inferentia, vt, ad perfectam probationem deſideretur, ſola confeſſio Rei. *Secus Acta erunt nulla* ex legitimæ probationis defectu, *& Iudex ad famæ reſtitutionem, & ad omnia damna tenebitur*: non quod Iudex teneatur verbo, aut ſcripto, famam reſtituere illi, quem in ſententia grauauit, Reum pronunciando, qui talis ſufficientèr probatus non eſt: hoc enim nullo iure cauetur; ſed, quia Iudex malè iudicans puniri debet; vt aliàs dictum eſt; per punitionem Iudicis indebitè grauantis, implicitè reſtituitur fama Reo grauato; Iudex enim Superior ſententians, *malè fuiſſe iudicatum*, indirectè dicit, Reum contra ius fuiſſe de illo crimine à Iudice inferiori infamatum. Paritèr Indicia debent eſſe *clara* ad hoc, quod poſſint integrare eam probationem, quæ faciat ad conſtitutionem, vel ad torturam Rei; ſi enim Iudex conſtituit Reum, aut torquet, ex Indicijs in ſua claſſe non euidentibus, & claris, Reus grauatur in fama, quando conſtituitur, & inter Reos recipitur, abſque ſufficienti legitima probatione; aut grauatur in corpore, dum indebitè torquetur; & ſic Iudex, pœnam ſibi ex hoc debitam ſubeundo, implicitè, vt dictum eſt, Reo famam debet reſtituere.

I. Quæritur. Quid ſit præſumptio, & quotuplex?

SVMMARIVM.

28. *Præſumptio quid ſit.*
Iudicium eſt medium pro concludenda Præſumptione.
29. *Præſumptionis diuiſio.*
Præſumptio hominis quæ ſit.
Iuris tantùm quæ dicatur.
Iuris, & de iure quæ dicatur.
Qualis conuerſatio hominis in adoleſcentia talis eſt in iuuentute.
Præſumptio iuris eſt de re vniuerſali.
Et debet eſſe in iure expreſſa, aliter non eſt iuris.
Præſumptio iuris, & de iure quæ?
Excommunicatus in contumaciam ex ſuſpicione Hæreſis, poſt annum damnatur, vt Hæreticus.

31. *Præſumptio temeraria quid ſit.*
Leuis quando fiat.
Probabilis, ſeu vehemens quæ ſit.
Violenta quando dicatur.
32. *In Præſumptionibus iuris non datur leuitas iuxta Paſſerinum.*
Apud Nos hoc fallit.

28. Reſpondeo. Quod Præſumptio *eſt iudicium probabile formatum à Iudice ex probabilibus, & legitimis coniecturis*: & proinde differt à Scientia, quia hæc importat certitudinem; differt à Suſpicione, quia hæc relinquit intellectum indeterminatum: præſumptio verò non ſic; quia in ipſa intellectus iudicat de vna parte contradictionis, licèt hoc ſit cum formidine de oppoſito, & proindè conuenit cum opinione. Diſtinguitur verò præſumptio ab Indicio, ſicuti concluſio à medio, Indicium enim eſt medium, ex quo deducitur per conſequentiam certam, vel probabilem, innocentia, vel reatus alicuius, vt ex *Syluestro* ſcribit *Paſſerinus* (z).

29. Omiſſis autem multiplicibus diuiſionibus præſumptionis cumulatis per *Hoſtienſem* (a), afferimus communiores. Diuiditur ergo primò in præſumptionem *hominis*; *iuris tantum*; *& iuris, & de iure.* Præſumptio *hominis* eſt de facto particulari, *vt hìc & nunc*, vt ſi Iudex præſumat *Caium* eſſe Furem, quia noctu viſus eſt cum ſcalis circa domum *Titij*, in qua fuit commiſſum furtum. *Iuris tantùm* eſt præſumptio, quam *Legislator* facit, & in lege exprimit: & cum lex reſpiciat vniuerſalia, proinde præſumptio iuris non eſt de re particulari, ſed vniuerſali. Ex. gr. Ius præſumit, quod *qualis eſt conuerſatio hominis in adoleſcentia, talis ſit eiuſdem in ſenectute*, vt habet quidam *Canon* (b), & hanc concluſionem deducit Legislator ex Scriptura (c). *Oſſa eius implebuntur vitijs adoleſcentiæ eius*, & alio in loco. *Adoleſcens iuxta viam ſuam etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea* (d) vel à dicto *Poetæ*.
Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorē,
Teſta diu.
Omnis porrò *præſumptio iuris* debet reperiri in iure *Canonico*, vel *Ciuili* expreſſa; aliàs talis non eſt.

30. *Iuris* autem, *& de iure* eſt *Iudicium legis præſumentis aliquid in ſpecie*, (& in hoc conuenit cum præſumptione iuris) *& inſuper ſtatuentis, vt illud pro certo, & comperto, & pleuè probato habeatur*, vt docet *Alciatus*, quem multi *Doctores* (e) communiter ſequuntur. Ex. gr. decernitur in quadam *Decretali*, (*f*) quod Excommunicatus propter contumaciam nō reſpondendi ſuper Hæreſi, de qua erat ſuſpectus, poſt annum damnetur, vt Hæreticus. Hic apparet primò, quod propter ſuſpicionem, quis citatur à Iudice; ſed quia poſt citationem eſt contumax in comparendo, ſuſpicio tranſit in præſumptionem vehementem, & ex crimine contumaciæ excommunicatur; quia verò in excommunicatione per annum inſordeſcit, oritur præſumptio violenta per quam condemnatur. Talis ergo præſumptio vehemens eſt *iuris tantùm*; ſed præſumptio violenta euadit *iuris, & de iure*, ex eo quod, ſuppoſita illa, fertur à lege condemnatio de crimine præſumpto. Et talium præſumptionum iuris, & de iure multa ſunt *Capitula*, & *Leges* paſſim, quas recenſere noſtrum non eſt.

31. Alia diuiſio præſumptionis eſt in temerariam, leuem, vehementem, & violentam. *Temeraria* eſt, quando apparet coniectura boni, & non mali, & ex tali facto ſurgit præſumptio, ſeu ſuſpicio, temeraria, vt docent *Statuta Salmanticenſia*. (*g*) Quale fuit iudicium *Phariſæi*, (*h*) *Hic ſi eſſet Propheta, ſciret vtique quæ, & qualis eſt Mulier, quæ tangit illum, quia peccatrix eſt.* Iudicabat enim *Chriſtum* non eſſe Prophetam, quia à Muliere ſe tangi permittebat. *Leuis* eſt, in qua eſt coniectura paruà mali, & magna boni, ex qua conſurgit ſuſpicio leuis, & iudicium leue, vt ait *Alenſis*, (*i*) quale videtur fuiſſe iudicium *Salomonis* 3. *Reg. cap.*2. cum adiudicauit *Adoniam* interfici, quia poſtulauit ſibi dari in Vxorem *Abiſag Sunamitidem*. Præſumptio *probabilis*, ſeu *vehemens* eſt, quando coniectura in pluribus, & ferè in omnibus ſignis eſt mala, & parua ſunt ſigna bona, vt dicitur in *Euangelio*. (*l*) *Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium. A fructibus eorum cognoſcetis eos.* Fructus dicuntur actus plures, ex quibus ſumitur probabilis coniunctura malitiæ, quamuis aliquod ſignum appareat ſimplicitatis. *Violenta* eſt, quando in factis apparet coniectura mali, & non boni; & in qua omnia ſigna ſunt mala, ex quibus oritur in mente iudicium moraliter certum, quod tale crimen ſit commiſſum; qualis fuit præſumptio *Salomonis*

Rrr *lib.*3.

lib.3.Reg.cap.3. quando iudicauit illam eſſe matrem pueri, de quo erat controuerſia, quæ non poterat tolerare, quod ille ſecaretur per medium, ex qua præſumptione ipſe ſententiauit, vt notat quædam *Glosſa. (m)*

32. Notat verò *Paſſerinus*, quod diuiſio præſumptionis in *leuem*, *vehementem*, & *violentam*, eſt reſpectu præſumptionis hominis, non autem præſumptionis iuris, quia præſumptiones iuris ſunt ſemper certæ, & reſpectu illarum non poteſt dari leuitas: attento maximè, quod in iure non habetur, quod talis, vel talis præſumptio ſit leuis, vehemens, aut violenta. *(n)* Sed hoc apud Nos fallit, quandoquidem habemus *Textum* diſtinguentem præſumptiones, iuxta aſſignatam diuiſionem. Vnde hæc quadrat tum in præſumptione ſingulari, quæ eſt hominis, tum in vniuerſali, quæ eſt iuris, vt ſupra dictum eſt.

II. Quæritur. An ex pluribus indicijs leuibus poſſit fieri aliquod graue, & ex pluribus grauibus reddi vnum violentum?

SVMMARIVM.

33. *Ex pluribus Indicijs leuibus fit vnum graue, & ex pluribus grauibus vnum violentum.*
Plures homines conſtituunt Populum.
Apud Populum poteſtas publica.

34. *Fundamentum reſolutionis quæſtionis.*
Indicia nunquam migrant in plenas probationes.
Ex Indicijs, etiam violentis, non damnatur aliquis in pœnam ordinariam.

35. *Caſus practicus pro Indicijs copulandis.*

33. Reſpondeo affirmatiuè: ſicut enim, vt ſupra *(o)* ex *Textu* habemus, plura Indicia, ſuper quibus Teſtes ſingulares deponunt, copulari poſſunt ad probandum plenè Indicium, ita & plura Indicia poſſunt coniungi, & ſimul coniuncta progrediuntur vltra illam ſpeciem, in qua quodlibet eorum deberet eſſe; ita vt plura remota, ſingillatim conſiderata, ſint in ſpecie leuiū, ſed coniunctim, ſumpta faciant indicium graue; & pari modo plura grauia vnita integrent vnum violentum, & hæc ſententia eſt communis. *(p)* Nec mirùm videri debet, quod Indicia coniuncta induant ſpeciem, in qua non ſunt ſi conſiderentur ſingillatim, & per ſe; quia quilibet homo de Populo, per ſe ſumptus, eſt homo priuatus; ſi verò omnes priuati copulentur, & integrent *Populum*, atque conſtituant *Vniuerſitatem*, tunc faciunt vnum, apud quem eſt poteſtas publica, vt ex *Connano*, ait *Caluinus*. *(q)* Pari modo eſt in caſu noſtro.

34. Fundatur autem Doctorum reſolutio, in quadam lege *Codicis*, *(r)* in qua *Imperatores Theodoſius*, *Arcadius*, & *Honorius* ſanxerant, quod, ſi aliquis accuſatus de Adulterio accuſationem eluſerit, adducendo, quod Mulier, cum qua frequenter conuerſabatur, erat eius proxima, de qua adulterium præſumi non poterat; poſtmodùm verò nuptiæ ſubſecutæ ſint inter eos, ipſi punirentur, *veluti eſſet conuictum facinus, confeſſumque*. Ex quo deducitur, quod indicium adulterij, quod reſultabat ex frequenti conuerſatione; & fuerat debilitatum per aſſertam proximitatem; iunctum cum alio indicio nuptiarum ſecutarum, (quod & ipſum in ſuo genere erat debile) euaſerat in indicium vehemens, & ſufficiens ad punitionem. Fateor autem, quod ex hac lege videretur poſſe deduci, quod Indicia coniuncta non tantùm euaderent ex leuibus grauia, aut ex his violenta, ſed etiam quod migrarent in plenas probationes, eo quia, in dicta lege, ex talibus indicijs puniuntur Rei, *veluti ſi eſſet facinus commiſſum, confeſſumque*; & in hac ſententia videntur eſſe *Sgroi*, *(s)* qui pro ſe citat *Caualcantum*; & *Albericus* citatus à *Claro*. *(t)* Sed non ſic accipienda eſt lex illa, ac ſi per copulationem duorum indiciorum plenè probetur delictum, & pœna ordinaria irrogetur; etenim, quantumuis Indicia copulata faciant indicium maius, & euadere poſſint in violentum, tamen ſemper continentur intra ſphæram indiciorum, & nunquam migrant in probationes; ſicut benè aduertit *Paſſerinus*. *(u)* Et quia, ad puniendum delictum pœna ordinaria, requiruntur probationes plenæ; aut ſaltem illa Indicia violenta, ſeu præſumptiones, quas ius vult haberi pro probationibus, eo quod ſint

circa

circa crimina difficilis probationis; ideò per indicium quoduis probatum, non infligitur pœna ordinaria, ſed tantùm extraordinaria, vt vult *Clarus*, quem ſequuntur *Paſſerinus*, & *Biſſus*. (x)

35. Quod ſi in lege ſupradicta iubetur, quod Rei puniantur *veluti eſſet conuictum facinus, confeſſumque*, & ſic pœna ordinaria, ideò eſt, quia crimen adulterij eſt difficilis probationis, quod ordinaria pœna punitur ex præſumptione vehementi. Cæterùm in alijs delictis, indicia, quantumuis multa, & copulata, non faciunt probationem ad pœnam ordinariam, ſed tantùm extraordinariam. Et vt clarificemus exemplo rem, quæ frequenter vſu venit, & imperiti poſſint inſtrui; ponamus, quod in aliquo Conuentu ſequutum ſit furtum pecuniæ depoſitæ cum licentia Superioris à Sæculari, quæ pecunia erat in capſula clauſa claue, & aſſeruabatur in cella alicuius Patris grauis, & optimæ famæ; ignoratur porrò Auctor delicti. Prouincialis examinat iudicialiter Fratres, & vnus Teſtis deponit, quod Frater *Rapax* in cella habet aquam vitam moſchatam in quantitate, Chocolatam, fructuſq; ſaccharo conditos, & alia eſculenta, & potulenta pretioſa, quæ, ante illud furtum ſecutum, non habebat; & hic Teſtis eſt integer, ſed ſingularis. Alius Teſtis deponit Fratrem *Rapacem* feciſſe elaborare pro ſe duo paria ſandaliorum extraordinarij valoris, ſudaria linea, & lanea, thecam tabaccariam argenteam, ſiuè horologium portatile, quæ priùs non habebat; & hic pariter Teſtis eſt ſingularis. Tertius Teſtis deponit Fratrem *Rapacem* habere coronas electrinas (*Corone d'ambra.*) ſericas, vel ex alia materia pretioſa, itemque medaleas argenteas, iconulas acu pictas ſerico, & auro, & muliebria iocalia, quę antea ſibi viſa non ſunt. Certè iſta tria ſunt Indicia ſatis remota, & leuia, ſi per ſe, & ſingillatim conſiderentur: tamen copulata faciunt indicium graue; attento maximè, quod omnes deponunt, quod Frater *Rapax* eſt de Familia paupere, & omnes eius Coniuncti ſunt mendici, & ipſe eſt Laicus, qui non ſolet quæſtuare, cum ſit Horculanus Conuentus. Poterit ergo Iudex hæc copulare, & vnum Indicium graue ex his conſtruere. Alius Teſtis deponit vidiſſe Fratrem *Rapacem* attentè conſideraſſe, ac ſi oculis mēſurare voluiſſet altitudinem feneſtræ cellæ, in qua fuit furtum commiſſum; & hic pariter eſt ſingularis. Alius deponit vidiſſe Fratrem *Rapacem* duas ſcalas colligaſſe, vt ex duabus breuibus fieret vna longa, & ab eo interrogatum, quidnam vellet de illis facere? reſpondiſſe, ſe velle quercum altam ramis aliquibus ſpoliare, qui vmbra nocent oleribus, ſed hoc minimè præſtitiſſe: & ſcalæ, quæ priùs fuerunt, vt præfertur colligatæ, ab eadem fuiſſe diſiunctas, ſequuto furto; & pariter hic Teſtis ſingularis eſt. Alius Teſtis deponit, quod Frater *Rapax* conquiſiuit à Fabro ferrario varias claues veteres paruas, & promiſit Fabro, ſe eſſe reſtituturum eas, poſtquam probauerit, an aliqua ipſarum conueniat cum parua ſera, quam ipſe dixit, ſe habere, cum tamen eam in cella non habeat; ſimiliterque eſt ſingularis. Profectò ex his tribus pariter leuibus, & remotis, coniunctis tamen, aliud graue Indicium aſtruitur. Alius Teſtis deponit, quod Frater *Rapax* requiſiuit ab illo, nùm Pater habitans in cella furti, (qui mane diſceſſerat à Conuentu die præcedente noctem, in qua commiſſum eſt furtum) eſſet reuerſurus illa die, an potiùs pernoctare deberet extra Conuentum? ſequè reſpondiſſe, non eſſe reuerſurum, niſi die ſequenti. Alius Teſtis deponit, quod Frater *Rapax* ſummo mane diei, poſt noctem furti, aſſumpto Tertiario, dum adhuc Guardianus dormiret, exijt à Conuentu, præter morem, & ferebat ſportam, quæ videbatur ſatis grauis ex labore, quem oſtendebat in ferendo ad brachium, & vultum habebat ſolito pallidiorem, & in breuiſſimo tempore reuerſus eſt in Conuentu, abſque ſporta. Pater grauis habitator cellæ, deponit nullum ex Fratribus, præter Fratrem *Rapacem*, ſciuiſſe, ſe tenere talem pecuniam depoſitam in capſula, quam ſub lecto abſconſam tenebat; quia cum capſula eſſet ponderoſa, & ipſe debilis, per prædictum Fratrem *Rapacem*, qui eſt robuſtus, eam ibi collocare fecit. Ex his ergo tribus vltimis Indicijs leuibus coniunctis fit tertium Indicium graue. Cum ergo tria facta ſint indicia grauia, liquet, quod ex his tribus grauibus emergit indicium violentum: quod fortius euadit, ſi impannata chartacea feneſtræ, quæ erat clauſa, reperta eſt rupta, & indicat Furem intraſſe per feneſtram. Capſula reperta, eſt aperta claue adulterina; quod apparet ex organis (*incontri*) feræ, quæ fuerunt per vim detorta, & capſula proindè nequiuit ampliùs clau-

Rrr 2 di,

di, vt erat; tandemque Frater *Rapax* non habet valde bonam famam Religioſi integri. In hoc caſu non tantùm conſtitui poſſet Reus Frater *Rapax*, & torturari, ſed etiam in pœnam extraordinariam condemnari, ſi per conuenientem torturam Indicia non purgaſſet.

III. Quæritur. Quid, & quantum probent Indicia, iuncta alteri probationi?

SVMMARIVM.

36. *Indiciorum valor Iudici eſt arbitrarius.*
37. *Indicium copulatum probationi, auget eam, iuxta valorem proprium.*
38. *Duo Indicia, ſemiplenè ex ſe ſingillatim probantia, non integrant plenam probationem.*

36. RESpondeo; quod valor Indiciorum regulariter remittitur Iudicis arbitrio; vt eſt communis Doctorum ſententia. (a) Vnde ipſe arbitrari debet, quando agitur de iudicio facti, an an ex deductis in proceſſu, reſultent Indicia ad Rei conſtitutionem, aut ad torturam, ſiue ad condemnationem. Tamen, vt inſtruatur Iudex aliquo modo de valore Indiciorum ad hoc, quod ipſe poſſit in facti contingentia regulare arbitrium ſuum, in *Textu* ſupra enumerata ſunt Indicia, iuxtà ſuas ſpecies, & ſingulis aſſignatus eſt valor earum in iudicio, quædam enim faciunt tantùm ad inquirendum, *vt leuia*, quædam ad conſtituendum Reum, *vt grauia*, quædam ad inferendam torturam, *vt grauiora* (nempè grauia adminiculata,) quædam tandem ad condemnandum, *vt violenta*.

37. Nũc loquimur de valore probationis Indiciorum, prout vnum vnius ſpeciei coniungitur cum alio alterius ſpeciei. Aduertendum ergo, quod ſi loquimur de copulatione Indicij cum Indicio, iam ſupra probatum eſt, quod ex multis leuibus fit vnum graue, & ex pluribus grauibus vnũ violentum. Sed ſi comparemus Indicium cum probatione alterius ſpeciei, vt, v. gr. Indicium cum depoſitione Teſtis integri, inquirimus modo, quam probationem efficiat? Ad hoc reſolutiuè dico, quod valor Indicij taliter copulati auget valorem probationis, iuxta valorem Indicij per ſe ſpectati. Vndè, ſi Indiciũ ex ſe ſemiplenè probet, iunctum Teſti integro ex ſe ſemiplenè probãti, euadit plena probatio, non quidem ſufficiens ad pœnam ordinariam, ſed extraordinariam tantùm; & ſi Indicium non eſt tale, quod, ſe ſolo, ſemiplenè probet, ſi coniungitur depoſitioni Teſtis ex ſe ſemiplenè probantis, non facit plenam probationem, ſed tantùm reddit magis firmum, & ſecurum eius teſtimonium, & ipſi adminiculatur, faciendo illud pluſquam ſemiplenè probare, vt docet *Paſſerinus*. (a)

38. Non admittendum tamen cenſeo, quod ipſe ibidem dicit, quod duo Indicia iuncta, quorum quodlibet ſemiplenè probet, probent plenè. Quia alia eſt probatio plena, quæ fit aut per facti euidentiam, aut ex notorio probato, aut per dicta conteſtium integrorum, aut per Rei confeſſionem, ab ea, quæ fit per Indicia, quæ quantumuis grauia, aut violenta nunquam probant euidenter, ſed tantùm præſumptiuè. Ad probationem autem plenam, & ſufficientem ad condemnandum in pœnam ordinariam, requiritur, quod fiat aliquo ex quatuor recenſitis modis. Sed Indicia plura ſingillatim ſemiplenè probantia, coniuncta, nunquam plenè probant, quia nunquam egrediuntur ſpheram Indiciorum, vt ſuperiori quæſtione, ex eodem *Paſſerino*, dictum eſt; proinde non faciunt ad pœnam ordinariam. (b)

IV. Quæritur. Quomodo Indicia inter ſe inuicem debilitentur, aut elidantur?

SVMMARIVM.

39. *Indicia inter ſe debilitantur.*
Indicium fortiùs vincit minus fortè.
40. *Præſumptio iuris vincit præſumptionem hominis.*
Præſumptiones eiuſdem ſpeciei inter ſe comparatæ differunt in valore.
Quæ dicantur regulariter validiores.
Indicia pro Reo aut vincunt, aut labefactant ea, quæ ſunt pro Fiſco.

39. RESpondetur, quod cum naturale ſit, quod id, quod eſt vali-

validius vincat minùs validum; &, quod fortè eſt, debilè eneruet, ita etiam Indicium fortius, & validius elidit debilè, & leue ſibi contrarium, & hoc abſque controuerſia deducunt *Iuriſtæ* ex quodam Digeſto, *(c)* in quo *Imperator Antoninus* reſcripſit, vt condemnatus in contumacia reſtitueretur in integrum, quia ſpontè, coram Iudice, poſt condemnationem, comparuit. Ex quo elicitur, quod Indicium reatus emergens à non comparitione, eneruatum eſt à comparitione ſpontanea, quæ reatus præſumptionem excludit; & ità validius Indicium vincat minùs validum. Sola difficultas eſt in decidendo quodnam Indicium queat dici magis, aut minùs fortè.

40. Ad hoc dico, quod cum iudicare de Indiciorum valore ſit Iudici arbitrarium, vt ſupra dictum eſt, etiam eiuſdem arbitrio relinquitur, decidere in facti contingentia, quodnam Indicium alio ſit fortiùs. Tamen, quia arbitrium Iudicis debet à iure regulari, damus breuiter regulas generales à legibus excerptas, & à *Doctoribus* cumulatas, quibus poſſit Iudex Regularis, in facto particulari, decernere. Dico ergo, quod præſumptio iuris vincit præſumptionem hominis; comparando verò vnam iuris cum altera pariter iuris; vel vnam hominis cum altera itidem hominis, data cæteroquin inter ipſas paritate, validior eſt ea, quæ actum valere facit, quam illa, quæ actum inualidat. Secundò. Quæ à ſubſtantia prouenit tollit eam, quæ eſt à ſolemnitate. Tertiò. Magis benigna euacuat minùs benignam. Quartò. Quæ inhæret iuri communi eneruat eam, quæ innititur ſpeciali. Quintò. Magis veroſimilis ſuperat minùs veriſimilem. Sextò. Negatiua præfertur affirmatiuæ. Septimò. Quæ fauet animæ, aut tollit abſurda, vincit inducentem abſurditatem, & animæ nocentem. Octauò. Quæ fauet Reo, præualet ei, quæ proficit Actori. Nonò. Excluſiua delicti præfertur ei, quæ delictum concludit. Decimò. Fauorabilis Reo fortior eſt illà, quæ Fiſco fauet. Et vniuerſaliter Indicia, quæ faciunt pro Reo, licèt non vincant Indicia pro Fiſco, tamen illa labefactant, ita vt pro qualitate illorum, vel impediatur totaliter tortura inferenda, aut in parte minuatur, tùm intenſiuè, tùm extenſiuè. *(d)* Et qui plura de his habere vult, adeat *Menochium*, *Maſcardum*, & *alios*, *(e)* qui abundè de his loquuntur.

V. Quæritur. Quodnam Indicium faciat ſcriptura?

SVMMARIVM.

41. *Delictum in ſcriptura multipliciter poteſt eſſe.*

42. *Scriptura, continens delictum ab ea ſeparatum, facit ſolum Indicium ad inquirendum.*
Aliquando ſcriptura probat delictum ab ea ſeparatum.

43. *Scriptura publica continens in ſe delictum, illud probat.*
Si ſcriptura non eſt authentica, non probat delictum.

44. *Scriptura publica continens delictum extra eam conſummandum, non probat ipſum.*

45. *Scriptura etiam priuata continens delictum, ſi per eam probatur Delinquens ſufficit ad condemnationem.*

46. *Per ſcripturam ſimpliciter non probatur Author illius.*
Recognitio ſcripturæ per comparationem litterarum, aut per notam manum, abſque adminiculis, non facit Indicium ad torturam.
Cum adminiculis, & per Peritos recognita, facit Indicium graue.

47. *Scriptura priuata, continens delictum conſummandum extra eam, non facit, niſi ad inquirendum.*

41. Reſpondeo diſtinguendo. Vel delictum, quod probari intenditur per ſcripturam eſt extra; vel continetur in eademmet ſcriptura; & hoc dupliciter, puta aut ſcriptura ipſamet, & ex ſe, corpus delicti eſt, aut continet delictū extrà eam conſummandum. Rem exemplis clarifico. Sit aliqua ſcriptura facta à *Caio*, in qua promittatur ſolutio centum aureorum *Bertæ*, in compenſationem damni ſibi illati in occiſione *Titij* mariti ſui à *Caio* facta; hæc ſcriptura continet delictum ſeparatum ab ea. Sit ſecundò libellus famoſus factus à *Caio*, & ab eo ſcriptus contra *Seium*; Scriptura ipſa in ſe continet, & ipſa eſt corpus delicti. Sit tertiò ſcriptura facta à *Caio* promittente centum aureos *Seio*, ſi occiderit *Titium*; iſta continet

net quidem in ſe delictum, conſummandum tamen extra eam. Iterùm diſtinguendum eſt de ſcriptura aut publica, aut priuata.

42. Dico ergo, quod, ſi loquamur de ſcriptura continente delictum ab ea ſeparatum, ſiue ſcriptura ſit priuata, ſiue publica, hoc eſt manu *Notarij* rogati coram Teſtibus facta, iſta non probat delictum, ſed facit tantùm Indicium ad inquirendum, vt Confeſſio extraiudicialis, Accuſatio, aut Denunciatio, & hæc eſt communis ſententia *Iuriſperitorum*, & *Canoniſtarum*, in vtroque iure (*f*) fundata. Aduertendum tamen, quod per inſtrumentum publicum probatur delictum, quando nempè illud eſt authoritate Iudicis, qui priùs iudicialem indaginem inſtituit, factum, nempe copia alicuius ſententiæ à *Notario* publico authenticata, & legalizata, in qua damnatus fuerit iudicialiter aliquis ad pœnam ratione maleficij commiſſi. Sed re vera iſta non eſt propriè probatio delicti, ſiquidem illud ſupponitur iam fuiſſe probatum ante ſententiam; ſed eſt probatio directa pœnæ indictæ, & indirecta delicti. Ampliùs probatur ex ſcriptura authentica delictum ab ea ſeparatum (non quidem formaliter, ſed ex conſequenti; probando) cum ex diuerſis ſcripturis publicis aliqua facta probantur, ex quibus delictum emergit: vt ſi quis eundem agrum priùs *Titio*, & poſteà *Caio* vendidiſſet, & de venditione vtraque eſſent duo diſtincta inſtrumenta publica, per ea enim probaretur crimen Stellionatus, aut falſi, à Vendente commiſſum. (*g*)

43. Si autem ſcriptura in ſe delictum contineat, & publica ſit, & facta cum legali ſolemnitate, tunc delictum plenè probat. (*h*) Vt ſi producatur inſtrumentum vſuram continens, aut alienationem rei Eccleſiaſticæ, ſine debita licentia; aut Statutum contra libertatem Eccleſiæ; aut coniurationem contra Principem, & ſimilia. Dixi autem, ſi ſcriptura ſit facta cum legali ſolemnitate, puta, quod ipſa ſit facta à *Notario* coram Teſtibus idoneis rogato à Contrahentibus, contra quos delictum probari intenditur. Si enim talis ſolemnitas, ad valorem inſtrumenti neceſſaria, non adeſt, minimè per talem ſcripturam probatur delictum, vt plures ſcribunt. (*i*)

44. Quod ſi ſcriptura contineat quidem delictum in ſe, & publica ſit, delictum verò ſit extra eam conſummandum, quid iuris? Caſum hunc puto potiùs metaphyſicum, quam practicabilem. Tamen dabilis eſt. Dico ergo, quod per illam probaretur quidem delictum in ea contentum, dummodò ſcriptura eſſet ſolemniter facta; non autem probaretur delictum extra eam conſummandum. Ex.gr. Si mandans homicidium, ſe obligaret per inſtrumentum authenticum, ſoluere Mandatario certam pecuniam, ſecuto effectu: per exhibitionem talis inſtrumenti probaretur quidem mandatum, & turpis promiſſio præmij occiſionis, non tamen probaretur ex illo homicidium ſequutum. Et ratio eſt, quia ex tali ſcriptura non poteſt probari, quod Mandatarius compleuerit mandatum, cum occiſus potuerit eſſe ab alio, quam à Mandatario. Verum tamen eſt, quod ſi conſtaret de homicidio, & ignoraretur homicida, per talem ſcripturam emergeret, præſumptio, & quidem violenta contra Mandantem, per quam transferretur onus in ipſum probandi, ſe innocentem, & talis præſumptio ſufficeret ad torturam.

45. Si autem ſcriptura eſt priuata, & in ſe delictum continet, vt ſi eſſet aliqua epiſtola amatoria, ad ſtuprum ſollicitans; aut libellus famoſus: aut ad ſeditionem incitans, tunc ſi probatur per eam etiam Auctor ſcripturæ, (vel quia characteres ſunt noti, vel quia Auctor in ea ſe ſubſcripſit) per eam remanet delictum plenè probatum, & ſufficiens ad condemnationem, & in hoc concordant *Doctores*. (*l*)

46. Sola difficultas eſt, quomodo per ea probetur Auctor. Dico ad hoc, quod, per ſcripturam, nullo modo probatur Auctor illius, ſed ad hoc, quod probetur Delinquens, oportet, quod vel ipſe recognoſcat, & confiteatur fuiſſe à ſe ſcriptam; aut per examen Teſtiū, qui viderunt illā ſcribere, ſi tamen deponant de tenore, & contentis in ſcriptura, aliter non plenè probant, vt ſcribit *Guazzinus*: (*m*) aut per examen Teſtium, qui illi ſubſcripſerunt: aut per contumaciam Rei ſcripturam non recognoſcentis. (*n*) Sed re vera iſtæ non ſunt probationes, quæ fiant per ſcripturam ipſam, ſed vel per Rei confeſſionem, vel per Teſtes. Quo verò ad ſcripturam ex ſe, dicunt Auctores, quod non probat, niſi ſit recognita à Teſtibus, habentibus notam manum; vel fiat confrontatio aliarum ſcripturarum, quas con-

conſtet, eſſe ſcriptas manu Rei ſuſpecti, præſumpti, aut prætenſi, cum ſcriptura illa, & ſequatur iudicium Peritorum ſuper tali confrontatione. Tamen recognitionem per Teſtes de nota manu deponentes; aut per Peritos ex comparatione litterarum debiles eſſe, & abſque alijs adminiculis non facere indicium ad torturam, docent *Carena*, *Guazzinus*, & *Bordonus*, (o) quibus ſubſcribo. Ratio, & quidem potiſſima eſt, quia potuit ſcriptura fieri ab alio, qui ità perfectè alterius characteres imitetur, vt decipi poſſit, etiam ille, cuius characterem alius eſt imitatus. Hoc experientialiter vidi in cauſa quadam, in qua conſtitit per legitimas Teſtium depoſitiones, quendam Falſarium, quadam arte particulari, (quam narrare hic non expedit, ne doceam crimina, quæ extirpare contendo) ita perfectè alienam ſcripturam imitari, vt nihil omninò diſcriminis appareret inter legitimam, & adulterinam. Vitiauerat iſte ſubſignationes multas *Regiorum Officialium* maiorum, *Actuariorum*, *Notariorum*, & *Rationalium*; & ſubſignationes falſæ oſtenſæ iudicialiter Officialibus, quorum manu apparebant factæ, primo intuitu, iiſdem met apparuere legitimæ: ſed, legendo contenta in ſcriptura, quæ ſubſignata erat, deprehenderunt falſificatam fuiſſe ipſorum ſubſignationem; & meo videri, neque plenè de tali falſitate conſtitiſſet, niſi Teſtes, qui viderunt illas falſari, non indicaſſent, etiam modum ab eo adhibitum, cuius veſtigia adhuc remanebant in tali falſificatione, quæ, primo intuitu, non apparebant, ſed diligenter obſeruanti manifeſtè patebant. Falſarius ipſe ſcripſerat epiſtolam nomine alicuius Viri grauis, & eximij, in qua continebatur delictum ab ea ſeparatum conſummandum; & in ea erant oblocutiones de Principe, cuius cauſa, Vir ille grauis multa indebitè paſſus eſt. Recognita à multis falſificata illa Epiſtola per comparationem litterarum, iudicata fuit, eſſe ſcripta ab eo, cuius nomine ſcripta fuerat, & tamen erat falſificata, vt probatum fuit ex poſt per tres Teſtes de viſu, & duos de auditu ex ore Rei. Ex quo caſu diſcant Iudices, nullum Indicium ex ſe ad torturam facere ſcripturam, vt præfertur, recognitam, quia potuit ab aliquo adulterari, ità perfectè, vt quilibet decipi poſſit, quamuis Peritus. Quod ſi vltra ſcripturam ipſam adſint alia Indicia, certè ipſa, vt præfertur, recognita, facit Indicium ſufficiens ad torturam, vt ſcripſit *Souſa*, & *Guazzinus*. (p)

47. Si autem in ſcriptura priuata contineatur delictum ab ea ſeparatum commiſſum, aut committendum, quantumuis probetur, ſcripturam factam eſſe ab eo, qui Reus præſumitur, tamen non probatur per eam delictum, eſt enim ſolummodò, vt Confeſſio extraiudicialis, quæ, ex ſe, facit tantùm Indicium ad inquirendum in ſpecie, & cumulatum cum alijs Indicijs, poteſt facere ad torturam. Et ſic ſentiunt communitèr ſcribentes.

Citationes Tituli præcedentis.

Pag.487. col.1.

(a) *Tit.eo.§.2.& 3.*
(b) *Gandin.tit.de Præſumpt.col.1. Boſſ.tit.de Indic. Io.Caluin.in Lexic. verb.Indicia.*
(c) *Scot.in 4.diſt.1.quæſt.2. verſ. De tertio litt. M. & diſt.6.q.9.verſ.De quarto, litt.F.*

Pag.487. col.2.

(d) *Clar. quæſt.20. num. 1. & ibi Angel. de Maleſ. verſ.Fama publica. Caſou.Pract. Crim.fol.14. num.2.*
(e) *Clar. quæſt.24. verſ. Quæro igitur. num. 2. 3. & 4.*
(f) *Clar.quæſt.25.per tot.*

Pag.488. col.1.

(g) *Io. Bapt. Nicola. de Reg.iur. tom. 1. lib. 3.verſ. Duo actus.fol.256.*
(h) *Bald. Conſ.348.in princ.lib.5.apud Tuſc.lit.C. concl.867.*
(i) *cap.Semel iunct.gloſ.de Reg.iur.in 6.*
(l) *Laert.in Vit.Socrat.*
(m) *Iuuenal.Satyr.2.*
(n) *l.Inimicitia ff.de His.qui.vt Indign.l.1. §.Præterea. ff. de Quæſt. cap. Cum oporteat. de Accuſat. Menoch. de Præſumpt. lib. 1.quæſt. 89. num.53.*

Pag.488. col.2.

(o) *Innocent.in cap.Cum I.& A.de Sent. & re iud. Felin.in cap.Quoties.notab.4. de Teſt.*
(p) *Clar.quæſt.21.verſ.Inimicitia. Maſcard.de Probat.concluſ.901.num.6. Menoch.de Præſumpt. lib. 1. quæſt. 89. num.51. Farinac. quæſt. 47. num.102. Bellegrand.Tract.6. quæſt.4. num.4. & quæſt. 5. num. 6. apud Paſſerin. Trib.Regul. quæſt.16.art.3.n.66.*

(q) *Bict.*

(q) *Bičt.quaſt.66.num.5.*
(r) *Clar.quaſt.21.verſ.Inimicitia.Farinac.quaſt.47. num.107.*
(s) *Farinac.d.q.47.n.106.*
(t) *Paul.de Caſtr.conſ.328.num.1.lib.2.*
(u) *Blanc.Angel.de Maleſic. apud Clar.q. 28. verſ. Sciat autem.num.2.*

Pag.489.col.1.

(x) *Tit.Fama.* §.2.

Pag.489. col.2.

(z) *Gloſ.in in cap. Veniens. il 1. in verb. Illorum. de Teſt. Bero.in cap. Qualiter. il 2.de Accuſ. Dec.in d.cap.Veniens, num.25. Salycet.in l.Ea quidem. num. 313.ff.de Accuſat. apud Clar.q. 21.num.1.*
(a) *Grat.conſ.57. num. 8. lib.2. cit.à Clar.d.qu.21. num.1.circ.med.*

Pag.490. col.2.

(b) *cap.At ſi Clerici iunčt. gloſ. in verb.Non tenet. de Iudic.cap.In primis.2. quaſt.1.cap. Ad audientiam . de Conſuet.l.final. C.Si à non comp. Iud.l.1.§.Hac autem.ff.Quod quis.iur.*
(c) *Tit.Corpus.quaſt.1.num.35.& ſeqq.*
(d) *Alberic.Blanc.Boſſ. Gaudin. Menoch.apud Maſcard. de Probat. concluſ. 1057. ſeu 1060. num.5.*
(e) *Bičt.quaſt.69.num.3.& ſeqq.*
(f) *Farinac.quaſt.50.num.7.*

Pag.491. col.1.

(g) *Bart.Bertazz. Caſtrenſ. Foller. Maſcard.apud Farinac.l.cit.num.31.*
(h) *cap. Litteris . & ibi Anchar.Hoſt. & Abb. de Præſumpt.Menoch.de Præſumpt.lib.5.Præſ.41. num.11.Farinac.queſt.136.num.144.*
(i) *Aymon.conſ.205. num.21. Farinac.quaſt.136. num.166.apud Bičt.quaſt.120.num.16.*
(l) *Statut.Gen.Ord. cap.11. §.1.num.3. Statut.Reform.cap.11.num.2.*

Pag.491. col.2.

(m) *Natta conſ.499.num.7.Grammat. vot.30. Farinac.quaſt.52.*
(n) *Authent.de Exhib.& intr.Re. §.Igitur. Coll.5. Bart.in l.Si quis fugitiuus. §.Sicuti.ff.de Aedilit. edičt. Iaſon.in l.Admonendi .ff.de Iureiur. Maſcard.de Probat.lib.2.concluſ.819. num.1. & ſeqq.*
(o) *Curt.iunio.Bertaz.Blanc.Carer. Villalob. Farinac.apud Bičt.quaſt.68.num.3.*
(p) *Angel. Bart.Dec. Felin.Iaſon. Marſil. Roman. apud Maſcard.de Probat. concl. 800. num.13. Blanc. Clar. Menoch. Bertazz. Farinac. quaſt. 48. num. 27. cit. à Bičt. quaſt. 68. num.6.*
(q) *Dionyſ.Gothofred. ad Nouell.53. cap.4. §.Igitur ne . in verb. Liberam. l.1. §. 3. ff. de Eo, per quem .*
(r) *Menoch. de Præſumpt. quaſt. 89. num.39. Maſcard. de Probat. concl. 819. apud Paſſerin. Trib.Regul.q.17.art.6.n.91.*
(s) *Farinac.q.48.n.14.*

Pag.492.col.1.

(t) *Gloſ.§.Aliæ.Inſtit.de Actione.*
(u) *Farinac.d.quaſt.48.n.45.*
(x) *l.vnic. C. de Rapt. virg. l. Lege Cornelia ff.Ad S.C.Syllan.Paul.Ghirland. Correr. apud Farinac.d.quaſt.48.n.5.*
(z) *Sgroi par.5.cap.3. num.41.Bellegrand.Tract.6. quaſt.4.*
(a) *Paſſerin.Trib.Regul.quaſt.17.num.97.*
(b) *Bald.in l.Sed & ſi.ff.Ex qui.cau.maio.apud Paſſerin.loc.cit.num.95.*
(c) *Vlpian. in l. Sed & ſi. §.final. ff.Ex qui.cau. maio.*
(d) *l.In eos. ff.de Cuſto. Reo. vbi gloſ. in verb. Puniendi.Clar.quaſt.21. verſ. Tertiò autem. Menoch.de Arbitr.caſ.305.nu.5.plures DD.apud Farinac.quaſt.30.num.5.*

Pag.492.col.2.

(e) *Paſſerin.Trib.Regul.quaſt.21.art.3.n.37.*
(f) *Farinac.q.48.n.51.& ſeqq.*
(g) *Bičt.quaſt.79. num.26.poſt Farinac. quaſt.30. num.34.*
(h) *l.3.l.Congruit. ff.de Off. Præſid. cap. Qui cum Fure.vbi Hoſtien.& Abb.num.5.de Furt.Bart. in l.Ciuilem.C.eodem tit.*
(i) *Abb.in cap.Qui cum fure.num.5.Extra.de Furt.*

Pag.493. col.2.

(l) *Bart.in l.Vnius.§.Reus.ff.de Quaſt.Blanc.tit.de Indic.num.219.Boſſ.tit.de Tortur. num.34.Simanc. de Hæret.cap.63.n.43.*
(m) *Clar.quaſt.21.verſ.Vlterius quæro. n.36.in fin.*

Pag.494. col.1.

(n) *Io.Caramuel.Pandox.Moral.art.1.*

Pag.494.col.2.

(o) *cap.Litteris. iunčt.gloſ.in figur.caſ.de Præſumpt.*
(p) *DD.in l.Vt vim.ff.de Iuſ.& iur. Clar.§.Homicidium.verſ.Excuſatur.num.24.*

Pag.495. col.1.

(q) *Gloſ.in l.final.in verb.Vel indicijs.C.Famil.Erciſc.vbi DD.communiter.Clar.quaſt.22. nu.1. & q.64.num.12.*

Pag.495.col.2.

(r) *Penn.Direct.Inquiſ.par.3.Comm.121.verſ.Hæc tamen. Bordon. Prax.Crim. cap.29. num.61. Menoch.de Præſumpt.quaſt.41. n.8. Souſa lib. 2.cap.15.num.23.Bičt.q.44.n.34. Sgroi par.4. cap.5.num.38.Paſſerin.Trib.Regul. q.13. art. 3.num.34.*
(s) *Bičt.quaſt.62. num.8. & 9.Sgroi. par.5.cap.3. num.11.*
(t) *Farinac.q.37.num.38. Maſcard.de Probat. concl. 894.apud Bičt.loc.prox.cit.*
(u) *Bart.in l.final. ff.de Quaſt. Berti Pract.Crim. tit.11.cap.6.num.9.*

Pag.396. col.2.

(x) *Alberic.in 3.par.Statut.q.32. apud Clar.qu.31. verſ.Arbitrio.num.9.*

Pag.497. col.1.

(z) *Syluest.verb.Indicium n.1. Paſſerin.Trib. Regul. q.18.art.1.n.3.*
(a) *Hoſtien.Summ.Rubr.de Præſumpt.§.2.*
(b) *cap.Ex ſtudijs. de Præſumpt.*

(c) *Iob*

Digitized by Google

(c) Iob cap.20.verſ.11.
(d) Prouerb.cap.22.verſ.6.

Pag.497.col.2.

(e) Alciat.de Præſumpt.par.2. n.3. Menoch.eod.tit. lib.1.q.1. Farinac.qu.36.nu.67.apud Paſſerin, Trib.Regul.quæſt.18.art.1.nu.4. & in cap.Inquiſitionis. n.38.de Hæret. in 6.
(f) cap.Cum contumacia. innẽt.gloſ.de Hæret.in 6.
(g) Stat.Salmant.cap. 10. verſ. Temeraria.Orb.Seraph.tom.3.fol.337.
(h) Luc.cap.7.verſ.39.
(i) Alex.de Aleſ.Summ.par.3.q.45.Memb.7.
(l) Matth.cap.7.verſ.16.

Pag.498.col.1.

(m) cap. Afferte.vbi Gloſ.in verb.Date huic.Extra. de Præſumpt.

Pag.498.col.2.

(n) Paſſerin.quæſt.18.art.1.n.8.

Pag.498.col.1.

(o) Tit.eo.§.4.num.25.
(p) Maſcard.de Probat.concl.1230.n.28.Clar.quæſt. 63.verſ.Tu ſcis. Bict.qu.75.n.2. Sgroi. par.4. cap.5.num.36.
(q) Io.Caluin.Lexic.verb.Poteſtas.

Pag.498.col.2.

(r) l.Si quis adulterijs.C.Ad leg.Iul. de Adulter. & Stupr.
(s) Sgroi par.4.cap.5.nu.36. vbi Canalc. de Braeh. Reg.par.4.num.71.
(t) Alberic.in l.2.§.final.n.2.de Exeuſ. Tutor. apud Clar.q.63.verſ.Tu ſcis.
(u) Paſſerin.Trib.Regul.q.18.art.2.n.31.

Pag.499.col.1.

(x) Clar.qu. 63.verſ.Tu ſcis.Paſſerin.loc.cit. Bict. q.7.n.2.

Pag.500.col.1.

(z) Angel.in l.Milites.C.de Quaſt.Marſil.in l.final. nu.4.ff.eo.tit. Clar.qu.64.verſ.Hoc autem.Menoch.de Arbitrar.lib.2.caſ.270.n.3.

Pag.500.col.2.

(a) Paſſerin.Trib.Regul.q.18.art.2.n.32.
(b) Aretin.in cap.Præterea num.5. de Teſt.Menoch. lib.5.Præſumpt.45.num.55. apud Sgroi par.5. cap.4.num.23.

Pag.501.col.1.

(c) l.Diuus,ff.de In integr.reſtit.

Pag.501.col.2.

(d) Sgroi par.6.cap.2.n.215.
(e) Menoch.de Præſumpt. lib.1. qu.29. & 30.& de Arbitr.lib.2.caſ.472.Maſcard. de Probat.lib. 3.concl.1231.n.11.& ſeqq.Bict. q.77.per tot. Sgroi par.6. cap.2. num.110.& ſeqq.Paſſerin. Trib.Regul.quæſt.18.n.37.

Pag.502.col.1.

(f) cap.Cum in Eccleſ.de Maio. & obed.vbi Gloſ.in verb. Quod non eſt, & ibi Butr.n.14. Abb.n.1. Bald.n.2.Felin.n.1. l.Inſtrumenta.l.Exemplo. C.de Probat.Auth.Vt ſponſ.larg. cap.3.l.final. C.de Probat.l.2.ff.de Fid.inſtr.
(g) Bero.Io.Andr.e. Farinac.q.84.nu.13.apud Bict. q.86.n.15.
(h) l.Quoniam. ff.de His, qui not.infam.l.In Senatuſconſultum, vbi Gothofr. in verb.Chirographum.ff.Ad S.C.Turpill. Cum in Eccleſijs. de Maio.& Obed.Farinac.qu.84.nu.7.apud Paſſerin.Trib.Regul.q.19.n.3.
(i) Boic.in cap.Cum in Eccleſijs.n.11. vbi Zabarel. col.fin.Abb.n.1.& Felin.n.6.de Maio.& Obed.

Pag.502.col.2.

(l) Anani.& Felin. in d. cap.Cum in Eccleſijs apud Farinac.q.84. n.19. Genoua de Script. priuat. cap.14.n.4.Carena par.3.tit.4.n.4.Souſa lib.2. cap.22.n.4.quos dat Paſſerin. loc.prox.cit.n.5. Bict.q.86.n.13.Sgroi par.5.cap.3.n.17.
(m) Guazzin.Defen.20.cap.23.n.9.
(n) Scacc.de Iudic.can.ciuil.lib.2.cap.11.qu.33.nu. n.29 Genoua de Script.priu.qu.14.nu.10.cit. à Paſſerin.d.q.19.n.7.

Pag.503.col.1.

(o) Carena par.3.tit.4. Guazzin. Defen.20.apud Bordon.Pract.Crim.q.51.n.8.& ſeqq.

Pag.503.col.2.

(p) Souſa lib.2.cap.22.n.4.Guazzin.Defen.20. cap. 23.n.5.apud Paſſerin.Trib.Regul.q.19.n.7.

Digitized by Google

TITVLVS DECIMVSQVARTVS.

Fama, Infamia, Clamoroſa Inſinuatio.

T E X T V S.

§.I. Specialem his Titulum deſtinamus, quia de eis inter Indicia, accuratior ratio haberi debet. Fama eſt communis opinio non manifeſta, ex ſuſpicione prouceniens: Si circa malum, eſt Infamia. quæ ſi ad aures Superioris ſæpiùs deferatur, dicitur Clamoroſa Inſinuatio. Hæc Fama, ſeu Infamia, quæ viam Inquiſitioni pandit, nulla eſt; ſi à viris probis, honeſtis, non maleuolis ortum non habet.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

1. *Fama, eſt nomen æquiuocum.*
Fama, vt exiſtimatio virtutis, à Calliſtrato diffinita.
Fama, vt opinio Populi, diffinita à Bartolo.
Ad Famam conſtituendam quatuor requiruntur.
Differentia inter Rumorem, & Famam.

2. *Fama duplex eſt, fundata, & vera.*
Item diuiditur in Famam conſtantem, & dubiam.
Fama conſtans adijcit fidem teſtimonio.
Dubia, ad nihil valet.

3. *Diuiditur adhuc in Famam vehementem, & ſimplicem.*
Hæc diuiſio confunditur cum Superiori.
Fama indifferens eſt ad bonum, & malum.

4. *Ad inquiſitionem generalem quæuis Fama ſufficit.*
Ad ſpecialem, requiritur Fama orta à viris probis.

1. DIFFICILE ſanè indicium eſt, quod deſumitur à *Fama*, ad ſciendum ſcilicet, nū probet in facti contingentia, nec nè; proinde *ſpecialem Titulum* noſter *Textus Famæ* aſſignat, quia de ea *inter indicia accuratior ratio haberi debet:* nempè ad benè cognoſcendum ſi, & quando, & quantùm probet. Sciendum porrò, quod *Fama* nomen æquiuocum eſt, vnde variè accipitur; aliquando enim ſignificat exiſtimationem virtutis de aliquo apud Populum, quæ recenſetur inter bona fortunæ, & confunditur cum gloria, vnde canebat *Satyricus*. *(q)*

—— Tanto maior Famæ ſitis eſt, quàm
Virtutis; quis enim virtutem amplectitur ipſam
Præmia ſi tollas? Patriam tamen obruit olim
Gloria paucorum, & laudis, titulique cupido.

Aliquando ſignificat Populi opinionem, quæ voce exprimitur, circa aliquem euentum. Primò modo accepta diffinitur à *Calliſtrato*, *(r)* quod ſit *Dignitatis illæſæ ſtatus; legibus, ac moribus comprobatus, qui ex delicto noſtro, auctoritate legum, aut minuitur, aut conſumitur:* & alio vocabulo dicitur *Exiſtimatio*, & de ea loquuntur multæ leges. *(s)* Secundò modo accipitur, prout habet *Textus, Communis opinio voce manifeſta, ex ſuſpicione proueniens*, quæ eſt diffinitio tradita à *Bartolo*, *(t)* quam poſteà amplexati ſunt cæteri Scribentes. Vt autem optimè adnotauit *Sylueſter*, *(u)* quatuor conditiones requiruntur ad Famam conſtituendam. Primum eſt, quod ſit *opinio*, & proindè excluditur *Scientia*, quæ importat manifeſtum, ſiue notorium: & *Suſpicio ſimplex*, quæ eſt ſine adhæſione ad vnam partem. Secundum eſt, quod ſit ex cauſis probabilibus deducta, alitèr vana eſt, & temeraria, vt infra dicemus. Tertium eſt, quod ſit voce manifeſtata. Quartum eſt,

quod

Digitized by Google

quod ſit manifeſtata ab omnibus, ſiue à maiori parte populi, & in hoc differt à *Rumore*. *Fama* enim eſt à maiori parte viciniæ, *Rumor* verò eſt à minori; & iſte non infamat, ſecundùm *Ioannem Andreæ*, *Abbatem*, & *Felinum*. (x)

2. Porrò Fama dupliciter adhuc conſiderari poteſt reſpectu ſuæ originis; vno modo quandò primus ipſius Auctor habet certitudinem de re diffamata; alio modo, quandò habet tantùm probabilem coniecturam. Explico. *Caius* videt *Seium* oculis proprijs, quando ipſe furatus eſt; & à *Caio* diffamatur furtum ab eo viſum, ita vt *Seius* in toto Populo infametur, vt *Fur*. Fama hæc ortum habet à ſcientia. Si autem *Caius* vidit *Seium* exeuntem de domo, in qua commiſſum eſt furtum, hora importuna, & ſubtùs pallium geſtabat aliquod occultatum; & ex poſt, intellecto furto ſequuto, *Caius* ſuſpicatus eſt, & ex circumſtantijs, quas vidit, coniectatus eſt, *Seium* tunc furatum eſſe, & ipſum, vt *Furem* euulgat in Populum; Fama hæc ortum habet à probabili coniectura. Ex hoc ergo oritur diſtinctio Famæ in Famam fundatam, & vanam. Fundata enim eſt, quæ orta eſt à ſcientia facti, ſiue à probabili coniectura, deducta ex principijs rationabilibus, à viro probo, & prudenti: vana verò, quæ deducta eſt à principijs, aut debilibus, aut inſufficientibus ad concludendum rationabiliter iudicium factum. Fama fundata, quæ ortum habuit à ſcientia dicitur *verè* non vana, quæ verò nata eſt ex coniectura probabili, dicitur non vana *præſumptiuè*, vt docuit *Paſſerinus*. (z) Ampliùs Fama diuiditur in conſtantem, & dubiam. Conſtans eſt, quæ nec ex improbis Auctoribus, neque ex ignotis exoritur, & hæc teſtimonio fidem adijcit *conſentiens enim Fama confirmat rei, de qua quæritur, fidem*. (a) Dubia verò huic oppoſita, & hæc nil probat, potiùs enim dicendus eſt fallax *Rumor*, quam Fama.

3. Inſuper diſtinguunt *Doctores* Famam adhuc in vehementem, & ſimplicem, & dicunt *vehementem* eam, quæ oritur ex cauſis veriſimilibus, grauibus, & vrgentibus; (b) *Simplicem* autem, quæ ex leuibus, nec multùm concludentibus naſcitur. Sed hoc nihil eſt, & hæc diſtinctio confunditur cum Superiori: ſiquidem vehemens Fama, & fundata, perindè ſunt, vtraque enim eaſdem cauſas expoſcit. Fama porrò indifferens eſt ad bonum, & malum, ita enim dicitur *Famoſus Latro*, ſicut *Famoſus Theologus*, tamen *ſi eſt circa malum dicitur Infamia, quæ ſi ad aures Superioris ſæpiùs* (nempè à multis, & multoties) *deferatur, dicitur Clamoroſa inſinuatio*.

4. *Hæc Fama, ſeu Infamia, quæ viam Inquiſitioni pandit, &c.* Hic aduertendum, quod vel loquimur de Inquiſitione generali tùm quo ad crimina, tùm quo ad perſonas; vel loquimur de Inquiſitione ſpeciali contra determinatam perſonam. In primo caſu quæuis Fama, & etiam Rumor, ſufficit, vt Iudex Ordinarius generaliter inquirere poſſit, vt aliàs diximus. Si enim Superior audit, in aliquo Conuentu non ſeruari Religioſam diſciplinam, & multos ſcandaloſè viuere, poteſt, imò tenetur, generaliter inquirere, nec examinare tenetur conditiones perſonarum, à quibus audiuit, vt de validitate Famæ deferentis pronunciet. Sed ſi motus ex Fama, quæ ad eius aures peruenit, vult inquirere in ſpecie contra determinatam perſonam, oportet, quod perpendat à quibus perſonis orta eſt Fama, quia *nulla eſt, ſi à viris probis, honeſtis, non maleuolis ortum non habet*. Et ratio eſt, quia Fama tali caſu fungitur officio Denunciatoris, aut Teſtis: & ſicut Denuntor, & Teſtis maleuolus, inimicus, & infamis, aut vilis non ſufficit; ita etiam Fama à talibus orta: proindè inepta eſt, adſternendam viam ſpecificæ inquiſitioni.

T E X T V S.

§.II. Inde in principio proceſſus conſtare debet, ſaltem per duos Teſtes conteſtes, quod aliquis ſit infamatus de delicto; ijque, cum iuramento, teſtari debent, ſe id audiuiſſe communiter in Conuentu, & expreſsè interrogari à quibus audierint: quos ſi non nominent, nulla eſt Famæ probatio. Duabus probationibus oppoſitis de Fama, bona malæ præualet: ſicut etiam ſi quis per triennium ſe honeſtè vixiſſe probauerit, malam Famam in contrarium extinguet.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

5. *Teſtes conteſtes, qui ſint.*
Licèt diſcordent in accidentalibus, ſi concordent in ſubſtantialibus, ſunt conteſtes.
Quatuor requiruntur ad eſſendum conteſtes.

6. *Vt Fama probetur per conteſtes, quid requiratur.*
Si audierint à viris leuibus, maleuolis, &c. non probatur Fama.

7. *Fama, vt exiſtimatio perſonæ, quid ſit.*
Talis Fama adminiculatur in iudicijs.
Hæc bona præualet ipſi malæ.

8. *Mala Fama tollitur, probando bonam conuerſationem à multo tempore.*

5. Dictum eſt aliàs, quod triplici modo incipitur proceſſus; per Accuſationem, Denunciationem, & Inquiſitionem; & quod pro primo prærequiritur Accuſator, pro ſecundo Denunciator, & pro tertio Infamia præcedens. Quando igitur per viam ſpecialis Inquiſitionis proceditur, *in principio proceſſus debet conſtare per duos Teſtes conteſtes, quod aliquis ſit infamatus de delicto*. Teſtes autem conteſtes illi dicuntur, qui de eodem facto, loco, tempore perſonis, & alijs circumſtantijs neceſſarijs, veritatem facti, per ſenſum externum percepti, in iudicio deponunt: & ſi ſunt tales, quod contra eorum perſonas nulla militet exceptio, quæ illorum teſtimonium labefactet, conuincunt Reum, ita vt ad pœnam ordinariam poſſit damnari; *(c)* & licet diſcordent in qualitatibus, circumſtantijs, & acceſſorijs remotis, extrinſecis, & impertinentibus, dummodò concordent in ſubſtantialibus facti, adhuc dicuntur conteſtes. *(d)* Quia verò ad hoc, quod ſint verè conteſtes requiruntur quatuor, vt benè ſcripſit *Leſſius*, *(e)* nempè, quod ſint omni exceptione maiores; quod ſenſu proprio perceperint factum, de quo teſtificantur; quod deponant de facto vno, & eodem numero; & tandem, quod deponant iurati, ideò ſubdit *Textus*, quod *ij, cum iuramento, teſtari debent, ſe id audiuiſſe communiter in Conuentu*.

6. Quia verò Teſtes, vt probent, cauſam debent reddere ſui dicti, non ſufficit, quod teſtificantes de Fama deponant, ſe communiter audiuiſſe: etenim *Communitas*, (à qua deducitur dictum *communiter*) perſona ficta eſt, quæ neque loqui poteſt, neque audiri, niſi quatenùs hic, & ille, & cœteri, ex quibus conſtat *Communitas*, loquuntur; ideò Teſtes debent *expreſſè interrogari à quibus audierint*; & hoc duplici ex cauſa, tùm vt reddant cauſam ſuæ cognitionis propriam, nempè auditum à perſonis loquentibus; tùm vt Iudex ſciat, ex perſonis nominatis, an Fama, ſiue Infamia ſit vere probata. Quia enim, vt ſupra dictum eſt, ad hoc, vt Fama attendatur, & aliquid probet, oportet, quod ſit à *viris probis, non maleuolis, &c.* ſi Iudex videt Teſtes deponentes de Fama, audiuiſſe ab improbis, leuibus, æmulis, inimicis, factionarijs, &c. non debet habere Famam pro legaliter probata: & niſi alios Teſtes melios deponentes ſuper ea examinet, & Famam rectè probet, nequit vlteriùs procedere: & ſi procedit, & Reus ante litis conteſtationem excipiat, quod de Fama non conſtat, Proceſſus euadit nullus, vt infra dicemus. Quod *ſi non nominent* aliquos, à quibus audierint; aut ſi nominant, illi ſunt leues, inimici, &c. eius, contra quem probatur Fama, *nulla eſt Famæ probatio*; nec poteſt vlteriùs procedi, vt dictum eſt.

7. *Duabus probationibus de Fama, &c.* Hucuſque loquutus eſt, *Textus* de *Fama* accepta pro opinione vulgi circa aliquod factum ſecutum, aut circa perſonam, à qua factum illud fuerit. Modo loquitur *de Fama*, prout importat exiſtimationem alicuius perſonæ, reſpectu ſuæ vniuerſalis conuerſationis; & ità dicitur *homo bonæ, ſiue integræ Famæ*, qui communiter reputatur iuſtè viuere; & malæ Famæ ſi de eo exiſtimatur, quod malus ſit, quia mala commiſit; & promptum eſſe ad iterùm eadem, & ſimilia committenda. Talis exiſtimatio, ſiue mala, ſiue bona, multùm confert ad rectitudinem iudicij, & adminiculatur indicijs alijs ad probandum pro, & contra Reum, prout bonæ, vel malæ famæ eſt, vt dicunt *Doctores*, *(f)* & aliàs ſuis locis expendemus. Dicit ergo *Textus*, quod *duabus probationibus*, puta inter ſe contrarijs, *de Fama*, quando, nempè Teſtes, pro Fiſco examinati circà Famam Rei, diuerſificant, altero aſſerente, quod Reus prætenſus eſt bonæ Famæ, teſtante alio, quod ſit

ſit Famæ malæ, Fama *bona malæ præualet*, ex eo, quod id, quod fauet Reo, & innocentiæ, magis attenditur, quàm contrarium.

8. Poſito autem, quod mala Fama de aliquo probata ſit, & hæc adminiculetur indicio taliter, quod illud de ſe inſufficiens ad torturam, iuncta mala Fama, ſufficiat ad torquendum; ſi aduocatus Rei proponat, & probet, quod mala Fama ortum habuit à delictis longo tempore anteà patratis, ſed per triennium ex poſt morigeratè, & honeſtè vixerit, tollet malam Famam, & ipſam extinguet, & in hoc conueniunt *Doctores* communiter, (g) vt *Textus* concludit.

TEXTVS.

§. III. Clamoroſa inſinuatio non eſt neceſſaria, niſi quando procedendum eſt contra Prælatum, Conuentum, & grauiſſimam aliquam perſonam. Contra alios, ſola Infamia ſufficit. Non erit legitimus proceſſus, niſi in illius initio probata ſit Fama, non ſolum delicti, ſed etiam Delinquentis, eo caſu, quo ſpecialiter contra aliquem inquiratur, niſi Reus, vt alibi dictum eſt, de nullitate non exceperit. Teſtes deponentes de Fama tenentur dicere de cauſa ſcientiæ Famæ, ſaltem groſſiori modo, declarantes, quid ſit Fama. Aliàs depoſitio non ſubſiſtit.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

9. *Prælati incurrunt in odium plurimorum.*
Clamoroſa inſinuatio requiritur, ad inquirendum contra Prælatum.
Eadem requiritur ad inquirendum contra Familiam totam vnius Conuentus.
Pariter requiritur in inquiſitione contra grauiſſimam perſonam.

10. *Adiectiuum* graue *varias recipit interpretationes.*
Grauis eſt, qui eſt bonæ opinionis, & Famæ.
Perſonæ graues in Ordine, quæ ſint.
Non poſſunt notabili pœnitentia affici, niſi de conſenſu Patrum Prouinciæ.
Grauiſſimæ perſonæ in Religione, quæ dicendæ.

11. *Clamoroſa inſinuatio non ſeruata contra prædictos, non inualidat Proceſſum.*

12. *Antiqui Canones annullabant inquiſitionem factam, abſque infamia probata.*
Hæc nullitas ſublata eſt per Bonifacium Octauum.
Si Reus reclamat in principio Proceſſus, Famam non eſſe probatam, & Iudex, ea non probata, procedat, Proceſſus eſt nullus.

13. *Reus ignorans ſe proceſſari, nequit in principio Proceſſus opponere, de Fama non probata.*
Iudex ex officio eam ſemper probet.

14. *Teſtes deponentes de Fama delicti tenentur dicere de cauſa ſcientiæ Famæ.*
Et etiam groſſo modo dicere, quid ſit Fama.

9. Quia, vt optimè aduertit *Abbas*, (h) Prælati incurrunt odium plurimorum, qui frequenter de illis obmurmurant, & mala diſſeminant, optimè diſponit *Textus*, quod licet ad ſpecialiter inquirendum cõtra Subditum ſufficiat Fama, ſiue infamia, & *clamoroſa inſinuatio non eſt neceſſaria*, tamen neceſſaria eſt *quando proceditur contra Prælatum*. Et hoc concordat diſpoſitioni famoſiſſimi *Canonis* (i) lati in *Concilio Lateranenſi, ſub Innocentio Tertio*, in quo textualiter ſic habetur. *Licet hoc* (quod, nempè ante Inquiſitionem præcedat infamia) *ſit obſeruandum in Subditis, diligentiùs tamen eſt obſeruandum in Prælatis, qui quaſi ſignum poſiti ſunt ad ſagittam. Et ideo Sancti Patres prouidè ſtatuerunt, vt accuſatio Prælatorum, non facile admittatur, ſed cum ſuper exceſſibus ſuis quiſquam fuerit infamatus, vt iam clamo-*

aſcen-

aſcendat, qui diutiùs, ſine ſcandalo diſſimulari non poſſit, vel ſine periculo tolerari, abſque dubitationis ſcrupulo, ad inquirendum, & puniendū eius exceſſus, non ex odij fomite, ſed charitatis procedatur affectu. Hoc autem ſeruandum eſt, etiā in inquirendo ſpecialiter cōtra *Conuentum*, nempè Familiā integram vnius Conuentus, ſi infamata audiretur in Prouincia, quod in ea cum Secularium ſcandalo, non religiosè viueretur. Cauſa porrò huius diſpoſitionis eſt, quia inquiſitio contra totam Familiam valdè perturbaret Prouinciam; incongruum proindè eſt, quod ad ſimplicem Famam inſtitueretur inquiſitio, ex qua nihil poſſet concludi, fortè ex vanitate famæ, & ſic fruſtra Prouincia inquietaretur. Pariter neceſſaria eſt clamoroſa inſinuatio, quando ſpecialiter inquirendum eſt contra *grauiſſimam aliquam perſonam*.

10. Quid porrò veniat nomine *grauiſſimæ perſonæ*, ſciendum eſt. Et ad hoc dico, quod hoc adiectiuum *graue* varias recipit explicationes; dicitur enim *homo grauis*, qui ætate talis eſt, & vocatur *grandæuus*. *Author grauis*, qui in doctrina præcipuus eſt, & magnæ authoritatis; *Hiſtoricus grauis*, cui multum fidei communiter adhibetur; *Senator grauis*, qui in Republica pollet magna exiſtimatione. Scio quidem ex quadam *Gloſſa*, (*l*) quod *graues dicuntur, qui ſunt bonæ opinionis, & Famæ*, ſed illa loquitur in materia teſtimonij ferendi, cum illud *Capitulum* ſic textualiter habeat. *Niſi fortè perſonæ graues extiterint, quibus fides ſit merito adhibenda.* Crederem proindè nullam prædictarū acceptionum intelligendā eſſe incaſu noſtro; ſed nomine *perſonæ grauis* in Religione accipi debere eum, qui dignitate, aut Prælatura præclarè functa, in *Ordine* conſpicuus eſt. Proindè *Patres graues* cenſendi ſunt *Ex Prouinciales, Cuſtodes, Diffinitores, Lectores Iubilati*, ac etiam *Lectores Theologi*, qui non poſſunt, ad Conſtitutionum generalium (*m*) normam, notabili pœnitentia affici, niſi accedente conſenſu *Miniſtri Generalis*, aut maioris partis Patrum Prouinciæ, & ſic explicauit etiam *Sanctorus*. (*n*) Cum autem *Textus* habeat *grauiſſimam perſonam*, concludendum, eſt quod hoc ſuperlatiuum importet illam grauitatem, quæ aduenit perſonæ, quæ ſuprema officia Ordinaris adminiſtrauit, vt ſunt *Diſcreti perpetui Ordinis, vel Familia*, qui nempè *Miniſtri, Vicarij, & Commiſſarij Generales* fuerunt; vel alij Officiales generales, vt *Procuratores Ordinis, Commiſſarij Curiæ, ſiue Diffinitores Generales*.

11. Aduertendum autem, quod neceſſitas clamoroſæ inſinuationis, pro ineunda ſpeciali inquiſitione contra prædictos, non eſt ita ſeuerè accipienda, quod ſi non ſeruetur, Proceſſus euadat nullus, quia diſpoſitio *Textus* eſt merè directiua, nec apponit clauſulam irritantem. Proindè, licet non ſeruaretur, non per hoc rueret inquiſitio; ſicut etiam non annullatur Proceſſus factus per Inquiſitionem, quamtumuis non ſit priùs probata Infamia, vt immediatè dicemus.

12. *Non erit legitimus Proceſſus, &c.* ſciendum pro intellectu huius *Textus*, quod antiqui *Canones* (*o*) requirebant, ante Inquiſitionem ſpecialem in formando proceſſu, quod conſtaret de infamia Rei, contra quem procedendum erat; ita vt *Canoniſtæ*, & ſpecialiter *Hoſtienſis*, aſſererent, quod ita neceſſariò requirebatur infamia, quod ſi Iudex in principio proceſſus eam non probaſſet, & legitimè de ea per dicta Teſtium non conſtaſſet, proceſſus eſſet nullus. Sed *Bonifacius Octauus* editis duabus *Decretalibus*, vt notat ibi *Gloſſa*, (*p*) correxit hanc opinionem, & ſtatuit, quod ſi Iudex procedendo per Inquiſitionem non faciat conſtare de infamia, & Reus ante ſui conſtitutionem non reclamauerit apud Iudicem (dicendo de nullitate proceſſus, quia infamia non fuit probata) proceſſus per hoc non euadat nullus. Si verò reclamet, & Iudex omittat probare infamiam, non valebit proceſſus, eo quod non eſt ſeruata forma in fauorem Rei introducta, vt habet alia *Gloſſa*. (*q*) Coherenter ergo ſupradictis *Decretalibus Bonifacij* ſtatuit *Textus*, *quod non erit legitimus proceſſus*, quando ſcilicet proceditur per viam Inquiſitionis ſpecialis, *niſi in illius initio probata ſit Fama, non ſolùm delicti, ſed etiam Delinquentis*, hoc autem intelligendum eſt, ſi Reus præſens, & ſciens ſe proceſſatū, compareat coram Iudice, & dicat, & proteſtetur de nullitate proceſſus, ſi infamia probata priùs non ſit. Sed ſi Reus ſcit contra ſe fieri Inquiſitionem, & antequam conſtituatur, aut reſpondeat Iudici interroganti nullam facit reclamationem, quod infamia non ſit probata, proceſſus non redditur nullus, & hoc eſt, quod ſubiungit *Textus niſi Reus*, vt

vt alibi dictum eſt, id ſciens, de nullitate non exceperit, tali enim caſu, etiam non probata infamia, valet proceſſus.

13. Sed hoc in praxi aliquam patitur difficultatem. Vt plurimùm enim proceſſus, aut ſecretò fiunt, aut à loco delicti remouentur Rei, ne Teſtes pro Fiſco ſubornent, aut corrumpant; ampliùſque non poteſt Reus ſcire, quantumuis ſe audiat proceſſatum, an proceſſus inceptus ſit per Accuſationem, vel per Inquiſitionem. Quomodo poterit ergo Reus ſibi auxiliari per talem reclamationem? Inſuperquè ſi Reus eſt ſimplex, ignorans, & neſcit hoc remedium iuris, & quomodo poterit ipſo vti? Ex ignorantia ergo ſua tantùm incommodi patietur? Ad hæc dico, quod charitatiuus, & Deum timens, Iudex debet, quantùm leges permittunt, conſulere indemnitati Rei: proindè debet ſupplere ipſe ad Rei fauorem, quidquid illi deficit ex ſimplicitate, & ignorantia. Proindè ſicut ad reclamationem Rei teneretur Famã in principio probare, & ſine legitima probatione, proceſſus eſſet nullus, ita ex charitate, Iudex ſemper faciat de Fama conſtare, & ſi eam rectè probare non poteſt, ab Inquiſitione deſiſtat, ità enim, & conſcientiæ ſuæ, & proximi imbecillitati proſpiciet.

14. *Teſtes deponentes de Fama*, quod, nempè de tali crimine, & Criminoſo publica eſt Fama in Conuentu, ſeu vicinia, *tenetur dicere de cauſa ſcientiæ Famæ*, non ſolùm à quibus audierit de tali crimine, vt dictum eſt, ſed etiam, quid ſit *Fama*, & quid intelligatur nomine *Famæ*. Hoc autem debent dicere, non quidem ſubtiliter aſſignando diffinitionem *Famæ*, ſed *ſaltem groſſiori modo declarantes, quid ſit Fama. Aliàs depoſitio non ſubſiſtit*, & hoc rationabiliter, quia teſtarentur de re, quam neſciunt, & ita teſtimonium illud eſſet nullum.

I. Quæritur. Quomodo probetur Fama?

SVMMARIVM.

15. *Fama quomodo probetur.*
Famã debet oriri a cauſa veriſimili. à ratione, aut coniectura.
Debet naſci à viris probis, prouidis, & honeſtis.
Debet eſſe vniformis in toto populo, & continuata.
Debet eſſe orta, ante inceptam inquiſitionem.
Debet eſſe nata in loco delicti, & indè ſparſa per viciniam.
Oportet, quod Fama non ſit procurata, aut affectata, aliàs non probat.
16. *Diſtinguitur quæſtio.*
Fama aliquando gerit vicem Accuſatoris, aliquando Teſtis.
Vt Accuſator eſt, debet eſſe probata aliqualiter pro inquiſitione in ſpecie.
Vt probet tamquam Teſtis, oportet, quod probetur perfectè.
Reus minùs damnificatur à Fama accuſante, quam ab eadem probante.
17. *Ad probandam bonam Famam non requiruntur tot, ſicut ad probandam malam.*
Præſumptio ſtat pro Fama bona.
Præſumitur vnuſquiſque bonus, niſi probetur malus.
Fama bona perfectè probari debet, ſi agatur de præiudicio tertij.
Vel ſi in ſpecie requiratur à Statuto.
Ad probandam Famam bonam non requiruntur Teſtes totaliter integri.

15. RESpondeo, quod, vt ſupra dictum eſt, probatur per Teſtes, teſtes ad minus duos, qui ſint iurati, & deponant, ſe audiſſe de tali facto communiter in Conuentu, & ſignanter à tali, & tali Religioſo; & interrogati reſpondeant, quid ſit Fama. Hæc autem data per *Textum* ſupra, aliquam patiuntur difficultatem, quia omnibus illis poſitis multa deficiunt, quæ requiruntur ad probationem Famæ. Primò enim requiritur, quod Fama ortum habuerit à cauſa veriſimili, aut coniectura, aut ratione, cum poſſit eſſe vox vana, rumorque inanis nihili faciendus; *Vanæ enim voces populi, nec enim vocibus eorũ credi oportet, quando, aut Noxium crimine abſolui, aut innocentẽ condemnari, deſiderant*; vt ait vna lex Codicis. (r) Secundò: debet Fama probari orta à viris honeſtis, probis, fide dignis, & non maleuolis, vt præter *Textum* aſſerunt multi *Canones, & Doctores*. (s) Tertiò: oportet, quod ſit vniformis, & eadem in toto Populo, & continuata ſit; aliter Fama poſterior tollit priorem: & ad tollendam Famam à conteſtibus probatam, ſufficit ſi alij

alij Teſtes dicant de delicto illo nihil audiuiſſe, & ſi verum eſſet, quod delictum illud eſſet publicum, & famoſum, non latuiſſet illos Teſtes, vt volunt multi *Iuriſtæ* cumulati per *Farinacium*. (t) Quartò requiritur, quod Fama in ciuilibus probetur orta ante motam litem; & in criminalibus, ante inceptũ proceſſum, argumento nonnullarum legum. (u) Quintò, debet Fama orta probari, & vigere in loco commiſſi delicti, & indè emanari in viciniam, in Quarterium Ciuitatis, Ciuitatem, vel à Conuentu in Prouinciam, vt ex *Baldo*; *Farinacius*. (x) Tandem oportet, quod Fama non ſit procurata, & affectata, aliter non probat, & procurantes ſunt puniendi, vt probat *Muſcardus*. (z)

16. Dico igitur, quod diſtinguenda eſt quæſtio iuxta duplex munus, quod poteſt præſtare Fama. Hæc enim vicem gerit Accuſatoris, à quo excitatur Iudex ad inquirendum ex officio, ſiue ſpecialiter ſuper delicto, & Delinquente; aut vicem gerit Teſtis probando ſuo modo, ſiue adminiculando alia indicia ad probationem criminis. In primò caſu, vt ſternatur via Iudici ab inquirendum generaliter, ſufficit quicumque rumor, nec requiritur iudicialiter probatus, ſed ſatis eſt extraiudicialiter auditus; ad inquirendum autem ſpecialiter requiruntur ea, quæ ex *Textu* aſſignauimus; nec requiruntur ſcrupuloſæ conditiones paulò ſupra recenſitæ ad plenè probandam Famam. In ſecundò autem caſu; vt Fama aliquid, præter alia indicia, ex ſe probet; oportet, quod ipſa ſit perfectè probata. Ratio huius diuerſitatis eſt euidens, quia ſicut ad accuſandum non requiruntur ea, quæ ſunt neceſſaria ad teſtificandum, (proindè multi admittuntur, vt Accuſatores, qui à ferendo teſtimonio repelluntur) ità non tot conditiones deſiderantur in Fama, quæ ſeruit loco Accuſatoris in Inquiſitione, ſicut ea, quæ ſuccedit in locum Teſtis in probatione. Præterquamquod, non tantum damnificari poteſt Reus per primam, ſicut per ſecundam; licet enim vana ſit Fama, ſuper qua ſit Inquiſitio, nihil dãni patitur, Reus quia, vel in principio proceſſus Iudex videt non conſtare de Fama; & ita non proſequitur; vel, conſtito de Fama, Teſtes examinati ſuper delicto non probant, aut eorum dicta reprobantur in defenſionibus, & ità Reus eſt abſoluendus in diffinitiua. Sed ſi Iudex aſſumit Famam pro adminiculo indiciorum, hæc poteſt reddere indicia, (ex ſe inſufficientia,) ſufficientia ad torquendum, & aliquando ad damnandum: & ità Reus indebitè grauari, niſi talis Fama ſit perfectè probata. Vndè requiruntur illius exactiores probationes, quæ ſint luce meridiana clariores, vt *Textus* alibi (a) dixit.

17. Aduertendum autem, quòd non requiruntur probationes ità concludentes ad probandam bonam, ſicuti ſunt neceſſariæ ad probandam malam Famam; & ratio eſt, quia præſumptio ſtat pro bona Fama: quiſquis enim, prout iura ſonant, (b) præſumitur bonus, niſi probetur malus, & proindè, quia præſumptio ſtat pro Fama bona, hæc non indiget tot probationibus, ſicuti mala. Verum tamen eſt, quod ſi agatur de præiudicio tertij; vel in caſu quo lex, aut Statutum bonam Famam requirat in ſpecie, iſta debet perfectè per Teſtes probari. (c) Non requiritur verò, quod Teſtes, ad hoc inducti ſint omni exceptione maiores, quandoquidem Familiares, Amici, & Conſanguinei admittuntur ad illam probandam, vt ſcribit *Farinacius*. (d)

II. Quæritur. Quid operetur contra Reum mala Fama?

SVMMARIVM.

18. *Mala Fama, quid operetur contra Reum.*
Mala Fama circa delictum eiuſdem ſpeciei, ſuper quo inquiritur facit præſumptionem iuris.
A diuerſis non ſumuntur coniecturæ.
Mala Fama de eadem ſpecie delicti, ſola non ſufficit ad torturam.
Mala Fama alicuius in genere, cum adminiculo, etiam leui, tangente delictum, ſufficit ad torturam.

18. Reſpondeo, quod ſi mala Fama ſit circa delictum eiuſdem ſpeciei, de quo ſit contra Reum inquiſitio, inducit præſumptionem iuris contra ipſum: quia *ſemel malus ſemper præſumitur eſſe malus*; vt ait Regula, (e) puta in eodem genere mali, ſiue delicti: quæ præſumptio, iuxtà *Gloſſam*, eſt *hominis*,

Digitized by Google

nis, facti, & iuris. Verum tamen eſt, quod, ex mala Fama circa alia delicta ſpecie diuerſa, non oritur præſumptio: à diuerſis enim coniectura ineptè ſumitur. *(f)* An verò præſumptio orta à mala Fama ex ſe ſufficiat ad torturam, diuerſæ ſunt ſententiæ, nam multi, quos citat *Sgroi*, *(g)* volunt, quod in delictis difficilis probationis ſola Fama indicium faciat ad torturam, & ſi illa habet aliquod adminiculum, faciat plenam probationem. Contrarium ſentit *Paſſerinus* *(h)* dicens, quod mala Fama in eadem ſpecie delicti, ſe ſola, non faciat indicium ad torturam: ſequeretur enim, quod pro delicto ſequuto tempore nocturno, omnes diffamati de alijs homicidijs, poſſent torqueri. Rationabilis ſanè eſt poſitio *Paſſerini*, quam amplector: attento maximè communi *Criminaliſtarum* principio, quod non poteſt Reus torqueri, niſi delicto, ſaltem ſemiplenè, probato, Fama autem, ex ſe ſola, nullo modo delictum ſemiplenè probat, vt notum eſt; & in hac ſententia eſt etiam criminaliſtarum *Magiſter Iulius Clarus*, *(i)* qui ait, quod idem tenet *Marſilius*, falſò citatus pro contraria ſententia. Non recedo autem à doctrina eiuſdem, *(l)* qui ſcribit, quod ſi eſt mala Fama alicuius in genere, puta, quia diffamatus eſt de alijs delictis, & ſic eſt malæ cōditionis, & Famæ, tunc ex qualibet leui ſuſpicione attingente delictū, de quo agitur, ſolet Reus tormentis ſubijci, dūmodo inter delicta, de quibus eſt ille diffamatus, numeretur etiam delictum in ſpecie, de quo inquiritur; & in hoc caſu non eſt ſola Fama, quæ ad torturam faciat, ſed adeſt aliud adminiculum, quod licet leue, tamen, cum Fama, ſufficit ad torquendum. Sed de hoc redibit ſermo, cum de tortura agemus.

Citationes Tituli præcedentis.

Pag.506.col.2.

(q) *Iuuenal. Satyr.10.*
(r) *leg.penult.ff.de Var.& extra.cogn.*
(s) *l.Hæ enim.ff.de Suſp.tutor.l.Capitalium.§.Cæterum.ff. de Pæna.l. Item quid.§. Si quis libello. ff.de Iniur. l.Non ſolum.§.final.ff.de Procur.l. Licet.ff.de Verb.ſign.*
(t) *Bart.in l.De minore.ff. de Quæſt.*
(u) *Syluеſt.Summ.verb.Fama.2.num.2.*

Pag.507. col.1.

(x) *Io. Andræ. in cap. Noſtra. verſ.Ad gradum. de Cohab.Cler. & mul.Abb.in cap.Cum.tua.de Sponſa.Felin.in cap. Qualiter, & quando.il 2. de Accuſat.*
(z) *Paſſerin. Trib.Regul.qu.16.num.10.*
(a) *l.Teſtium.§.Eiuſdem.ff. de Teſt.*

Pag.507. col.2.

(b) *Sgroi. Part. 5. cap. 3. num. 24.*

Pag.508. col.1.

(c) *Deuteronom.cap.17.verſ.19.Matt.cap.18.verſ. 1.D.Thom.2.2.quæſt.70.art.2. ad 2. Farinac. quæſt.63.apud Sgroi. Part.4. cap.4. numer.1. & 2.*
(d) *cap.Dudum. iunct. gloſ. in verb. Subſtantia. de Conuerſ. coniug. Innoc. in cap.3. de Verb.ſign. Alex.Conſ.47.col.2.lib.2.*
(e) *Leſſ.de Iuſt.& iur.lib.2.cap.30.Dub.4.num.32.*

Pag.508. col.2.

(f) *Abb.in cap. Quia diligenti. in verb. Per contrarium, de Elect.Clar.qu.21. verſic. Sed pone.& q.60.verſ. Quinimò, & ibi Cuman. Conſ.136. n.3.Rubr.de.Fama Reo.n.9.*

Pag.509. col.2.

(g) *Salycet.in l.Si minorem.num.2.Cod.de In integr. reſt.Gramat. ſup. Conſt. Reg.fol.142.numer.7. apud Clar.dict.quæſt.21.verſic.Fama ſola.circ. fin.*
(h) *Abb. in cap. Qualiter, & quando. num.7.il 2. de Accuſat.*
(i) *cap. Qualiter, & quandò. il 2. Extra de Accuſa.*

Pag.510. col.1.

(l) *Gloſ.in cap.Licet. il 2.in verb.Perſona.Extra de Teſt.*
(m) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.nu.33.*
(n) *Sanctor.Comment.cap.1. Stat.4.§.13.*

Pag.510.col.2.

(o) *cap. Qualiter, & quandò. il 1. & il 2. de Accuſ. cap. Cum oporteat.cap. Ad petitionem. eo tit.*
(p) *cap.1.iunct.gloſ in verb. Poſtquam.cap.2.de Accuſ.in 6.*
(q) *Gloſ.in cap.2.in figur.caſ.in fin. de Accuſ.in.6.*

Pag.511. col.2.

(r) *l.Decurionum.Cod.de Pœn.*
(s) *cap. Qualiter, & quandò. il 2.cap.Inquiſitionis. de Accuſ. Felin.in cap. Vcuicuſ. num.17.de Teſt.*

Pag.512. col.1.

(t) *Farinac. qu.47.nu.163.& ſeqq.*
(u) *l.Cum.actum.ff.de Nego.geſt.*

 (x) *Bald.*

(x) *Bala, in l. Ea quidem. Cod. de Probat. Farinac. qu.47.n.1 9.*

(z) *Maſcard.de Probat.Concl.748.*

Pag.512.col.2.

(a) *Tit.Indicia. §.final.*

(b) *cap.vnic.de Scrut. in ord. fac. cap. final.de Præſumpt.l.Seruos.ff.de Manum.teſt.l. Cum Pater. ff. de leg. 2. l. Super. Cod. Qui. milit.non poſ. lib.12.*

(c) *Farinac.qu.47.nu.293. apud Paſſerin. Trib.reg. qu.16.n.44.*

(d) *Farinac.d.q.47.n.306.apud Paſſerin.loc.cit.*

(e) *cap.ſemel.iunct.gloſ.de Reg. iur.lib.6.*

Pag.513.col.1.

(f) *Clar. quæſt.21.verſ. Fama ſola. circ. fin.& ibi Caſon.Pract.crim.fol.16.n.5.*

(g) *Sgroi Par.5.cap.3.n.26.*

(h) *Paſſerin.Trib.Reg.qu.16. n.32.*

Pag.513.col.2.

(i) *Clar.qu.64.verſ.Sed pone.*

(l) *Clar.quæſt.21.verſic.Fama ſola.ſub fin.*

TITV-

TITVLVS DECIMVSQVINTVS.

Teſtes.

T E X T V S.

§. I. Quoniam munus Teſtium publicum eſt, & ex ipſorum depoſitionibus totum iudicij robur dependet, vnde indiciorum, & probationum fortitudo dimanat, ideò de Teſtibus ſubiungendum eſt. A teſtimonio ferendo contra Reum excluduntur omnes, qui accuſare non poſſunt, niſi criminis immanitas, difficiliſque probatio aliud ſuadeant. In quibus etiam caſibus exceptis, teſtificari non poſſunt ij, qui Iure naturali, vel Diuino, à teſtificando, excluduntur, vt ſunt Hæretici, Apoſtatæ, in Fide ſuſpecti, publici Crimínoſi, falſi Teſtes, Conſpiratores, Calumniatores, Infames, Inimici etiam non capitales, etiàm reconciliati, inimicorum Conſanguinei vſque ad quartum gradmm, eorumdem nimiùm Familiares, Fautores, Procuratores, Aduocati, Furioſi, Suſpecti; (ideſt, qui omni exceptione maiores non ſunt) Excommunicati, niſi priùs abſoluantur. Ad defenſam autem admitti poſſunt Teſtes inhabiles, quorum probationes Iudicis arbitrio remittuntur.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

1. *Munus publicum, quid ſit.*
Munus publicum eſt Magiſtratum gerere, Iudicem, aut Teſtem eſſe.
Teſtis poteſt cogi ad teſtificandum,
2. *Teſtes eſſe non poſſunt, qui nequeunt accuſare.*
Teſtes inhabiles admittuntur in criminibus exceptis.
Et difficilis probationis.
Crimina immania, quæ ſint.
Crimina difficilis probationis, quæ.
Teſtes inhabiles admittuntur, quando veritas aliter haberi non poteſt.
Quando dicatur, quod veritas aliter haberi non poſſit.
Arbitrio Iudicis ſtat iudicare, quando veritas aliter haberi non poſſit.
3. *Teſtes inhabiles de Iure naturæ, de Iure Diuino, & de Iure humano.*
Ius naturæ accipitur prædictamine rectæ rationis.
Et conuertitur cum iure Gentium.
4. *Teſtes inhabiles de iure naturæ ſunt Surdus, Mutus, Cæcus, Amens, Fatuus, Phreneticus, Ebrius.*
Inimicus, Filius reſpectu parentum, Vxor contra Maritum, & qui habent intereſſe in cauſa, ſunt Teſtes inhabiles naturaliter.
Sed iſti non ſunt de ſtricto iure naturæ
5. *Teſtes inhabiles de Iure Diuino fundamentaliter.*
Omnes publicè peccantes ſunt inhabiles de iure Diuino.
6. *Teſtes inhabiles de Iure humano recenſentur.*
7. *Cæcus, Surdus, & Mutus non ſunt inhabiles, niſi circa ea, in quibus ſunt ſenſus eorum impediti.*
Auditus magis decipitur, quam viſus.
Cæcus deponens de voce non plenè probat.
Mutus à natiuitate eſt etiam ſurdus.
Mutus aliquando admittitur ad teſtificandum.
Quæ cautela tunc adhibenda.
8. *Amentes Stolidi Furioſi, Phrenetici, & Ebrij ſunt inhabiles ad teſtificandum.*
Dicunt aliqui, quod facti ſanæ mentis poſſunt teſtificari.
Probatur talis opinio.

9. *Infantes ſunt inhabilis ad teſtificandum.*
Infans non intelligit, quod agit.
In eo non poteſt eſſe delictum.
Infantia eſt ante ſeptennium.
Non poſſunt Infantes teſtiſicari ex defectu, vſus rationis, & non poſſunt iurare.
Infantes videntur non ſcientes fallere.
Teſtis non iuratus non probat.

10. *Inimicus repellitur à teſtificando in quacumque cauſa, etiam priuilegiatiſſima.*
Inhabilitas ratione inimicitiæ eſt inſanabilis.
Quomodo probetur inimicitia capitalis remiſſiuè.
Ad probandam inimicitiam, ſufficit probatio cauſæ ipſius.
Et hoc maximè inter Regulares.

11. *Inimicitia capitalis probata, totaliter inhabilitat ad teſtificandum.*
Inimicus præſumptus, quis dicatur.

12. *Inimicitia præſumpta æqualiter inhabilititat ad teſtificandum ſicut realis.*
Concludentior eſt probatio per cauſam, quàm per effectum.
Magis probatur inimicitia per cauſam, quàm per effectum.

13. *In Iure non datur præſumptio ex præſumptione.*
Opinio Paſſerini, quod inimicus ſuſpectus non repellatur in totum.
Refellitur.
Quod inimicus ſit inhabilis, eſt præſumptio iuris, & de iure.
Cauſa inimicitiæ capitalis debet eſſe magna.

14. *Inimicus ex Factione eſt inhabilis totaliter aa teſtificandum.*
Factionum diuerſitas, quæ mala pariat.
Factionariorum odium in quos magis inuehatur.

15. *Teſtis de Vniuerſitate, quando non admittatur in cauſa ciuili.*
In cauſa criminali Teſtis de Vniuerſitate reſpuitur.
Reportaturus commodum, vel incommodum non poteſt eſſe Teſtis.
Factionarij componunt Vniuerſitatem.

16. *Reſpondetur obiectis contra ſupradicta.*
Teſtis inhabilis repellitur, quia non adeſt probabilitas, quod ſit depoſiturus verum.
Supradicta quadrant non ſolùm de Capite factionis, ſed de omnibus.

17. *Magis expedit, quod, ex defectu probationum, Reus euadat impunitus, quam quod, ex mala probatione, innocens grauetur.*
Multa crimina reſeruanda, vt à Deò puniantur.

18. *Quomodo probetur aliquem eſſe Factionarium.*
Hanc exceptionem admittere in facto, eſt Iudici arbitrarium.
Conſequuti dignitatem ad ſatisfactionem alicuius, ſunt de illius Factione.

19. *Factionarij aliquando rebellant.*
Probata Factione transfertur in Aduerſarium onus probandi rebellionem.
Factionarij aperti ſunt, qui ſubſignant memorialia contra Factionarios oppoſitos.
Aliæ probationes aperti Factionarij.

20. *Factionarij palliati quomodo agnoſcendi.*
Factionarij palliati non ſunt Teſtes integri.

21. *Teſtes inhabiles de Iure Diuino enumerantur.*
Quando admittantur.
De validitate teſtimonij illorum remiſſiuè.

22. *Teſtes inhabiles de Iure humano enumerantur.*
Iſti paſſim admittendi ſunt à Iudice Regulari.

1. MVNVS publicum eſt, quod publicæ vtilitati operam impendit: & ideò Magiſtratum gerere, & Iudicem eſſe, in iure (a) dicuntur munera publica. Cum autem Teſtes ſint inſtrumenta Iudicis ad habendam veritatem, interſitque Reipublicæ, quod ad ipſius quietem Crimino ſi pœnis coerceantur, optimè dicit *Textus*, quod *munus Teſtium publicum eſt*: ad teſtificandum enim, præſertim in criminalibus iudicijs, cogi poſſunt, *(b) & ex ipſorum depoſitionibus totum iudicij robur pendet, vnde indiciorum, & probationum fortitudo dimanat*. Indicia enim, & probationes ini-

nituntur Teſtium dictis, ſiquidem, (vt ſuo loco diximus (c) ex *Textu*,) omnia indicia nulla ſunt, *niſi quodlibet ipſorum, per duos ſaltem Teſtes conteſtes integros, probata ſint.*

2. Statuitur modo regula, per quam dignoſcuntur ij, qui ad dicendum Teſtimonium non poſſunt admitti, & eſt. *A teſtimonio ferendo contra Reum, excluduntur omnes, qui accuſare non poſſunt.* Qui nam verò ſint, qui per leges accuſare prohibentur, ſuperiùs, (d) ex *Textu*, dedimus, ſuperfluum porrò eſt, hic repetere. Patitur tamen hæc regula ſuas exceptiones, & eſt, quod in criminibus grauibus, exceptis, & difficilis probationis, Teſtes, etiam inhabiles, admittuntur; & ideò ſubiungit *niſi criminis immanitas, difficiliſue probatio, aliud ſuadeant.* Nomine autem criminum immanium veniunt delicta excepta, quæ alias (e) tetigimus; & enumerat *Sgroi*, (f) dicitque eſſe crimen *Hæreſis, læſæ Maieſtatis, Simoniæ, Sacrilegij, fraudatæ annonæ, dilapidationis bonorum Eccleſiæ, fraudati cenſus, falſæ monetæ, perduellionis, ſortilegij, proditionis patriæ, ſodomiæ, beſtialitatis, furti famoſi*, & hoc pariter dicunt *Gomez, & Farinacius*. (g) Delicta porrò difficilis probationis ea ſunt, quæ regulariter committi ſolent occultè, vt ſunt *furtum, adulterium, ſuppoſitio partus, coniuratio, conſpiratio, omnia delicta carnis*, pariterque commiſſa nocturno tempore. (h) Præter hæc autem admittuntur etiam Teſtes inhabiles in delictis, quando aliter veritas haberi non poteſt, quæ autem iſta ſunt, videndum eſt. Dico ergo, quod non dicitur crimen, in quo aliter veritas haberi non poteſt, illud ſolùm, quod eſt tale ratione loci, aut temporis, aut facti, quod ordinariè abſque Teſtibus, vel ſecretò fit; ſed etiam illud, ad quod, licet potuerint interuenire alij Teſtes integri, tamen de facto nullus interuenit præter Teſtes inhabiles. In his ergo caſibus eos admitti communis ſententia *Doctorum* eſt. (i) Et ratio eſt, quia impoſſibilitas aliter habendi veritatem, ita eſt, & militat, quando actu alij non interuenerunt, ſicut quando ex natura facti non potuerunt interuenire; proindè, ſi Iudex admittit Teſtes inhabiles, in ſecundo caſu, admitti debent pariter etiam in primo. Ampliat autem *Sgroi* hanc regulam, & dicit, quod idem intelligendum eſt, ſi Teſtes alij, qui præſentes erant in loco delicti, non viderint; aut non audierint; vel modo ſunt abſentes, & non reuerſuri; vel mortui ſunt; vel taliter impediti, quod nullo modo poſſunt haberi; vel non ſunt nominati in proceſſu; nec ſunt noti Iudici. Et reuera multoties accidit, quod in pleno foro ſequatur homicidium, & tamen vnus, aut alter tantùm viderint Homicidam, qui à tergo vulnerauit, cœteris ad alia diſtractis, ſicut euenit in occiſione *Henrici Quarti Galliarum Regis*, qui licet eſſet ſtipatus militibus, & Seruis, & etiam eſſet in rheda cum *Duce Eſpernonio*, tamen cultello fuit occiſus à Sicario taliter, quod nullus vidit, quando illum ſauciauit: & ſi Sicarius cultellum abieciſſet, & non potiùs eleuaſſet, ſe prodens homicidam; non fuiſſet, qui teſtari potuiſſet de Homicida. Hoc pariter euenire poteſt in crimine, quod per auditum percipitur, vt in verbo contumelioſo; licet multi ibi adſint, vbi verbum prolatum fuit, qui ideò non audierunt, (licet audire potuiſſent,) quia ad aliud intendebant, & hoc paſſim accidit. Hoc ergo modo deficit Iudici modus habendi veritatem ab alijs, proindè neceſſitatur eam habere à Teſtibus inhabilibus. Vndè ſtatuitur regula, quod arbitrio Iudicis ſtat, determinare caſum, quo aliter, quàm per inhabiles, veritas non poteſt haberi, vt multis citatis concludit *Sgroi*. (h)

3. *In quibus etiam caſibus exceptis teſtificari non poſſunt ij, qui iure naturali, vel diuino à teſtificando excluduntur. Textus* hic (fateor) ſi accipiatur, vt videntur ſonare verba, apparet contrarius tum vtrique iuri, tum vniuerſali conſuetudini omnis fori Eccleſiaſtici, & Laici, in quibus admittuntur ad teſtificandum in caſibus exceptis inhabiles ſupradicti. Sed talis non eſt ſenſus huius *Practicæ*, quam totaliter Sacris Canonibus cohærentem alias (m) demonſtrauimus. Senſus ergo ipſius eſt, quod *teſtificari*, ita vt eorum teſtimonium habeat integrum robur in iudicio, *non poſſunt ij, qui iure naturali, vel diuino à teſtificando excluduntur*; non autem intendit *teſtificari*, hoc eſt examinari, vt Teſtes. Examinantur enim tales paſſim, eorum tamen teſtimonium debile eſt, & de hoc redibit inferiùs ſermo. Quia verò *Textus* non curauit ſecernere in claſſes Teſtes inhabiles de iure naturæ, de iure diuino, & de iure poſitiuo; nec omnes inhabiles expreſſit, ſecernemus eos, vt clariori methodo procedamus, & ſingillatim enumerabimus. Licet autem difficilè ſit expli-

plicare, quo pacto Teſtis dicatur inhabilis de iure naturæ, & de iure diuino; tamen, ſequentes communem loquutionem *Doctorum*, diuidemus Teſtes in tres claſſes, puta inhabiles de iure naturæ; de iure diuino; & de iure poſitiuo humano. Porrò in hoc caſu, non puto accipiendum ius naturæ in eo ſenſu, quo diffinitur à *Ireconſulto*, *(n) Quod natura omnia animalia docuit*: ſed quod ſit dictamen rectæ rationis docentis, hoc eſſe faciendum, quod apud omnes Gentes ratione vtentes viget, & ita ab omnibus obſeruatur: & hoc vocari poteſt ius naturale humanum, quandoquidem ſoli homini ratione vtenti conuenit, & conuertitur cum eo; quod *Vlpianus (o) vocat Ius Gentium*, quod tantùm diſtinguitur, ſecundùm ipſum, à iure naturæ, in quantùm hoc omnibus animalibus, illud verò ſoli homini conuenit. Cum ergo, quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes præcipuè cuſtodiatur, vt ait *Caius*, *(p)* hinc eſt, quod concludi poteſt, id eſſe de iure naturali, quod naturalis ratio faciendum dictat, & apud omnes Gentes obſeruatur.

4. Hoc poſito, dictat ratio naturalis, quod ille, qui ineptus eſt vel ad cognoſcendum per ſenſum externum aliquod factum; vel caret totaliter vſu rationis ad diſcernendum bonum à malo, ſeù actionem licitam ab illicita, non poteſt iure naturali eſſe Teſtis; quomodo enim poteſt teſtificari de facto, quod ſenſu nequit percipere, aut ratione diſcernere? Tales ergo erunt *Cæci*, *Surdi*, *Amentes*, *Stolidi*, *Fatui*, *Infantes*, *Muti*, *Phrenetici*, & *Ebrij* perfectè, quia omnes iſti, ex defectu ſenſus requiſiti ad cognoſcendum, vel vſus rationis ad diſcernendum, ſunt totaliter inepti ad teſtificandum. Inter inhabiles de iure naturæ recenſentur etiam *Inimicus*; *Filius reſpectu Patris*; *Pater reſpectu filij*; *Vxor contra Maritum*; *& qui habet intereſſe in cauſa*. Sed iſti reuera non poſſunt dici de ſtricto iure naturæ inhabiles, ſed tales reddi ex diſpoſitione Legiſlatorum, qui tales eos declararunt vel ex debito reuerentiali erga eum, contra quem teſtificari debent; vel ex odio, quo ipſum proſequuntur, ex quibus præſumpſerunt, Teſtes amore, vel odio corruptos, non eſſe veritatem teſtificaturos; & ita poſſent tales dici inhabiles fundamentaliter de iure naturæ, formaliter autem de iure ſcripto: & in hac claſſe recenſetur etiam Teſtis *Impubes*, & *Minor*.

5. In ſecunda autem claſſe ponuntur inhabiles de iure diuino ad teſtificandum: porrò hoc ius Diuinum non accipitur preſsè, & formalitèr, ſed lato modo, & interpretatiuè; non enim habemus in veteri, aut nouo Teſtamento expreſſum mandatum, aliquos inhabilitandi ad teſtimonium ferendum, ſed ex nonnullis dictis Scripturæ hoc trahitur per conſequentiam; in hac porrò claſſe ponuntur *Inimici*; *Filij reſpectu Patris*, & vice verſa; *Maritus contra Vxorem*, & vice verſa; *Serui contra Dominum*; *Criminoſi*, *Periuri*, *Apoſtatæ à Religione*, *Vſurary*, *Excommunicati*, *Simoniaci*; & vniuerſaliter omnes *publicè peccantes*, & hoc eſſe de iure Diuino probat *Berti*, *(q)* quia dicitur in *Pſalmo (r) Vſquequò facies peccatorum ſumitis*? & ibi *Propheta* loquitur ad Iudices; quod quantùm probet intentum, iudicet prudens Lector.

6. Porrò in tertia claſſe ponuntur illi, qui per leges humanas declarantur inhabiles ad ferendum teſtimonium; & ſunt *inimicorum Deſcendentes*, *Conſanguinei vſque ad quartum gradum*, *Familiares*, *Domeſtici*, *Amici*; *Accuſatores*, & ad eoſdem pertinentes (ſicut de inimicis dictum eſt cum Accuſator inimicus præſumatur;) *qui* aliàs *falſum teſtimonium dixerunt*; *qui non ſunt bonæ conuerſationis*; *Laici contra Clericos*, & vice verſa; *Fœminæ*, *Infames*, *Spurij*, *Iudex* contra ab eo iudicandum; *Aduocatus*, *Procurator*, *Sollicitator*, *negotiorum Geſtor* contra principalem aduerſarium; *Socius criminis*; & *Tutor* in cauſa pupilli. De ſingulis ergo inhabilibus ſupra recenſitis dicendum eſt.

7. *Cæcus*, *Surdus*, *& Mutus*, iſti inhabiles, vt dictum eſt, de iure naturæ ſunt ſimplicitèr ad ferendum teſtimonium. Hoc verò debet accipi cum limitatione, puta ſi teſtificare debent de ea re, quæ percipi poteſt per illum ſolùm ſenſum, in quo impediti ſunt, vt ſi Cæcus teſtari deberet de colore, ſeu Surdus de ſono. In alijs porrò ad quæ cognoſcenda non habent impedimentum, vtique admittuntur: vt Cæcus audiens, ſi deponere debet ſuper ſono, & Surdus videns ſuper colore. Optimè autem aduertit *Paſſerinus*, *(s)* quod inter ſenſibilia communia magis poteſt decipi auditus, quam viſus, & ideò, ſi Surdus debet deponere de ſono talis rei, de quo certus non eſt, quod ſit talis rei, niſi

ſal-

ſaltem rem ſimul videat, vt de voce *Petri*, de qua Cœcus audiens, non poteſt eſſe certus, niſi *Petrum* loquentem, ſeu clamantem viderit, iſtius teſtimonium non plenè probat. Remittitur tamen arbitrio Iudicis iudicare, an ex familiaritate, quam habet Cœcus cum *Petro*, eius vocem certò cognoſcere potuerit. Sed etiam hoc patitur difficultatem; dantur enim aliquando voces, ita naturaliter ſimiles; ſicut & homines, qui tam perfectè aliorum vocem, & loquelam fingunt, vt quiſquis decipi poſſit. *Mutus* paritèr inhabilis naturalitèr eſt, tum quia Mutus à natiuitate pariter Surdus eſt, nec Iudicis interrogationes percipere poteſt; tum quia reſpondere illis nequit. Verumtamen eſt, quod, vbi aliter veritas haberi non poteſt, admittitur *Mutus*, & adhibentur illius Familiares, qui per nutus ſolent illi ſignificare, quod volunt, & debent à *Notario* deſcribi nutus tum interrogantis, tum reſpondentis; & eorum explicationem à Familiari adhibito (qui prius deberet iurare de vera explicatione nutuum, iuxta conſuetudinem eorum inter ſe taliter loquentium) verbaliter excipere, & fideliter adnotare, idem *Notarius* tenetur. (*t*)

8. *Amentes*, *Stolidi*, *Fatui*, *Furioſi*, *Phrenetici*, & *Ebrij*, pariter iure ſtricto naturali redduntur inhabiles, & ratio euidentiſſima eſt, quia omnes iſti mente, & ratione capti ſunt, licet in ſenſibus externis non ſemper ſint impediti; liquet ergo, quod nequeunt perfectè capere Iudicis interrogationem, neque illi reſponſum pro ratione, & veritate edere. Et licet non deſint, qui dicant, (*u*) iſtos poſſe in Teſtes admitti, ſi facti ſanæ mentis, tempopore examinis, deponere debēt de eo, quod viderunt, dum eſſent Amentes, Stolidi, &c. tamen contrarium eſt tenendum: & ratio potiſſima eſt; quod frequentiſſimè tales mente capti, etiam vitiati ſunt in phantaſia, & ſenſu communi: & patet hoc ſpecialiter in phreneticis, & alijs, quibus mos eſt vnum obiectum pro alio, & lapidem pro pane, ſenſu vitiato, percipere. Quomodo ergo poteſt eſſe certus Iudex, quod illo tempore non eſſet læſa eorum phantaſia, vel ſenſus communis, ita vt ad mentem poſtea reuocati legitimè teſtificari poſſint de re, quam ſenſu externo perceperunt? Et ita nec admittenda eſt ſententia *Farinacij*, & *Paſſerini*, (*x*) qui volunt tales, poſſe quidem admitti, ſi ea, de quibus *fatuus*, &c. deponit, tempore amentiæ potuerunt cadere ſub ſenſu, & intellectu; cum nulla adeſſe poſſit certitudo, quod illo tempore non eſſet læſus ſenſus communis, vel phantaſia.

9. *Infantes* etiam de iure ſtricto naturæ inhabiles ſunt ad teſtificandum. Infans autem dicitur, quia fandi, hoc eſt loquendi impos eſt, non quod non poſſit verba proferre, videmus enim infantes etiam bimulos aliquando perfectè loqui, ſed quia, vt dicit *Iuſtinianus* (*z*) *Nullum* (infantes) *habent intellectum, nec multùm diſtant à Furioſo, qui non intelligit, quod agit*; & ideò cum rationis incapaces exiſtant, neque in illis cadere poteſt dolus malus, & conſequenter neque delictum, (*a*) & hoc etiam in foro animæ, vt communiter ſentiunt *Theologi*. Infantia porrò dicitur prima ætas, quæ in iure ſtatuitur (*b*) eſſe infra ſeptennium. Et licet in aliquibus malitia ſuppleat ætatem, & doli capaces ſint, eos tamen tales vniuerſaliter lex non præſumit, & firmat id, quod communiter, & vt in pluribus accidit, puta, quod infra illud tempus vſus rationis in Infantibus non ſit. Pronunciantur porrò inhabiles ad teſtificādum ex defectu rationis, prout & *Furioſi*; & etiam quia non poſſunt deponere cum iuramento, (*c*) quia *videntur non ſcientes fallere*, vt ait *Iureconſultus*, & conſequenter neque ſciunt, non fallere, veritatem nempè dicendo, dictum autem Teſtis non iurati inualidatur omni iure. (*d*)

10. *Inimicus* etiam à *Doctoribus* (*e*) recenſetur in claſſe Teſtium inhabiliū de iure naturæ, ſed quomodo hoc poſſit intelligi ſupra tactum eſt. Sed quidquid ſit de hac concluſione, quæ parùm facit pro praxi; certum eſt, quod apud omnes Iudices, & in quouis foro, *Inimicus* repellitur pro quacumque cauſa, etiam priuilegiatiſſima, etiam violatæ Religionis, & læſæ Maieſtatis: (*f*) & inhabilitas Teſtis inimici nunquam eſt ſanabilis, habetque tale impedimentum ad probandum, quale habent ſupradicti recenſiti inhabiles de ſtricto iure naturæ. Quomodo autem probetur inimicitia capitalis, & quales ſint eius cauſæ ſufficientes, tradidimus in *Titulo de Accuſatione*, vbi diximus Accuſatorem inimicum repelli, niſi propriam iniuriam proſequatur. Hoc ſolùm, & benè menti tenendum eſt, quod ad probandam inimicitiam, licet cauſa ipſius debeat

pro-

Digitized by Google

probari euidenter, (& ſi probatur coniecturis, & præſumptionibus oportet eas eſſe in ſuo genere claras, & concludentes;) tamen non requiritur, quod probetur effectus inimicitiæ, ſed ſufficit, quod probetur cauſa. (g) Hoc facit plerumque pro Regularibus, inter quos vigere non poſſunt inimicitiæ ita patentes, ſicut inter Sæculares, quia cum ſimul conuiuant neceſsè eſt, quod in exteriori conuerſatione, ne alios ſcandalizent, oſtendant animum beneuolum, & pacatum cum quolibet. Sed in pectore condunt odium, quod ſuo tempore, & modo ſecreto promunt. Certè non poſſet apud Sæculares probari inimicus, qui cum Excipiente de inimicitia viueret in eadem domo, accumberet eidem menſæ, eſſet Socius in itinere, familiariter cum ipſo practicaret, & fabularetur. Hæc verò omnia ex ſuo inſtituto præſtant Regulares, inter quos tamen, Dæmone tentante, aliquando ſunt occultæ inimicitiæ. Ad eas ergo probandas non requiruntur effectus patentes inimicitiæ (puta, quod vnus alium non ſalutet, quod de eo crimina diffamet, quod ipſi inſidias ſtruxerit, &c.) quia hoc modo vix aliqua intra clauſtra probari poſſet; ſed ſufficit cauſa ſufficiens ad cauſandam illam: qua probata, præſumitur probata inimicitia.

11. Illa porrò, quæ totaliter Teſtem inhabilitat eſt inimicitia capitalis (h) concludenter probata. Sed dubium eſt, an etiam inimicitia præſumpta talis ſit cenſenda, vt præſumptum inimicum totaliter à teſtificando remoueat. Eſt ſententia communis, quod inimicus præſumptus à teſtimonio arceatur, (i) ſed an hoc ſit de iure naturæ; ita vt, in nullo caſu poſſit admitti in Teſtem non ſe explicant. Ne ergo laboremus in obſcuris, nomine Inimici præſumpti venit ille, cuius inimicitiæ cauſa legitima probata eſt, quæ regulariter talis cenſetur, quod ex ea quiſque inimicitiam concipiat. Inimicus verò realis, & verus ille eſt, qui contra inimicum machinatus eſt, coniurauit, inſidias ſtruxit ad grauiter nocendum, &c. quæ omnia, cum ſint effectus ex odio procedentes, probant in eo realem inimicitiam.

12. Hoc explicato, dico: quod inimicitia legitimè præſumpta currit eodem paſſu cum reali. Ratio eſt, quia quod probetur in philoſophicis effectus per cauſam, & *à priori*, concludentior eſt probatio, vtpotè demonſtratiua, quàm quod probetur cauſa per effectum, & *à poſteriori* via oſtenſiua. Transferendo igitur ad moralia, concludentior erit probatio inimicitiæ per cauſam, quàm per effectum eius. Quod ſi dicas hoc non valere ex eo, quod potuit eſſe cauſa quidem inimicitiæ à me data *Petro*, *Petrus* verò, vt bonus vir, & perfectus, mihi ignouerit, & ad conſilium *Chriſti* me offendentem dilexerit, nec factus ſit meus inimicus, & ità præſumptio inimicitiæ ex cauſa, maximè in Religioſis, vacillet. Reſpondeo, quod ęgrè dantur caſus, in quibus cenſetur communiter aliquis actus eſſe effectus Inimicitię, ex quo præſumitur ſic agens inimicus, qui talis tamen non eſt. *Petrus*. *Ex. gr.* optimus, & zelans Religioſus, videt me per malas artes inuadere Prælaturam, & ex meo regimine Religionem grauem damnum paſſuram, hinc publici boni deſiderio, agit cum Electoribus diſpoſitis ad me eligendum, & eos inducit mutare conſilium, quia exaggerauit mea vitia, vitam relaxatam, & ineptitudinem ad gubernium, & ita non adipiſcor Prælaturam; Si euenit caſus, quod *Petrus* debeat teſtificari contra me, nonne erit legitima probatio inimicitiæ, ſi ego probem, per artes ſuas, & acta contra me, mihi ſublatam Superioritatem. Certè, quod ſic, maximè, ſi de me ſolo, & non aliorum me ſimilium, ſolitus fuit delicta, & relaxationes, exaggerare. Remanetne, in foro fori, per hoc non probata inimicitia ex eo, quod ille effectus, qui regulariter potuit eſſe effectus odij, & inimicitiæ, proceſſit ex amore publicæ vtilitatis? Non: à pari ergo (ſi non à fortiori) probata eſſe debet in eodem foro præſumptiuè inimicitia per cauſam, licet effectum actu non produxerit, producere autem apta fuit; ſicut probata remanet per effectum, qui actu fuit ab alia cauſa, quam ex inimicitia, dum tamen regulariter præſumitur effectus inimicitiæ.

13. Impugnat hanc reſolutionem, & aliquos ſic ſentientes à ſe citatos *Paſſerinus* (l) dicens, quod cum in iure non detur præſumptio ex præſumptione, ſequitur, quod non poteſt totaliter repelli in Teſtem *Inimicus ſuſpectus*. Quia in tantùm repellitur Inimicus verus, in quantùm præſumitur in grauamen Rei non eſſe veritatem dicturus; ſi ergo repellitur Inimicus præſumptus, erit præſumptio ex præſumptione. Sed aſſumptum *Paſſerini* intelligitur de præſumptione hominis, aut

aut ad plus de præſumptione iuris, non verò quadrat in caſu præſumptionis iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio. Certum eſt, quod *Spurius* eſt irregularis, quia lex præſumit illum velle ſequi paternam incontinentiam: non tollitur autem quin Spurius præſumptus (ille nempè, qui probatur natus ex Focaria, & in domo Clerici, qui tamen non poteſt legitimè probari, quod filius illius ſit, quia mater in partu mortua eſt) ſit irregularis, & ab altaris miniſterio arceatur. Quod ergo inimicus inhabilis ſit ad teſtificandum, eſt præſumptio iuris, & de iure, quia ex præſumptione, quod ſit falſum dicturus, non eſſe admittendũ lex diſponit; *(m)* & proindè non tollitur, quin, ex præſumptione inimicitiæ capitalis, inhabilitetur quis ad teſtificandum. Verùm eſt, quod cauſa præſumptionis debet eſſe grauis, & apta ad cauſandam inimicitiam capitalem, ſicut & talis debet eſſe effectus inimicitiæ ad eam probandam, & hæc communis ſententia eſt fundata in ratione. Non enim ex effectu debili argui poteſt cauſa validiſſima, ſi non *à propoſito*, ſed *naturaliter* agit; & ita à quacunque leui offenſa, non poteſt concludi in Offenſore capitalis inimicitia, contra Offenſum. Proindè Iudex circa hoc debet eſſe valdè circumſpectus.

14. Diximus autem ſupra, *(n)* recenſendo cauſas capitalis inimicitiæ, quod nulla fortior regularitèr eſt, quàm diuerſitas Factionum, & hoc intra clauſtra. Scio quidem inter Teſtes inhabiles connumerari Factionarium, ſi debet contra Reum diuerſæ Factionis teſtificari, vt dicunt *Doctores. (o)* An autem talis debeat, velut inimicus verus, in totum repelli, & cenſeatur inter Teſtes inhabiles de iure naturæ eo modo, quo talis dicitur *inimicus*, non reperio *Doctorem* expreſsè dicentem. Tamen abſolutè dico, quod ſic. Quia, vt conſtat quotidiana, & deplorabili experientia, & nos aliàs diximus, nulla eſt intrà Clauſtra acrior cauſa inimicitiæ, quàm diuerſitas Factionum, præſertim ea, quæ eſt non ex diſtinctione Nationis, aut Patriæ, ſed ex voluntaria adhærentia Capiti Factionis; ex hac ſiquidem procedunt omnes actus (contra Factionarios aduerſos præſertim egregios) qui timeri poſſunt à quouis acerrimo inimico clanculùm inſidiante. Et aliquando audiui multos in tantam rabiem contra alios exarſiſſe, vt non tantùm eos per venena ſuſtulerint, ſed etiam per Sicarios occidi curauerint. Si ergo Factio ad tantam rabiem Factionarios impellit, vtique iſti cenſendi ſunt veri inimici, & proindè totaliter inhabiles. Odium porrò maius in talibus viget contra eos, qui magis virtute, authoritate, & exiſtimatione inter aduerſarios eminent, aut qui indolem, & ſpem præſeferunt in Viros magnos eſſe euaſuros. Sicut enim ſit in certamine exercituum: robur belli vertitur contra inſigniores Duces, ac fortiores milites, quibus ſtantibus, ſunt infractæ aduerſariorum vires. Vndè ad eos proſternendos omnes neruos contendunt Aduerſarij.

15. Fortiùs conualidatur data concluſio ex hoc, quod Teſtis de Vniuerſitate non admittitur in ciuilibus, quando commodum Vniuerſitatis cedit in vtilitatem ſingulorum; aut agitur de honore, dominio, aut iuriſdictione Vniuerſitatis, vt dicunt *Iuriſperiti: (p)* & in criminalibus vniuerſaliter reſpuitur; ſicut etiam, qui ex cauſa reportaturus eſt commodum, vel incommodum, non poteſt in illa eſſe Teſtis; *(q)* eſſet enim Teſtis in cauſa propria, quod dictamini rectæ rationis repugnat. Patet autem, quod in hoc caſu ſunt Factionarij, ipſi enim vniti in Factione, componunt Vniuerſitatem non minùs, ac viuentes ſub vno Capite, componunt Collegium (licet illegitimum,) & ſub vno Principe conſtituunt Populum, vt aliàs dictum eſt. Magnam autem exiſtimationem ducunt, quod Factio ſua dominetur in Prouincia, & apud eam ſit Officiorum adminiſtratio, ex quibus & honorem, & commodum reportant. Paritèr hæc vtilitas tãgit commodum ſingulorum, ij enim, qui de Factione ſunt, conſequuntur Dignitates, Prælaturas, Officia: habent, (ſtatim ac eam petunt) licentiam euagandi ad recreationem; obtinent commorari in Conuentibus commodioribus de Familia; eximi à functionibus oneroſis, ad quas Aduerſarij tãtùm deputantur, & alia commoda reportant, quibus carent, ſi eorum Factio à dominatione caderet. Quod ergo tangit vtilitatem ſuæ Factionis, tangit etiã ſeipſos, vt ſingulos, in quos talis vtilitas, ex conſequenti, deriuatur. Si ergo agatur de Reo Factionis aduerſæ, maximè, ſi ille in ea eſt ex principalioribus in authoritate, aut doctrina, vel prodit ſpem euadendi in Virum, à quo poſſit ſua Factio magis

Digitized by Google

augeri, & contrària vinci, dico Teſtem contrariæ Factionis eſſe totaliter inhabilem, quia cauſa illius Rei tangit vtilitatem propriæ Factionis, cui adduntur vires ex reatu probato illius, & ſic ex labefactatione aduerſariæ Factionis; & illa vtilitas ad Teſtem etiam deriuatur, & ipſe, in Cauſà, in qua habet intereſſe, Teſtis euadit, quod omninò eſt contra rationem naturalem.

16. Nec dicendum contra hoc, quod licet, quæ dicta ſunt aliquando, & in aliquibus Factionarijs accidat, non tamen eſt vniuerſaliter verum, cum etiam inter Factionarios adhærentes videantur paſſim optimi Religioſi, à quibus hoc timeri non poteſt. Quia etiam inter veros inimicos reperiuntur multi, qui aliter ſunt viri probi, & integri, de quibus non poteſt præſumi, quod ſint peieraturi. Non tollitur tamen per hoc, quod lex vniuerſaliter non arceat omnes inimicos à ferendo teſtimonio: quandoquidem ſpectatur cauſa, & non effectus inimicitiæ, vt diximus. Ita in caſu noſtro, licet inter Factionarios multi ſint, qui præſumuntur non falsò depoſituri, tamen non tollitur, quin in ipſis ſit vera cauſa inimicitiæ, puta Factio; & ita vniuerſalitèr eſſe repellendos. Quia, vt optimè aduertit *Paſſerinus*, (r) ad hoc, vt lex tanquam inhabiles repulerit Teſtes aliquos, non fuit neceſsè, quod præſumpſerit depoſituros eſſe falſum; ſed ſufficit, quod non habeat certam probabilitatem, depoſituros eſſe verum, ſtante aliqua cauſa, vt eſt in caſu noſtro, vbi Factio eſt ſufficientiſſima cauſa non habendi certam probabilitatem, quod ille ſit, pro mera veritate, dicturus. Nec vltra replicandum eſt, ſupradicta poſſe contingere in Factionario ex principalibus, qui, fortè pro manutenendo ſibi dominio, per debilitationem Factionis aduerſæ cum læſione veritatis, Reum grauabit, non verò eſſe admittenda pro omnibus Factionarijs. Quia quantumuis Factionarius ſit gregarius, & non ſit in actuali prærogatiua, tamen auctoritatem ſuæ Factionis æquali modo curat: quia licet ſit modicæ virtutis, & tenuis cenſus, tamen non minùs, ac alij maioris meriti, ſolet promoueri, habilitatus ſola teſſera Factionis; imò faciliùs, & fœliciùs euehuntur hi inepti præ cæteris, ſi in tuenda Factione acriores, & adulando genio Principalis ſtudioſiores ſe gerant. Et quod ſtupendum eſt, Laici conuerſi ipſi, neſcio quo œſtro perciti, licet ipſis ſint minimè ſperandæ Prælaturæ, tamen, ſi Factioni huiuſmodi nomen dedere, pro ea tuenda, & contraria labefactanda, omnem mouent lapidem. Et ita concludendum eſt, allatam doctrinam eſſe vniuerſaliter practicandam.

17. Dicet aliquis contra hanc reſolutionem, quod, ſtante hac doctrina, penè impoſſibile, aut ſaltem difficillimum euadet, probare crimen: quandoquidem in pleriſque locis, in quibus huiuſmodi Factiones vigent, pauci ſunt, qui hac pice non ſint coinquinati, & ideò, cum extremo Religionis damno, plerique Criminoſi euadent impuniti. Ad hoc reſpondeo, & magnam difficultatem probandi crimen oriri ex præallegata doctrina profiteor; non tamen per hoc à ſententia recedo. Quia, ſi non poteſt Reus iudicialitèr conuinci, & ad pœnam ordinariam damnari, ſuppetunt Superiori multi modi extraiudiciales, quibus, poteſt ſub alio prætextu, de crimine non plenè probato, Nocentem punire; & plus legibus conformè eſt, & iuri Diuino conſonum, quod, ex defectu probationum, nõnulli Rei euadant impuniti, quàm quod vnus Innocens, falſò teſtimonio preſſus, condemnetur; maximè eo, quod dicebat *Gratianus*, (s) quod *Sunt quædam, quæ ſalubri tantùm admonitione ſunt corripienda, non corporalibus flagellis animaduertenda, ſed eorum vindicta diuino examini tantùm eſt reſeruanda, quando in Delinquentes ſcilicèt diſciplinam exercere non poſſumus, vel quia non ſunt noſtri iuris; vel quia illorum crimina, etſi nobis nota ſint, tamen legitimis iudicijs probari non poſſunt*. Et ità in data reſolutione perſiſto.

18. Difficultas ſola remanere poteſt, quomodò probari poſſit aliquem eſſe Factionarium? Sed ad hoc dico, quod arbitrio, & conſcientiæ Iudicis ſtat, exceptionem contra aliquem, eo quod diuerſæ Factionis ſit, admittere, vel non. Tamen inter Factionarios alij ſunt apertè tales; alij verò non ſic. Primi ſunt, qui in electionibus inſimul conglobantur, & ab vno capite ſunt directi, ſiue hoc ſit in Diffinitorio, ſiue in Capitulis. Multoties enim Anteſignani, ſeu Primipilares Factionis, procurant totis viribus, vt, inſtante Capitulo fiant Superiores locales ij, qui ſibi nomen dederunt, & in eorum verbo iurarunt, & ita in congreſſu Electionis iſti ad

nomi-

nominationem illius ſchedulam electoriam ſcribunt. Iſti ſunt apertè Factionarij. Omnes ergo, qui ſunt Superiores locales, Diffinitores, Cuſtodes, aut aliquod aliud munus honorificum conſequuntur, ad *ſatisfactionem* (vt vulgo dicitur) Capitis factionis, aperti Factionarij ſunt; & probato, quod *Caius* factus ſit *Guardianus*, *Diffinitor*, *Lector*, *&c.* ad ſatisfactionem illius, probatus, remanet Factionarius.

19. Verùm eſt, quod aliquando tales contra Benefactorem rebellant, & ad oppoſitam Factionem conuolant. Tali caſu, ſi Reus probaret *Caium*, vtpotè *Guelphum*, eſſe contra ſe Teſtem inhabilē; incumberet Accuſatori, vel Fiſco, onus probandi, *Caium*, rebellaſſe à *Guelphis*, & factum eſſe *Gibellinum*. Paritèr aperti Factionarij ſunt, qui inſimul cum alijs eiuſdem Factionis ſubſcripſerunt alicui Memoriali miſſo ad Superiores contra Factionem contrariam, denunciando, accuſando, querelando, &c. ſiue verè, ſiue falsò; qui apertè ſumunt defenſionem Capitis factionis, vel alterius Factionarij famoſi, de quo murmuratur; qui obſeruant, inueſtigant facta Capitis Factionis aduerſæ; in malam partem interpretantur, de eo obloquuntur, & quantùm poſſunt maledicunt; epiſtolas aut ab alijs ad ſe, aut à ſe ad alios, miſſas intercipiunt, furantur, & vel ad Caput ſuæ Factionis portant, vel ad Superiores mittunt, & centum huiuſmodi.

20. Qui verò (licet Factionarij ſint) tales tamen apertè non ſunt, ſunt, qui Capiti factionis placere geſtiunt per inſolitos actus reuerentiæ, obſequij, adulando, munerando, & ſimilibus, (omnia enim recenſere impoſſibile eſt) quibus argui poteſt internus ipſorum animus, quo perſonæ, & conſequenter Factioni illius adhærere geſtiunt. In primis, Factio eſt perfecta cauſa, quare tales abſolutè repellantur à teſtimonio, vt diximus; & concludenter probatis indicijs ſupradictis, ſiue omnibus, ſiue aliquibus, apertè Factio remanet probata. In ſecundis autem arbitrio Iudicis committitur eos admittere nec ne, tamen eorum teſtimonium exceptionem Factionis patitur, ob quam, ſi non in totum eſt repellendus, ſaltem in parte, ei Fides eſt minuenda.

21. Sequitur Claſſis ſecunda Teſtium inhabilium de iure, vt aiunt, diuino (ſed quomodo accipiendum hoc ſit, ſupra dictum eſt,) & ſunt *Filius contra Patrem*, & vice verſa, *Vxor contra Maritum*, & vice verſa; pariter *Conſanguinei contra Conſanguineos*, *Clericus contra Laicum*, & vice verſa; *Hæretici*, *Apoſtatæ*, *Sodomitæ*, *Simoniaci*, *Vſurarij*, *Excommunicati*, *Infideles*, *Calumniatores*, *Periuri*, & vniuerſaliter omnes criminoſi, quos paſſim recenſent *Doctores*, & *Criminaliſtæ*. (t) Verùm tamen eſt, quod iſti non totalitèr inhabilitantur, vt ſuperiores, qui ſunt inhabiles, & totaliter reprobati de iure naturæ. Si quidem in cauſis priuilegiatis, vt *Hæreſis*, aut *læſæ Maieſtatis Diuinæ*, vel *humanæ*, aut criminibus exceptis, aut difficilis probationis; aut quando aliter veritas non poteſt haberi, & coguntur ad teſtificandum, & reſpectiuè admittuntur. Ex quo confirmatur, quod ſupra dictum eſt; hos non eſſe prohibitos teſtificari de ſtricto iure Diuino, quandoquidem non admitterentur ita communiter, ſed de iure lato, & interpretatiuè. Et quantùm probent eorum dicta inferiùs recenſebimus.

22. Supereſt tertia claſſis, quæ eſt eorum, qui repelluntur de iure humano Eccleſiaſtico, vel Ciuili, & ſunt *Minores*, *Amici*, *Familiares*, *Coniuncti*, *Aduocati*, *Procuratores*, *Sollicitatores Inimici*, *ſiue Accuſatoris*; *Mulieres*, *Infames*, *Pauperes*, *Viles*, *Exercentes artes infames*, vt *Barri*, *Lenones*, *Aleatores*, *Mimi*, *Hiſtriones*, *Socij criminis*, *Spurij*. Et iſti pariter in criminibus exceptis paſſim admittuntur. Sed quia Teſtes inhabiles de iure poſitiuo à Iudice Regulari admitti poſſunt, vt multi ſcribunt, (u) eo quia ſummariè procedit, & pro noſtris Iudicijs non eſt neceſſè de ſingulis dicere, ideò ſufficiat eos recenſuiſſe, cum infra dicendum ſit, cum qua limitatione admittantur.

T E X T V S.

§. II. Teſtis falſus eſt, qui iuratus veritatem negat, vel occultat, vel eſſentialia tacet; qui in alium ſenſum dicta interpretatur; qui depoſitiones mutilat; qui dubium pro certo affirmat. Qui ſi in vno eſſentiali, vel in facto principali falſus

deprehendatur, in omnibus, vt falſus, habendus eſt: ſecùs, ſi in extrinſecis. Falſus autem conuinci poterit vel ex ſuis dictis, ſuaque depoſitione, vel ex alijs Teſtibus. Quod ſi vnus ex duobus affirmaret, & alius negaret, neutri credendum erit, & neuter de falſo condemnari poterit. Falſum verò deponens ad defenſam, pœna extraordinaria puniri debet.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

23. *Teſtis falſus eſt, qui veritatem negat.*
Item qui ambiguè loquitur.
Pariter, qui dolosè rationem ſui dicti non reddit.
Itidem, qui deponit dubitatiuè.
Prætereà, qui dictum alienum mutilat.
Vel alterius verba in ſenſum contrarium detorquet.
Quoquomodo vulnerans veritatem, eſt Teſtis falſus.

24. *Eſſentiale delicti, quid dicatur.*
Falſus eſt, qui falſum dicit circa tempus, & locum delicti.
Falſus in vna qualitate eſſentiali delicti, eſt falſus in omnibus.
Falſus eſt, qui mentitur in re aliquo modo tangente delictum.
Falſitas in modico arguit falſitatem in reliquo.

25. *Mentiens in accidentalibus delicti, qui iurauit reſpondere ad omnia interrogata, punitur crimine Stellionatus.*
Falſum deponens ex ignorantia non doloſa, non vitiat depoſitionem.

26. *Teſtis, quomodo probetur falſus.*
Teſtis falſus ex ſubornatione, probari poteſt, etiam poſt publicata dicta Teſtium.
Probatio Teſtis falſi intentata ciuiliter, vel criminaliter, quæ.
Ad intentatam ciuiliter, vel criminaliter ad pœnam extraordinariam, ſufficit probatio præſumptiua.
Ad pœnam ordinariam requiritur probatio plena.

27. *Teſtibus duobus deponentibus contraria, neutri credendum eſt.*
Et neuter poteſt condemnari de falſo, & quare?
Ad punitionem falſitatis tria debent concurrere, & quæ?
Deponens falſum ad defenſam, extraordinariè puniendus.

Dummodò tertius non lædatur ex falſitate.

23. AGit nunc *Textus* de Teſte Falſo, qui prout ex iure, (x) deducitur, dicitur eſſe, qui iuridicè interrogatus mendacium dicit. Proindè optimè habet *Textus*, quod *Teſtis falſus eſt, qui iuratus*, nempè iuridicè interrogatus *veritatem negat, vel occultat*: & hoc fit multipliciter, puta, vel dicendo contrarium eius, quod in re eſt; vel tacendo id, quod *pro*, vel *contra* Reum dicendum erat. Falſus etiam dicitur Teſtis obſcurè, & ambiguè loquens, quia æquiparatur tacenti verum; item, qui dolosè rationem dicti ſui non reddit, quia tacet quid ſpectans ad ſubſtantiam ſui dicti, ad hoc, quod probet; paritèr, qui dicit ſe non recordari de eo, quod vel certum eſt recordari, vel ſaltem debet veriſimiliter recordari; niſi probabiliter non recordetur propter multitudinem negotiorum, vel ex inaduertentia ad factum; itidem, qui deponit dubitatiuè de eo, quod ſcit; inſuper qui teſtificans de dicto alieno, ipſum aut mutilum, aut detortum ad alium ſenſum refert; ita vt quoquomodo vulneret veritatem, aut loquendo, aut tacendo in iudicio falſus ſit. (a) Et proindè ſubiungitur *vel eſſentialia tacet, qui in alium ſenſum dicta interpretatur, qui depoſitiones mutilat, qui dubium pro certo affirmat.*

24. *Qui ſi in vno eſſentiali, vel in facto principali falſus deprehendatur, in omnibus, vt falſus habendus eſt.* Eſſentiale delicti dicitur qualitas augens, vel minuens, aut ſpecificans delictum; vt deponens de Furto, & tacens fuiſſe factum de loco ſacro, eſſet Teſtis falſus; quia taceret qualitatem aggrauantem delictum, imò mutantem de ſpecie in ſpeciem. Inter eſſentialia autem computantur tempus, & locus, quia faciunt ad indiuiduandum delictum; proindè falſum dicens, circa hæc duo, dicitur falſus Teſtis. (a) Ex hoc ergo, quod in facto principali, aut qualitate eſſentiali deprehenditur falſus, vniuerſa eius depoſitio vitiatur, & in hoc conueniunt abſq; contra-

traditione *Doctores*. *(b)* Ampliatur porrò hæc diſpoſitio, vt falſus Teſtis quis cenſeatur,vitiando totam depoſitionem, non ſolùm quando falſitas verſatur circa prædicta, ſed etiam quando falſum dicit ſuper aliquo, quod aliqualiter, & quoquomodo tangit cauſam, vel ad eam facit, aut ipſi adminiculatur directè, vel indirectè, & hoc ſiue ſcienter, ſiue ignoranter faciat, ita vt ſufficiat falſitas in modico, vt arguatur falſitas in reliquis. *(c)*

25. Quod autem ſubiungit *Textus ſecùs in extrinſecis*, cum limitatione intelligendum eſt. Si enim Teſtis iurauerit de veritate dicenda ſuper tali facto, veritatem autem dixerit in principali, eſſentialibus, & alijs ad factum quoquomodo ſpectantibus, & falſitatē dixerit in aliquo merè accidentali, verùm eſt, quod, vt dicit *Textus*, non vitiatur eius depoſitio. Sed ſi Reus iurat reſpondere veritatem de omnibus, ſuper quibus erit interrogatus, & mentiatur in accidentalibus, licet non annullet ſuum teſtimonium circa factum principale, tamen minuit eius integritatem, & fidem; & ipſe puniendus eſt, vt Reus criminis Stellionatus.*(d)* Et ratio eſt, quam ſubtiliter explicat *Paſſerinus*. *(e)* Quia iſte reuera periurus non eſt, quia ipſe iurauit dicere veritatem in ijs, de quibus fuerit iuridicè interrogatus; Iudex porrò non habet ius interrogandi de accidentalibus, non facientibus ad cauſam, & proindè iſte non eſt periurus,& ideò ſuam depoſitionem non annullat. Sed qui dicit mendacium, licet non perniciofum, minuit fidem proprio teſtimonio. Quod autem dictum eſt paulò ſupra, quod, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter falſum depoſuerit ſuper vno, falſus cenſetur in omnibus; intelligi debet de ignorantia, quam ipſe probare non poſſet, aut nollet, per iuramentum: tunc enim præſumeretur potiùs ſcienter, quam ignoranter falſum dixiſſe. *(f)* Quod ſi probet,non malo dolo, aut ſcienter, ſed merè ignoranter, aut ex obliuione, vel inaduertentia feciſſe; non currit Regula, falſus in vno, eſt falſus in omnibus, vt dicunt *Felinus*, *Baldus*, & alij,*(g)*& hoc poteſt probare per iuramentum,cui deferre,eſt Iudici arbitrarium, vt ait *Paſſerinus*.

26. Proſequitur *Textus* declarare,quomodo Teſtis probetur eſſe falſus, ſubiungens, *Falſus autem conuinci poterit, vel ex ſuis dictis, ſuaque depoſitione, &c.* Si enim in eodem iudicio ſibi ipſi contradicit, aut coram vno Iudice contrarium depoſuit ei, quod depoſuerat ſub alio Iudice,de neceſſitate eſt periurus, & ita falſus. Secùs autem eſt, ſi extraiudicialiter contrarium dixit, quia hoc non poteſt deſtruere illud, quod ſub iuramento depoſuit; verum tamen eſt, quod cum de neceſſitate mendacem ſe oſtendat, ſuo dicto iudiciali fides eſt diminuenda. Pariter probatur falſus ex dictis aliorumConteſtium integrorum. Si enim duo deponant, eum interfuiſſe tali facto,ipſe verò neget,cōuincitur falſus; ſicut etiam ſi probaretur fuiſſe ſubornatum promiſſionibus,aut corruptum pecunia,ad hoc, quod ita deponeret, & hoc probaretur per eos, qui fuerunt præſentes corruptioni. Iſtud, porrò probari poteſt, etiam poſt publicata dicta Teſtium, vt eſt manifeſtum ex quadam *Decretali*. *(h)* Probatio verò Teſtis falſi vel eſt ciuilitèr, vel criminaliter intentata, hoc eſt, vel eſt ſimpliciter ad deſtruendam ſuam depoſitionem; vel eſt ad quærendam punitionem de ſuo crimine. Primò modo ſufficit falſitas præſumptiuè probata. *(i)* Sicut enim repellitur Inimicus à teſtificando, quia præſumitur non vera depoſiturus; ita repellendus eſt Teſtis, qui præſumptiuè probatur falſus. Secundò modo vel agitur ad pœnam extraordinariam, vel ad ordinariam; ſi primum, ſufficit paritèr præſumptiua probatio falſitatis. *(l)* Si verò intenditur punitio ordinaria, requiritur probatio legitima per Teſtes, vel alia documenta.

27. *Quod ſi vnus ex duobus affirmaret, alter autem negaret*, puta in eodem iudicio, vt, ex. gr. Si diceret *Caium* occiſum à *Titio* fuſte impacto in eius ceruicem, alius autem negaret, dicendo *Caium* ex caſu ab alto ſibi ipſi ceruicem fregiſſe, *neutri credendum erit*.Tum quia quilibet eorum ſingularis eſt; tum quia dictum alterius alius infringit; licet autem de neceſſitate vnus ex iſtis falſus ſit, cum tamen neſciatur, quis ille ſit, puniri non poteſt; neque ambos punire iuſtum eſt,ne Innocens, ſimul Reo, contra iuſtitiam, puniatur; & ideò *neuter de falſo poterit condemnari*. Sciendum tandem, quod ad hoc, quod falſitas puniatur tria eſſentialiter requiruntur; puta mutatio veritatis; dolus; & nocumentum alicui illatum: *(m)* & ex defectu vnius ex iſtis nunquam incurritur pœna ordinaria. Si ergo aliquis falſitatem dicat teſtificando, non vt alteri noceat, ſed vt

profit,

proſit; tunc extraordinariè tantùm eſt puniendus; & ideò concludit *Textus*, *Falſum vero deponens ad defenſam, pœna extraordinaria puniri debet*. Quod tamen benè debet intelligi, puta ſi defenſa tantùm intenditur, & falſitas ſolummodò lædit ius Fiſci in puniendo Criminoſum. Sed ſi defendendo vnum, grauaret alium, aliter eſt dicendum. Si enim *Caius* accuſat *Titium* de Furto, *Seius* autem Teſtis productus à *Caio*, falſum dicit ne *Titius* habeatur vt Reus; vel productus à *Titio* ad ſui defenſam peierat; certè debet puniri pœna ordinaria, quia læditur *Caius* Accuſator, qui ſi non probat, punictur pœna talionis.

T E X T V S.

§.III. Teſtis varius eſt, qui in eodem iudicio circa factum principale, & ſubſtantialia, contraria deponit, & variationis cauſam non adfert. Huius teſtimonium nullum declaratum eſt; ſi contraria in diuerſis iudicijs depoſuerit, etiam vt falſus, & periurus puniendus eſt. Si in ſecundo examine reuocauit primum, ſecundo ſtandum erit, dummodò id ante triduum fecerit, vt ſubornationi aditus præcludatur. Si dicta varia concordari poſſunt à Iudice concordantur. Si in primò dicat *Credo*; in ſecundò aſſertiuè deponat, ſecundum præualet. Si in primò dicat ſe nihil ſcire, in ſecundò de facto deponat, non audiatur. Si extra iudicium negauerit, in iudicio affirmat, credendum eſt ſecundo, niſi in primo, cum iuramento negaſſet, quia tunc vt periurus puniri debet, tanquam poſitus inter duo iuramenta contraria. Reuocanti extra iudicium, etiam ſi in mortis articulo, quod in iudicio, cum iuramento, depoſuerat, non creditur, ſed iuratæ depoſitioni ſtatur: niſi in articulo mortis, etiam cum iuramento, dictum retractauerit. Quia non eſt præſumendum velle Religioſum cum tali periurio è vita diſcedere. Vniuerſaliter, Teſti vario non creditur, niſi variationis maculam in tormentis abſterſerit.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

28. *Varietas eſt duplex diuerſificatiua, & contraria.*
Teſtis varius, & contrarius perindè ſunt.
Teſtis contrarius quis?
Teſtis contrarij teſtimonium eſt nullum.
Contrarius in diuerſis iudicijs, quorum vnum eſt inualidum, non vitiat dictum in iudicio legitimo.
Suo dicto tamen fides minuitur.
29. *Teſtis, ſi in ſecundo examine reuocat dictum in primo, ſtatur ſecundo.*
Sed debet fieri reuocatio intra triduum à primo examine.
Si adeſt præſumptio fundata, quod Teſtis fuerit ſubornatus, reuocatio, neque intra triduum valet.
Si nulla adeſt præſumptio ſubornationis, etiam vltra triduum valet reuocatio.
30. *Teſtium varietas eſt concordanda.*
Varietas dictorum eiuſdem Teſtis debet cordari.
Concordia talis non facit niſi ad euadendum periurium.
Teſtes concordati non ſunt omni exceptione maiores.
31. *Teſtis primò dubitatiuè, & ex poſt aſſertiuè, deponentis creditur ſecundo dicto.*
Si in primo examine negat ſcire, & in ſecundò deponit, eſt periurus.
Si extraiudicialitèr dicit contrarium dicto iudicialiter, ſtatur huic.
Si etiam extraiudicialiter iurauit, eſt periurus.
32. *Iuramentum extraiudiciale, vt deſtruat iudiciale, debet eſſe cum aduertentia.*
33. *Reuocans in articulo mortis dictum in iudicio, quando admittendus.*

34. *Teſti*

34. *Teſti vario non creditur, niſi purgata varietate per torturam.*

28. Dvplex poteſt accidere varietas in narratione alicuius facti; vna quidem diuerſificatiua, qua ſcilicet aliquid narratur diuerſimodè ab eo, quod aliàs dictum eſt, non quidem quo ad ſubſtantiale aliquod facti pertinens, ſed tantùm quo ad merè accidentale: Alia verò contraria, in qua nempè dicitur aliquod ſubſtantialiter oppoſitum priùs dicto. In *Textu* autem hic accipitur in ſecundo ſenſu, dum dicitur, quod *Teſtis varius eſt, qui in eodem iudicio circa factum principale, & ſubſtantialia contraria deponit, & variationis cauſam non affert*. Teſtis autem varius, & contrarius perindè ſunt, quia non datur varietas Teſti nociua, niſi per contrarietatem, & ſi aliqua diſtinctio inter eos dari poteſt, eſt, quod Varius eſt, qui in pluribus examinibus contraria deponit abſque cauſa rationabili, & hoc ſpontè; Contrarius autem eſt, qui contraria deponit in eodem examine interceptus per interrogationes Iudicis. *(n) Huius teſtimonium nullum declaratum eſt*, puta à iure vtroque *(o)* habetur enim, vt falſus Teſtis, cuius dicta reprobantur, vt paulò ſupra dictum eſt, *ſi contraria in diuerſis iudicijs, &c.* puta in diuerſis examinibus, coram eodem, ſiue alio Iudice, aut in eadem, vel diuerſa Cauſa; & cum hoc, quod iudicia illa ſint legitima, puta facta coram Iudice competente. Si enim vnum illorum claudicaret, aut ex incompetentia Iudicis, aut ex defectu iuriſdictionis, aut ex alia cauſa ſubſtantialiter ad iudicium legitimum requiſita, hoc eſſet nullum, non diceretur Teſtis Varius, aut Contrarius ad effectum inualidandi eius depoſitionem legitimè factam; maximè ſi illi nota fuit inualiditas iudicij, propter quam eius depoſitio cenſetur, vt quid extraiudicialiter dictum. Verum tamen eſt, quod ſi in iudicio inualido iurauit veritatem dicere, & nulla amphibologia vſus eſt mentalitèr, aut vocalitèr, ipſe eſt periurus, & mendax, & teſtimonio ſuo minuitur fides in iudicio legitimo. *Et vt falſus, & periurus puniendus eſt*, iuxta iuris *(p)* diſpoſitionem.

29. Quia verò contingit aliquando, quod Teſtis, aſſignando cauſam rationabilem ſuæ variationis, corrigat in ſecundo examine, quæ dixerat in primo, nec per hoc ipſe aut falſus, aut culpabilis redda-tur; ideò in tali caſu [illegible] ſtandum ſit [illegible] *in ſecundo examine* [illegible] *cundo ſtandum erit*: cum [illegible] ambo examina ſint [illegible] cũdum haberet aliquam [illegible] dum eſſet primo, *dummodo* [illegible] *fecerit, vt ſubornationi* [illegible] Et hic debet aduerti, quod [illegible] ſecundo examine non ſemper [illegible] ctis in primo, quia periculum eſt, [illegible] Teſtis corruptus, ſubornatus, aut [illegible] à Reo depoſitionem variet. Hoc [illegible] Iudex vehementem, & fundatam habet præſumptionem, quod Teſtis fuerit à Reo pecunia, minis, aut precibus corruptus, licèt eſſet infra triduum minimè deberet credi ſecundo dicto, ſed debet ſubſiſtere primum; & ratio eſt euidens. Si verò Reus eſt abſens, nec ibi habet amicos, qui ad eum iuuandum potuerint Teſtem corrumpere, & Teſtis ſpontè comparet, & pro exoneratione ſuæ conſcientię petit audiri; aut citatus à Iudice in ſecundo examine retractat primum, dicendo ſe meliùs recordatum; aut aliam cauſam legitimam variationis adducendo, deberet præualere ſecundùm dictum, quantumuis triduum eſſet expiratum. Quia potiùs mens, quam verba legis ſunt attendenda: vnde cum aſſignatio tridui ſit facta ad anteuertendam Teſtis corruptionem; & in caſu ſimus certi, quod nulla corruptio potuit interuenire, limitatio tridui debet ceſſare.

30. *Si dicta varia concordari poterunt, concordentur à Iudice.* Quod Teſtes inter ſe contrarij debeant concordari ad effectum euitandi periurij, habetur expreſsè in quadam *Decretali*, *(q)* vbi notat *Gloſſa*, quod etiam dicta Euangeliſtarum, quæ aliquãdo poſſunt videri inter ſe contraria, ad concordiam reducuntur. Sed quod dicta eiuſdem Teſtis, quæ ſunt inter ſe contraria concordari à Iudice, pariter debeant eſt communis opinio *Doctorum*, qui addunt hoc debere fieri, etiam impropriando verba, vel ſubauditos intellectus, ſupplendo, addendo, interpretando, &c. *(r)* Verum tamen eſt, quod prædicta concordia ſit tantùm ad euadendum periurium, vt ſonat ſupradicta *Decretalis*; quia quoad probationem articuli, in criminalibus, Teſtis concordatus nihil facit: *(s)* & vbi admittitur concordia inter plures Teſtes, iſti non ſunt omni exceptione maiores: nec tantùm valent, quantùm Teſtes

non

non concordati, vt cum alijs vult *Bordonus Pract.cap.21.num.14.*

31. *Si in primo dicat Credo, in ſecundo aſſertiuè deponat, ſecundum prævalet.* Ratio huius eſt, quia varietas iſta non eſt contraria, imò priùs dictum includitur in cluditur in ſecundo; & hoc magis explicitum habet, quod implicitè clauditur in primo; & par eſt ratio, ſi in primo diceret *mihi videtur, ſi benè recordor, ni fallor*, & ſimilia, quia labilitas memoriæ potuit eſſe cauſa dubitatiuè primo deponendi, poſtea, re melius penſata, & collatis, in meditatione, facti circumſtantijs, perfectè in mentem reduci, quod lapſu temporis deperierat, & ita aſſertiuè deponere in ſecundo. *Si in primo dicat, ſe nihil ſcire, in ſecundo de facto deponat, non audiatur.* Quia iſte eſt manifeſtè periurus; & præſumitur à parte corruptus. Si enim primò verè iurauit, quod nihil ſciebat; quomodo poſteà de facto deponit niſi fuerit inſtructus? Si verò falſum primo iurauit, periurus eſt, & ita repellitur. *Si extra iudicium negauit, in iudicio affirmat, credendum eſt ſecundo*; quia dictum iudiciale dicto extraiudiciali ſemper eſt præferendum; *niſi in primo cum iuramento negaſſet, quia tunc, vt periurus puniri debet, tanquam poſitus inter duo iuramenta contraria.*

32. Hic autem aduertendum, quod iuramentum extraiudiciale ad hoc, quod deſtruat iudiciale, & reddat Teſtem verè periurum, oportet, vt ſit factum cum aduertentia, ita vt iurans aduertat id, ſuper quo iurat, & non potiùs ex vitio loquacitatis, vt faciunt nonnulli, qui aliquod narrantes, ſeu promittentes, ſolent frequentiſſimè inſerere *per Deum* fuit ita: *per Deum* faciam ita, quæ videntur iuramenta, & tamen non ſunt, vt dicunt *Doctores*, (t) quia ſic varius nō eſt verè periurus. Ad hoc ergo, quod intret diſpoſitio *Textus*, requiritur, quod extraiudicialiter iurans, hoc faciat cum plena aduertentia, ita enim fiet, quod iurans contraria in iudicio periurus ſit. Secùs, regulari debet, ſicut ſi tantùm ſimpliciter, extraiudicialiter fuiſſet mentitus, quod non annullat in totum, ſed in parte ſolummodo infirmat Teſtimonium.

33. *Reuocanti extra iudicium, etiamſi in mortis articulo, quod in iudicio cum iuramento depoſuerat, non creditur, ſed iuratæ depoſitioni ſtatur, niſi in articulo mortis etiam cum iuramento, retractauerit.* Hæc fuit opinio *Bartoli*, (u) quæ communiter eſt approbata; debet tamen ſobriè accipi, pùta, quando in articulo mortis conſtitutus obiter, & ad ſubleuandum proximum à moleſtia Fiſci diceret contrarium, negando ſcilicet, quod *Titius* non feciſſet illud crimen. Tali caſu vera eſt ſententia illa, & ſic accipi debet *Textus*. Sed ſi Teſtis morti proximus ex profeſſo dicat, pænitet me, quod falſum depoſuerim contra *Titium*, & pro exoneratione meæ conſcientiæ, dico; ipſum non commiſiſſe tale crimen, deberet illi credi, licet non iuret. Ratio eſt, quia in primo caſu talis retractatio poteſt præſumi procurata, & Teſtis, maximè ſi eſt ſimplex, potuit credere, non facere malum officiosè mentiendo, imò habere meritum ſubleuando proximum à moleſtia. Sed in ſecundo caſu apparet manifeſtè, quod eſt pro exoneratione conſcientiæ ſuæ, & ipſe tenetur pro foro animæ, vt dicit vna *Gloſſa* (x) reuelare crimen ſuū, & ex iuſtitia releuare proximum, quē grauauerat ſuo Teſtimonio falſò; quod ſi hoc dixit ſine iuramento, eſt, quia non fuit de eo interpellatus, & ipſe erat ignorans, nec ſciebat, quod, ad integrè reſarciendum damnum proximi, hoc requirebatur, & ſi hoc ſciuiſſet, iuraſſet. Quod ſi (vt ſequitur *Textus*) *non eſt præſumendum velle Religioſum, cum tali periurio ex hac vita diſcedere*; idem dicendum eſt in caſu noſtro, in quo præſumi non debet, quod ille velit mori in illo periurio, quo iudicialiter Reum grauauit, ideò eo modo, quo ſcit, reuocat. Poſſet etiam *Textus* accipi, quando reuocans dictum moribundus fuiſſet inſtatus, vt reuocationem firmaret iuramento, & ille iurare noluiſſet, quia tunc iuratum dictum non reuocaretur; & appareret reuocationem non eſſe veram, ſed procuratam. Secùs teneo, quod etiam abſque iuramento, aſſertio moribundi, (qui tamen ſit mentis compos) omnibus eius dictis præualeat, cum ille punctus ſit punctus veritatis, in quo nullus præſumitur eſſe mentiturus, vt fert commune dictum. *Dico veritatem, ac ſi eſſet in puncto mortis.*

34. *Vniuerſaliter Teſti vario non creditur, niſi variationis maculam in tormentis abſterſerit*, vt ſit in eo, qui contradictoria, ſeu contraria deponit, qui torquetur ad ſciendum, in quo dicto velit perſiſtere, ſed de hac materia torturæ Titulo ſequenti dicemus.

TEX-

T E X T V S.

§. IV. Teſtes in eſſentialibus diſcordantes, ſi adducti pro Reo pares fuerint adductis contra Reum, illi præualent. Si alios numero, vel dignitate, exceſſerint, ijs credatur: niſi pij, prudentiſque Iudicis præſumptio aliud ſuadeat. Excedentibus his numero, illis dignitate, dignioribus credendum eſt.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

35. *Teſtes quando dicantur inter ſe contrarij.*
Teſtibus diſcordantibus, ſi pares fuerint contra, & pro Reo, iſtis creditur.
Reo potiùs, quam Actori in dubio eſt fauendum.
Maiores numero, aut Dignitate minoribus præualent.
Arbitrio Iudicis remittitur fides Teſtibus adhibenda.
36 *Obiectio ad ſupradicta.*
Reſoluitur.
Teſtes excedentes Dignitate ſunt præferendi excedentibus numero.
Quomodo hoc accipiendum.

35. POſtquam *Textus* locutus eſt de contrarietate Teſtis vnius in proprijs dictis, ex quo oritur, varietas, modò loquitur de contrarietate, quæ aliquando eſt inter dicta plurium Teſtium. Sciendũ autẽ, quod non ſemper dicuntur inter ſe contrarij Teſtes, niſi quando circa facti ſubſtantiam inter ſe pugnant irreconciliabiliter, & tunc neceſſarium eſt, quod aliqui illorum ſint falſi; vnde Iudex, qui per Teſtes plures, & firmiores veritatem facti nouit, debet contra eos, qui contrariam depoſitionem fecerunt, inquirere, & pœna falſi punire, prout ſcripſit *Boſſius.* (z) Cęterùm non dicuntur contrarij Teſtes, quãdo vnus, plus altero deponit, vt ſi vnus dicit, quod fuerunt quinque armati, alius dicit duos; ille de vno Socio, alius de duobus deponit; quia minor numerus in maiori continetur; & potuit vnus plùs alio vidiſſe, aut obſeruaſſe. Pariter, quando deponunt per verba diuerſa, quæ tamen eandem ſubſtantiam facti important; imò magis probant, quàm ſi in ijſdem verbis concordarent: viderentur enim, ex condictio teſtificaſſe. Item, quando reddunt diuerſas cauſas ſcientiæ tendentes tamen, ad eundem finem. Similiter quando contrarietas etiam in ſubſtantialibus, modica eſt; aut vnus deponit de facto, loco, & tempore, alius verò de tempore non recordatur. Inſuper, quando diuerſo modo narrant factum, vt cum vnus dicit *Caium* occidiſſe *Sempronium* volentem ſibi eripere pallium: alius dicit occidiſſe, quia nolebat illi reddere pileum; aut vnus dicit occidiſſe enſe, alius autem pugione, quia tum cauſa, tum inſtrumentum ſunt accidentia homicidio; niſi cauſa, aut arma facerent ad grauitatem, aut leuitatem delicti, quia tunc eſſent, quid ſubſtantiale. Vt ſi occidiſſet, quia inuenit eum adulterantem Vxorem ſuam, quo caſu, ſecundùm iura ciuilia, puniendus non eſſet; aut occidiſſet *ſtiletto*, aut *piſtoletto*, quo genere armorum plus graue redditur homicidium. Vniuerſaliter autem, quando aliquo modo poſſunt Teſtes concordari, nunquam euadunt contrarij. Quando autem concordari minimè poſſunt, contrarij verè ſunt, proinde videndum eſt; quibus eſt ſtandũ. Inquit ergo, *Teſtes in eſſentialibus diſcordãtes, ſi adducti pro Reo pares fuerint adductis contra Reũ, illi præualent*; ratio eſt, quia Reo potiùs, quàm Actori in dubio fauendum (a) eſt. Quia verò Teſtes contrarij, & æquales numero, & Dignitate confundunt probationem, & eam obnubilant, & quod ab illis ædificatur, ab iſtis deſtruitur; proindè, fauore Rei, Teſtes pro eo ſunt præferendi. *Si alios numero, vel Dignitate exceſſerint, ijs credatur.* Comparat modo Teſtes, vel numero, vel Dignitate excedentes, & dicit ſi Teſtes, aut pro, aut contra Reum exceſſerint alios Teſtes ſibi contrarios numero; pariter ſi exceſſerint Dignitate præualere debent excedentes, ità vt maior numerus Teſtium minorem numerum contrarium Teſtium; aut excel-

Digitized by Google

lentior Dignitas Teſtium Dignitatem, non ita ſpectabilem alinrum vincat; & hìc comparatur præcisè numerus ad numerum, & Dignitas ad Dignitatem. Ratio autem euidentiſſima eſt, quia maioritas, aut in quantitate, aut in qualitate Teſtium, cæteris paribus, ſemper debet præualere. Et hoc vtrique iuri cohæret. (*b*) Limitatur autem hoc cum ſequitur, *niſi pij, prudentiſque, Iudicis præſūptio aliud ſuadeat.* Poteſt enim dari caſus, quod Teſtes, tum numero, tum Dignitate pares cōtrarij ſint, Iudex autem extraiudicialiter nouerit, aliquos amicitia, adhærentia, ſpe, fauore, aut alia de cauſa, motos, ad ſic teſtificandum: & tunc Iudex, poteſt præſumere minorem integritatem in iſtis, & ſic illis non credere, vnde circa fidem Teſtibus adhibendam in hoc caſu, arbitrio Iudicij committitur.

36. Sed dices, nonnè ſupradixit, quod in Teſtium paritate Iudex debet credere Teſtibus pro Reo, & quomodo modo dicitur arbitrio ſuo hoc eſſe commiſſum? Reſpondeo, quod debet intelligi, quando ſunt pares in Credibilitate, numero, &c. tum in ſe, tum in exiſtimatione Iudicis. Quod ſi iſte habet iuſtum motiuum, præſumendi, aliquns non eſſe totaliter integros, non ſolùm, quando ſunt pares numero, vel dignitate, ſed etiam in imparitate, poteſt Iudex paucioribus numero, aut inferioribus Dignitate, maiorem fidem dare, quàm alijs, qui ab eo non integri, rationabiliter, præſumuntur, & iſta eſt intentio *Textus*. Subiungit proinde, *Excedentibus bis numero, illis Dignitate, digniorbus credendum eſt*; & hnc pariter, cum ſobrietate intelligendum eſt, puta ſi vitæ exemplaritas cohæret Dignitati; ſi enim Dignitas non habet aſſeclam integritatem conuerſationis, nōn eſt, cur maior fides adhibenda ſit Prælato dyſcolo, per malam vitam dignitatem deturpante, quàm paupereulo Fratri Deū timenti. Si *Canones* Conſtitutis in Dignitate maiorem fidem adhibendam dicunt, eſt quia præſumunt eminentiores cæteris in Superioritate, eſſe etiam tales in virtutibus moralibus, prout ex natura ſuæ conditionis obligantur. Sed quando vita ſtatui non correſpondet, & magis mentiri paratus eſt, & ſolet, Prælatus, quàm Subditus timoratus, magis credendum eſt iſti, quàm illi, cuius ſuffragari credenditati non debet Dignitas, quam mala vita dehonorat. Profectò Teſtes contra *Suſannam* erant Digniores de Populo, nec dignitas eorum impediuit, quominus eſſent Teſtes falſi; ſic ergo, ſi Digniores ſtatu non habent integram, & ſtatui reſpondentem conuerſationem, de dignitate nulla eſt habenda ratio, vt ipſi Digniores fide cenſeantur.

T E X T V S.

§. V. Vacillans in dicto Teſtis eſt, qui dictum reuocat, vel reuocatum affirmat, dicendo. *Ita eſt, imò ita, ibi erant, ſed non, ibi; hinc eos tranſeuntes vidi, imò illinc.* Huius depoſitio nulla eſt, niſi tortura firmitatem vacillationi contulerit. Semel autem reuocans dictum in examine, vel ſeipſum declarans, vacillare non perhibetur. Teſtis, qui in dubio depnnit per *forſan*; *mihi videtur*; *non benè recordor, &c.* nihil probat. Si enim à dicto obſcuritas per Iudicis prudentiam tolli nnn poteſt, omninò excludatur crimen. Deponens de credulitate proxima ſenſui, & actu, vt oſcula, tactus, &c. reſpectu fornicationis, probat; ſecùs ſi de remota, vt ſi diceret, *Credo adulteratum*, *quia vidi loquentem cum muliere*. Abſolutè loquendo deponens de credulitate non probat.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

37. *Teſtis vacillans ſecundùm aliquos quis.*
Teſtis vacillans eſt qui dictum reuocat; aut reuocatum affirmat.
Teſtis vacillans, quomodo differat à Vario, & contrario.
Ad vacillationem non ſufficit vnica reuocatio.
Teſtis vacillantis depoſitio eſt nulla.
38. *Teſtis in dubio deponens non probat.*

De-

Depoſitio obſcura, vel incerta, quæ dicatur.
Dictum obſcurum vnius Teſtis recipit interpretationem à dicto alterius.
Interpretatio dicti dubij remittitur Iudici.
Interpretatio debet inclinare in partem benigniorem.
Obſcuritas, ſi non poteſt tolli, excluditur crimen.
Teſtis poteſt pluriès examinari.
39. *Teſtes illiterati aliquando verba confundunt.*
Teſtis de credulitate, quid probet, & quando.
Teſti de credulitate, fauore Rei, creditur.

37. TEſtis vacillantis nomine, penès nonnullos,(c) venit, qui dubitando, timendo, & quaſi balbutiendo deponit; & dicunt differre à Teſte vario, quia iſte contraria deponit in eodem, vel diuerſis iudicijs: vacillans autem deponit, cum hæſitatione, quaſi ſibimet parùm conſtaret. Longè meliùs *Textus* noſter ait, quod *Teſtis vacillans in dicto eſt, qui dictum reuocat, vel reuocatum affirmat*, quemadmodum ſenſit etiam *Auctor Practicæ*, quæ vulgo dicitur *Roderici*. (d) Vacillare enim in hoc caſu tranſumptum eſt, & ſicut, qui corpore vacillat, ſiue nutat, nunc ad vnam, nunc ad contrariam partem corpus inclinat, ſic Teſtis vacillans eſt, qui in dicto ſuo, hæſitando, deponit, ex poſt corrigit, exinde correctum reuocat, nec firmè teſtimonium ſuum profert: & differt à Vario, & Contrario, non quo ad ſubſtantiam, quilibet enim dicta inter ſe pugnantia deponit; ſed quo ad modum: nam alij abſque titubatione, & ſemel, contraria deponunt; vacillans verò modo his contrario; & ex hoc apparet; quod ſubſtantia vacillationis non conſiſtit in modo loquelæ trepidantis, ſed in ſenſu verborum ſæpiùs mutato, & inconſtanti, vt dicendo, *ita eſt: imò ità. Ibi erant: ſed non: Imo ibi. Hinc eos tranſeuntes vidi: Imò illinc*. Et hìc aduertere, oportet, quod, adſtabiliendam in Teſte vacillationem, non ſufficit, quod ſemel dictum ſuum reuocet, hoc enim eſt ſe corrigere,(e) quod licitum eſt; ſed requiritur, quod ſæpiùs hoc faciat, vel dictum iam reuocatum denuò affirmet, vt infra dicitur, *Huius depoſitio nulla eſt*, quia cenſetur falſum dicere, vt habetur expreſsè in iure, (f) *niſi tortura firmitatem vacillationi contulerit*, talis enim Teſtis torquendus eſt, (g) tum vt videatur, in quo dicto firmiter velit perſiſtere, tum vt luat, pœnas periurij. *Semel autem reuocans, vel ſeipſum declarans, vacillare non perhibetur*, ob rationem ſupra aſſignatam.

38. Progreditur modo *Textus* ad aſſignandas regulas Teſtium com dubietate, vel obſcuritate deponentium, & dicit. *Teſtis, qui in dubio deponit per forſan; mihi videtur; non benè recordor*, &c. *nihil probat*. Aduertendum eſt, quod depoſitio Teſtis dicitur *obſcura*, quando poteſt habere plures ſenſus; *incerta*, verò ſi nihil concludit de facto, ſed tantùm aſſerit poſſibile. (h) Hic porrò, vtramque comprehendit *Textus* dicens, quod, *qui in dubio deponit per* hæc verba, nempè *forſan; mihi videtur; non benè recordor; circiter; poteſt eſſe; ſi benè memini; ni fallor; ſalua veritate; meo iudicio; teneo ita eſſe*, & ſimilia, quæ recenſent Authores, (i) nihil probat, quia dicta Teſtium debent eſſe clara, & certa, & debent concludere non de poſſibili, ſed de facto. Verùm tamen eſt, quod dictum Teſtis obſcurum, aut incertum, aut dubium recipere poteſt interpretationem ab alio Teſte, vel à capitulis articulatis; ſenſus enim dubius declaratur per dicta aliorum, & recipit declarationem ab articulis, vt tenuit Rota Romana. (l) Committitur proindè Iudici Teſtium dubiorum explicatio, per alios Teſtes; indicia; veriſimilitudinem; præſumptiones, & alia, per quæ poteſt tolli dubietas: aduertendo tamen, quod interpretatio debet ſemper inclinare in partem benigniorem, ad fauorem Rei, & excluſionem delicti, vt iura (m) volunt. *Sed ſi à dicto obſcuritas per Iudicis prudentiam tolli non poteſt, omninò excludatur crimen*. Ordinatur quidem in vtroque iure, (n) quod Iudex pluries, & quoties opus eſſe, recta ratio dictauerit, Teſtes interroget, ad dubietatem, ſiue obſuritatem tollendam, & veritatem dilucidandam; ſed ſi omni adhibita diligentia, non poteſt tolli dubietas, vel obſcuritas, teſtimonium nullo modo admittendum eſt, (o) quia non probat.

39. Modo ſequitur loqui de Teſtibus, qui deponunt de credulitate, puta per verbum *Credo: puto; mihi ſuadeo, &c.* circa quos, oportet, aduertere, quod Teſtes, præſertim illiterati, multoties verba con-

Digitized by Google

fundunt, & vnum pro alio accipiunt. Exemp.grat.dicet aliquis *credo, quod Caius occiderit Seium*, & ſi interrogatus de cauſa credulitatis, reſpondet, *Credo, quia illum vidi*; in hoc caſu iſte accipit *credere*, prò *ſcire*, & ideò tales, ſic deponentes non dicuntur Teſtes de credulitate. Teſtis ergo de credulitate ille dicitur, qui aliquid aſſerit à ſe creditum vltra id, ſeu conſequenter ad id, quod vidit, vel alio ſenſu percepit. Iſte porrò poteſt induci, ad ſic credendum, aut ex antecedente, quod vidit, quod de neceſſitate, vel ex probabilitate rationabili, vel irrationabili infert conſequens. Ex. gr. ſi vidit *Bertam* lactantem filium; infert de neceſſitate, quod fuerit corrupta; ſi vidit *Caium* à tergo ſauciatum fugientem, & videt *Seium* ſanguinato gladio ipſum inſequentem; infert, quod ille ab hoc fuerit vulneratus; & diſcurrendo. Regula ergo eſt, quod Teſtis de credulitate tantam probationẽ faciat, quantam facit illud indicium, quod ſenſu percepit; ideò dicit *Textus deponens de credulitate* proxima ſenſui, & actui, vt oſcula, tactus, &c. reſpectu fornicationis probat. Ratio eſt, quia huiuſmodi indicium eſt violentum, quod, cum ſimus in crimine difficilis probationis, à iure (*p*) recipitur tanquam plena probatio. Et ſic accipiendum, eſt de qualibet præſumptione iuris, & etiam de qualibet præſumptione hominis, ſed rationabili, & graui, aut violenta. *Secùs ſi de remota: vt ſi diceret credo adulteratum, quia vidi loquentem, cum Muliere*. Nomine credulitatis remotæ venit hic indicium debile, à quo ſi mouetur Teſtis ad credendum, eius Teſtimonium non probat, ſicut nec indicium, à quo hauſit credulitatem. *Abſolute loquendo, &c*. puta is, qui dicit, *ita credo*, ſed interrogatus quare ſic credit, nullam cauſam, aut indicium aſſignat; non probat: & ratio eſt, quia iſte temerariè, hoc eſt, nulla motus ratione credit; proindè incredendus redditur. Aduertere autem oportet, quod Teſtes de credulitate plenè probant ad defenſionem Rei, licet ſui dicti rationem non reddant, vt cum *Burſato* tenet *Farinacius*. (*q*) Si enim rationem credulitatis tenerētur reddere, non eſſet fauorabilior cauſa Rei, quam Actoris, vel Fiſci, quod tamen eſt, vt notat *Bictus*. *loc. cit.*

T E X T V S.

§. VI. Nec probant Teſtes ſingulares ſuper diuerſis delicti circumſtantijs deponentes: vt ſi vnus deponit de vno loco, alius de alio: vnus de vno tempore, alter de altero: vnus de vno habitu, colore, &c. alius de alio. Si enim factum ſit iterabile, Teſtes erunt ſingulares: ſi initerabile erunt ſuſpecti de falſo. Niſi in his circumſtantijs delicti eſſentia conſiſtat; vt ſi inquiratur de obligatione ieiunij die Veneris; tunc enim erit falſitas in ſingularitate. Si Teſtes ſint ſingulares, quo ad diuerſas circumſtantias ad idem delictum tendentes; vt ſi vnus vidit Fratrem cum gladio ſanguineo exire de cella; alius vidit, cum eodem currere; alius vidit, &c. tunc non ſunt ſingulares. Item ſi multi eumdem actum viderunt ſucceſſiuè, vt per foramen portæ vnus poſt vnum viderunt cubantem cum Muliere, non dicuntur ſingulares, ſed plenè probant. Cæterum Teſtes ſingulares non probant, niſi ad inquirendum, & faciunt indicium ad torturam, aut ſemiplenam probationem, ſi ſuper facto deponunt, non ſuper indicio.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

40. *Textis ſingularis, quis ſit.*
Quomodo differat à Teſte vnico.
Singularitas triplex, adminiculatiua, diuerſificatiua, obſtatiua.
Quænam ſint ſingulæ iſtarum.

41. *Teſtis ſingularis, quando non probat.*
Singulares in circumſtantia accidentali delicti, non dicuntur ſingulares.
Singulares in delicto iterabili ſunt purè ſingulares.

In

In initerabili, ſingulares in circumſtantia non accidentali delicti, ſunt ſuſpecti de falſo.

Si in circumſtantia ſubſtantiali delicti, ſunt falſi in ſingularitate.

42. *Teſtes ſingulares pluſquam ſemiplenè probant delictum in genere.*

Teſtes ſingulares ſingilatim probant ſemiplenè.

Deponentes de pluribus circumſtantijs ordinatis ad vnum finem probant.

43. *Furioſum eſſe aliquem, probatur per Teſtes ſingulares.*

44. *Apud nos Teſtes ſingulares probant.*

45. *Lex punitiua intendit emendare malitiam habitualem.*

Malus habitus probatur per plures actus ſingulares.

Secundùm aliquos Teſtes ſingulares non probant.

Apud Nos non eſt verum.

46. *Singularitas adminiculatiua tripliciter contingit.*

Teſtes ſingulares in circumſtantijs tendentibus ad vnum finem probant, pluſquam ſemiplenè,

Circumſtantiæ iſtæ debent eſſe continuatæ mor aliter.

Aliquando ſic continuantur, quod plenè probant factum.

47. *Teſtis vnus de viſu, & Teſtis de auditu iuncti, pluſquam ſemiplenè probant.*

48. *Ex circumſtantijs facti colligitur ius.*

Probatur totum, ſi probentur partes regulariter vnitæ.

49. *Teſtes ſingulares videntes eundem actum ſucceſſiuè, probant.*

Teſtes ſingulares regulariter non faciunt niſi ad inquirendum.

50. *Teſtis vnicus non probat niſi ſemiplenè ſi eſt integer.*

Etiam ſi Teſtis eſſet Epiſcopus, aut Cardinalis.

Teſtis vnicus probat fauore Rei, non tamen contra Fiſcum.

40. QVia materia ſpectans ad Teſtes ſingulares, de quibus loquitur hic *Textus*, vſu frequentiſſima eſt, & valde implexa, debet plenè tractari, ne Iudex minùs Peritus in facti contingentia intricatus remaneat. Sciendum ergo, quod Teſtis ſingularis eſt ille, qui in cauſa, in qua teſtificatur conteſtem non habet, differt autem à Teſte vnico in hoc, quod iſte ſolùs eſt, & nullus alius eſt, qui delictum viderit, & de eo teſtificetur; ſingularis autem eſt, qui in cauſa, in qua ſunt plures alij Teſtes, teſtificatur de aliqua circumſtantia, ſuper qua nullus alius deponit, & in hoc conueniunt *Doctores*. (r) Diſtinguuntur porrò Teſtes ſingulares ſecundùm triplicem ſingularitatem, nempè *adminiculatiuam*, *diuerſificatiuam*, & *obſtatiuam*. *Adminiculatiua* eſt, quando Teſtes ſingulares deponunt de diuerſis circumſtantijs tendentibus ad vnum finem. Exemp. grat. ſi vnus deponit ſuper crimine de viſu; alius verò de auditu; vnus de facto, alius de fama, &c. *Diuerſificatiua* eſt, quando, loquendo de actibus diuerſis numero, inducunt diuerſitatem in rei ſubſtantia. Exemp.gr. ſi vnus deponat de tractatione nummorum in tali loco, & tempore, alius de alia tractatione in diuerſis loco, & tempore. *Obſtatiua* eſt, quando Teſtis deponit de circumſtantia eſſentiali vnius numero actus; alius verò de circumſtantia oppoſita in eodem actu. Exemp. gr. Si vnus deponeret *Caium* occidiſſe *Titium* tali die in platea Verbis; alius autem deponeret illum occidiſſe altero die in agro, vel in domo. Et aduertendum, quod licet Teſtis alios Teſtes in ſua depoſitione non citet; & etiam ſi dicat, quod nullus alius erat præſens, vel vidit, per hoc non dicitur, quod ipſe ſit ſingularis, ſi alij Teſtes pari modo, & ſuper eiſdem circumſtantijs teſtificentur, ſuper quibus ipſe depoſuit. (ſ)

41. His ſuppoſitis, dicit *Textus*, *Non probant Teſtes ſingulares ſuper diuerſis delicti circumſtantijs deponentes, vt ſi vnus deponit de vno loco, &c.* Hic loquitur *Textus* de ſingularitate diuerſificatiua, quæ poteſt contingere, vel circa factum iterabile; vel circa delictum non iterabile; & pariter loquitur de probatione plena ſufficiente ad pœnam ordinariam. Dicit ergo, quod *non probant Teſtes ſingulares ſuper diuerſis delicti circumſtantijs*, ſi nempè faciunt ad ſubſtantiam delicti, aut ad ipſum quoquomodò pertinent; ſi enim eſſent totaliter accidentales, & ad facti ſubſtantiam minimè pertinerent; & maximè, ſi de illis non eſſent Teſtes in ſpecie interrogati, ſed ex ſe deponerent, non eſſent ſingulares, dum tamen in facto principali concordarent. Exemp. gr. Si *Caius* deponit *Seium* occidiſſe *Titium* cultro habente manubrium

brium eburneum; & *Lucius* deponat, quod occidit cultro habente manubrium corneum, aut oſſeum: & ipſi interrogati non ſunt à Iudice de ſubſtantia manubrij, ſed ex ſe depoſuerunt,iſti nõ cenſendi ſunt ſingulares: quia circumſtantia, in qua diuerſificant, nihil facit ad ſubſtantiam delicti. *Si enim factum eſt iterabile Teſtes erunt ſingulares*. Reddit modo cauſam poſitæ concluſionis, & dicit. Si factum ſit iterabile, puta ſi accuſatur vnus, quod ſit fornicatus, vnus autem Teſtis deponat tali die, & loco; alius de diuerſo loco, & tempore teſtificetur; certè Teſtes iſti erunt diuerſificatiuè ſingulares, & non probabunt. *Si initerabile,eſſent ſuſpecti de falſo*, poſito ſcilicet, quod diuerſitas circumſtantiarum, ſuper quibus deponunt,verſetur circa eas, quæ non ſunt totaliter delicto accidentales: Sed *ſi in his circumſtantijs delicti eſſentia conſiſtat, vt ſi inquiratur de obligatione ieiunij in die Veneris*, puta ſi accuſetur quis, quod ieiunium non ſeruauerit, ſed poſtquam mane prandium ſumpſit,de ſero cęnauit, vnus porrò Teſtis deponat hoc fuiſſe die Iouis, alius verò de Veneris, (in quo apud nos eſt obligatio ad ieiunium ſub mortali) *erit falſitas in ſingularitate*, iſti enim Teſtes ſunt ſibi contrarij, & proindè falſi, & ſingulares ſingularitate obſtatiua, quod perindè eſt.

42. Hic autem aduertendum eſt,quod vel probandum eſt delictum in genere, ſiue in ſpecie; vel probandum eſt in indiuiduo. Ex. gr. vnus poteſt denunciari, quod ſit Fur, vel Adulter, aut poteſt accuſari, quod furatus ſit pecuniam *Petro*; aut adulteratus ſit cum *Berta*. Primo caſu probandum eſt in genere, ſeu ſpecie; ſecundo caſu probandum eſt in indiuiduo. Si probandum eſt in indiuiduo, qui eſt actus initerabilis, Teſtes plures ſingulares ſingularitate diuerſificatiua tantùm probant, quantùm vnus; & ſi diuerſitas eſt circa eſſentiam delicti nihil probant, & falſi ſunt, vt dictum eſt. Si verò probandum ſit delictum in genere, aut ſpecie,Teſtes ſingulares, ſi ſunt omni exceptione maiores, probant delictum, non quidem plenè, ſed pluſquam ſemiplenè. (*t*) Quia, ſi Teſtes omni exceptione maiores ſingillatim probant ſemiplenè, vt omnes *Doctores* fatentur, (*u*) & faciunt indicium ad torturam, & quare coniuncti non debebunt pluſquam ſemiplenè probare? Quod ſi Teſtes deponentes de pluribus circumſtantijs ad vnum actum tendentibus, & dicuntur ſingulares adminiculatiuè,plenè probant delictum, vt communiter (*x*) tenetur, & dicit *Textus* infrà, profectò probabitur delictum in ſpecie per plures actus indiuiduos, qui omnes tendunt ad ſpeciem conſtituendam. Et ità ſi quis accuſatur, vt *Inquietus, malæ conuerſationis, Proprietarius, Conſpirator, Murmurator, &c.* probabitur certè delictum in ſpecie, ſi Teſtes ſingulares deponant de pluribus actibus tendentibus ad illum finem, ſeu procedentibus ab eodem principio. Et quidem, ſi mala fama alicuius, vt quid genericum, probatur per multos Teſtes ſingulares, qui à diuerſis loco, tempore, ac perſonis audierunt, non video quomodo pari modo probatum, non dici debeat delictum in ſpecie, aut genere, aut facti iterabilis.

43. Ampliùs, ſi quis plenè probatur furioſus in genere per ſolos Teſtes ſingulares de pluribus actibus furoris oſtenſis diuerſis loco, & tempore, vt dicunt graues *Authores*, (*z*) quomodo non probabitur Fur in genere ille, contra quem plures Teſtes depoſuerunt de diuerſis furtis. Inſuper ſollicitatio in Confeſſione probari tantùm poteſt per Teſtes ſingulares; & tamen ex iſtis proceditur ad torturam, & ſi ſollicitatæ ſint pluſquam quatuor, & ſpectatæ probitatis, etiam ad condemnationem deuenitur. Scio quidem hanc concluſionem eſſe valdè controuerſam, quando agitur de pœna mortis danda, & pro foris Sæcularibus, vt videre eſt apud *Pegnam*. (*a*) Sed in foris Regularibus, *ob dicta plurium Teſtium ſingularium, facinoroſi poſſunt condemnari, propter animæ ſalutem, & fauorem Regularis obſeruantiæ*, vt ex *Caietano, Soto, & Roias*, dicit ibidem *Pegna*. (*b*) Et licet videantur loqui de pœnis ſalutaribus, tamen debent etiam accipi de alijs extraordinarijs,ſaltẽ ijs quæ magis ad emẽdationem, quàm ad punitionem faciunt.

44. Quantùm tandem ad probationem, quæ fit à Teſtibus ſingularibus apud Nos ſpecialis eſt noſtrarum Conſtitutionum diſpoſitio, per quam decernitur, quod trium Teſtium ſingularium, qui etiam patiantur defectum complicitatis, depoſitiones ad pœnam ordinariam ſufficiant; ſic enim habent Statuta generalia Ord. (*c*) *Declaratur, & determinatur, quod ſi appareant duo Teſtes, licet ſint ſingulares, & ſocij criminum, deponentes de exceſſu, ſuper quo infligitur pœna carceris, procedatur contra talem ad inquiſitionem veritatis, detinen-*

tinendo eum in domo diſciplinæ, cum ieiunio panis, & aquæ ter in bebdomada, & diſciplina, ter in hebdomada per menſem, ſiue ad arbitrium Prælatorum: Et ſi talis conuinci non poteſt per propriam cōfeſſionem, moneatur canonicè: & apparente, poſtea alio Teſte, & Socio criminis procedatur contrà tanquam conuiĉtum. Intelligitur autem Statutum hoc de ſingularitate adminiculatiua, ſi crimen eſt initerabile, vt, ver. gr. Furtum, & Homicidium. Et in hoc ſenſu cum iure communi concordat; & etiam poteſt intelligi de ſingularitate diuerſificatiua, ſi deliĉtum eſt iterabile, vt fornicatio, proprietas, &c. Et rationabile eſt tale Statutum, quantumuis enim Teſtes ſint ſingulares quoad crimen in indiuiduo, non ſunt tamen tales reſpeĉtu criminis in ſpecie: & metaphyſica ſpeculatio eſt, quod probandum ſit ſemper crimen in indiuiduo, non enim, quà tale, præcisè punibile eſt, ſed in quantùm eſt de tali ſpecie. Ex.gr. quod quis fornicetur cum *Berta*, aut cum *Lamia*, ratio indiuidualis nihil confert ad crimen, cum idem ſit deliĉtum, ſiue cum vna, ſiue cum alia fornicetur. Si ergo vnus Teſtis deponat, quod verè *Caius* ſit fornicatus cum vna; alius cum alia; & tertius cum alia, quantumuis non ſit plenè probata fornicatio cū vlla ex his tribus, tamen eſt benè probata fornicatio in ſpecie, & vt de tali Reus punibilis eſt. Et hoc magis patet hoc exēplo. Accuſetur frater Minor de proprietate pecuniæ, vnus deponit die Lunæ vidiſſe ipſum cum crumena habēte monetas aureas; alius deponit vidiſſe eum die Martis cum moneta argentea; tertius deponit vidiſſe illum eruiſſe è manica, & expendiſſe die Mercurij varias ſpecies monetarum. Iſti profeĉtò cumulabuntur, & plenè probabunt proprietatem in ſe, eſto, quod aĉtus proprietatis minimè ſint probati; licet enim tempus ſit diuerſum, & ſpecies monetæ diuerſa, hoc nihil eſt: quia crimen illud habet traĉtum ſucceſſiuum, proindè tempus eſt ipſi accidentale; ſpecies monetæ paritèr eſt accidētalis crimini, cum æquè benè ſit vnus proprietarius cum auro, ſicut cum argento. A pari ergo accidunt fornicationi, in ſe, tempus, locus, & perſona in indiuiduo: proindè licet ſint Teſtes ſingulares diuerſificantes in illis, tamen conueniunt in cōcluſione fornicationis in ſe, quę venit punienda.

45. Quod ampliùs ſuadetur ex hoc, quod lex intendit per pœnam emendare malum habitum in Criminoſo, ad aliorum exemplum; ita vt ſi quis damnandus eſt ad pœnam, probanda eſt malitia in illo, ex qua prodijt deliĉtum, ob quod punibile eſt. Videamus nunc an malus hic habitus, vel malitia probetur per plures aĉtus. Si probandum eſſet in tali loco accenſum fuiſſe ignem, & *Aulus* deponit in mane talis diei vidiſſe fumum erumpentem de tali domo; *Seius* deponit in veſpere illius diei fuiſſe ibi, & tetigiſſe parietes, qui erant valde calidi; *Caius* deponit die ſequenti fuiſſe in illa domo, & vidiſſe parietes fumo nigricantes; vtique Teſtes iſti eſſent ſingulares, tamen plenè probarent ignem accenſum in tali domo; omnes enim illi effeĉtus, nempè fumi, caloris, & nigredinis ſunt ab vnica cauſa. Pari ergo modo, ſi probetur fornicatio cum *Berta*, & hoc à Teſte ſingulari; ab alio autem adulterium cum *Lelia*; à tertio autem fornicatio cum *Claudia*, probatus erit aliquis fornicarius, illi enim aĉtus omnes ſunt ab vno, & eodem principio, & cauſa mala, puta habitu libidinoſo. Vltra hæc, Teſtes deponentes de circumſtantijs ſingularibus tendentibus ad vnum finem, vt habetur in hoc *Textu*, non habentur ſingulares, ſed coniunguntur ad illud plenè probandum. Quare ergo non debent coniungi multi aĉtus ſingulares fornicationis, licèt fuerint diuerſi ratione perſonarum, loci, temporis, & modi ad probandam plenè fornicationem in ſpecie? Vtrobique enim par ratio eſt, & ſicut ex multis circumſtantijs ordinatis ad vnum finem, (quæ aliquoties, licet rarò, poſſunt æquiuocè concludere) plenè probatur crimen, quod ab illis indiuiduatur, à fortiori per multas fornicationes, quæ non ſunt ſigna æquiuoca, nec talia vllo modo poſſunt eſſe, concludenter debet remanere probata fornicatio in ſpecie, quæ, quà talis, punibilis eſt. Fateor quidem, quod multi Doĉtores tenent, quod per Teſtes ſingulares non ſit plena probatio, vt ſcribit *Paſſerinus*, (d) tamen apud Nos non eſt recedendum ab hac ſententia, ob rationes ſupra datas, quæ meo videri ſunt concludentes; & ſaltem pluſquam ſemiplenam probationem, & ſufficientem ad pœnam extraordinariam, in tali caſu, eſſe, firmiter teneo, vt paulò ſupra dixi.

46. *Si Teſtes ſint ſingulares, quo ad diuerſas circumſtantias ad idem deliĉtum tendentes, &c.* Nunc loquitur *Textus* de ſingula-

gularitate adminiculatiua, quæ tripliciter poteſt contingere, vel reſpectu ſubſtantiæ alicuius delicti; vel reſpectu circumſtantiarum ad vnum finem tendentium; vel reſpectu partium alicuius totius. Ex. gr. *Caius* deponit de viſu homicidium commiſſum à *Titio*; & *Seius* deponit de eodem homicidio audito ab ore eiuſdem *Titij*. Illi ſunt ſingulares reſpectu ſubſtantiæ delicti. *Caius* vidit *Seium*, dum explodit ſclopum, & *Titius* vidit eundem, dum ſclopi ictu occidit *Lucium*. Illi ſunt ſingulares in circumſtantijs ad eundem finem tendentibus. *Caius* vidit *Seium* furatum ab horreo *Sempronij* modium tritici; alius vidit eundem aſportantem ſaccum tritici; alius aliam menſuram, &c. iſti ſingulares deponunt de partibus componentibus totam quantitatem furti. Dicit ergo *Textus*, *Si Teſtes ſint ſingulares quo ad diuerſas circumſtantias ad idem delictum tendentes, &c. tunc non ſunt ſingulares*, puta ſingularitate *diuerſificatiua*, ſed *adminiculatiua*, & probant non quidem plenè, ſed plusquam ſemiplene. (e) Subtiliter autem diſtinguendum eſt, & à Iudice obſeruandum an iſtæ circumſtantiæ ſint inter ſe ita continuatæ, vt vna inferat aliam, & omnes inferant factum. Quia, ſi ità ſunt continuatæ, quod iudicio prudentis viri non poſſint non concludere factum, dico per Teſtes ſingulares plenè probari factum, aliter aut nulli, aut pauciſſimi darentur conteſtes. Demus caſum, quod probari debeat, quod Chirurgus ſecuerit venam tali die *Titio*; vnuſque Teſtium, qui erant in camera, vidit Chirurgum parantem faſcias pro alligando vulnere; alius vidit eundem educentem de theca lanceolam, alius vidit eundem vitta ſtringentem brachium; & alius vidit ſolus quando venam ſecuit, tribus alijs ad alia diuertentibus; tollereturnè per hoc, quominùs omnes ſint conteſtes de phlebotomia facta, licèt ſint ſingulares circa circumſtantias? Minimè; & ratio eſt, quia illæ ſunt taliter continuatæ ordine, & tempore, vt factum omninò probent; quod ſi probarent tantùm illi conteſtes, qui viderunt actum præciſiſſimum, pauci, ne dicam nulli, eſſent verè conteſtes. Quod ſi circumſtantiæ non habeant talem continuationem, & licèt inclinent ad probandum factum, tamen inter eas mediat aliquod tempus, per quod diſcontinuentur; imò ad aliud factum poſſunt pertinere, vtique fateor, quod plenè non probant Teſtes ſingulariter de his deponentes, ſed tantùm pluſquam ſemiplenè, vt dictum eſt; & in hoc multum committitur arbitrio Iudicis in benè ponderanda connexione circumſtantiarum.

47. Si verò vnus Teſtis de viſu deponit de delicto, & alius teſtificatur ſe idem delictum audiſſe de ore Rei, tunc coniunguntur, & cumulantur iſti duo Teſtes, & conſurgit pluſquam ſemiplena probatio, quia ex quo vnus Teſtis de viſu ſemiplenè probat, alius de auditu aliquid addit, & ſic ſentiunt *Doctores*. (f) Quod ſi eſſent duo, vel plures de auditu de ore Rei, & vnus de viſu, ex his reſultaret proculdubio plena probatio integrata ex duabus ſemiplenis, vt concludunt ijdem *Doctores*.

48. Tandem Teſtes adminiculatiuè ſingulares copulantur ad probandum aliquod totum; ſed diſtinguendum eſt de toto aut integrali, aut quantitatiuo, ſeu per aggregationem. Si loquamur de primo ſummoperè mihi arridet doctrina *Abbatis*, (g) qui dicit, quod Iudex *ex varijs cauſis facti habet iudicare per iudicium rationis, vel ex eis elicere ius*. Vndè licet aliqui Teſtes ſingulares probent propinquitatem, ſeu gradus conſanguinitatis per verba facti, nihil dicendo de parentela, neque de iure ipſius, Iudex, ex illis factis, colligit ius. Ita eſt in caſu noſtro, ſi enim probandum ſit aliquod totum, cuius partes regularitèr ſunt vnitæ, nec vna earum ſine alijs eſt, certè, illis probatis per Teſtes ſingulares, Iudex formare debet iudicium rectum, quod illud totum extiterit. Ex. gr. ſi probandum eſt, quod *Caius Sacerdos* Miſſam dixerit die Dominico, & *Seius* probet vidiſſe illum ad Altare, legentem Epiſtolam; alius deponat vidiſſe illum Hoſtiam eleuare; alius deponat ſe vidiſſe conſumere Hoſtiam, & haurire Calicem, certè per iſtas probationes ſingulares adminiculatiuè remanebit probata tota Miſſa, vt etiam voluit *Innocentius*, (h) & ratio eſt, quia illæ partes regularitèr ſunt vnitæ, vna infert aliam, & ex omnibus totum conſurgit. Sed de toto quantitatiuo non cenſerem eandem eſſe rationem, niſi illæ partes probarentur pari modo continuatæ. Do exemplum, culpatur *Caius*, quod fuerit furatus *Titio* totum triticum horrei ſui, quod erat determinatæ quantitatis; vnus porrò Teſtis deponit vidiſſe *Titium* tali die inibi aſportaſſe modium; alius

alius, alio tempore, aſportaſſe alium modium; & alius alium, diuerſo tempore; iſti Teſtes ſingulares nequirent cumulari, quia actus illi ſunt tempore diſcontinuati, nec vna quantitas tritici aſportati infert aliam de neceſſitate, quia ſunt ſeparabiles. Si verò vna, & eadem hora ſucceſſiuè, & continuatè *Caius* viſus eſt ab illo loco, in quo aliud triticum non eſt, aſportare vnum modium; immediatè ab alio Teſte alium, & ſic donec quantitas aſportata integret totam quantitatem tritici; vtique diceretur probatum, non quidem plenè, ſed pluſquam ſemiplenè furtum totius tritici, ſuppoſito, quod Teſtes eſſent vndequaque integri; & ſi accederet aliquod aliud indicium, euaderet plenè probatum.

49. *Item ſi multi eundem actum viderint ſucceſſiuè, &c.* Tali caſu non poſſunt rationabiliter dici Teſtes ſingulares, ſed ſunt verè conteſtes, quia eundem actum vident, non enim de neceſſitate eſt, ad hoc, quod plures ſint conteſtes, quod omnes eodem tempore idem videant, ſed ſi id, quod debet conſtare per Teſtes habeat permanentiam, & continuationem, vtique ſufficit, quod in diuerſis temporibus videatur, & ſic illi euadunt verè conteſtes, & probant plenè, vt cum *Textu* alij (*i*) ſcribunt. *Cæterum Teſtes ſingulares non probant, niſi ad inquirendum*, puta etiam in ſpecie, & *faciunt indicium ad torturam*, ſi probatum ſit corpus delicti, & ipſi nullam patiantur exceptionem; quia *faciunt ſemiplenam probationem, ſi ſuper facto*, puta ipſo crimine per ſenſum ſuum cognito, *deponunt*; non vero ſuper indicio, & in hoc concordant *Doctores*. (*l*)

50. Aſſignauimus ſupra differentiam inter Teſtem ſingularem, & Vnicum; de ſingulari hucuſque dictum eſt, nunc de Vnico reſtat dicendum aliquid, cum de hoc nihil habeat *Textus*. Dico ergo, quod de iure tum *Pontificio*, tum *Cæſareo* (& nonnulli tenent, (*m*) quod etiam de iure Diuino) Teſtis Vnicus non probat, puta plenè: (*n*) facit tamen præſumptionem, (*o*) & ſi eſt omni exceptione maior, facit ſemiplenam probationem. (*p*) Sequitur hinc, quod neque Iudex, qui poteſt iudicare, ſola facti veritate perſpecta, poteſt vnico Teſti fidem adhibere, ad plenariè probandum delictum, quantumuis Teſtis eſſet dignus, & in gradu poſitus conſpicuo, vt *Epiſcopus*, aut *Cardinalis*. (*q*) Quod autem dictum eſt, intelligi debet, quando Teſtis deponit in præiudicium tertij, & criminaliter: ſed quando deponit ad defenſionem alicuius, ſi eius probatio non tendit ad deſtructionem probationum Accuſatoris, ſiue Fiſci, tunc probat. Ex.gr. Si *Caius* deponeret *Seium* occidiſſe quidem *Titium*, ſed hoc fuiſſe ad ſui defenſionem; vel quod *Titius* mortuus eſt ex malo regimine victus, non autem ex vulneribus ſibi inflictis à *Seio*, quæ non erant mortalia. Hoc caſu licet *Caius* eſſet Teſtis vnicus, tamen probaret, & *Seius* non poſſet condemnari, ſed ad plùs torqueri, vt cum multis ſcribit *Farinacius*. (*r*)

T E X T V S.

§.VII. Teſtes inhabiles ex pluribus adiuuari poſſunt, vt dictum Socij Criminis, vel Vulnerati, Sollicitati, Corrupti, quod regulariter facit indicium ad ſolam inquiſitionem, non ad examinandum Reum, vel torquendum (niſi in delictis exceptis, & quæ per ſolos Socios criminis probari poſſunt, quia tunc iuratus, & per torturam purgatus, facit ſemiplenam probationem: & ſi fuerit adiuuatus per aliud dictum Socij criminis, faciet integram probationem) ſi habuerit adminiculum alterius indicij, ſat erit ad conſtituendum Reum, etiam in rigoroſo examine: & plenè probabit, ſi alterius integri Teſtis fuerit teſtimonio roboratum.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

51. *Teſtis inhabilis de iure naturæ non poteſt adiuuari.*

Teſtes inhabiles, quomodo iuuari poſſunt.

52. *Socius criminis non recipitur in Teſtem.*

In nonnullis caſibus auditur, & quãdo.

Quando interrogandus Socius criminis.

53. *Dictum Socij criminis, quid operetur.*

Cum adminiculis, facit ad inquirendum in ſpecie.

In caſibus exceptis, etiam ſinè adminiculis, facit ad inquirendum ſimiliter in ſpecie.

Sine adminiculis, regulariter facit ad inquirendum in genere.

54. *Valet pro exculpatione Socij, & quomodò.*

55. *Socius criminis debet iurare.*

Et purgare inhabilitatem per torturam.

Si habet alias inhabilitates, non purgatur per torturam.

56. *Adiuuatus à dicto alterius Socij, cum adminiculo, probat ad pœnam extraordinariam.*

57. *Teſtis quoquomodo inhabilis de iure humano, cum adminiculis, facit ad torturam.*

Iudicare de adminiculis, Iudici eſt arbitrarium.

Teſtis inhabilis tortus, cum adminiculis iunctis Teſti integro, probat.

58. *Ex quibus cauſis Teſtes inhabilitantur.*

Teſtes inhabiles multis modis ſanantur.

Omnes modi non conueniunt omnibus Teſtibus.

59. *Priuilegium cauſæ ſanat omnes Teſtes inhabiles.*

Teſtes inhabiles de iure humano, apud Nos, admittuntur vniuerſaliter.

60. *Tortura ſanat Teſtes inhabiles ex delicto.*

Sed oportet, quod delictum, ob quod ſunt inhabiles, importet pœnam corporalem.

Excommunicatio etiam occulta, ſi probatur, excludit à teſtificando.

Teſtis inhabilis, cauſa Excommunicationis, non torquetur, ſed abſoluitur.

Pauperes, & viles non ſunt torquendi.

Infames ex arte peccaminoſa ſunt torquendi.

61. *Numerus iuuat Teſtes inhabiles vniuerſaliter, ſed non ſuſpectos de falſo.*

Si numerus eſt magnus, & Teſtes aliàs ſunt bonæ famæ, ſanantur.

62. *Copulatio cum Teſte integro ſanat inhabilem.*

Aliqui volunt, quod inhabilis, cum Teſte integro non plenè probat.

Alij tenent contrarium.

Conciliantur ſententiæ.

Teſtis inhabilis purgatus, ſi ex ſe, cum adminiculis, facit ſemiplenam probationem, iunctus Teſti integro, plenè probat.

63. *Dictum Vulnerati facit ad inquirendum, non ad torturam.*

Si eſſent tres Vulnerati ab vno, probarent ad torturam.

64. *Sollicitatus, ſi querelat eſt Accuſator, & non probat.*

Si non querelat, & aliàs ſit integer, ſemiplenè probat.

Corruptus conſentiens non probat abſq; tortura.

Per vim, cum ruptura, item ſine tortura, probat.

Sine adminiculis, aut indicijs, non probat ad torturam.

Pubes in cauſa criminali iurare poteſt.

65. *Suſpectus eſt Teſtis nimis citò reſpondens interrogationi.*

Item nimis moroſus; & dubius.

Item ſi deponit inueriſimilia.

Inueriſimilia, quæ dicantur.

Inueriſimile dicitur ab aliquibus; quod aliquis non recordetur facti recentis.

Tamen in facti contingentia poteſt accidere.

Suſpectus eſt Teſtis; qui citat ſolos mortuos in conteſtes.

Pariter, qui dicit vidiſſe de nocte, non reddendo rationem quomodo vidit.

Et adhuc reddendo rationem, non eſt Teſtis integer.

Deponens ſuper negatiua non coarctata eſt ſuſpectus de falſo.

Negatiua coarctata, quando, & quomodo eſt probabilis.

Reſpondens ſermone præmeditato, eſt ſuſpectus.

Item ſe ingerens in cauſa, & ſponte comparens.

51. IN *Textu* tangitur modus adiuuandi Teſtes inhabiles, qui licet multiplex ſit, tamen ipſum non ſpecificat niſi dupliciter, puta, quod adiuuentur per adminicula; & per copulationem cum alio Teſte integro, ex quo patet, quod non vniuerſalitèr, nec taxatiuè, ſed exemplari-

plariter tantùm *Textus* loquatur. Hic autem aduertendum, quod Teſtes abſolutè inhabiles, vt ſunt ij, qui tales dicuntur de iure naturæ, vt ſupra diximus, *(s)* nunquam, & nullo modo poſſunt adiuuari, vt habiles euadant; ſed habilitari, aliquo modo, poſſunt alij inhabiles de iure ſcripto. Dicit ergo, quod *Teſtes inhabiles* in ſenſu, quo dictum eſt, *ex pluribus adiuuari poſſunt*; poſſunt enim iuuari à qualitate cauſæ priuilegiatæ, quæ illos admittat, puta, quia agitur de crimine excepto, difficilis probationis; aut cuius aliter veritas haberi non poteſt. Pariter iuuantur alijs indicijs, adminiculis, tortura, numero Teſtium, & copulatione cum Teſte integro. Nunc recenſet nonnullos ex inhabilibus, & dicit, vt dictum *Socij criminis, vel Vulnerati, Sollicitati, Corrupti* (adde, Excommunicati, Infamis, Minoris, &c. cum alijs, quos ſupra diximus inhabiles ad teſtificandum, *) quod regulariter facit indicium ad ſolam inquiſitionem*, puta generalem, non ad conſtituendum, neque *ad examinandum Reum, vel torquendum*. Sequitur, *niſi in delictis exceptis, & quæ per ſolos Socios*, complices nempè in eodem delicto, *probari poſſunt*.

52. Quia verò hic tangit de Socio criminis, de quo parùm hucuſque dictum eſt; ſciendum, quod Socius criminis in criminalibus non recipitur in Teſtem, vt ſancitur vtroque iure, *(t)* tum quia ex hoc, quod criminoſus eſt, redditur infamis, & ita inhabilis: tum quia habet intereſſe in cauſa, & ad ſe exonerandum, grauabit Socium. Tamen Socius criminis in tribus caſibus auditur, primo, quando delictum de ſui natura tale eſt, quod requirit Socios, vt Conſpiratio, Coniuratio, & ſimilia; vel non ſolet committi ſine Socijs, vt graſſatio in via, vel furtum multarum rerum, ad quas aſportandas multi ſolent vniri. Secundò, ſi adſint indicia, quod crimen commiſſum fuerit cum Socijs. Tertiò, quandò ius diſponit Socios eſſe de conſocijs interrogandos. *(u)* In iſtis ergo caſibus Iudex, ex officio, interrogare debet de Socijs delicti; extra hos caſus, Reus de ſe confeſſus, non poteſt de Socijs interrogari: & licet aliquem nominet, vel inculpet, non probat ſufficienter ad torturam: neque ſi examinetur, vt Teſtis, quia, neque vt Teſtis, poteſt examinari, & ſi examinatur, ei non creditur.

53. Sed quid operatur tale dictum? Reſpondeo diſtinguendo dupliciter. Vel ſumus in caſu excepto, vel non. Paritèr vel adſunt alia adminicula præter dictum ipſius, vel non. Si depoſitio ſit adminiculata alijs indicijs, pro caſibus ſiue exceptis, ſiue non, valet ad inquirendum in ſpecie; ſed ſi aliud non eſt indicium, pro caſibus non exceptis talis depoſitio valet ad inquirendum tantùm generaliter, non verò ſufficit ad citandum, aut conſtituendum Reum; pro exceptis autem valet ad inquiſitionem ſpecialem, vt commmuniter *Doctores* citati à *Farinacio*. *(x)*

54. Valet inſuper dictum Socij criminis pro exculpatione Conſocij in delicto, quando ſcilicet Socius criminis non eſt productus à Reo ad ſui defenſam. Si enim Reus producit in Teſtem Socium criminis, qui non eſt carceratus, ſed vel eſt aggratiatus à Principe, vel ſe indultauit, dicto iſtius non creditur, tum quia infamis eſt; tum quia præſumitur ſubornatus, aut corruptus. Si verò carceratus eſt, & à Iudice interrogetur ſiue ex officio, ſiue ad partis inſtantiam, tunc ad exculpationem Rei valet dictum ſuum; tum quia non poteſt præſumi in eo falſitas ex corruptione, neque quod velit grauare ſe, vt alium ſubleuet; tum quia fauorabilior non debet eſſe offenſio, quam defenſio, & ius Fiſci, aut Accuſatoris, quam Rei; tum quia ad defenſam Teſtes aliàs inhabiles valent, vt dictum eſt. Verumtamen eſt, quod ſi inquiſitus eſt conuictus, dictum Socij criminis non infringit plenam probationem, quæ non tollitur per oppoſitum indicium. *(z)* Sed ſi non eſt conuictus, ſed ſolùm poteſt torqueri, dictum Socij valet, vt non torqueatur. Et inſuper, ſi Reus ex præcedentibus indicijs tortus, in tormentis confeſſus eſſet crimen; & ex poſt Socius criminis, ipſum exculparet, & nulla eſſet præſumptio ſubornationis; huius dictum faceret, quod Reus minimè poſſet condemnari, ſaltem ad pœnam ordinariam: *(a)* quia vbi confeſſio redditur inueriſimilis ex contrarijs indicijs, non ſufficit ad condemnationem ad pœnam ordinariam. Sed quæ dicta ſunt de valore dicti Socij criminis, debent accipi, ſi inhabilitatem purgauerit per torturam, vt infra dicemus.

55. Sequitur *Textus*, *quia tunc iuratus, & per torturam purgatus, facit ſemiplenam probationem*. Quod Socio criminis dãdum ſit iuramentũ, vt eius dictum pro-

bet perſpicuum eſt; quantumuis enim ſit Reus, quo ad ſe, tamen quo ad alios eſt Teſtis, cui ſine iuramento non creditur: *(b)* ſed debet pariter torqueri, quia cum ex proprio delicto infamis effectus ſit, non debet admitti in Teſtem ſine tortura, *(c)* quæ maculam tollat. Quando ergo Socius criminis in tortura nominauit aliquem Complicem, priùs ſpontè debet extra torturam hanc depoſitionem ratificare, & poſteà iterùm leuiter torqueri, vt depoſitionem in tortura confirmet, & defectum infamiæ purget. *(d)* Quid autem, ſi Socius criminis aliàs patiatur inhabilitates, poteſtne purgare omnes per torturam, ita vt eius dictum ſemiplenè probet, & faciat indicium ad torturam? Dico, quod non, niſi adſint alia indicia de ſe ſufficientia ad torturam inferendam. *(e)*

56. *Et ſi fuerit adiuuatum per aliud dictum alterius Socius criminis faciet integram probationem*. Hic ponitur alius modus, quo iuuari poſſunt Teſtes inhabiles; & ad hoc ſciendum, quod Teſtium multitudo adiuuat illorum inhabilitatem, dummodò iurati, & torti ſint, & teſtificentur ſuper ſubſtantia facti, & non ad probanda indicia. Loquendo autem de inhabilitate ob complicitatem in crimine, de qua loquitur hic *Textus*, dum dicit, quod eius dictum *adiuuatum per aliud dictum alterius Socij criminis, facit integram probationem*, non accipiendus eſt, quod illam faciat ad pœnam ordinariam, ſed tantùm extraordinariam; & inſuper requiritur, quod, ad hanc irrogandam adſint etiā alia adminicula, aliter non faciunt, niſi ad torturam, vt *Doctores (f)* communiter dicunt, ſed accedentibus adminiculis ſufficit ad pœnam extraordinariam. Si verò Socij criminis eſſent tres, qui iurati, & torti deponerent contra quartum, facerentne probationem ad pœnam ordinariam? In hoc puncto *Doctores* diuerſificantur, opinio autem communior eſt, quod quando Teſtes huiuſmodi ſunt plures, quam duo, qui concordant in ſubſtantia, & deponunt veriſimilia, purgata inhabilitate per torturam, admiſſi in caſibus à iure permiſſis, plenè probant, & faciunt ad pœnam ordinariam, maximè, ſi alijs indicijs eorum dicta ſint adminiculata, & hanc opinionem, quam, præter *Farinacium, (g)* multi tenent, puto veriſſimam, aliter infinita penè delicta, & quidem grauiſſima, quæ ſolent in locis remotis committi, vbi adſunt tantùm Socij criminis, qui teſtificari poſſunt, euaderent impunita; & praxis Curiarum hanc opinionem ſequitur.

57. *Si habuerit adminiculum alterius indicij, ſat erit ad conſtituendum Reum, etiā in rigoroſo examine*. Concludit modo ſenſum, quem longa parentheſi interruperat, & dicit, quod depoſitio Teſtis quoquomodo inhabilis de iure humano, ſi coniunctum habet adminiculum alterius indicij, ſufficit ad conſtituendum, examinandum, & etiam torquendum Reum. Quænam ſint autem indicia talia, quæ ſufficiunt ad ſupplendum Teſtis defectum, committitur Iudicis arbitrio, & in hoc magna indiget prudentia, perſpicacitate, & conſilio, ne proximum grauet. *Et planè probabit, ſi alterius integri Teſtis fuerit teſtimonio roboratum*. Prout enim ex iure *(b)* dicunt *Doctores*, Socius criminis, ſicut & quiuis alius Teſtis inhabilis, iunctus cum alio Teſte fide digno, facit fidem; & ratio eſt, quia purgata inhabilitate per torturam, accedente aliquo adminiculo, Teſtis inhabilis ſemiplenè probat; paritèr Teſtis, integræ fidei ex ſe ſolo probat itidem ſemiplenè; hinc fit, quod ambo copulati integrant plenam probationem.

58. Quia verò pro verbali explicatione *Textus* locuti ſumus tantùm de Socio criminis, & ſuperſunt alij Teſtes inhabiles, de quorum auxilio nihil dictum eſt, ſicut & de diuerſis modis eos iuuandi, ideò ne mancus euadat *Tractatus*, etiam de his loquendum eſt. Omiſſis ergo Teſtibus de iure naturali prorſus inhabilibus, prout diximus, qui nullo modo poſſunt iuuari; dico, quod Teſtis iure humano inhabilitantur, vt dicitur in *Digeſto*, *(i)* aut in pęnā alicuius delicti, vt Socius criminis, Infamis infamia iuris, aut facti, &c. aut ratione reuerentiæ, quam debet erga eos, contra quos deberent teſtificari; vt Filius reſpectu Patris, Vxor reſpectu Mariti, Laicus reſpectu Clerici, &c. aut ratione ſuſpicionis de falſo, vt Suſpectus, Amicus, Familiaris, Minor, qui ex incapacitate vſus rationis poteſt falſum teſtificari, &c. Multipliciter autē habilitantur, & pro habilitatione iſtorū plura ſunt media; Primum eſt cauſę qualitas, puta criminis excepti, difficilis probationis, aut de quo nō poteſt aliter haberi veritas. Secundùm eſt tortura, per quā purgatur aliqua inhabilitas. Tertium eſt numerus Teſtiū. Quartum tandem eſt copula-

pula-

pulatio cum Teſte totaliter integro. Sed ſciẽdum eſt, quod non omnes iſti quatuor modi ſanandi Teſtes, conueniunt vniuerſalitèr omnibus inhabilibus, ſed vnum vni, alterum alteri. Ex.gr. Si in caſu conceſſo à iure, vt in crimine læſæ Maieſtatis, Filius, qui eſt Teſtis inhabilis, deberet teſtificari contra Patrem, ille non eſſet torquendus, vt euaderet habilis, cum tamen in illa cauſa eſſet torquendus Socius criminis, vt talis fieret; vnde apparet, quod inhabilitas in Filio tollitur per priuilegium cauſæ, quod tamen non ſufficit ad habilitandum Socium criminis.

59. Dico ergo, quod primum medium, puta Cauſa priuilegiata, habilitat omnes Teſtes, qui ſunt de iure humano aliàs inhabiles, & hoc quomodocumque, & qualitereumque, & circa hanc concluſionem nulla eſt controuerſia. Aduerto autem, quod cum apud nos non inſtituatur inquiſitio criminalis regularitèr, niſi quandò delicta ſunt grauiora, aut grauiſſima, & proindè excepta; & noſter modus procedendi ſit ſummarius, & iuris ſolemnitates abijciat, retentis ſolis actibus iudicij, quæ iuris naturalis, & Diuini ſunt, ſequitur proindè, quod Teſtes de iure humano inhabiles, qui in alijs Curijs repelluntur, apud Nos admittuntur, ſeruatis circa eos aliàs à iure præſcriptis. Verum eſt, quod apud Nos non admittuntur in Teſtes Pater, Frater, Nepos, & Conſanguinei vſq; ad quartum gradum, niſi in delicto enormi, & quod aliter non poſſit probari; nec poſſumus cogere Filium examinari contra Patrem abſque licentia Superioris Generalis; ſed hoc eſt, non quod à priuilegio nobis facto à *Bonifacio Octauo* hoc non poſſimus; ſed quia hoc diſponit noſtra lex municipalis, vt infra dicemus. *(l)*

60. Secundùm medium conuenit, & requiritur cum omnibus Teſtibus, qui ex delicto redditi ſunt infames, & in pœnam illius ſunt inhabiles: oportet porrò, quod delictum importet ſecundùm ſe pœnam corporalem, ad hoc, vt tales ita inhabilitentur, vt per torturam debeant purgari. Hoc dico, quia Excommunicatus excommunicatione maiori, ſicut etiam Suſpectus repellitur à teſtimonio, *(m)* etiam ſi Excommunicatio eſſet occulta, dummodò probetur: & tamen in caſibus exceptis admittitur, & minimè torquetur, ſed tantùm abſoluitur ad hoc, quod eius teſtimonium valeat; & tamen Excommunicatio maior eſt grauiſſima pœna pro delicto inflicta: ſed quia pœna ſpiritualis eſt, torturam corporalem ad purgationem non requirit. Sequitur ergo, quod alij Teſtes inhabiles aut ob reuerentiam debitam ijs, contrà quos debent teſtificari; aut ex defectu vſus rationis, vt *Pueri*, *Minores*; aut ſexus, vt *Mulieres*; aut ex ſuſpicione falſitatis, vt *Amicus*, *Familiaris*, *Fautor*, *&c.* non debent torqueri. Non debent pariter torqueri pauperes, neque viles, qui licèt de iure *(n)* ſint inhabiles, non tamen torquentur, dummodò licet paupertate laborent, & viles artes exerceant, ſint tamen bonæ famæ, & vitæ honoratæ. Si verò ars, quam exercent non eſt vtilis Reipublicæ, ſed Vilis, & Infamis, vt *Buffonis*, *Mimi*, *Hiſtrionis*, *&c.* torquentur; eorum enim ars, cum ſine peccato exerceri non poſſit, crimen eſt, ob quod non debent ſine tortura admitti; aliæ autem artes viles quidem, ſed quæ peccatum non inuoluunt, vt *Cerdonis*, *Veteramentarij*, *Baiuli*, *Mediaſtini*, *&c.* torturam minimè requirunt, vt dicunt *Doctores*. *(o)*

61. Tertius modus iuuandi Teſtes inhabiles eſt numerus; porrò modus iſte competit omnibus inhabilibus quacumq; inhabilitate, exceptis ijs, qui repelluntur ob ſuſpicionẽ falſitatis. Certum eſt enim, quod ſi duo, aut tres Filij in caſu permiſſo teſtificabunt contra Patrem; aut Conſanguinei plures contra conſanguineum, aut plures Laici contra Clericum, vel plures Minores contra adultum; vel plures Criminoſi torti, vt ſupra dictum eſt, plenè probabunt. Si autem ſint inhabiles ex ſuſpicione falſitatis, vt ingenioſè aduertit *Paſſerinus* *(p)* ex eorum numero potiùs augetur, quam tollatur, ſuſpicio falſitatis; Si enim omnes laborant hoc vitio, tot creſcent motiua indiuidualia ſuſpicionis, quot creſcent huiuſmodi Teſtes, quando nempè ipſi vitioſi aliàs ſunt, & ſuſpicio falſitatis ipſorum eſt ex cauſa turpi, vt ſubornatione, aut corruptione per pecuniam, amicitia mala, Factione, &c. Ad hoc ergo, quod per numerum reparetur inhabilitas Suſpecti, requiritur, quod alij Teſtes non ſint affecti ſimili inhabilitate, ſed alia diuerſi generis. Verùm eſt, quod per magnum numerum huiuſmodi Suſpectorum poteſt tolli huiuſmodi ſuſpicio, & induci præſumptio veritatis: hoc verò eſt, quando Teſtes iſti eſſent aliàs bonæ famæ, virtuoſæ conuerſationis, viri

graucs

graues aut ætate, aut dignitate, & ſuſpicio orireturex cauſa non mala, vt Conſanguinitate, Amicitia virtuoſa, &c. tales enim conditiones tollunt præſumptionem falſi, & ita per numerum reparatur eorum inhabilitas.

62. Quartus modus eſt copulatio cum alio Teſte integro. Iſte paritèr modus conuenit vniuerſalitèr omnibus Teſtibus, vbi admittuntur. Sed in hoc puncto variæ ſunt *Doctorum* ſententiæ, quia nonnulli *(q)* volunt, quod Teſtis inhabilis, iunctus cum Teſte integro, non probet plenè, & ad pœnam ordinariam, ſed tantùm pluſquam ſemiplenè, ad torturam, & ad plùs ad pœnam extraordinariam, quia fides Teſtis integri, quantumuis digni, non poteſt ſupplere defectum alterius Teſtis diminuti. Sed alij, prout ſupradiximus, tenent contrarium, & volunt, quod plenè, & ad pœnam ordinariam probet. Sed iſta diſcordantia poteſt vniri ad bonum ſenſum per hanc regulam, quæ eſt generalis. Si Teſtis inhabilis vel per torturam, vel per adminicula ita iuuatur, quod ſuum dictum ſemiplenè probet, iunctum cum Teſte integro plenè probabit. Ratio euidens eſt, quia illæ duæ ſemiplenæ probationes (Teſtis enim integer ex ſe ſemiplenè probat) coniunguntur; & ex his duabus euadit plena probatio; & neſcio quomodò ex *Farinacio* aſſerat *Paſſerinus*, *(r)* quod duæ ſemiplenæ probationes non coniunguntur ad pœnam ordinariam, hoc enim eſt manifeſtè falſum, quia indicia violenta, quæ ex ſe ſufficiunt ad torturam, & ideò ſemiplenè probant, optimè coniunguntur cùm dicto Teſtis de viſu integri ex ſe ſemiplenè probantis, & faciunt ad pœnam ordinariam, & hæc eſt praxis totius Mundi. Poſita ergo regula illa, *Auctores* dicentes, quod Teſtis inhabilis, iunctus cum integro, non probat ad pœnam ordinariam, debent intelligi, quando Teſtis inhabilis non habilitatur in tantùm, quod ſemiplenè probet, & proindè iunctus cum integro non plenè probat, vt clarum eſt. Sed adiuuatus in tantùm, quod ſemiplenè ex parte ſui probet, vtique cum integro faciet ad pœnam ordinariam. *Textus* porrò noſter expreſsè ſuprà hoc habet, & cum ipſe apud Nos legem faciat, ita à noſtris Iudicibus in facti contingentia eſt iudicandum.

63. Porrò, quia *Textus* ſupra locutus eſt de Vulnerato, Sollicitato, & Corrupto, aliquid de dictis iſtorum tangendum eſt; Sciendum ergo, quod omnes iſti patiuntur defectus, & non ſunt Teſtes integri, quia ſunt Accuſatores quodammodò, & Partes; proindè dictum Vulnerati facit tantùm indicium ad inquirendum in ſpecie, nullo modo autem ad torturam; *(s)* proindè indiget admiculo aliorum indiciorum, vt plenè probet, nullo enim alio modo poteſt ſibi ſubueniri; cum tortura ipſi non competat. Quid ſi eſſent duo, vel tres eodem contextu ab vno vulnerati, ſubueniretur nè iſtis per numerum, ita vt plenè probarent? Non vidi hucuſque *Doctorem* de hoc caſu ſcribentem; ſed dicerem, quod non, ſaltem ad pœnam, ſed tantùm ad torturam: quia cum iſti habeant intereſſe in cauſa, & ſint Partes, præſumitur, quod non ſint dicturi verum circa probationem doli mali, in quo conſiſtit formalitas delicti; non depoſituri enim præſumuntur, quod ipſi aggreſſi ſint eum, qui vulnerauit, & ille hoc fecit ad ſui defenſam, caſu quo reuera ita fuerit; ſed quod ſint dicturi, quod ille inſidiatus ſit ipſis, caſu penſato, & vulnerauerit. Neque dicerent, quod ipſi illum prouocauerint, ſed è contra, dicent, quod abſque vlla cauſa percuſſit; & præſumptio potiùs eſt, quod tres vulnerent vnum, quàm vnus tres. Proindè à numero non reparatur eorum inhabilitas abſque alijs adminiculis, vndè nec probabunt ad pœnam.

64. Sollicitatus paritèr gerit vicem veri Accuſatoris, (ſicut & Vulneratus) ſi querelat; & ſi non querelat, eſt Teſtis vnicus, qui abſque adminiculis non probat, & neque per torturam ſanatur, quia ex paſſiua ſollicitatione, ſi minimè conſenſit, non fuit criminoſus. Sed ſi non accuſaret, & vocatus eſſet vt Teſtis, ſi cęteris paribus eſſet integer, certè ſemiplenè probaret: præſertim, ſi ipſe non inſtigauit Accuſatorem, nec punitionem Rei intendit. Corruptus verò, vel ſuccubuit voluntariè, & adſunt adminicula fracturæ, & hoc caſu debet torqueri, & eius depoſitio ſufficit ad torturam; torquetur verò, quia ex conſenſu factus eſt criminoſus, & infamis, & ideò per torturam debet maculam purgare. Si verò per vim fuit ſtupratus, & adeſt fractura, abſque eo, quod torqueatur, probat ad conſtituendum Reum ad torturam. *(t)* Et ratio eſt, quia per indicium fracturæ ſubuenitur ſuæ inhabilitati. Si verò nullum aliud indicium interuenerit, facit ſimpli-

Digitized by Google

ſimpliciter ad inquiſitionem. Aduerto autem, quod corruptus, in hoc caſu, debet eſſe extra annos pubertatis ad hoc, vt probet ad inquiſitionem; quia intra illos iurare non poteſt, & ſuum dictum abſque iuramento nihil operatur; pubes autem iurare poteſt, & in criminali cauſa de conſuetudine, (vt teſtatur *Caualcantius (u)* admittitur cum iuramento.

65. Præter hucuſque enarratos Teſtes inhabiles, quorum teſtimonia reprobantur à iure, & non admittuntur, ſunt etiam alij, qui licet admittantur à Iure, tamen debent, vel in totum repelli à Iudice, vel dictis ſuis fides tantùm diminuta adhiberi, & iſti dicuntur ſuſpecti de falſo. Suſpicio autem non prouenit à qualitate perſonæ, aut ratione infamiæ, vt periurus; aut retione odij, vt inimicus; aut ratione affectionis, vt amicus; ſed à qualitate depoſitionum; & quia *Auctores* multa de his tradunt, & velle ſingulorum auctoritates adducere eſſet labor prolixus, & parùm fructuoſus, enumerabo per breues concluſiones caſus, in quibus ſubeſſe poteſt ſuſpicio, & qui vult eas videre roboratas teſtimonio *Doctorum* adeat *Sgroi*, qui in ſuo docto libro (x) eas auctoritatibus firmat, & nos ab eodem mutuauimus. Dico ergo, quod ſuſpectus eſt Teſtis nimis citò reſpondens, & repentinè loquens, & multò magis, ſi reſpondet ante lectum ſibi totum articulum, aut completam interrogationem. Secundò Teſtis in reſpondendo moroſus, præſumitur dubius, & incertus, & vt ſuſpectus reputatur. Tertiò, ſi deponit inueriſimilia, redditur ſuſpectus de falſo, nam in delictis eſt attendenda veriſimilitudo, & articulantes inueriſimilia non audiuntur. Inueriſimilia porrò dicuntur, quæ deuiant à curſu ordinario naturæ, aut moris, vt quod puer octennis ſtuprauerit; vel quod aperto liberè oſtio commiſſum ſit adulterium: cum ſecundum vires naturæ ille ſit inhabilis, & ſecundùm morem Adulterantes, quantùm poſſunt, ſe celent. Inter inueriſimilia ponitur à quibuſdam (a) obliuio de re facta, aut viſa, aut audita de recenti; & dicitur ab illis Teſtis inueriſimilia deponere, quando dicit ſe non recordari de re, quæ de recenti fuit. At hoc non paſſim admittendum didici ab experientia, quam habeo de me ipſo; licet enim non ita labilis ſim memoratiuæ, vt in nonnullis obſeruaui, tamen aliquando mihi accidit non potuiſſe recordari poſt veſperas, quæ mihi ſucceſſerint mane, & hoc vel quia diſtractus ad illa non applicaui, aut alia mihi incognita cauſa. Non nego præter morem eſſe, quod aliquis tàm citò oblitus ſit rei, quam paulò ante vidit, & hoc poſſe frequentèr eſſe inueriſimile; tamen poteſt reuera ita eſſe, quod aliquis eius rei non recordetur. Proindè magna Iudicis perſpicacitate, tali caſu, opus eſt, ad diſcernendum an verum, an falſum deponat. Quartò. Suſpectus eſt de falſo Teſtis, qui in conteſtes nominet ſolos mortuos, quia videtur illos nominare, qui non poſſunt illum de falſitate redarguere. Quintò. Pariter eſt ſuſpectus, deponens ſe vidiſſe de nocte, non reddens rationem, etiam non interrogatus, quod lumen erat accenſum, aut quod Luna lucebat tempore commiſſi delicti, & ipſe erat vicinus. Et dato, quod Teſtis nocturnus deponat, quod vidit, quia Luna lucebat, & ipſe erat vicinus, tamen non eſt omni exceptione maior, & per conſequens non ſufficit ſine adminiculis ad torquendum, vt multi dicunt. *(a)* Sextò. Suſpectus de falſo eſt Teſtis, deponens ſuper negatiua non coarctata; imò eſt manifeſtè falſus, ſi deponit ſuper negatiua improbabili, puta non reſtricta ad certum tempus, locum, ad certas perſonas, modum, actiones, &c. Sed ſi deponit ſuper negatiua probabili habente implicitam affirmatiuam non reſtringens tamen ad certum locum, & ad certas perſonas eſt tantùm ſuſpectus de falſo, & non probat. Porrò negatiua eſt probabilis, quando eſt coarctata, & Teſtis remouet actum à ſenſu, dicendo, quod illud non potuiſſet dici, vel fieri, quia ipſe aliter audiuiſſet, vel vidiſſet. *(b)* Septimò. Qui reſpondet per ſermonem præmeditatum (niſi agatur de probandis formalibus verbis) aut reſpondet vltra interrogata, redditur ſuſpectus; ſicut etiam, qui nimis animosè deponit. Octauò. Falſi ſuſpicione laborat Teſtis, qui ſe ingerit in cauſa; aut ſpontè comparet antè Iudicem; aut procurat, vt citetur ad examen; qui alium ad accuſandum induxit, quia ſe etiam examinare faciet, & ſimiles, de quibus Iudicis arbitrio relinquitur, librare quando, & quanta ſit Teſtis ſuſpicio. Ad detegendam autem in his Teſtibus

bus falſitatem, licet Iudici illos interrogare de qualitatibus extrinſecis, & impertinentibus, & ſi in his Teſtis reperitur falſus, in omnibus redditur falſus, & repellitur, vt multi *Doctores* (c) ſcribunt.

T E X T V S.

§. VIII. Teſtis omni exceptione maior, ideſt, cui nihil poteſt opponi, quique talis in dubio præſumitur, niſi aliud opponatur, facit ſemiplenam probationem, & indicium legitimum ad torturam. Teſtes conteſtes, ideſt in omnibus concordantes de loco, tempore, facto, circumſtantijs, & ſi non in omnibus accidentalibus, (ne conſpiratio videatur) plenè probant, conuincunt, & condemnant.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

66. *Teſtis idoneus, & omni exceptione maior idem ſunt.*
Teſtis omni exceptione maior, quis ſit.
Teſtes inhabiles, habilitati, nunquam euadunt omni exceptione maiores, neque apud Nos.
67. *Præſumitur quiſque idoneus, niſi contrarium probetur.*
Edictum de teſtificando eſt prohibitorium.
Teſtis idoneus, vt probet ad torturam, quæ requirantur.
Denunciatus de crimine, grauatur in fama.
Exceptio, etiam minima, reddit Teſtem non omni exceptione maiorem.
68. *Teſtes conteſtes, qui dicantur.*
Conteſtes dicuntur concordantes in ſubſtantia, licet diſcrepent in acceſſorijs.
69. *Nonnulli volunt eſſe Conteſtes, qui in delicto verbali deponunt per æquipollentia.*
Impugnatur hæc opinio.
70. *Circumſtantiæ indiuiduantes delictum.*
Teſtes diſcordantes in tempore, de actu iterabili, ſunt ſingulares.
De actu initerabili non deſinunt eſſe conteſtes.
Diuerſitas in accidentalibus non vitiat eſſentiam Conteſtis.
Caſus practicus hoc probans.
71. *Conteſtes in dubio præſumuntur Teſtes.*
Eorum dicta ſunt concordanda à Iudice, vt euadunt Conteſtes.
Nonnulla exempla Teſtium concordandorum.

66. NVnc loquitur *Textus* de Teſtibus integris, ſiue idoneis ad probandum delictum, & Reum ad pœnam damnandum, & tractat de Teſtibus omni exceptione maioribus; & licet nonnulli videatur ponere diſtinctionem inter Teſtem idoneum, & omni exceptione maiorem, ſicut ponitur inter poſitiuum, & comparatiuum, tamen in iure idem ſunt, vt habet quædam *Gloſſa.* (d) Dicit ergo, quod *Teſtis omni exceptione maior, ideſt, cui nihil poteſt opponi*, puta neque in perſona, neque in dictis, ſiue depoſitione, ſiue modo deponendi *facit ſemiplenam probationem, & legitimum indicium ad torturam.* (e) Et ex hoc cognoſcere debent quantùm errent, qui putant omnem Religioſum ætate, & dignitate grauem, quique Prælaturis functus eſt, eſſe ex his Teſtem omni exceptione maiorem; quia quantumuis grauis ex Superioritate adminiſtrata reddatur, tamen non erit omni exceptione maior, ſi contra illum excipiatur, quod ſit amicus, vel fautor Accuſatoris; vel Factionis contrariæ Reo; vel quod non deponat de viſu, ſed de auditu, & ſimilia, per vnum quorum tollitur, quod maior omni exceptione non ſit, quia contra eum aliqua exceptio militat. Aduertendum pariter eſt, quod licet apud Nos Teſtes de iure humano inhabiles, tanquam habiles admittantur, vt *Doctores* (f) paſſim, tamen licet ex priuilegio habilitentur ad hoc, quod poſſint in iudicio probare, non per hoc redduntur omni exceptione maiores, ſicut etiam in alijs *Curijs* non ſunt

tales

tales illi, qui cum ſint aliàs inhabiles, ratione qualitatis cauſæ, aut purgata inhabilitate, admittuntur. Ratio eſt, quia priuilegium conceſſum fuit fauore Religionis ad hoc, vt Teſtes, qui in iure communi inhabilitantur, ad ſe ſiſtendum in iudicio, hoc poſſent, vt Religio compendioſiùs ſuas cauſas expediret; & etiam, quia, vt aliàs dicebam, cauſæ, quæ apud Nos iudicialiter agitantur, regulariter ſunt de criminibus exceptis, in quibus, etiam de iure communi, inhabiles admittuntur; tamen neque priuilegium Religionis, nequè priuilegium cauſæ, ità integrat eorum perſonas, vt omni exceptione maiores euadant. Et ideò inhabilitates introductæ de iure ſcripto, etiam faciunt apud Nos, ad excipiendum contra perſonas Teſtium.

67. *Quique talis in iudicio præſumitur.* Dicit *Textus*, quod in iudicio quiſquis præſumitur eſſe Teſtis omni exceptione maior, quia, vt iura (*g*) dicunt, quiſque præſumitur idoneus, niſi contrarium probetur: & cum edictum de Teſtibus prohibitorium ſit, vt habet quædam *Gloſſa*, (*h*) ſequitur, quod quilibet admittatur, qui non repellitur. Oportet autem, quod, ad hoc, quod probet ad torturam, ſit rectè, & legitimè examinatus, puta dato iuramento coram Iudice competente; & quod deponat per viſum, vel alium ſenſum corporeû de delicto ſubſtantialiter, non verò de indicio faciente venire in præſumptionem delicti. (*i*) Et quantumuis nonnulli aſſerant, quod quando Reus eſt bonæ famæ, vnus Teſtis omni exceptione maior non probet contra eum ad torturam; tamen contrarium eſt de iure verius: quia, vt optimè aduertit *Bordonus*, (*l*) ſtatim, ac quis denunciatur, grauatur eius opinio, vt ex iure (*m*) habetur, & quia eius fama remanet grauata, non poteſt illi ſuffragari, ſed vincitur à Teſte, qui non patitur exceptionem, quantumuis vnicus ſit. Verum tamen eſt, quod oportet, quod iſte vnicus nulla prorsùs, quantumuis leui ſuſpicione, ſeu exceptione laboret, quia quælibet, licet minima macula, tùm in perſona, tùm in depoſitione, aufert ab eo dignitatem Teſtis omni exceptione maioris, & eius dicta non faciunt tunc ſemiplenam probationem: (*n*) & in tali caſu oportet, ad hoc, quod Reus poſſit torqueri, quod, ſimul cum dicto Teſtis, concurrat aliud adminiculum, vt vita leu s, mala fama Rei, aut aliud indicium per duos Teſtes probatum. Vndè benignè interpretando opinionem negantium poſſe quis torqueri ex dicto vnius Teſtis, dici poteſt, ipſos intellexiſſe de Teſte aliquam exceptionem patiente, cuius dictum, ſine alijs adminiculis, non ſufficit ad torturam.

68. *Teſtes conteſtes, ideſt in omnibus concordantes de loco, tempore, &c.* Dixit hucuſque de Teſte, qui ad torturam ſufficit; modo proſequitur de his, qui ſufficiunt ad condemnationem; & dicit *Teſtes conteſtes*, puta, qui nullam patiuntur exceptionem in perſona, neque in modo deponendi, vt puta animosè, audaciter, aut alia forma, quæ reddat illos ſuſpectos; *in omnibus*, puta ſubſtantialibus delicti *concordantes de loco, tempore, circumſtantijs*, ex quibus indiuiduatur delictum; *plenè probant* crimen, *conuincunt* Reum, & ipsû *condemnant*, hoc eſt ſufficiunt ad hoc, quod Iudex poſſit Reum condemnare, non enim Teſtes, ſed Iudex ſententiam condemnatoriam profert, & in hoc conueniunt omnes *Doctores* argumento ducto à Sacra Scriptura. (*o*) Cenſentur porrò Conteſtes, quando conueniunt in ſubſtantialibus delicti, licet diſcrepent in acceſſorijs extrinſecis, & impertinentibus. Vt, ſi vnus diceret factum fuiſſe tempore nubilo, alius autem ſereno; aut in cortice verborum, & forma dicendi diſcrepent, dummodò conueniant in ſenſu, vt ſi vnus dixit *Seius* iugulauit *Caium*, alius autem deponat, quod occidit; hoc autem intelligendum eſt, quando ſubſtantia delicti non conſiſtit in verbis, vt in verbali contumelia in alium prolata, & in blaſphemia Hæreticali: ſi enim tunc Teſtes variant in verbis, & vnus deponat, quod *Caius* in *Seium* dixit, *Tu es Cornutus*; & alius deponat, quod dixerit, *Tu es Infamis*, non dicuntur conteſtes.

69. Limitatur porrò hoc ſecundùm nonnullos, (*p*) qui docent eſſe conteſtes eos, qui etiam in delicto verbali deponunt per verba æquipollentia, in quibus tamen, quo ad locutionem vocabuli, non concordant; vt ſi vnus dicit *Audiui tali loco, & tempore Caium dixiſſe nullum dari Purgatorium*; alius autem deponit *eodem loco, & tempore audiui eundem dicentem poſt mortem ſtatim animæ vel ſunt Diaboli, vel Dei*: aut ſi vnus dixit audiuiſſe, dicentem *Sacras Imagines eſſe tollendas*. Ego tamen valdè dubitarem de veritate huius aſſer-

tionis. Quia penè impoſſibile eſt, (moraliter loquendo,) quod verba ſint ita æquipollentia, vt penitùs ſint paria, niſi eſſent ſcrupuloſiſſimè Synonima. Ex imparitate autem quauis ſignificati verborum grauatur, aut minuitur delictum, quod in verbis conſiſtit, aut per verba enunciatur; & cum grauitas, aut leuitas pertineat ad ſubſtantiam moralem delicti, non poſſunt dici tales Teſtes perfectè concordantes. Exemplum do, *Caius* accuſat *Titium*, quod tali die, in foro, iniuriauit eum; vnus Teſtis deponit, dixiſſe, *Tu ſei vn Becco*; alius deponit diſſe, *Tu ſei vn'Infame*, iſti duo Teſtes æquipollentes quidem sũt, quandoquidem *Becco*, & *Infame* ſunt verba iniurioſa, tamen non ſunt iſti conteſtes, quia dicendo *Infame*, dicit genus, quod ſaluari poteſt in minima ſpecie infamiæ, puta in exercitio artis Infamis, vt Mimi, & ita delictum iniuriæ eſſe leuiſſimum; Sed dicendo *Becco* enunciat ſpeciem illius generis ſupremam, ex qua grauiſſimum euadit delictum iniurioſum; cum communiter honeſto Viro nulla maior inferatur contumelia, quàm per verbum illud *Becco:* Et hoc etiã quadrat pro delictis occultis, quæ per verba manifeſtantur, vt in crimine Hæreſis; ſi enim vnus Teſtis deponit de vna propoſitione audita, alius autem de alia, quantumuis tendant ad eandem opinionem hæreticam, tamen vna ſemper eſt grauior altera, & inducit maiorem ſuſpicionem Hæreſis in eo, qui eas protulit, & ita variarent in grauitate. Præterquamquod illæ propoſitiones auditæ ſunt tantùm indicia, quæ probata eſſe debent indiuidualiter à conteſtibus, qui tamen hoc non præſtant, cum vnus deponat de hac indiuiduali *non dari credo Purgatorium*, & alius de hac, *Miſſæ non ſuffragantur mortuis*. Tamen meliori iudicio me remitto.

70. Quia verò tempus, locus, genus armorum, modus, & aliæ circumſtantiæ indiuiduant delictum, quod à conteſtibus indiuidualiter debet probari, hæc regula ſeruanda eſt. Si vnus Teſtis deponat de aliquo iſtorum, alius autem vel dicat non recordari; aut genus pro ſpecie, vel ſpeciem pro genere dicat; aut parùm diſcrepent inter ſe, dicuntur nihilominùs conteſtes. Exemplum. Vnus dicit. *Seius occidit Caium in angulo maioris plateæ pugione, die Lunæ, Menſis Martij duodecima*. Alius autem deponit, quod *in platea maiori ferro, aut daga, menſe, & die, quo non benè recordatur; vel fuit de Menſe Martij, aut Aprilis, ſalua veritate; aut circa medium Martij ante prandium, &c.* tunc iſti non deſinunt eſſe conteſtes, quia in ſubſtantialibus delicti concordant, vnus deponit de ſpecie, in qua ſaluatur genus, alius de genere non explicando ſpeciem; vel vnus de parte, quæ continetur in toto; alius de toto continente etiam partem, & ſi aliqua diſcrepantia eſt inter eos, eſt in accidentalibus delicti, & quæ falſitatem, aut ſingularitatem non inducit. Porrò, quando Teſtes diſcordant in tempore, cõſiderandum eſt, an actus ſit iterabilis, vel non, ſi enim iterabilis eſt, Teſtes non ſunt cõteſtes, ſed ſingulares. (q) Vt ſi vnus deponat *Caium* fornicatum cum *Berta* menſe Maij, alius quod menſe Iunij. Si verò actus initerabilis eſt, licet diſcordent in tempore, tamen ſunt conteſtes, vt quod *Titius* occiderit *Seium* tali, vel tali menſe. Et vniuerſalitèr non deſinunt eſſe conteſtes, qui diuerſificant circa modum, tempus, indumenta, & alia accidentia, quæ non tangunt ſubſtantiam delicti. Et aduertant Iudices, quod Patroni aliquando faciunt magnam vim in talibus diuerſitatibus, ex quibus nituntur probare Teſtes eſſe contrarios, & non probare; ſed ſi diuerſitas non eſt circa ſubſtantiam facti, de ea non curent: quia aut ex inaduertentia, aut ex alia cauſa mihi ignota, Teſtes etiam veridici, & cordati, & graues in accidentalibus diſcordes ſæpè ſæpiùs vidi. Rem do reflexione dignam. Anno hoc Sanctiſs. D.N. INNOCENTIVS XII. feliciter regnãs perrexit ad Baſilicam Lateranenſem ad ſe ponendum in poſſeſſione cum ſolita pompa. Religioſi pœnè omnes huius Conuentus S.Petri in Monte Aureo iuerunt ad videndam functionem. Ad Conuentum reuerſos interrogaui, quomodo incedebat Papa equitando, aut quomodo. Vnus dixit, *Vidi eum in Lectica. Minimè*, reſpõdit alius *Papa erat in Sella geſtatoria*. Super hac diuerſitate interrogaui pluſquam viginti Religioſos, inter quos multi erant graues, & cordati viri; & eorum alij ſtabant pro *Lectica*, nonnulli pro *Sella geſtatoria*. Concordabant tamen omnes, Papam deductum fuiſſe ad S. Ioannem Lateranenſem, & benedictionem dediſſe. Ex illa ergo diuerſitate tollebatur ne, quod eſſent illi conteſtes, & Papam viderint itinerantem, &c? non; & tamen fuit tanta diuerſitas in

eorum

eorum narratione. Idem ergo poteſt euenire in narrando factum criminale, vt ſit diuerſitas in accidentalibus, non tamen in depoſitione ſint Teſtes falſi, ſi concordant in ſubſtantia facti, nec deſinunt per hoc eſſe conteſtes.

71. In dubio autem Teſtes præſumuntur eſſe conteſtes, etiam ſi non nominarent ſe in conteſtes, aut dixerint ſe non recordari de præſentia aliorum. Et Teſtium dicta, ſi congruam, & non extortam interpretationem admittant, debet Iudex cōcordare, vt in conteſtes euadant. Et itá, ſi vnus deponat, *quod nullus alius erat præſens* (cum tamen alij adfuerint) debet exponi, *quod ipſe aduerterit, viderit, aut ſciuerit*. Pariter ſi dicat *Seium*, & *Caium* interfuiſſe actui, & illi deponant ſe de hoc nihil ſcire; hoc caſu non dicuntur contrarij, quia poſſunt concordari, quod ibi fuerint, & ad eum actum non aduerterint. Inſuper, ſi vnus deponit per verba dubitatiua, eſt conteſtis cum alio, qui aſſertiuè deponit; vt pluribus citatis ſcribit *Sgroi.* (r) *Etſi non in omnibus accidentalibus ne conſpiratio videatur*. Poteſt quidem ſubeſſe ſuſpicio conſpirationis in Teſtibus, ſi perfectiſſimè in omnibus accidentalibus concordarent, ſed ſagacitati Iudicis committitur indagare, ex Teſtium qualitate, an talis conſpiratio interueniat. Cæterùm, ſi etiam in accidentalibus conueniunt, fortiori titulo in conteſtes euadunt.

T E X T V S.

§.IX. Teſtis, vt probet, iurare debet, aliàs non iuratus, non facit fidem. Debet citari, vel à Superiore vocari, quia vltroneus admitti non debet. Examen Teſtium integrum, & cum iiſdem verbis, etiam barbaris, a Notario, vel Scriba excipi, & deſcribi debet, ne dicta Teſtium diuidantur, nihil addendo, vel minuendo; ſecùs faciens Scriba pœna falſarij puniendus erit. Interrogatoria ſuggeſtiua, quibus in interrogatione Teſti reſponſiones ſuggerentur, omninò, ſub pœna nullitatis proceſſus, vitanda ſunt. Illa etiam, quæ incipiunt *ad opportunam Viſitatoris interrogationem opportunè interrogatus*, &c. & ſine alia interrogatione ſubiungitur reſponſio, etiam fugienda ſunt; niſi quando, ex contextu ſermonis, ſola dicti ſuperioris declaratio requiratur. Caueant ſub interminatione Diuinæ vindictæ Iudices, ne receptis pro Fiſco fauorabilibus, relinquant interrogationes opportunas, vel dicta à Teſtibus, in fauorem Reorum: omnia enim deſcribi, & interrogari debent, quatenùs cognita veritate, & Reis pœna, & innocentibus liberatio concedatur.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

72. *Teſtis, vt probet, debet iurare.*
Non valet depoſitio, ſi Teſtis poſt eam iuret.
Qui non habet manus, debet iurare per Procuratorem.
Præceptum formale obedientiæ ſecundùm aliquos, æquiualet iuramento.

73. *Teſtis debet citari, aut vocari.*
Vltroneus admitti non debet.
Vltronei, quando dici poſſint Teſtes.

74. *Teſtium examen ſcribendum eſt à Notario.*
Si crimen eſt verbale, verba importantia crimen, etiam barbara, debent ſcribi præciſè.
Notarius augens, aut minuens, depoſitionis Teſtis, tenetur de falſo.

75. *Interrogatoria ſuggeſtiua fugienda.*
Suggeſtio quotuplex fiat.

76. *Suggeſtio palliata, quæ?*
Dicitur leno ſuggeſtionis.
Suggeſtio palliata quotupliciter fiat.

77. *Monitum ſalubre pro Iudicibus.*
Peccant Iudices affectantes partes Fiſci, & recuſantes, quæ faciunt pro Reo.

72. Incipit nunc *Textus* decernere circa modum, quo ſe debet gerere Iudex in Teſtibus examinandis, & dicit,

cit, *quod Teſtis, vt probet, iurare debet, aliàs non iuratus non facit fidem*. Quod Teſtis ante examen iurare debeat, & non iurato, non credatur, habetur in vtroque iure. (*s*) iuramentum enim ſubſtantiale ad iudicium eſt, & hoc eſſe de iure Diuino ſentiunt multi, vndè etiã Iudex, qui habet facultatem procedendi ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſicut inter Nos, non debet admittere Teſtes ſine iuramento ante examen ad hoc, vt probent. Et licet aliqui voluerint teſtimonium valere, ſi Teſtis præſtet iuramentum poſt factam depoſitionem, tamen communis ſententia, (*t*) quam canonizat praxis communis, eſt, quod non valeat; imò toties, quoties examinatur, debet repeti iuramentum, tangendo Sacras Scripturas, vel aliam rem Sacram, & debet tangere manu non pede, aut cubito, vt mos eſt. Quod autem ſit ita neceſſarium, quod manu tangat, ita vt qui habet manus amputatas, teſtimonium dicere non poſſit, quia manu iurare non poteſt, vt ſcribit *Barboſa*, & alij, (*u*) non puto verum. Quia dato quod tactus ſcripturarum ſit de forma ſubſtantiali iuramenti ex conſuetudine Curiarum, tamen non eſt, abſolutè in ſe talis, cum poſſit iurare per ſola verba, dicendo: *Iuro per Deum me puram veritatem depoſiturum*, aut iurare per Procuratorem, vt ſcribit *Paſſerinus*. (*x*) Sequerentur porrò multa abſurda, ſi carens manu, iurare non poſſet, nequiret enim contractum vllum ſolemnem inire, in quo iuramentum interuenit, quod falſum eſt. An verò ſufficiat Prælato iubere Teſti, vt veritatem dicat ſub præcepto formali obedientiæ, & ſic valeat eius depoſitio in iudicio abſq; iuramento, negat (*z*) *Rodericus*, affirmant *Miranda*, *Portellus*, *Bordonus*, *Bellegrandus*, *Paſſerinus*, & *Rodericus* ipſe ſibi contrarius. Sed quidquid ſit de hoc, iuramentum, debet exquiri à Teſtibus, ſicuti præſcribitur in hoc *Textu*.

73. *Debet citari, vel à Superiore vocari, quia vltroneus admitti non debet*. Citare Teſtes in ſcriptis ſolemnitas iuris eſt, quæ à Nobis non ſeruatur: ſufficit porrò, quod à Superiore per ſe, aut alium vocetur ad examen. Vltroneus autem Teſtis admitti non debet. Ponamus autem, quod nullus inuenietur, qui ſe coram Iudice ſiſtat, apertè petens, examinari in cauſa: an nè Vltroneus dici debet, qui indirectè examinari procurat, iactando inter Fratres, quod ipſe eſt magis informatus, quam vllus alius; vel ſi dicat alteri, qui debet examinari, *voca me in conteſtem*; aut extraiudicialiter dicat, *Si Superior vult ſcire veritatem, veniat ad me*? Dico, quod ſic, quia indicat deſiderium ad examinari, & proindè ſuſpectus redditur: niſi zelo iuſtitiæ hoc quæreret, & tali caſu, ſpectanda eſt eius probitas vitæ, quod arbitrio Iudicis relinquitur.

74. *Examen Teſtium integrum, & cum iiſdem verbis, etiam barbaris, à Notario, vel Scriba excipi, & deſcribi debet, &c.* Ad hoc aduerto, quod non eſt neceſſarium, quod *Notarius* ſcribat adamuſſim verba prolata à Teſte in proprio idiomate: quandoquidem ſi Teſtis illitteratus eſt, & loqueretur lingua *Bergomenſi*, aut *Ianuenſi* vernacula, impoſſibile eſſet ſcribere verba, vt pronunciari debent, & ex conſequenti legi depoſitionem: quia characteres abecedarij Italici litteralis non ſunt ſufficientes ad exprimendas quaſdã conſonantes, & dyptbõgos, quæ in illo idiomate vſitantur: Sufficit ergo, quod *Notarius* germanum ſenſum verborum Teſtis in ſuo idiomate, fideliter, non augendo, aut minuendo, exprimat alij verbis ſcriptibilibus, & à quolibet intelligibilibus; ne Iudex *ad quem*, in caſu appellationis, cogatur adhibere interpretem, vt ſenſum Teſtis, barbarè loquentis, explicet. Hoc autem fallit, ſi crimen conſiſtat in verbis, aut verba præciſa faciant ad crimen, vt in Diffamante, Contumelioſo, Blaſphemo, vel Conſulente, aut Mandante. Tunc enim verba præciſa, quantumuis barbara, meliori modo, quo poteſt, ſcribi debent; & ratio eſt; quia ad Iudicem ſpectat iudicare de grauitate criminis reſultante ex ſenſu talium verborum, & *Notarius* poſſet in translatione illorum in aliud idioma, Reum contra ius, & fas aggrauare. Depoſitionem autem Teſtis augendo, vel minuendo, *Notarius* varians falſi tenetur, & puniri debet, vt ex iure (*a*) eliciunt *Doctores*.

75. *Interrogatoria ſuggeſtiua, quibus in interrogatione Teſti reſponſiones ſuggeruntur omninò, ſub pœna nullitatis proceſſus vitanda ſunt*. Diſtinguitur communiter ſuggeſtio in *apertam*, & *palliatam*, & vtraque vitiat proceſſum. Aperta, autem reſpectu Teſtium, de quibus nunc eſt ſermo, pluribus modis fit, (de ſuggeſtione autem facta Reo, ſuo loco dicemus) & ſunt. Primò, ſi Iudex, non præcedentibus indicijs

ſuffi-

ſufficientibus, vt aliàs dictum eſt, inquiret contra Reum in ſpecie. Ex.gr. *Scis ne, Caium occiſum fuiſſe à Titio*, cum tamen indicia nulla ſint in proceſſu contra *Titium*. Secundò, quando adhuc præexiſtentibus indicijs ſufficientibus, Iudex fraudibus, mendacijs, ac fictionibus prohibitis, Teſtem inducit ad deponendum. Ex. gr. Si Iudex dicat, *Scio, te cum amico tuo dixiſſe totum factum Caij, quando occidit Titium*, cum tamen hoc falſum ſit. Tertio, quando Iudex, qui poteſtatem ad hoc non habet, promitteret Teſti impunitatē, caſu quo eſſet aliquo modo complex, dummodò circa alios deponat. Quartò, quando Iudex quaſi ſcierit ſubſtantiam delicti, interrogat Teſtem in ſpecie qualitatis. Ex. gr. Si dicat, *quo genere armorum, vel in qua parte corporis Caius percuſſit Titium, quando illum occidit?* Quinto, ſi Iudex faceret ante examen legi alterius Teſtis depoſitionem, hoc enim eſt, ipſi ſuggerere, quid cupiat ab eo deponi. Sextò, ſi Iudex interrogat Reum de ijs, quæ ſunt iuris. Ex. gr. Si dicat *Potuit ne Caius rationabiliter occidere Titium?* Cum Iudex à Teſte debeat quærere, quæ ſunt facti tantùm, & non ea, quæ ſunt iuris.

76. Suggeſtio autem palliata tangitur in *Textu*, qui ſequitur, *Illa etiam, quæ incipiunt, &c.* Debet enim per extenſum deſcribi Iudicis interrogatio explicitis verbis facta, & non poni *ad opportunas interrogationes, &c.* in his enim verbis latet æquiuocatio, & hic modus interrogandi dicitur à quibuſdam *leno ſuggeſtionis*. (*b*) Excipitur autem *quando ex contextu ſermonis ſola dicti ſuperioris declaratio requiratur*. Ex. gr. Si Teſtis deponat confuſè, Iudex autem dicat, *non poſſum benè intelligere, quæ dixiſti, intricatè enim locutus es, & ego ſurdaſter ſum; loquere diſtinctè, & vocem eleua*. Ad vitandam autem iſtam prolixitatem Notarius ſcribat. *Et ad opportunam interrogationem reſpondit. Declaro me, quod factum fuit ità, & ita, &c.* Ex iſta porrò reſponſione apparet declaratio interrogationis factæ à Iudice, tendentis ad habendam declarationem à Teſte, de dictis à ſe confuſè; hoc autem vetitum non eſt, cum nec vmbram habeat ſuggeſtionis. Alia ſuggeſtio palliata eſt, dum Iudex, facta interrogatione, quaſi extraiudicialitèr loquens cum *Notario*, vel Aſſiſtente, ſuggerit ipſi Teſti, vt dicendo, *Caius*, in parte, eſt compatibilis, ſi occidit *Titium*, quia habuit magnam cauſam, hoc faciendi. Tertia paritèr ſuggeſtio eſt, ſi Iudex Teſtem examinandum faciat loqui cum alio iam examinato, & cum eo conferre; his enim modis ſuggerit, vel per ſe, vel per alium quid cupiat à Teſte deponi. Ex vna porrò harum interrogationum aut reſultante ex ventre proceſſus, aut legitimè probata, ruit totus proceſſus, vt ſancit *Textus*.

77. *Caueant ſub interminatione Diuinæ vindictæ Iudices, &c.* Saluberrimum eſt hoc monitum Iudicibus quibuſdam, qui probro ſibi ducunt, ſi, cępto contra aliquem proceſſu, ipſum non condemnant, quaſi officium Iudicis conſiſtat in ſola condemnatione, & non etiam in abſolutione. Proindè, quæ faciunt pro Fiſco, vt canes venatici ſedulò conquirunt, & libenter audiunt, & quantum poſſunt vrgent: quæ verò faciunt ad Rei indemnitatem auerſantur, impugnant, repellunt: & ſi non poſſunt in totum, in partem mutilant. Peccant ipſi grauiſſimè contrà iuſtitiam; nam æquales ſe debent genere tam pro, quam contra Reum; & in dubijs, arbitria eorum debent dare fauore Reorum, & ad excluſionem delicti potiùs quàm contra, prout etiam faciunt leges, quæ ſunt promptiores ad abſoluendum, quam ad condemnandum, vt iura (*c*) multa teſtantur.

TEXTVS.

§.X. Teſtem proteruum, nolentem veritatem fateri, vel irreuerentem, per præcepta, Cenſuras, Carceres, cogat Iudex ad interrogata iuridicè reſpondere. Teſtis Mutus, Surdus, peregrinæ linguæ, linguæ interrogatur per ſcripturam, per nutus, per Interpretes Regulares ſi aderint; ſin minùs, per deuotos, & peritos Sæculares.

COM-

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

78. *Teſtes, qui nolunt examinari, ſunt cogendi.*
Teſtis proteruus, quis dicatur.
Proteruia, quid ſit.
Leuitas eſt defectus conſtantiæ.
Proteruia eſt conſtantiæ exceſſus.
79. *Teſtis Proterui exempla.*
80. *Teſtes Proterui multiplicitèr cogi poſſunt ad examen.*
Poſſunt excommunicari.
Paritèr carcerari formaliter.
De quorum conſilio carcerari debeant, remiſſiuè.
81. *Mutus, Surdus, peregrinæ linguæ in caſu enormiſſimo examinantur.*
Quomodo examinandi.
Teſtimonium Muti, Surdi, &c. non eſt integrum.

78. NVnc agitur de Teſtibus per pœnas cogendis, ad veritatem deponendam: & quia duplicitèr poſſunt iſti deficere, vel renuendo totalitèr à Iudice examinari, vel doloſè ſe gerendo in examine, hic agit *Textus* de primo, & in titulo ſequenti tractat de ſecundo. Dicit ergo, quod Teſtes, qui nolunt examinari, ad hoc cogi debent, vt dicunt vtraque iura. (*d*) Vocat itaque Textus *Teſtem proteruum* illum, qui non ſolùm examinari recuſat, ſed hoc facit cum petulantia, & ſpretu; *proteruia* quidem, (vt ex *Io: Bellonio*, ait, *Caluinus in ſuo Lexico*) *eſt impudens, & arrogans audacia*, & in *Gloſſa* cuiuſdam Clementinæ (*e*) exponitur pro *credulitate, vel terribilitate*, & ibi adducitur verſus.

Improbus eſt aliquis verbis, factiſque proteruus.

Ex quo colligitur proteruum dici, qui non ſolùm audaci petulantia verborum, ſed etiam factis, aliquem impetit, ſiue ei reſiſtit. *Spiegelius* allegando quandam legem (*f*) dicit proteruos eſſe, qui *petulantèr agunt*, ſed *Gothofredus* optimè obſeruat Textum illius legis eſſe corruptum, & legendum eſſe *pectoroſi*, & non *proterui*. In alio porrò *Digeſto*, (*g*) *Caius*, tanquam contraria, *Conſtanti* opponit *Leuem*, & *Proteruum*, puta virtuti, quæ conſiſtit in medio, vitia, quæ ſunt extrema per defectum, & exceſſum; leuitas enim eſt conſtantiæ defectus; *proteruitas* autem, ſeu *proteruia* eſt virtuoſæ conſtantiæ vitioſus exceſſus. Conſtantia porrò, cum ſit virtus animi, quæ verbis, & factis proditur, indicat proteruiam etiam & verbis, & factis oſtendi.

79. Ex his habemus integrum ſenſum, quis ſit Teſtis proteruus: & eſt ille, qui vocatus à Iudice ad examen verbis examinari negat, & monitionibus ſibi à Iudice iudicialitèr factis ad hoc, vt coram ſe ad examen ſe præſentet, factis etiam reſiſtit non humilitèr ſe excuſando, ſed petulantèr, dicendo *nunquam examinabor: non habebis tantam ſortem, vt me examines, &c.* *Nolentem veritatem fateri*, hoc non debet accipi pro negatione veritatis in examine; de hoc enim, vt dixi, alibi habetur, ſed accipitur pro denegatione ſe præſentandi coram Iudice, ad veritatem aperiendam; vel *irreuerentem*, puta, qui non ſimplicem renitentiam ad examen, negando, prodit, ſed hoc facit verbis irreuerentibus, vt dicendo, *Non habebis tantam barbam, vt me examines*? aut dicit Nuncio, quem miſit Iudex, ad eum vocandum, *Non veniam pro Iudice, magis quam pro Aſino, &c.*

80. Cogi autem debent per *præcepta, Cenſuras, carceres, &c.* Hoc dicit exemplaritèr non taxatiuè, poteſt enim vti alijs medijs, vt ſubtractione obſonij, ieiunijs, flagellatione, ſequeſtratione in cella, & ſimilibus, quæ veniunt nomine tormentorum. Quod vero procedat Iudex per *præcepta*, & *Cenſuras* congruit iuri, (*h*) in quo ſancitur, Eccleſiaſticum Iudicem Teſtes renitentes cogere ad examen debere, per Excommunicationem, quam præcedere debent præcepta monitoria. Quo ad *carceres* verò aduertendum eſt, quod Iudex noſter, ſiue Delegatus ſit, ſiue Ordinarius, ex ſe ſolo nequit in carcerem detrudi facere Teſtē nolentem examinari; quia carcer eſſe deberet non ad cuſtodiam, ſed formalis: quo caſu, Carceratus priuatur caputio, & chorda, & ter in hebdomada ſe flagellat, & ieiunat, & datur in pœnam delicti ſuæ renitentiæ contumacis, & etiam in tormentum ad habendam veritatem. Vndè ſic carceratus, actibus legitimis priuatus debet remanere: quia talis carcer non eſt purè tormentum ad veritatem habendam, ſed eſt vera pœna contumaciæ ſuæ, in non obediendo præcepto Iudicis. Patet autem, quod Iudex, ſe ſolo, talem pœnam imponere, neque talitèr torquere poteſt. Dicemus proindè infrà, (*i*) quomodo ſe debet gerere Iudex, & quorum conſilio vti poſſit

in

in Teſte cogendo per carceres. Debet autem Iudex, in facti contingentia, regiſtrare, quod ipſe præcepta fecerit tali Teſti, vt coram ſe ad examen veniret, & meliùs etiam eſſet, ſi Monitorium, in ſolita forma, per duos Fratres ipſi faceret intimari ſcripto, & relationem ab ijs iuratis recipere, quod præſentauerint, &c. totum factum intèr acta referre; formam porrò Monitorij dabimus in Parte ſecunda.

81. *Teſtis Mutus, Surdus, peregrinæ linguæ, &c.* Intèr totalitèr inhabiles ad teſtificandum, ſupra connumerauimus Mutum: & Surdum, hic tamen *Textus* dat modum ipſos examinandi, ſed debet intelligi, quod poſſit fieri in caſu enormiſſimo, in quò alitèr, quàm per teſtimonium ipſorum veritas non poſſit haberi: tunc enim examinari poſſe, eo modo, quo meliùs erit poſſibile, ſcribunt *Doctores*. (*l*) Ergo *Teſtis Mutus* interrogari debet per *nutus*. Hic aduertendum, quod Mutus non poteſt interrogari, niſi groſſo modo, & de ſubſtantia facti, vt puta de homicidio, quod vidit; ſed non de circumſtantia, quæ requirat diſtinctam explicationem tùm in Interrogante, tùm in Reſpondente; & vltra hoc oporteret adhibere domeſticos, ſeù familiares Muti, qui noſcant nutuum ſignificata, & iſtis dare iuramentum, de fidelitèr exponendo nutus tum interrogando, tum reſpondendo; & paritèr iuramentum Muto, alitèr nihil probaret. *Surdus* verò interrogari poteſt per *Scripturam*, ſicut etiam Mutus, qui talis non eſſet à natiuitate, (alitèr enim quomodò ſcripturam intelligere potuiſſet diſcere?) Sed ſi nec Surdus legere, aut ſcribere nouit, tunc ad nutus recurrendum eſt, ſicut de Muto dictum eſt. Teſtis autem *peregrinæ linguæ* examinandus eſt per interpretes Religioſos, ſeu Sæculares, vt dicit *Textus*, quibus tamen etiam deferendum eſt iuramentum, de fidelitèr interpretando. Horum autem omnium teſtimonia ratione inhabilitatis, quam patiuntur, non ſunt integra, aut omni exceptione maiora.

T E X T V S.

§.XI. In principio examinis Teſtium notanda ſunt Nomen, Patria, Ætas, Religionis tempus, Status, Gradus. Item, ſi ex Officio aſſumitur, ſi à Parte eſt exhibitus; ſi ſuper tota cauſa examinetur, ſi ſuper aliquo articulo, verbi gratia, primo, ſecundo, tertio, &c. Si opus ſit alios Clericos, ſiue Religioſos, vel Sæculares examinare, id non fiat ſine expreſſa ſuorum Superiorum licentia reſpectiuè, quibus etiam, ex conſenſu Superiorum prædictorum, initio examinis iuramentum exhiberi debet; aliàs nihil probant. Excipiuntur autem hic grauiſſimæ perſonæ Sæcularium omni exceptione maiores, quorum depoſitionibus, etiam non iuratis, ſtandum eſſe, rationabile eſt.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

82. *Examen Teſtium, quomodo deſcribendum.*
Antiquitas Religionis numeratur à ſuſceptione habitus.

83. *Teſtis examinatus abſque licentia ſui Superioris validè deponit.*
Licentia Superioris eſt accidentalis ad valorem examinis.
Clericus Teſtis, coram Laico, in cauſa ſanguinis probat.
Teſtis examinatus non requiritur, quod ſit Subditus Iudicis.
Officio conceſſo, conceſſa ſunt neceſſaria ad illud.
Iudex Regularis validè examinat Teſtes Laicos, & Clericos non ſibi Subditos, abſque licentia ſuorum Superiorum.

84. *Fallit apud Nos prædicta concluſio.*
Forma actus legalis eſt ſeruanda ſub pœna nullitatis actus.
Clauſula irritans inualidat actum.
Lex concepta verbis negatiuis irritat factum in contrarium.
Teſtimonia Laicorum, & Clericorum, qui non ſunt Subditi Iudicis, data abſque licentia ſuorum Superiorum, apud Nos ſunt nulla.

85. *Clau-*

85. *Clauſula poſita in fine, refertur ad omnia præcedentia.*
Etiamſi ſit odioſa.
Prouinciales ex vi Regulæ, non habent iuriſdictionem fori contentioſi.
Iudex noſter debet habere licentiam expreſſam examinandi Teſtes non Subditos.
Si Superior denegat licentiam, quid agendum?
86. *Teſtis non iuratus quamuis digniſſimus non probat.*
Iuramentum Teſtis, ſecundùm aliquos, eſt de iure Diuino.
Opinio Paſſerini circa iuramentum Teſtium.
87. *Iuramentum promiſſorium eſt de iure Diuino, & quomodo.*
Iuramentum Teſtis eſt promiſſorium, & aſſertorium.
Iuramentum iudiciale eſt de iure Diuino exemplaritèr.
Deus firmitèr promittendo in Scriptura iurat.
88. *Princeps non poteſt ſtatuere, quod Teſti non iurato credatur iudicialitèr.*
Lex vt ſit iuſta, debet eſſe rationabilis.
Nulla ratio ſuppetit, vt poſſit tolli iuramentum iudiciale.
Conſuetudo tolerata in loco particulari, non facit legem vniuerſalem.
89. *Grauiſſimæ perſonæ non debent adigi ad iurandum, ſed eorum depoſitio non plenè probat.*
Quomodo dicta eorum excipienda.
Teſtimonia ipſarum faciunt præſumptionem tantùm.

82. TRadit nunc *Textus* praxim, ſecundùm quam debet *Notarius* deſcribere examen Teſtium, quæ etiam debet inſeruire pro initio examinis Rei, mutata tantùm appellatione *Teſtis* in vocabulum *Rei prætenſi*. *In principio* ergo *examinis Teſtium notanda ſunt Nomen, Patria*, qua vtimur in Religione noſtra abiecto cognomine Familię ſæcularis, *ætas*, quæ ſi præciſè neſciatur, debet deſcribi per *circumcirca*, vel *prout ipſe dixit*, *Religionis tempus*, puta à quo habitum ſumpſit ab hoc enim, & non à profeſſione menſuratur tempus Religionis, vt ſancitur in Statutis; *(m) ſtatus*, ſi eſt Sacerdos, Clericus, Laicus, Tertiarius; *gradus*, ſi eſt Concionator, Lector, Confeſſarius, Guardianus, &c. *Item, ſi ex Officio aſſumitur*, & hoc euenit, quando Iudex ex Officio per viam Inquiſitionis tam generalis, quàm ſpecialis procedit; *ſi à Parte exhibitus eſt*; & tunc eſt, quando proceditur per viam Accuſationis; aut quando Teſtis, productus à Patrono, examinari debet ad defenſionem Rei; *ſi ſuper tota cauſa examinetur*, & tunc eſt, quando Teſtis præſentatur, vt informatus ſuper toto negotio; *Si ſuper aliquo articulo, verbi gratia, primo, ſecundo, tertio, &c.* & hoc euenit, quando Accuſator, ſiue Patronus contra, aut pro Reo præſentauit Iudici articulos probatorios, & ad primum nominauit talem N., & N.; ad ſecundum N., & N. &c.

83. *Si opus ſit alios Clericos, ſiue Religioſos, vel Sæculares examinare, id non fiat, &c.* Circa verba *Textus*, quæ de ſe clara ſunt nulla eſt neceſſaria expoſitio, tamen vnum ſingulare circa hoc aduertendum eſt. Hucuſque fui in ſententia, Clericum ſiuè Sæcularem, ſiuè Religioſum, ſi abſq; licentia ſui Superioris iuret, & teſtimonium ferat coram Iudice, etiam Sæculari, validam depoſitionem reddere, quia licentia Superioris, requiſita ad Iurandum, eſt quid accidentale, & non de ſubſtantia teſtimonij, vt graues *Doctores (n)* affirmant, ita vt, etiam ſi teſtificentur in cauſa ſanguinis, coram Iudice Laico, quod per *Sacros Canones* eſt ſibi dupliciter vetitum tum ratione Iudicis, tum ratione cauſæ, valeat eorum teſtimonium, vt ſcripſerunt *Guidopapa, & Diaz. (o)* Ex hoc ergo principio arguebam, quod etiam Iudex Regularis, quantumuis nullam iuriſdictionem habeat in illos, tamen validè reciperet iuramentum, & depoſitionem Clericorum Regularium, ſiue Sæcularium, ſiue Laicorum, quantumuis non præmiſſa licentia ſuorum Superiorum; tum quia vt dictum eſt talis licentia ad validitatem teſtimonij ſubſtantialis non eſt; tum quia ad valorem depoſitionis ſufficit, quod ſit iurata, quilibet autem ſpontaneè iurare poteſt; *(t)* tum quia non requiritur, quod Teſtis examinatus ſit Subditus Iudicis; tum quia videtur Regularibus Iudicibus conceſſa à iure facultas examinandi quoſuis Teſtes, quia cum Prælatis Regularibus ſit conceſſa facultas ſuos Subditos coercendi iuridicè, & non poſſit hoc abſque Teſtibus, qui ſunt inſtrumenta iudicij, videtur etiam ſibi data licentia examinandi quoſuis, qui ad

ad ſuum iudicium ſunt neceſſarij, quia conceſſo officio, conceſſa cenſentur ea,ſine quibus expediri non poteſt, vt dicitur in iure. *(q)*

84. Tamen ex accurata obſeruatione *Textus* coactus ſum mutare ſententiam, & dicere, quod prima opinio procedit pro alijs Iudicibus Regularibus, qui, licet examinent Teſtes quoſuis ſibi non Subditos abſque ſuorum Superiorum licentia, validè recipiunt eorum depoſitiones, prout etiam ſenſit *Paſſerinus*, *(r)* ſed quo ad Nos talis depoſitio nihil probat. Ratio eſt,quia quando forma, quæ traditur à lege eſt de ſubſtantia actus legalis, ipſa non ſeruata, actus, redditur ipſo iure nullus, vt communitèr ſcribunt *Doctores*. *(s)* Porrò dupliciter cognoſcitur, quando forma traditur à lege tanquam ſubſtantialis; primò eſt, quando lex apponit clauſulam irritantem actum aliter factum; *(t)* Secundò eſt, quandò lex eſt concepta verbis negatiuis, & prohibitiuis, & eſt circa factum, quod alicui non liceret,niſi per legem illam ſibi tribueretur facultas agendi; & hoc ſecundum, vt optimè aduertit *Gloſſa* cuiuſdam *Clementinæ*, *(u)* probatur per duas *Decretales*, in quibus irritatur confirmatio Præſentati, aut Electi ad beneficium, aut Eccleſiam Cathedralem, ex omiſſione inquiſitionis faciendæ à Iudice; vel citationis eius, qui ad Beneficiũ concurrit, quæ confirmatio non licebat ſine tali inquiſitione, & citatione. Hæc autem duo concurrunt in noſtro caſu, quia ponitur clauſula irritans, *aliàs nihil probant*, ex qua ſequitur, quod probatio facta per Teſtes, vt præfertur, abſque ſuorum Superiorum licentia, nihil eſt.

85. Nec dicendum, talem clauſulam irritantem afficere tantùm verba præcedentia, puta, *quibus etiam ex conſenſu Superiorum prædictorum,initio examinis iuramentum exhiberi debet, aliàs nihil probant.* Quia clauſula poſita in fine, refertur ad omnia præcedentia, vt dicunt vtraque iura, & eſt Textus expreſſus cuiuſdam *Decretalis*: *(x)* & quantumuis ſit odioſa, tamen afficit omnia præcedentia, vt docet *Abbas*: *(z)* & cum eodem contextu legis ordinetur, quod pro Clericis, ſeu Laicis non Subditis,examinandis, requiratur expreſſa Superiorum ſuorum licentia; & iuramentum præuium; liquet,quod clauſula importat nullitatem actus tum circa licentiam non obtentam, tum circa iuramentum non receptum. Imò dicendum, quod iſta clauſula afficit principalitèr licentiam non obtentam; quia quod non valeat depoſitio Teſtis abſque iuramento, iam dixerat ſupra paragrapho nono. Si ergo nullitas hic expreſſa afficeret iuramentum non datum, ſuperflua, & otioſa, & futilis eſſet talis clauſula:ſed in lege nullum verbum ponitur ſuperfluum, & otioſum, vt notum eſt; oportet ergo, quod referatur ad licentiam minimè obtentam. Pariter non habent Prouinciales,ex vi Regulæ,coercere Subditos pœnis via iuridica, ſed hoc ſibi conceſſum eſt à Capitulo Generali, quod talem facultatem in ſolum Miniſtrum Generalem conferre poterat, ſicut Superioribus localibus ademit, & ſolis Prouincialibus conceſſit. Porrò talis facultas ſibi datur per Statuta Ordinis, quæ, quoad forum iudiciale, reſtringuntur ad hanc Practicam, quæ eſt pars iudicialis Statutorum Ordinis, vt diximus iam. Si ergo hæc lex vtitur verbis negatiuis, & prohibitiuis, dicẽdo *Sæculares examinare, &c. id non fiat, ſine expreſſa ſuorum Superiorum licentia*, liquet, quod ibi non datur facultas ſine tali forma, & ea non ſeruata, Iudex, ſi procedat, procedet ſine facultate, quia aliundè eam non habet, quàm per hanc legem; Iudex autem ſine facultate, ſeu iuriſdictione, procedens attentat; & nullum reddit actum. Ex his ergo apparet euidenter, quod ſi examinandi ſint Teſtes extra Religionem, requiritur *expreſſa* licentia, & per hoc verbum excluditur licentia tacita, vel interpretatiua; de qua licentia debet apparere in proceſſu, & praxis eſt, quod Iudex Regularis petat in ſcriplis à Superiore Teſtis examinandi, (ſiue Eccleſiaſticus ſit, ſiue Laicus) facultatem, & eam obtentã in actis inſerat, vt non ſit locus cauillationi Aduocatorum, & de ea expreſsè obtenta appareat. Quid autem iuris, ſi, vt multoties accidit, Superior denegaret facultatem, & caſus vrgeret? Tunc recurrendum eſt ad Principem, ſi Laicus eſt Superior; vel ad Epiſcopum, ſi eſt Clericus Sæcularis; aut ad Generalem, ſi eſt Regularis, & iſti tenentur in conſcientia facultatem dare, ſicut tenetur Iudex Laicus Eccleſiaſtico Superiori, in caſibus iure cautis, brachium ſuum impendere, vt aliàs diximus. Fora enim ſe inuicem iuuare debent, & par eſt ratio de danda facultate Teſt. ad ſe examinandum, & concedendo brachium

Sæculare, vtraque enim tendunt ad Rei punitionem.

86. *Excipiuntur autem hîc grauiſſimæ perſonæ Sæcularium omni exceptione maiores, quarum depoſitionibus, etiam non iuratis, ſtandum eſſe rationabile eſt.* Clara de ſe eſt huius *Textus* diſpoſitio, quæ Imperatoriæ legi (*a*) cohæret. Grauem tamen patitur difficultatem, quia, in iure, (*b*) Teſtis non iuratus, quauis dignitate præfulgeat, non probat in ciuilibus; & multo fortiùs in criminalibus. Ampliùs; iuramentum, vt ſupra tetigimus, à grauibus *Doctoribus* (*c*) cenſetur eſſe de iure diuino, & tanquàm ſubſtantiale ad iudicium requiri, ordinatur in *Textu*, (*d*) vbi dicitur, *Secundum* (eſſentiale iuris) eſt *quod Teſtes, tam pro Reo, quàm contra Reum legitimè producti, cum iuramento audiantur, & examinentur*; & in hoc Titulo §. 9. *Teſtis, vt probet, iurare debet, aliàs non iuratus non facit fidem.* Quomodo ergo poteſt ſubſiſtere diſpoſitio præſentis *Textus*, cum iuri communi aduerſetur, nec circa hoc aliquam diſpenſationem, aut confirmationem Apoſtolicam habeamus? Scio quidem *Paſſerinum* contendere, quod iuramentum Teſtium non eſt de iure Diuino, (*e*) quia nullibi in Sacra pagina reperitur iniunctum, imo ex pluribus locis Scripturæ habetur, fuiſſe datam fidem Teſtibus, abſque iuramento; itemque dicere, quod Supremus Pontifex, aut Princeps, ſeu Statutum ab his confirmatum, poſſit auferre neceſſitatem iuramenti; & quod in Auſtria, Bohemia, & Bauaria Nobiles non comparent perſonaliter ad perhibendum teſtimonium, ſed ſufficit eorum ſcriptura, & fides, abſque corporali iuramento. Scio pariter ipſum concludere, quod in iudicio ſummariſſimo, vbi proceditur, *ſola facti veritate perſpecta*, Teſtis, etiam non iuratus, probat, vt dicit *Bartolus*, & *Maranta*. (*f*) Ex his ergo poſſet videri, quod cum Nos habeamus priuilegium ſummariſſimè procedendi, vt aliàs dictum eſt, ſubſiſtat hæc diſpoſitio, quod teſtimonium *grauiſſimarum Perſonarum Sæcularium* valeat abſque iuramento.

87. Sed rationes *Paſſerini* minimè cogunt, ſi quidem, quod iuramentum promiſſorium ſit de iure diuino (non quidem, quod omnis, qui aliquod promittit ſub iuramento promittere debeat; ſed quod omne, quod firmiter, & ſolemniter promittitur, iuramento firmetur.) habemus infinita exempla in Scriptura, quæ piget exſcribere, quia paſſim ſunt obuia. Stat autem, quod iuramentum Teſtis non eſt ſimpliciter aſſertorium, non enim Teſtis ex ſe accedit ad ferendum teſtimonium, ſed eſt etiam promiſſorium: Iudici enim ſtipulanti promittit vera reſpondere, & promiſſionem iuramento firmat. Quod porrò in iudicio criminali, vbi agitur de diſcrimine vitæ, aut fortunarum, & actus ſolemniter fit, teneatur Teſtis teſtimoniũ firmum dare, & verum dicere, hoc de naturali ratione eſt, dictante; iuxta obiecti qualitatem, actum eſſe applicandum. Quod ergo tali actui de ſe graui, & grauem obligationem inducenti, debeatur iuramentum (iuxta ea, quæ ex ſacra pagina obſeruamus, quod in grauibus, & firmis promiſſionibus iuramentum interuenerit,) concluditur eſſe de iure Dinino exemplariter; quandoquidem etiam, in firma promiſſione Deum ipſum addidiſſe iuramentum, habemus. (*g*)

88. Nec, quod Princeps poſſit per legem, aut Statutum, tollere è medio iuramentum, & ordinare, quod Teſtibus æque credatur in iudicio ſine iuramento, ſicut cum eo, pariter admitto. Siquidem ex Sacra Scriptura, & iure Canonico, & Cæſareo habemus, quod iuramentum vſitatum, & legi communi firmatum ſit, in teſtificando, & in ſolemniter promittendo. Lex porrò Principis, vt iuſta ſit, rationabilis eſſe debet. Quæ ratio autem poteſt Principi ſuggerere, vt Teſti abſque iuramento in iudicio credatur? Fortè frequentia periuriorum, quæ audiuntur, inter ſnos? Sed hæc non cogit, quia maius eſt damnum, quod poteſt publico euenire à facilitate mentiendi, quam habebit Teſtis non iuratus, quàm ſit damnum priuato Teſti peieranti; nec vllum commodum, aut maior felicitas Subditis poteſt prouenire à diſpenſatione iuramenti, eo, quod ſibi prouenit à depoſitione iurata Teſtis. Sequitur ergo, quod talis lex diſpenſatiua, vtpotè rationabili fine carens, nulla eſſet cenſenda, ſibi refragantibus Summorum Pontificum, Conciliorum, ac Imperatorum Decretis. Quod autem in *Auſtria*, &c. ita ſeruetur, vt præfertur, minimè cogit; tum quia conſuetudo tolerata in Regione particulari, non facit legem vniuerſalem; tum quia hoc fortè erit in ciuili cauſa, & proindè non quadrat pro criminali; tum quia ſi non iurant in iudicio per-

perſonaliter, iurabunt fortè per Procuratorem, eum nempè, per quem ad Iudicem mittunt ſuam atteſtationem ſcripto firmatam.

89. Quomodo ergo ſoluentur difficultates contra *Textus* diſpoſitionem propoſitæ? Reſpondeo, quod intentio *Textus* non eſt, quod depoſitiones talium perſonarum non iuratæ plenè probent in iudicio, hoc enim nullo modo ibi habetur, ſed dicit eorum *depoſitionibus non iuratis ſtandum eſſe rationabile eſt*. Senſus ergo eſt, quod à Iudice Regulari tale Magnates, & Perſonæ egregiæ, non ſunt, veluti alij inferiores, cogendi, per imploratam opem ſuorum Iudicum, ſicut de cœteris dictum eſt, ad ferendum in iudicio teſtimonium iuratum; quandoquidem iſti probro ſibi ducere ſolent, extra cauſam propriam in criminali iudicio, contra quempiam, teſtificari. Quod ſi cauſa propria eſt; ſunt Teſtes inepti; ſi non eſt, & cogere eos tentetur, nihil proderit, niſi ad cauſas auerſionis contra Religionem procurãdas. Iudex enim illorum ipſos arctare ad teſtificandum non tentabit; & ſi hoc faciet, incaſsùm erit. *Rationabile eſt* ergo, ſtare eorum *depoſitionibus non iuratis*, ſiue oretenus, & familiariter à Iudice exceptis, & ex poſt à *Notario*, ad dictamen Iudicis, inter acta deſcriptis; ſiue in ſcriptis Iudici tranſmiſſis. At probabunt ne plenè, ac ſi fuiſſent iuratæ? Minimè, ſed facient tantùm præſumptionem quandam, & adminiculum, vt docet *Abbas*; (*b*) & hic eſt germanus ſenſus *Textus*.

TEXTVS.

§. XII. Quod ſub ſigillo ſecreti, aut conſilij, aut auxilij poſcendi gratia, quis nouerit, neque denunciare, neque in iudicio tanquam Teſtis aperire, niſi aliunde ſciuerit, valet, ne in damnum publicum ſecreti commiſſi cadat; niſi in Reipublicæ, vel alterius, graue præiudicium tale ſecretum vergeret. Teſti, qui cauſam ſcientiæ ſui dicti ex ſe, ſiuè interrogatus non reddit, nullo modo fides adhibenda eſt, in hoc enim tota vis teſtimonij conſiſtit. Nominati à Teſtibus examinandi ſunt, ſi commodè fieri poteſt. Sin autem, notetur in proceſſu cauſa, quarè examinati non ſint.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

90. *Quod ſcitur ſub ſigillo ſecreti nequit aperiri in iudicio.*
Sigillum ſecreti naturalis obligat ſub mortali.
Reuelans ſecretum peccat contra iuſtitiam, & fidelitatem.
Secretum ſcitum, etiam fraude, celari debet.
Aperiens litteras alterius peccat mortaliter.
In pari cauſa melior eſt conditio læſi, quam lædentis.

91. *Secretum, cum detrimento Reipublicæ, non eſt ſeruandum.*
Secretum, ad auertendũ magnum damnum à proximo, cum paruo detrimento alterius proximi, reuelari poteſt.

92. *Teſtis non tenetur dicere veritatem cum graui læſione propria in perſona, aut fama.*

93. *Teſtis non reddens cauſam ſcientiæ non probat.*
Deponens, non reddendo rationẽ, deponit vt pecus.

94. *Nominati à Teſtibus ſunt examinandi.*
Teſtes ex officio aſſumpti, qui dicantur.
Nominatus à Teſte ſi non examinatur deſcribatur in proceſſu cauſa, ob, quam examinatus non eſt.

90. HIC *Textus* agit de ijs, qui cogi non poſſunt ad ferendum teſtimonium, & licet tantùm loquatur de vno caſu, nos alios etiam addemus. Dicit ergo, *quod ſub ſigillo ſecreti, aut conſilij, &c.* Sigillum ſecreti naturalis commiſſi, in re graui, obligat ſub mortali. Aut

enim reuelatio ſecreti accepti vergit in damnum eius, qui ſecretum commiſit; & ſic eſt contra iuſtitiam naturalem proximum non lædendi. Aut reuelatio eſt tantùm contra pactũ ſibi appoſitum ab amico, qui ſecretum commiſit, cum conditione non reuelandi; & ſic eſt contra debitam fidelitatem. Vndè, qui ſecretum expreſſà, aut tacita conuentione reticendi ſibi commiſſum, reuelat, is contra fidelitatem, & iuſtitiam peccat, non minùs, ac ſi violet fidem in contractu depoſiti, vt dicunt *Theologi morales*. (b) Sequitur ergo, quod ſi, abſque peccato, hoc nequit reuelare, neque poteſt, neque debet illud in iudicio deponere, & multò minùs denunciare. Neque vrget iuramentum de veritate dicenda, quia Iudex ius non habet interrogandi de ijs, quæ ſub ſecreto ſunt commiſſa Teſti; & iuramentum ſuper re illicita obligatorium non eſt. Quod autem hucuſque dictum eſt, quadrat non tantùm de ſecreto, quod ſibi ab amico petente auxilium, aut conſilium, aut liberaliter communicante, dictum eſt; ſed etiam de ſecreto, quod Teſtis fraude, aut ſagacitate aliqua, ſcire procurauit. Vt ſi aliquis clauem ſcrinij ſui Amico fideret, iſte autem ſcripturas illius, quæ ibi ſecretò aſſeruantur luſtraret, & negotia ipſius ſecreta inibi legeret; vel ſi litteras allicuius furaretur, & aperiret, (vt conſueuit fieri à quibuſdam malignis, nebulonibus, qui litteras aliorum venantur, vt inueniant quomodo poſſint ſibi inuiſos lædere;) iſti inquam non tenentur, neque poſſunt, ſine mortali culpa, pandere, quod ex epiſtolis, ſiue ſecretis ſcripturis, didicerunt. Et ampliatur doctrina hæc in tantùm, quod ſi ex reuelatione talis ſecreti graue damnum immineat proximo, & ex non reuelatione æquale, & etiam maius damnum reſultaret ipſi Teſti, non poteſt ipſe, in præiudicium alterius, ſine peccato mortali, reuelare ſecretum. Ratio autem eſt, qaia quicumque iniuriam alicui intulerit, tenetur iniuriam tollere, & non continuare, & propagare, alioquin ſicut, ab initio peccauit iniuriam inferendo, ita etiam peccabit continuando, & augendo: igitur etiam, qui ſecreti cognitionem per iniuriam acquiſiuit, is tenetur ſecretum ſupprimere; manifeſtando autem continuat, & auget iniuriam, ſicuti qui rem alienam per iniuriam abſtulit, non poteſt ea vti, cum Domini detrimento; alioquin continuabit iniuriam, & grauiùs peccabit. Neque refert, quod in æquali diſcrimine ſit conſtitutus, quia, in pari cauſa melior eſt conditio iniuſtè læſi, quam lædentis, ne is ex propria malitia commodum ferat; & ita poſt *Nauarrum*, & *Molinam* concludit *Paulus Layman*. (i)

91. *Niſi in Reipublicæ, vel alterius, graue præiudicium tale ſecretum vergeret, &c.* Quando ſecretum de re futura, vt v.g. proditio Patriæ, incendium, rebellio, & ſimilia, maximè læſurum eſt bonum Reipublicæ, doctrina communis eſt, (l) quod; nullo modo obligat: cum bonum publicum cuicunque priuato ſit præferendum Sed quod non ſit obligatorium, quando in *alterius*, puta priuati, *graue præiudicium vergeret*, prout dicit *Textus* non ita clarum eſt. Ponamus enim, quod *Caius* ſecretò mihi reuelauit, quod occiderit aliquem, & in fortijs Curiæ reperiatur *Titius* culpatus de homicidio, & ſubeat periculum vitæ, poſſum ne ego, tuta conſcientia, ad ſoluendum *Titium*, reuelare ſecretum mihi commiſſum à *Caio*? Certè, quod non, cum non poſſim *Titio* opem ferre, ſine læſione *Caij*, & vtrorumque bonum, (quia res eſt inter priuatos) æquale ſit. Quomodo ergo intelligendus eſt *Textus*? Debet intelligi quando, vel nullum, vel modicum præiudicium, ex reuelatione, imminet ei, qui ſecretum commiſit, graue autem damnum reſultat alteri, ſi non reueletur; & in tali caſu poſſe aperiri ſecretum, etiam in iudicio, cenſent *Doctores*. (m) Vt in dato caſu, ſi *Caius* poteſt fugà ſuæ indemnitati conſulere, poſſum, ipſo monito, vt fugiat, reuelare ſecretum homicidij mihi commiſſi, nè *Titius* innocens iniuſtè puniatur.

92. Prætereà non poteſt cogi Teſtis ad dicendam veritatem (& ad hoc non tenetur) quando ex ſua depoſitione aliquod graue periculum incurrere rationabiliter timet, vt inimicitia cum perſona potente, vel læſio propriæ famæ, aut bonorum (n) quemadmodum etiam iuxta *Bartolum* (o) non tenetur detegere turpitudinem ſuam. Vndè ſi nõ poteſt deponere contra alium, quin prodat peccatum ſuum, poteſt iuſtè reticere veritatem, quia tali caſu Iudex non habet ius eum interrogandi, & ita legitimè non interroganti obligationem nõ habet verum reſpondendi.

93. *Teſti, qui cauſam ſcientiæ ſui dicti, ſiuè ex ſe, ſiue interrogatus non reddit nullo* mo-

Digitized by Google

modo fides eſt adhibenda . Hoc concordat diſpoſitioni vtriuſque iuris, (*p*) debet enim Teſtis deponere de certa ſcientia habita per ſenſum magis negotio congruentem; hoc eſt per viſum ſi delictum fuerit viſibile, ſiue auditum, ſi in ſono crimen fuit, vt in contumelia illata, minis, blaſphemia, & ſic per alios ſenſus diſcurrendo . Cauſam autem ſcientiæ reddit, dum ſenſationem habitam de crimine teſtatur ; vt *ſcio, quia vidi, audi, guſtaui, &c.* Licet verò multi *Doctores* dicant, quod in aliquibus caſibus, (vt in teſtimonio nocturno ; de negatiua; de infamia ; notorio ; conſuetudine; dolo; ebrietate; iracundia, &c.) Teſtis, qui non reddit ex ſe cauſam ſcientiæ abſq; eo, quod de ea interrogetur à Iudice, nihil probet ; Tamen *Textus* noſter admittit vniuerſaliter teſtimonium Teſtis, dum modo, aut ex ſe, aut requiſitus à Iudice cauſam ſcientiæ reddat ; *in hoc enim tota vis teſtimonij conſiſtit*, vt enim feſtiuè ait *Baldus* , (*q*) qui ſine ratione teſtatur ; deponit , vt pecus , quaſi rationem , quam , vt homo , afferre debet , non cognoſcat .

94. *Nominati à Teſtibus examinandi ſunt, ſi commode fieri poteſt* ; & tales nominati dicuntur Teſtes ex officio aſſumpti , non enim ad partis præſentationem , ſed ex officij exigentia . *Sin autem notetur in proceſſu cauſa , quare examinati non ſunt.* Hoc quidem de neceſſitate non eſt , ſed eſt optima cautela pro Iudice , ne in caſu reuiſionis cauſæ , aut Appellationis , Iudex *ad quem* videns minimè examinatum aliquem , à quo vlteriora indicia , pro, vel contra Reum , haberi poterant , poſſet culpare , vel vt negligentem , vel vt ſuſpectum Iudicem *à quo* . Huiuſmodi autē periculum ceſſat, ſi ex proceſſu appareat cauſa; quare examinati non fuerint .

T E X T V S.

§.XIII. Pater , Frater , Nepos , & Conſanguinei , vſque ad quartum gradum examinari non poſſunt contra Filium , Fratrem , Auunculum , niſi delictum eſſet enorme , & ſine iſtorum teſtimonio probari non poſſet . Quidquid ſit , nunquam Pater contra Filium examinari cogatur , niſi de expreſſo conſenſu Reuerendiſſimi Patris Generalis , aut eius locum tenentis . Depoſitiones Teſtium eis priùs lectæ ſubſcribantur , vel ſigno Crucis , ſi ſcribere neſciuerint , notentur ab ijſdem Teſtibus, additis ſubſcriptionibus Iudicis, & Scribæ , qui in principio deſcribat etiam locum , in quo examen inſtituitur . Si autem ipſi Teſtes aliquid addi , vel minui , vel declarari iuſſerint , antequam ſubſcribatur depoſitio , ex integro apponendum erit per extenſum ſingula adnotando , iuxta formam inferiùs tradendam .

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

95. *Pater, Filius, Frater, & Conſanguinei nequeunt cogi ad examen contra ſuos .*
Excipitur ſi delictum eſt enorme, & res aliter probari nequit .
Enorme crimen in hoc caſu intelligitur de atrociſſimis.
Teſtimonium iſtorum , quando ſit integrum nec ne .
96. *Pater non poteſt cogi ad deponendum contra Filium, ſine licentia Generalis.*
Licentia Generalis ſit in ſcriptis , & eſt reponenda inter acta .
97. *Neque filius examinari cogitur contra Patrem, ſine conſenſu Generalis.*
98. *Depoſitiones Teſtium legi debent à Notario .*
Et ſubſignentur à Teſte ſaltem ſigno Crucis .
Et ſubſcribuntur à Iudice .
Si Iudicis ſubſcriptio deeſſet, adbuc eſſent validæ .
Locus examinis exprimendus, & quare.
Officia turbarentur , ſi non diſtincti
eſſent

Digitized by Google

eſſent termini iuriſdictionis.

Territorium Iudicis Regularis eſt Conuentus.

99. *Iudex Regularis de licentia poteſt exercere iuriſdictionem in territorio alieno.*

Licentia debet eſſe ſcripta, & actis inſerta.

Petita licentia, & ea denegata, valet actus.

100. *Teſtis ſi vult depoſitioni addere, minuere, vel variare, aut declarare eam, ante ſubſignationem poteſt.*

De praxi huius remiſſiuè.

95. IAM ſupra dictum eſt Patrem, Filium, Fratrem, &c. inhabiles ad teſtimonium ferendum, & à legibus repudiari, duplici ex titulo, puta ex obligatione reuerentiæ, quam Filius debet Patri, & Vxor Marito; & etiam ex ſuſpicione falſitatis in teſtimonio ferendo ratione affectionis naturalis, quæ eſt inter Conſanguineos. In hoc *Textu* habetur, quod ijdem cogi non poſſunt ad teſtificandum; & ait *Pater, Frater, Nepos, & Conſanguinei vſque ad quartum gradum examinari*, hoc eſt cogi ad ſe examinari, *non poſſunt contra Filium, Fratrem, Auunculum*, ſunt enim Teſtes priuilegiati à ire, vt dicunt *Doctores*. (r) Excipitur autem quando *delictum eſt enorme, & ſine iſtorum teſtimonio probari non poſſet*. Et hic aduertendum, quod *Textus* non loquitur alternatiuè, ſed copulatiuè; & ſenſus eſt, quod non ſufficit, quod delictum enorme ſit, aut de eo veritas aliter non poſſit haberi, ſed vtrumque requiritur, puta, & enormitas delicti, & impoſſibilitas probationis; & benè notandum, quod tales Teſtes examinare non poteſt Iudex aliundè, & hæc lex cōcepta eſt verbis negatiuis, & prohibitiuis puta, *examinari non poſſunt*. Vndè ſi ſibi datur facultas eos examinandi, eſt cum hac modificatione, puta enormitatis criminis, & impoſſibilitatis eius probationis; ſequitur proindè, quod non purificatis ambabus conditionibus, Iudex non habet in hoc iuriſdictionem, & ita talium depoſitiones ſunt ipſo iure nullæ, & nihil operantur, vt in pari caſu legis prohibitiuæ diximus ſupra. (s) Quod porrò dicatur crimen enorme dictum eſt alibi: (t) ſed in hoc caſu, non quoduis enorme accipiendum eſt, ſed quod inter enormia grauiora computatur, vt crimen læſæ Maieſtatis, proditio patriæ, homicidium, veneficum, & huiuſmodi; ratio eſt, quia magna debet eſſe cauſa, vt iura naturæ habeat violare Pater, & contra Filium teſtificari. In tali autem caſu teſtimonium prædictorum euadit ne integrum? Reſpondeo, quod ſi eſt contra Reum, & ipſi renitentes ſe oſtenderunt ad ſe examinandos, eſt integerrimum. Quia ſuſpicio falſitatis, quæ cadit in talibus eſt, quia præſumuntur ex affectione erga Reum, non vera dicturi ad ipſius fauorem; quod ſi contra eum deponant, ceſſat radicitùs præſumptio falſitatis. Dixi autem, ſi ipſi renitentes ſe oſtenderunt ad ſe præſentandos ad examen; quia ſi libenter, & penè vltronei, vocati ſe præſentent, oritur ſuſpicio falſitatis contra Reum: quia ſtante naturali affectione, quæ oritur ex conſanguinitate, nemo abſque magna cauſa, (quantumuis in delicto contra Rempublicam,) inclinatur ad nocendum Conſanguineo; & hæc cauſa perſonalis eſt, puta vel inimicitia contra Conſanguineum; vel ſpes potiendi hæreditate ſua; vel riualitas in Magiſtratu, Officio, Prælatura, & ſimilibus. Si ergo alacritèr, & libenter contra eum teſtificatur, ſignum eſt, ipſum æquo animo non eſſe ergà Reum, & aliqua paſſione laborare, ob quam ipſius dictis ſit fides minuenda. Hoc autem (ſicut etiam iudicare de enormitate criminis, & impoſſibilitate probationis) arbitrarium eſt Iudici, qui tamen debet eſſe benè cautus in pronunciando ſuper talibus, dum decretat examinandum eſſe Rei Conſanguineum, ex eo, quod crimen enorme, & alio modo improbabile ſit, ne detur anſa Aduocato impugnandi decretum, vt irrationabile, & depoſitionem vt nullam, vt ſæpè euenit.

96. *Quidquid ſit, nunquam Pater, contra Filium examinari cogatur, niſi de expreſſo conſenſu Reuerendiſſimi Patris Generalis, &c.* Amor Patris deſcendit in Filium, & quod Pater damnum Filio inferat contra totum ius naturæ eſt. Prodigium obedientiæ erga Deum fuit, quod *Abraham* ſtrinxerit gladium in necem Filij, & magna fuit ipſa cauſa, nempè expreſſum mandatum Dei. Magna verò eſſe debet cauſa, vt Pater, contra Filium teſtificando, ipſi noceat, nec vlla poteſt eſſe talis, niſi totius Reipublicę bonum; cum enim quiſquis ordine naturæ magis teneatur dilige-

re

re ſe, quàm proximum, etiam Filium; & quiſquis, etiam priuatus, ſit membrum Reipublicæ; liquet, quod bonum Reipublicæ eſt bonum ſui, qui illius eſt pars; & ſequitur, quod, ex ſola contemplatione huius boni, poteſt poſtponi bonum Filio volitum. Sed tali, vel ſimili cauſa non eſt contentus *Textus*, ſed ait *Quidquid ſit*, de cœteris, nempè Fratribus, Nepotibus, conſanguineis, &c. *nunquam Pater contra Filium examinari cogatur, niſi* (& notandum eſt, quod dicit) *de expreſſo*, & intelligendum etiam patente, & in ſcriptis, vt de eo inſerto in proceſſu appareat, *conſenſu Reuerendiſſimi Patris Generalis*; & hoc rationabiliter, tanti ponderis enim caſus non eſt ſoliùs Iudicis arbitrio committendus, ſed ſupremi in Religione Iudicis maturitate diſcutiendus.

97. Sed eſt ne par ratio de examinando Filio contra Patrem? Dico quod ſic, licet enim naturaliter non ita Patrem diligat Filius, ſicut hunc Pater, tamen vrgetur Filius præcepto Diuino honorandi Patrē, & non poteſt Iudex cogere Filium ad transgrediendum hoc mandatum, & eſſe inhonorum Patri contra eum teſtificando, & hoc etiam ſi Pater in hoc conſentiat, vt voluit *Decianus*: *(u)* niſi maxima ſubſit, & par cauſa, in qua etiam Pater contra Filium poſſit examinari. Quod ſi *Textus* noſter de ſolo Patre contra Filium locutus eſt, hoc ideò eſt, quia faciliùs euenire poteſt, quod Reus ſit Filius ingreſſus Religionem in adoleſcientia, Patre adhuc ſuperſtitè in ſæculo; quàm quod, Filio exiſtente in ſæculo, Pater grandæuus ad clauſtra tranſierit, & Reus ſit; vel quod Pater, & Filius ambo Religioſi ſint, quod etiam (quantumuis raro) occidiſſe legimus. Tamen ſi caſus eueniret, ita requireretur expreſſus conſenſus Generalis ad examinandum Filium contra Patrem, ſicut vice verſa in *Textu* præſcribitur.

98. *Depoſitiones Teſtium, ijs priùs lectæ,*) & ſi Teſtis illiteratus eſt, etiam lingua vernacula explicatæ ſibi ab eodem *Notario* eſſe debent Iudicis interrogationes, quæ latinè ſcribuntur) *ſubſcribantur, vel ſigno Crucis, ſi ſcribere neſciuerint, notentur ab ijsdem Teſtibus, additis ſubſcriptionibus Iudicis, & Scribæ*. In Curijs ſæcularibus apponitur tantùm ſubſcriptio *Notarij*, fortè quia talis eſt perſona publica, ſolemniter creata, & ad hoc inſtituta, vt eius ſcriptura fidem faciat, quod non eſt in noſtro *Scriba* ad vnam tantùm cauſam deputato, licet in ea æqualem reportet fidem ſicut publicus *Notarius*. Tamen quia *Textus* hoc præſcribit, etiam Iudex ſubſignare debet. Eſt hoc de ſolemnitate, & diſpoſitio eſt merè directiua, ita vt ſi ex incidenti Iudex depoſitioni non ſubſcripſiſſet, non per hoc ſua vi careret ſcriptum teſtimonium; eſt etiam ſolemnitas, quod deſcribatur locus loci, in quo ſcribitur proceſſus, puta dicendo *in camera prima, cui titulus S. Petrus, ſita in dormitorio communi versùs meridiem Conuentus*; Sed debet *Notarius exprimere locum in quo examen inſtituitur*, puta Conuentum. Ratio huius eſt, quia Iudex extra territorium ſuum propriā iuriſdictionē coactiuā, validè exercere non poteſt: debet enim quiſque contentus eſſe ſua iuriſdictione, quæ finibus territorij ſui limitatur, & rerum officia turbarentur, ſi diſtinctæ non eſſent iuriſdictiones, & earum termini. *(x)* Si ergo Iudex Regularis extra territorium ſuum iuriſdictionem vellet exercere interloquendo, examinando, &c. ſententiando, actus illi, facti in loco non ſuo, eſſent facti abſq; iuriſdictione, & ita nulliter. Territorium autem Iudicis Regularis eſt proprius Conuentus, & extra ipſius fines iuriſdictionis exercitium habere non poteſt validè, aut licitè. Ad hoc ergo, vt conſtet de validitate examinis debet adnotari locus, puta Conuentus, in quo factum fuit; nempè vbi Iudex iuriſdictionem ſuam validè exercet.

99. Verum eſt; quod ſi permittatur ſibi à Iudice territorij alieni, puta ab Epiſcopo in ſua Diœceſi, aut Superiore in ſuo Monaſterio, actus iudiciales facere; actus illi ex tali permiſſione eſſent validi, vt ſcribit *Paulus de Caſtro*. *(z)* Et ſic, in facti contingentia, ſi eſſet examinandus aliquis Teſtis Sæcularis, aut in domo ſua, quia detinetur infirmitate; aut in Eccleſia, vbi refugiatus ob metum Curiæ habitat, debet Iudex Regularis petere ab Epiſcopo, vel eius Vicario, facultatem examinandi in territorio ſuo, & hoc in ſcriptis, & in proceſſu inſerere; ad hoc, vt de validitate examinis, ratione loci, conſtet. Verum eſt, quod ſufficit petita, licet minimè obtineatur; ad hoc, vt teſtimonia ſint valida. Ratio eſt, quia ex quadam Clementina *(b)* habetur, quod Epiſcopi expulſi poſſint contra Expulſores procedere in Diœceſi

alie-

aliena tribunal erigendo, petita ad hoc Diœceſani licentia, quam ſi obtinere non poſſunt, tamen valent, vt præfertur, procedere: Prouinciales autem, vt alias (c) dictum eſt, comparantur Archiepiſcopis, vel ad minus Epiſcopis. Sequitur ergo, quod ex identitate rationis extenditur ad Prouinciales, & Viſitatores diſpoſitio prædictæ Clementinæ latæ pro Epiſcopis, & ita valeat licentia petita, licet non obtenta; & ex pari ratione, diſpoſitio prædictę Clementinæ extendatur etiam ad Iudices Regulares.

100. *Si autem ipſi Teſtes aliquid addi, vel minui, vel declarari iuſſerint, antequam ſubſcribatur depoſitio, ex integro, apponendum erit per extenſum*; hoc eſt, non debet iam ſcripta depoſitio deleri, aut in aliquo alterari, ne videatur à *Notario* alteratum inſtrumentum criminale, puta proceſſus: ſed in fine examinis ſcribenda *ex integro, & per extenſum* eſt voluntas ipſius Teſtis; hoc modo, *& lecta præfato N. Teſti, vt ſupra, ſibi prius ſua depoſitione, voluit addere, quod, &c.* vel *voluit delere, quod ſupra inaduertenter dixit, puta, quod, &c.* vel *voluit ſe melius declarare circa, &c. proindè dixit, quod, &c.* praxim autem in Parte ſecunda, Deo dante, deſcribemus.

TEXTVS.

XIV. Ordinem, & peritiam, in examinando Teſtes Iudex omninò oſtendat, non animum captioſum, & fallacem, ſed ad veritatem funditùs eruendam accommodatum. Incipiat ab vniuerſalioribus, & leuioribus, & non ſtatim ad immediata deueniat. Poterit vti illis circumſtantijs, quibus vtuntur Confeſſarij, nimirum. *Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.* Procuret, vt probationes luce meridiana clariores appareant, quales in criminalibus requiruntur. Ante examen moneat Teſtem de obligatione, quam habet ad dicendam veritatem, & qualis Deo, Iuſtitiæ, & Proximo iniuria irrogatur, dum veritas tacetur, & mendacium in iudicio profertur.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

101. *Ordinem, & peritiam examinandi habeat Iudex.*
Iudicis peritia in quo conſiſtat.
Sinceritatem debet habere Iudex.

102. *Ordo interrogandi eſt ab vniuerſalibus ad particulare.*
Probationes debent eſſe clariores luce meridiana.
Claritas teſtimoniorum dupliciter accipitur.
Dicta Teſtium debent eſſe concludentia neceſſariò.

103. *Teſtis examinandus priùs monendus.*
Teſtis falſum dicens ſemper aliquem lædit.

101. Diximus aliàs multa in Iudice deſiderari, ad hoc, vt benè ſuo muunere fungatnr, ſed præ cæteris maximè cordi ſibi eſſe debet integritas: non tantùm, vt iuſtitiam non obliquet corruptus paſſione aliqua amoris, aut odij, aut auaritiæ; ſed etiam, vt veritatem ingenioſa, & licita ſagacitate inueſtiget, nè innocentem, cum offenſione iuſtitiæ grauet, neue Reum impunitum, cum damno Reipublicæ, dimittat. Ad hoc ergo, quod feliciter in veritatis cognitionem deueniat, *ordinem, & peritiam in examido Teſtes Iudex omninò oſtendat*. De ordine infra proſequitur; *peritiam* verò hic intelligit perfectam intelligentiam muneris ſui; ita vt non hæſitanter, non obſcurè, aut inuolutè, Teſtem interroget, ſed cum firmitudine, authoritate, & claritate. Teſtis enim, qui fortè in animo ſuo, non aperire veritatem, ſtatuerat, maieſtate Iudicis confuſus mutat conſiliũ: & ſi hærentem Iudicem vidit in interrogando, addit ſibi animum in reſpondendo, non pro veritate, ſed pro paſſione, vel commodo; & ſi

ſi Iudex imperitus obſcurè interrogat, Teſtis ſagax intricatè deponit. Peritiam ergo oſtendat Iudex *non animum captioſum, & fallacem, ſed ad veritatem funditùs eruendam accomodatum*. Sinceritas, & veritatis percipiendæ ſtudium, propria ipſi eſſe debent, & hanc pandere habet interrogando, vt percipiat Teſtis, Iudicem non affectare aliud, quam veritatem ſcire; nam ſi præferat animum capiendi, aut fallendi Teſtem in verbis, aut æquiuocis ludens, aut mendacia confingens, poteſt Teſtis iiſdem artibus vti, & Iudicis diligentiam eludere.

102. *Incipiat ab vniuerſalioribus, & leuioribus, & non ſtatim ad immediata veniat.* Nunc de ordine interrogandi tractat, & quia examen Teſtis non eſt niſi ad habendam ſcientiam de crimine, oportet proindè procedere in ea illo ordine, quo regulatur intellectus pro acquiſitione ſcientiæ. Teſte autem Philoſopho, progreſſus ſcientiæ, eſt ab vniuerſalibus ad particularia; ita debet eſſe interrogando, oportet enim incipere à generalioribus, & ab iis ad particularia deſcendere, non verò *ſtatim ad immediata* deuenire. *Poterit* verò ad hunc ingreſſum ſeruandum *vti iis circumſtantiis, quibus vtuntur Confeſſarii. Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando*. Hæc non egent explicatione, cum ſatis clara ſint, potiùs eſſet dandum exemplum, vt in hac arte Tyrones poſſent diſcere. At quia in Secunda Parte dabimus exempla, & formam interrogationis Teſtium, & Rei, illuc Lectorem remittimus. *Procuret, vt probationes luce meridiana clariores appareant, quales in criminalibus requiruntur*, hoc enim textualiter in iure (*d*) habetur, & eſt hyperboles, vt notat *Gothofredus*, qui alias multas in iure contentas ibi adducit. Sed ſciendum, quod claritas probationis attenditur dupliciter, puta reſpectu perſonarum, quæ teſtificantur, quæ debent eſſe claræ, vt nulla exceptio ipſas obnubilet; claræ item reſpectu dictorum, nempè, vt dicant Teſtes, ſic eſſe, quia facto interuenerunt, quodque illud propriis ſenſibus perceperunt, & adducendo cauſas ſcientiæ, quæ non concludant de poſſibili, aut coniecturaliter, ſed demonſtratiuè, & neceſſariò. (*e*)

103. *Antè tamen moneat Teſtem de obligatione, quam habet ad dicendam veritatem*, ſub mortali enim culpa ipſam aperire tenetur; & *qualis Deo*, quem in Teſtem iurando vocauit; qualis; item *Iuſtitiæ* publicæ, & Reipublicæ bono, noxam delinquentium tacendo; qualis pariter *Iudici*, quem mendaciis fallit; qualis tandem *Proximo*, quem grauat, *iniuria irrogatur, dum veritas tacetur, & mendacium in iudicio profertur*. Siue enim Reum grauet, ſiue non grauet falsò excuſando, aut, quod ſcit tacendo, ſemper Teſtis aliquem lædit, puta, vel Deum periurio contemptum; vel Rempublicam, in qua Sontes per eum impuniti euadunt; vel Proximum, quem aggrauat mendacio; & ſemper ſic lædit animam ſuam, quam peccato vinculat.

I. Quæritur. Quænam ſint à Iudice ante receptionem Teſtium præſtanda?

SVMMARIVM.

104. *Quæ ſint à Iudice obſeruanda ante receptionem Teſtium.*
Admonitio circa iuramentum.
Teſtis reſpondere debet viua voce, & non in ſcriptis.
Teſtis præſens poteſt ſcribere ſuam depoſitionem, & Iudici præſentare.
105. *Teſtes interrogandi ſunt ſingillatim, & ſoli, & ſecretò.*
Examen Teſtium examinatorum ſimul eſt nullum.
Nullus præter Iudicem, & Notarium debet interuenire examini Teſtium.
Iudex in examinando Teſtes debet loqui pro Reo.

104. Reſpondeo; quod præter ea, quæ ſupra tradita ſunt ex *Textu* multa debet præſtare Iudex circa Teſtes, quæ ſingillatim recenſebimus. Primum eſt, quod in monitione Teſtis debet illi aperire, quod iuramentum, quod ſibi fert, ſiue exhibet, cadit ſuper veritate dicenda, tàm pro, quàm contra Reum, & proindè eſt obligatus integralitèr dicere, quidquid facit ad illius condemnationem, aut abſolutionem. Secundum eſt, quod Teſtis deponat viua voce, non verò in ſcriptis. (*f*) Quandoquidem ſcriptis atteſtationibus, licèt iuramento firmatis, quamuis atteſtans optimæ eſſet famæ, in iudicio nihil creditur, (*g*) cum ſit iudicandum Teſtibus, non teſtimoniis. Quod

verò Teſtis præſens, & interrogatus à Iudice, reſpondeat ſcripto ad ſingulam interrogationem, hoc eſt de ſolemnitate, aut apicibus iuris, vt voluit poſt alios *Fagundez*. (*g*) Et reuera *Canones*, qui reſpuunt teſtimonia in ſcriptis, debent intelligi de illis Teſtibus, qui abſentes ſunt à loco Iudicij, & teſtimonia ſua, ſiue atteſtationes ad Iudices mittunt; non verò, quod Teſtes, coram Iudice interrogati, nequeant ſcripto reſpondere. Etenim ſi Teſtes ſint periti, & docti, audita interrogatione Iudicis, poſſunt ſuam depoſitionem ſcripto mandare, & Iudici legere, & eam inter acta inſerere. (*i*) Quod ſi Iudex non ſit plenè per eam inſtructus, poteſt per nouas interrogationes de circumſtantijs plenè edoceri.

105. Tertium eſt, quod vnuſquiſque Teſtis per ſe & ſingillatim ſingulariter interrogetur, & excipiatur. (*l*) Vndè examen Teſtium inſimul examinatorum eſt nullum, vt tenuit *Speculator*: (*m*) & ratio eſt, quia vnus poteſt ſequi dictum alterius, cuius depoſitionem audiuit, & ita fieri, cum alio, plenè conteſtis ad Reum grauandum. Nec alia perſona debet interuenire examini, quàm Iudex, & *Notarius*; quia ab eius præſentia poſſet impediri Teſtis, aut metu, aut alia de cauſa, in ſimpliciter aperienda veritate: vel talis perſona, audita depoſitione vnius, poſſet alios Teſtes inſtruere, cum præiudicio Rei, aut Fiſci. Et tandem debet examinare Teſtes ſuper omni eo, ſuper quo poteſt Teſtis reprobari, redarguendo ipſum, & quaſi pro Reo loqueretur Iudex, impugnare ipſius dicta, ad hoc, vt Teſtis magis claram reddat cauſam dicti ſui. Et ſi videt in dictis ipſius varietatem, aut contrarietatem, ſuper hac redarguat ipſum, vt vel contraria conciliet, vel varietatem concordet; ſin minùs cognoſcat Iudex, quàm infirma ſit fides illi adhibenda.

II. Quæritur. Quænam requiruntur, vt Teſtes inhabiles poſſint admitti?

SVMMARIVM.

106. *Teſtes inhabiles, vt poſſint admitti, quæ requirantur.*
Teſtes inhabiles admittuntur ad probandam ſubſtantiam delicti, non ad indicia.
Pariter ad probandum indicium violentum.
In Inquiſitione poſſunt adhiberi Teſtes inhabiles, non in Accuſatione.

106. Reſpondeo, quod vltra ea, quæ ſupra diximus, nempè de caſibus *exceptis*; de *iuramento*, & de *tortura* danda Teſtibus inhabilibus; requiritur primò, quod adhibeantur ad comprobandam ſubſtantiam delicti, non autem ad probanda adminicula, vt vult *Farinacius*. (*n*) Si autem ſint talia indicia, quæ violentam faciant præſumptionem, puto, quod in his probandis vtiquè poſſint inhabiles adhiberi ſi aliter veritas haberi non poteſt. Ratio eſt, quia illa à iure habentur loco ſubſtantialis ipſius delicti, vt ſequeſtratio in camera clauſa, aut cubatio adoleſcentis, cum puella, quæ probant fornicationem tantum, quantum ſi viſi fuiſſent actualitèr commiſceri; quia ſunt violentæ præſumptiones iuris, & de iure. Vndè tales reputantur æquales ſubſtantiæ ipſius delicti. Pariter poſſunt ſolummodo adhiberi in cauſa, in qua Iudex ex officio procedit, non verò, quando eſt per viam Accuſationis; (*o*) Accuſator enim ſiue publicam, ſiue propriam proſequatur iniuriam debet producere Teſtes integros. Excipitur tamen crimen Hæreſis, ob ſui immanitatem, vt ſcribit *Maſcardus*, (*p*) & eadem ex cauſa, puto admittendos eſſe etiam in caſu Accuſationis de crimine læſæ Maieſtatis, ſaltem in primo capite.

III. Quæritur. Quantùm probent Teſtes inhabiles?

SVMMARIVM.

107. *Teſtes inhabiles, quantum probent.*
Admiſſi, apud Nos, non faciunt ex ſe ſemiplenam probationem.
Adminiculis iuuandus Teſtis inhabilis, & quibus.
108. *Duæ cauſæ, ob quas Socius criminis repellitur.*
Exemplum de Socio criminis.

Reſ-

107. Reſpondeo, quod ſuppoſito, quod ſupra diximus, puta, quod apud Nos Teſtes, quoquomodo inhabiles de iure humano, paſſim admittantur, & admitti debeant; & quod etiam habeant purgare maculam inhabilitatis per torturam, vt ſuo loco dicemus; Teſtes tales deponentes non faciunt ex ſe ſemiplenam probationem, ſicut faciunt Teſtes omni exceptione maiores, & hanc ſententiam poſt quandam *Gloſſam (q)* tenent infiniti penè Doctores. Et ſic vnus Teſtis inhabilis, admiſſus cum tortura, non facit ex ſe probationem, quæ ſufficiat ad Rei torturam; vnde, ad hoc, quod probet ad torturam, oportet, quod adiuuetur per alia adminicula. Et quænam erunt iſta? Dico, quod ſunt, non ſolùm alia indicia, & coniecturæ, ſed etiam alij Teſtes, licèt ſint inhabiles, & Socij criminis.

108. Et circa hanc materiam de Socio criminis ſubtiliter eſt aduertendum, quod duæ potiſſimum ſunt rationes, ob quas eius teſtimonium infirmatur. Vna eſt infamia ratione criminis, alia eſt ſuſpicio, quæ oritur ex præſumptione falſitatis deponendæ ab eo, vel aggrauando illum, contra quem deponit; vel quia ſperat reportare commodum ex hoc, quod alium Coreum in eodem delicto inuoluat; puta, quia iſte habet Patronos, ſeu Amicos potentes, qui vel proceſſum facient ſopire; vel Iudicem authoritate, vel muneribus peruertent, vel pœnam minuent. Si ergo ſecunda cauſa, quæ potior eſt, in caſu particulari ceſſet; purgata infamia per torturam, ſi non euadit plenè integer, profectò magnam robur præ cæteris debet eius teſtimonium habere; ita vt quoduis aliud, quamuis leue, adminiculum debeat ſufficere ad ſupplendum illum paruum defectum, & reddendum omninò integrum. Do caſum gratia claritatis. Accuſantur *Caius*, & *Seius* de furto, & ambo ſunt gregarij, & pauperes perſonæ, & in illa regione peregrini, nec habent amicitiam cum aliquo Potenti, à quo vllus ipſorum poſſit iuuari. *Caius* confitetur de plano delictum, & complicem reuelat *Seium*, quem nullo modo grauat, vtpotè dicendo ſe fuiſſe ab illo ſeductum; aut plùs eſſe furatum; aut fores domus fregiſſe, &c. Sed ſimplicitèr facit de illo crimine Reum. Torquetur *Caius* ad purgandum infamiam, & perſiſtit in eadem confeſſione; profectò ſi non redditur plenè ex hoc integer, tamen ex leui quouis adminiculo talis redditur. Supponi autem debet aliquod indicium præcedens, ſine quo nequiuit *Caius* interrogari; ſi ergo tale indicium ſit, quod ex ſe ſemiplenè probet; & vltra hoc aliud leue, per quod paruus defectus *Caij* ſuppleri poſſit, *Caius* euadit integer, & poterit *Seius* complex non tantùm torqueri, ſed etiam condemnari, quia ex dicto *Caij*, qui euadit integer ex leui adminiculo ſibi adiuncto, ſemiplena fit probatio; cui addita alia ſemiplena probatione reſultante ex indicio, quod diximus, redditur plena probatio ſufficiens ad condemnationem, non quidem ordinariam, ſed extraordinariam.

IV. Quæritur. Quantum probent Teſtes de auditu?

SVMMARIVM.

109. *Teſtis de auditu, quantum probet.*
Teſtis de auditu alieno quis.
Teſtis de auditu proprio probat delictum, quod in ſono conſiſtit, vel ſi res non eſt auditui improportionata.
110. *Quæ requirantur vt Teſtis ex auditu perſonam probet.*
Exempla practica.
Audibile debet habere neceſſariam conſequentiam cum perſona delinquente.
Probatio Teſtis de auditu eſt Iudici arbitraria.
111. *Teſtis de auditu alieno, facit indicium.*
Confeſſio extraiudicialis probata facit indicium ad torturam.
Teſtis de auditu alterius, qui dixit ſe vidiſſe delictum, non probat niſi famam.
Duo Teſtes de auditu alterius, cum adminiculis, faciunt ad torturam in atrociſſimis.
Sed in hoc caſu plura requiruntur, & & quæ.

109. Reſpódeo diſtinguẽdo: vel enim loquimur de auditu proprio, per quem Teſtes delictum perceperunt; vel de auditu ab ore alterius, qui vel delictum dixit ſe commiſiſſe, vel dixit ſe delictum vidiſſe, & dicitur hoc modo Teſtis

de auditu alieno. Quo ad primum dico, quod ſi ſubſtantia delicti, ſiue indicij, poteſt per auditum percipi, imò eſt obiectum proprium auditus, vt eſt *Blaſphemia, Contumelia in alium prolata, &c.* Teſtis perfectè probat, ſicut Teſtis de viſu probat ea, quæ per viſum percipiuntur, & in hoc nulla eſt inter *Doctores* diſcrepantia. Paritèr probat, ſi res, de qua deponit, non eſt omninò auditui improportionata: vt ſi media tabula, vel non craſſo pariete audiretur, quod duo luderent tabulis, ludo, qui Italicè dicitur *allo Sbaraglino*, aut *Tauola Reale*, vel *Toccatiglio*. Quia, ſi Teſtis in camera vicina, & contigua, maximè noctis tempore, percipit auditu ſtrepitum taxillorum, qui agitantur in fritillo, & proijciuntur ſuper tabulam luſoriam; & ſtrepitum calculorum, qui tranſportantur de loco ad locum; ſciatque Teſtis in illa camera alium non adeſſe, quam *Caium*, & *Seiũ*, liquet, quod legitimè probat *Caium*, & *Seium* luſiſſe tabulis; & ſimiliter dicendum eſt de actu carnali inter Virum, & Mulierem; aut aliter, quando delictum non eſt omninò auditui improportionatum, vt dicunt communiter *Doctores*. (r)

110. Aduertendum eſt autem in hoc, quod oportet, quod audibile, (per quod Teſtis deponit ſuper facto determinatæ perſonæ, ad hoc vt probet) neceſſariò inferat tale factum ex ſe, vel quod habeat aliud adminiculum, per quod coniungatur cum tali facto, vel perſona. Ex. gr. Si auditur ſonus Tubæ, Campanæ, aut Cytharæ; certè, quia iſti tres ſoni differentes inter ſe ſunt, & vnus nequit eſſe niſi ab vno inſtrumento (non enim ſonus Campanæ poteſt à Tuba, aut Cytharæ à Campana eſſe) ſi auditur ſonus Cytharæ, neceſſariò infertur Cythara pulſata eſt. In hoc ergo caſu benè probat Teſtis de auditu; at ſi idem audibile poteſt eſſe à diuerſis inſtrumentis; perſonis; actibus, &c. requiritur adminiculũ aliquod, puta viſus, notitiæ, &c. Exemplum eſſe poteſt, ſi audiatur in Conuentu ſonus regulatus Cytharæ, & Teſtis ſciat, quod ſolus *Caius* reperitur, qui nouit pſallere in Cythara, audito ſono probatur, quod *Caius* pulſauit Cytharam; & hic interuenit adminiculum notitiæ, puta, quod *Caius* ſolus Cytharædus eſt in Conuentu. Paritèr audiuntur duo ludentes in camera, à qua exiens Teſtis, reliquit ibi ſolos *Caium*, & *Seium*, nec alium vidit ingreſſum in cameram, nec potuit ingredi, non viſus ab eo; hic probabit, quod *Caius*, & *Seius* luſerunt, quia interuenit aliud adminiculum, puta ſcientiæ; quod nullus alius ibi erat. Oportet ergo, quod Iudex conſideret, an audibile habeat neceſſariam conſequentiam, & connexionem cum facto, vel perſona ad hoc, vt probetur, quod intenditur, aliter, non probat Teſtis ex auditu, ſed facit pro adminiculo. Et per hoc, ſi deponit, quod audiuit *Caium* loquentem, vel clamantem, ſi eum non vidit, aut ſciat in illa camera alium non adfuiſſe, quam *Caium*, non benè probat, licet dicat ſibi notam eſſe vocem, aut clamorem *Caij*: tum quia multi habet vocem ſimilem; tum quia poteſt vox, & modus loquendi ab alio ita perfectè imitari, vt vnus pro alio accipiatur. Talis autem Teſtis probatio remittitur arbitrio Iudicis, vt dicunt *Doctores*, (s) & iſti Teſtes non probant plenè; & vnus non ſufficit ad interrogandum Reum; & à fortiori ad ipſum torquendum, & paritèr duo minimè ſufficiunt ad condemnandum. (t)

111. Teſtis autem de auditu alieno, ſi eſt circa dictum à Reo, puta, quod ipſe commiſit crimen, non probat delictum, ſed tantùm indicium delicti; nam tale dictum Rei eſt mera confeſſio extraiudicialis, quæ probata eſſe debet per duos Teſtes integros, vt faciat ſemiplenam probationem ſufficientem ad torturam, vt multis citatis probat *Sgroi*. (u) Non tamen plenè delictum probat; attento maximè, quod multi *Thraſones*, & Milites glorioſi, iactant ſe aliquando feciſſe, quod neque ſomniarunt; ſed de hac re alibi dicetur. Si verò eſt de dicto ab alio, qui delicto interfuit, vel dicitur delicto interfuiſſe, Teſtes de auditu alieno nihil probant regularitèr, niſi famam, ſi de ea examinentur, nec faciunt indicium. Tamen in crimine aſſaſſinij, & proindè etiam in alijs atrociſſimis, de quibus par eſt ratio, duo Teſtes (x) de auditu, concurrentibus alijs adminiculis, ſufficiunt ad torturam, cum his conditionibus tamen, primò, vt etiam, interrogati, nominent perſonas, à quibus audierunt; Secundò, quod hæ perſonæ habeantur pro viris integris; tertiò, quod ſint plures, quam vnus; quartò, quod delictum per ſenſum proprium perceperint; Quintò, quod audierint ab illis perſonis ante litem conteſtatam; Sextò, quod dicant, ſe credere illud, quod audierunt; vt ſcribit *Pacianus*,

Quan-

Quando autem illi, à quibus audierunt eſſent perſonæ eminentes, integræ, aut iuramento dictum ſuum confirmaſſent, Teſtes duo de auditu debent facere maiorem probationem, quam ſemiplenam; vndè, concurrentibus alijs grauibus indicijs, credo, quod ſufficiant ad condemnationem, ſaltèm ad pœnam extraordinariam, quia eminentia ſtatus, vel interuentus iuramenti in ſic dicentibus, debet aliquod plùs operari, quam dictum virorum quidem integræ fidei, non tamen qualificatæ conditionis.

V. Quæritur. Quis ſit, & quid agendum cum Teſte corrupto?

SVMMARIVM.

112. *Quis ſit Teſtis corruptus.*
Subornatus, & corruptus idem ſunt.
Subornatio, quomodo probetur.
Teſtis ad detegendam conſpirationem citatus, fugiens poſt citationem præſumitur ſubornatus.

113. *Corrupto vno Teſte, cenſentur corrupti omnes.*
Duo Teſtes deponentes de ſubornatione faciunt indicium ad torturam contra Subornantem.
Teſtis probatus falſus præſumitur ſubornatus.

112. Reſpondeo, quod Teſtis corruptus idem eſt cum Teſte ſubornato, & eſt ille, qui prece, vel pretio falſum deponit, vel deponere eſt paratus, dicendo contra, aut tacendo, veritatem. Probari autem poteſt talis, vel per litteras Subornatoris ad eum ſcriptas; vel per Teſtes, qui ſubornationi fuerunt præſentes; ſin minùs indicijs, coniecturis, & præſumtionibus. (a) Proindè, ſi Teſtis citatus ad detegendam conſpirationem, aut ſubornationem, fugam arripiat, præſumitur falſum dixiſſe ob ſubornationem. *(a)* Sicut etiam ſi requiſitus à Iudice, ad ſe præſentandum examini, renuat comparere.

113. Cum verò reperitur corruptus aliquis Teſtis productus à parte, ſiuè Accuſatore, cæteri Teſtes pariter ab eodem præſentati, præſumuntur corrupti, & nihil probant. *(b)* Quod, ſi duo Teſtes falſum depoſuerint, & dixerint, ſe ideò falſum dixiſſe, quia ab alio fuere ſubornati, magna controuerſia inter *Doctores* eſt, an ipſis, vtpotè periuris, ſit credendum, & an poſſit contra Subornantem procedi. Tamen quidquid ſit de iure, dicit *Farinacius*, *(c)* quod de conſuetudine faciunt indicium ad torturam, niſi aliquod releuans ad ſui exonus adduxerit; imò etiam vnus ſubornatus, concurrente aliquo adminiculo vrgenti, ſufficit ad formandum indicium ad torturam, vt ſcribit *Iulius Clarus*; *(d)* debet tamen dictum talium Teſtium confirmari in tortura. Quando autem aliquis Teſtis productus à parte, probatur per legitimas probationes, quod falſum depoſuerit, præſumitur ſubornatus ab eo, qui produxit illum; vndè, ſi accedit confeſſio Teſtis ſubornati facta in tormentis, & commodum, quod oriebatur ex falſa depoſitione fauore Subornantis; non ſolùm oritur indicium ad torturam, ſed facit plusquam ſemiplenam probationem: & ille, qui ipſum produxit, tenetur pœna falſi, etiam ſine interrogatione vlla ſibi facta à Iudice, *An velit tali Teſte vti?* de qua interrogatione loquitur *Clarus*, *(e)* & alij: & debet fieri, caſu, quo aliquod falſum inſtrumentum in iudicio exhibeatur.

VI. Quæritur. Quid requiratur ad hoc, quod Teſtis legitimè examinetur?

SVMMARIVM.

114. *Examen legitimum Teſtium, quæ requirat.*
Non eſt neceſſè, quod Iudex ſit Superior Actoris, nec Teſtis.
Requiritur iuriſdictio Iudicis in cauſa.

115. *Examen coram Iudice incompetenti eſt nullum.*
Acta facta ab Epiſcopo, ſiue à Iudice Laico, non probant in iudicio regulari.
Confeſſio à Regulari de delicto facta coram Epiſcopo eſt nulla.

116. *Vt Epiſcopus poſſit punire Regularem, quæ requirantur.*
Superior Regularis non tenetur exequi ſententiam latam ab Epiſcopo contra Subditum Regularem.

Iudex

Iudex Delinquentis tenetur exequi ſententiam latam à Iudice delicti.

117. *Proceſſus factus à Iudice Laico contra Regularem, valet ad inquirendum in ſpecie.*

Sed non ad torquendum.

118. *Confeſſio facta à Regulari coram Epiſcopo cenſetur extorta per vim, & metum.*

119. *Iudex Regularis, ad quem tranſmiſſus eſt proceſſus contra Subditum ſuum à Iudice incompetenti, debet nouum proceſſum inſtruere.*

Epiſcopus inſtans apud Superiorem Regularem, vt Subditum ſuum puniat, eſt verus Accuſator.

Corpus delicti probatum in vno foro, valet pro omnibus.

120. *Corpus delicti, inſeparabilis à Delinquente, debet probari à Iudice Regulari, nec valet eius probatio facta ab alio Iudice incompetente.*

Modus incipiendi proceſſum ex actibus à Iudice incompetente tranſmiſſis.

Examen factum à Teſtibus in alio iudicio non eſt ſibi legendum.

Examinis illius lectura eſſet ſuggeſtio.

114. RESpondeo, quod ad legitimum examen Teſtium requiritur, quod Iudex ſit competens; porrò competentia hæc non requirit, quod Iudex ſit Superior Actoris, quia Actor poteſt eſſe Eccleſiaſticus contra Reum, & coram Iudice, ambobus Laicis, nec tamen Iudex tunc in Actorem habet iuriſdictionem. Neque requiritur, quod Teſtis ſit Subditus Iudicis, quia, vt ſupra dictum eſt, Iudex, etiam Regularis, poteſt validè examinare Teſtes Laicos, & Clericos Sæculares, & Regulares Ordinis non ſui, qui tamen eius Subditi non ſunt. Sufficit ergo, quod Iudex habeat iuriſdictionem in cauſa, quam cognoſcit, (*f*) & hoc eſt, quando Reus prætenſus eſt Subditus illius, & cauſa non eſt altiori Tribunali reſeruata, vt crimen Hæreſis.

115. Sequitur ergo, quod Teſtium examen coram Iudice incompetente, factum nullum eſt, nec valet ad damnandum, neq; ad torquendum Reum, ſed neque ad inquirendum in ſpecie contra illum, ſed eſt ſicut denunciatio, ſeu querela, vt textualiter habetur in quadam Decretali. (*g*) Vnde oportet, quod Iudex competens nouum proceſſum inſtruat. Hinc deducitur reſolutio caſus, qui poteſt vſu venire, & eſt, dato, quod Regularis extra clauſtra delinquat, Epiſcopus verò, (extra caſus, in quibus procedere poteſt, vt *Delegatus Apoſtolicus*,) in Curia ſua proceſſum inſtruat, & crimen probet, vtrum Teſtes, examinati apud Epiſcopum, probent contra Regularem, vel etiam confeſſio criminis facta à Reo Regulari coram Epiſcopo valeat, ità vt Superior Regularis poſſit, tali proceſſu vti ad ſententiandum illum? Et quod dicitur de Epiſcopo intelligendum, etiam eſt de Iudice Laico. Et ad hoc reſolutiuè dico, quod non, quia Teſtes illi ſunt examinati à Iudice non ſuo, Iudex enim Laicus, ſiue Epiſcopus non habet iuriſdictionem in illa cauſa, quia Reus non eſt eius Subditus, & proindè nihil probant; neque etiam confeſſio ipſius Rei ipſi nocet in ordine ad puniri à ſuo Superiore, vt habet *Textus* expreſſus ſupracitatæ *Decretalis*, & ita concludunt *Doctores*. (*b*)

116. Nec facit, quod delictum fuerit commiſſum extra clauſtra, & videatur, quod Epiſcopus vigore *Tridentini* poſſit illum punire; quia hoc non eſt abſolutè verum; ſed tantùm, quando Superior Regularis monitus ab Epiſcopo, vt puniat, punire negligit, ita enim habet *Concilium* (*i*) *Regularis non Subditus Epiſcopo, qui intra Clauſtra Monaſterij degit, & extra ea ita notoriè deliquerit, vt Populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante, à ſuo Superiore, iuxta tempus ab Epiſcopo præfigendum, ſeuerè puniatur, ac de punitione Epiſcopum certiorem faciat; ſin minus à ſuo Superiore Officio priuetur, & Delinquens ab Epiſcopo puniri poſſit*. Ex quibus verbis manifeſtè apparet, quod ad hoc, quod Epiſcopus validè poſſit, in Regularem procedere, quatuor cumulatiuè requiruntur, nempè, quod *notoriè deliquerit*; quod *extra Clauſtra*; quod *Populo ſcandalo ſit*; & quod *expirauerit tempus, aſſignatum ab Epiſcopo ipſius Superiori ad puniendum, & non punierit*. Sequitur ergo, quod ſi Epiſcopus, (vt frequenter aſſolet, maximè contra Regulares, qui ſunt pecuniosi, & à quibus nonnulli Officiales Curiæ Epiſcopalis impinguantur, vt taceat, & ſepeliatur proceſſus) contra Regularèm procedat, non ſolùm Teſtium examen, & etiam Rei confeſſio, ſed omnia acta penitùs nulla ſunt. Et ſi Epiſcopus proceſſum tranſmiſerit ad Superiorem Regularem, & fortè etiam cum Sententia condemnatoria Rei, non tenetur Superior exe-

exequi Sententiam illam, aut tali proceſſui inniti, quia nulla ſunt. Nec valet, quod quis ratione loci, in quo commiſit delictum, ſortiatur forum Iudicis loci delicti, & Iudex Delinquentis teneatur exequi ſententiam ab alio prolatam, vt dicitur in iure. (*l*) Quia hoc ideò determinatur, quia Iudex Delinquentis abeſt, & diſtat aliquando multùm à loco delicti, nec de facili poteſt ſe conferre illuc, ad ſumendas informationes, quas nihilominùs iudicialiter capere non poſſet in Diœceſi aliena; Ideò nè delicta impunita remaneant, ſubuenit ius, vt Epiſcopus delicti Sententiam ferat, & Epiſcopus Delinquentis illam exequatur. Non ſic autem in caſu noſtro, quia Superior Regularis eſt in eodem loco delicti, vbi inquirere poteſt, & punire, & ita ceſſat ratio dans ius Epiſcopo procedendi in alio caſu.

117. Quid ergo operari debet proceſſus factus à Iudice incompetenti ſiuè Eccleſiaſtico, ſiue Laico? Dico, quod facit ad hoc; quod Superior Regularis poſſit deuenire ad inquiſitionem ſpecialem contra Subditum ſuum, quia, ex talis proceſſus publicatione, remanet infamatus, & infamia eſt ſufficienter probata ex ventre illius proceſſus. Sed poterit nè immediatè Reum conſtituere, & in caſu negationis ipſum torquere ex probationibus Teſtiũ in illo proceſſu examinatorum? Dico, quod non; quia, vt dictum eſt, tale examen nullum eſt, proindè nihil probat; ad dandam autem torturam Reo, requiritur ſaltem ſemiplena probatio, vt notum eſt, & Teſtis, examinatus coram Iudice incompetente, non probat, vt dicunt iura. (*m*) Nec talibus Teſtibus debet Iudex Regularis integram fidem dare, vt enim non ſemel in facti contingentia vidi, vt plurimum ſunt falſi, corrupti, & ab ijſdem Curialibus Sæcularibus per ſuggeſtiones ſubornati, vt Reus grauetur, & ab eo ipſi lucrum percipiant in ſopiendo proceſſu. Nec pariter faceret ad torturam ipſamet confeſſio Rei facta coram illo Iudice incompetente, quia nulla eſt, & per eam nequit Clericus *aliquatenus condemnari*, (*n*) vt dicit quædam Decretalis: *aliquatenus* autem *condemnaretur*, ſi ex decreto Iudicis torqueretur.

118. Sed nonnè talis confeſſio, licet iudicialiter legitima non ſit, eſt ſaltem extraiudicialiter facta? Debet ergo ſufficere ad torturam, quia extraiudicialis confeſſio ad torturam valet, vt ſupra diximus. Dico, quod non; quia talis confeſſio per vim, & metum cenſetur extorta, & ideò ad torturam non facit, vt dicunt *Canoniſtæ*. (*o*) Nullus enim Regularis, niſi vi coactus, coram alieno Iudice ſe ſiſtit; & ſi delictum confitetur, hoc facit, vt dimittatur ab illo Tribunali (à quo contra ius vexatur, & ſcit non poſſe ab eo puniri) & ad ſuum legitimum Superiorem remittatur, à quo iuſtè iudicabitur, & coram quo poterit, ſine impenſis, tueri ſe, quod non potuiſſet in illo Tribunali, propter auaritiam, & cupiditatem Curialium, qui aliquandò non iuſtitiam ſitiunt, ſed aurum.

119. Dum igitur neque dicta Teſtium, neque Rei confeſſio aliquid valet, debet Iudex Regularis nouum proceſſum incipere per modum denunciationis, Epiſcopus enim, ſiue Iudex Laicus, ad ipſum acta coram ſe tranſmittens, ſuccedit loco Denunciatoris; imò Epiſcopus *inſtans* ad præſcriptum *Concilij* eſt verus Accuſator. Corpus autem delicti permanentis, vtpotè homicidium, vulnus, falſum inſtrumentum, &c. vbi probatur Corpus delicti ſeparatum à Delinquente, poteſt compulſare Iudex Regularis ab actis alterius; nec eſt neceſſè, quod ipſe conſtare faciat de tali corpore; quandoquidem actus ille fuit validus, quia Iudex loci delicti legitimè poteſt, & debet inquirere de delicto, & de eo facere conſtare, quia ad illud habet ius, licet non habeat ius ad Delinquentem. Et ità videmus, quod, ſi occiſus eſt Laicus, & ignoretur Homicida, Iudex Laicus viſitat Corpus delicti; Si autem inquirendo reperit Delinquentem eſſe Clericum, leuat manum à proceſſu, & indicat Curiæ Eccleſiaſticæ, quæ tamen vtitur *Viſo, & reperto* facto per Iudicem Laicum, ſuppoſito, quod occiſus à multo tempore ſit tumulatus, & noua recognitio fieri nequeat. Et ità Corpus delicti probatum in vno foro, valet pro omnibus foris.

120. Si verò Corpus delicti probari nequit ſeparatum a Delinquente, vt Adulterium, Blaſphemia, & ſimilia crimina non relinquentia veſtigium poſt ſe; probatio delicti facta coram Iudice incompetente, quia de neceſſitate inuoluit perſonam, ad quam ius non habet, nulla eſt, coram Iudice competente; & proindè ipſe debet de nouo examinare Teſtes, & per eos probare, tùm delictum, tùm Delinquentem, nouum fabricando proceſſum.

(*p*) Proin-

(*p*) Proindè incipiendus eſt proceſſus tanquam per viam Accuſationis, præmittendo, quod *Cum D. Iudex N. tranſmiſerit ad eum, quædam acta in ſuo Tribunali, quæ ibi inſeruntur, & incipiunt, &c. & deſinunt, &c. ex quibus apparet Fratrem N. eſſe Reũ de delicto, &c. ideò, ad inſtantiam illius Iudicis procedendo, decreuit ad debitam inquiſitionem iudicialem deſcendere.* Et creato *Notario*, vt diximus aliàs, debet probationem corporis delicti, ex actis ſibi præſentatis compulſare, ſi tamen eſt delictum relinquens veſtigium poſt ſe. Si autem non probatur Corpus delicti, niſi probetur ſimul Delinquens, incipiat examen Teſtiũ, & alia, prout ſolet in alijs proceſſibus, & proſequatur. Formam autem horum omnium dabimus in Secunda Parte. Debet verò Iudex Teſtes, habita ſui Superioris licentia, vt ſuo loco diximus, examinare. Et hic aduerto, quod Iudex ad petitionem illorum Teſtium, & multò minùs ſpontè ſua, non debet illi facere legi ſuas depoſitiones in alio examine factas coram Iudice incompetenti; quia licèt hoc poſſit quãdo Teſtis repetitus petit ſibi legi ſuam primam depoſitionem, non tamen ità eſt in hoc caſu. Et ratio eſt, quia Teſtis fuit in primo examine à Iudice competente interrogatus; & proindè coram eodem repetitus, poteſt confirmare, quod dixit, & ſe ad illud remittere. In caſu autem noſtro examen nullum eſt, & coram tali Iudice eſt veluti quid extraiudicialiter dictum; & ſicuti, ſi Iudex ante Teſtis interrogationem diceret ipſi id, quod extraiudicialiter Iudex ipſe audiuiſſet, euaderet interrogatio eius ſuggeſtiua annullans proceſſum, (quia tali modo videretur inſinuare Teſti quid cupiat, vt ille deponat) ità eſſet interpretatiua ſuggeſtio lectura talis examinis, per quam inſtrueretur quid dicere deberet: & hoc euaderet multò fortiùs, ſi ſpontè Iudex depoſitionem legi faceret in faciem Teſtis. Et reuera attenta falſitate Teſtium, quam experimento didici vigere in aliquibus Tribunalibus Sæcularibus, maximè in caſibus ſimilibus, periculoſiſſimum iuſtitiæ eſt, talem lecturàm ſibi facere, quia eſt quodammodò eos de nouo inſtruere, vt eandem falſitatem, quam ſemel depoſuerunt inſtructi, iterùm confirment. Præterquamquod, tollitur in parte modus ſe defendendi Reo, qui poteſt illa duo examina inter ſe confrontare, & inuenta contrarietate excipere contra Teſtes de falſo, quod non poteſt euenire, ſi Teſti examen primum legatur, & illud integraliter confirmet, ſiue ſe ad illud remittat.

VII. Quæritur. A quo ſint Teſtes examinandi?

SVMMARIVM.

121. *Teſtes, à quo examinandi.*
Examinari debent à Iudice in cauſa criminali.
Hoc non eſt ſubſtantiale iuris.
Si, apud Nos, Teſtes examinentur à Notario, valet proceſſus.
Si Iudex nequit perſonaliter examinare Teſtes, quid agendum?
122. *Remiſſio quid ſit, cui, & à quo facienda.*
Litteræ Remiſſoriales, quæ.
Iudex, cui dantur Remiſſoriales, poteſt compelli ad eas exequendas.
Praxis formandi Remiſſoriales remiſſiuè.
123. *Litteræ Commiſſoriales, quando, & cui dandæ.*

123. RESpondeo, quod ex quodam *Authentico* (*q*) habetur, quod Teſtes debent examinari coram *Iudice* in criminalibus: & ibi notat *Gothofredus*, quod non poteſt fieri Teſtium examinandorum remiſſio. Tamen hoc non eſt iuris ſubſtantiale, (*r*) quod patet ex hoc, quod praxis Curiarum contrarium ſeruat, & Teſtes paſſim à *Notarijs* criminalibus, ex *Iudicis* commiſſione, examinantur. Vnde cum à Nobis non ſeruanda ſint ea, quæ ad iuris ſubſtantiam non pertinent, non vitiaretur proceſſus, ſi Teſtes à *Notario*, ſiuè Scriba examinarentur. Vſus tamen *Religionis*, qui & ſeruandus eſt, obtinuit, vt à *Iudice* examinentur. Poſſunt tamen dari caſus, in quibus hoc nequeat *Iudex*; ſi quidem Teſtes ſunt in aliena Prouincia lõginqua, nec poſſunt de facili haberi, & negotium vrget; aut ſunt abſentes, infirmi, neceſſariò occupati, quia concionantur, aut publicè legunt, nec *Iudex* laborans podagra, poteſt ad eos ire, &c. Quid ergo tunc faciendum?

122. Dico, quod *Iudex* poteſt vti *Remiſſione*, aut *Commiſſione*. Remiſſio autem

Digitized by Google

non eſt, niſi petitio facta à *Iudice* alteri iuriſdictionem habenti extra territorium *Iudicis* petentis. Proindè remiſſio non fit niſi *Iudici*, ſiuè *Prælato*, qui iuriſdictionem ordinariam habet. Caſu quo ergo aliquid ſit præſtandum per viam iuris, quod non poteſt fieri à *Iudice*, quia illud negotium præſtandum eſt in alieno territorio, in quo iuriſdictionem non habet, iſte negotium remittit ad *Iudicem* territorij illius, ab eo præſtandum; vt viſitatio Corporis delicti, examen Teſtium, confrontatio ſcripturarum in Archiuio exiſtentium; compulſatio ſcripturæ authenticæ à libris publicis, &c. & litteræ, quibus petit, inſtat, aut rogat *Iudicem* illum, dicuntur *Litteræ Remiſſoriales*. Quia autem Fora ſe inuicem iuuare debent, *Iudex* requiſitus debet exequi id, de quo ab alio rogatur; & ſi non exequitur, peccat, & poteſt compelli, non quidem à Requirente, ſed à Superiore Requiſiti, & ad inſtantiam Requirentis, vt ſcripſit *Paſſerinus*. (s) Praxis porrò eſt, quod, ſi ex.gr. ſit examinandus Teſtis alienæ Prouinciæ, *Iudex* ſiue Ordinarius ſit, ſiue Delegatus, debet articulos formare, ſuper quibus interrogari debet Teſtis, formam autem dabimus in ſecunda Parte; & ipſos ſigillatos tranſmittere ad Prouincialem Superiorem illius Prouinciæ, in qua eſt Teſtis, ipſum rogando, vt illum examinet, & authenticam copiam, manu ipſius Teſtis firmatam, ad ſe tranſmittat. Totum autem hoc factum debet in proceſſu regiſtrare, exindè receptum examen in actis inſerere.

123. Si autem Teſtis ſit Subditus *Iudicis*, & non poteſt ille ad ſe venire, neque iſte ad illum ire, illius examen poteſt committere ſiue *Notario*, ſiue alteri Subdito ſuo, dando illi litteras *Commiſſoriales*, in quibus detur facultas examinandi talem Teſtem nominatim, & iniungatur Teſti per ſanctam obedientiam, vt tali Commiſſario obediat in ſpectantibus ad illud examen, & veritatem dicat; pariterque articulos, & interrogatoria Commiſſario debet dare, vt ſuper iis Teſtem examinet; & tandem examen ipſum in actis inſerere.

VIII. Quæritur. Quot, & quales Teſtes, & quoties poſſit Iudex examinare?

SVMMARIVM.

124. *Quando agitur de crimine publico, cumulatur Inquiſitio ex Officio cum ea, quæ fit ad inſtantiam partis.*

Iudex ex Officio reijcere debet Teſtes inhabiles ab Accuſatore productos.

Accuſatorem producentem Teſtes inhabiles, Iudex ab Accuſatione diuertat.

Teſtes alios, præter productos ab Accuſatore, ſi ſunt informati, debet Iudex examinare ex Officio.

Hoc fallit in Delegato ad cauſam particularem, in qua procedatur per Accuſationem.

125. *Teſtium numerum reſecare debet Iudex.*

Plures quàm duos examinare, ad Reum conuincendum, bonum eſt.

Numerus Teſtium, quando dicatur ſuperfluus.

126. *Teſtes toties, quoties voluerit, poteſt Iudex examinare.*

124. RESpondeo, quod in criminalibus, in quibus agitur de publico bono iuſtitiæ vindicatiuæ poteſt cumulari modus procedendi per viam Inquiſitionis, & ex Officio, cum Accuſatione, ſiue ad Partis inſtantiam. Hinc eſt, quod quando accuſatur Religioſus de crimine, eſto quod Accuſator ex ſui parte acceptam iniuriam remittat, & apud Iudicem inſtet, ne amplius proceſſum continuet, ſed Reo parcat: quantumuis Iudici conſtet Accuſatorem, non ex præuaricatione, ſed ex bono motu patientiæ, & charitatis, hoc petere, tamen nequit deſiſtere à proceſſu, ſed debet ex Officio illum proſequi; vel ſaltem Reum ad aliorum exemplum aliqua pœna mulctare. Cum ergo Iudex procedens ſic per viam Accuſationis, ſimul etiam ex officio procedat, ſi Accuſator aliquos Teſtes inhabiles ſibi præſentet, debet Iudex ex officio illos reijcere. Proindè, quando Accuſator libellum Accuſationis præſentat Iudici, & inſtat, vt procedat, & Teſtes, quos debet examinare producit; ſi eos videt Iudex manifeſtè inhabiles, debet, ſi non ex iuſtitia, ſaltem ex charitate, monere Accuſatorem, vt deſiſtat, ne cogatur ſuccumbere pœnæ talionis non probando (t) cum tales Teſtes inhabiles ſint, & eos teneatur Iudex ex officio reijcere. Sequitur

paritèr ex dato fundamento, quod Iudex tenetur examinare, non tantùm eos Teſtes, qui ſibi proponuntur ab Accuſatore, ſed etiam alios, quos ſupponit probabiliter eſſe de facto informatos: ratio enim ipſius officij eſt, quaquauerſùm documenta conquirere, quibus crimina, ſi ſunt commiſſa, probentur, ac compeſcantur ad Reipublicæ vtilitatem. Verumtamen eſt, quod hoc fallit in *Delegato* ad cauſam particularem, in qua proceditur per viam Accuſationis; quia cùm iſte ex officio Iudex ordinarius non ſit, non habet vndè poſſit legitimare vocationem Teſtium, qui nec ſunt ab Accuſatore producti, nec ab alijs Teſtibus vocati: ad eum enim tantùm ſpectat illos examinare, quos Accuſator proponit, vt ipſi iuſtitiam miniſtret, non verò de delicto per alios inquirere, cum ad eum non ſpectet crimina caſtigare. Imò orietur rationabiliter contra eum præſumptio, quod eſſet partialis Accuſatoris; cum laboraret pro eo in quærendis medijs, quæ ille neſciebat, ad ſuum intentum probandum.

125. Circa numerum Teſtium autem ſciendum, quod, vt aliàs dictum eſt, duo Teſtes totaliter integri plenè probant, & conuincunt: vnde alij regulariter eſſent ſuperflui. Sed quia multoties Reus proponit exceptiones, quas Iudex nunquam cogitauit, & Teſtium integritas diminuitur, & crimen non plenè remanet probatum, ideò plures quàm duos examinare debet; præſertim, quando per viam Accuſationis inquirit. Licèt enim reſecare Teſtium multitudinem concedatur Iudici ſummariè procedenti, vt dicitur in vna *Clementina*, (u) tamen debet intelligi de Teſtibus ſuperfluis, non verò de neceſſarijs ad probationem. Si ergo aliquos ab Accuſatore productos, videt Iudex plenè probare, debet aliquem alium ex iiſdem productis ad ſuperabundantiam examinare; vt ſi contra aliquem fiat exceptio, illius defectus per alium ſuppleatur; cæteros autem poteſt reſecare. Sed, ſi videt non probatum intentum, omnes ab Accuſante productos, etiam ſi eſſent centum, examinare debet, donec crimen probetur, nec iſte numerus, licet magnus, dicitur ſuperabundans; quia tunc tale eſt, quando duo, vel tres iam benè probaſſent; & tunc alij ſunt verè ſuperflui, & dimittendi.

126. Non reſtringitur tandèm Iudex ad examinandum Teſtes vna vice tantùm, ſed poteſt toties, quotiès opus eſſe iudicauerit, eos examinare.

IX. Quæritur. An, & quando debeat admitti Teſtis relatiuè reſpondens?

SVMMARIVM.

127. *Teſtis relatiuè reſpondens, quando dicatur.*
Se referens ad primum examen probat.
Primum examen debet legi Teſti, ſi petat.
Remiſſio ad primum examen, quando fallat.
Quando reexaminatur Teſtis ſuſpectus de falſo, non eſt illi legendum primum examen.

128. *Remittere ſe ad dictum alterius non poteſt Teſtis.*
Se taliter remittens nihil probat.
Teſtis non poteſt ſe remittere ad ſcripturam, remiſſiuè,

127. Reſpondetur, quod triplici modo poteſt dici Teſtis *reſpondere relatiuè*, puta ſe referendo, vel ad primum examen, vel ad dictum alterius Teſtis, vel ad ſcripturam. De primo modo dico, quod in Teſtis repetitione, ſi ille petit ſibi legi primum examen, & proteſtetur, quod *ſi ſibi non legatur, & in hoc ſecundo depoſuerit aliquod contrarium primo, ex nunc pro tunc, ſecundum dictum corrigit, & vult valere primum, quia tunc magis recordabatur ex memoria recenti facti, de quo modo, ob lapſum temporis, & interiecta negotia, non plenè recordatur*; talis proteſtatio, & remiſſio ad primum examen ſubſiſtit, & rationabilis eſt; & petitio facta à Teſte, vt primum examen ſibi legatur, debet exaudiri, vt habetur ex *Textu* infra. (x) Verum tamen eſt, quod hoc, puta remiſſio ad primum examen, fallit in multis caſibus, puta quando primum examen eſt nullum, aut ex incompetentia Iudicis, aut ex iuramento non præſtito, vel alia ex cauſa inualidante depoſitionem. Pariter, quando denuò examinatur ad hoc, vt habeatur declaratio alicuius dicti in prima depoſitione. Inſuper quando Teſtis examinatus ab Arbitris repetitur coram Iudice ordinario; ſiue examinatus in iudicio ſummario repetendus eſt in plenario.

Am-

Ampliùs, quando Teſtis ſuſpectus eſt, quod fuerit ſubornatus, aut falſum depoſuerit; & in hoc vltimo caſu, non ſolùm non poteſt ſe referre ad primum examen, ſed etiam Iudex debet illi denegare lecturam illius, ne per illud denuò in falſitate manuteneatur inſtructus; & tunc non valet eius præmiſſa proteſtatio, quod nempè intendit ſecundùm dictum corrigere, ſi fuerit contrarium primo: etenim, ſi Iudex habet fundatum indicium ſuæ falſitatis, poteſt legitimè præſumere, talem proteſtationem eſſe ad effectum celandi falſitatem, & ſubornationem; proindè poteſt illi nullo modo credere, imò magis radicari in præſumptione falſitatis. Supradictas autem limitationes tradunt *Menochius*, & alij apud *Farinacium*. (2)

128. Quantùm ad ſecundum dico, quod Teſtis nullo modo poteſt ſe remittere ad dictum alterius, ſed debet ipſe ex ſe deponere ſuper ijs, quæ proprio ſenſu percepit, cum omnibus ſuis qualitatibus de tempore, loco, modo, perſonis, per extenſum, iuxta Iudicis interrogationem. Et licet aliqui dicant, quod poſſit à *Notario*, antequam examinetur, legi depoſitio alterius Teſtis; & ipſe poſſit ad eam ſe remittere, & illam in totum confirmare; & quod ſit iuris ſolemnitas, quod ſecundus Teſtis per extenſum examinetur; & quod in aliquibus Curijs ita practicetur; tamen reſolutè aſſero, omnia hæc falſa eſſe, & malefacta. Quia Teſtis ita ſe remittens nihil probat, vt *Doctores*(a) paſſim ſcribũt. Prætereà, ſi Iudex vel per ſe, vel per Notarium ſuum præueniret reſponſionem Teſtis, & diceret *Mihi fuit dictum, quod factum tali, & tali modo fuit, eſt nè verum*? profectò talis interrogatio eſſet ſuggeſtiua, & totum proceſſum vitiaret. Quare ergo non erit dicenda ſuggeſtio lectura examinis alterius Teſtis, qua poteſt inſtrui iſte, de quo deponeret? Profectò, ſi examen illius primi Teſtis eſt contrarium Fiſco, non eſſet ita fatuus Iudex, vt vellet, ipſum legi facere ſecundo Teſti, ne ab illo inſtructus, contra Fiſcum deponeret. Si ergo facit legi, quia facit pro Fiſco, indicat mentem ſuam eſſe, vt etiam ſecundus Teſtis pari modo deponat. Et iſta non erit ſuggeſtio? Et non erit ſubſtantiale, ſed apex iuris? Quis ſanæ mentis hoc concedat? Quod ſi in aliquibus Curijs hoc practicatur, erit à Iudicibus, qui non crimina, ſed pecuniam quærunt; & non veritatem, ſed aurum venantur. Sed non ita faciunt Iudices timentes Deum, & puritatem iuſtitiæ pro delicto affectantes.

Quantùm autem ad tertium dico, quod nullo modo Teſtis ſe poteſt remittere ad ſcripturam, niſi ſicut ſupra dictum fuit.

Citationes Tituli præcedentis.

Pag.516. col.2.

(a) *l. Quippe. ff. de Iudic.*

(b) *cap. Cum ſuper. cap. Cum contra. de Teſt. cogen. l. Conſtitutio. Cod. de Teſt. gloſ. in Rubr. de Teſt. cogen. Ambroſin. Proceſſ. informat. lib. 1. cap. 3. num. 1.*

Pag.517. col.1.

(c) *Tit. Indicia. §. 1.*

(d) *Tit. Accuſatio. §. 1.*

(e) *Tit. Accuſatio. §. 1.*

(f) *Sgroi Par. 4. cap. 3. n. 22. & ſeqq.*

(g) *Gomez. cap. 12. num. 16. Farinac. quæſt. 56. nu. 70.*

(h) *Farinac. Maſcard. Decian. Crauet. Caputaq. apud Sgroi. Par. 4. cap. 3. n. 24. Sanctor. de Pæn. cap. 8. qu. 10. fol. 371.*

(i) *Clar. qu. 24. verſ. Sciendum eſt. Ricc. Deciſ. Part. 1. Deciſ. 218. n. 12. Granut. Theorem. 19. n. 14. lib. 1. Baiard. ad Clar. qu. 24. n. 114. apud Sgroi Par. 4. cap. 3. n. 31.*

Pag.517. col.2.

(b) *Plot. in l. Si quando. §. 2. num. 8. Socin. Conſ. 136. vol. 1 Sforz. Odd. de Reſtit. in integr. quæſt. 48. numer. 47. Maſcard. Concluſ. 1403. numer. 2. Farinac. qu. 62. n. 61. apud Sgroi Part. 4. cap. 3. n. 31. circ. med.*

(m) *Tit. Præm. nu. 20.*

Pag.518. col.1.

(n) *l. 1. §. Ius naturale. ff. de Iuſt. & iur.*

(o) *cit. l. 1. §. Ius gentium. ff. de Iuſt. & iur.*

(p) *l. Omnes populi. ff. de Iuſt. & iur.*

Pag.518. col.2.

(q) *Berti Pract. crimin. Tit. 6. cap. 10. n. 35.*

(r) *Pſalm. 81. verſ. 2.*

(s) Paſſerin. *Trib. Regul. quæſt. 12. art. 5. n. 13.*

Pag.519. col.1.

(t) *Bordon. Pract. crim. cap. 11. num. 9. Speculat. de Teſt. §. Nunc tractandum. num. 18. & 19. Felin. cap. Prætereà. num. 5. & cap. Cum cauſam.*

de Teſt. Maſcard. de Probat. Concl. 278. lib. 1. & Concl. 1958. lib. 3.

(u) Speculat. de Teſt. §. 5. n. 34. Maſcard. lib. 2. Concl. 828. n. 9.

(x) Farinac. quæſt. 60. num. 14. Paſſerin. Trib. Regul. quæſt. 12. art. 3. num. 9.

Pag. 519. col. 2.

(z) Inſt. Tit. 20. lib. 3. §. Sed quod.

(a) l. Infans. ff. Ad leg. Corn. de Sicar.

(b) l. 8. §. Vbi autem in vnum. Cod. de Bon. quæ liber. l. 18. Cod. de Iur. deliber. l. 1. §. Sufficit. ff. de Admin. Tutor.

(c) l. Qui iuraſſe. ff. de Iureiur.

(d) cap. Fraternitatis. cap. Intimauit. de Teſt. l. Sola l. Iuſiurandi. C. eo. tit.

(e) Bouer. Direct. Par. 2. cap. 20. verſ. Primum itaque Paſſerin. Trib. Reg. q. 12. n. 15. Berti Pract. Tit. 11. cap. 11. n. 6.

(f) cap. Per tuas. il 1. iunct. gloſ. in verb. Inimicitias, de Simon. Bart. in l. In quæſtionibus. ff. Ad leg. Iul. maieſt. Direct. Inquiſ. Par. 3. q. 67. vbi. Penna. Com. 116. Menoch. de Arbitr. Iud. quæſt. 28. Berti Tit. 11. cap. 11. num. 6.

Pag. 520. col. 1.

(g) Alexand. Conſ. 99. n. 2. lib. 1. Felin. in cap. Cum oportet. Col. 6. de Accuſa. Grammat. Conſ. 45. n. 12. Farinac. q. 53. nu. 21. apud Sgroi Part. 4. cap. 9. n. 5. & 11.

(h) Peregr. Conſ. 2. num. 23. vol. 2. Baiard. ad Clar. qu. 24. nu. 8. Guazzin. Defen. 19. cap. 16. n. 21. & Deſen. 30. cap. 40. num. 15. Giga. de Crim. leſ. maieſt. lib. 2. Tit. Quam. prob. qu. 2. in fin. apud Sgroi Par. 4. cap. 9. n. 15.

(i) Grammat. Conſ. 45. num. 18. & alij apud Farinac. quæſt. 53. num. 24. Baiard. Quæſt. 24. num. 42. Sgroi Part. 4. cap. 9. num. 9. Iaſon. Conſ. 167. num. 8. lib. 4. Marſil. Conſ. 15. num. 7. apud Berti Tit. 11. cap. 11. num. 7.

Pag. 520. col. 2.

(l) Modern. Bict. Bellegrand. Sgroi. Bordon. apud Paſſerin. Trib. Regul. q. 12. ar. 6. n. 17.

Pag. 521. col. 1.

(m) cap. Cum oportet. cap. Dilectus. de Accuſat. cap. Per tuas. il 1. de Simon.

(n) Tit. Quales. n. 45.

(o) Bart. in l. Vnic. Cod. de Rapt. virg. Royas. Sing. 200. Farinac. quæſt. 53. num. 38. Berti. Pract. Tit. 11. cap. 11. num. 33.

Pag. 521. col. 2.

(p) Felin. in cap. Inſuper. de Teſt. num. 5. Menoch. de Arbitr. caſ. 106. numer. 11. Paſſerin. quæſt. 12. artic. 8. numer. 33. Tuſc. litt. T. Concluſ. 205. à num. 16.

(q) Bald. in l. Dictantibus. num. 4. Cod. de Teſtam. Beltoz. Conſ. 151. num. 4. Maſcard. de Probat. lib. 3. Concluſ. 1357. num. 1. & 2. apud Bict. quæſt. 29. numer. 27.

Pag. 522. col. 1.

(r) Paſſerin. Trib. Regul. qu. 12. Art. 2. n. 6.

Pag. 522. col. 2.

(s) § His itaque reſpondetur. 23. qu. 4.

Pag. 523. col. 2.

(t) Berti Pract. crim. Tit. 6. cap. 10. & Tit. 11. cap. 11. Sgroi Par. 4. cap. 3. num. 20. & ſeqq. Bict. q. 28. & ſeqq. Paſſerin. q. 12. art. 12. Conciol. Reſol. Crim. verb. Teſtes. Reſol. 3. 5. 7.

(u) Thom. à Ieſu de Viſit. Regul. Tract. 3. cap. 11. n. 9. Megal. Pract. cap. 13. nu. 15. Menoch. de Arbitr. lib. 1. quæſt. 27. Aretin. in 2. Subſt. cap. 1 Bouer. Direct. cap. 20. verſic. A primò. apud Sgroi Par. 4. cap. 2. n. 1. & cap. 3. n. 1.

Pag. 524. col. 2.

(x) l. Nullum. Cod. de Teſt. & ibi Bald. nu. 3. Notab. 2. Salycet. num. 2. & Io. Andr. numer. 3. Alex. Conſ. 152. num. 10. lib. 7. Clar. quæſt. 53. verſic. Frequentiſſimè. Sgroi Par. 4. cap. 10. n. 1.

(z) Sgroi Par. 4. cap. 10. n. 1.

(a) Farinac. quæſt. 67. num. 140.

Pag. 525. col. 1.

(b) DD. in cap. Fraternitatis. de Hæret. Bart. in leg. Eos. ff. Ad leg. Corn. de Falſ. Clar. qu. 53. num. 9. Grattan. Diſcept. 797. Tom. 4. n. 26. Graff. de Except. cap. 29. n 18. Barbaſ. in l. Si ex falſit. n. 3. C. de Tranſact.

(c) Iaſon. in l. 2. num. 16. Cod. de Secun. tab. Boſſ. Tit. de Teſt n. 31. Natta. Conſ. 96. n. 1. Bald. in cap. Non ałcò col. 1. de Reſcr. apud Sgroi Part. 4. cap. 10. n. 8. in fin.

(d) Farinac. quæſt. 67. num. 171. Butr. in l. Litis. ff. de Infam. Angel. Conſ. 194. col. 2. Marſil. ſing. 76. n. 2. Ricc. Deciſ. 32. n. 5.

(e) Paſſerin. Trib. Regul. qu. 14. Art. 6. n. 73.

(f) Farinac. qu. 67. n. 142.

(g) Felin. in cap. Fraternitatis. numer. 2. de Hæret. Bald in l. Si ex falſit. num. 15. Cod. de Tranſact. Farinac. quæſt. 67. num. 142. apud Paſſerin. quæſt. 14. num. 69.

Pag. 525. col. 2.

(h) cap. Ex tenore. iunct. gloſ. final. de Teſt. Ricc. Deciſ. 284. n. 1. 2. & 3.

(i) Aymon. Bald. Monticel. Farinac. q. 67. n. 75. apud Bict. q. 48. n. 4.

(l) Bordon. Pract. cap. 34. num. 5. Paſſerin. quæſt. 14. art. 6. num. 64. Sgroi Par. 4. cap. 10. n. 6.

(m) Ancharan. Conſ. 24. Afflict. Deciſ. 403. Canale. de Teſt. p. 3. num. 68. apud Sgroi Part. 4. cap. 10. num. 7.

Pag. 527. col. 1.

(n) arg. cap. Præterea de Teſt. cogen. Paſſerin. Trib. regul. q. 14. art. 3. n. 27.

(o) cap. Pura. 3. qu. 9. cap. Quod autem. 23. quæſt. 7. cap. Solicitudinem de Appell. cap. licet. de Probat. l. Cum precum. C. de libe. cau. gloſ. in cap. In noſtra de Teſt.

(p) l.

Digitized by Google

(p) *l. Qui falſo. ff. de Teſt. Clar. §. Falſum. verſ. Teſtis qui falſum. Bič. qu. 47. nu. 21. & 22.*

Pag. 527. col. 2.

(q) *cap. Cum tu. iunč. gloſ. in verb. Benigne. de Teſt. cap. Anteceſſor. 1 1. q. 3. cap. Quod prædeceſſor. 8. qu. 1.*

(r) *Abb. in cap. Cum tu. num. 4. verſ. Idem dic. de Teſt. Bart. in l. Labeo. ff. de ſuppl. legit. & in l. 1. in princip. ff. de Oper. nou. nunc. Farinac. quæſt. 66. numer. 118. apud Bič. quæſt. 47. num. 27 & 28.*

s) *Felin. in cap. Cum tu. num. 16. de Teſt. Sgroi Part. 4. cap. 11. num. 23. Paſſerin. Trib. Regul. quæſt. 14. num. 34.*

Pag. 528. col. 1.

(t) *Thom. Tamburin. in Decal. lib. 3. cuo. 1. §. 3. nu. 6. Sanch. Summ. lib. 3. cap. 2. numer. 13. Trullenc. lib. 2. cap. 1. Dub. 4. Bonucin. Villalob. apud Leandr. in Decal. Par. 2. Tit. 1. Diſp. 3. q. 11.*

Pag. 528. col. 2.

(u) *Bart. in l. Si quis in graui. §. Si qui moriens. ff. Ad S. C. Syllan. Alexand. in l. Sciendum. nu. 33. ff. de Verb. oblig. Curt. iun. in l. 1. num. 36 ff. Si certum petatur. Plot. in Repet. leg. Si quando. num. 651. apud Clar. quæſt. 53. verſ. Secundus eſt caſus.*

(x) *Gloſ. in cap. Cum cauſam. in verb. Circumſtantijs. verſ. Hac auctoritas. Extra. de Teſt.*

Pag. 529. col. 1.

(z) *Boſſ. Tit. de Falſ. num. 23.*

Pag. 529. col. 2.

(a) *l. Fauorabiliores. ff. de Regul. iur. cap. Cum ſunt. eo. tit. in 6.*

Pag. 530. col. 1.

(b) *cap. Teſtes. 4. qu. 3. l. 23. ff. de Teſt.*

Pag. 531. col. 1.

(c) *Sgroi Par. 4. cap. 11. num. 1. Florian. in l. 2. n. 2. de Teſt. Cyrill. Tit. de Teſt. §. 2. col. 1. & 2. Boſſ. Tit. de Tortur. n. 16. & 17. Paſſerin. qu. 14. art. 3. num. 28.*

(d) *Berti Pract. crim. Tit. 11. cap. 11. n. 77.*

(e) *l. Si ita. ff. de Hered. inſtit. l. Stichus la 1. ff. de Manum. Teſtam.*

Pag. 489. col. 2.

(f) *cap. Cum. Eccleſia. iunct. gloſ. in verſ. Vacillaſſe. de Cau. poſſ. Gloſ. in cap. Si Teſtes. §. In Teſtibus. in verb. Vacillant. 4. quæſt. 3. cap. Vt noſtrum. Vt Eccl. bene.*

(g) *Gloſſ. in cap. Ille qui in. verb. Vt dum. verſ. Alij dicunt. 5. quæſt. 5. Foller. Pract. verb. Teſtibus diligenter. cap. 8. num. 47. apud. Berti. tit. 11. cap. 11. n. 78.*

(h) *Paſſerin. Trib. Regul. quæſt. 14. art. 9. n. 93.*

(i) *Farinac. quæſt. 68. num. 1. & ſeqq. Mar. Anton. lib. 3. Reſol. 1. num. 39. & lib. 3. Reſol. 46. num. 6.*

apud Sgroi Part. 4. cap. 11. num. 26.

(l) *Rot. Roman. Deciſ. 334. num. 4. Part. 3. Recent. & Deciſ. 131. num. 2. ea. par. apud Sgroi loc. cit. num. 27.*

(m) *cap. Cum tu. iunct. gloſ. in verb. Benignè de Teſt. cap. Ex litteris. de Probat. cap. Inter. dilectos. de Fid. inſtr. l. Semper. ff. de Reg. iur.*

(n) *cap. Cum clamor. iunct. gloſ. in verb. Ità. verſ. Dicas. de Teſt. cap. Cum Ioannes. de Fid. inſtr. l. Vbicunque. ff. de Inter. in iu. fac.*

(o) *Gloſ. notab. in cap. In præſentia. in fin. de Probat.*

Pag. 532. col. 2.

(p) *cap. Prætereà. iunct. gloſ. in verb. Conſcios. de Probat. cap. Tertiò. de Præſumpt.*

(q) *Farinac. quæſt. 68. numer. 79. quem dat Bič. quæſt. 49. num. 17.*

Pag. 533. col. 2.

(r) *Penn. Par. 3. Comm. 121. verſ. Teſtis verò ſingularis. Maſcard. Concl. 856. numer. 2. Farinac. quæſt. 64 num. 18. Souſa. lib. 2. cap. 15. num. 6. Paſſerin. quæſt. 13. num. 16. Bič. quæſt. 44. n. 2.*

(s) *Alexandr. Cornel. Felin. Ruin. Farinac. apud Bič. quæſt. 44. num. 7.*

Pag. 534. col. 1.

(t) *D. Thom. 2. 2. quæſt. 70. art. 2. ad 2. Soto de Iuſt. quæſt. 7. art. 2. Bert. tit. 12. cap. 11. n. 50.*

(u) *l. Admonendi. ff. de Iureiur. vbi Bart. numer. 36. Gloſ. in l. Bona. Cod. de Reb. cred. & in leg. 3. Cod. Ad leg. Iul. Maieſt. Gomez. varia. reſol. tom. 3. cap. 12. nu. 2. apud. Berti. tit. 11. cap. 11. num. 86.*

Pag. 534. col. 2.

(x) *Mu. card. Marſil. Foller. Farinac. q. 64. num. 120. apud Bič. q. 44. n. 26.*

(z) *Io. Andr. Alex. Boer. Felin. Murant. Ruin. Muſcard. de Prob. Concl. 727. num. 8. & ſeqq. Farinac. quæſt. 64. numer. 359. apud Bič. loc. cit. num. 30.*

(a) *Penn Comment. 121. verſ. Subſequitur nunc.*

(b) *Penna loc. cit. verſ. Denique hanc ſententiam. & ibi Sot. Caietan. in 2. 2. q. 70. art. 2. ad 1. Roias de Hæret. Aſſert. 6. n. 146.*

(c) *Statut. Gener. Ordin. cap. 7. §. 6. numer. 39. Cap. Gen. Bononien. 1495. Orb. Seraph. tom. 3. fol. 136. col. 2. verſ. Item declaratur.*

Pag. 535. col. 2.

(d) *Paſſerin. Trib. Regul. quæſt. 13. art. 3. num. 73.*

Pag. 536. col. 1.

(e) *Bald. & Dec. in cap. Licet cauſam. de Probat. Iaſon. Ripa. Franc. Curt. in l. Admonendi. ff. de Iureiur. Farinac. quæſt. 64. numer. 112. apud Bič. quæſt. 44. numer. 16.*

Pag. 536. col. 2.

(f) *Caccialup. in leg. Admonendi. num. 86. & 92. ff. de Iureiu. Farinac. q. 64. num. 123. & ſeqq. apud. Bič. loc. cit. n. 19.*

(g) *Abb.*

(g) Abb.in cap. licet. num.12. verſ.Ego ſimpliciter. de Teſt.

(h) Innocent.in cap. Qualiter. il 2. de Accaſ.apud Abb.in d.cap.licet.n.11.de Teſt.

Pag.537. col.1.

(i) Innocent.& Io.Aadr.in d.cap. Qualiter. il 2. de Accuſ.Armill.verb Teſtis.num.6.Sylu.verb.eo. quaſt.3.apud Berti.tit.11. cap.11.n.53.

Pag.537.col.2.

(l) Abb.in cap.Super eo.de Teſt.& in cap.Iuramenta.de Iureiu.Clar.qu.21.verſ.Vnus Teſtis, & qa.52.verſ. Dixi etiam. Graſſ.Deciſ.97.num. 5.& Deciſ.171.num.6. apud Berti. loc.citat. num.54.

(m) Deci.Conſ.92.num.23.& ſeqq.lib.2.apud.Biſt. qu.43.na.4.

(n) cap.Licet.il 1.de Teſt.l.Inſinuandi. C.eo.tit.

(o) cap.final.de Iureiur.leg.Iheopompus. ff. de Det. praleg.

(p) Lanfranc.de Teſt num.28.Corrad.Pract.§.2. de Offic. Prator. num.1. fol.112. gloſ.in l.Admonendi.ff.de Iureiur. apud Biſt.q.43.n.3.

(q) Abb.in cap.Cum à nobis.num.1. de Teſt. Io. Ludouic.Comm.opin.Concl.70.Farinac.quaſt.63. n.15.& 66.

(r) Farinac. quaſt.63. numer.42. & 43. Guazzin. Defen.29.cap.3.num.12.

Pag.539.col.1.

(s) Tit.Teſtes.num.3.& ſeqq.

(t) cap. Perſonas. cap.Veniens. de Teſt.cap.1. de Confeſſ.cap.Nemini. 15.quaſt.3. l.Quoties.C. de Teſt.

(u) cap.In fidei de Haret.in 6.cap.p.de Confeſſ.l.final.C.de Malef.& Mathem.l.Si quis.Cod.de Falſ.monet.

Pag.539.col.2.

(x) Farinac. quaſt. 23. numer. 123. & 130. Paſſeria.Trib.Regul.quaſt.12.art.14.num.63.

(z) l.Diaus. ff.de In integr. reſtit. l.Non ſolum.ff.de Ris.napt.

(a) Paſſerin.Trib.Regul.quaſt.12.art.14.num.62.in fin.

Pag.540. col.1.

(b) Marſil. Pract.crim. §.Diligenter.num.62.apud Clar.qu.21.verſ.Quaro numquid.

(c) Boſſ. de Tortur.Teſt.num.3.Clar.queſt.21. verſ. Quaro nnaquid. & quaſt.25. verſ.Item in ſocio.

(d) Farinac.quaſt. 43. na.139. apud Paſſerin.Trib. Reg.q.12.art.14.n.64.

(e) Menoch.de Arbitr.Caſ.474.num.54.Clar.quaſt. 24.Farinac.qu.43.n.178. quos dat Paſſeria. d. q.12.art.14. num.67.

(f) Chart. Deciſ.91. à num.39. Ciarl.in Guazzin. Grammat. Farinac. Caſtropal. tom.1. tract.4. Diſp.8.punct.15.nu.1. apud Sgroi Par.4.cap. 3.num.40.

(g) Farinac.qu.62.nu.385.& Conſ.10. num.1. Peguer.Deciſ.crim.cap.5.na.38. Cabal.Caſ.185. num.2.Caſtropal.tom.1.tract.4.Diſp.8. punct. 15.§.4.num.1.Dian.Par.4.tract.8.Reſol.123. apud Sgroi Part.4.cap.3.num.41.circ.med.

Pag.540. col.2.

(h) l.Si quis ex argent.§.Cogantur.verſ.Quid enim. ff.de Eden.Bald.in l.final ff.eo.ti. Graſſ. Deciſ. 179.num.328.& ſeqq. Bouer. Direct. Part.2. cap.21.Ricc.Prax.var.Reſol.212.num.4. Menoch.Decian.Maſcard.Foller.apud Sgroi Part. 4.cap.3.n.42.

(i) l.3.§.Lege Iul.ff.de Teſt.

Pag.541. col.1.

(l) Tit.Teſtes. num.97.

(m) cap. Decernimus de Sent. Excomm.in 6.Maſcard.concluſ.705.Farinac.quaſt.56. num.242. Ricc.Part.7. Reſol.259. Carena.Part.3. tit.5. num.24. Barboſ. in cap. Veniens. 38. de Teſt. apud Sgroi Part.4.cap.3. num.17.

Pag.541.col.2.

(n) cap.Si Teſtes.§.Teſtium.4.q.3.l.3.in princ.ff. de Teſt.

(o) Farinac.quaſt.55.num.68. Guazzin. Defen.19. cap.10.num.10.Miraud. quaſt.17. num. 27.& ſeqq.vt citat.Sgroi.Par.4.cap.3.n.13.

(p) Paſſerin.Trib.Regul.q.12.art.23.n.143.

Pag.542.col.1.

(q) Portel.verb.Teſtes.num.10. Diana.Par.4.tract. 8. Reſol.129. apud Paſſerin. qu. 12. num.145 Farinac.qu.43. numer.167.& qa.62. num.34. Bordon.Pract.crim.cap.8.n.28.

(r) Farinac.quaſt.86.num.23. apud Paſſerin. queſt. 12. art. 23. num. 151.

Pag.542. col.2.

(s) Alex.Conſ.24.num.15.& ſeqq.lib.2.& Conſ.1. num.15.& Conſ.14.col.1.lib.3. Gram. Deciſ. 42.num.7.Clar. q.21. num.14.Boſs.tit.de Inquiſ.n.47.Angel.in verb. Quod Iudex. num.6. Tuſc.litt.I.Concl.96. num.22.

(t) Plot.Conſ.50.numer.23.& ſeqq. Tuſc. T.Concl. 196.num.26.apud Sgroi Par.4.cap.3. num3.

Pag.543.col.1.

(u) Canalc.de Teſt. Par.1. num.20.apud Sgro..loc. cit.num.1.

(x) Sgroi lux Pralat.Par.4.cap.14. per tot.

(z) Bald. in l. Presbyteri. notab.4. Cod. de Epiſc.& Cler.Iaſon.in l.Praſcriptione. col.3.C. Si cont. sus, vel vtil.Cranet.Conſ.9.num.9.

Pag.543.col.2.

(a) Boſs.tit.de Indic.num.173.Roland.Conſ.3.num. 42 lib.3.Farinac.qu.62.nu.40.Bertazz. Conſ. 316.Ricc.Par.2.Deciſ.63. n.4.

(b) Menoch.Praſumpt.55.num.7.lib.2.Pacian.de de Probat. lib.1. cap. 36. num.11. & cap.37. num.16. apud Sgroi Part.4.cap.14. numer.15. & 16.

Pag-

Pag.544.col.2.

(c) *Boſſ.tit.de Opp.conſt.Teſt. num.137.& de Tort. Teſt.num.39.Gomez.Var.tom.3. cap.12.n.11. Chart. Deciſ.crim.28.num.16.& 17.Dici.in cap.licet cauſam.n.52.de Probat.quos dat Sgroi Part.4. cap.14.num.25.*

(d) *Gloſ.Inſt.de Inutil.ſtip.§. Item verborum. obligat.Abb.in cap.1.num.5.de Conſ.& affin. Berti Pract.crim.tit.11.cap.11. n.85.*

(e) *l.Admonendi.ff.de Iureiu.& ibi Bart. numer.6. Gloſ.in l.Bona fidei Cod.de Reb. credit.& in l.3.Cod.Ad leg.Iul. maieſt. Gomez.Var. tom.3. cap. 12. numer. 2. apud Berti tit.11.cap.11. num.86.*

(f) *Abb.in cap. de Catero. de Teſt. D. Antonin. 3. Part.tit.6.cap.15.§.6.Sylu.verſ. Iudex.Thom. à Ieſu Tract.3. cap.11.num.9. Pitigian. in 2. Subſt.cap.1.Bouer. Direct. cap.20. apud Sgroi Part. 4. cap. 2. num.1.*

Pag.545.col.1.

(g) *cap.Dudum iunct.gloſ.in verb.Præſumatur. de Præſumpt.l. Superſeruis. Cod. Qui milit.non poſ lib.12.*

(h) *Gloſ.in cap.1.in verb. Idonei. Extrà de Teſt.*

(i) *Sylu. verb.Indicium. num.3.Angel.eo verb. nu.2. Bartol.in l.Maritus . ff.de quæſt.Bald. Conſil. 429. lib.3.Sanchez.Opuſ.lib.6. cap.3.dub.15. num.3.*

(l) *Bordon,Pract.crim.cap.5.n.20. & cap.78.nu.21. apud Sgroi Par.4.cap.2.n.7.*

(m) *cap.final.iunct.gloſ.in verb. Pendente. de Teſt. cap.Omnipotens, & ibi gloſ. in Verb. Nunciantur.de Accuſat.*

(n) *Bart.& Alexandr. in leg.1.§. Idem Cornelio.ff. de Quæſt. Pariſ.Conſil.16.num.64.& 65.Val. Peguer. Deciſ. 17. numer. 1. Baiard. ad Clar. quæſt. 21. num. 16. apud Sgroi Par. 4. cap. 2. num.14.*

Pag.545.col.2.

(o) *Deuteron.cap.17.verſ.19.D.Thom.2.2. qu.70. art.2.Farinac.quæſt.63.num,232.Sot. de Iuſtit. & iur. quæſt.7.art.1. Leſſ. eo. tit. lib.2. cap. 30. dub. 4. numer.32. Bert. tit.11. cap.11. num.90.*

(p) *Maſcard.de Probat. Concl.856. Carena Part.3. Tit. 6. §. 5. num. 37.*

Pag.546.col.2.

(q) *Ghisler.de Iud. Regul.cap.17.num.52.Tambur. Prax.quæſt.13.n.6. Berti. tit.11.cap.11.num. 52.Sgroi Part. 4. cap.4. n.4. Leſſ. de Iuſtit.& iur.lib.2. cap.30.num.33.*

Pag.547.col.2.

(r) *Sgroi Iur.Prælat.Part.4.num.12. & 13.*

Pag.548. col.1.

(s) *cap.Tuis.cap.Nuper.de Teſt gloſ. in cap.ſicut de Sent.excomm. l.Iuſiurandi C.de Teſt.Abb.in cap.Cum olim.de Teſt.Berti.tit.11.c.11.n.94.*

(t) *Salicet.in l.Iuſiurandi Cod.de Teſt.Bald.in cap. Fraternitatis.eo.tit.Abb.in cap. Caterum.de Iuram. calumn. Felin.in cap.de Teſtibus.eo.tit. Io.Crot.de Teſt.Par.7.nu.131.Guazz.Defenſ.. 14.cap.3.nu.4.*

(u) *Barboſ. in cap. Fraternitatis. de Teſt. num.7.8. & 9. Sgroi Part.2. cap.5. numer. 18. Conciol. Reſolut. Crimin. verb. Teſtes quoad exam. Reſol. 2.*

(x) *Paſſerin.Trib.regul.q.11.n.19.Ruland. de Commiſ.Camer.Imperi.Par.2. lib.2. cap.11. n.52. Carena Par.3. tit.7.nu.6. apud Conciol. Reſo. crim.verb.Teſt.quoad exam. Reſol.2. n.17.*

(z) *Roderic.qq.Regul. tom.2. quæſt.120. art. vlt.& in Summ.cap.155.num.7. Mirand. Ord. indic. quæſt.14. art.8.Bicſt.quæſt.52.num.13.Bordon. Prax.cap.4.num.20.Bellegrand. tract.3.quæſt. 4.num.17.apud Paſſerin.Trib.Regul.quæſt.11. num.27.*

Pag.548.col.2.

(a) *Gloſ.in l.Ex cautione.ff.de Pact. Bart. in Auth. ſi quis. Cod. de Eden.Curt.iun.in l. Singularia. vbi Iaſon.num.28.ff.Si cert. petat. Clar.§.Falſum.verſ.Notarius autem .*

Pag.549.col.1.

(b) *Guazzin.Defen.12. cap.12.num.1. apud Paſſerin.Trib.Regul.quæſt.23. num.57.*

Pag.549.col.2.

(c) *cap.Oſius. de Elect.cap.Veniens. de Sponſ. capit. Duabus.de Sortil.cap.loci 35.quæſt.9.cap.Baptizari.de Pæn.diſt.7.cap.Poſtquam. cap. Abſit. 50.diſt.l. Obſeruare . ff. de Offic. Præſid. l.Officium . ff. de Rei vindic.*

Pag.550.col.1.

(d) *cap.1.2.& ſeqq.de Teſt.cogen.l.Si quando.C.de. Teſt.*

(e) *Gloſ. in Clemen. vnic. in verb. Proteruia. de For. comp.*

(f) *l.3.ff.de Aedilit. edict.vbi Dionyſ.Gothofr.Spiegel.Lexic.verb.Proteruus.*

(g) *l.Si quis venditor.ff.de Aedilit.edict.*

Pag.550.col.2.

(h) *cap.2.cap.Peruenit.il 2.cap.final.de Teſt.cogen.*

(i) *Tit.Tortura §.4.*

Pag.551.col.1.

(l) *Farinac.Speculat.Bordon.Felin. Maſcard. apud Paſſerin.Trib.Regul.qu.12.art.5.num.14.*

Pag.552. col.1.

(m) *Stat.Tolet.1658.tit.Pro Famil. Vltram n.16. Orb.Seraph.tom.4.fol.156.col.2. verſ. Praecedentia .*

Pag.552. col.2.

(n) *Abb.in cap.1.num.17.de Iuram.calumn.& in cap.Cum nuncius. num.3. & 4. de Teſt. & ibi Felyn. num.3. Speculat. de Teſt. §.1. num.36. Barboſ. in cap. Teſtimonium . num.1. cau.11. quæſt.1. Bellet.tit.de Cleric.teſt.§.2. num.3.& §.3.*

§. 3. num. 5. apud Paſſerin. quaſt. 11. art. 3. num. 35.

(o) *Guido Pap. Deciſ. 65. in princ. Diaz. Pract. crim. cap. 101. num. 25. Bellet. de Cler. teſt. §. 2. nu. 8. Paſſeriu. loc. cit. n. 36.*

(r) *cap. Et ſi Chriſtus. de Iureiu. cap. Significaſti. de Elect.*

Pag. 553. col. 1.

(q) *l. 2. ff. de Iuriſd. omu. Iud.*

(r) *Paſſeriu. Trib. Regul. quaſt. 11. art. 3. num. 39. Farinac. Sanchez. apud Sgroi Part. 4. capit. 1. num. 9.*

(s) *Molin. tract. 1. Diſput. 81. Salaſ. de leg. Diſp. 16. Sect. 9. num. 41. Bonac. eo. tit. Diſp. 1. quaſt. 1. Punct. 7. §. 5. num. 17. apud Barboſ. clauſ. 40. quos dat Paſſerin. de Elect. Canon. cap. 9. qu. 5. num. 44.*

(t) *Felin. in cap. Ex parte de Conſt. num. 2. Suar. lib. 5. de leg. cap. 31. num. 9. Laymau. lib. 1. tract. 4. cap. 16. numer. 7. & 8. apud Paſſerin. loc. citat. num. 45.*

(u) *Gloſ. in Clement. 1. in verb. Inhibentes. de Iurepatr. cap. Pronida cap. final. de Elect. in 6.*

(x) *cap. Super. eo. de Appell. cap. Apoſtolus. 32. quaſt. 7. l. Item quia §. vltim. ff. de Pact. l. Titia. ff. de verb. oblig. l. Quoties. C. Fam. erciſc.*

(z) *Abb. in cap. Extirpandæ. §. Qui verò num. 11. de Praben.*

Pag. 554. col. 1.

(a) *l. Conſtitutio. C. de Teſt.*

(b) *cap. Tuis. iunct. gloſ. in verb. Iuramenti. de Teſt. cap. Nuper. eo. tit. cap. Cum olim. il 1. de Priuil. vbi gloſ. in verb. Fratrum.*

(c) *Ripa, & alij apud Fariuac. q. 74. n. 59. Guazzin. Defen. 14. cap. 3. n. 10. apud Paſſerin. Trib. Regul. q. 11. art. 2. n. 14.*

(e) *Paſſeriu. loc. cit. num. 15. & ſeqq.*

(f) *Bart. Marant. par. 4. tit. An ſit Iud. compet. n. 13. apud Paſſeriu. loc. cit.*

(g) *Gen. cap. 50. verſ. 24. Exod. cap. 13. verſ. 5. & 11. & cap. 33. verſ. 1. Numer. cap. 11. verſ. 12. & cap. 14. verſ. 16. 17. & 23.*

Pag. 554. col. 2.

(h) *Abb. in cap. Cum olim. n. 33. de Dol. & contum.*

Pag. 556. col. 1.

(h) *Soto de Tegen. ſecr. Memb. 1. q. 1. concluſ. 2. Moliu. tr. 4. diſp. 5. & 6. Nauar. Manual. cap. 18. n. 62. Paul. Layman. lib. 3. tr. 5. par. 2. cap. 5. num. 10.*

Pag. 556. col. 2.

(i) *Nauar. Manual cap. 8. nu. 54. Sot. de Iuſt. & Iur. lib. 5. q. 10. art. 2. Molin. tract. 4. diſp. 37. concl. 10. Layman. lib. 3. tr. 3. par. 2. cap. 5. n. 5.*

(l) *D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1. S. Antonin. par. 3. tit. 17. cap. 22. §. 2. Adrian. in 4. & Quolib. 11. Difficult. 5. Sot. de Tegen. ſecret. Memb. 2. q. 7. concl. 4. Roderic. qq. Regul. tom. 2. & in Summ. cap. 53. num. 3.*

(m) *Soto Suar. Nauar. apud Layman. lib. 3. tr. 3. par. 2. cap. 5. n. 2.*

(n) *Nauar. in cap. Inter verba. n. 709. & in Manual. cap. 25. num. 50. Lugo de Iuſt. tom. 2. diſp. 39. n. 10. Leſſ. lib. 2. cap. 30. apud Sgroi par. 4. cap. 15. num. 6.*

(o) *Bart. in l. 3. n. 3. ff. de Teſt. Cauale. de Teſt. par. 4. num. 160.*

Pag. 557. col. 1.

(p) *cap. Cum cauſar. vbi gloſ. in verb. de cauſis. de Teſt. cap. Si Teſtes. §. Solam. 4. q. 3. cap. Si habes. 24. q. 3. Authent. de Teſt. §. Licet. Coll. 7. l. Solum. C. de Teſt.*

Pag. 557. col. 2.

(q) *Bald. in l. Edita. in Repet. Patauin. C. de Eden.*

Pag. 558. col. 1.

(r) *Farinac. q. 78. à n. 83. & ſeqq. Guazzin. Defenſ. 14. cap. 11. n. 9. apud Sgroi. par. 4. cap. 15. n. 3.*

(s) *Tit. Teſtes. n. 84.*

(t) *Tit. Teſtes. n. 95.*

Pag. 559. col. 1.

(u) *Decian. Reſp. 48. n. 16. volum. 3.*

Pag. 559. col. 2.

(x) *l. final ff. de Iuriſd. omu. Iud. l. Quicunque. C. de Exact. lib. 12. cap. 1. cau. 9. q. 2. cap. Placuit. 7. quaſt. 1. Gloſ. in Clement. vnic. de For. comp. in princip.*

(z) *Paul. de Caſtr. conſ. 203. num. 2. verſ. Reſpondeo. vol. 1.*

(b) *Clement. vnic. de For. compet. §. Volumus.*

Pag. 560. col. 1.

(c) *Tit. Quid. n. 14.*

Pag. 561. col. 2.

(d) *l. final. C. de probat. vbi Gothofr. litt. P.*

(e) *l. Non hoc. C. Vnde legit. Marſil. Rubr. de Probat. n. 250. Bertaz. conſ. 3. n. 16. & conſ. 283 num. 6. Guazzin. Defen. 33. cap. 14. nu. 2. apud Sgroi par. 7. cap. 2. n. 15.*

(f) *cap. Teſtes. 3. q. 9. cap. Relatum. 5. q. 2. iunct. gloſ. in verb. Teſtimonium.*

(g) *cap. Tua nos. de Cohab. Cler. & mul. l. Solam. cap. de Teſt. Ricc. Prax. Reſol. 401. par. 1.*

Pag. 562. col. 1.

(g) *Felin. Gonarn. Sayr. apud Fagund. in Decal. lib. 8. cap. 40. n. 6.*

(i) *Felin. in cap. 29. n. 11. verſ. Fallit quartò. de Teſt. Decian. de Probat. lib. 1. cap. 47. n. 80.*

(l *cap. Venerabili. iunct. gloſ. in verb. Examinare. de Teſt. cap. Inquiſitionis. de Accuſat. l. Nullum. C. de Teſt.*

Pag. 561. col. 2.

(m) *Speculat. tit. de Teſt. §. Nunc tractandum. verſ. Sed pone. Guazzin. Defen. 14. cap. 2. n. 6.*

Pag. 562. col. 1.

(n) *Farinac. q. 37. n. 18. & 32. & quaſt. 62. num. 387. apud Sgroi par. 4 cap. 3. n. 33.*

Pag. 562. col. 1.

(o) *Boiord. ad Clar. q. 24. n. 122. Grammat. conſ. 45. num. 12.*

(p) *Maſcard. de Probat. concl. 857. num. 30. & 31. lib. 2.*

Pag. 563. col. 1.

(q) *Gloſ. in l. Etiam Matris. ff. de Probat. Alex. Marſil. Gramm. Reland. Gomez. & alij apud Sgroi. par. 4.*

par.4.cap.2.nu 34. verſ.Sed contrarium. Conciol.verb.Teſt.Miſcellan.Reſol.7. n.1. & apud eum Gigas Farinac.Caren. & Gurb. Boſſ.tit. de Indic. & conſiderat. ant. tort.nn.150.& ibi Butrigar.Alex. & Bald.in l.Parentes. col.2.C. de Teſt.

Pag.564. col.1.

(r) *Myſinger.in cap.Præterea.n.50.de Teſt.vbi Barboſ.n.4.Maſcard.de Probat. Concl.62. & 452. n.9.Penn.Direct.Inquiſit. par. 3.q.72. Poſtremus.apud Sgroi par.4.cap.6.n.8.*

Pag.564. col.2.

(s) *cap.Præterea.vbi Canoniſt.communiter. de Teſt. Menoch.de Arbitr.caſ.475.nn.19. apud Paſſerin.Pract.q.14.n.125.*

(t) *Farinac.q.69.n.183.apud Bict.q.49.n.31. Barboſ.in cap.Tam litteris.n.3.de Teſt.*

(u) *Sgroi par.5.cap.3.n.20.*

(x) *Farinac.q.69.n.19.*

(a) *Pacian.de Probat.lib.1.cap.9. à n.37.ad 42.*

Pag.565. col.1.

(z) *Guidopap.conſ.73.per tot.Maſcard.concl.1340. n.1.Merta deciſ.117.apud Sgroi par.4.cap.13. num.14.*

(a) *Iul.Chartar.deciſ 90.n.45.*

Pag.565. col.2.

(b) *Ruyn.conſ.36.n.9.lib.4.Guidopap. conſ.75. col. 2.in fin.Maſcard.concl.1340.n.6. Farinac.qu. 67.n.256.*

(c) *Farinac.qu.45.n.1.& ſeqq.Boer.deciſ.319. n.5. Boſſ.de Iudic.n.159.Theſaur.deciſ. Forenſ.15. n.4.lib.1.*

(d) *Clar.§.Falſum.verſ.Subornans.in fin.*

(e) *Clar.d.§.Falſum.n.25.Guazzin.Defenſ.28.cap. 14.Canalc.de Brach.Reg. par.6. nu.218.apud Sgroi par.4.cap.13.n.12.*

Pag.566. col.1.

(f) *Paſſerin.Trib.Regul.quaſt.15.art.1.n.2.*

(g) *cap.At ſi Clerici.de Iudic. cap. Ad audientiam. de Conſuet.l.final.C.Si non à compet.Iud.*

Pag.566. col.2.

(h) *Roderic.Compend. Reſol.62.n.8. Peyrin. tom.3. cap.2.num.32. Dian.par.3.tract.2.Reſol.132. Donat.par.2.tract.13.q.55. Paſſerin. de Stat. homin.q.189.art.8.n.515.& Trib.Regul.q.15. art.1.n.8.*

(i) *Conc.Trid.ſeſſ.25 cap.14.de Regul.*

Pag.567. col.1.

(l) *cap.Poſtulaſti.iunct. Gloſ.in V.Exceptio. de For. compet.cap.final.eo.tit. l.A Diuo. §. In criminibus ff.de Re iud.*

(m) *l.final. C. de Teſt l.3.§. Item Diuus. ff.eo.tit. Butr.in cap.1.n.2.de Teſt.cogen.*

(n) *cap.At ſi Clerici.Extra.de Iudic.*

Pag.567. col.2.

(o) *Abb.in cap At ſi Clerici.n 14. vbi Butr.nn.28. Aret. num.25. & 26.Bero.n.16.de Iudic.apud Paſſerin.de Stat.homin.q.189.art.8.n.516.*

Pag.568. col 1.

(p) *Ambroſia.tract.de Immunit.Eccl.cap.11.num.2. Farinac.q.2.n.43.Guazzin.Defenſ.20. cap.9. num.29.apud Paſſerin.Trib.Regul.q.15.art.1. num.14.*

(q) *Authent. Apud eloquentiſſimum. vbi Gothofred. in verb.Iudices.C.de Fid.inſtr.*

Pag.568. col.2.

(r) *Bict.q.55.n.21.*

Pag.569. col.1.

(s) *Paſſerin.in cap Romana.§.Contrahentes. à num. 161.de For.comp.in 6.& Trib.Regul.quæſt.15. num.20.in fin.*

Pag.569. col.2.

(t) *Bellegrand.tract.4.q.3.n.8.apud Paſſerin, Trib. Regul.q.15.art.6.n.86.*

Pag.570. col.2.

(u) *Clement.Sæpè.de verb.ſignif.*

(x) *Tit.Patronus. §.final.*

Pag.571. col.1.

(z) *Menoch.de Arbitr. Caſ.109. & alij cit. à Farinac.q.66.n.39.& ſeqq.Paſſerin. qu.15. art. 7. n.90.Trib.Regul.*

Pag.571. col.2.

(a) *Butr. Hoſtien. Zabarell in cap. Nihil. de Verb. ſign.Boſs. Corr. Speculat. Vin. Felin. quos dat Farinac.q.80.n.99.& 103.apud Bict. qu. 53. num.7.*

TITVLVS DECIMVS SEXTVS.

Tortura.

T E X T V S.

§. Examen ingreditur tanquàm inſtrumentum ſubſidiarium ad eruendam veritatem. Eius nomine intelligitur omne corporis afflictiuum, vt Carcer, Funis, Taxilli, Sibili, Ignis. Et quoniam hæc tormenta Teſtibus, & Reo, aliquando ſunt communia, reſpiciuntque propalationem veritatis ex ore ipſorum; ideò hìc totam tormentorum materiam coaceruamus. Tormentum Funis non datur nec Teſtibus, nec Reis, niſi in atrociſſimis, & grauiſſimis delictis ſuperiùs adnotatis, prudentis Iudicis arbitrio, & de conſilio Patrum. Tempus huius tormenti ſpatium vnius horæ non debet excedere; & ſi, iuxta delicti atrocitatem, Torturam, replicari opus fuerit, ea, vltra tres vices ad ſummum, replicari non poteſt: Ita tamen, vt prima vice quadrantem horæ contingat; ſecunda medietatem; tertia integram horam. Et ſi prætereà ſceleris immanitas exigat Funem quaſsari debere, id ſemel bis, aut ter, pro qualibet vice, leuiter tamen, fieri poſse conceditur.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

1. *Ratio procedendi.*
Tortura eſt remedium eruendæ veritatis.
Tormenta vocantur in iure Quæſtiones.
Tortura eſt omne corporis afflictiuum.
2. *Tormenta funis, Taxillorum, & Sibilorum.*
3. *Tortura etiam eſt, quæ torquet animum.*
Animum, quæ torqueant?
4. *Torturæ genus adhibere, eſt Iudici arbitrarium.*
Noua tormenta non excogitet Iudex.
Si ex exceſſu tormentorum Reus moreretur, Iudex, in dolo, teneretur de homicidio.
Et ſine dolo tenetur de culpa.
5. *Quibus caſibus poſſit Iudex nouis tormentis vti.*
Tormentum tamen debet eſſe ſecurum.
Tormentum per oua indurata calida.
6. *Statutum Religionis pro tormentis dandis.*
Tortura non adhibenda, niſi pro delictis atrocibus, & grauioribus.
Flagellatio non debet excedere ſpatium duorum Miſerere.
Flagellatio, in quibus Prouincijs in vſu.
Non adhibenda vbi non eſt in vſu.
Laici Sæculares non poſſunt adhiberi ad torquendos Religioſos, excepto tormento Funis.
7. *Cautela adhibenda circa flagellationē.*
Crimen debet eſſe non quoquomodo atrox, *ſed ſuperlatiuè.*
Iudex Regularis poteſt, ex ſe, noua tormenta excogitare, non tamen adhibere apud Nos, abſque Diffinitorio.
8. *Funis non dandus eſt Reo, niſi atrociſſimi delicti.*
Textus emendandus.
Tortura ita grauis Teſti non datur, ſicut Reo.
Regularibus mitior Tortura danda, quam Sæcularibus.
9. *Periurium Teſtis, & contumacia, eſt eiuſdem grauitatis in omnibus delictis.*
Præſumptio maior, aut minor falſitatis in Teſte, augere, vel minuere intentionem torturæ debet.
Arbitrium Iudicis regulandum à prudentia.

10. Pru-

10. *Prudentia Iudicis pro ſeligenda Tortura, ad quid debet reſpicere.*
11. *Tortura Funis non poteſt excedere horam.*
Tortura vſque ad tres vices dari poteſt.
Tres vices copulatæ debent integrare horam.
In atrociſſimis datur per horam, & quadrantem.
Torturæ decretæ ſpatium in tria interualla diuidere, eſt arbitrarium Iudici.
12. *Funis quaſſari poteſt in delicto immani.*
Sed debent adeſſe indicia vehementia.
Species Torturæ dependet à ſpecie delicti, & eius intenſio, aut duratio à qualitate indiciorum.
Quaſſatio leuis, quomodo intelligenda.

1. CVM antè Torturam debeant Reo defenſiones dari, vt notum eſt, debitus ordo requirebat, vt priùs de Defenſionibus, quàm de Tortura *Textus* tractaret; ſed quia voluit in hoc Titulo totam tractationem Torturæ tradere, cum ipſa ſit communis Teſtibus, & Reo, poſtquam de Teſtibus locutus eſt, aggreditur loqui de Tortura. Dicit ergo, *Tortura examen ingreditur tanquam remedium ſubſidiarium ad eruendam veritatem*, & hoc non tantùm à Reo, ſed etiam à Teſtibus; ſi enim iſti Contrarij, Vacillantes, aut Falſi in dictis ſuis ſint, torqueri debent, vt infra dicemus, ad hoc, vt dent reſponſum ſecundùm veritatem. Pariter, ſi inhabiles ſint ratione infamiæ torquendi ſunt, vt, purgata per Torturam inhabilitate, euadant integra eorum teſtimonia, & per hæc magis veritas comprobetur. Et ideò in iure (*a*) tormenta dicuntur *Quæſtiones*, quia per ea quæritur de criminis veritate. Sciendum porrò, quod *eius nomine intelligitur omne corporis afflictiuum, vt Carcer; Funis; Taxilli, Sibili; Ignis*; adde Ieiunia, Subtractio obſonij, ſiue vini; Flagellatio; Prohibitio exeundi à Conuentu; Reclufio in cella, & ſimilia.

2. Funis tormentum communiſſimè vſitatur in omnibus Curijs, ſed periculosū eſt, niſi à peritis detur, qui nouerint benè ligare manus, & poſteà reaptare brachia luxata. Proindè inferiùs cauetur in *Textu*, quod non detur, niſi cum aſſiſtentia *Periti*, & *Medici*. Modus ipſius eſt, ligatis poſt terga manibus, fune trochleę immiſſo, eleuare hominem à terra, itaut pedibus eam non tangat. Taxillorum verò nomine, vt ex *Gothofredo* ſcribit *Sanctorus*, (*b*) veniunt quædam oſſicula, quæ in pedibus pecorum reperiuntur, & ſunt quemadmodùm taxilli luſorij, & duplici ex cauſa taxilli vocantur, puta, quia inſtrumenta illa referunt formam talorum, vt dictum eſt, & etiam quia talis Reorum applicantur; mediante enim quodam inſtrumento ad modum forpicis facto, vt validè conſtringere poſſit, oſſicula illa applicantur talis Patientis, & vocabulo Italico in quibuſdam Curijs vocatur, *la Stanghetta*. Sed *Bictus* dicit, (*c*) quod Taxilli ſunt duo corpora ferrea habentia formam taxillorum, quæ cōcaua ſunt, & applicantur talis pedum, & comprimuntur validè, adhibitâ *Stanghetta*, à qua tormentum hoc nomen ſumpſit; *Stanghetta* verò vocatur Italicè lignum lōgum tres, vel quatuor pedes, & craſſum proportionabiliter, complanatum verò in ea parte, qua debet Taxillos premere. Tortor verò aut manibus vtrimque ligno appoſitis ipſi incumbit, & premit; vel altera extremitate ligni aſſeri innexa, mediante clauicula, (ita quod poſſit quidem eleuari, & deprimi, non tamen ab aſſere dimoueri) alteram premit contra talos; & preſſura hæc violentiſſima eſt, lignum enim illud habet rationem vectis mechanici, per quod vis motrix maximè augetur ad compreſſionem. Taxilli etiam in alijs Curijs ſunt quidam parui cubi ferrei, qui referunt figuram Taxillorum: proindè dicuntur Taxilli; iſti porrò applicantur brachijs vltra metacarpum manus, & loro coriaceo fortitèr conſtinguntur, per quos nerui, qui ſubtenduntur, compreſſi grauem ſentiunt dolorem. *Sibili* dicuntur bacilla longitudinis palmi vnius, & craſſa quantum digitus hominis: ſolent eſſe ferrea, ſed etiam aliquando ſunt è ligno duro, vt buxus, ſiue ilex, læuigato tamen, & polito. Iſta inſeruntur inter digitos manus; medium, nempè, & anularem inter indicem, & medium; & inter anularem, & auricularem; ità vt tres ſibili in manu ſingula ſint, & per eos medius, & anularis digitus comprimatur. Alligantur poſtea in ambabus extremitatibus ſibili, & fortitèr conſtringuntur, & ſic digiti inter-

cepti maximè dolent. Hoc tamen torturæ genus ſecurum eſt, nec admodùm atrox, proindè fœminis ſolet applicari. *Ignis* tormentum, & modus, quo dandum eſt, explicatur paragrapho ſequenti.

3. Nomine autem Torturę venire poteſt non tantùm, quod torquet corpus, ſed etiam quod torquet animum. Habet enim animus tortores ſuos, & frequentèr acriores, quam ſint tortores corporis. Torquere autem ſolet animum conſcientia commiſſi ſceleris, vt canebat *Satyricus*. *(d)*

——— *Quos diri conſcia facti*
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum.
Pœna autem vehemens, & multo læuior illis
Quas, & Cæditius grauis inuenit, aut Rhadamantus.
Nocte, dieque ſuum geſtare in pectore Teſtem.

Torquet paritèr animum apprehenſio, quam homo habet ex actu, qui licèt corpus dolore non afficiat, dedecus tamen, & ignominiam parit, ex qua homo aliquando plus patitur, quam ſi corpore torqueretur, & hoc patet in pœna, quam frequentèr dat Sacrum Fidei Tribunal nonnullis Reis, vt præ foribus Eccleſiæ ſtent manu Cereum accenſum tenendo; in illis, qui infami ſpectaculo publicè exponuntur, & vulgò dicitur *alla Berlina*; & in *forma pudenda*, ſecundùm quam alicubi fit ceſſio bonorum. Si ergo ſimili modo intra clauſtra, aliquis Reus in ignominia poneretur, vt ſi ſinè caputio coram Fratribus in Refectorio ſtare cogeretur, aut ſigna probationis deferre, & ſimilia, iſte reuera, durante illo tempore, diceretur conſtitutus in Tortura, per quam non in corpore, ſed in animo, ex apprehenſione ignominiæ, torqueretur.

4. Poteſt ergo Iudex pro ſui arbitrio ſpeciem tormentorum adhibere: *(e)* conſulit tamen, & optimè, *Iulius Clarus*, *(f)* ne Iudex exquiſitis, & periculoſis tormentis vtatur, ſed ijs tantùm, quibus vti in ſua Regione conſuetum eſt; nam, ſi Reus moreretur in tormentis, & Iudex exceſſiſſet aut in modo torquendi, aut in genere inuſitato tormenti, & dolus in Iudice probaretur, ipſe teneretur de homicidio; & non probato dolo, ſaltem eſſet iuſtitiæ obnoxius pro modo culpæ, vt ſcripſit *Bartolus*. *(g)*

5. Verum tamen eſt, quod ſi caſus atrociſſimus ſit, & Reus maleficijs ſacrilegis adiutus, vt frequentèr euenit, & tormenta conſueta ſperneret, imò rideret; poteſt Iudex aliud genus tormenti excogitare, vel tormento in ſua regione inuſitato vti. Sed aduertere debet, quod tormentum ſit ſecurum, vt per illud cauſetur quidem dolor, dum applicatur, ſed, illo amoto, aut nullum remaneat, aut non valde damnoſum, Torturæ ſignum, aut effectus. Et audiui aliquando, quod Genuæ quidam Iudex Regularis procedens in caſu atrociſſimi aſſaſſinij, cum vidiſſet Reum tormentum Funis, & Ignis (contra quem ſe munierat ſortilegijs, vt ſupponebatur) ſpernere; hoc genus tormenti adinuenit. Spoliato Reo, duo oua priùs indurata, & in aqua feruida ad extremum calefacta, inuoluere faciebat in tela linea ſubtili, & ea ſubtùs axillas, à quibus prius pilos radere fecerat, Reo applicare, & brachia ad latera comprimere, ſicque per ſpatium; vnius *Credo* applicata tenere; exindè amouere, poſtmodùm alia oua paritèr feruentia apponere. Non ſuſtinuit autem Reus tertiam applicationem, ſed crimen confeſſus eſt cum Complicibus, & omnes fuerunt ad triremes damnati. Certè exquiſitiſſimum, (& fortè tale, acrius non puto dari ſaluo corpore) fuit tormentum hoc, & non periculoſum, præter enim actualem dolorem, quem cauſat in actuali applicatione, nihil relinquit in corpore, præter modicam inflammationem, cui facilè poteſt linimento refrigeranti ſubueniri; tamen non conſulerem eo vti, niſi in caſu penitùs ſimili, puta vltra modum atrociſſimo, & quo conſueta tormenta non proficerent, quia Reus oſtenderet, ſe ex illis non pati.

6. Pro noſtra Religione, circa tormenta danda, habemus Statutum Ordinis; *(b)* ſic ſonans, *Tortura pro atrocibus, & grauioribus delictis, dumtaxàt infligenda eſt. Verùm cum non ſatis conſtet, quomodo torquendi ſint Fratres delinquentes, decernimus; quod ſi crimen ſit nefandum, Ignis pœna Rei torqueantur: de reliquis verò criminibus ſuſpecti, nudi, & manibus ligati, per tria interualla, flagellis, Superioris arbitrio, dirè torqueantur, ac pane, & aqua macerentur. Quod ſi crimen atrox fuerit, Iudex ad quem cognitio cauſæ quouis iure pertinet, aliud torturæ genus, arbitrio ſuo, iuxta qualitatem delicti, excogitare poſſit.* In hoc autem Statuto aduerto primò non poſſe adhiberi Torturam niſi pro delictis *atrocibus, & gra-*

grauioribus, ijs nempè, quæ per telam iudicialem cognoſcuntur; & in his etiam cautela adhibenda eſt, prout enim dicitur infra in *Textu*, non eſt torquendus Reus in Cauſa, vbi ſi quis condemnaretur, maiorem Tortura pœnam non mereretur: per quæ verba, vt ibi magis explicabitur, non eſt intelligendum, quod nulla adhibeatur Tortura, ſed non talis, quæ adæquet pœnam pro delicto meritam. Aduerto ſecundò, quod per hoc Statutum tanquam Tortura ordinaria ordinatur Flagellatio, quæ ibi deſcribitur, & ponitur etiam à *Chartario*,(i) qui determinat hoc tormentum ad ſpatium duorum *Miſerere*. Talis autem Tortura non eſt in vſu in Italia in noſtra Religione, ſaltem in Prouincijs Occidentalibus, licet aliquando vſitetur in Prouincijs Regni, & etiam Vltramontanis, in quibus audio, Vicarium Conuentus ſolitum eſſe manu ſua publicè diſciplinare Fratres paternalitèr punitos. Non eſt ergo practicandum in Prouincijs, in quibus in vſu non eſt huiuſmodi tormentum; ex re enim inſolita, non inueniret Iudex, qui vellet flagellare, ne tanquàm Carnifex à cæteris Religioſis indigitaretur: neque in hoc Iudici parere teneretur cum propria infamia; neque per Laicos Sæculares poſſet adminiſtrari ſimilis Tortura, vt enim ſcribit, & benè, *Sanctorus*, (l) dempto tormento Funis, in quo ex *Textu* adhibendi ſunt periti Laici in defectu Religioſorum; nequeunt Laici adhiberi ad torquendos Religioſos, & alitèr facientes incidunt in excommunicationem, vt ibidem addit *Sanctorus*.

7. In locis porrò, vbi tale tormentum in vſu eſt, ſcire oportet, quod tria interualla, quæ præſcribuntur, poſſunt vel vna die dari, (niſi ex prima flagellatione ſtigmata, vel plagæ ex verberum crudelitate eſſent relictæ,) vel in tribus diebus, Iudicis arbitrio. Sed exiſtimo ſatiùs eſſe, ſi Iudex determinet numerum ictuum, quibus torquendus cædi debet, quia interualla, ex frequentia, aut raritate ictuum, poſſunt notabiliter variari; ſicut etiam variari contingit valorem ictuum ex vehementia maiori, vel minori, qua incutiuntur. Aduerto tertiò, quod in caſu, quo crimen *Atrox* non quoquomodo, ſed ſuperlatiuè, (vel ex ſui natura, vt Aſſaſſinium, Homicidium, Conſpiratio in mortem Prælati, &c. vel ex magno ſcandalo, vt in Furto famoſo, deflloratione Puellæ non viri potentis, &c.) arbitrarium eſt Iudici, *ad quem cognitio cauſæ quouis iure*, puta ſiue Ordinario, ſiue Delegato *pertinet aliud torturæ genus excogitare*: non tamen ex ſe vllum tormentum dare poteſt, *niſi ex conſilio, & conſenſu Diffinitorij Prouinciæ*. Iudici ergo noſtro ligatæ ſunt manus, ita vt benè poſſit alia tormenta, quàm expreſſa in Statutis, & *Textu*, vel vſitata in Religione excogitare, non tamen poteſt ea adhibere abſque Diffinitorio.

8. *Et quoniam hæc tormenta Teſtibus, & Reo aliquandò ſunt communia, &c.* Reddit modo cauſam, proptèr quam huc congeſſerit totam materiam Torturæ, & circa intelligentiam *Textus* nulla occurrit difficultas. *Tormentum Funis non datur nec Teſtibus, nec Reis niſi in atrociſſimis, & grauiſſimis delictis, &c.* Hic debet aduerti, quod ſenſus iſtius *Textus* non eſt, quod in atrociſſimis, & grauiſſimis, tormentum Funis dari poſſitità Teſti, ſicut Reo, hoc enim falſum eſt, vt infra probabo, ſed debet intelligi de Reo tantùm atrociſſimi delicti. Vndè puto iniuria Amanuenſis *Textum* fuiſſe corruptum ex appoſitione particulæ *nec*; & ità deberet emendari; *Funis non datur Teſtibus, nec Reis niſi in atrociſſimis, &c.* Expunxiſſem quidem illam, ſed nolui verba *Textus* alterare, ne mihi obijceretur pro piaculo, legem velle emendare, cui impar ſum: attento maximè, quod in omnibus exemplaribus (vitiatis ſuſpicor in primo fonte) talis particula reperitur. Quod autem Teſti non vnquàm apud Nos poſſit dari Tortura Funis, patet ex hoc, quod inter Clericos, neque Teſtibus, neque Reis danda eſt Tortura, ita grauis, ſicut inter Laicos, vt ſcribit *Clarus*, (m) poſt *Abbatem*, & *Diaz*; imò inter Regulares minor adhùc Tortura admitti debet, quàm in Curijs Sæcularibus, vt voluit *Berti*, (n) qui ſubiungit, non poſſe introduci in Religione genera tormentorum grauia, quæ in vſu non ſint, velut Dei Seruis indecentia.

9. Quod ergo in alijs Curijs Sæcularibus tàm Laicis, quàm Eccleſiaſticis adhibeatur Funis Teſtibus vacillantibus, contrarijs, &c. ſiue ad purgandam infamiam, non ſequitur per hoc, quod dari poſſit Teſti Religioſo. Nec aliquid facit, ad grauitatem criminis in Teſte, atrociſſimum delictum à Reo, de quo quæritur; dato enim, quod Teſtis ſit falſus, aut contumax in reſpondendo, iſte periurium,

aut

aut contumaciam ita grauem committit, quando non vult verum deponere ſuper Fornicatione ſimplici, ſunt ſuper Homicidio proditorio, licet hoc atrociſſimum ſit; quo pacto ergo poteſt dari Teſti maior Tortura ex eo, quod grauius eſt delictum ſuper quo teſtificatur? Certè, ſuſpecto,ſiuè præſumpto Reo de grauiſſimo crimine æquum eſt, quod grauiſſimum tormentum iſti adhibeatur: ſed cum omnia periuria, & contumacia in Teſtibus æqualia in grauitate ſint, non eſt, vndè ipſi poſsit dari tormentum grauiſſimum Funis. Verùm quidem eſt, quod maior, vel minor poteſt eſſe ſuſpicio, aut præſumptio falſitatis in Teſte, & ad eam purgandam maior, vel minor debeat eſſe Tortura; ſed hæc attendenda eſt à diuturnitate temporis, quo debet torqueri, non verò à ſpecie tormenti, quod illi debeat dari. Et hoc eſt *prudentis Iudicis arbitrio*, prout enim diximus ſupra, Tortura arbitraria Iudici eſt, non ſolùm quoad genus tormenti, ſed etiam quoad modum, & diuturnitatem Torturæ: appoſitè verò *Textus* dicit *prudentis* Iudicis arbitrio, quia vt aliàs dictum eſt, arbitrium Iudicis non eſt abſolutum, ſed eſt legibus, & rationi rectæ vinculatum; non enim dicere poteſt. *Hoc volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas.* (c) Sed prudentiâ regulari debet.

10. Quod ſi queras quidnam prudentia dictet in decernendis tormentis? Reſpondeo, quod ſcopus Iudicis in hoc debet eſſe, vt efficatior inueniatur modus habendæ veritatis à Reo. Modus porrò efficacior eſt, in quo adhibetur Tortura magis ſenſibilis Reo; non enim omnia tormenta omnibus ſunt æqualitèr moleſta, ſed iuxta ætatem, ſtatum, vires, complexionem, exercitia, diuerſificantur; ita vt hoc vni graue tormentum ſit, quod tamen alteri tale nō eſt. Lacertoſo iuueni, & ampli pectoris, Funis non erit valdè acris, & magis torquebitur fame, & ieiunijs. Vice verſa imbecillis homo ad aſpectum ſolùm Funis patietur deliquium, quem tamen nec carcer, nec ieiunia multùm vrgebunt: Debet ergo Iudex qualitatem torquendi benè examinare, & ſeligere tormentum, quo magis ille impellatur ad veritatem fatendam. Dare autem tormentum Funis apud Nos committitur non tantùm *prudentis Iudicis arbitrio*, ſed debet dari, & *de conſilio Patrum*, non quidem Prouinciæ, ſed Diffinitorij, vt dicit *Textus* infra. (p)

11. *Tempus huius tormenti ſpatium vnius horæ non debet excedere, &c.* *Textus* poteſt ingerere dubietatem ex hoc, quod cum concedat iuxta delicti atrocitatem, replicationem Torturæ vſque ad tres vices, exprimat, quod pro *prima vice quadrantem horæ contingat, ſecunda medietatem, tertia integram horam.* Dubitari autem poteſt an hęc tria ſpatia temporis debeant intelligi copulata moralitèr ad componendum vnum tempus, an verò accipiantur tanquam omninò ſeparata; ita vt prima viee detur Funis per quadrantem horæ; ſecunda vice per mediam horam; & tertia vice per horam integram? Ad hoc autem dico, quod communis ſententia *Criminaliſtarum* (q) eſt, quod Tortura Funis non poteſt dari vltra horam, & raro, & in atrociſſimis tantùm per horam, & quadrantem. Et huic ſententię conformatur etiam hic *Textus*, dum ordinat, quod tempus huius tormenti non debet horam excedere. Patet autem, quod ſi tria illa tempora intelligerentur diſcreta, Reus poſſet torqueri per ſeptem quadrantes horæ, quia ex illis tribuſ ſic collectis tantùm tempus conſtituitur. Debet ergo accipi, quod prima vice torqueatur per quadrantem horæ; ſecunda vice per alium quadrantem, quo computato cum primo quadrante, integratur media hora; vel per mediam horam, continuam independentèr à primo quadrante. Tertia autem vice *per horam*, hoc eſt per totum illud ſpatium temporis, quod ſupereſt ad conſtituendam horam, computatis duobus primis ſpatijs, quibus tortus eſt. Sciendum proindè, quod benè ponderata grauitate criminis; qualitate indiciorum; & qualitate perſonæ Rei torquendi, debet Iudex decernere, & qualitatem tormenti, & eius durationem. Arbitrio verò ſuo ſtat tempus iam decretum in duas, & ad ſummum tres partes diuidere, vel vnica vice per totum illud tempus torquere; poteſt ergo illa tria ſpatia, prout ſibi libuerit, diſpeſcere, puta prima vice per decem minuta horæ; ſecunda vice viginti minuta, & tertia vice triginta, ex quibus omnibus componitur hora decretæ Torturæ. (r)

12. *Et ſi præterea ſceleris immanitas exigat funem quaſſari debere, id ſemel, bis, aut ad ſummum ter pro qualibet vice, leuitèr tamen, fieri poſſe conceditur.* Hic aduertendum, quod licet *Textus* videatur concedere quaſſationem funis, quæ vulgo dici-

dicitur *(tratti di corda)* in cauſa vbi agitur de ſcelere immani, hoc tamen non eſt abſolutè verum, niſi concurrant indicia vehementia; duo proindè requiruntur ad hoc, puta qualitas criminis, & probatio indiciorum, nec vnum ſine alio valet ad tales quaſſationes. Ratio eſt, quia ſpecies Torturæ adhibendæ dependet à qualitate delicti, intenſio autem, vel duratio pœnæ dependet ab indicijs. Si ergo crimen ſit atrociſſimum, adhibendus quidem eſt Funis, ſed quod torqueatur per quadrantem, vel per horam integram hoc dependere debet ab indicijs plùs, vel minùs concludentibus delictum; ita vt, licet crimen ſit atrociſſimum, quo maius nequeat excogitari, ſi indicium ſufficit quidem ad Torturam, ſed tamen in ſua ſpecie non ſit valde vrgens, non poteſt dari tormentum per horam integram, & multò minùs quaſſari funis, ſed iuxta valorem maiorem, aut minorem indicij, diuturnitas Torturæ eſt varianda, ſicut & eius intenſio. Cum verò dicatur in *Textu*, quod funis quaſſari debet *leuitèr* accipiendum eſt, quod demiſſio corporis pendentis à fune non debet eſſe multum ab alto; aliquando enim vidi inter Laicos tortum eleuari tantùm, quod manus alligatæ tangebant trochleam, & poſteà à tortoribus ſinebatur Tortus præcipitari per interuallum octo, & etiam decem pedum; nimis immanis eſt cruciatus hic, *leuitèr* ergo ſit quaſſatio, ſi ad duos, & ad ſummum tres pedes eleuatus Reus, per illud interuallum demittatur.

T E X T V S.

§.II. In grauioribus delictis Arctatione, flagellis, ieiunijs, taxillis, vel ſibilis Iudices vti permittuntur. Itaut de mendacio, vel de crimine, ſuſpecti nudi, cum ſolis fœmoralibus, manibus ligati, per tria interualla, flagellis, Superioris arbitrio, dirè torqueri poſſint; & pane, & aqua macerari, idque bis, vel ter replicari, prout ratio ſuaſerit. Arctatus neſciat Arctationis tempus, in quo ter in hebdomada in pane, & aqua ieiunare debet, & ſibi diſciplinæ flagella in publico Refectorio infligere vnius *Miſerere mei*, *&c.* ſpatio. Sibili, & Taxilli ad tempus duorum *Miſerere*, vel trium *Pater noſter* vix extenduntur.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

13. *Arctatio ſpecies Torturæ antiqua in Ordine.*
Importat trinam flagellationem, & ieiunium in hebdomada.
Carcer non eſt de formalitate Arctationis.
Statutum Toletanum adulteratum.
14. *Statutum Ordinis, ex quo arguitur, quod Arctatio non importet carcerem.*
Confirmatur ex Statuto Salmantino.
Sanctorus fuit cauſa errandi Collectori Statutorum.
15. *Ex vſu in Arctatione adhibetur carcer.*
Si Arctatio ſimplicitèr ſit decreta, & Iudex adhibere velit carcerem, poteſt appellari.
Arctatio, in qua adhibetur carcer, eſt Arctatio qualificata.
Arctatio præſcripta, tanquam pœna, in Statutis, non includit carcerationem.
Iudex quomodo debeat facere decretum de Arctatione importante, etiam carcerem.
16. *Flagellatio Iudicibus permiſſa.*
Duplicitèr fieri poteſt.
Flagellatio manu propria, eſt tormentum leue.
Debet fieri publicè in Refectorio.
17. *Ieiunia facta, vt debent, poſſunt eſſe valida Tortura.*
Sed non ſiunt vti debet.
18. *Arctatus non debet ſcire durationem Arctationis.*
Secretum ſeruandum à Diffinitoribus circa decreta in Diffinitorio.
Diffinitores reuelantes grauia ſecreta Diffinitorij, peccant mortalitèr.
19. *Iudex circa durationem Arctationis non*

non tenetur petere conſilium à Diffinitorio.

Probatur hæc concluſio,

Interpretatio Statutorum debet lædere ius commune minùs quam poſſit.

20. *Iudex neque ſuper ſpecie, neque ſuper duratione tormenti, adſtringitur ad petendum conſilium à Diffinitorio.*

Difficultas contra prædicta.

Satisfit obiectioni.

21. *Ignis adhibetur in delicto innominabili.*

Confirmatur concluſio, quod conſilium à Diffinitorio non eſt petendum niſi circa grauitatem, & leuitatem Torturæ.

13. ARctatio religioſa, & maximè decens Tortura eſt, & iam à multo tempore in Religione inuecta, de ipſa enim fit mentio in *Statutis Aſſiſienſibus* (s) anni 1526. & paritèr in *Salmantinis* (t) anni 1553. ſicut & in *Vallisſoletanis* (u) 1593. Verum eſt, quod in his tribus Statutis pro formalitate Arctationis non præſcribitur, niſi triplex ieiunium, & trina flagellatio per integrum *Miſerere* in qualibet hebdomada; & licet carcerem ſupponat, hunc tamen ex ſe non importat, ait enim *Vallisſoletanum* citatum. *Quia in carceribus detentos aliquando etiam torqueri, ſiue arctari contingit, ideò de Tortura, & Arctatione hic aliqua ſtatuenda ſunt.* Et infra. *Declaramus, quod quando in Statutis de Arctatione alicuius mentio fit, Arctatio huiuſmodi ſic intelligatur (niſi alitèr explicetur,) quod ſingula hebdomada tribus diebus diſciplinetur cum Pſalmo* Miſerere mei Deus, &c. *ſemel recitato, ac pane, & aqua tantummodò reficiantur.* Ex quibus verbis clarè patet, quod ſupra dictum eſt, & carcer nullo modo eſt de formalitate Arctationis; ſed ſupponit citatum Statutum, Arctandum iam eſſe in carcere ad cuſtodiam, cui cum adhibenda arctatio ſit, decernitur ieiunium, & flagellatio. Quia verò Statuta Generalia *Toletana* ſic habet. (x) *Arctatio eſt recluſio alicuius in carcere cum chorda, & caputio, quo tempore, ter in hebdomada diſciplinabitur, recitando Miſerere, &c. & in pane, & aqua ieiunabit.* Videtur, quod de formalitate Arctationis ſit carceratio. Sed hoc minimè ſubſiſtit, quandoquidem à *Statuto Vallisſoletano* vſque ad *Toletanum* 1658. nullum Statutum factum eſt, in quo ſit pro Arctatione decreta carceratio vltra ieiunia, & flagellationes, quæ iam carceratis pro Arctatione in anterioribus Statutis determinata ſunt: & Compilator illorum Statutorum de ſuo cerebro carcerationem addidit, vel eam tranſcripſit à *Sanctoro*, (z) & ipſe carcerationem poſuit, neſcio quo fundamento: attento maximè, quod in Statuto *Salmantino* (quod à *Toletano* citatur ad marginem) nullo modo habetur mentio de carcere pro Arctatis, ſed tantùm de ieiunio, & flagellatione; proindè cenſeo Statutum hoc *Toletanum* vnum eſſe ex corruptis, ob quæ corrigenda, iam in duobus Capitulis Generalibus factum eſt decretum, vt aliàs tetigimus.

14. Et quod ſupra dictum eſt magis conualidatur ex hoc, quod in Statutis Generalibus Ordinis (a) habetur, quod ſi duo Socij criminis depoſuerint contra aliquem *procedatur contrà talem ad inquiſitionem veritatis, detinendo eum in domo diſciplinæ cum ieiunio panis, & aquæ, ter in bebdomada, & diſciplina ter in hebdomada per menſem, ſiuè ad arbitrium Prælatorum.* Patet autem, quod pœna hæc eſſet vera Arctatio, ſi de ſe Arctatio importaret carcerem, tanquam domum diſciplinæ, vltra i[illegible]unia, & flagellationes: ſi hanc ergo intellexiſſet Statutum non fuiſſet vſum tali circuitu verborum, ſed ſimplicitèr dixiſſet *arctetur*, ſicut in eodem paragrapho *num.* 21. dicit de frequentāte domum ſuſpectam. Si ergo vltra ieiunia, & flagellationes includit etiam domum diſciplinæ, ſignum eſt, non voluiſſe præcipere ſimplicem Arctationem, ſed auctam illa circumſtantia pœnali Domus diſciplinæ; & ex conſequenti probatur, quod Arctatio, ſecundùm ſe, carcerationem non importat. Et, quod omne remouet dubium in contrarium, eſt declaratio ipſius Statuti *Salmanticenſis*, (b) quod ita ſonat. *Declaramus etiam, quod quando in Statutis fit mentio de Arctatione alicuius Fratris, Arctatio huiuſmodi ſic intelligatur, quod per triduum in qualibet hebdomada Frater talis diſciplinetur cum Pſalmo* Miſerere mei Deus, &c. *ſimel recitato, & comedat panem dumtaxat, & aquam bibat.* Nulla hic prorsùs mentio de carceratione, quę paritèr in nullo alio Statuto non vitiato reperitur; vndè concludendum, quod Arctatio, de ſe, carcerationem non importat, & quod citatum Statutum *Toletanum* debet corrigi, & in hoc non attendendus

San-

Sanctorus, qui Collectori Statutorum illorum errandi cauſa fuit.

15. Sed ad quid hæc ſcribimus, cum in Religione inualuerit, quod Arctandus carceretur, ieiunet, & ſe flagellet, &c. & hæc ſit praxis omnium Prouinciarum? Dico, quod ſi Arctatio detur per ſententiam interlocutoriam Iudicis, vt Tortura, vtique poteſt ſuſtineri, quia àrbitraria cum ſit Iudici Tortura, poteſt Iudex indicere *Arctationem qualificatam* carceratione. Verùm eſt, quod ſi decretum de arctando contineret ſimpliciter Arctationem, abſq; alio addito, puta, ſi diceret *decreuit eſſe arctandum per menſem, ſeu ad ſui beneplacitum*, non poſſet Iudex illum incarcerare; & ſi ille appellaret de grauamine, appellatio iuſta eſſet, quia Iudex Torturam maiorem vellet inferri eà, quam decreuerit. Nec poteſt Iudex ſe tueri, dicendo, ſe intellexiſſe etiam carcerationem, dum decreuit Arctationem: quia illam debebat exprimere, cum in Arctatione minimè includatur, & ſignificata vocabulorum non pendeant à ſua apprehenſione, ſed ab inſtitutione legum. Deberet ergo dici in decreto *Arctandum eſſe in domo diſciplinæ per menſem, &c.* & hoc pacto poteſt ſuſtineri Arctatio qualificata. Sed ſi Arctatio præſcribitur à Statuto tanquam pœna, vt *Frequentanti ſuſpectas domos, &c.* nullo modo ſuffragatur conſuetudo, ita vt talis Arctandus carcerari poſſit vltra ieiunia, & flagellationes; & ratio eſt, quia pœnæ ſtatutariæ augeri non poſſunt, ſi in Reo cadit præcisè crimen, cui talem pœnam apponit Statutum, vt notum eſt. Proindè Iudices in decretis Arctationis ponant clauſulam illam, *in domo diſciplinæ*, ſi eam intendunt dare, prout in vſu eſt, & ad veram formam noſtrarum legum procedere.

16. Permittuntur etiam noſtri Iudices vti *flagellis*; hæc porrò duplici modo ſunt afflictiua, puta torquendo corpus in dolore, quem incutiunt, & animum in paſſione confuſibili, quæ à Flagellatis coram tota Communitate ſuſtinetur. Aduertendum porrò, quod flagellatio, vel poteſt fieri per eundemmet Flagellatum, vt fit in flagellationibus conſuetis in Religione ad carnis mortificationem; vel miniſterio alieno, de quo paulò ſupra locuti fuimus. De hac iam dictum eſt, in Italia, ſaltem in Prouincijs Occidentalibus, non eſſe in vſu; prima verò flagellatio valdè debile tormentum eſt, vt ſperetur Reus adigendus per illud ad confitendum crimen. Nam quo ad dolorem carnis, non erit Reus ita fatuus, vt velit ſibi ipſi, tàm validos ictus impetere, vt ex illis valdè doleat; quo ad confuſionem verò, Rei vel ſunt homines perfrictæ frontis, & aſſueti huiuſmodi ſpectaculis; vel flagellationem illam non faciunt in Refectorio coram omnibus, ſed in Cellauinaria, vt fit in hac Prouincia Romana, & multis alijs, & ita confuſionem euadunt. Concludendum porrò, quod ſi tormentum hoc debet eſſe proficuum, conuenit, quod publicè fiat flagellatio, & quando Reus non ſit huiuſmodi confuſionibus ſolitus.

17. Quo *ad ieiunia*, ſi fiant, vt debent, valida poſſunt eſſe tormenta; ſed plerumque hoc fallit; etenim (in magnis ſaltem Familijs) ſemper reperitur aliquis amicus Rei, vel alius Frater commiſerans, qui Ieiunāti cibum clanculùm ſuppeditet; vndè licèt iſte in Refectorio paululum panis, & aquæ guſtet, poſtmodùm obſonijs, & vino aliundè refocillatur, & ità cruciatum corporeum famis euadit, nec ſibi aliud remanet, quàm parua illa confuſio publicitatis, quam parum curat, vt dictum eſt. *De Taxillis* verò, vel *Sibilis*, ſicut & de modo flagellationis, de qua dicitur in hoc *Textu*, iam ſupra dictum eſt.

18. *Arctatus neſciat Arctationis tempus, &c.* Hic exprimitur tempus durationis ſupradictorum tormentorum; &, quo ad Arctationem, nullum tempus præfinitur, ſed arbitrio Iudicis extendenda relinqitur; & non ſolùm in *Textu*, ſed etiam in omnibus Statutis ſupracitatis cauetur, quod nullo modo Reo innoteſcat eius duratio, ne poſſit, ex illius breuitate iam decreta, confirmari in negatiua, ſed anxius, & incertus de ſua duratione ad fatendam veritatem compellatur. Verum tamen eſt, quod opórtet vigere fidelitatem in Diffinitoribus, ne reuelent alicui tempus, per quod decreta eſt Arctatio. Sed hoc raro vidi obſeruatum; etenim ſemper in Diffinitorio eſt aliquis vel amicus, vel amicus amicorum Rei, cuius medio, ſcit Reus ſuę Torturę durationem; & ſic confirmatur in ſua obſtinatione. Tales quidē Diffinitores peccare mortaliter nulli dubium eſt, cum violent in re graui ſecretum à iure præſcriptum: ſed etiam iuxtà vtraque iura (c) debent puniri. Licet enim iura illa loquantur de reuelante ſecretum hoſtibus, tamen extendi debent ad eos, qui ſecreta Collegij,

aut Senatus reuelant, prout optimè probat *Boſſius.(d)* Etenim, ſi aliquis publicando teſtamentum ſecretum viui, incidit in pœnam *legis Corneliæ de Falſis,(e)* pari modo delinquit, qui ſecreta Senatus pandit; violat enim fidem publicam, & multorum malorum cauſa eſt. Legimus porrò Conſiliarios appellari in iure, *(f) Silentiarios* ab obligatione ſilendi ſecretum, ſuper quo conſuluntur. Quod ſi Diffinitores Senatoribus, aut Conſiliarijs comparantur, ſilentium ſeruare tenentur de tractatis in Diffinitorio; quod ſi non ſeruent, mulctari deberent amiſſione Dignitatis, ſicut *Senator* ille *Caſalenſis*, qui ſententiam in Senatu decretam, & nondum publicatam reuelauit, amiſit vitam, truncato capite, ex iuſſu *Marchionis Montisferrati*, vt ibidem recitat *Boſſius*. Vndè, vt conſulatur damno iuſtitiæ, quod ex talium loquacitate oritur, optimum cenſeo, quod Iudex petat hoc conſilium à Diffinitorio, puta, *num Reus ſit arctandus, nec nè*? Et habito aſſenſu, inſeratur in proceſſu decretum, quod Reus arctetur, nulla facta mentione durationis Arctationis.

19. Inſuper neque tenetur Iudex petere à Diffinitorio conſilium, neque habere aſſenſum circa durationem Arctationis. Ratio eſt, quia licet ipſe obligetur ad habendum aſſenſum à Diffinitorio, hoc tamen eſt circa ſubſtantiam Torturæ, puta An ſimus in caſu torquendi Reum nec ne? Non verò circa genus, aut circa durationem Torturæ. Quod euidenter demonſtro. Quia Iudicis arbitrio, vt ſupra docuimus, committitur Tortura Reorum; tamen cum res grauis ſit, vt aduertit *Sanctorus*, *(g)* & in ea cautiùs ſit procedendum, inter Nos, ex præſcripto Conſtitutionum, habendum eſt conſilium, & aſſenſus Diffinitorij ad illam infligendam. Hoc autem conſilium, & aſſenſus non eſt circa ſpeciem tormenti adhibendi, quia iam ex *Textu* Iudicibus præſcribitur quibus generibus tormentorum vti debeant, puta in grauioribus delictis *arctatione*, *flagellis, &c.* in atrociſſimis *Fune*, in crimine nefando *Igne, &c.* neque pariter eſt circa gradum Torturæ: quia circa *flagellationem* remittitur Iudicis arbitrio, ſed limitatur ad tria interualla: circa *Sibilos, & Taxillos*, reſtringitur ad duo *Miſerere*: circa *flagellationem*, in Arctatione ad vnum *Miſerere*, circa *Funem* ad horam, &c. Relinquitur ergo, quod cum ſatis prouiſum ſit per *Textum* quo genere, & quo gradu Torturæ Iudex debeat vti in caſibus, non eſt vnde circa hoc quæratur conſilium; ſed tantùm, An ſimus in caſu, quo Torturę genus, & gradus à lege præſcriptus, ſit adhibendus? Et confirmatur, quia in hoc *Textu* duratio flagellationis non dependet niſi ab arbitrio Iudicis, ait enim *Superioris arbitrio dirè torqueri poſſint*, ergo, vt iura iuribus concordent, ſi infra §.3. *Textus*, ait: *Torqueri nullus poteſt niſi ex conſilio, & aſſenſu Diffinitorij* accipiendus eſt, vt non loquatur de Tortura niſi in genere, puta an ſit torquendus Reus; non de qualitate tormenti, aliter in *Textu* eſſet ſuperfluitas, quæ in lege non eſt admittenda; quia expreſsè in *Fune*, puta pro determinata ſpecie illius Torturæ, ponitur requiſitio conſilij Patrum, & ſuperflueret illa diſpoſitio, ſi talis petitio, nempè circa genus Torturæ, vniuerſalitèr importaretur in hoc *Textu*, puta *Torqueri nullus poteſt niſi ex conſilio, &c.* Paritèr eſſet contradictio in *Textu*, ſi circa durationem tormenti petendum eſſet conſilium, quia in flagellatione, vt diximus committitur Tortura *Superioris arbitrio*; non eſſet autem ipſi arbitraria duratio, ſi deberet dependere à conſilio, & aſſenſu Diffinitorij, cui eſſet vinculata. Inſuper obligatio Iudicis ad habendum aſſenſu Diffinitorij pro inferenda Tortura, eſt diſpoſitio merè municipalis Conſtitutionum Ordinis, quibus vulneratur ius commune, quod arbitrio Iudicis committit Torturam Rei. Cum ergo *Textus* non dicat apertè, quod etiam pro decernenda ſpecie Torturæ, aut pro eius duratione huiuſmodi aſſenſus habeatur, debet fieri interpretatio de eo habendo ſuper Tortura in genere, An ſit danda nec ne? quia interpretatio Statutorum, debet fieri, vt minùs quàm poſſit, lædat ius commune, vt dicunt *Doctores*. *(h)*

20. Ex his ergo apparet nullo modo teneri Iudicem ad conſulendum Diffinitorium ſuper puncto ſpeciei tormenti dandi, neque eius durationis, ſed tantùm, An ſimus in caſu torquendi Reum *grauitèr*, vel *leuitèr*? quia eius prudenti arbitrio committitur, ſeligere ſpeciem Torturæ, quam ipſe prudentèr iudicauerit, & decernere pariter eius durationem. Et ita optimè fiet, quod Arctandus *neſciet Arctationis tempus*, vt præſcribitur hic. *Sibili, & Taxilli, &c.* iam ſupra dictum eſt de his, ſuperfluum porrò eſt repetere, & *Textus* clarus

clarus eſt. Sed dices, ſi Iudex debet petere conſilium à Diffinitorio ſuper grauitate, aut leuitate Torturæ, ergo idem erit ſuper duratione Arctationis, duratio enim diuturnior, aut breuior ſtatuit in Arctatione grauitatem, aut leuitatem Torturę? Reſpondeo; aliud eſt petere conſilium An ſimus in caſu torquendi *grauitèr*, vel *leuitèr*, & petere An Arctatio debeat durare per tot, vel tot dies? illud enim eſt quærere in genere, hoc verò eſt determinare in ſpecie. Illud admitto tanquam à lege requiſitum, hoc nego tanquam in praxi præiudiciale iuſtitiæ. Petat ergo Iudex à Diffinitorio An indicia contra Arctandum militantia cenſeantur grauia, vel leuia? & decretum ſonet, quod arctandus ſit *grauitèr*, vel *leuitèr*, & ita ſatisfiet *Textui*; ſed tempus præfinitum reſeruet Iudex in pectore, ne ex reuelatione, prout dixi, læditur cauſa.

21. *Ob deteſtationem autem nefandi criminis Reus igne torquendus eſt, &c.* Circa hunc *Textum* nulla opus eſt expoſitione. Aduerto ſolummodò, quod ex hoc magis confirmatur, quod paulò ſupra dictum eſt circa petitionem conſilij, & aſſenſus à Diffinitorio in decernenda ſpecie Torturæ. Quia enim in atrociſſimis decernit *Textus* adhibendum Funem, & in crimine nefando Ignem, & in cæteris grauioribus delictis permittit arbitrio Iudicis, vti Arctatione, Flagellis, Ieiunijs, &c. liquet, quod ſpecies tormenti dependet aut à lege ſanciente, aut à Iudicis arbitrio, & non à Diffinitorij conſilio. Si enim agatur de atrociſſimo crimine, non poteſt non adhiberi Funis; & ſi agatur de præpoſtero coitu, vtendum eſt Igne, non poterit ergo Diffinitorij conſilium eſſe, niſi An ea ſint indicia in proceſſu, vt per ea *leniter*, aut *grauitèr* ſit Reus torquendus? non verò circa ſpeciem Torturæ; & idem erit in alijs delictis grauioribus, in quibus vno, vel altero tormento vti, arbitrarium eſt Iudici, prout diximus.

T E X T V S.

§.III. Torqueri nullus poteſt, niſi de conſilio, & aſſenſu Diffinitorij Prouinciæ, vel ſi fuerit Commiſſarius a Reuerendiſſimo deſtinatus, cum conſilio, & aſſenſu eiuſdem Diffinitorij, vel (ſi ratio id ſuadeat) aliquorum proborum, & Peritorum Patrum. Qui ſecùs fecerit officio priuandus, vel Generalis arbitrio puniendus venit. Sine cauſa legitima, & legitimè in actis probata, nec Teſtes, nec Reus tormentis ſubijciatur ſub pœna Excommunicationis latæ ſententiæ in Canone, *Si quis ſuadente Diabolo, &c.* in Iudicem temerè procedentem, qui etiam officio deſtituendus, & ad id perpetuò inhabilis declarandus perpetuò erit; reſeruata Patri Generali facultate, eundem vlterius puniendi, iuxta temeritatis exceſſum, & depoſitio facta in tormentis nulla eſt, eo ipſo.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

22. *Torqueri nemo poteſt ſine aſſenſu Diffinitorij.*
23. *Commiſſarius deſtinatus à Cardinali Protectore debet petere etiam ipſe conſilium à Diffinitorio.*
Praxis noſtra ordinata fuit ex mandato Cardinalis Barberini Protectoris.
Commiſſarius miſſus à Protectore cum clauſula, quod procedat independentèr, *non tenetur ad petendum conſilium à Diffinitorio.*
24. *Conſilium ad torquendum aliquando petendum ab alijs, quàm à Diffinitorio.*
Quando hoc? remiſſiuè.
Iudex Officio priuandus, ſi torquet abſq; Diffinitorij conſilio.
Si non habet Officium quo priuetur, puniendus arbitrio Generalis.
25. *Torqueri nemo poteſt niſi cauſa legitimè probata.*
Legitimum in iure quid dicatur.
Cauſæ legitimæ torquendi Teſtem, & Reum.
Tortura non poteſt dari maior pœnà dandà pro delicto.

26. *Probatio legitima requiritur ad Torturam.*
Indicia ſufficientia ad torquendos Teſtes, & Reum remiſſiuè.
Requiſita ad legitimam probationem.
27. *Torquentes indebitè excommunicantur.*
Dictio temerè, *quid importet.*
Temerè torquens eſt, qui malo dolo torquet.
Accuſator non punitur, niſi dolo malo accuſet.
28. *Dolus malus in Iudice, quomodo probetur.*
Ignorantia affectata æquiparatur dolo, quo ad culpam.
Malè torquens cum opinione probabili effugit pœnas.
29. *Collegium non poteſt excommunicari.*
Omnes Diffinitores malè torquentes, poſſunt declarari excommunicati.
Cautela pro Diffinitoribus in ſubſcribendo decretis.
30. *Sola Tortura, quæ fit cum manuum iniectione violenta, ſi detur temerè, importat excommunicationem.*
31. *Depoſitio facta in tormentis, malè decretis, eſt nulla.*
Confeſſio, etiam ſic facta, non valet, neq; vt actus extraiudicialis.

22. POſtquam *Textus* locutus eſt de tormentis in ſe, proſequitur modo loqui de ijs, quæ debent præcedere tormenta, & dicit, quod *torqueri nullus poteſt, niſi ex conſilio, & aſſenſu Diffinitorij Prouinciæ*, cui tamen non conuenit, niſi prout dictum eſt, decernere, an reuera indicia talia ſunt, vt Reus torqueri debeat: non tamen ſpeciem, aut durationem tormenti adhibendi, cum hæc pendeat aut à noſtræ legis præſcripto, aut ab arbitrio Iudicis. Supponit autem *Textus* loqui cum Prouincialibus, qui ſunt Iudices Ordinarij, & à quibus frequentiùs proceſſus fiunt. Subdit porrò, vel ſi Iudex *fuerit Commiſſarius*, puta vel Viſitator, vel Delegatus ad Vniuerſitatem cauſarum alicuius Prouinciæ, vel ad aliquam cauſam particularem *à Reuerendiſſimo* Miniſtro, Vicario, aut Commiſſario Generali *deſtinatus cum conſilio, & aſſenſu vel eiuſdem Diffinitorij, &c.*

23 Quid autem, ſi eſſet deſtinatus ab Eminentiſſimo Protectore, teneretur ne ad hoc conſilium petendum? Dico, quod ſi abſque vlla clauſula particulari eſſent conceptæ litteræ patentes Delegationis, & hoc ſiue eſſet cauſa in prima inſtantia, ſiue eſſet in caſu appellationis, Delegatus deberet adhibere conſilium Diffinitorij, vt præfertur. Ratio eſt, quia mens Delegantis eſſet, quod iuxta ſtylum Religionis, & eius Conſtitutiones, cauſa tractaretur; cum deleget eam Religioſo viro, & ſecundùm conſuetam praxim per leges noſtras ſtatutam; eo vel maximè, quod, vt habetur ex Statutis Reformatis, *(i)* Practica hæc noſtra Criminalis compoſita, & euulgata fuit, *Eminentiſſimo Protectore Franciſco Barberino* ordinante: & cum hoc fecerit nomine Dignitatis, ſeu Officij, quod gerebat, dici poteſt *Ordinis Protectorem* eam voluiſſe, ac in eam conſenſiſſe, & ita licet ipſe ſit ſolutus talibus legibus, tamen præſumitur, æquitate ſuadente, velle tum ſe, tum Delegatum ſuum illis accommodare. *(l)* Si verò in patentibus ſuis commiſſorialibus habeatur, quod, independenter à quouis alio, Delegatus inquirat, procedat, conſtituat, torqueat, & ſententiet; tùnc iſte non adſtringeretur ad conſilium, & aſſenſum Diffinitorij, quia Protector tunc vt Princeps, & de abſoluta poteſtate procederet, & Delegatum ſuum ab obligatione petendi conſilij liberaret.

24. *Vel (ſi ratio id ſuadeat) aliquorum proborum, & peritorum Patrum, &c.* Ratio, quæ poteſt ſuadere, loco Diffinitorij adhibendum eſſe conſilium *proborum*, & *peritorum Patrum*, eſt illa, quam aliàs *(m)* diximus, puta vel imperitia Diffinitorum in re criminali, vel eorundem affectio prò, vel contra Reum; & de hoc conſule, quæ ibi adnotauimus. Poteſt etiam eſſe alia cauſa rationabilis, puta diſtantia Diffinitorij, & difficultas ipſum congregandi, & vrgentia cauſæ, quæ dilationem non admittit: tunc enim alij Patres, & Periti ex illis, qui ſunt in Conuentu illo, vel vicino ſunt adhibendi. *Qui ſecùs fecerit Officio priuandus*, ſi nempè Iudex Ordinarius eſt, & proindè in Officio Prouinciali conſtitutus; vel ſi Delegatus ille fuerit poſitus in Officio, aut Prælaturæ, vt Guardianus, vel alio qualificato, vt Lecturæ actualis Theologiæ; *vel Generalis arbitrio*, caſu nempè, quo Iudex alio Officio non fungeretur, *puniendus venit.*

25. *Sine cauſa legitima, & legitimè in actis probata nec Teſtis, nec Reus tormentis ſubijciatur.* Duo requirit hic *Textus* ad

Tortu-

Torturam, puta *cauſa legitima*, & *legitima probatio*; cauſa autem Torturæ legitima eſt ex multiplici capite. *Legitimè* enim factum dicitur, quod eſt ſecundùm leges. *(n)* Vnde dicitur legitima ætas, legitimus Tutor, legitimæ nuptiæ, &c. quæ à legibus præſcribuntur. *(o)* Cauſa ergo legitima torquendi Teſtem, aut Reum erit, quando aderit aliqua ex ijs, quæ à legibus ordinantur tanquā ſufficientes ad Torturam inferendam; puta infamiæ macula, contradictio, varietas, mendacium, falſitas, & ſimilia in Teſte, propter quæ debet torqueri. Paritèr, ſi delictum ſit ſemiplenè probatum; ſi contra Reum militent indicia grauia; aut pluria leuia coniuncta; aut dictum Teſtis non integri adminiculatum alio indicio, dicetur adeſſè cauſa legitima illum torquendi. Paritèr, ſi maior pœna corporalis danda eſſet Reo, ſi probaretur crimen, eâ pœnâ, quæ ſibi per Torturam infertur. Si enim minor, aut nulla pœna corporalis ſibi dari poſſet, probato crimine, profectò torqueri non poteſt, vt patet ex *Textu* infra dicente *nec in cauſa* (tortura infligitur)*vbi ſi condemnandus veniret, grauiorē Torturâ pœnam nō reciperet*.

26. Requiritur autem etiam legitima probatio, puta per duos ſaltèm Teſtes conteſtes non quidem circa ſubſtantiam delicti, quia huiuſmodi Teſtes, ſi careant omni exceptione, plenè conuincunt Reum, qui, in tali caſu, nullo modo torquendus eſt, vt habetur infra ex *Textu*; ſed circa indicia ſufficientia ad Torturam. Quę nam autem illa ſint inferiùs dicemus tùm pro Teſtibus, tùm pro Reis torquendis. Inſuper, ad hoc, vt ſit legitima probatio, requiritur, quod Iudex proceſſerit præcedente Accuſatione, Denunciatione, vel Infamia; quod conſtet de corpore delicti; quod Teſtes fuerint iurati; & omnia alia, quę, tanquam ſubſtantialia, à legibus requiruntur, vt Iudex rectè proceſſiſſe dicatur.

27. *Sub pœna Excommunicationis latæ ſententiæ in Canone, ſi quis ſuadente, &c. in Iudicem temerè procedentem.* Hic autem aduertere oportet, quod talis cēſura, niſi Iudex procedat *temerè*, non afficit. *Temerè* autem *aliquid facere* in iure varia accipit ſignificata, aliquando enim ſignificat *inconſulta facilitate aliquid facere*, vt *temerè ædificare (p)* aliquandò *ſine rationis aſſiſtentia aliquid operari*; vt *temerè litigare (q)* aliquando *malo dolo quidquam facere*; vt *temerè accuſare*. *(r)* Accuſator enim vel calumniando, vel præuaricando, vel tergiuerſando, ſemper malo dolo agit. In hac autem vltima acceptione debet intelligi *Textus* de Iudice, ad Torturam *temerè* procedente. Sicut enim non punitur Accuſator minimè probans, quod intendit, niſi interuenerit, & probetur dolus malus, vt ait *Marcianus*, *(ſ)* ita etiam pœnâ Excommunicationis non debet percuti Iudex *temerè* torquens, niſi, ex malitia, id fecerit: tùm quia maior Excommunicatio ſemper ſupponit peccatum mortale; tùm quia cenſura illa, iuxta Canonem, fertur in eos, qui Clericum percutiunt *ſuadente Diabolo*, hoc eſt ex malitia peccaminoſa, quam Diabolus ſuggerit, vt communitèr omnes *Doctores*.

28. Dolus autem in Iudice probari poteſt, ſi contra Reum ſimultatem, animoſitatem, aut paſſionem habuiſſe conuincatur; paritèr ıgnorātia affectata in Iudice dolo æquiparatur: *(t)* vnde Iudex, qui vel non conſtito de corpore delicti; vel non probatis indicijs; vel probatis quidem, ſed remotis, vel leuibus, Reum torqueret, diceretur, eſſe in dolo; quia clarè tranſgrederetur leges, ſi non communes (quas ignorare permittitur,) ſaltem noſtras municipales, quas, ex *Officio*, ſcire tenetur, & quas ſciuiſſet, ſi diligentiam adhibuiſſet, & proindè in lata culpa deprehenditur, ob quam venit puniendus. Verumtamen eſt, quod ſi Iudex malè quidem torqueret, ſed haberet pro ſe aliquam opinionem probabilem, quam ſecutus, Torturam adhibuit, pœnam iſtam euaderet, quia tunc non *temerè*, hoc eſt, abſque vlla ratione, ſed aliqua interueniente, proceſſiſſet, & in eo minimè probari poteſt dolus.

29. Sed ponamus, quod Iudex petierit conſilium, & aſſenſum Diffinitorij, & in hoc decreta fuerit Tortura contra apertam diſpoſitionem Conſtitutionum, & fuerit Reus de facto tortus: totum Diffinitorium declarari ne poteſt excommunicatum? Reſpondeo, quod licet totum Collegium, Senatus, Vniuerſitas non poſſit excommunicari, vt habetur ex *Textu* cuiuſdam *Decretalis*, *(u)* quia talis Cenſura continet errorem intolerabilem, nam ſæpè contingeret innocentes puniri grauiſſima pœna, vt dicunt *Doctores*: *(x)* tamen benè poteſt proferri ſententia Excommunicationis contra Collegium, quæ tamen non afficit omnes, & ſingulos, ſed illos tantùm, qui dederunt cauſam Cenſuræ.

(a) Sic

(z) Sic ergo in caſu: ſi Iudex appellationis declararet, Reum prætenſum fuiſſe iniquè tortum, & Diffinitorium incurriſſe Cenſuram, deberet accipi talis Cenſura, quod afficiat illos Diffinitores, qui in Torturam conſenſerunt, & ita talis ſententia declaratoria eſſet intelligẽda, & valida eſſet. Sed quo ad praxim eſſet res valde dubia, & ſatis intricata. Quia quo ad forum internum certum eſt, quod ſoli, qui in Torturam conſenſerunt ligati ſunt, non verò alij Diffinitores; ſed quo ad forum externum omnes remanerent comprehenſi. Quia ex Statutis (a) Ordinis habetur, quod minor pars Diffinitorij tenetur ſubſcribere decretis maioris partis. Quomodo ergo probari poterit aliquis, ſe in illam Torturam non conſenſiſſe, & proindè non debere percuti anathemate, & Officij priuatione, ſi decretum Torturæ emanauit, ad normam Statuti, cum ſubſcriptionibus ſingulorum Diffinitorum? Contineret ergo tunc ſententia declaratoria Excommunicationis errorem intolerabilem, quia inuolueret innocentem cum Reo, & ita eſſet nulla. (b) Tamen dico ſententiã valere ex eo, quod in foro fori appareret, omnes, & ſingulos conſenſiſſe, dum decretum calculis omnium, & ſingulorum, firmatum eſt, ex ipſorum ſubſcriptionibus, vndè & præſumitur omnes, & ſingulos, in eam ſententiam iuiſſe. Cum ergo præſumptio militet contra ſingulos incumbit ei, qui aſſerit, probare, ſe non conſenſiſſe, ſed ſubſignaſſe decretum maioris partis, vt pareret Statuto hoc præcipienti; & hoc probare eſſet valdè difficilè, niſi ipſe & ante, & poſt ſubſignationem, coram cæteris, fuiſſet proteſtatus, ſe minimè conſentire velle, nec conſenſiſſe, quantumuis lege adactum fuiſſe ad ſubſcribendum. Conſulo proindè in ſimilibus caſibus, Diffinitoribus, vt in ſubſcribendo, apponãt cautelam, hoc modo. *Ego N. Diffinitor confirmo, licet alitèr ſentiam, &c.* hoc enim modo, & ſatisfacit Statuto, & ſe in tutto ponit ſubſcribentes.

30. Aduerto autem, quod non de omni Torturæ genere accipienda eſt Excommunicatio Canonis contra malè torquentes; ſed de illa Tortura, quæ ſequitur ex manuum violenta iniectione in perſonam priuilegiatam. Proindè, ſi Iudex indebitè, & temerè iuberet ieiunia, diſciplinas, ſequeſtrationem in cella, vel Conuentu, priuationem obſonij, & ſimilia, tanquam Tortura Teſti, vel Reo, licèt Iudex deberet percelli pœna Statutaria priuationis Officij, non tamen deberet cenſeri tali Excommunicatione illigatus; & ratio eſt, quia in tali genere Torturæ nulla eſt manuum violenta iniectio, ob quam ſolam Cenſura incurritur.

31. *Et depoſitio facta in tormentis, nulla eſt eo ipſo*; vt habetur ex quadam *Gloſſa*. (c) Videtur tamen, quod licèt actus Torturæ nullus ſit, quandoquidem *non eſſe de iure*, & ſimplicitèr *non eſſe*, paria ſunt, (d) tamen confeſſio illa valere deberet tanquam confeſſio extraiudicialis, quæ valet pro indicio ad Torturam ſufficienti. Sed dico, quod neque valet, vt confeſſio extraiudicialis, quia non cenſetur ſpontanea, ſed vi Torturæ extorta; & quantumuis etiam eſſet extra cameram tormentorum, poſt debitum tempus, ratificata, nec adhuc poſſet dici ſpontanea, ſed habita per vim, & metum nouæ Torturæ, quæ ſibi adhiberetur, ſi non ratificaſſet.

T E X T V S.

§.IV. Cauſæ autem torquendi Teſtes ſunt. Prima ſi ſint inhabiles ad teſtificandum, puta Infames; Viles perſonæ; Soeij criminis; Vltronei, vel Spontanei, &c. iſti abluunt maculam inhabilitatis vi tormentorum. Secunda, Teſtes varij in ſubſtantialibus; negantes in iudicio, quod extra dixerunt. Qui interfuerunt delicto, & negant. Qui veritatem ex malitia nolunt confiteri. Qui de mendacio ſunt conuicti. Qui vacillant in ſuis dictis. Qui, iuridicè interrogati, reſpondere nolunt: aut Iudicem irrident.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

32. *Tortura, ob quas cauſas detur Teſtibus.*

Teſtes, qui ſunt inhabiles ob pœnam criminis ſunt torquendi.

33. *Infames ſunt torquendi.*

Infamiæ iuris, & facti idem eſt fundamentum.

34. *In-*

34. *Infamia facti, quæ, & quomodo incurratur.*
Fama eſt clara notitia cum laude.
Infamiæ diffinitio.
Paucorum dicta non infamant.

35. *Infamia iuris incurritur ob culpam.*
Et culpa debet eſſe Theologica.
Vidua nubens intra annum luctus ſit infamis de iure ciuili.

36. *Ad infamiam iuris requiritur ſententia Iudicis.*

37. *Infamia facti tollitur per emendationem vitæ.*
Infames facti quare repellantur à teſtificando.

38. *Infames iuris repelluntur à teſtimonio in pœnam.*
Teſtificari in iudicio, eſt honor.
Infames iuris honoribus priuantur.
Etiam parte non opponente, repelluntur à teſtificando.
In teſtamentis nequeunt eſſe Teſtes.
In iudicio ſummario, vt eſt iudicium Regularium, nequeunt admitti.

39. *Infamia facti inhabilitat Teſtes ex ſolemnitate iuris.*
Tales admitti poſſunt in iudicio Regulari.

40. *Infamia iuris inhabilitat in totum Teſtes in iudicio Regulari.*
Ex neceſſitate multa fiunt, quæ aliter non poſſunt fieri.
Apud Nos, Infames iuris omninò repellendi à teſtificando.

41. *Praxis pro adhibendo in Teſtem Religioſum infamem facti.*

42. *Teſtes inhabiles non admittuntur ad probanda indicia.*
Neque quando proceditur per Accuſationem.

43. *Teſtis infamis de iure, ex priuilegio cauſæ admiſſus, debet torqueri.*

44. *Tortura datur perſonis vilibus.*
Perſonæ viles, quæ dicantur.
In exercitio vtili Reipublicæ, licet vile ſit, nulla culpa eſt.
Exercitia non ſunt culpanda, ſed hominum voluntates.
In ſingulis artibus reperiuntur Sancti.
Quare leges repulerunt viles à teſtificando.

45. *Vilitas in Teſtibus petenda eſt à moribus.*
Comparatur vilibus, qui eſt in Dignitate, ſi malorum morum ſit.
Multi ob Dignitatem ſtatus licita ſibi faciunt flagitia.
Qui viles torquendi.

46. *Socij criminis, ſunt torquendi.*
In Curia Romana non torquentur niſi per ſpatium vnius Credo.
Ligatio, & applicatio ad funem ſunt gradus Torturæ.
Ad reuelandos Complices, torquentur vſque ad mediam horam.
Confeſſio de Conſocijs criminis eſt ratificanda poſt Torturam.

47. *Socius criminis, indultatus à Principe, adhibitus in Teſtem, debet torqueri.*
Gratia facta à Principe, non complectitur Torturam in caput alterius.
Generalis poteſt tollere infamiam inductam iure ſtatutario, non autem importatam per Canones.

48. *Tortura datur Teſtibus vltroneis.*
Teſtes vltronei, ſeu ſpontanei, qui ſint.
Sunt ſuſpecti de inimicitia contra Reum.
Teſtis vltroneus palliatus in Religione, qui.
Aliquandò poteſt bono zelo moueri.
Hunc diſcernere arbitrio Iudicis committitur.

49. *Cauſæ torquendi Teſtes habiles.*
Tortura illorum eſt diuerſa à Tortura inhabilium.
Quis Teſtis varius ſubſtantialiter. Remiſſiuè.
Varietas in duobus iudicijs, quorum vnum ſit inualidum non attenditur.
Varius in duobus iudicijs validis eſt torquendus.
Et puniendus de periurio.
Iterando variationes debet iterum torqueri, ſed non vltrà tres vices.

50. *Vt Teſtis varius torqueatur plura requiruntur.*

51. *Teſtis quomodo euadere poſſit Torturam in varietate.*
Reddens cauſam congruam variationis, euadit Torturam.

52. *Incontinenti corrigens dictum ſuum, non cenſetur variare.*
Correctio facta incontinenti, *quæ dicatur.*

53. *Tortura datur Teſti neganti in iudicio, quod dixit extra iudicium.*
Quomodò hic poſſit euadere Torturam.

54. *Teſtes, ex malitia nolentes confiteri, ſunt torquendi.*

Tales

Tales quando nam cognoſcantur.

55. *Teſtis, quando dicitur conuictus de mendacio.*

Talis torquendus eſt.

56. *Teſtes vacillans quis. Remiſſiuè. Torquendus eſt.*

57. *Nolentes reſpondere Iudici, vel eum irridentes, ſunt torquendi.*

Teſtes quomodo cogendi per Cenſuras, & carceres.

Iudicem ſpernere, eſt crimen læſæ Maieſtatis.

32. PRoſequitur *Textus* cauſas, propter quas Teſtes poſſunt, & debent torqueri, & dicit, quod *cauſæ torquendi Teſtes ſunt; prima ſi ſint inhabiles ad teſtificandum*; & hic recolenda ſunt, quę circa inhabilitatem Teſtium diximus. Puta, quod alij inhabiles ſunt in pœnam criminis commiſſi, vt *Infames, Periuri, &c.* alij ob defectum, aut naturalem inhabilitatem, vt *Pueri, Infantes, Amentes, Muti, &c.* alij ratione reuerentiæ debitæ ijs, contra quos debent teſtificari, vt *Filius, & Vxor*, contra *Patrem, & Maritum*. Non tamen omnes, caſu quo debeant teſtificari, torquendi ſunt. Regula ergo firma eſt, quod omnes, qui ſunt inhabiles in pœnam criminis ſunt torquendi.

33. Et primo veniunt *Infames*, puta infamia iuris, aut facti. Sed de his, de quibus criminaliſtæ multa, & quidem ſatis intricatè ſcribunt, libet aliquid breuitèr, & clarè dicere, & dare, quæ faciunt ad praxim Religionis, vt Iudex noſter ſciat in caſu, quid agendum. Dico ergo, quod infamia facti, & iuris vnum, & idem habent fundamentum, puta delictum, ex quo infamia oritur; differunt tantùm penès modum, iuxta quem incurritur talis infamia; ſi enim interuenit ſententia Iudicis punientis delictum, emergit infamia iuris, ob rationem, quam infra dabo; ſin minùs, ex delicto naſcitur, iudicio hominum, infamia.

34. Suppoſita ergo prætacta diſtinctione infamiæ facti, & iuris, ſciendum eſt, quod infamia facti eſt, quæ oritur ex vita mala illius, qui diffamatus eſt tanquam malus homo, & in communi iudicio habetur, vt peruerſus, & infamis. Sicut enim *Fama*, vt dicebat *S. Auguſtinus* (e) *eſt clara notitia alicuius cum laude*; ità infamia eſt obſcura opinio cum vituperio; & poteſt vocari, vt, ex *Sylueſtro, Paſſerinus*, (f) *læſæ Dignitatis qualitas vitâ, & moribus reprobata*. Ad hanc autem incurrendam requiritur, quod ſit opinio communis, aut non paucorum, vt expreſsè habet quidem *Canon* (g) dicens. *Qui* (Iudex) *propter dicta paucorum eum infamatum reputare non debet, cuius apud bonos, & graues læſa opinio non exiſtit*: & ampliùs, quod talis opinio ſit non ſolùm in ſe concepta, ſed forinſecùs expreſſa, & hoc non à maleuolis, & maledicis, ſed à prouidis, & honeſtis, non ſemel tantùm, ſed *ſæpè*, vt habet alia *Decretalis*. (b)

35. Infamia autem iuris, licèt culpam ſupponat, tamẽ quia culpa alia eſt Theologica, alia verò legalis, non æquali modo infamiam infert. Nam, ſi culpa eſt merè legalis de iure ciuili, non incurritur infamia de iure Canonico. Quantumuis enim infames de iure Ciuili, cenſeantur etiam de iure Canonico, vt aliàs diximus, (i) tamen intelligendum eſt, quando ius Ciuile ſupponit culpam theologicam, aliàs, ius Canonicum non reputat Infames eos, qui culpa legali tantùm ſunt obnoxij. Etenim, (vt multa alia omittam) in iure, (l) ſi Mulier intra annum luctus Mariti nubit alteri, tùm ipſa, tùm Pater, qui eam nuptui tradidit, tùm Maritus, efficiuntur infames, iuxtà *Prætoris Edictum*; tamen in iure Canonico, ex tali cauſa, nulla infamia incurritur. Sequitur ergo, quod infames de iure Ciuili ex ſola culpa theologica, ſint etiam infames de iure Canonico.

36. Ad incurrendam autem infamiam iuris requiritur ſententia Iudicis, vt textualitèr decidit *Gregorius Nonus* in quodam Capitulo: (m) nec ſufficit notorietas facti, ſed requiritur notorietas iuris, quæ fit per ſententiam Iudicis: & quamuis in illo Capituio dicatur, *Niſi peccatum huiuſmodi ſit notorium per ſententiam, ſeu confeſſionem factam in iure; aut per euidentiam Rei, quæ tergiuerſatione aliqua celari non poſſit*, & ſic videatur, quod euidentia facti notorij æquiualeat ſententiæ Iudicis, & infamiam inducat: tamen intelligi debet, quod ſemper interueniat Iudicis ſententia, qui iudicet talem eſſe puniendum ſiue ex probatione Teſtium; ſiue ex confeſſione Rei in iudicio; ſiue ex notorietate facti, in quo vltimo caſu interuenire debet, etiam ſentẽtia Iudicis ſuper notorietate, vt aliàs (n) diximus, & etiam quod à ſententia appellatum non ſit, ſed tranſierit in iudicatū, & ſuc-

& ex ratione infamiæ non effici irregularem, niſi accedat Iudicis ſententia, docent promiſcuè *Theologi*, & *Canoniſtæ*. (*o*)

37. Sequitur ergo ex hoc, quod ſi infamia facti tollitur per mutationem vitæ, conuerſionem,& pœnitentiam,(vt expreſsè habetur per multos *Canones*, (*p*) etiam in criminibus, pro quibus in iure infamia per ſententiam irrogatur, ſi ipſa lata non ſit,) mutatio vitæ, & poſterior bona conuerſatio ſuffragetur, ne talis infamia incurratur. Videndum modo remanet, An infamia iuris per ſententiam illata, & infamia facti æqualitèr inhabilitent ad teſtimonium ferendum? Dico, quod non, ſed maior inhabilitas inducitur per primam, quam per ſecundam; quia Infames ex facto Leges repellunt à teſtificando, ob rationabilem præſumptionem, & ſuſpicionem falſitatis in ſuis dictis: iuſtè ſiquidem timeri poteſt, quod, cum ſint malæ vitæ, etiam de facili mentientur, & peierabunt; & pecunia, aut promiſſis corrupti, & ſubornati falſum deponent; & ad hoc, quod veritas defæcata à falſitatibus Iudici pateat, Lex eiuſmodi arcet à teſtimonio; ita vt talis prohibitio, ſiuè inhabilitatio ſit velut medicina præſeruatiua ad ſanitatem iudicij.

39. Sed infamia iuris inflicta per Sententiam punientem crimen, cui à iure eſt adnexa infamia, eſt vera pœna, quam lex infligit in odium criminis commiſſi: & proinde illos totalitèr Lex inhabilitat ad actus legitimos, & publicos, quemadmodum eſt teſtificari. Teſtificari enim in iudicio honor eſt, & dignitas, & hoc priuantur Infames, vt iura (*q*) volunt. Vnde tales Infames, etiam parte non opponente repelluntur;& ad infringendam vim Teſtimonij illorum ſufficit probare infamiam, etiam poſt eorum mortem; & in caſu, in quo ex neceſſitate admittantur, etiam cum tortura,eorm dictum non eſt integræ fidei, nec ſanatur totalitèr per torturam, aut excellentiam alterius Conteſtis; & tandem neque in teſtamentis poteſt Infamis de iure admitti in Teſtem, vt probatur argumento cuiuſdam legis. (*r*)

39. Patet ergo ex dictis, quod prima infamia, nempè facti, in ordine ad inhabilitandos Teſtes, eſt ſolemnitas iuris, & ideo in iudicio Summario, ſecundùm, quod procedunt Regulares,paſſim admitti poſſunt: (*s*) licet non admittantur,niſi cum ſuis imperfectionibus, ob quas non plenè probant,niſi iuuentur Conteſtibus, & alijs adminiculis.

40. Sed ſecuuda non eſt iuris ſolemnitas, ſed eſt quid ſubſtantiale, non quidem reſpectu Cauſæ, in qua debent teſtificari, ſed illius, in qua ipſi ſententiati fuerunt: talis enim inhabilitas eſt pars pœnæ ſui delicti, & ad ſubſtantiam iuris ſpectat, quod pœna à iure inflicta ſubeatur; proindè non poſſunt tales habilitari ad teſtificandum, niſi ab eo, cuius eſt pœnam relaxare; & ſi tales in crimine læſæ Maieſtatis, proditionis Patriæ, & ſimilibus atrociſſimis (aut quando alitèr veritas haberi non poteſt) admittuntur, hoc eſt, compellente neceſſitate, ex qua quædam fiunt, quæ aliàs fieri prohibentur; (*t*) & ad fauorem publicæ vtilitatis, & nèc tunc plenè probant. Sequitur ergo ex hoc, quod tales Infames neque in iudicio Regulari poſſunt admitti, niſi in caſibus, in quibus eos ius commune admittit, quia hoc non eſt iuris ſolemnitas, ſed ſubſtantia, vt poſt *Bellegrandum* vult etiam *Paſſerinus*: (*u*) Et apud Nos, quibus *Textus* noſter præſcribit, Infames eſſe repellendos à teſtimonio, allata doctrina nullam patitur difficultatem.

41. Sola difficultas Iudici remanere poteſt quomodo intra Clauſtra iudicari debeat Religioſus infamis,& à teſtificãdo repelli? Ad hoc ergo, quod doctrinà allatà poſſit Iudex facilitèr vti, clarificemus rem exẽplo. Sit Frater *Dyſcolus* indeuotus; fugiens quantùm poteſt à Choro, & Oratione Mentali; conuerſationem Sæcularium, & maximè Fæminarum affectans; ſomno, & ventri deditus; ſcandaloſus in moribus; in ſermonibus mendax, murmurator, contentioſus, contumelioſus, procax, garrulus, impudicus &c. De ijs vitijs ſuis ex conniuentia Superiorum non fuit punitus; vel ſi paternè monitus, non tamen emendatus eſt; ſed boni Religioſi eius conſortium fugiunt, & Prælati locales, niſi cum difficultate,in ſuam familiã non admittunt,& communitèr reputatur relaxatus, & malus Frater. Iſte reuera eſt infamis infamia facti. Detur ergo caſus, quod *Caius* inculpetur de furto, & Iudex procedat *ex officio*, & quatuor ſint Teſtes informati veriſimiliter de delicto, inter quos eſt Frater *Dyſcolus*, poteſt ne Iudex hunc examinare? Dico, quod poteſt, ſed non debet, quia per alios tres poteſt informari, & ideo ille debet omitti. Præterquam quod, eius dictum parùm valet, nec probat.

Ffff Quod

Quod ſi *Caius*, præſentiens illum eſſe contra ſe examinandum, excipiat coram Iudice de infamia illius, quæ vel notoria eſt, vel *Caius* ad probandam ſe offert; debet Iudex Teſtes productos à *Caio* ad probandam infamiam (niſi etiam ipſi infames ſint) examinare ſuper fama Fratris *Dyſcoli*, & ita, probatâ infamià eius, non debet Iudex illum examinare: poteſt tamen, auditâ exceptione propoſitâ, illum examinare, dilatâ diſcuſſione exceptionis in fine Cauſæ, vt dicemus infra; (*x*) vel ſi *Caius* in ſuis defenſionibus excipit contra Fratrem *Dyſcolum* vt infamem, & probet vt ſupra, teſtimonium illius nihil valet. Quod ſi furtum aliundè probari non poteſt, quam per duos Teſtes, quorum vnus eſt Frater *Dyſcolus*, Iudex *ex officio* procedens tum poteſt, tum debet iſtum examinare; & in caſu, quo contra eum vel præuentiuè ad examen, vel in defenſionibus, Reus exciperet de infamia; ad hoc, quod purget eam, & eius dictum ſanetur, quantum poteſt, debet torqueri, vt infra dicemus. Quod ſi Teſtes, examinati ad probandam infamiam, dicant, ſe audiuiſſe de mala eius fama iam à tribus annis; ſed ab eo tempore vſque nunc, non audiuiſſe dici malum de illo, quid iuris? Dico, quod præſumi debet, emendaſſe per mutationem morum vitam ſuam, qnia vt aliàs (*z*) diximus, per triennium bonæ vitæ præſumitur emendata mala vita; bona autem vita, maximè intrà clauſtra, in qua vnus alium obſeruat, ſufficienter cenſetur probata, ſi de eo non dicatur malum; quandoquidem de malis factis ſemper inter Fratres murmuratur; (& aliquando etiam de bonis apprehenſis tanquam malis,) quod ſi malum dici non eſt auditum de eo, ſicut alias dicebatur, ſignum eſt, malum ab ipſo patratum non fuiſſe, & proindè benè illo tempore vixiſſe. Neque requiritur hic ſcrupuloſa probatio poſitiua, quod nempè audierint, quod ipſe frequentet Chorum, & Orationem, mortificationes, ſit deuotus &c. quia hoc modo aut rarò, aut nunquam probaretur bona fama alicuius: etenim de multis benè factis pauci loquuntur; de vno malè facto omnes murmurant, & ad aſtruendam bonam Religioſi famam, ſatis, ſuperque eſt, quod de illo, vt dicebatur de Sancta vidua *Iudith* (*a*) *Non ſit, qui loquatur verbum malum*.

42. Quod ſi Frater *Dyſcolus* adhibendus eſſet ad probandum non furtum *Caij* in ſubſtantia, ſed aliquod indicium ad illud, de quo ipſe eſt informatus; etiam ſi Iudex procedat *ex officio*, ipſum adhibere minimè poteſt, quia, vt ſupra dictum eſt, (*b*) tales inhabiles, in caſibus etiam, in quibus admittuntur, non admittuntur ad probandum indicium delicti, ſed ſubſtantiam illius tantùm. Et ſi Accuſator *Caij* producit inter cæteros Teſtes etiam Fratrem *Dyſcolum*, cuius iufamia eſt nota Iudici, iſte *ex officio* debet illum repellere à teſtimonio ferendo, quia Accuſator debet probare per Teſtes integros. (*c*)

43. Si autem Frater *Dyſcolus* fuit per Sententiam condemnatus, & non appellauit, ſed pœnitentiam ſubijt, & vt præfertur examinandus ſit, ſiue *ex officio*, ſiue productus ab Actore (quia iſte infamis eſt de iure) nullo modo examinari poteſt, & Iudex, etiam parte non opponente, non debet ipſum admittere. Quod ſi ex priuilegio cauſæ, per quod omnes Teſtes de iure inhabiles adiuuantur, vt ſupra diximus, (*d*) admitti poſſit, torquendus eſt, vt infamiam purget.

44. Torquendæ pariter ſunt *viles perſonæ*, vt *Textus* ſequitur. Sed in quo conſiſtat vilitas hæc, quæ torturam in Teſte requirit, non ita facile poteſt determinari. Scio quidem inter viles perſonas computari eos, qui vilia, & ſordida miniſteria, & artem exercent, vt *Latrinarum exſtercoratores*, *Veſpillones*, *Pollinctores*, *Libitinarij*, *Carrucarij*, *Laniones &c.* Non tamen, ratione exercitij quantumuis vilis, talis redditur Teſtis, vt torqueri ideo debeat. Tortura pœna eſt, pœna vero ſequitur culpam, in exercitio autẽ Artis, ſi Reipublicæ vtilis ſit, nulla culpa eſt, & ſi aliquando in eam exercentibus culpa eſt, hæc non eſt, Artis, ſed Artificis, vnde dicebat *D. Ioannes Chriſoſtomus*. *Non ſunt culpanda exercitia, ſed hominum voluntates*. Vilitas ergo culpabilis naſcitur à mala voluntate, non à ſordido miniſterio; cum in ſingulis artibus reperiantur Sancti, vt patet ex ijs, quos in quodam Opuſculo ſuo recitat *Theophylus Raynaudus*. Quod ſi antiquæ leges Teſtes viles repellendos duxerunt, & non admittendos abſque tortura, hoc ideo fuit, quia, vt in pluribus, huiuſmodi viles erant tunc homines vitioſi, morumque perditorum, & ideo eorum teſtimonia manca, & debilia habebantur, niſi fuiſſent per Torturam roborata.

45. Ideo Iuſtinianus in quadam *Nouel-*

uella (*e*) exponens quomodo à Iudice poſſit tolli dubitatio circa teſtimonium Teſtis vilis, ait *Si qua de eis dubitatio fuerit, poſſit facile demonſtrari Teſtium vita, quia inculpabilis, atquè moderata eſt*: ex quibus verbis vilitatem in Teſtibus pendere à moribus, & non ab exercitio probatur, & huic cócordat quoddam *Capitulum* (*f*) dicens. *Viliſſimis comparandus eſt, niſi præcellat ſcientiâ, & Sanctitate, qui eſt bonore præſtantior*. Sicut ergò, qui præſtat honore, ex ignorantia, & malis moribus viliſſimus redditur; à contrario, qui viliſſimam exercet artem ſi vitæ ſit innocentis debet honoratis comparari. Etreuera ex quotidiana praxi videmus, huiuſmodi infimæ plebis homunciones, vt ſunt *Baiuli*, *Mediaſtini*, *Cerdones*, *Agricolæ &c.* timoratam plerumque habere conſcientiam, & meliores eſſe in moribus, quam ſint multi Nobiles, diuites, conſpicui, ac Magnates, qui ſibi omnia licere ad votum, & libidinem ducunt; ita vt in illis in puncto quadret dictum *Satyrici*. (*g*)

Adſcelus, atquè nefas quodcunq; eſt, purpura ducit.

Cum igitur præſumptio falſitatis in Teſte vili oriatur ex mala vita, ille Teſtis vilis torquendus eſt, qui infimul eſt vitioſus, & ſic debet intelligi *Textus*. Cæterum ſi eſt bonæ conuerſationis, & famæ, quamuis artem vilem exerceat, nec de iure torquendus eſt, nec de conſuetudine torquetur, vt dicunt *Doctores*. (*h*)

46. *Socij criminis* pariter ſunt torquendi ad purgandam infamiam illius criminis, in quo Socij ſunt. Tortura autem debet eſſe moderata, puta per ſpatium vnius mediæ horæ, ſi atrociſſimum eſt crimen, & adhibetur tormentum funis; & in *Romana Curia*, vt teſtatur *Guazzinus* (*i*) non torquentur niſi per ſpatium vnius *Credo*. Sed hæc ita debent accipi, quod ſi Socius criminis iam depoſuit ſuper Complicibus, ad purgandam infamiam ſufficit, quod per ſpatium vnius *Credo* eleuetur; imo in quibuſdam alijs Curijs ligatur tantùm, & funi applicatur, & minimè eleuatur, quia computatur, ligatio & applicatio ad funem inter gradus Torturæ. Si autem ipſe confeſſus eſt crimen, quod vel abſolute, vel difficillimè non potuit abſquè Conſocijs conſummari; tunc ad Socios detegendos torquetur plùs, aut minùs iuxtà indicia: non tamen vltra mediam horam poteſt perdurare tormentum; vltra quod ſpatium ſi protenderetur, diceretur immoderata Tortura, & non noceret Confitenti, nec ab eo nominatis. (*l*) Et in hoc ſecundo caſu confeſſio de Conſocijs debet ratificari poſt Torturam illam; in qua confeſſus eſt, & denuò debet leuiſſimè torqueri ad purgandam infamiam: (*m*) Sed non eſt neceſſe, quod poſt hanc Torturam Socius criminis ratificet confeſſionem circa Conſocios; ſi tamen fiat, melius erit, ſicut etiã ſi Tortura detur in facie nominati. (*n*)

47. Aduertendum autem eſt, quod ſi Socius criminis eſſet indultatus à Principe, qui impunitatem illi dedit, vt probaretur delictum, quod alio modo non poterat probari; vel ſi Reus ante accuſationem ſpontè præueniret faciem Superioris, & fateretur crimen, & ita, iuxta noſtra Statuta, paternaliter tantùm eſſet puniendus; ſi crimen poſtea ad iudicium reuocetur, & in eo ſint alij Complices, qui Superiorem non præuenerunt, & ideo ſint puniendi pœna ordinaria; tali caſu indultatus, ſeu ſponte comparens, licet euadat pœnam à iure ſtatutam, non tamen euadere poteſt Torturam, quæ ſibi tanquam Socio criminis debetur, cum gratia non amplectatur Torturam in caput aliorum, vt Criminaliſtæ (*o*) dicunt. Hoc autem intelligendum eſt caſu, quo Generalis, qui in Religione eſt Princeps non diſpenſaſſet cum Indultato non ſolum in pœna, ſed etiam in infamia, ſupplendo omnes alios defectus, (inductos tamen de iure noſtro Statutario, non vero Canonico, quia ſuper eo non poteſt;) & reſtituiſſet illum ad ſua primæua iura in integrum, ac ſi delictum illud minimè commiſiſſet.

48. *Vltronei, vel ſpontanei &c. abluunt maculam inhabilitatis vi tormentorum*. Teſtes vltronei, ſiuè ſpontanei, illi ſcilicèt, qui nec citati, nec requiſiti, vt ait *Decianus*, (*p*) ſe Curiæ præſentant, & iactant ſe eſſe informatos de facto, ſuper quo inquiritur, meritò ſunt ſuſpecti, vt alias dictum eſt: quia iſti ſic ingerentes ſe in cauſa, quæ ipſos non tangit, indicant aliquo motiuo animoſitatis contra Reum incitari; quæmadmodum de Seruis vltrò deponentibus contra Dominum, præſumit lex: (*q*) vndè cenſentur inimici illius, contra quem deponere ſe offerunt, (*r*) & ſic non probant. Caſus porrò hic in Religione potiùs Metaphyſicus eſt, quàm vt in facti contingentia poſſit euenire. Nam nullus profectò reperietur, qui, coram Superiore inquirente ſuper delicto, ſe ſiſtat in actu iudicij,

& examinari inſtet. Poteſt benè quidem dari, quod aliquis occultè adeat Superiorem extraiudicialitèr, & ſe demonſtret optimè informatum de toto negotio, & ità incitet Superiorem ad ſe vocandum ad examen. Sed, hoc dato, quomodo apparebit in proceſſu illum Teſtem vltroneum eſſe? Quomodò decernet Iudex torquendum eſſe, quia vltroneus eſt? Si Iudex vltroneū cognouit, & quomodo admiſit ad examen, cum, vt ſuſpectus de falſo, & de inimicitia, repelli debuiſſet? Fortè hoc poterit eſſe ex priuilegio cauſæ difficilis probationis. Admitto. Sed hic repellitur ob inimicitiam præſumptam, vt dictum eſt, inimicitia autem, etiam præſumpta, vt aliàs diximus, totaliter, & vniuerſaliter Teſtem reſpuit; & ità neque in cauſa priuilegiata admittendus eſt vltroneus. Tamen, quia poteſt euenire, quod ob zelum publici boni Religioſus conſcientiæ timoratæ ſe offerat Curiam informare, tali caſu poteſt bene Iudex illum admittere, ſed ſuæ prudentiæ committitur, benè librare qualitates tum Teſtis, tum Cauſæ, & iuxta rectum dictamen admittere, vel non. Sed tali caſu eſſet ne ipſe torquendus? Dico quod non; quia non eſſet ipſe verè vltroneus, ſed eſſet adactus à deſiderio publici boni, qui gerit vicem Iudicis vocantis. Præterquamquod caſus hic, vt plurimùm, non poteſt euenire niſi in contingentia Inquiſitionis Generalis, & tunc præceptum Superioris factum omnibus, vt reuelent, gerit vicem citationis. Poteſt etiam eſſe in Inquiſitione ſpeciali; ſed tunc valdè dubitarem ipſum admittere, ratione ſuſpicionis: niſi eſſet probata perſona; vel cum Tortura, vt ordinat *Textus*.

49. *Secunda Teſtes varij in ſubſtantialibus &c.* Proſequitur *Textus* loqui de cauſis, ob quas Teſtis aliàs habilis, ad examen citatus, & in eo conſtitutus, mendacio, vacillatione, ſeu contrarietate, & ſimilibus dat cauſam Iudici, vt de veritate Teſtimonij eius dubitet; vel cum primùm in caſu contrarietatis in ſuis dictis, agnoſcit, & ita torquere debeat. Talium autem Tortura longe diuerſa eſt à Tortura Teſtium inhabilium, de qua eſt dictum: tum quia illa eſt pœna criminis extra illud iudicium, in quo deponunt, commiſſi; hæc vero eſt ob crimen, in quo deprehenduntur in actu Iudicij eiuſdem; tum quia illa debet eſſe leuiſſima, vt diximus; hæc autem eſt magis, vel minus intenſa, iuxta grauitatem vacillationis, contrarietatis &c. Quis porrò dicatur Teſtis in ſubſtantialibus varius ſupradictum eſt, (*s*) & quod debeat torqueri docent communitèr *Doctores*. (*t*) Varietas autem in ſubſtantialibus emergit, vt aliàs tetigimus, quando in illo, & eodem, ſiue in diuerſis Iudicis; ſiue coram eodem, ſiue coram alio Iudice, contraria depoſuerit, dummodo iudicia ſint valida. (*u*) Si enim vnum eſſet inualidum, & eius inualidita nota eſſet Teſti, non officeret: non enim eſſet periurus, ſi in iudicio inualido vſus fuiſſet æquiuocatione. Cæterùm in diuerſis iudicijs validis ſubſtantialiter varians, non ſolum debet torqueri ad videndū in, quo dicto velit peſiſtere; ſed etiam debet puniri de periurio, quod euitare non poteſt. Quando autem adſunt indicia contra Teſtem, quod ipſe fuerit præſens delicto; vel ex eius confeſſione, aut ex alijs Conteſtibus probatur, quod ipſe interfuerit illi; vel plenè informatus eſt de eo, & variat ſubſtantialitèr, & torquetur; & in ratificatione poſt Torturam iterùm variat deponendo contrarium ei, quod iam depoſuerat, denuò torqueri poteſt, imo acriùs, quam prima vice, quia denuò peieraſſe conſtat; (*x*) non tamen poteſt torqueri vltra tres vices.

50. Scire autem oportet, quod ad Torturam Teſtis, vltra eius variationem, (quæ non debet eſſe modica, ſed magna ad hoc, quod poſſit torqueri, vt docet *Guazzinus*) requiritur, quod Iudex nequeat aliunde habere cognitionem veritatis, (*z*) & arctetur quodammodo ad habendam quoquomodo ſcientiam ab iſto. Eſſet enim incongruum torquere hominem abſquè neceſſitate; & ſi aliundè poteſt veritatem habere, non debet curare de depoſitione Teſtis varij; qui nihil probat prò, nec contra Reum. Requiritur paritèr, quod Iudex ſit certus, & in actis conſtet per Teſtes, vel indicia indubitata, & probata, aut ex *eius* confeſſione, quod ipſe interfuerit delicto, vel notitiam integram de eo habeat, vt textualiter habetur in iure: (*a*) eſt enim contra iuſtitiam, & æquitatem, quærere per tormenta veritatem ſuper cauſa ab vno, de quo plenè non conſtat, quod ſit de ea plenè conſcius. Requiritur tandem, quod prius conſtet de corpore delicti contra principalem Reum, aliter non poteſt ad Torturam Teſtis deueniri. (*b*)

51. Euadere etiam Torturam poteſt Teſtis varius, ſi ante ſecundum examen pro-

proteſtetur, quod non intendit in aliquo contradicere primo examini; & ſi variauerit à primo, hoc contingere poſſe ex errore, & obliuione; tamen ſe remittere ad primum, in quo verum depoſuit, & plenè recordabatur de omnibus circumſtantijs facti, de quo memoriam recentem habebat, quæ lapſu temporis defecit; (c) quia tali caſu iſte non proderet malitiam, aut dolum in variatione, ſed eius cauſam rationabilem adduceret. Cautela tamen hæc poteſt prodeſſe quando inter vnum, & aliud examen mediat tempus tale, in quo veriſimilitèr poſſit præſumi obliuio; ſed hæc non eſſet admittenda, quando paruum ſpatium temporis eſſet interiectum inter primum, & aliud examen. Euadit Torturam etiam adducendo cauſam concongruam ſuæ variationis; aut corrigendo ſe.

52. Quia autem *Doctores*, admittendo, quod Teſtis *incontinenti* corrigens dictum ſuum, non cenſetur varius, nec torquetur, ſi cauſam correctionis, quæ Iudici congrua videatur, adducat; (d) variant circa explicationem huius dictionis *Incontinenti*; dico, quod iudicare an correctio facta à Teſte ſit *Incontinenti* ſtat arbitrio Iudicis, qui præ oculis habet qualitates Teſtium, temporis interuallum, & omnes circumſtantias, quas debet prudenter librare; in iure enim non reperitur aliquod circa hoc determinatum. (e) Vndè dici poteſt correctio facta *incontinenti*, ſi fiat, vel in ipſo actu reſponſionis antequam *Notarius* eam ſcribat; vel antequam Teſtis examini ſubſcribat; (ſit enim ipſi, poſtquam audiuit examen, à *Notario* lectum, copia addendi, vel minuendi ſuo teſtimonio id, quod ſibi benè viſum fuerit,) vel antequam diſcedat à præſentia Iudicis; vel antequam cum Reo, aut Rei Procuratore, vel Amicis locutus ſit; vel etiam intra ſpatium tridui, vt ſupra (f) habetur in *Textu*; vel etiam poſt triduum, dum tamen adducat cauſam correctionis ità claram, vt Iudex poſſit eſſe perſuaſus, quod non ex ſubornatione, ſed ex motiuo veritatis dicendæ, & ſuam conſcientiam exonerandi, ſe corrigat, vt aliàs diximus.

53. *Negantes in iudicio, quod extrà dixerunt*. Hoc debet intelligi quando Teſtis conuictus eſt per alios Conteſtes, quod ipſe aliquid dixerit, quod tamen, in iudicio, dixiſſe negat; tali enim caſu ipſe per Teſtes conuincitur, quod illud dixit; & ſi coram Iudice neget, periurus eſt, & Curiam eludere vult, vndè iure meritò torquendus eſt. Quod ſi fateatur illud quidem dixiſſe extraiudicialiter, non tamen verum eſſe illud, quod dixit, tali caſu Torturæ non ſubiicitur, niſi alia adſint indicia, quæ eum, vt mendacem in ijs, quæ deponit, conuincant. Exemplum ſit. *Caius* dixit, coram *Lucio*, & *Titio* ſe interfuiſſe dum *Stichus* occidit *Sempronium*. Interrogatus à Iudice *Caius* an vnquam viderit vllum, qui alium percuſſit, vel occidit. Negat *Caius*, Subinfert Iudex nonnè tu dixiſti, interfuiſſe morti *Sempronij* ſibi illatæ à *Sticho*? Si *Caius* negat, ſe hoc dixiſſe, torqueri debet, quia negat in iudicio, quod extraiudicialiter affirmauit, vt probant conteſtes *Lucius*, & *Titius*. Si verò *Caius* reſpondet. Dixi quidem coram multis, me interfuiſſe homicidio *Sempronij*, ſed verum non eſt, quod interfuerim, ſed ex vanitate illis impoſui. Tali caſu ſi Iudex non habet alia indicia, quod *Caius* præſens fuerit delicto, dimittendus eſt abſquè Tortura, non enim in iudicio deliquit, ſed extraiudicialiter tantùm mentitus eſt. Sed ſi per alia indicia, coniectatur Iudex, quod ipſe verè interfuerit, torqueri poteſt: tunc enim iuncta illa indicia, cum ſua confeſſione extraiudiciali, cumulantur ad eum arguendum, vt iudicialiter mendacem, & ita torquendum, vt ſequitur *Textus Qui interfuerunt delicto, & negant* interfuiſſe; ſuppoſito, quod ſufficientèr ſint conuicti per alios Teſtes, quod reuera interfuerint.

54. *Qui ueritatem ex malitia nolunt confiteri*. Hoc accidere poteſt quando, ex modo loquendi ipſorum Teſtium, Iudex optimè coniectat, ipſos benè edoctos eſſe de veritate, quam negant: & dum arificioſè ipſam occultant, produnt malitiam ſuam, qua moti nolunt confiteri, ſed tergiuerſantur, inuuoluunt ſermonem, & depoſitionem ancipitem reddunt. Tales, ſi poſt repetitas Iudicis inſtantias, vt abſquè ambagibus, & inuolucris reſpondeant, proſequuntur per verba æquiuoca ſuam depoſitionem, & ſunt Teſtes obſcurè deponentes ex malitia, benè torquendi ſunt; iſti enim ſibi ſcioli Iudicem traducere geſtiunt, eiuſquè authoritatem deludere: expedit proindè tales vulpeculas apprehendere, eum mero dolo procedentes, & non tantùm veritati iniurias, ſed etiam Iudicis contemptrices.

55. Qui

55. *Qui de mendacio ſunt conuicti.* Non poteſt intelligi de mẽdacio per Teſtes probato; quia ſi Teſtibus probetur, quod ille extra iudicium dixerit cõtrarium eius, quod deponit in iudicio, poteſt Teſtis dicere, ſe extraiudicialiter ex iactantia, vel vaniloquentia eſſe mentitum, nec tamen ob hoc poterit torqueri, quia in iudicio minime deliquit, vt paulò ſupra diximus. Non poteſt ergo conuinci niſi ex dictis ſuis, puta quod vel in eodem, vel in diuerſis examinibus depoſuerit varia, cõtraria, ſiue contradictoria irreconciliabilia: & factâ ipſi inſtantiâ, quomodo vna vice taliter, & taliter dixerit, & ex poſt contraria affirmauerit? non adducit Teſtis aut cauſam variationis, aut modum dicta concordandi, puta dixi ſic in tali ſenſu; modo dico ſic in tali; ſed remanet mutus, & conuictus; vel diſſimulata vi redargutionis, quæ ipſi ſit, dat verba, & non rationes. Tali ergo caſu, de mendacio dicitur conuictus, & torquendus eſt.

56. *Qui vacillant in ſuis dictis.* Qui Teſtes dicantur vacillantes ſupra diximus, (g) vbi adnotauimus vacillationem, & contrarietatem parùm inter ſe diſcrepare. Hic porrò accipitur pro vacillatione propria, quæ contrarietatem importat; non differt enim vacillans à contrario, niſi in hoc, quod contrarius ſemel dictum contrario dicto deſtruit, Vacillans autem, vt multipliciter contrarius, ſemel dictum reuocat, & reuocatum iterum firmat; & proindè non ſemel, ſed ſæpius ſibi contrarium, & per conſequens etiam periurum, ſe prodit.

57. *Qui iuridicè interroganti reſpondere nolunt, & Iudicem irrident.* Hoc propriè ſpectat ad Teſtes cogendos, de quibus ſupra (h) aliquid diximus. Sciendum ergo, quod in cauſa Criminali tam à Iudice Ordinario, quam à Delegato, Teſtes etiam priuilegiati, quando aliter veritas haberi non poteſt, ſunt cogendi. Verum tamen eſt, quod prius ſunt canonicè monendi, & ſi monitiones non proſunt, poſſunt per Cenſuras compelli, & ſi nihilominùs nolunt fateri veritatem; aut comparere in iudicio negant, cogendi ſunt per carcerationem, (i) vel alias pœnas corporales. Si ergo Teſtis in iudicio quidem comparet, ſed nullo modo Iudici interrogãti vult reſpondere, factis vt ſupra monitionibus, poteſt Iudex ad Cenſuras procedere; vel, iis omiſſis, ad Torturam corporalem deuenire, prout magis expediens iudicauerit ad expugnandam teſtis contumaciam. Multò magìs ſi Teſtis Iudicem irridet, & ſpernit, hoc enim proximum ſacrilegio eſt: & ſi Iudex eſt Ordinarius, eſt crimen læſæ Maieſtatis, & rebellionem ſapit. Iudex enim tenet locum Dei, dum ſedet ad iudicandum, & qui ſpernit Iudicem Deum contemnit; Ordinarius autem Superior, vel Princeps eſt, vel Principem refert; & qui illi iniurius eſt, Principi rebellat, & eius Maieſtatem, ac publicam poteſtatem offendit, & perduellionis Reus cenſetur. Proindè non ſolum Torturâ ad habendam confeſſionem debet adigi, ſed etiam debitis crimini pœnis debet coerceri.

T E X T V S.

§. V. Cauſæ verò pro quibus Reus torqueri poteſt ſunt. Prima, dictum vnius ſaltem Teſtis omni exceptione maioris, qui de facto principali deponat: quæ appellatur ſemiplena probatio. Secunda, omnia indicia grauia plenè probata, quodlibet perfectum in ſuo Genere. Tertia duo, vel plura indicia leuia inſimul copulata, ſeſe inuicem iuuantia. Quarta, ſi Reus in tormentis confeſſus, extra tormenta negauerit; iterum Torturæ ſubijci poterit, vſque ad tres vices. Quinta, dictum vnius Teſtis non integri de viſu, adminiculatum fama, vel alio indicio leui. Sexta, vnum indicium probabile, licet non certum; vt ſi inueniretur occiſus, cum quo aliquis antea rixatus eſſet. Septima, extraiudicialis confeſſio negata poſtea in iudicio, ſi ſit probata per duos Teſtes conteſtes.

COM-

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

58. *Tortura Reo ex quibus cauſis detur.*
Teſtis omni exceptione maior quis ſit.
Ex dicto vnius Teſtis omni exceptione maioris Reus poteſt torqueri.

59. *Indicium graue probatum facit ad Torturam Rei.*
Indicium graue, quid ſit. Remiſſiue.
Exempla indiciorum grauium.
In foro laico ex quolibet indicio torquetur Reus.
Laici faciliores ad delicta, quam Religioſi.

60. *Plura indicia leuia copulata faciunt ad Torturam.*
Indicia leuia quando nam poſſint copulari.
Exemplum affertur.
Indicia leuia debent eſſe copulabilia, & quod ſe adiuuent.
Plura indicia remota quando faciant ad Torturam.

61. *Teſtes probantes indicia non requiruntur omne excepione maiores.*

62. *Teſtes fide digni ſingulares, probantes plura indicia tendentia ad vnum finem, ſufficiunt ad Torturam.*
Sed debet eſſe Tortura leuis.

63. *Exemplum practicum.*

64. *Negans extra tormenta, quod confeſſus eſt in Tortura, eſt denuò torquendus.*
Cauſa huius nouæ Torturæ.

65. *Teſtis non integer adminiculatus indicio leui facit ad Torturam.*
Teſtes inhabiles contra Criminoſos, & malæ vitæ, admittuntur.

66. *Vnum indicium probabile facit ad Torturam.*

67. *Indicium probabile quoduam dicatur.*
Indicium leue cum adminiculo, fit probabile, & ſufficit ad Torturam.

68. *Exemplum practicum.*
Arbitrio Iudicis committitur examen indicij probabilis.

69. *Extraiudicialis confeſſio facit ad Torturam.*
Quæ dicatur talis.
Probata per duos Teſtes equiualet vni Teſti de viſu.

70. *Confeſſio extraiudicialis, vt faciat ad Torturam, plura requirit.*
Iactans ſe de falſo crimine, cum infamatione tertij, eſt puniendus.
Pœna huius debet eſſe pro qualitate perſonæ offenſæ.

71. *Ad probandam confeſſionem extraiudicialem ſufficiunt Teſtes ſingulares.*

72. *Hæreſis ſuſpicio probatur ex pluribus dictis hæreticalibus probatis per Teſtes ſingulares.*

73. *Conteſtis vt quis ſit, non requiritur, quod alium Conteſtem viderit.*
Quare confeſſus crimen extraiudicialiter, torqueatur.
Iactans falſum crimen commiſiſſe, vt ſit punibilis, debet ſe iactaſſe in publico.

58. POſtquam tractatum eſt de Tortura Teſtium, aggreditur modo *Textus* loqui de Tortura *Rei*, & recenſet indicia, ob quæ *Reus* poteſt examini rigoroſo ſubijci; dicit ergo, quod *cauſæ*, puta indicia, *pro quibus Reus torqueri poteſt*, *ſunt*; *Prima dictum vnius ſaltem Teſtis omni exceptione maioris, qui de facto principali deponat*. Sciendum autem hic, quod cum ante Torturam debeant omninò concedi defenſiones, ille dicetur Teſtis omni exceptione maior, contra cuius perſonam, dicta, aut modum deponendi, Aduocatus *Rei* nullam omninò exceptionem propoſuit in defenſionibus pro *Reo*. Quod ſi contra Teſtem vrgeat aliqua coniectura, aut alia exceptio, quantumvis leuiſſima; vt ſi non deponit veriſimilia; vel non fuit ritè examinatus; vel ſi animosè, affectatè, exaggeratè &c. deponat, vel ſi non reddit concludentem, & claram rationem dicti ſui, non poteſt dici *Teſtis omni exceptione maior*, nec facit, ſe ſolo indicium ad Torturam, quamuis agatur de crimine excepto, & quantumuis priuilegiato. (*l*) Limitant hoc nonnulli *Doctores* in *Iudice* habẽte arbitrium, qui, ex dicto vnius Teſtis, etiam minùs idonei, etiam recepti parte non citatâ, volunt, quod poſſit *Reum* torquere. (*m*) Apud Nos autem hoc nequit quadrare, quià an *Reus* ſit torquendus, nec ne, dependet à iudicio integri *Diffinitorij*. Poſſet tamen euenire ſi *Pater Generalis* concederet facultatem alicui à ſe Delegato ad cauſam grauiſſimam, vt procederet independenter à *Diffinitorio*: quod tamen nunquam practicatum audiui.

59. *Secunda. Omnia indicia grauia ple-*

plenè probata: *quodlibet perfectum in ſuo genere*. Quæ nam dicantur indicia grauia ſuo loco (*n*) enumerauimus. Dum autem *Textus* dicit *omnia indicia*, non debet accipi collectiuè, ſed diſtributiuè; hoc eſt, quodlibet ex indicijs, quæ ſuprà recenſita ſunt in claſſe grauium, ſi eſt *plenè*, per duos Conteſtes probatum, & *perfectum in ſuo genere*, hoc eſt quod completè poſſit delictum indiciare; vt verbi cauſa; ſi fuiſſet *ſequeſtratio ſolius cum ſola*, & fuerit per tantum temporis, quod ſufficiens fuit ad copulam; *ſi eſt variatio, aut vacillatio &c. Rei in examine*: & eſt non parua, ſed magna, & continuata; *ſi eſt Scriptura manu Rei facta*; & plenè probata ſit tanquam talis, & non adulterata &c. Vnum ergo tale indicium, vt prefertur, eſt ſufficiens ad Torturam. Et licet in foro laico ex vno indicio ſiue proximo, ſiue remoto, ex conſuetudine, *Reus* torqueatur, vt, multis citatis probat *Iulius Clarus*, (*o*) tamen non ita debet eſſe intèr Nos, qui ligamur diſpoſitione huius *Textus*, quod ex vno quidem indicio, graui tamen, hoc eſt proximo circa crimen, *Reus* torqueri poſſit: nec ſufficit vnum indicium remotum hoc eſt leue, ad torturam inferendam, vt infra videbimus. Et ratio diſparitatis, & quidem congrua, eſt, quia Laici ad delicta ſunt faciliores, quàm *Religioſi* tum ratione plurium occaſionum, quas præ *Religioſis* illi habent; tum adminiculorum ſpiritualium ad ſeruanda *Dei*, & *Eccleſiæ* mandata, quibus carent Laici, & abundant Religioſi intra Clauſtra; & proindè faciliùs poteſt præſumi crimen in Laico, quam in Clauſtrali; vndè & debilius indicium ſufficit pro illo, quàm pro iſto.

60. *Tertia*. *Duo, vel plura indicia leuia copulata, ſeſe inuicem adiuuantia*. Quæ cenſeantur indicia leuia, ſupra (*p*) recenſitum eſt. Hic porrò aduertendum, quod leuia indicia tunc ſeſe adiuuant, quando naſcuntur, aut naſci poſſunt ab eodem delicto, quod indiciant. Exemplum do. Sit commiſſum delictum furti, cuius author ignoratur: in Conuentu autem ſit Frater *Relaxatus*, qui eſt malæ, famę, indeuotè viuit, crapulator, rixoſus, cõtumelioſus, minax; ſæpe pænitentiatus nõ pœnituit; & alias fuit de ebrietate ſcandaloſa, & de percuſſione alterius Fratris iuridicè punitus. Hic ſunt plura indicia leuia, puta mala fama, & delicta aliàs commiſſa; ſed hæc non poſſunt copulari, nec ſe inuicem iuuant; quia quidnam habet commune percuſſio, quæ orta eſt ab iraſcibili, cum furto, quod naſcitur à concupiſcibili? Mala fama de vita vitioſa eſt quodammodo indicium leue genericum, ſpecificari ergo debet ab alio indicio leui, orto ab eodem delicto in ſpecie, ad hoc, quod indiciare poſſit ſimile delictum ſpecificum. Quod ſi vltra malam famam, de qua ſupra, Frater *Relaxatus* fuit aliàs punitus de furto, & poſt furtum ſecutum, viſæ ſunt in camera ipſius multæ amphoræ vini pretioſi, quod à remotis partibus apportatur, & ſine pecunia de facili non habetur, vt vinum Hiſpanicum, Cretenſe, Canarienſe &c. Hæc tria indicia, licet leuia, optimè ſe adiuuant; quia probabile eſt, quod ille ebrioſus pro comparando vino nouum furtum commiſerit, ſicut aliàs furatus eſt. Ad hoc ergo, quod plura leuia ſufficiant ad Torturam hæc duo requiruntur, puta quod ſint copulabilia, & ſe inuicem adiuuent, quia ab eodem delicto in ſpecie naſcuntur, & ſimile itidem in ſpecie delictum inferunt; & ſic intelligunt *Doctores*, (*q*) quando dicunt, quod plura indicia remota ſufficiunt ad Torturam.

61. Sciendum autem, quod indicia ſiue grauia, ſiue leuia debent eſſe plenè probata per duos Teſtes, vt aliàs dictum eſt; ſed difficultas eſt, an iſti duo Teſtes debent eſſe maiores omni exceptione; & in hoc puncto diuiſæ ſunt opiniones, nonnulli enim affirmant, cum quibus ſentit *Farinacius*, & *Miranda*. (*r*) Sed hoc modo aut nunquam, aut rariſſimè poſſent probari indicia, quia quid minimum, quod poſſit opponi contra Teſtem, ſufficit ad ipſum obnubilandum, ita vt dici nequeat *omni exceptione maior*. Proindè verior eſt ſententia, quod non eſt neceſſe, quando aliquod eſt probandum per plures Teſtes, quod illi ſint *omni exceptione maiores* (*s*) ſed ſuficiunt, etiam ſi aliquam exceptionem patiantur, dummodo eorum dicta non eſſent penitùs nulla; prout ſi eſſent Teſtes inimici, & prorſus inhabiles; aut deponerent ſinè Tortura; aut ageretur de condemnatione; aut eorum teſtimonia eliderentur per dicta aliorum.

62. Dico ampliùs: quod ſi indicia remota eſſent plura, quam duo, & de ſingulis eorum eſſent Teſtes ſingulares ſpectatæ fidei, & indicia tenderent ad vnum præciſè crimen, deberent cumulari, & ad Torturam

turam

turam ſufficere. Ratio eſt,quia ſicut in factis iterabilibus, vt alias diximus, plures, quàm duo Teſtes ſingulares probant delictum in ſpecie (vt plura adulteria, & fornicationes, per plures ſingulares integros atteſtata, probant violatorem caſtitatis; & plures actus contrectationis pecuniæ, vt in emptione, ludo, mutuo per tres Teſtes, etiam ſingulares, proprietatem probant, quia ſunt indicia ab vno, & eodem vitio prodeuntia;) ità ſi ſint tria, aut quatuor indicia leuia, per tres, aut quatuor probos viros ſingulares probata, tantam fidem debent *Iudici* facere, vt ipſe, iure, moueri poſſit ad habendam veritatem per tormenta. Debent enim talia indicia coniungi; quia ſupponuntur talia eſſe, vt ab eodem delicto probabiliter emanent; & coniungi paritèr Teſtes, quibus ſi non ſuffragatur identitas indicij, dat robur integritas fidei, qua pollent; & licet hoc durum,& contra cõmunem videatur, tamen in praxi ſecurum eſt; tùm quià optimo fundamento fulcitur; tum quia torquere eſt in Arbitrio *Iudicis*, quod aliquam patitur latitudinem; tùm quia Tortura, hoc caſu, deberet eſſe modica, pro leuitate indiciorum, & in hoc ſenſu intelligo.

63. Et vt allatam doctrinam clarificemus, exemplo. Sit commiſſum furtum duorum candelabrorum argenteorum, quæ depoſita erant in camera Guardiani à quodam *Benefactore* in aliquo Conuentu tali die, in quo non erant in Conuentu niſi tres ſenes Sacerdotes ſpectatæ exemplaritatis; duo Clerici manentes in ſecundo Nouitiatu, & duo Laici, vnus quidem ſenex, alius vero iuuenis malæ famæ inter Fratres, quia parùm Religioſè viuit, cæteris Fratribus egreſſis à Cõuentu ad proceſſionem, aut aliam ſolemnitatem in Oppido vicino celebrandam. Venit *Prouincialis* ad inquirendum Generaliter de Furto, & probato corpore delicti, deſcendens ad inquirendum generalitèr de Delinquente, examinat omnes *Fratres* de familia: nullus deponit de ſubſtantia delicti, ſed plerique dicunt habere ſuſpicionem de Fratre *Relaxato* Laico ſupradicto; inſuper vnus ex Sacerdotibus ſenibus dixit, ſibi fuiſſe ab eo datam ad bibendum pluribus vicibus aquam vitæ moſchatam, pretioſam, cuius habebat magnam amphoram plenam; & hoc poſt furtum ſecutum: alius paritèr Sacerdos grauis deponit ſe vidiſſe duas coronas pretioſas; vittas ſericas, & fœminea iocalia, quæ ſibi iactabundè oſtendit ille, qui interrogatus ab eo, vnde illas habuerit? dixit. *Ne quæras aliud*. Alius laicus Queſtuarius probatæ vitæ deponit, ſe habuiſſe pluriès ſocium Fratrem *Relaxatum*, & ab eo Fæminabus, & maximè Puellis, datas eſſe multotiès vittas ſericas; iocalia, Agnus Dei acupictos &c. Et ſe de hoc ſibi correctionem feciſſe, ſed inutiliter. Tertiarius Conuentus vir ſimplex, & deuotus interrogatus, An vnquam aliquis Fratrum ſibi dederit denarios ad aliquod emendum; vel aliud ad vendendum, & pecuniam ad ſe deferendam? dicit, quod denarios nunquam accepit a Fratribus, neque ad eos detulit. Sed quod tali die (& eſt ſecunda, aut tertia poſt furtum) Frater *Relaxatus* dedit illi quoddam inuolucrum conſutum in petia panni veteris, quod erat craſſitiei vnius pugni, ſed reſpectu propriæ molis valdè ponderoſum erat: ex quo arguebatur, in eo eſſe incluſum aliquod metallum; & hoc ſimul cum Epiſtola deſuper aſſuta detuliſſe ad quemdam Militem, cuius nominis non recordatur, ſed manebat in tali quarterio Ciuitatis; & ab hoc Milite ſibi reuerſo, prò recipienda reſponſione, conſignatam fuiſſe amphoram plenam aqua vitæ optimi odoris, & magnum inuolucrum bene ligatum, ſed ſe neſcire quid in eo contineretur; quia non vidit; ſed ſolùm, quod Frater *Relaxatus* ſoluto funiculo, quo alligatum erat inuolucrum, ſibi dedit quoddam reliquiarium oſſeum, cum cryſtallis; & ſibi commendauit, ne de hoc cum aliquo loqueretur. Iſta quatuor indicia certè ſunt remota, & per Teſtes ſingulares tantùm probata; tamen cumulari, & coniungi debent, & probabilem coniecturam delicti faciunt; & maximè ſi alia adminicula habentur, puta quod Frater *Relaxatus* eſt obſcuræ ſtirpis, Coniunctos habens pauperrimos, à quibus nequiuit prædicta habere; & etiam ipſe iuterrogatus omnia aſſerta indicia vniuerſaliter negat; incredibile enim, prout inueriſimile eſt, quod tot boni viri velint mentiri, & iſte malæ famæ verum dicat. Vnde ex his indicijs, & adminiculis cumulatis, deueniri ad Torturam poſſe, non eſt ambigendum.

64. *Quarta. Si Reus, in tormentis confeſſus, extrà tormenta negauerit, iterùm Torturæ ſubijci poterit, vſque ad tres vices.*

Cauſa propter, quam *Reus* confeſſus in prima Tortura,& negans delictum in actu ratificationis extra tormenta, denuò torquendus eſt, non eſt negatio delicti ſemel confeſſi, prout dicit *Sgroi*, (*t*) qui putat, ex reuocatione nouum indicium ſuperuenire, ob quod iterum *Reus* poteſt torqueri: negatio enim criminis, non adhuc in iudicio plenè probati, non conſtat *Iudici*, quod ſit mendacium, ratione cuius *Reus*, vt mendax,torqueri poſſit; & ex ſe negatio dè crimine non eſt indicium ad crimen. Sed vera cauſa nouæ Torturæ, prout habet *Clarus* (*u*) eſt confeſſio delicti, quæ emanauit in tormentis; hæc enim eſt nouum indicium ſeparatum ab illis, ob quæ primo tortus fuit; & contrarietas in ſuis dictis, dum prius confeſſus eſt crimen, quod poſtea negauit. Sed de hac materia iterùm redibit inferiùs ſermo.

65. Quinta. *Dictum vnius Teſtis non integri de viſu adminiculatum fama, vel alio indicio leui*. Hoc dicunt *Doctores* (*x*) communitèr, quia contrà Criminoſos, malæ vitæ, & malæ famæ, admittuntur etiam inhabiles, non tamèn qui prorsùs inhabiles ſunt, vt inimici capitales, & ſimiles &c. Sed,qui alios minores patiuntur defectus; vt puta quod Teſtis ipſe non ſit incorruptæ vitæ; quod communiter habetur leuis, verboſus, mendax &c. vel quod eſt Amicus Inimici capitalis,& ſimilia. Quod autem dicit,*adminiculatũ fama*, intelligendum eſt non de fama delicti illius in ſpecie, quod vulgatum eſt in Communitate, quia talis fama poteſt ortum habuiſſe ab illo, qui ſe dicit Teſtem de viſu, & ita non eſſet congruum adminiculum pro iuuanda infirmitate Teſtis, quia nullum nouum robur ſibi addit diuerſum ab eo, quod habetur ex ſimplici ipſius dicto; & hoc, cum, ſe ſolo, ad Torturam minime ſufficiat, nequè erit ſufficiens, addità tali famà. Sed accipitur fama pro exiſtimatione mala, quæ communiter habetur de *Reo* indiciato,orta ex malis moribus ipſius, & vigente in iudicio hominum proborum, non maleuolorum &c. Tale enim indicium medetur, & ſubuenit defectui, quem patitur Teſtis; vt ſicut, ſe ſolo, (ſi eſſet totalitèr integer,) ſufficeret ad torquendum; ita pariter ſufficiat patiens defectum, cui ſubuenitur per illud adminiculum, vel indicium leue.

66. Sexta. *Vnum indicium probabile, licet non certum: vt ſi inueniretur occiſus, cum quo aliquis antea rixatus eſſet*. Anceps valdè redditur *Textus* iſte, quomodo poſſit dici *indicium probabile*, & quid pro hoc intelligatur. Si quidem omnia indicia de ſui natura probabilia ſunt, quæ ſolam præſumptionem delicti inducunt; quod ſi certa eſſent,euaderent in probationes, ſicut faciunt dicta Teſtium, qui delictum ipſum perceperunt. Vel ergo iſte *Textus* accipiendus eſt de vno indicio leui, vel de graui, vtraquè enim ſunt *probabilia* licet illud minùs, hoc magis. De primo non poteſt intelligi, quia ſuprà habetur, quod *duo, vel plura indicia leuia* copulata faciunt ad Torturam; proinde vnum minime ſufficit. Nequè de ſecundo poteſt accipi, quia iam ſupra dixerat, quod *omnia indicia grauia* ſufficiunt ad Torturam, & futilis, ac ſuperflua eſſet huiuſmodi repetitio in *Textu*, quod non admittitur. Quid ergo venit hic intelligendum, dum ait *vnum indicium probabile?*

67. Dico, quod venit indicium illud, quod eſt plùſquam leue, & minùs, quàm graue; ſicut enim inter veram, & falſam propoſitionem, datur *propoſitio probabilis*, quæ poteſt cum extremis conuenire, ita datur indicium *probabile*, quod eſt medium inter leue, & graue. Hoc vero non eſt conſiderato indicio in ſe, ſed cum aliquo ſibi addito, puta cum adminiculis. Indicium ergo leue, ſiue remotum, ſi habet aliquod adminiculum, quo iuuetur, non euadit quidem plenè graue, ſed *probabile*. Paritèr indicium graue ſi copuletur adminiculo contrario, minuitur illi de valore grauitatis, & ſit minùs, quàm graue, ſed eſt maius, quam leue, & ita redditur *probabile*. Quod autem vnum indicium leue cum adminiculis ſufficiat ad Torturam, dummodo adminicula talia ſint, vt *Iudex*, ex qualitate perſonæ, vel facti, arbitrari, poſſit, talia eſſe ſufficientia ad corroborandum indicium principale, docent communitèr *Doctores*. (*z*)

68. Et vt rem clarificemus; expendamus exemplum datum in Textu. *Si inueniretur occiſus,cum quo aliquis rixatus eſſet*. Certè ſi rixa fuit merè verbalis,vel contumelioſa altercatio,quę aliquoties accidit,indicium leue eſt; & maximè ſi cauſa rixæ leuis eſt, vt aliquãdo euenit in diſputatione,in qua incaleſcentes ſpiritus Diſputantium erũpunt in aliquam mordacitatem, quæ aliquoties parturit reciproca impropria.

Si

Si autem vnus, ex Condiſputantibus, digreſſus à rixa, ſe valdè accenſum, & offenſum à verbis contumelioſis demonſtrauit ex contractione, & toruitate vultus, taciturnitate, & in ſero illo incænatus, ac ſequeſtratus ab alijs iuit per ſyluam Conuentus cogitabundus, & mane facto inuentus eſt, iugulo ſecto, occiſus ille, cum quo rixatus eſt, adſunt adminicula, quæ indicium illud debile, & leue, eleuant ad gradum probabilitatis; propter quod poteſt *Reus* ſuſpectus torqueri. Si autem rixans eſt Sacerdos annoſus, & debilis, & cauſa rixæ grauis, & iſte minatus eſt ſe velle facere, illum pænitere de verbis contra ſe prolatis; & inueniatur occiſus ille, cum quo rixatus eſt; porro occiſus eſt baculo, vt apparet ex enormi, percuſſione facta in muſculo temporali, fractione cranij, quaſſatione brachij &c. Et baculus relictus eſt ab homicida penès cadauer occiſi. Profectò rixa, & ſecutæ minæ integrant indicium ex ſe graue; ſed ſenectus, & debilitas virium *Rei* ſuſpecti minuunt de valore indicij; quandoquidem impoſſibile ſuppono, quod ſenex ille tantas vires habeat, quod potuerit baculum illum valde ponderoſum tractare, vel ictum tam validum impingere. Non tamen indicium annullat, aut leue facit, quod eſt de ſui natura graue; ſed reddit *probabile*, quià poteſt eſſe, quod Senex aliquem iuuenem clientem ſuum induxerit, vt mandatarius effectus ſit, in vltionem iniuriæ à ſe acceptæ. Et ita ex hoc probabili indicio torqueri poteſt *Reus* ſuſpectus. Porrò metiri in facti contingentia hanc indiciorum probabilitatem arbitrio *Iudicis* committitur. *(a)*

69. *Septima. Extraiudicialis confeſſio negata poſtea in iudicio, ſi ſit probata per duos Teſtes conteſtes*. Dicitur *Confeſſio extraiudicialis* illa, quæ fit coram alijs à *Iudice*; vt quando aliquis dicit ſe fuſſe *Caiū* nocte tutudiſſe, & hoc cum Amicis familiariter loquendo; vel etiam coram *Iudice*, non tamen in loco Iudicij; & ſi in loco, non tamen in actu Iudicij, puta præſente, & parato ad ſcribendum *Notario*, & præſtito iuramento à Confitente; & ſi in actu iudicij, non tamen coram *Iudice* competente, vt ſi *Clericus* coram *Iudice Laico* fornicationem confiteretur; tale enim indicium ex *Iudicis* incompetentia redditur nullum, & dicta in eo redduntur dicta extraiudicialiter. *(b)* Talis ergo *Confeſſio*, *extraiudicialiter facta*, & per Teſtes probata, æquiparatur vni tali deponenti de viſu, & facit ſemiplenam probationem, & proindè ſufficit ad Torturam, & ita poſt quandam *Gloſſam*, *(c)* tenent *Doctores* communiter.

70. Ad hoc vero, quod talis *Confeſſio* ſufficiat, plura requiruntur. Primum eſt, quod *Confeſſio*, ſi fuit iudicialiter facta coram Iudice incompetente, emanauerit à *Reo* abſque vi, & metu. Licèt enim multi, quos citat, & ſequitur *Sgroi*, *(d)* teneant, quod confeſſio facta coram *Iudice*, cuius acta fuerunt declarata nulla, non ſufficiat ad Torturam; tamen contrarium eſt de Iure verius; quia perindè eſt, imò fortius, quod acta ſint ipſo iure nulla, quam quod à *Iudice ad quem* annullentur. Si ergo acta *Iudicis* ipſo iure nulla non impediunt, quominus *Confeſſio* coram eo facta habeat vim extraiudicialis, eandem vim habere debet, ſi fiat coram *Iudice*, cuius acta ſint declarata nulla. Verum eſt, quod ad hoc, vt illa valeat, ità vt per eam *Iudex* competens poſſit inferre Torturam, oportet quod non vi tormentorum, aut metu, ſed ſponte facta fuerit, vt dicebam, & poſt multos docet *Clarus*. *(e)* Oportet inſuper, quod talis *Confeſſio* non emanauerit in cauſa ciuili, aut fuerit incidenter facta, ſed Iudicium fuerit criminale, & *Reus* ex inſtituto faſſus fuerit crimen. *(f)*

Secundum eſt, quod talis *Confeſſio* debet eſſe veriſimilis; emanata non calore iracundiæ, non ioco, non ex iactantia. Vbi tamen aduertendum eſt, quod ſi talis *Confeſſio* ſic inueriſimilis, & ex iactantia, lædit aliquo modo tertiam perſonam, licèt non ſufficiat ad Torturam ratione criminis confeſſi, quod ſupponitur eſſe falſum, tamen meretur puniri ob ſolam iactantiam, & gloriationem; quia delictum per ſe eſt talis *Confeſſio*; provt ſi aliquis ſe gloriaſſet potitum eſſe Puella, aut Matrona honeſta, & hoc *Textualiter* habetur in quadam *Decretali*, *(g)* in qua, pœnâ Suſpenſionis, punitur quidam Clericus, qui gloriatus fuerat ſe concubuiſſe cum Vxore cuiuſdam. Pœna autem ſibi debita menſurari debet à qualitate iniuriæ, quæ fuit illata, & hæc maior, vel minor euadit, pro varietate conditionis perſonæ, cui infertur. *(h)*

71. Tertium eſt, quod, provt dicitur in *Textu*, *Confeſſio extraiudicialis ſit probata* per duos Teſtes. Sed hic inſurgit difficul-

ficultas, an ſcilicet requiratur, quod Teſtes ſint conteſtes, an ſufficiat, quod ſint ſingulares; & in hoc puncto diuiſæ ſunt opiniones, nam *Marſilius*, *Pariſius*, *Follerius*, *Boſſius*, *Carerius*, *Viuius*, *Burſatus*, *Villadiego*, *apud Sgroi*, *(i)* volunt quod ſint conteſtes, & his concordat, *Textus* noſter; ſed *Pegna*, *Maſcardus*, *Albertinus*, *Souſa*, *Caſtropalao*, *Diana*, *Bordonus*, quibus conſentit *Sgroi* volunt, quod confeſſio extraiudicialis probetur etiam Teſtibus ſingularibus, quorum ſingularitas ſit adminiculatiua, & dant exemplum de eo, qui vnam, & eandem, vel plures Hæreſes diuerſis locis, & temporibus dicitur repetijſſe, qui proculdubio eſt torquendus, licet contra eum ſint Teſtes tantùm ſingulares. *(l)* Et ſecundæ huic opinioni ſubſcribo, talis enim gloriatio eſt actus iterabilis, & proinde ſibi totaliter accidentalia ſunt tempus, & locus, dummodo conſtet de identitate criminis, ſiue in indiuiduo, ſiue in ſpecie, Quod enim vnus modò, dicat *Nullum eſſe purgatorium*; modò, *Animam deſinere eſſe cum corpore*; modò, *Confeſſionem eſſe humanum inuentum*; modò, *Imagines ſacras non eſſe adorandas*, non facit per talem varietatẽ propoſitionum, quod ipſe non ſit de Hæreſi ſuſpectus, quia propoſitiones illæ, quamuis diuerſæ, ſunt tamen ab vno, & eodem principio, puta ab intellectu, & voluntate deprauata circa myſteria fidei. Si ergo obiecta illarum propoſitionum, licet inter ſe ita diuerſa, concludunt tamen crimen Hæreſis ſufficientèr ad Torturam, & quomodo non debent ſufficere Teſtes ſingulares teſtantes de eodem crimine extraiudicialiter cõfeſſo, licet confeſſio fuerit diuerſis loco, & tempore, quæ ſunt, reſpectu delicti, totaliter extrinſeca?

72. Et per hoc confirmatur quod aliàs *(m)* diximus de Teſtibus ſingularibus circa delicta iterabilia. Quemadmodum enim ex diuerſis Hæreſibus prolatis ſufficienter probatur per plures Teſtes ſingulares ſuſpicio Hæreſis, ita & per plures Teſtes de viſu, licet ſingulares, probari poterit crimen iterabile ab vno, & eodem malo habitu procedens. Nec facit contra hæc *Textus*, qui ad probandam *Confeſſionem extraiudicialem* requirit *duos Teſtes conteſtes*; quia debet intelligi de Conteſtibus circa ſubſtantiam delicti, non circa tempus, & locum, quæ delicto accidunt. Puta ſi quis gloriatus eſſet concubuiſſe cum *Berta*; cum alio autem ſe cognouiſſe *Claudiam*; cum alio ſe furatum fuiſſe &c. in hoc caſu Teſtes eſſent ſingulares in ſubſtantialibus, nec poſſent copulari, niſi ad probandum crimen iterabile in ſpecie, vt dictum eſt. Sed ſi tali die gloriatus eſt cum *Paulo* ſe percuſſiſſe *Caium*; Paritèr altera die gloriatus eſt cum *Petro* ſe itidem percuſſiſſe eundem *Caium*, & eandem confeſſionem faceret altera die cum *Lucio*; certè iſti tres Teſtes dicuntur ſubſtantialitèr conteſtes, quia conueniunt in perſona, crimine, & obiecto, circa quod fuit crimen, licet diſcrepent in tempore, & loco. Et quidem hic non agitur de probando crimine, ſed de probando indicio, & quidem reſultante ex facto iterabili, ad quod non requiritur identitas loci, & temporis; vt in probanda mala fama non requiritur, quod Teſtes aſſerant, quod eodem loco, & tempore audierint dici malum de illo, ſed ſufficit, quod audierint licet diuerſis loco, tempore, & perſonis; & tamen licet Teſtes in hoc caſu ſingulares ſint, tamen famam probant, quia conueniunt in ſubſtantialibus, in quibus eſt vera ratio conteſtium. Et in probando Furioſo, Ebrioſo, Fanatico &c. Sufficiunt plures Teſtes ſingulares deponentes de diuerſis actibus, vt aliàs dictum eſt.

73. Quod fortiùs ſuadeo ex hoc, quod non requiritur, quod Teſtis Conteſtem viderit, quando delictum vidit, ad hoc quod conteſtis dicatur; ſi enim vnus eſt in turri, alius in feneſtra, alius in foro, qui viderunt *Caium* occidentem *Seium*, illi tres conteſtes ſunt, licet ſeipſos mutuò non viderint, nec vnus alium appellet. Si ergo *Caius* ſe iactet de fornicatione commiſſa, & talis iactantia ſit cum pluribus Teſtibus, licet vnus Teſtium alium non viderit, non deſinent eſſe ſubſtantialiter Conteſtes, puta in perſona, delicto, & obiecto, circa quod delictum fuit; & hoc modo debet accipi *Textus*. Tandem aduertendum, quod non abſque cauſa dicit Textus *extraiudicialis confeſſio negata poſtea in iudicio*. Si enim confeſſionem neget, de illa, vtpotè per Teſtes probata, iam eſt conuictus; militat proindè contra eum grauis præſumptio, quod delictum commiſerit, & ſic torquetur. Si autem confeſſionem non neget, ſed dicat ſe ex loquacitate, leuitate, aut iactantia dixiſſe, Torturam euadit. *(n)* Sed ſi iactantia lædit tertiam perſonam, puniendus eſt de ea

iuxta

iuxta qualitatem perſonæ, & damni illati, vt ſupra dictum eſt. Hoc vero intelligi debet, quando fuit iactantia publica, coram pluribus facta, non ſecretò, & cum duobus, vel tribus ſingillatìm; & hoc maximè, ſi iactans illis hoc ſub ſecreto commiſit, tunc enim fama illius publicè læſa non fuit.

T E X T V S.

§. VI. Tortura non infligitur Reo, niſi priùs conſtet de corpore delicti: Nec in cauſa, vbi ſi condemnandus veniret, grauiorem Torturà pœnam non reciperet. Conuictus non debet torqueri, cum poſſit per depoſitiones Teſtium condemnari; & nulli vnquam tormenta applicanda ſunt, cum aliundè veritas haberi poſſit: aliàs incurrantur pœnæ contra malè torquentes ſuperiùs fulminatæ. Niſi ex probationibus aliquid reſultaret; quod per confeſſionem Rei apparere deberet. Et in hoc caſu torquendus eſt cum expreſſa clauſula *ſine præiudicio probatorum, & de quibus eſt conuictus.*

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

74. *Reus non torquendus, niſi conſtet de corpore delicti.*
Non eſt incipiendum à tormentis in indagando delicto.
Reus nequit conſtitui, delicto non ſemiplenè probato.
75. *Non torquetur Reus, ſi pœna criminis eſſet danda minor, quàm Tortura.*
Tortura corporalis non datur in delictis, quæ puniuntur ſola priuatione Officij &c.
Si eſſet danda delicto pœna carceris, poteſt Reus torqueri.
76. *Si pœna delicti eſt Iudici arbitraria, non poteſt dari, apud Nos, tortura corporalis.*
Pœna arbitraria non poteſt eſſe corporalis regulariter.
Sed ſi pœna extraordinaria criminis eſt corporalis, poteſt dari Tortura.
Pœna arbitraria poteſt eſſe corporalis ex circumſtantia aggrauante.
77. *Conuictus non debet torqueri.*
Plures, quàm duo Teſtes requiruntur ad perfectè conuincendum, & quare?
Conuictus plenè, quare non torquendus.
Torquens conuictum incurrit pœnas malè torquentium.
78. *Conuictus aliquandò poteſt torqueri, & quibus caſibus.*
79. *Torqueri poteſt conuictus ſuper Complicibus.*
Tortura non debet excedere mediam horam.
80. *Conuictus quando torquetur, apponenda eſt clauſula* ſine præiudicio probatorum &c.
Similiter quando torquetur ſuper alio crimine, de quo non eſt conuictus, nec confeſſus, & alijs caſibus.
81. *Clauſula* ſine præiudicio &c. *debet poni in decreto Torturæ.*
Ommiſſio talis clauſulæ tolleret pœnam ordinariam.
Confeſſus crimen poteſt contra propriā confeſſionem venire.
Tortura ſuper Complicibus non poteſt dari vltra mediam horam.

74. HIc agitur de caſibus, in quibus Tortura non poteſt *Reo* inferri, & dicitur, quod *Tortura non infligitur Reo, niſi prius conſtet de corpore delicti,* & hoc rationabiliter, non eſt enim, vt *iura* volunt (o) ad veritatem criminis indagandam, incipiendum à tormentis, quæ ſunt introducta in ſubſidium, quando cætera argumenta deficiunt. Vndè ità ſanxit *Imperator (p) Oportet Iudices nec in his criminibus, quæ publicorum iudiciorum ſunt, ad inueſtigationem veritatis à tormentis initium ſumere: ſed argumentis primum veriſimilibus, probabilibuſque vti.* Quod ſi *Reus* iuridicè neque conſtitui, neque interrogari poteſt, niſi præceſſerit delicti ſemiplena probatio, (q) quæ probationem corporis delicti præſupponit, & quomodo, hoc nondùm probato, poterit ille torqueri?

Nec

75. *Nec in cauſa, vbi ſi condemnandus veniret, grauiorem Tortura pœnam non reciperet.* Pro delicto enim, pro quo non venit imponenda pœna corporis afflictiua, non eſt inferenda Tortura, vt dicunt *Doctores*.(r) Et ita pro delictis, quæ puniuntur tantùm priuatione Officiorum, Suffragiorum, aut Actuum legitimorum non poteſt adhiberi pœna corporalis, vt eſt Tortura, quia cenſetur hæc eſſe grauior, quam pœna delicto debita. Sed ſi pœna carceris delicto infligitur, benè poteſt inferri Tortura, (ſ) quia pœna carceris corporalis eſt, & ſucceſſit pœnæ damnationis ad metalla, & æquiparatur pœnæ triremium. Et ideo in omnibus delictis, quibus ex *Iure* noſtro *Statutario* pœna carceris infligitur, Tortura dari poteſt. Sed aduertendum, quod non omne genus Torturæ indiſcriminatim; quia *funis* dari nequit, niſi in atrociſſimis, ſicut & *ignis*, niſi in crimine innominabili, & in grauioribus *Arſtatio, Sibili &c.* ſicut ſupra diſponitur in *Textu*.

76. Si autem pœna eſt *Iudici* arbitraria, poteſt ne vti Tortura? Dico, quod non; Quia, regulariter loquendo, pœna arbitraria eſt imponenda ſine corporis afflictione, vt multi docent; (t) aſſerendo, non debere excedere pœnam relegationis. Tamen quando *Iudex* deberet imponere pœnam extraordinariam corporalem, arbitrio ſuo (vt quando danda eſſet pœna extraordinaria pro conatu ad crimen contra naturam: qui non ordinariè, ſed extraordinariè, corporaliter tamen, punitur) vtique Tortura adhiberi poteſt, pro modo conatus, & pœnæ ſubeundæ, ſi confiteatur *Reus* crimen, vt ex *Maſtrillo*, (u) ſcribit *Sgroi*. Pariter ſi delicto non eſſet impoſita pœna corporalis, (ſed, ex circumſtantia aggrauante delictum, poſſet moueri *Iudex* ad arbitrandam pœnam corporalem) poſſet inferri Tortura, cum hac tamen cautela, quod priùs *Iudex* det *Reo* terminum ad reprobandas tales circumſtantias aggrauantes; quod ſi reprobauerit, non erit locus Torturæ; ſin minùs, expirato termino, torqueri poterit, vt ex *Intrigliolo* benè ſcribit *Sgroi* (x) Exemplum eſſet, ſi quis violaſſet clauſuram Monialium animo, & intentione deprauandi Sacram Virginem; ingrediente enim Monaſterium non eſt appoſita pœna corporalis, ſed ex circumſtantia finis, & conatu ad copulam, quæ corporali pœna vindicatur, ſit locus *Iudici* ad arbitrandam pœnam corporalem, & ſic adhibendam Torturam, ſeruata tamen ſupradicta cautela.

77. *Conuictus non debet torqueri, cum poſſit per depoſitiones Teſtium condemnari.* Hoc vero rariſſimè contingere poteſt, niſi eſſent plures, quam duo Teſtes integri, & de viſu. Ratio eſt, quia ad hoc, vt per duos Teſtes poſſit dici conuictus, & ad pœnam ordinariam condemnari, oportet, quod ſint conteſtes omni exceptione, (quamuis minima) maiores, vt alias dictū eſt: hos autem reperire ita difficile eſt, quod à quodam conſummatiſſimo Criminaliſta in Romana Curia relatum mihi fuerit, ſemel tantùm, ſpatio 40. annorum, quo Forum Criminale frequentauit, vidiſſe *Reum* per duos conteſtes, vt præfertur, maiores, fuiſſe damnatum, quia conuictum. Requiritur proindè, vltra duos, alius ſimilis Teſtis, qui ſuppleat defectum leuium exceptionum, quæ ab *Aduocatis* ſolent dari contra Teſtes, ad hoc vt *Reus* verè conuictus euadat. Si verò à facti notorietate, numero Teſtium incorruptorum, aut euidentiſſima probatione, quæ ex Scripturis authenticis procedit, *Reus* remanet conuictus, torqueri non poteſt, quia iàm *Iudici* cumulatè probata remanet delicti veritas; proindè anhiberi non poteſt Tortura, inuenta, in defectum probationum, vt toties dictum fuit; & ideò *nulli vnquam tormenta applicanda ſunt, cum aliundè veritas haberi poſſit*. Et optimè ſequitur *Textus*, *aliàs incurrantur pœnæ contra malè torquentes ſuperiùs fulminatæ*. Quia in tantùm Leges permittunt *Iudici* in *Reum*, per tormenta procedere, in quantum ſibi alia via non ſuppetit habendæ veritatis; non purificata ergo hac conditione, ſi *Iudex* torquet, perindè eſt ac ſi torqueret non probato corpore delicti; aut abſque ſufficientibus indicijs; omnia enim hæc parificantur, quia æqualiter per Leges ſunt vetita, & ideò æquali pœna percelluntur.

78. *Niſi ex probationibus aliquid reſultaret, quod per confeſſionem Rei apparere deberet.* Hoc autem multipliciter poteſt contingere. Puta quando *Reus* conuictus de vno crimine, indiciatus ad Torturam ſufficienter eſt de alio delicto; ex probatione enim imperfecta iſtius delicti reſultaret neceſſitas Torturæ, ad habendam ab eo confeſſionem de iſto. Pariter ſi *Reus*

in ſuo examine eſt ſibi contrarius in ſuis dictis; nec per eum concordari poteſt contrarietas, eſt manifeſtè periurus, & torqueri debet ſuper contradictione ad videndum in quo dicto velit perſiſtere; & idem dicendum eſt, ſi deponit inueriſimilia, aut vacillet; ſuper inueriſimilitudine enim, & vacillatione torqueri poteſt. Inſuper quando *Reus* habet Complices, & ipſe quidem conuictus eſt per Teſtes, aut confeſſus, ſed Complices non fuerunt cogniti à Teſtibus, & ipſe non vult eos reuelare; aut quando crimen tale eſſet, quod abſque Complicibus committi nequiuit,& *Reus* non vult illos manifeſtare.

79. Et circa hoc ſciendum eſt, quòd licet conuictus non poſſit torqueri in caput ſuum, torqueri tamen poteſt ad detegendos ſocios criminis, & in hoc conueniunt omnes *Doctores*. (z) Verum eſt, quod plerumque *Iudices* Laici, (licet delictum ſit plenè probatum, etiam per Teſtes de viſu,) ſolent nihilominus adhibere Torturam, non vt ampliùs conſtet de delicto, ſed ſolùm vt *Reus* fateatur delictum, de quo eſt conuictus, ne per appellationem ſuſpendatur id, quod fuerit pronunciatum; & hanc conſuetudinem, vt à pluribus *Doctoribus* probatam, à ſe tamen minimè laudatam, refert *Clarus* loco ſupra citato *verſ. Scias autem*. Tamen iſte potiùs dicendus eſt abuſus, quàm legitima conſuetudo; tendit enim ad priuandum *Reum* remedio appellationis, quod eſt contra iuſtitiam. Et apud Nos minimè debet practicari, ſed obſeruari *Textus*, & non torqueri vllo modo conuictus ſuper delicto iam per Teſtes probato. Torqueri tamen debet ſuper Complicibus, vt dicebam, ſed Tortura debet eſſe moderata, & non poteſt excedere mediam horam. (a)

80. *Et in hoc caſu torquendus eſt cum expreſſa clauſula ſine præiudicio probatorum, & de quibus eſt conuictus.* Non ſolùm quando *Reus*, vt præfertur, eſt conuictus, ſed etiam in caſu, in quo eſſet confeſſus ſuper vno articulo, & eſſet negatiuus ſuper alio, de quo ſufficienter eſt indiciatus ad Torturam; vel eſſet conuictus de vno, & non de alio crimine; vel deberet ſuper Complicibus torqueri, quia eos non vult reuelare; vel reuelatis Complicibus, vt ipſius confeſſio illos afficiat, & grauaret ad Torturam, & ipſe *Reus* purget infamiam ex reatu contractam, ſemper inquam inſeri debet clauſula illa, *Sine præiudicio probatorum, & de quibus eſt confeſſus*.

81. Talis autem clauſula debet in actis apparere, & ſolet apponi in ipſo decreto Torturæ, & per eam ſaluatur ius Curiæ, nè plena probatio, quæ iam tenetur, in aliquo lædatur. (b) Quod, ſi *Iudex* talem proteſtationem omitteret, & *Reus* tortus eſſet negatiuus tùm circa Socios, de quibus interrogatur, tùm circa delictum principale, de quo eſt conuictus; non veniret quidem abſoluendus (quia *Iudicis* ignorantia non poteſt præiudicare Fiſco in iure, quod habet ad punitionem ex probationibus: quas habet; aliter eſſet in poteſtate *Iudicis* ignorantis, aut corrupti *Reum* culpabilem à pęna liberare per Torturam) tamen quia talis Tortura in fauorē *Rei* aliquid debet operari, *Reus* eſſet condemnandus tantùm ad pœnam extraordinariam, vt dicunt *Doctores*. (c) Et, ſi, tali clauſula præmiſſa, *Iudex* interroget ſuper articulo, pro quo torquet; vel ſuper Socijs criminis, *Reus* autem neget non ſolùm articulum, & Socios, ſed etiam delictum principale, de quo eſt conuictus, aut confeſſus, *Iudex* non debet admittere talem reſponſionem, ſed inſtare, vt reſpondeat ad ea, ſuper quibus interrogatur; & tali negatione non obſtante, *Reus* condemnandus eſt ad pœnam ordinariam; niſi innocentiam ſuam aliundè probauerit; etiamſi enim confeſſus fuerit crimen, poteſt contra ſuam confeſſionem venire, & ſe defendere. (d) Aduertat tandem *Iudex*, quod torquendo pro Complicibus habendis, mediam horam non excedat; ſi enim excederet, talis exceſſus operaretur, fauore *Rei*, circa delictum principale, ob quod non poſſet, niſi tantùm extraordinaria pœna, puniri. (e)

T E X T V S.

§. VII. Cum opus fuerit funis adhibere tormentum, id non debet fieri, niſi peritus aſſiſtat, qui liget, & depoſito brachia luxata componat, vt vel ſic charitati, & iuſtitiæ conſulatur. Quod obſeruandum eſt etiam de aſſiſtentia, & iudicio

Medi-

Medici, caſu quo Tortus, vel Torquendus infirmitates, vel animi deliquia allegaret, vel ante appenſionem, vel in fune ſuſpenſus. Si enim Reus in tormentis moreretur ex negligentia, vel culpa Iudicis, homicidij is Reus haberetur. Tortura ſuper eodem articulo, niſi clariora indicia ſuperueniant, repeti non poteſt; nec eodem die, ſed diuerſis, & ſeparatis. Contra maleficia, quæ aliquando fieri ſolent à Reis, ne in tormentis confiteantur, vtuntur Iudices probatis cautelis, expoliando illos; alijs veſtibus induendo; diligenter per partes corporis inueſtigando, ſi quid in ore, vel alio loco abſcondant; pilos radendo; tormenti genus mutando, & his ſimilibus. Ieiuni, & poſt factam digeſtionem torquendi ſunt, fune præcipuè: Alia autem tormenta tali diligentia fortaſſe non indigent.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

82. *Tortura funis quomodo danda.*
Peritus debet aſſiſtere, qui ligare nouerit.
Medici aſſiſtentia eſt neceſſaria.
Iudex fieret irregularis, ſi Reus moreretur in Tortura inſolita.
Non fieret irregularis, ſi Reus membro debilitaretur.
Debilitatio membri non importat irregularitatem.
Detruncatio membri importat irregularitatem.

83. *Opinio Sanctori circa prædictam irregularitatem.*
Impugnatur.
Non incurritur irregularitas, niſi ſit expreſſa in iure.
Mutilatio fit per ſeparationem membri.
Interficiens, truncans, & membrum debilitans eadem pœna legali tenentur.
Sed non Irregularitate.
Mutilatio non venit nomine debilitationis.
Reſpondetur ad authoritates adductas à Sanctoro.
Nemo dicitur priuatus membro, quod habet.
Iudex dictans ſententiam, per quam aliquis eſſet debilitandus in aliquo membro non eſt irregularis.

84. *Super eodem articulo Tortura repeti non poteſt, niſi ex nouis indicijs.*
Abſolutus cum clauſula, rebus ſic ſtantibus, *ex nouis indicijs denuò torqueri poteſt.*
Sed non debent cumulari indicia, quæ iam purgauit.

85. *Ex indicijs valdè vrgentibus, per duas tertias partes horæ, Reus poteſt torqueri.*
Torqueri acritèr, *eſt torqueri per integram horam.*
Decretum Torturæ quomodo faciendum.

86. *Tortura in quibus caſibus repetenda.*

87. *Vltra tres vices non eſt repetenda Tortura in eodem delicto; ſed in diuerſis pluriès, & quomodo.*
Inter vnam, & aliam Torturam completam debent mediare 40.dies.
Repetitio Torturæ non poteſt fieri in vno die.

88. *Reus torquendus ſpoliatur.*
Cautelæ adhibendæ quando Reus tormenta ſpernit.

89. *Si inueniuntur ſigna ſortilegij malefici, quid faciet Iudex.*

90. *Reus torquendus eſt ieiunus,*
Aut per ſeptem horas poſt comeſtionem.
Iudex aliter faciens, ſi Reus patitur in tormentis, eſt puniendus.

91. *Graduum Torturæ diuiſio.*
Religioſi mitiùs torquendi, quàm Laici.
Omne corporis afflictiuum, etiam ex apprehenſione, eſt Tortura.

92. *Minæ de torquendo eſt primus gradus Torturæ.*
Confitens per minas tormenti debet ratificare confeſſionem.
Conductio ad locum Torturæ eſt eius ſecundus gradus.
Camera tormentorum facit ad Torturam.

Rati-

Ratificatio confeſſionis facienda extra cameram tormentorum.
Spoliatio & ligatura eſt tertius gradus Torturæ.

82. Agit nunc ex profeſſo *Textus* de methodo, ſecundùm quā debet dari tormentum Funis, & dicit, quod iſtud adhiberi non debet, *Niſi Peritus aſſiſtat, qui liget, & Depoſito brachia luxata componat*, niſi enim ſtrictè, & debito modo ligentur manus, vel effugiunt iſtæ ligaturam, & cadit, qui ſuſpenſus eſt; vel luxantur, & aut ineptæ redduntur ad ampliùs operandum; aut difficulter, &, niſi extremo cum dolore, iuncturis non reaptantur. Paritèr, ſi oſſa brachiorum, & ſcapularum, quæ à ſuſpenſione corporis proprio loco dimota, & luxata ſunt, non ſtatim à Tortura reaccommodentur, poteſt Tortus remanere vno, vel altero brachio debilitatus ſic, quod inhabilis prorsùs reddatur ad motum; & perpetua inhabilitatio membri, quoad vſum, æquiualet illius mutilationi; proindè enim eſt eſſe brachijs mutilum, & illa inhabilia ad motum perpetuò habere. *Quod obſeruandum eſt etiam de aſſiſtentia, & iudicio Medici, caſu, quo Tortus, vel Torquendus infirmitates, vel animi deliquia allegaret.* Si enim Torquendus infirmitates alleget, ob quas torqueri non poſſit, vt ſi ſit hernioſus, aut ſibi defluant inteſtina, &c. de quibus infra dicemus, adhibendus eſt Chirurgus, vel Medicus, vt viſitet, & referat, An de tali infirmitate conſtet. Paritèr, ſi torus animi deliquia pateretur, debet, explorando per pulſationem arteriarum, motum cordis, indagare, num ille verè deficiat, an ſimulet. *Si enim Reus in tormentis moreretur ex negligentia Iudicis*, puta nō adhibendo ad Torturam Peritos, vt præſcribitur; *vel culpa*, puta, quia nimis ſæuijt in torquendo modis inſolitis; aut non deponendo à tormento, dum Tortus incæpit deficere, *Iudex homicidij Reus haberetur*: & quidem lata culpa, quia diligentiam à lege iniunctam omiſit; & ſic fieret, vltra alias pœnas ſibi debitas, etiam Irregularis; hoc verò non eſſet, ſi ex omiſſione Peritorum perpetuò debilitatus aliquo membro, (ita vt inutile totaliter ſibi redderetur) euaderet Tortus. Licet enim, vt paulò ſupra diximus, ſic debilitatus mutilato æquiparetur; per mutilationem autem membri ſecutam, etiam præter intentum mandantis, Clericus euadat irregularis, vt habet quædam *Decretalis*, (*f*) tamen, vt ibi habet *Gloſſa*, non fit irregularis Clericus, niſi ſequatur mutilatio formalis, puta detruncatio membri à corpore, & non ſufficit debilitatio, quæ eſt tantùm mutilatio æquiualentèr,

83. Doctiſſimus *Sanctorus*, (*g*) citando multos, opinatur irregularem fieri Iudicem, ſi ab eo, vt præfertur, Tortus remaneret cum brachio debilitato, ille enim diceretur mutilator; ſicut accipitur mutilatio pro tali debilitatione ad differentiam truncationis, quæ membrum ex toto abſcindit; & pro hac ſententia citat *Angelum*, qui dat quædam *iura*, *Tabienam*, *Roſellam*, & *Panormitanum*, qui aſſerit idem eſſe mutilare, ac debilitare. Sed doctiſſimi viri, ſalua reuerentia, ſuſtineri non poteſt, quia certiſſimum eſt, quod nulla irregularitas incurritur, niſi ſit in *iure* expreſſa, (*h*) non reperitur autem in *iure*, quod debilitatio membri inducat irregularitatem, neque veniat nomine mutilationis; nam mutilatio, prout habet quædam *Gloſſa* notabilis, (*i*) fit per ſeparationem membri, & ex hac optimè inducitur irregularitas, vt multi *Canones* (*l*) ſanciunt; & in quodam *Capitulo*, (*m*) ponitur differentia inter interfectionem, truncationem, & membri debilitationem, & licet ibi dicatur, quod, *qui interfecerit, truncauerit, vel membris debilitauerit velut homicida iudicabitur*, tamen hoc debet accipi quantum ad pœnam legalem, & ſpiritualem, non autem quo ad irregularitatem, vt explicat *Gloſſa*, cuiuſdam *Decretalis*, (*n*) in qua dicitur, quod *teneatur vt homicida*, qui dat potionē mulieri ad impediendam conceptionē; tenetur enim, vt *homicida* quo ad prædictas pœnas, non verò quo ad irregularitatem. Nec me mouet auctoritas *Angeli* adducta à *Sanctoro*, etenim iura, quæ adducit non cogunt, quia in *l. Idem Opbilius ff. de ædilit. edict.* non habetur, niſi quod qui debilitatus eſt membro, quominùs eo vti poſſit etiam poſt curationem, non videtur ſanus, quod concedo; ſed nihil hoc facit ad intentum. *Clementina vnica de Homicidio* in Textu nihil habet ad rem, dicit tantùm *Gloſſa notabilis*, quod occidens, & mutilans æquè incurrunt irregularitatem; ſed declarat, quod *Mutilatio fit per ſeparationem membri, & debilitatio eſt, quando non fit ſeparatio, ſed fit corpus debile.* Vnde infertur, quod mutilatio non venit no-

mine debilitationis, & ſic non punitur debilitatio, ſicut mutilatio pœna irregularitatis. *Capitulum Quicumque percuti* 23.*q.* *vlt.*dicit, quod iudicatur, vt homicida quicunque interficit, truncat, vel membris debilitat; ſed iam explicauimus, quod hoc accipitur de pœna legali, aut ſpirituali, non de irregularitate, vt ex alia *Gloſſa* probatum eſt. *Tabiena* pariter citata per *Sanctorum* nihil determinat, ſed recitat opinionem *Panormitani*, qui tenet prò, & contrà; *Roſellam*, quæ diſtinguit, quod ſi debilitatio eſt membri occulti non facientis ad decorem non incurritur irregularitas; ſecùs ſi eſt membri, per quod homo deformetur; *Angelum*, qui diſtinguit inter parum, vel multum debilitatum, dicendo, quod primo caſu non incurritur, ſed benè in ſecundo. Et tandem recitat opinionem quorundam dicentium, quod ſi per debilitationem aliquis impeditur ad recipiendos Ordines, ille, qui debilitauit fit irregularis, ſecùs minimè. Et hoc vltimum dictum ipſe Author impugnat, ſed cum quibus ſentiat non ſe declarat; & ita non poterat citari pro vna, vel altera ſententia. *Panormitanus* habet quidem, *(o)* quod mutilatio membri eſt, quando impeditur officium membri; & quod per mutilationem, ſicut & per truncationem inducitur irregularitas; ſed dicto primo opponitur *Gloſſa Clementinæ* vnicę de homicidio, quam citauimus; & dicto ſecundo opponitur alia *Gloſſa capituli final de homicid. in* 6. quam dedimus ſupra. Inſuper opponitur dictum ipſius *Panormitani*, qui in *cap.*1.*n.*9. *Ne Clerici, vel vouentes*, dicit taliter debilitantem, minimè reddi irregularem; tum quia priuari non dicitur aliquis membro, quod habet, licet illud ſit ineſſicax ad agendum, vt deducitur ex *capite ſicut vrgeri* 1.*q.*1. tum quia membrum debilitatum ſi non ad vſum, ſeruit tamen ad complementum corporis; tum quia in pœnis ſemper eſt mitior facienda interpretatio. Addo ampliùs, quod omnes prædicti, qui videntur aliter ſentire loquuntur de debilitatione, quæ fit ex violenta, & iniuſta percuſſione, quæ longè diuerſa eſt ab ea, quæ ſequitur ex Tortura; tum quia hæc ſine peccato fit; ſupponitur enim, quod ſit ſecundùm leges data, licet deficiat in cautela, quam deberet adhibere *Iudex*, tùm quia eſt præter intentum torquentis, quod ſequatur debilitatio, quod non eſt in percuſſione. Vnde concludo minimè fieri irregularem tali eaſu *Iudicem*, etiam ſi dictaret ſententiam, vt *Reus* per tormenta debilitaretur, vt pluribus citatis probat *Leander*. *(p)*

84. *Tortura ſuper eodem articulo, niſi clariora indicia ſuperueniant, repeti non poteſt*. Agitur hic de repetitione Torturæ, pro qua ſciendum, quod quando indicia non ſunt vrgentiſſima, & indubitata, maximè, quando ſunt tantùm ſufficientia ad Torturam; ſemel tantùm, & quidem leuiter, torquendus eſt *Reus*; quia cum indicia ſint debilia, vt ſupponimus, & tantùm ſufficientia ad Torturam, illà ſemel illatà, purgantur omnia indicia tam pro ſe, quàm pro Complicibus, & debet *Reus* abſolui cum clauſula *Rebus ſic ſtantibus*, *&c.* nec poteſt ampliùs torqueri niſi noua appareant indicia. *(q)* Et hoc vult dicere *Textus*, dum ait, quod *Tortura ſuper eodem articulo*, puta crimine, illata ſcilicèt ex indicijs non multum vrgentibus, ſed tantùm ſufficientibus ad Torturam, *niſi clariora indicia, ſuperueniant repeti non poteſt*; hoc eſt, ſi cauſa adhuc pendente vrgentiora indicia appareant, poteſt torqueri iterum: Sed ſi cauſa terminata eſt, & abſolutus *Reus* eum clauſula *Rebus ſic ſtantibus*, *&c.* aut *Reum repertum fuiſſe minimè puuibilem*, *&c.* ſuperuenientibus clarioribus indicijs iterum poterit torqueri. Sed hic aduertendum, quod indicia prima, quia per primam Torturam ſunt euacuata, non poſſunt cumulari cum alijs ſuperuenientibus, & denuò ſuper iiſdem torqueri; ſed indicia noua talia debent ex ſe eſſe, vt per ea ſimpliciter, ac ſi alia minimè præceſſiſſent poſſit noua Tortura inſtitui.

85. Cæterùm, ſi indicia multùm vrgentia ſint, poterit *Iudex* grauitèr, puta vſque ad 40. minuta, hoc eſt duas tertias partes vnius horæ, ipſum ſune torquere; & ſi vrgentiſſima, & indubitata fuerint, poterit *acritèr*, hoc eſt, per horam *integram*, & in atrociſſimo crimine etiam per horam, & quadrantem, cum tribus ad plus quaſſationibus, vt ſupra diximus. Tali caſu poteſt tormenti durationem in tria ſpatia diuidere, & non per hoc dicitur ſuper eodem crimine repetita Tortura, quia nec prima, nec ſecunda vice fuit completè tortus, iuxta indiciorum exigentiam. Proindè debet *Iudex* in decreto adnotare, quod *quia Reus fuit leuitèr tortus, puta per decem minuta, vel per quadrantem horæ*, *&* *indi-*

indicia ſunt multùm vrgentia, ideò deponi mandauit animo tamen continuandi Torturam tempore congruo, & prout expediens iudicauerit; & tunc poterit ſequenti, vel altera die, vt *Iudici* opportunum videbitur torquere, & hoc ſtatuunt communiter *Doctores*. *(r)*

86. Repetitur pariter Tortura etiam, quando *Reus* confeſſus, ſiue conuictus, ſuper principali, rigoroſè examinatur ſuper Complicibus, prout paulò ſupra dictum eſt. Pariterque, quando confeſſus in tormentis in ratificatione extra cameram tormentorum negaret, poteſt repeti Tortura, vt ſupra diximus. Itidem repetitur Tortura caſu, quo *Reus* nollet dare vllo modo reſponſum, vel interrogatus de vno, reſpondet de alio, & pluries inſtatus, & monitus, vt ad interrogata reſpondeat, taciturnus perſiſtit, vel non reſpondet ad propoſitum, vel ſe fingit dementatum; vel *Iudicem* irridet, tunc enim Tortura datur præcisè cum clauſula, *quod datur ſimpliciter ad habendum ab eo reſponſum*; quod ſi in examine poſteà eſt negatiuus, & adſunt indicia contra eum ad Torturam, torqueri iterum poterit pro qualitate indiciorum; & ſi fatetur in tormentis proprium delictum, in quo habet Complices, & confeſſionem ratificet, ſed interrogatus de Complicibus, non vult reuelare, iterum poteſt torque i; & facta, & ratificata confeſſione ſuper Socijs iterum debet torqueri leuiter ad probandam infamiam, & in caput Sociorum.

87. Nec facit contra hoc illud, quod ſupra dictum eſt, quod *Reus* non poteſt torqueri vltra tres vices; quia debet intelligi de Tortura ſuper eodem delicto, ſiue indicio, ſiue cauſa; ſed in caſu quatuor eſſent cauſæ diuerſæ, puta negatio reſponſionis, negatio delicti, negatio complicum, & infamia, quarum quæuis ſuam Torturam requirit. Tandem, ſi indiciatus eſt *Reus* de pluribus delictis, & de vno adſunt indicia vrgentia, & de alijs indicia minimè ſufficientia ad Torturam, poteſt torqueri pro illo delicto, de quo indiciatus ad Torturam fuit. Quod, ſi in alijs negatiuus eſt, & ſuperueniant poſteà grauiora indicia, poterit vtique denuò torqueri; ſed debent inter primam Torturam completam, & ſecundam mediare 40. dies, vt dicunt *Doctores*. *(s)* Et aduertendum, quod repetitio Torturæ non debet fieri vno, & eodem die, ſed ſeparatim, & interpolatis diebus, licet fiat ſuper vno delicto. *(t)*

88. *Contra maleficia, quæ aliquando fieri ſolent à Reis, ne in tormentis confiteantur, vtuntur Iudices probatis cautelis expoliando illos, & alijs veſtibus induendo.* Licet enim antequam *Reus* Torturæ ſubijciatur ſpolietur; tamen gratia honeſtatis relinquuntur illi fœmoralia. Caſu ergo, quo *Reus* dormiat, rideat, *Iudici* inſultet, oſtendens nullum dolorem ex fune ſibi incuti; detrahuntur illi fœmoralia, quæ geſtat, & nouis cooperitur, in illis enim potuerunt occultari ſigna ſortilegij malefici, quibus ſtantibus Diabolus impedit ne Torturam ſentiat. *Diligenter per partes corporis inueſtigando, ſi quid in ore, vel alio loco abſcondant*, puta in naribus, auribus, inter digitos pedum, ſubtùs vngues manuū, & pedum; & quia multoties ſigna maleficij inglutiuntur, datur *Reis* aqua tepida ad bibendum, & immiſſa per vim penna in os, prouocatur illis vomitus, vt euomant, quod deglutierunt; paritèr immittuntur illis clyſteres laxatiui, vt aluo ſubſubducta, ſi quid fortè per anum in inteſtinum rectum immiſerunt, expellatur; *pilos radendo* etiam, quia multoties maleficij ſigna conſiſtunt in quibuſdam nodis, qui fiunt ex proprijs capillis, aut pilis pubis, aut axillarum, aut pectoris, ſi multùm piloſi ſint *Rei*; *tormenti genus mutando*, plerumque enim talia ſortilegia ſunt pro vno tantùm genere tormentorum, & præcipuè funis; vnde ſi hoc non proficit, poteſt ſecurè *Iudex* tormenti genus mutare, & conſueta adhibere, & etiam inſolita, citra periculum tamen vitæ *Rei*, adinuenire. Et quia aliquoties neque talia remedia proſunt, quia maleficij ſignum non conſiſtit in ſcriptura, aut rebus materialibus, aut characteribus, ſed in verbis, alia diligentia adhibenda eſt. Scribunt nonnulli, quod contra hæc *Iudex* debet *Reum* ſemper interrogare, & inſtare, vt reſpondeat, ne iſte poſſit verba maleficij ſubmurmurare. Sed debilis eſt talis diligentia, quia poteſt *Reus* nihil *Iudici* reſpondere, & verba incantationis ſuæ ſecretò proferre. Remedium verum contra hoc eſt, quod Cuſtos Carceris ex improuiſo, & dum *Reus* neſcit ſe debere ad examen duci, ferreas manicas manibus ipſius inijciat, &, immiſſio in os torquendi ligno, cogat eum aperto ore perſiſtere, & ſtatim ad *Iudicem* ducat, & facta ſibi interrogatione, tùm

Cuſtos Carceris, ſiue alius, lignum extrahat, vt reſpondere poſſit; & ſi *Reus* adhuc negatiuus eſt, antequam *Iudex* iubeat expoliari, ligari, admoueri funi, & eleuari, immittatur denuò lignum in os, ne verba proferre poſſit; nec ſibi tollatur, donec ſuſpenſus non fuerit. Ratio eſt, quia talia verba pronunciari incipiunt in Carcere, dum *Reus* ad bancum iuris vocatur; poſteà alia pronunciantur dum alligatur; alia dum eleuatur; & alia dum eſt ſuſpenſus; & ſi omnia ſuis temporibus non pronunciantur, non proſunt ad intentum. Sunt etiam alia remedia, de quibus poſſunt videri *Paulus Gryllandus*, *Chartarius*, (u) *Caualcantius*, *Guazzinus*, & alij.

89. Aduertat autem *Iudex*, quod ſi aut in veſtibus, aut in corpore *Rei* inueniret ſignum euidens talis maleficij diabolici, vt ſcripturæ cum figuris, aut characteribus ſuſpectis, debet leuare manum à proceſſu, interponendo decretum, *quod quia tale ſignum ſuſpectum inuenit, decreuit eius notitiam ad Fidei Tribunal deferre*, nec ampliùs procedere in cauſa, donec *Inquiſitor* compleuerit, quæ ad eum ſpectant circa *Reum*. Iſte enim ob hoc nouum crimen puniendus eſt, (x) & nonniſi ab *Inquiſitore*, cuius iudicium intercidit cognitionem alterius delicti.

90. *Ieiuni, & poſt factam digeſtionem torquendi ſunt, Fune præcipuè, &c.* Et hoc communiter ſeruari, poſt multos docet *Clarus*. (z) Sufficiunt autem ſeptem horæ ab vltima comeſtione, vt vult *Ambroſinus*; & ſi *Iudex* hoc non ſeruaſſet, & Torto accidiſſent in tormentis ſymptomata, vomitus violenti, aut periculoſa deliquia, deberet à Superiore puniri ex lata culpa; omiſiſſet enim, quod expreſsè per noſtram legem ſibi iniungitur, vltra generalem conſuetudinem omnium iudicantium. (a)

91. Reſtat nunc aliquid dicendum de gradibus Torturæ, & in hoc diſcrepant *Doctores*, nam nonnulli diuidunt Torturam in quinque gradus, quorum primus eſt minæ de torquendo; ſecundus conductio ad locum Torturæ; tertius ſpoliatio, & ligatura; quartus eleuatio; quintus quaſſatio funis. Alij diuidunt paritèr in quinque, ſed differunt à prædictis in aſſignando eos, dicunt enim, quod primus eſt ſpoliatio, ligatio, & funi applicatio; ſecundus eſt eleuatio in altum, & detentio per ſpatium vnius *Miſerere*; tertius detentio per duo *Miſerere*; quartus detentio per trientem, ſemiſſem, vel per integram horam cum vna, vel pluribus quaſſationibus; quintus alligatio compedum, vel alterius ponderis ad pedes Suſpenſi, additis hoc modo quaſſationibus. (b) Alij diuidunt Torturam in tres gradus, & ita ſeruari in *Senatu Mediolanenſi* teſtatur *Clarus*, (c) primus eſt minæ de torquendo, ſpoliatio, & ligatura; ſecundus eſt ſuſpenſio, & interrogatio in tormentis; tertius eſt quaſſatio ad duos ictus Funis, vltra quos non proceditur. Quidquid ſit de Curijs Sæcularibus æquior, & rationabilior eſt prima diuiſio, quam non improbat *Clarus* loco citato, & apud Religioſos practicanda eſt, cum minor eſſe debeat Tortura Clericorum, quam Laicorum, vt *Doctores* (d) communitèr affirmant. Ratio eſt, quia non ſolùm omne corporis afflictiuum ex ſenſatione doloriſica, ſed etiam ex apprehenſione, venit nomine Torturæ; videmus enim, quod ex apprehenſione immutatur color in facie, riget, & tremat corpus, eriguntur crines, ſoluitur aluus, & ſi longa eſt, emaciatur corpus; & ſi fortis eſt, & vehemens, inducitur mors, & hoc experientialitèr ego vidi in quodam *Patre* graui, integerrimæ vitæ, & magnæ nobilitatis, & famæ, qui cum accuſatus fuiſſet de crimine, cuius erat innocentiſſimus, & ex præpotentia æmulorum apud *Superiorem Generalem* grauatus fuiſſet, & contra iuſtitiam nunquã auditus, apprehendens iacturam ſuæ exiſtimationis, emaciatus, & fractis viribus decubuit, & abſque vlla corporis infirmitate, ſed ex ſolis pathematibus animi, occubuit, hoc teſtante Medico, qui dicebat in Arte *Galeni* non reperiri remedia pro morbis animi, de quibus incœpit, ſed non abſoluit librum *Galenus* ipſe.

92. Minæ ergo de torquendo, optimè erũt gradus Torturæ, & maximè ſi illi, quibus fiunt, ſint puſillanimes, vt in pluribus ſunt Religioſi; ex illis enim incutitur metus, quo mouetur animus, & torquetur corpus, vt ex *Baldo* colligit *Marſilius*, quem refert *Clarus*, (e) qui dicit, quod ita concludunt omnes. Præter quam quod ſi debet *Reus* ratificare confeſſionem, quamuis minimè fuerit tortus, ſed ſibi tantùm incuſſæ minæ de torquendo, vt expreſsè habet *Farinacius* (f) clarè conuincitur, quod minæ ſunt gradus tormenti, aliàs non requireretur ratificatio. Paritèr conductio

ductio ad locum Torturæ; ſecundus gradus Torturæ eſt enim ex apprehenſione: & aſpectu inſtrumenti ad torquendum, commouetur animus ad maiorem metum, quàm incuſſum per minas; ita vt non pauci adducti ad cameram tormentorum ex ſolo aſpectu funis pendentis animo deficiunt; & multi fœmoralia ſtercorizant, & à conſummatis *Iudicibus*, non ſemel audiui, conſultò *Iudices* velle ieiunos, & facta digeſtione, & egeſtione conſtituendos in rigoroſo examine, ne coram ſe tales ſpurcitias ex metu committant. Præter quàm quod, ſi ratificatio debet fieri ad bancum iuris, & extra cameram tormentorum, vt omnes *Criminaliſtæ* affirmant, (g) ſignum eſt, quod camera tormentorum etiam inter tormenta computatur. Spoliatio, & ligatura eſt tertius gradus torturæ; ſpoliatio enim tum afficit hominem verecundia, & pudore, dum nudus coram multis ſtatuitur; tum afficere poteſt paſſione ſenſibili, ſi tempus eſt hybernum, & frigore torquetur corpus. Ligatura autem maximè, ſi eſt exceſſiuè ſtricta, aut duro Fune, aut cum Taxillis, Tortura, & quidem grauis ex ſe eſt, vt dicit *Clarus*, (h) qui teſtatur quendam Medicum plus paſſum fuiſſe in ſola ligatura, quam alium in Tortura, Concludo ergo, quod ſecundùm aſſignatos gradus, prudens *Iudex Regularis* poterit regulare Torturam pro modo indiciorum.

T E X T V S.

§.VIII. Decretum Torturæ inferendæ non debet fieri, niſi in loco, & actu torturandi, ne Reus à decreto appellet. Præmiſſa igitur vehementi admonitione, & minis, duci faciat Reum ad locum tormentorum, & funi ligari, & tunc decretum apponat, à quo ſi appellet, non curet, ſed ſcribi faciat *eum appellaſſe ad effugienda tormenta*. Omnia, quæ dicit, quæ facit Reus in tormentis, etiam ſuſpiria, Notarius, ad vnum, deſcribere debet in actis. Horologium pulueris ſuis quadrantibus ſignatum teneat Iudex, dum torquetur Reus, quod ab omnibus videatur, à Reo autem minimè.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

93. *Decretum Torturæ inferendæ, quo caſu fieri debeat in loco, & actu Torturæ.*
Ordo iuris non ſeruatur, vbi periculum eſt in mora.
94. *A decreto Torturæ datur appellatio.*
Facta appellatione à decreto Torturæ, Iudex debet ſuſpendere.
A comminatione Torturæ datur Appellatio.
Sententia negans dari Appellationem à decreto Torturæ, eſt irrationabilis, & periculoſa.
95. *Confirmatur ex decreto Sac. Congregationis, & Textus, quod à decreto Torturæ datur Appellatio.*
96. *Conſuetudo ſine ratione, eſt vetuſtas erroris.*
Conſuetudo irrationabilis non habet vim.
Statuta Laicorum non faciunt pro Regularibus.
97. *Confirmatur per legem Cæſaream, quod datur Appellatio à decreto Torturæ.*
98. *Ridicula cautela ne quis à decreto Torturæ poſſit appellare.*
Reijcitur multipliciter.
Appellatio antecedens grauamen ſuſtinetur, ſi illud eſt irreparabile per Appellationem ſubſequentem.
99. *Cautela ſupradicta continet repugnantia, & denuò impugnatur.*
Ante Torturam ferendum eſt decretum continens omnia releuantia contra Reum.
100. *Concluditur, quod inter Nos deferendum eſt Appellationi à decreto Torturæ.*
101. *In Appellatione à decreto Torturæ, debet exprimi cauſa.*
Quæ cauſa aſſignari poſſit.
102. *Rei torti dicta, & facta ſunt ſcribenda adamuſſim.*

Ra-

Ratio, ob quam talis deſcriptio, eſt facienda.
103. *Horologium pulueris tenendum eſt, dum datur Tortura.*

93. Textus iſte valdè difficilis eſt, & multos poteſt decipere, niſi benè intelligatur, videtur enim prima facie innuere, quod *Iudex* Appellationi à Tortura deferre non debeat, & ex conſequenti Appellatio à Tortura non ſuſtineatur, quod falſum eſt, vt videbimus. Dico ergo, quod *Textus* hic debet accipi non de omni Tortura, vt Flagellatione, Arctatione, Sibilis, &c. ſed tantùm de Fune, & in atrociſſimo caſu, & tali, quod per diſpendium temporis cauſa periclitaretur per fugam *Rei*, Subornationem, Violentiam, &c. Si enim *Iudex*, hoc præuideat *decretum Torturæ inferendæ non debet fieri, niſi in loco, & actu torturandi, ne Reus à decreto appellet*. Etenim in caſibus ſimilibus proceditur ex abrupto, & non ſeruato iuris ordine: in caſibus enim, vbi periculum eſt in mora, non ſeruatur totaliter ordo iuris, vt dicunt *Doctores*; *(i)* & proindè vtendum eſt cautelis inuſitatis, quæ extra illos caſus minimè prodeſſent; vnde *præmiſſa monitione, & minis duci faciat Reum, &c.* & ſic arte deludere poteſt *Iudex* violentiam, aut indebita media, quæ poſſunt iuſtitiæ præiudicium inferre. Nec aliter exponi poteſt *Textus* à pijſſimis, prudentiſſimis, & Doctiſſimis Patribus digeſtus; tum quia de *Fune* ſolo apertè loquitur, quem in ſolis atrociſſimis adhibendum præſcribit; tùm quia, ſi vniuerſaliter ita intelligeret, ſanciret contra rationem, æquitatem, & communem ſenſum *Doctorum* de hac materia ſcribentium, quod nullo modo præſumi poteſt de *Textu* noſtro tanta ponderatione, & maturitate digeſto.

94. Sciendum ergo, quod optimè datur appellatio à decreto Torturæ, & hoc manifeſtè conuincitur ex decreto *Sacræ Congregationis Epiſcoporum* ex oraculo *Vrbani Octaui*, quod refertur à multis. *(l)* Cum enim decretum de torquendo interlocutorium ſit, & appellationes ab interlocutoria viderentur ſublatæ per *Concilium*, *Sacra Congregatio* declarando mentem *Concilij*, ait: quod optimè datur appellatio ab interlocutoria, quæ vel habet vim diffinitiuæ; vel continet grauamen, quod per diffinitiuam reparari non poteſt, & ſic expreſsè habet. *Cum à grauamine, quod per diffinitiuam reparari nequit, vt indebitæ carcerationis, vel Torturæ, aut Excommunicationis, etiam comminatæ appellatur, nonniſi viſis actis, ex quibus euidenter appareat de grauamine, Appellatio admittatur, aut inhibitio, vel prouiſio aliqua concedatur*; & loquitur decretum de *Iudice ad quem*, qui non poteſt cognoſcere de Appellatione, niſi *viſis actis*, ſed benè vigente effectu Appellationis, qui eſt ſuſpenſio executionis. Et quod facta Appellatione à decreto Torturæ *Iudex* debeat ſuperſedere; & non ſolùm à decreto, ſed etiam à comminatione Torturæ, ex relatione multorum probat *Clarus*, *(m)* qui ſubiungit hoc non ſeruari in *Senatu Mediolanenſi*, quia ibi ſublatæ ſunt omnes Appellationes ab interlocutoria in criminalibus, per Municipales conſtitutiones. Cæterùm à decreto Torturæ Appellationem dari, quando delictum non eſt ſemiplenè probatum; aut factis defenſionibus non remanet ſemiplenè probatum, multis citatis *(n)* tenet *Sgroi*, qui ex *Lancellotto*, *Chartario*, *Farinacio*, *Tuſco*, & *Scaccia* ampliat etiam ad Appellationem à decreto Torturæ pro reſponſione affirmatiua, vel negatiua; & etiam à comminatione Torturæ. Hoc idem docet etiam *Bictus*, *(o)* qui citat multos, & dicit, quod, cum agatur de damno irreparabili, interpoſità Appellatione, nihil eſſe innouandum, & quod confeſſio extorta pendente Appellatione à decreto Torturæ, eſt ipſo iure nulla; licet inconſtans, mutet poſteà ſententiam in *Praxi*, vt infra videbimus. Hoc pariter multis per eum citatis, docet *Conciolus*, *(p)* qui ait, quod *Iudex* debet interloqui contra *Reum*, *Adeſſe indicia ſufficientia ad Torturam*: ita vt ab eius pronunciatione valeat *Reus* appellare, cum contraria practica faciendi dictum decretum ſecretum, ita vt non liceat *Reo* appellare, omninò impugnetur; Et reuera contra rationem, æquitatem, & leges eſt, & dat anſam *Iudici* parum timenti *Deum*, & occultè animoſo contra *Reum*, propriam rabiem impunè exercendi. Quod euidentiſſimè demonſtro.

95. Ex citato enim decreto *Sacræ Congregationis* habemus expreſsè Appellationem à decreto Torturæ dari, cum ergo tale decretum vim legis habeat, non eſt, vnde obſeruari non debeat. Quod confirmo ampliùs ex *Textu* ipſo ſupra, *(q)* vbi ſic

ſic habet; *Si* (grauamen) *reparari non poteſt, vt accidit in carceratione indebita*, in Tortura, *in Excommunicatione, etiam comminata, Suſpenſione, Interdicto, quæ ſunt damna irreparabilia, vel interlocutoria vim diffinitiuæ haberet, tunc appellationem acceptare tenetur*. Si ergo *Textus*, quē modò exponimus vniuerſaliter acciperetur, aut vniuerſaliter de omni Tortura; aut de Tortura *Funis* in quocunque caſu, in quo adhiberi poteſt; eſſet contradictio irreconciliabilis, quæ nullo modo admitti poteſt; proindè, vt cohæreat exponendus eſt, quod intelligatur tantùm de caſu, in quo regula iuris eſt, regulas iuris non ſeruare ob bonum publicum iuſtitiæ, vt diximus. Præter quam quod ex omnium *Doctorum (r)* conſenſu talis concluſio firmatur, puta, quod à decreto Torturæ appellatio ſuſtinetur.

96. Nec facit contra hoc conſuetudo *Iudicum* Sæcularium, de quibus dicit *Maranta*, relatus per *Clarum*, (*s*) quod *Solent cauti Iudices non interponere decretum palam de torquendo Reum, ne detur materia appellandi, ſed ducto Reo ad locum Torturæ, ſtatim, cum incipit ligari, ſolent interponere decretum de torquendo, & immediatè torquere*. Quam cautèlam amplexatus eſt *Ambroſinus*, & ex eo tranſcripſit *Bictus*, (*t*) & etiam imitatus eſt *Author* formularij, quod adnexum eſt *Textui* noſtro; & ab eodem *Ambroſino* mutuatus eſt *Sgroi*, (*u*) immemor eorum, quæ Capitulo præcedenti *num*.30. ſcripſerat, de Appellatione à decreto Torturæ. Sed quo ad conſuetudinem *Iudicum* Laicorum, hæc Nos minimè mouere debet, quia *Conſuetudo ſine ratione*, vt dicebat *Tertullianus*, *vetuſtas erroris eſt*, & à legibus vocatur potiùs *abuſus*, quàm conſuetudo, quæ rationi, & legibus contraria eſt; & proindè, quæ *iuri* aduerſatur irrationabilis eſt, nec vim obtinet, vt ait quadam *Decretalis*. (*x*) Non debemus *Pecudum more*, (vt lepidè ſcripſit Seneca) *ſequi antecedentium gregem, pergentes non quò eundum eſt, ſed quò itur*; ſed inquirere, ratione duce, an bona, vel mala conſuetudo ſit. Tribunalia Laica peculiaria habent Priuilegia, Conſtitutiones, & Conſuetudines; & fortè alicubi corruptelas; ſed Statuta pro illis non faciunt vniuerſaliter pro omnibus; in *Senatu Mediolani*, vt ex *Claro* recitauimus, ſublatæ in cauſa criminali ſunt omnes appellationes ab interlocutoria, talis conſtitutio non facit pro Nobis, quibus à *Sac. Congregatione* iniungitur ſuſtētabilis quæcumque Appellatio continens grauamen irreparabile. Conſuetudines, ſi legibus, aut rationi non innituntur, non ſunt extendendæ ad viros Religioſos, qui iuſtitiam à quacumque turpi lucro, & irrationabili ſeueritate alienam adminiſtrant. *Non enim* (vt optimè dixit *Sanctorus*) (*z*) *amplecti debemus corruptelam aliquorum Tribunalium*.

97. Quod autem talis Conſuetudo non admittendi Appellationem à decreto Torturæ, ſit euidenter contra legem Eccleſiaſticam, iam habemus ex recitato *Decreto Sacræ Congregationis*; ſed etiam expreſsè contra *legem Cæſaream*, quæ (*a*) ſic habet. *Ante Sententiam appellari poteſt, ſi quæſtionem* (hoc eſt Torturam) *in ciuili negotio habendam Iudex interlocutus ſit; vel in criminali ſi contra leges hoc faciat*. Caſu ergo quo *Iudex*, qui in Tortura decernenda regulare, debet à iure arbitrium ſuum, fatuè pronunciaret eſſe *Reum* torquendum, non conſtito de corpore delicti; aut non ſufficientibus indicijs extantibus; aut ijs plenè per *Aduocatum* euacuatis, nonnè decerneret *contra leges*, quæ ordinant, minimè poſſe *Reum* torqueri, niſi talia præceſſerint? Ergo in talibus caſibus ſuſtineri debet appellatio. Quis autem iudicabit indicia ſufficere, vel eſſe euacuata necnè? *Iudex* iudicat, *ſufficere*; Aduocatus è contrà, ait, *non ſufficere*; nunc *Iudex* pro Fiſco induit rationem partis; proindè *Iudicis ad quem* exquirenda eſt ſententia; aliter vnus, & idem erit *Iudex*, & pars, quod eſt legibus vetitum.

98. Videamus modo, quàm ridicula, & quā irrationabilis ſit hæc cautela. Hoc decretū vel debet intimari *Reo*, vel non. Si nō, ad quid illud ferre, cum poſſit in ſola mente *Iudicis* abſcondi; & iſte ſolùm iubere de facto Torturam? Sed debet omninò fieri, & ſcribi in actis, vt infra dicam. Si ſic, dum incipit legi decretum, vel immediatà lecto decreto nonnè poteſt dicere *Reus, Appello*? Tantùm nè temporis in hoc verbulo pronunciando requiritur, vt non poſſit ſufficere pro momento interiecto inter decretum, & Torturam? Quod ampliùs declaro. Quia vel decretum legitur *Reo* iam applicato tormentis, & torqueri incœpto; vel non incœpto torqueri. Si primum, ergo torquetur non præmiſſo decreto, quod eſt contrà ius. Si ſecundum, poteſt, lecto de-

decreto, *Reus* illicò dicere, *Appello*; & tunc dicere, quod non valet Appellatio, quia iàm *Reus* eſt in tormentis, eſt cautela ridicula, quæ deſtruit ſuppoſitum, puta, quod ipſe, licèt applicatus Torturæ inſtrumento, tamen adhùc torqueri non cæpit; & quod dicit *Author Formularij*, (b) de quo ſuprà, nempè *In executione decreti non admittitur Appellatio*, verum eſt, quandò decretum incæptum eſt exequi, ſed non ante executionem incæptam, vt ſupponimus. Præter quàm quod ſi *Aduocatus* prudens præuidens animoſitatem *Iudicis*, nomine *Rei*, in ſuis defenſionibus anticipatè appellat à decreto quocunque Torturæ, & prouocat ad Superiorem, præuidens irreparabile grauamen futurum, nonnè talis Appellatio ſuſtinenda eſt? Certè, ſi grauamen ſit irreparabile per Appellationem ſubſequentem, ſuſtinetur Appellatio interpoſita ab eo ferendo, vt docet *Paſſerinus*. (c) Dum autem dicitur, quod tali Appellationi, poſt decretum de torquendo, deferendum non eſt, certè, grauamen inferendum in Tortura erit ſecundùm ſe irreparabile per Appellationem ſubſequentem, & ita erit impedibile per Appellationem præcedentem. Et quid tunc proderit *cautis Iudicibus* cautela hæc, quam nec ſomniauit *Cepolla*?

99. Oſtenditur ampliùs, quod apud Nos, talem cautelam inter ſe pugnantia continere: etiam vt habemus ex *Textu*, & eſt communis ſententia *Iuriſperitorum*, Teſte *Bitto*, (d) qui multos citat; ante Torturam ferendum eſt decretum, de torquendo, in quo Iudex *debet Reo repræſentare, & congerere omnia indicia releuantia contra ipſum in actis exiſtentia*; & hoc idem multis paritèr ſecum vectis probat *Sgroi*, (e) qui ſubdit, quod, ſi fuerit illata nullo præcedente decreto *Iudicis*, diceretur indebitè, & nulliter lata; & quod in eo decreto debet declarari, quod deuenitur ad Torturam cum alitèr veritas non poſſit haberi; & ideò in dubio non habet locum Tortura, licet poſſit habere locum cum opinione probabili. Probauimus autem ſuprà, quod minæ de torquendo, adductio ad locum Torturæ, ſpoliatio, & ligatio ſunt tres gradus Torturæ; & dato etiã, quod velimus ſequi aliam diuiſionem eorum, qui ponunt minas, conductionem ad locum Torturæ ſpoliationem, & ligationem in primo gradu, profectò confiteri debet, quod alligatus funi *Reus* eſt in tormentis, in ligatione enim ad funem completur, ſecundùm hanc opinionem, quam etiam recitat, nec improbat *Sanctorus* ipſe (f) primus gradus Torturæ. Quomodo ergo poteſt ſtare, quod *Reus* primò, iuſſu *Iudicis*, funi alligetur, & tunc decretum de torquendo apponatur, ſi funi alligatus iam in Tortura eſt, & ex conſequenti talis Tortura, nempè ligatio, eſt lata, nullo prçuio decreto, & ideò iniuſta, & nulla? Quod ſi dicas decretum reſpicere nouum gradum Torturæ, qui ſequitur; talis reſponſio puerilis eſt, tum quia decretum de torquendo debet totalitèr omnem Torturam præcedere; tum quia debet continere vltimum terminum Torturę, vt per mediam horam, &c. quam in tres partes diuidere poteſt *Iudex*, vt diximus; nec ſit nouum decretum de torquendo, quando iam cæpta eſt Tortura, quæ ſemel decreta fuit.

100. Concludendum ergo, quod Appellatio à decreto Torturę ſuſtineri debeat; & hoc debet à *Iudice Reo* intimari, vt ſi appellare vult, hoc poſſit; & quod conſuetudo *Iudicum* Laicorum, quam impugnauimus, eſt irrationabilis, & iniuſta, & non debet inter Nos habere locum; & quod licet eam videatur amplecti *Textus* noſter, hoc non eſt vniuerſaliter intelligendum, ſed in caſu extraordinario, & atrociſſimo, vt ſuprà expoſuimus; & falsò *Textui* huic appoſita eſt citatio *Carauitæ ſuper Ritu* 259. *Magnæ Curiæ*, nam totum contrarium dicit *Carauita*, prout ipſum refert *Iulius Clarus* (g) dicit enim, quod à Tortura datur Appellatio, & *quod ita ſeruatur, & practicatur quotidiè*. Et qui benè cogitat, videre poterit, quæ abſurda, & inconuenientia ex tali conſuetudine, poſſent intra clauſtra euenire à *Iudice* animoſo. Vndè omnino eſt à Nobis ableganda.

101. Verùm, eſt aduertendum, quod cum in appellatione ab interlocutoria exprimi debeat, coram *Iudice à quo*, cauſa Appellationis, quæ cognoſci debet à Iudice *ad quem*, vt aliàs dictum eſt (h) in appellatione à decreto Torturæ, quod interlocutorium eſt, debet exprimi cauſa, ad hoc, vt valeat; ſufficit autem dicere *Appello, quia torqueri non debeo ob rationes ab Aduocato meo adductas in meis defenſionibus*. Et tunc ſi *Patronus* adduxit rationes euidenter nihil concludentes, & vt tales à toto *Diffinitorio* iudicatas, talem Appellationem, vt euidenter friuolam, poteſt reijcere

Iudex,

Iudex; & torquere; & vt cautiùs procedat, poteſt *Aduocatum* Peritum conſulere, vt iudicet, An nullæ ſint *Patroni* rationes; & ſi inualidæ euidentèr iudicentur, poteſt ſecurè ad Torturam deuenire, & non curare ampliùs de Appellatione, vt clarè friuola. Sed ſi rationes *Patroni* pro *Reo* ſint probabiles, deferat appellationi à Tortura, & ſuperſedeat, donec Superior decernat quid agendum. Et ideò, vt diximus, neceſſarium eſt, quod *Iudex* non curatà cautelà, quam impugnauimus, faciat palàm decretum ſuum de torquendo, & Reo intimet, & ſi non appellabit, procedat; ſin minùs ſuperſedeat.

102. *Omnia, quæ dicit, quæ facit Reus in tormentis, &c.* Hoc ab omnibus *Practicantibus* circa materiam criminalem aduertitur, & licèt videatur iuris ſolemnitas, qua omiſſa, non vitiaretur per hoc proceſſus; tamen plurimùm confert Iudici; quia ex multis circumſtantijs, puta Pallore, Sudore, Riſu, Taciturnitate, &c. *Rei* poteſt multa colligere, quæ moueant eius animum ad credendum *Reum* crimen commiſiſſe, vel non; multùm, vel parùm pati in tormentis; & alia, ex quibus *Iudex* reguletur ſecundùm prudentiam in procedendo; ſiuè mutando tormenta; ſiue ad pœnam extraordinariam condemnando; ſiuè dimittendo; & niſi adnotatæ eſſent tales circumſtantiæ, à quibus motus eſt, à *Iudice ad quem*, in caſu Appellationis, poſſet ſyndicari; & hoc rationabilitèr; videretur enim, abſque iuſto motiuo, proceſſiſſe, quod non fieret, ſi talia motiua fuiſſent in proceſſu debitè adnotata.

103. *Horologium pulueris ſuis quadrantibus ſignatum teneat Iudex, dùm torquetur Reus*; meliùs eſt, (vt plerique Iudices criminales Deum timentes conſueſcunt) habere quatuor ampullas horarias, quarum vna integram horam, ſecunda mediam horam, tertia quadrantem, & quarta octauam partem horæ metiatur: etenim fallax eſt diſtinctio extrinſeca ſignata ſuper vitro vnius ampullæ, quia, niſi puluis in ampulla orizontalitèr complanetur, ita vt æqualitèr in ipſa iaceat, nunquàm verè cognoſcitūr, quando lapſa ſit quarta, vel media pars horæ: ſi enim puluis ex vna, magis quam ex altera parte attollatur, poteſt vltra, vel citra tempus iuſtum *Reus* torqueri, cum grauamine iuſtitiæ, vel *Rei*. *Quod ab omnibus videatur*, puta Actuario, Medico, Aſſeſſoribus, ſi adſunt, ad hoc, vt videant *Iudicem* cum æquitate procedere; *à Reo autem minimè*; nè videns parùm temporis ſupereſſe ad terminandam Torturam, obfirmetur contra veritatem, & in negatiua perſiſtat.

TEXTVS.

§.IX. Antè Torturam omninò concedendæ ſunt Torquendo copia actorum, & defenſiones, nè ſinè legitima cauſa irretractabile tormentum ſibire cogatur: qui ſecùs fecerit, pœnas contrà malè torquentes fulminatas incurrat. Confeſſio, in tormentis facta, nulla eſt, niſi ſequenti die, a Reo poſito extra vincula, & timores ratificetur. Debiles, & Infirmi, Pueri, Senes, qui ſexageſimum annum attigerint; Patres grauiſſimi, quorum fama plurimum Religioni confert, torqueri non debent. Si autem caſus atrox adeò, & enormis accideret, vt aliud fieri oporteret, Reuerendiſſimi P.Generalis conſenſus accedat. Tortura Teſtium minor eſſe debet, quam Rei.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

104. *Defenſiones concedendæ antè Torturam.*

105. *Siuè Reus, ſiuè Teſtis ſit torquendus, dandæ ſunt illi defenſiones.*
Et hoc in quocumque genere Torturæ.
Arctatio eſt vera ſpecies Torturæ.

106. *Dictio* omninò, *quid importet.*
Defenſiones ante Torturam dandæ, licèt non petantur.

107. *Confeſſio in Tortura non valet, niſi ratificata poſt tormenta.*
Ratificatio debet fieri extrà locum, vbi Reus fuit tortus, & extra carcerem.

Ratificatio poſt Torturam quo tempore ſit facienda, eſt Iudici arbitrarium.
Quomodo facienda ſit ratificatio.
Cautela Iudicis ne Reum confeſſum ante ratificationem ſinat loqui cum aliquo.
Teſtes adhibere in ratificatione bonum eſt.

108. *Confeſſus in tormentis, & negans in ratificatione per tres vices, nequit quarta vice torqueri.*
An talis ſit abſoluendus, aut condemnandus, variæ opiniones.
Quandò condemnari poſſit in pœnam extraordinariam.

109. *Quid de eo, qui ter in tormentis promiſit confeſſionem, & extra tormenta noluit confiteri.*

110. *Qui torqueri non poſſint.*
Debiles, Infirmi, Pueri, Senes ſexagenarij nequeunt torqueri.
Non tamen ab omni genere Torturæ ſunt immunes debiles, & infirmi.

111. *Senes ſexagenarij non ſunt torquendi.*
Ætatis annorum 57. gaudent priuilegio Senectutis.
Senectus eſt morbus.
Pueri torquentur ferula.

112. *Patres grauiſſimi non torquendi.*
Nobiles non torquebantur, niſi in crimine læſæ Maieſtatis.
Nobilitas antiqua noſtro æuo maculata.
Conſtituti in Dignitate non torquentur.
Patres graues, grauiores, & grauiſſimi, qui dicantur.

113. *In caſu atroci, & enormi, cum conſenſu Generalis, torquentur etiam Patres grauiſſimi, & alij priuilegiati.*

114. *Teſtis mitius eſt torquendus, quam Reus.*
Tormentum Funis nunquam dandum eſt, apud Nos, Teſti.

104. CONcedendas eſſe *Reo* defenſiones omninò, etiam ſi à *Reo* minimè petantur ſolidè more ſuo probat *Sanctorus*, (i) & *Simancha* contra *Chartarium*; addens tunc ſolùm poſſe *Reum* torqueri ſine defenſionibus, quando oblatas noluerit, *vel ſi intimato ſibi decreto de Tortura inferenda, & monito, vt doceat quare torqueri non debeat, neglexerit*; Quibus verbis euidenter improbat praxim torquendi, quam ex *Ambroſino* ſequutus eſt Author *Formularij* adnexi *Textui* noſtro, quam paulò ſuprà impugnauimus; ſi enim decretum de Tortura inferenda intimari debet, & moneri *Reus*, vt doceat quare torqueri non debeat, vtiquè decretum, quod à *Formulario* præſcribitur ferendum, *Reo* Funi applicato, ne ipſe appellet, erit totaliter nullum, vt contra iuſtitiam. Etenim decretum illud de torquendo fieri nõ poteſt antè oblatas defenſiones, licèt enim *Iudex* ſufficientes poſſit iudicare informationes pro Fiſco ad Torturam, nequit tamen ſcire exceptiones, quas ferre poteſt *Reus* ad illas elidendas, proindè non viſis defenſionibus, non poteſt pronunciare, quod adhuc vigeant indicia ſufficientia ad Torturam. Oportet ergo, quod decretum de torquendo ſit poſt defenſiones. Si verò debet *Reo* intimari, *vt doceat quare torqueri non debeat*, vt dicit *Sanctorus*, neceſſariò ſequitur, quod *Reus* debet habere tempus ad dicendum adhuc, contra tale decretum, & conſequeuter ad appellandum, & ita non poteſt ferri decretum illud *Reo* iam Torturæ applicato, & ampliùs appellare non potenti.

105. *Antè Torturam ergo omnino concedendæ ſunt Torquendo* (ideſt illi, qui torqueri debet, ſiuè *Reus*, ſiuè Teſtis, ſiuè alius ſit, vt ſuo loco dicemus) *copia actorum, & defenſiones, ne ſine legitima cauſa irretractabile tormentum ſubire cogatur*. Aduertendum eſt hic, quod loquitur *Textus* de Tortura generaliter accepta, & non limitatur ad ſolum Funem, ſed Taxillos, Sibilos, aut Flagellationem; ſed procedit etiam in Carcere ad torturam, Arctatione, Ieiunijs, &c. Et benè aduertant ad hoc *Prælati*; aliquandò enim *Prouinciales* duræ ceruicis, & in ſua ignorantia obſtinati, decernunt *Arctationem* ſuo modo intellectam, puta carcerem cum triplicata Flagellatione, & ſeuero Ieiunio, nullo modo conceſsâ, imò *Reis* petentibus denegatâ copiâ indiciorum pro defenſionibus, dicendo *Arctationem* non eſſe Torturam; & abuſus iſte fortè etiam viget in aliquibus *Prouincijs*. Hoc nullo modo fieri poteſt, & peccant mortaliter *Iudices* ità facientes, quia *Reum* indefenſum Torturæ ſubijciunt, quod eſt contra ius Diuinum, & humanum. *Arctatio* enim vera Tortura eſt, & quidem grauis, & proindè grauioribus delictis adhibita; & ſpectata qualitate perſonæ, & diuturnitate durationis ipſius, poteſt eſſe gra-

grauior, quàm ſecreta alligatio ad Funem, quam diximus eſſe tertium gradum Torturæ per Funem; nemo tamen audebit concedere, quod poſſit deueniri ad talem alligationem, non præmiſſis defenſionibus. Quia ergo *Arctatio irretractabile tormentum eſt*, ante eam dandæ ſunt defenſiones, in quibus poteſt *Reus* ita eneruare indicia, quæ ſunt contrà ſe, quod non ſolùm ad *Arctationem* minimè ſufficiant, ſed etiam, quod, ex capite innocentiæ, ſit abſoluendus.

106. Et ponderanda eſt dictio *omninò*, quæ in hoc *Textu* apponitur; talis enim dictio, vt dicit *Felinus*, & alij, *(l)* idem importat, ac dictio *penitùs*, quæ eſt dictio præciſa, quæ nullam modificationem, ſeù reſtrictionem admittit, *(m)* & ſtat cum affirmatiua omnia comprehendendo, & cum negatiua omnia excludendo, dicitur enim, Illi de populo *omninò* conueniant, ideſt *quilibet de populo, & ſingulis, & omnibus comprehenſis* conueniat; nullus *omninò* intret; *omnes, & ſinguli* ſint excluſi; & dictio *omninò* comprehendit res, perſonas, tempus, modum, factum, & omnia, quæ poſſunt limitare. Dùm ergo dicitur, quod defenſiones dandæ *omninò* ſunt ante Torturam, intelligendum eſt, tùm de omnibus *Reis*, tum in omnibus caſibus, tùm in omni genere Torturæ, tùm ſiuè ſint petitæ, ſiuè non petitæ defenſiones. Nec eſt facienda vis in verbo *concedendæ*, ac ſi videatur dicere *Textus*, quod à Iudice *concedendæ*, ſi petantur ab eo, qui Torqueri debet; quia pro Torquendo petit lex, quæ iubet, eas eſſe *concedendas*, hoc eſt dandas *omninò*, puta illo petente, vel non. *Qui ſecius fecerit, &c.* De hoc ſuprà abundè dictum eſt.

107. *Confeſſio in tormentis facta nulla eſt, niſi ſequenti die à Reo poſito extrà vincula, & timores ratificetur.* Hanc practicam canonizat vniuerſalis conſenſus *Doctorum*, *(n)* ſed aduertendum circa hoc, quod licet *Textus* videatur dicere, quod ſufficiat, quod *Reus* ſit ſolutus à vinculis, & timore, & die ſequenti fiat ratificatio; tamen hoc verum non eſt, quia ſi talis ratificatio fieret in loco carceris, licet *Reus* non eſſet catenis, aut compedibus vinculatus; aut fieret in camera tormentorum, non valeret; debet enim fieri ad bancum iuris, hoc eſt in illa camera, vbi *Iudex* ſuum Tribunal erexit, & quod in ea non adſint, aut *Reus* videre non poſſit, inſtrumenta torquendi; & non debet eſſe *Reus* ligatus, ſed poſitus in libertate, cum debita tamen cautela, ne fugiat, puta cuſtodito forinſecùs oſtio cameræ à Cuſtode carceris, vel alijs. Pariter circa tempus, in quo fieri debeat talis ratificatio, ſciendum, quod in tantùm vetatur fieri eadem die Torturæ, in quantùm præſumitur, quod adhuc duret in *Reo* dolor ſeſitiuus ex Tortura adhibita, ob quam talis ratificatio poſſet aliquo modo cenſeri non libera, ſed facta ex tormenti dolore adhuc perſeuerante; ideò communitèr dicitur, quod fieri debeat tranſacto die naturali, puta ſpatio 24. horarum à Tortura. Sed licet hoc, vt in pluribus ſufficiat, tamen poteſt dari caſus, quod tale tempus adhuc non ſufficiat, vtpotè ſi acris fuit Tortura, tortuſque decumbat ex dolore adhuc perſeuerante; & & etiam, quod tantùm tempus non ſit neceſſarium, vtpotè, ſi fuiſſet leuiſſima Tortura, vt adductio ad locum, aut ſpoliatio; tali enim caſu, ſi ratificatio fieret, etiam non tranſacto integro die, optimè valeret; & ideò prout ex *Bartolo*, & alijs firmat *Clarus*, *(o)* iudicare, quando dolor potuerit in *Reo* ceſſare, & ratificationem ab eo haberi, eſt *Iudici* arbitrarium. Ratificatio autem debet eſſe expreſſa, ita vt repetat, & in ea confiteatur *Reus*, illud, quod in tormentis depoſuit; puta delictum cum omnibus circumſtantijs loci, temporis, perſonę, modi &c. Complices in mandando, conſulendo, adiuuando, &c. & bonum eſt, ſi *Iudex* interroget hoc modo; puta *Num recordetur eorum, quæ dixit coram ſe tali die? Quid dixerit? Quare ita dixerit? An ſint vera? An aliorum tormentorum metu ita dicat, &c.* & omnes neruos intendere debet *Iudex*, vt appareat, *Reum* ſpontè confiteri malefacta ſua. Et bona eſt cautela *Andreæ de Iſernia* relata per *Clarum*, *(p)* quod nempè *Reum* confeſſum in tormentis *Iudex* non ſinat loqui cum aliquo, donec ratificauerit confeſſionem, quia de facili poteſt inſtrui, vt eam retractet. Licet verò *Iudices* Laici non ſoleant Teſtes adhibere ad actum ratificationis, tamen, cum iſte ſit actus extremi præiudicij ipſi *Reo*, tutius eſt, ipſos adhibere, hoc enim modo vindicatur *Iudex* à calumnia, quam impingere ſibi poſſent maleuoli, & etiam *Aduocatus Rei* allegantis contra ſuam confeſſionem; puta quod *Iudex* nouis minis, aut ſuaſionibus, aut ſub promiſſione impunitatis, ipſum induxerit; ceſſant verò omnia hæc,

ſi Teſtes adhibeantur. Et tandem ratificationi ſuæ debet *Reus* ſe ſubſcribere, & ſi neſcit, ſignum Crucis apponere.

108. Ponamus autèm, quod *Reus* ſemèl tortus, & in tormẽtis confeſſus, renuat ratificare, iterumquè tortus, & paritèr confeſſus in Tortura, in ratificatione reuocet confeſſionem, poteſt nè *Iudex* tandiù torquere, donèc confeſſionem ratificet? Dico, quod vltrà tres vices torqueri non poteſt, nec debet; nec enim poteſt quarta vice torqueri, niſi noua superueniat indicia, vt benè docet *Caualcantius*. (q) Si ergo in ſecunda Tortura confiteatur, & in ratificatione neget, & indicia ſufficeint quidèm ad Torturam, ſed non ſunt valde vrgentia, non poteſt repeti tertia Tortura, quià confeſſio facta in ſecunda Tortura non eſt indicium diuerſi generis à confeſſione facta in prima Tortura, vt benè, cum *Farinacio*, dicit *Sgroi*. (r) Sed ſi multum ſunt vrgentia indicia poteſt repeti tertia vice Tortura; & ſi iterum confiteatur, iterumquè in ratificatione neget, debet relaxari, & abſolui cum clauſula *ex hactenus deductis non eſſe probatum punibilem &c.* Et ita ſentit *Farinacius*. (s) Sed hæc opinio non placet *Sgroi*, qui ait, quod *Reus*, parùm in Tortura detentus poteſt, confiteri, exindè negare; & hoc facere bis, & ter, & ſic *Iudicem* eludere, & iuſtitiam fruſtrari: putat proindè cum *Caballo*, *Guazzino*, & *Caualcantio* (t) debere condemnari ad pœnam extraordinariam. Quia ſi Reus in Tortura negatiuus, grauatus indicijs indubitatis, non poteſt euadere pœnam extraordinariam; multò magis ita debet puniri, dum modicam Torturam ſuſtinuit. Mihi in hoc puncto videtur eſſe diſtinguendum ſic; vel, cùm primò fuit tortus, *Reus* perſeuerauit in Tortura per tempus quaſi completum, iuxtà decretum *Iudicis* de torquendo pro modo indiciorum; vel non. Si ſic, & in prima tortura confeſſus ratificare recuſat; in ſecunda Tortura debet detineri per tantum temporis, quod ſufficiat pro complendo tempore, quod debebatur ad integram Torturam, iuxta decretum factum, & etiam pro purgando nouo indicio, nato ex confeſſione in tormentis facta. Tunc ſi in hac ſecunda Tortura perſeuerat per tempus debitũ ad complementum torturæ decretæ, & ad euacuandum indicium confeſſionis, & in fine illius temporis vi tormenti victus fatetur delictum, & poſtea in ratificatione negat, non poteſt tertia vice torqueri, quia noua confeſſio, vt dicit *Sgroi*, non eſt indicium nouum differens à prima; & indicia, quæ Torturam præceſſerant, iam ſunt euacuata. Si verò in ſecunda Tortura modico tempore perſeuerans confeſſus eſt, & poſtea in ratificatione negauit; vtiquè procedit ad tertiam per tantum temporis, quantũ ad perfectam Torturam eſt neceſſarium; & ſi in ea perſeueret, & ſub fine illius confiteatur, & exindè ratificare renuat, abſoluendus eſt iuxta opinionem *Farinacij*; quià per debitam Torturam omnia indicia ſufficienter purgauit. Si autem computatis tribus Torturis non fuit ad exigentiam indiciorum tortus per tempus debitum, tùnc condemnandus eſt ad pœnam extraordinariam, habita ratione ſpatij, quod reliquum ſibi erat ad purganda plenè indicia. Nam pœna extraordinaria ſuccedit loco Torturæ, per quam purganda erant indicia; vndè ſi paruum, aut magnum tempus Torturæ ſupererat ad eam complendam, grauis, aut leuis debet eſſe, & ad geometricam proportionem, pœna extraordinaria illi correſpondens; & ſic accipienda eſt opinio *Sgroi*; & aliorum.

109. **Quid autem iuris ſi *Reus* vix ſuſpenſus in aere, clamet *demittite me, & dicam veritatem*, & demiſſus ſtatim neget delictum?** Dico, quod poteſt iterum eleuari; ſicuti etiam, ſi accideret *Reo* neceſſitas corporalis, demittitur ad leuandum corpus, quo peracto iterum attollitur, (u) & non poteſt per hoc dici, quod Tortura eadem die repetatur, ſed eadem dicitur continuari. Et ſi per très vices hoc faciat? Dico, quod tertia vice quantumuis dicat *Reus demittite, & verum dicam*, poteſt *Iudex* ipſum compellere, vt dicat dum manet ſuſpenſus, & ibi detinere per tempus decreti Torturæ facti; aùt dum incipit confiteri ſuſpenſus, habita parte confeſſionis, poteſt illum deponere. Sed ſi confeſſionem incœptam continuare neget, aut ratificare, poteſt extraordinariè puniri, vt diximus; ſi verò poſtquàm manſit per totum tempus; licèt non perfectè completum, confeſſus eſt, exindè neget ratificare, abſoluendus eſt cum clauſula ſupradicta.

110. *Debiles, infirmi, pueri, ſenes, qui ſexageſimum annum attigerunt &c.* Agitur hic de ijs, qui torqueri non poſſunt,

ſunt, & ij ſunt in triplici differentia, nimirùm aut ratione infirmitatis, vt *debiles, infirmi &c.* aut ætatis, vt *pueri, & ſenes;* aut dignitatis, vt *Patres grauiſſimi.* Ad hoc autem ſciendum, quod intentio legis in priuilegiando debiles, infirmos, valetudinarios eſt, non quidem ab omni tormentorum genere liberare, ſed ab illis ſolis, quæ poſſunt vitæ nocere; Tortura enim citrà vitæ præiudicium adhibenda eſt, & talis, vt Reus *ſaluus ſit vel innocentiæ, vel ſupplicio,* vt habet quoddam *Digeſtum* (x) Sequitur ergò ex hoc, quod laborantes aliqua infirmitate priuilegientur ſuper eo genere Torturæ, quod ſanitati nocere poteſt, attento illo genere Torturæ. Exempli gratia, ſi aliquis arthritide laboret vt podagrà, chiragrà, gonagrà, neruorum conuulſione, aut inteſtinorum defluxu, vel in ſcrotum, (ob quod, ferreum cingulum, multi portare coguntur (y)) vel per anum ex relaxatione muſculi ſphincteridis; iſte non poteſt torqueri Fune; quia ex hoc magis debilitarentur nerui, & inteſtina diſfluerent, cum periculo vitæ; ſimiliter ad hydropem tendens, ſiue diſtillationem patiens, ad Arctationem adigi non debet; ieiunium enim diſtillationem, & aqua hydropem auget. Prudens ergò *Iudex,* in facti contingentia, debet librare qualitatem ægritudinis, & ſuper hoc *Medicum* conſulere, & illud genus Torturæ adhibere, quod & inquirendæ veritati, & ſtatui Torquendi congruit. Mens ergo *Textus* non eſt *debiles &c.* ab omni Tortura eximere, ſed ab ea tantùm, per quam poſſunt notabilitèr lædi, proùt ſenſit etiam *Sanctorus.* (z)

111. *Senes, qui ſexageſimum annum attigerunt.* Conſonat hoc tùm iuri communi, tùm *Doctorum* ſententiæ, quam recitat *Clarus,* (a) qui tamen addit, quod ex iuſſu *Senatus,* attenta complexione robuſta, (& fortè moti à grauitate criminis) duo ſenes torti ſunt. Putat autèm *Sanctorus,* (b) quod (quia Religioſi debent mitiores eſſe Laicis in inferenda Tortura, & noſtra ætate complexiones ſunt debiliores, & citiùs ſeneſcimus, quàm fecerint antiqui,) etiam qui ad quinquageſimum ſeptimum annum peruenerunt, priuilegio ſenectutis, circa Torturam, frui debeant. At hoc iudicare in facti contingentia arbitrarium *Iudici* eſt; non licet tamen arbitrium ſumere, ſi Torquendus ſexageſimum annum attigerit, quia *Textus* in hoc ligat manus *Iudici,* qui non poteſt arbitrari contra expreſſam diſpoſitionem Legis. Non debet autem accipi vniuerſalitèr *Textus* de omni Tortura, ita vt Senex nullo genere tormenti torqueri poſſit; ſed tantùm de fune intelligendus eſt; poſſunt enim ſubijci tormentis, quæ pati poteſt eorum complexio, vt *Arctatio, Carcer, Flagellum &c.* (c) Quod ſi Senex ſexageſimum annum exceſſerit, & decrepitus, & fractis viribus ſit, certè morboſo comparandus eſt; *ſenectus* enim *ipſa eſt morbus,* vt dicebat *Cicero,* & in illa ætate ſenes repueraſcunt; cenſeo proinde cum ipſis agendum ſicut cum inſanabilitèr ægrotis, & vniuerſali cachexia laborantibus; ſiue cum pueris, qui ex legis præſcripto (d) non torquentur, ſed *ſolent tantùm habena, vel ferula cædi.*

112. *Patres grauiſſimi, quorum fama plurimum Religioni confert, torqueri non debent.* Diſpoſitio huius *Textus* congruit antiquis *Legibus Ciuilibus;* (e) quibus (excepto crimine læſæ *Maieſtatis*) cauebatur, ne *Milites,* puta viri nobiles, & conſpicui, aut *Decuriones,* tormentis ſubijcerentur; & licet hoc apud tribunalia ſæcularia minimè obſeruetur, eo quia noſtris temporibus, vt benè ſcripſit *Iulius Clarus* (f) corruptus eſt, ob indigna, & vilia matrimonia, (& addi poteſt indigna facinora) flos nobilitatis, tamen in noſtra Religione talis honor defertur *grauiſſimis Patribus,* qui ex Supremorum magiſtratuum adminiſtratione, eam dignitatem ſunt nacti, vt tali priuilegio fuerint decorandi; & ita ſicuti perſonæ in Dignitate actuali conſtitutæ torqueri non poſſunt, neque vti *Rei* contrà ſeipſos, neque tanquam *Teſtes* contra alios, vt ex *Boſſio* firmat *Clarus;* (g) ſic paritèr torquendi minime ſunt *Patres grauiſſimi,* qui Dignitate habituali potiuntur. Qui nam autem cenſendi ſunt *grauiſſimi Patres?* Optimè dicit *Sanctorus* contra *Zambellum* (b) non venire *clariſſimos Concionatores, Lectores iubilatos,* neque *Exprouinciales* nomine *grauiſſimorum Patrum;* quia ſuperlatiuum ſupponit poſitiuum, & comparatiuum, & ſi in Statutis fit mentio *Patrum grauium, grauiorum,* & *grauiſſimorum,* oportet aliquam inter iſtos diſtinctionem militare. *Prælatus* ergo localis poteſt dici poſitiuè *grauis; Prouincialis* actualis, ſiuè habitualis, & omnes, qui *Exprouincialibus* comparantur vt *Lectores iubilati,* aut *Emeriti* intrè *Re-*

ſor-

firmatos, *Prædicatores Clariſſimi*, & omnes qui potiuntur *Paternitate Provinciæ* primi ordinis; ſicut & *Cuſtodes*, & *Diffinitores actuales* dicuntur *grauiores*. *Grauiſſimi* proindè erunt, qui *Prælaturas*, ſiue dignitates *Generales* ſunt adepti, & ſunt *Diſcreti*, vel *Patres Ordinis*, & in hoc ſenſu accipiendus eſt *Textus*.

113. *Si autem caſus adeò atrox, & enormis acciderit*, puta aliqua circumſtantia conſpicuus, vt crimen proprietatis magnum, & ſcandaloſum; furtum rerum notabilium, & cum fractura; copula ſacrilega, aut innominabilis; homicidium proditorium, ſiuè veneficium, vt optimè *Sanctorus* (i) ait, *Reuerendiſſimi Patris Generalis conſenſus accedat*. Conſenſus iſte prærequiritur ad Torturam, quià cùm agatur de actu irretractabili non poteſt prodeſſe, ſi habeatur poſt Torturam; & debet haberi in Scriptis, & inſeri inter acta, ad hoc quod *Iudex* poſſit iuſtificare ſuum modum procedendi. Licet verò videatur, quod conſenſus *Generalis* requiratur ſolùm pro torquendis *Patribus grauiſſimis*, non verò pro debilibus, infirmis, & ſenibus, tamen accipi debet de omnibus, quia, vt benè dicit *Sanctorus*, (l) clauſula hæc immediatè appoſita modificat omnem diſpoſitionem præcedentem. Intelligendum autem, quod reſpectu debilium, ſenum &c. neceſſaria eſt licentia pro danda illa Tortura, ad quam ſunt impediti ex infirmitate, vel ſenio, vt dictum eſt; non vero ad eam, quæ ſibi dari poteſt iuxtà ſuperiùs dicta. Sed reſpectu *grauiſſimorum Patrum* de quacumque Tortura intelligendum eſt, quia motiuum talis prohibitionis eſt, ne ipſorum *fama*, *quæ plurimum Religioni confert*, lædatur; læditur autem æquali modo in quouis genere tormenti, quod adhibeatur.

114. *Tortura Teſtis mitior eſſe debet, quàm Rei*; hoc autem accipitur non tantùm circa intenſionem, & durationem Torturæ, ſed etiam circa genus tormenti; proindè inter Nos nullo modo poſſe, Teſti funem adhiberi, cenſeo. Quià vt habemus ſupra ex *Textu* (m) Funis non datur niſi in atrociſſimis; quod autem *Teſtis* ſit varius, contrarius, falſus, periurus &c. & ob id torqueri debeat, eius crimen non eſt atrociſſimum, ſed æquale eſt in omni teſtimonio, & in quacunquè cauſa ferendo; nec grauitatem criminis in *Teſte*, tacendo veritatem, metiri debemus ex atrocitate criminis in *Reo*. Quod ſi mihi obijciatur, quod *Textus* habet, *Tormentum funis non datur nèc Teſtibus*, *nec Reis*, *niſi in atrociſſimis &c.* Ex quo videtur deduci, quod funis detur etiam *Teſtibus*. Dico, quod iſte intellectus falſus eſt, & debet accipi ſic: Funis non datur *Teſti* ſimpliciter, nec *Reis*, niſi in atrociſſimis, vt ibi explicauimus. Et ſi aliquis adhuc vellet proteruire talem expoſitionem, vt extortam, calumniando; dico, quod accipi debet de *Reo*, qui eſt Teſtis quo ad alios, ità vt hic ſit ſenſus *Textus*. *Tormentum funis* non datur *Reis*, qui debent confiteri crimen, quo ad ſe, nèc *Teſtibus*, puta ijſdem *Reis*, qui debent eſſe *Teſtes*, quo ad alios Socios criminis detegendos. Nec iuuat contra hoc arguere à conſuetudine Tribunalium Sæcularium, in quibus indifferenter Teſtes, & *Rei* funi ſubijciuntur; quia negatur paritas inter Nos, & illa; tùm quia pro omni delicto illa funem adhibent, quod Nobis nefas, niſi in atrociſſimis; tùm quia funis apud illos eſt infimum tormentum, quod non eſt apud Nos; tùm quià Teſtibus apud illos non adhibetur vigilia, aut ignis ad pedes, quia ſunt extrema tormentorum, quæ ſunt apud eos in vſu, quæ ideo *Reis* ſolis adhibent, nec faciunt Teſtibus communia; funis autem apud Nos eſt grauiſſimum tormentorum, quod ideo nequit *Teſtibus* accommodari.

I. Quæritur. Quomodo per Torturam poſſint cogi Teſtes ad teſtificandum?

SVMMARIVM.

115. *Teſtis non poteſt cogi ad teſtificandum niſi conſtet de corpore delicti.*
Nequè ſi eſt priuilegiatus à iure.
Nequè ſi per alios æquè benè poteſt probari delictum.
Nequè ſi non conſtet Teſtem eſſe informatum.
116. *Teſtis quando poſſit cogi.*
117. *Quæ ſeruare debet Iudex in Teſtem cogendo.*

115. Reſpondeo, quod ſupponi debet, quod priùs conſtet *Iudici* de corpore delicti; ſi enim de hoc non conſtaret, quemadmodum non poteſt cogi *Reus* ad fatendum delictum, ità pari-

pariter, imò à fortiori, nequit cogi Teſtis. (n) Hoc verò procedit, quando Teſtis examinandus eſſet contrà *Reum*; non vero ſi eſſet ad probandum corpus delicti vel permanentis, quod tamen non ampliùs, eſt (vt cadauer occiſi, quod fuit combuſtum. ſeù ſubmerſum;) vel tranſeuntis, vt in fornicatione, contumelia &c. quæ poſt ſe veſtigium non relinquunt, & eodem tempore probatur delictum, & Delinquens. Ampliùs requiritur, quod Teſtes non ſint priuilegiati à iure ſuper teſtimonio non ferendo, vt Frater contrà Fratrem, Conſanguineum &c. vt alias dictum eſt; (o) vel quod aliter veritas haberi non poſſit, quàm ex teſtimonio ipſorum, tali enim caſu omnes cogi poſſunt, vt ſupra (p) dictum fuit. Inſuper prærequiritur, quod in actis appareat probatum, quod ipſi ſint veriſimilitèr informati, & veriſimilitèr poſſunt ſcire id, de quo ſunt interrogandi; aliàs ſi per tormenta cogerentur, confeſſio non noceret nec ipſis, nec nominatis ab ipſis, vt ſcribunt *Doctores*. (q)

116. His præſupoſitis: ſi *Teſtis* vocatus à *Superiore* ad examen, venire ad tribunal recuſat; aut ſub pretextu colorato, aut manifeſtè, & expreſſè, denegando, quod examinari non vult; vel compareat quidem, ſed iurare non vult; aùt ſtatim ac eſt coram *Iudice*, dicit *ſe nihil Scire*; *nolle ſe immiſcere intricis Fratrum*, & ſimilia: tunc debet *Iudex* illum monere blandis verbis ad ſe ſubijciendum examini, dicendo, quod *teſtificari in iudicio non eſt ignominioſum, ſed quid honorabile, & ideo hoc honore priuantur infames, qui à Legibus arcentur à Teſtimonio ferendo*; quod *teſtificari munus publicum eſt ſuper, quo nullus diſpenſari poteſt, quando aliter veritas nequit haberi*: quod *recuſans teſtificari lædit iuſtitiam, & commune bonum Religionis, cui plurimum expedit, quod Sontes caſtigentur*.

117. Quod ſi, his extraiudicialitèr dictis, minimè proficit, & Teſtis bis, aut ter vocatus ad tribunal venire recuſet; aut, vt præfertur, iurare coram *Iudice* renuat, debet *Iudex* ipſum iudicalitèr monere, vt *Textualiter* habent duæ *Decretales*, (r) vel oretenùs, ſi præſens eſt Teſtis, vel ſcriptò ſi venire ad Tribunal recuſat. Et aduertat *Iudex*, ſi eſt *Ordinarius*, quod non poteſt, nec debet, talem Teſtem in *Refectorio* vocare, & ipſi iubere, vt ſe examini ſubmittat, quia talis locus eſt locus Tribunalis in foro paterno, monitio autem debet fieri iudicialiter: non debet proindè fieri à *Superiore* vt *Patre*, ſed vt *Iudice*, & ideo ad bancum ſui iuris, puta in Camera, in qua tribunal erexit, ne Fora confundantur. Formam autem monitionis dabimus in Secunda Parte. Elicitur autem ab alio *Capitulo*, (s) quod non ſtatim, & in prima monitione debet Teſti renuenti comminari Excommunicatio, ſed Suſpenſio, vel Interdictum, ſi non venerit in primo termino aſſignato; & Excommunicatio ſi non venerit in ſecundo, quià, vt bene ibi aduertit *Gloſſa*, (t) creſcente contumacia creſcere debet etiam pœna. Factis poſtea monitionibus, ſi Teſtis in contumacia perſeueret, debet *Iudex* ſententiam Excommunicationis ferre ſcriptò, & eam publicare affigendo al valuas *Refectorij*, & eius formam dabimus in Secunda Parte. Et ſi Teſtis antè latam ſententiam Excommunicationis appellet? Si cauſa expreſſà in appellatione eſt vera in *Iure*, & *facto*, aut etiam ſi ſit dubia (prout aliàs de appellatione ab interlocutoria (u) dictum eſt) ſuſtineri debet, & *Iudex* non potet vltrà procedere, donec à Iudice *ad quem* fuerit pronunciatum. Si eſt euidenter friuola, aut nullam cauſam adducit Teſtis, ſed tantum dicit *Appello*, eam ſpernat *Iudex*, & procedat.

Quod ſi nec ſic Excommunicatus Teſtis velit obedire, tunc poteſt *Iudex* procedere ad carcerationem, non quidem ſe ſolo, ſed adhibito conſilio, & conſenſu *Patrum*, vt aliàs dictum eſt. (x)

Si vero Iudex ſit *Delegatus* à *Prouinciali*, poteritne ſupradicta? Dico, quod ſic; poteſt enim tùm per Cenſuras, tum per alia pœnas, (ſeruatis tamen, quæ dicta ſunt de *Ordinario*.) Teſtes compellere, ſibi enim cenſetur collata omnis facultas, ſine qua nequit eius iuriſdictio commodè explicari, vt dicunt *Doctores*. (z)

II. Quæritur. An dandæ ſint defenſiones Teſtibus antè Torturam?

SVMMARIVM.

118. *Quibus caſibus dentur defenſiones Teſti antè Torturam.*
Si debent dari defenſiones non traditur illi copia integra actorum.

118. Re-

118. Respondeo cum diſtinctione, puta vel Teſtis eſt torquendus ex contrarietate, vacillatione, & mendacio, quod reſultat ex eorum dictis, & apparet ex ventre proceſſus; vel torqueri debet quia falſus, corruptus, vel negat dicere id, de quo conſtat per Teſtes, quod ſit veriſimiliter informatus, ex quo fuit præſens; vel per Torturam debet purgare maculam inhabilitatis. In primo caſu non datur Teſti copia indiciorum, nec defenſiones, quia conſtat in iudicio cauſa, ob quam meritò torquendus eſt, & in hoc ſenſu intelligendi ſunt *Doctores*, (a) qui dicunt, quod Teſti torquendo defenſiones non dantur. In ſecundo verò caſu, non eſt deneganda copia indiciorum, & defenſio, ſi petatur; quia poteſt Teſtis contra Torturam ſe defendere, probando, quod tali tempore erat alibi, & non in loco, in quo deponunt alij Teſtes; vel ſi ibi fuit, vbi delictum commiſſum eſt, non erat in ſitu, à quo poſſet videre; vel fuit impeditus ab illis, qui erant antè ſe; vel fuit diſtractus loquendo cum alijs; & ſi Teſtes dicunt contrarium ſunt falſi, & inimici &c. & hoc modo Torturam euadere. (b) Verum eſt, quod tali caſu non datur copia integra actorum, quià hoc poſſet nocere Fiſco, ſed tantùm eorum, quæ tangunt perſonam ipſius Teſtis. In tertio autẽ caſu adhuc eſt diſtinguendũ, vel inhabilitas, ob quã torqueri debet, eſt notoria, aut conſtat in actis ex ipſius Teſtis cõfeſſione; vel eſt aliunde probata, aut probanda; Si primum, nulla datur ipſi defenſio, quia nulla poteſt ſibi competere; ſi ſecundum, debet ſibi dari copia actorum, & terminus ad deducendum quare non debeat torqueri, ita, poſt *Boſſium*, *Clarus*, (c) qui tamen dicit hoc non practicari à *Iudicibus* Laicis; quia tamen optimè rationi congruit, debet à Regularibus ſeruari, ne Teſtis inauditus irretractabilem pœnam ſubeat.

III. Quæritur. Quæ ſeruanda ſint in decreto Torturæ Teſtis?

SVMMARIVM.

119. *In decreto Torturæ Teſtis, quæ ſeruanda.*
Cauſa Torturæ in decreto exprimenda
Teſtis quando præſumatur ſubornatus.
Arbitrio Iudicis cõmittitur, iudicare, quando Teſtis ſit varius ex ſe, an ex ſubornatione.

119. Reſpondeo, quod, quià Teſtis torqueri poteſt ob multas cauſas, puta infamiam, varietatem, ſubornationem &c. de quibus ſuprà (d) dictum eſt, debet *Iudex* in decreto Torturæ exprimere cauſam, ob quam torqueri mandat. Et ita ſi torquetur ratione inhabilitatis ad eam purgandam, debet dicere, quod *attenta inhabilitate Examinati, quæ oritur ex infamia contracta per pœnam ſibi iuridicè iniunctam, tali tempore, & de tali delicto, &c. vel ex ſuſpicione amicitiæ cum inimico Rei; vel ex cõplicitate in crimine, &c. ad tollendam omnem maculam inhabilitatis torqueri decernit & ad hunc effectum mandat &c.* (e) Si autem eſt ratione varietatis, debet dicere, quod *attenta varietate in dictis ipſius Teſtis, qui in ſuo examine facto ſub die tali, vt apparet ex proceſſo folio tali, dixit ſic, & ſic, & poſt alias interrogationes dixit ſic; & ſic:* aut *in vno examine facto die tali, vt apparet in proceſſu folio tali, dixit ſic, & ſic; in alio autem examine facto die tali dixit contrarium, puta ſic, & ſic:* vel *in vno examine depoſuit certitudinaliter de tali delicto; & in ſecundo dixit dubitatiuè: proindè ad delendam omnem maculam periurij, & variationis, & ad effectum ſciendi in quo dicto perſiſtat, ideo mandat &c.* Si eſt autem ratione ſubornationis, debet pariter exprimere dicta in primo examine, & contrarium aſſertum in ſecundo, & addi, quod *cum nullam cauſam congruam talis variationis adducat, valde credibile eſt, quod talis Teſtis fuerit ſubornatus: ideò ad effectum ſciendi à quo fuerit ſubornatus, ad omnem meliorem finem, citrà præiudicium primi examinis, mandat &c.* Et pro hoc aduertendum, quod ſi Teſtis deponat concludenter ſuper delicto, & eius dictum habeat circumſtantias veriſimiles, aut adminicula, aut dictum alterius Teſtis; ſi poſteà reuocat primam depoſitionem, nec cauſam concludentem talis reuocationis adducit, præſumitur ſubornatus, vt dicunt *Doctores*. (f) Et ideo ſtandum eſt primo eius dicto, ob timorem ſubornationis; & ideo non debet torqueri ad videndum in quo dicto perſiſtat, ſed ad ſciendum à quibus fuerit ſubornatus.

Arbi-

Arbitrio autem, & prudentiæ *Iudicis* ſtat conijcere, An Teſtis ex ſe varius ſit; an variet ab alio corruptus ſubornatione. Forma porrò dictorum decretorum ad Torturam dabimus in Secunda Parte per extenſum.

IV. Quæritur. Quæ Tortura apud Regulares poſſit dari Teſtibus?

SVMMARIVM.

120. *Quæ Tortura Teſtibus Regularibus poſſit dari.*
Teſtis Infamis torquetur ſequeſtratione in Cella, ieiunio, & diſciplina.
121. *Teſti Vario quæ Tortura debeatur.*
122. *Teſtis veriſimiliter informatus, negans, torquetur vt Varius.*
123. *Quæ Tortura danda Teſti Contumaci.*
124. *Reus nolens manifeſtare Socios criminis qualiter torquendus.*
125. *Teſtis Contumax carcere, vinculis, & compedibus torqueri debet.*
Si depoſita Contumacia deponit in Tortura, debet ratificare extrà eam.
Aduertentia à Iudice habenda circa Teſtem torquendum.

120. Reſpondeo, quod ſecundùm aliquos *Doctores*, apud Regulares non debet practicari contrà Teſtes Tortura, niſi flagellationis, ieiunij in pane, & aqua, & ſimilia. *(g)* Sed hoc abſolutè non poteſt vniuerſalitèr intelligi de omnibus Teſtibus; quia iniquum eſt, quod æquali Torturæ ſubiaceant, qui ſunt in crimine inæquales. Dico ergo, quod diſtingui debet de cauſa Torturæ Teſtiũ, ſi enim Teſtis ſit *Infamis*; in foro Laico torqueri ſolet per ſpatium vnius *Credo*, ſiuè ſit ad tollendam maculam infamiæ, ſiuè ad ſuſtinendum in faciem *Rei* dictum ſuum; niſi eſſet talitèr *infamis*, quod *Iudex* rationabiliter duceret, diutiùs eſſe torquendum. *(h)* Secundùm proportionem ergo talis Torturæ poſſet Teſtis Religioſus affectus *infamia facti*, aut *Iuris* torqueri per recluſionem in propria cella per diem integrum, addito ieiunio panis, & aquæ, & flagellatione (vulgò diſciplina) in publico Refectorio; talis enim pœna proportionatur leui Torturæ, quæ Teſti Infami, in foro Laico adhibetur.

121. Si autem Teſtis ſit *Varius* aut ex ſe, aut ex ſubornatione præſumpta, poteſt per plures dies ſupradicta recluſione, ieiunio, & flagellatione torqueri. Nec contrà hoc valet dicere, quod iſta Tortura nimis leuis eſt reſpectu falſitatis, & periurij commiſſi à Teſte ſic Vario, quod iuxta *Textum (i)* Excommunicatione ipſo facto, & carcere ſemeſtri percellitur. Quia *Textus* loquitur de falſitate probata, quæ fuerit cum dolo, & in damnum tertij; hic verò agitur de ea tantùm præſumpta, quæ potuit eſſe ex defectu memoriæ, & non in damnum tertij, ſed tantum Fiſci, & ideo pœna longè minori aboletur.

122. Si verò Teſtis ſit *veriſimiliter informatus*, & tamen dicat ſe nihil ſcire; in Curia ſæculari torquetur per quadrantem, & quandoque, attenta qualitate facti, per dimidiam horam, *(l)* Sed inter Nos poteſt torqueri ſicut Teſtis *Varius*. Ratio eſt, quia ſicut varietas Teſtis poteſt oriri ex obliuione, & in ipſo dolus eſt tantùm præſumptus, & non probatus; ita pariter in Teſte *veriſimiliter informato eſt*; quià non omne veriſimile verum eſt, licèt veri habeat ſimilitudinem; & multa ſunt veriſimilia, quæ licèt vt in pluribus vera ſint, tamen in caſibus particularibus ſunt falſa; poteſt ergo eſſe, quod veriſimile videatur *Iudici*, quod Teſtis informatus ſit, & tamen reuera ita non ſit; vnde ſi neget ſe ſcire, verum dicat. Tali ergò caſu dolus abeſt; & ad elidendam contrariam præſumptionem talis Tortura debet ſufficere.

123. Si autem ſit Teſtis, qui per Conteſtes probetur fuiſſe præſens delicto, & hic deneget interfuiſſe, & in negatione perſiſtat, & non habeat, quod Teſtibus opponat; vnde illi maiores euadant omni exceptione; vt plenè conuictus de mendacio in iudicio, ad pœnam ſtatutarinm condemnari poteſt. Et ſi adhuc perſiſtat in negatiua, nec velit deponere, torqueri poteſt tanquam Contumax, vt infrà dicemus quia obſtinatus in non dicendo, quod ſcit, & dicere debet, comparatur Contumaci in non faciendo, quod facere iubetur, & eſt obligatus facere; proindè æquali punitione percutiendus eſt. Si autem contrà Teſtes aliqua adeſt exceptio, per quam iſti non ſint totaliter integri, & ipſe non remaneat conuictus, torqueri poteſt Arctatione, & recluſione in carcere non formali, iuxtà pondus indiciorum contra ſe re-

Digitized by Google

manentium poſt ſuas defenſiones, & hoc examinare committitur arbitrio *Iudicis*.

124. Si verò Teſtis eſt ſocius criminis (puta *Reus*, qui torquendus eſt ad manifeſtandos Complices, & non vult Complices manifeſtare; à *Iudice* ſæculari torqueri non ſolet, nec poteſt, vltra mediam horam, vt dicunt *Criminaliſtæ*; (m) hoc idem erit apud Nos, ſi ſimus in caſu tam atroci, quod funis adhibita, vel adhibenda eſſet *Reo*, pro habenda confeſſione delicti principalis. Sin minùs adhibenda eſt media Tortura illius generis, quæ, iuxta *Textum*, adhiberi deberet ipſi, vt *Reo*, ad habendam confeſſionem, & purganda indicia contra ſe, ſecundùm qualitatem delicti. Ratio petitur à paritate; quia ſicut media hora Torturæ funis ſolet dari ad habendos Complices, quod eſt dimidium Torturæ, quæ poſſit dari pro habenda confeſſione delicti; ita apud Nos, ad habendam confeſſionem ſuper Complicibus, debet dari media pars illius Torturæ, quæ apud Nos danda eſt, pro confeſſione delicti principalis. Et ſic, ſi *Reus*, attenta qualitate indiciorum, torquendus decernitur per mediam horam pro confeſſione criminis; pro habendis Complicibus torqueri poteſt tantùm per quadrantem. Si verò iam confeſſus eſt Complices, & ſolùm torqueri debet pro abluenda macula infamiæ, tunc leuiter torquendus eſt, prout ſuprà dictum eſt de Teſte *infami*.

125. Tandèm ſi Teſtis nullo modo examinari, aut iurare vult, & Contumax in hoc eſt; etiam carcere formali, ac vinculis, & compedibus appoſitis, torqueri poteſt, donec à contumacia recedat. (n) Sicut etiam ſi nollet ſuo examini ſe ſubſcribere; aut nollet reſpondere affirmatiuè, vel negatiuè, ſed per verbum *neſcio*, *non recordor*, & ſimilia. Teſtis autem tortus recedens à contumacia, & deponens in Tortura debet ratificare extra Torturam dicta ſua, eo modo, quo de ratificatione confeſſionis facienda à *Reo* ſuprà dictum eſt. Et tandem aduerto, quod dum durat talis Tortura Teſtis, ſiue ſit Carcer, ſiue Arctatio, ſiue ſit reclusio in cella cum ieiunio &c. debet *Iudex* eum examinare, & hoc pluries, durante Torturæ tempore, non verò expectare donec totam Torturam ſubierit; quia hoc eſſet inutile; dum enim non ampliùs ſentit incommodum Torturæ, & ſcit eam eſſe terminatam, non mouebitur ad confitendum. Sicut ergo, durante Tortura funis, *Iudex* interrogat, & pluries monet *Reum* tortum, vt fateatur; ita debet pluries hoc facere dum ſiue *Reus*, ſiue *Teſtis* conſtitutus eſt in alio genere Tormenti. Et ad hoc punctum benè aduertat *Iudex Regularis*.

V. Quæritur. An vulneratus, qui non vult aperire Iudici à quo vulneratus fuerit, poſſit torqueri?

SVMMARIVM.

126. *Vulneratus veriſimiliter ſciens Vulnerantem, & nolens aperire, poteſt torqueri.*

Quæ Tortura illi danda.

Si dicit ſe ſcire Vulnerantem, nec vult indicare eum, torquendus eſt vt Contumax.

127. *Si veriſimiliter ignorat Vulnerantem non eſt moleſtandus.*

Si negat ſe ſuſpicari de aliquo, præſumitur mendax.

Torquendus tunc vt Teſtis veriſimiliter informatus.

126. Reſpondeo diſtinguendo; aut *Iudex* habet pro veriſimili, quod Vulneratus ſciat certò à quò vulneratus fuerit, vel non. Si primo modo, puta quià vulnus eſt factum de die, in loco aperto, & claro, & in parte antica corporis, & armis non miſſilibus, ita vt veriſimile ſit, quod Vulnerantem potuerit videre, & tamen ipſum dicere non vult; poteſt *Iudex* expectare donec ipſe à vulnere conualeſcat, ſi eſt graue; vel ſi non eſt periculoſum, poteſt Renitentem deponere, ſubijcere Torturæ, vt dicunt *Doctores*. (o) Et in tali caſu Tortura poteſt eſſe ſicut Tortura danda Teſti renuenti deponere de re, de qua veriſimiliter eſt informatus; licet enim dictum Vulnerati non probet delictum, & ita ipſe non ſit Teſtis ad probandum, tamen valet ad inquiſitionem in ſpecie, vt dicit *Clarus*, (p) & ſic eſt Teſtis ſufficiens ad inquirendum. Quod ſi vulneratus dicat, *ſe quidem ſcire quis fuerit, qui eum vulnerauit, ſed nolle illum manifeſtare, quia ipſi pro amore Dei ignoſcit*,

nec

nec vult, eum, ob hoc, moleſtari; & iuſſus formiter à *Iudice* vt manifeſtet, contumax eſt; tunc poteſt torqueri eo modo, quo torquendus eſt Teſtis Contumax, vt *ſuperiori* Quæſtione dictum eſt. Licet enim talis Vulneratus, ſecundùm mandatum Chriſti, optimè faciat in dimittendo iniuriam priuatam, & in non procurando vindictam; tamen peccat dum impedit iuſtitiam publicam, in cuius præiudicium non poteſt *Reum* occultare; Iudici ergò præcipienti reuelationem tenetur obedire; proinde cum ſit contumax torquendus meritò eſt.

127. Si verò cauſam veriſimilem adducat Vulneratus, ob quam dicat ſe minimè cognouiſſe Aggreſſorem, puta quia vulneratus eſt in parte poſtica corporis; vel armis miſſilibus, puta Saxo, Sclopo, pugione, vel cultro, qui ſibi à longe iaculatus fuit; vel ex improuiſo aggreſſus, eſt ab vno, qui ſtabat tali loco in inſidijs, & illum videre non potuit; vel fuit de nocte, vel in loco obſcuro, & ſimilibus; tunc nullo modo torqueri poteſt. Verum eſt, quod ſi iſte interrogatus an poſſit ſuſpicari à quo vulneratus fuerit, & etiam hoc neget; & *Iudici* aliunde conſtet, quod rixatus eſt, vel habet publicam inimicitiam cum *Caio*; inſurgit præſumptio contra Teſtem, quæ deſtruit veriſimilitudinem allatam pro ignorantia ſua; & iſta præſumptio validior eſt; & ipſe oſtendit ſe mendacem; quia implicitè negat rixam habitam, vel inimicitiam, quam habet cum *Caio*, & negat etiam ſuſpicionem circa Vulnerantem, quæ naturaliſſimè, & rationabiliſſimè oriri in mente ſua debet, quod vulnerari potuerit ab inimico, cum quo antea rixatus ſit. Et tali caſu eſſet torquendus, vt Teſtis negans ea, de quibus veriſimiliter eſt informatus.

VI. Quæritur. An poſſit Iudex Reum indicijs grauatum non torquere, ſed extraordinaria pœna punire?

SVMMARIVM.

128. *Plenè euacuatis indicijs Reus eſt abſoluendus ſimpliciter.*
Si indicia non ſufficiant ad Torturam, abſoluendus eſt cum Clauſula &c.
Opinio Sgroi de Reo inter Regulares.
Reijcitur tanquam in praxi periculoſa.

129. *Variæ opiniones circa Reum torquendum, vel extraordinariè puniendum.*

129. *Arbitrio Iudicis ſtat Reum torquere, vel extraordinariè punire.*
Pœnam extraordinaria magis proficua Reo, quam Tortura.

131. *Reus, qui ſuſtinuit plenam Torturam proportionatam indicijs debet dimitti.*
Sed qui plenè non eſt tortus, poteſt extraordinariè puniri.
Iudex Regularis poteſt abſtinere à Tortura, & Reum extraordinariè punire.

132. *Quando conijcitur Reus ſuſtentaturus eſſe Torturam, melius eſt, extraordinariè punire.*
Indicia eorum, qui poſſunt ſuſtinere Torturam.

128. RESpondeo, quod, ſi factis ſuis defenſionibus à *Reo*, euacuata totaliter remaneant indicia, quæ contra ipſum militabant, abſoluendus ſimpliciter eſt, nec poteſt vlteriùs de eodem crimine accuſari, vt habent expreſsè iura, (q) quia talis ſententia parit exceptionem Rei iudicatæ. Si verò per defenſiones non remaneant plenè euacuata, ſed tantùm debilitata indicia, ita vt ad Torturam minimè ſufficiant; in foro quidem Laico abſoluitur cum clauſula *rebus ſic ſtantibus &c.* quæ operatur, quod ſi noua, & vrgentiora apparuerint indicia, poteſt contra *Reũ* denuo procedi, vt poſt *Igneum*, *Didacum*, & *Rebuffum* dicit *Clarus*. (r) Sed in foro regulari dicit *Sgroi* (s) eſſe ſuperſedendum, donec alia indicia ſuperueniant: huius autem concluſionis nullam probationem affert. Ego in oppoſita ſententia ſum; tum quia in Iure Canonico nullibi reperio hoc fuiſſe ſtatutum; vndè non eſt quare à Ciuilibus Legibus debeamus elongari; tùm quia eſſet ampluum iter aperire malignitati, poſſet enim ex maleuolorum inuentione, quis diffamari de aliquo crimine, quod plenè probari non poteſt, nec plenè etiam euacuari indicia; &, ſub pretextu expectandi indicia vrgentiora, teneri cauſa ſuſpenſa, & ita eſſet perpetuò ar-

cere Religioſum ab Officijs, ad quæ, dum manet inquiſitus, exiſtimatur communitèr (licèt hocfalſum ſit, vt alibi dicimus) ineligibilis. Et apud Nos indubitatum eſt, quod tali caſu, *Reus* abſolui debet cum clauſula *ſtantibus prout ſtant*, *& nouis non ſuperuenientibus indicijs*, vt determinat *Textus* infra. *(t)*

129. Quæſtio autem noſtra eſt, An, caſu, quo, factis defenſionibus, indicia adhùc remaneant in tanto vigore, quod poſſit *Reus* torqueri, Iudex (qui penès Nos hoc caſu eſt *Diffinitorium*, cuius arbitratui ſtat, cenſere, An Tortura ſit danda, nec ne?) pro arbitrio ſuo poſſit *Reum* Torturæ ſubijcere, vel extraordinaria pœna punire, pro arbitrio ſuo. Diſtinguunt nonnulli de indicijs ſemiplenè tantùm probantibus; quæ tamen vrgent; & de indicijs indubitatis, illis ſcilicèt, quæ ita arctant mentem *Iudicis*, vt alitèr credere non poſſit; & nonnulli *Doctores* dicunt, quod in primo caſu debet *Reus* omninò torqueri; & ſi ex ætate, aut priuilegio torqueri nequit, eſt abſoluendus. Alij in numero, & auctoritate maiores dicunt eſſe in arbitrio *Iudicis* torquere, & ſi torqueri non poteſt *Reus*, ipſum in pęnam extraordinariam condemnare. Quando autem indicia, ſunt indubitata, & commiſſa religioni, hoc eſt conſcientiæ *Iudicis*, nempè præſumptionē hominis facientia; diuiſæ paritèr ſunt opiniones; alij dicunt, quod ſi *Reus* torqueri non poteſt, debet aut abſolui, aut ad pęnam ordinariam condemnari: alij volunt, quod debeat *Reus* ad pœnam extraordinariam, non tamen corporalem condemnari: alij, quod debeat torqueri ſine clauſula *citrà præiuditium probatorum*: alij dicunt, quod ſi *Iudex* eſt ſupremus *Magiſtratus*, & ſint indicia perfectè indubitata, poteſt *Reum*, in pœnam ordinariam condemnare, & qui vult has opiniones, cum ſuis Doctoribus, videre, adeat Sgroi, *(u)* qui eas recitat.

130. Mihi videtur melior ſententia eorum, qui dicunt, quod ſiue indicia ſint indubitata, ſiuè non, in arbitrio Iudicis ſtet *Reum* torquere, vel ad pœnā extraordinariam condemnare. Et hanc, quam multi *(x)* docent, & ego amplector, conſulo practicandam. Quia pœna extraordinaria optimè ſuccedere poteſt loco tormentorum: tùm quia ità poteſt affligere ſicut Tortura, ſi non intenſiuè, ſaltem extenſiuè; tùm quia poteſt ad emendationem *Reum* adigere meliùs, quàm Tortura, quam ſuſtinens *Reus* eludit iuſtitiam, & in malo aliquando, ex Tortura, quam ſubijt, induratur, videns, quod breui tempore longam pœnam, quam ſubire debuiſſet condemnatus, euaſit. Nec facit in contrarium, quod, ſi torqueretur fortè, confiteretur delictum, & poſſet ordinaria pœna percuti, quod fieri non poteſt, ſi ad pœnam extraordinariam damnetur; quia poteſt etiam eſſe, quod in Tortura minimè confiteatur, & ſic omnem aliam pœnam effugiat, præter illam paruam Torturam, quæ breui tranſit, nec ad pœnitentiam inducit; quod tamen facit cum meliori Religionis fructu pœna extraordinaria; quæ diutiùs perſeueret. Addo, quod torquere per Funem, per Taxillos, Sibilos, &c. valdè commouet *Religionem*, & eam conturbat, cum talia inſtrumenta tormentorum, ſicut etiam Miniſtri, qui ea adaptare norint, petenda ſint à Curia Sæculari, & ſic magnam iacturam patitur bona fama *Religionis*, & ideò, contemplatione huius maioris boni, melius eſt, vt infra condignitatem delicti puniatur extràordinariè *Reus*, quàm cum tanto damno *Religionis*, torquendo, procuretur illud paruum bonum, puta æqualitas pœnę ordinariæ ad grauitatem delicti, quod tamen adhuc in dubio eſt, cum poſſit Tortus in negatiua perſiſtere. Inſuper, ſi indicia indubitata ſint præſumptione hominis, poteſt dari pœna extraordinaria, quæ parum deficiat ab ordinaria, quod facilè eſt in *Religione*, in qua pro crimine quantumuis atrociſſimo, pœna mortis dari non poteſt; & proindè omnes pœnæ ordinariæ ſunt citra mortem; & ita ſi pœna ordinaria eſſet Carceris, aut Triremium in perpetuum, poſſet dari eadem ad decem, aut viginti annos, quæ extraordinaria eſſet, tamen proximè ad ordinariam accederet.

131. Quod ſi dicatur, quod ad pœnam extraordinariam poteſt damnari *Reus*, etiā ſi fuerit negatiuus in Tortura, quando nempè indicia ſunt indubitata, vt dicit *Clarus*, *(z)* qui teſtatur de praxi, & ſic ceſſet ratio non torquendi. Reſpondeo, quod ſi ex indubitatis indicijs, torquetur *Reus* Torturà delicto proportionatà, debet dimitti abſolutus, quia per tormenta à lege præſcripta omnia indicia contra ſe exiſtentia purgauit; & hoc iuri optimè congruit, & eſt praxis totius Mundi, vt dicunt *Doctores*: *(a)* etiam, ſi *Reus* haberet

con-

contra ſe delictum plenè probatum. Et, ſi aliquando *Supremi Magiſtratus Reum* valdè facinoroſum, qui fuit negatiuus in Tortura, extraordinarià pœnà puniunt, eſt quando non ſubijt totam Torturam, quæ ſibi debebatur, ad exigentiam indiciorum, & ideò per pœnam extraordinariam ſuppletur reliquum Torturæ, quod ſibi debebatur; & in danda pœna extraordinaria, computant Torturam, quam ſubijt, & ideò minorem dant, quam dediſſent, ſi nullam Torturam *Reus* ſubijſſet. *Iudex* verò *Regularis*, qui Supremus nõ eſt, ſi torquet plenè *Reum*, iuxta indicia, & *Reus* eſt negatiuus, debet eum abſoluere cum clauſula *non eſſe repertum culpabilem, aut de iure punibilem*, nec poteſt extraordinariè punire eũ, qui per tormenta ſe purgauit. Si vero partem Torturæ ſubijt, & negauit, poteſt quidem *Iudex* non ampliùs torquere, ſed dare pœnam extraordinariam, ſed non tantam, ac ſi tortus minimè fuiſſet; Tortura enim habita computari debe in partem pœnæ. Poterit igitur à Tortura totaliter abſtinere, & illi pœnam extraordinariam dare indicijs proportionatam, & hoc maximè *Regularibus* congruere multi *(b)* docent.

132. Quod autem dictum hucuſque eſt, maximè practicari debet, quando prudentèr *Iudex* conijcit, quod, attentà conſtantià *Rei*, ipſe etiam in tormentis poſitus erit negatiuus; Quod concludere facilè poterit, ſi *Reus* eſt iuuenis, robuſtus, ampli pectoris, muſculoſus, breuis ſtaturæ, & lacertoſus; tales enim rident de Fune, & irrident *Iudicem*, & tali caſu practicari pœnam extraordinariam, etiam à *Magiſtratibus* non Supremis, teſtatur *Farinacius*. *(c)* Natura etiam firma, & animus conſtans, in *Reo*, ſpectandus eſt, reſpectu cuiuſuis generis Torturæ. Si viderit ergo *Iudex* ſe nihil profecturum eſſe per Torturam, pœnà extraordinarià ad menſuram indiciorum condemnet, quod & *Rei* profectui, & *Religionis* quieti magis congruit.

VII. Quæritur. Quomodo petendus, & dandus ſit conſenſus Diffinitorij pro Tortura inferenda?

SVMMARIVM.

133. *Conſenſus Diffinitorij pro Tortura, quomodo petendus.*
Siuè Teſtis, ſiuè Reus, non poteſt torqueri ſine Diffinitorio.
Lex loquens abſolutè intelligitur vniuerſaliter.
De omni genere Torturæ Textus intelligendus.
134. *Conſenſus ad torquendos Teſtes, poteſt etiam peti à Patribus probis, & peritis.*
135. *Vota Diffinitorum, ſeu Patrum, quomodo exquirenda.*
Optimum eſt exquirere per calculos ſecretos.
136. *Difficultas in contrarium. Reſoluitur.*
137. *Diffinitore abſente, ſubſtituitur alius ad decernendam Torturam.*
138. *Diffinitorium per litteras poteſt dari Iudici abſenti conſilium torquendi.*
Diffinitores ſingillatim requiſiti non poſſunt conſilium torquendi dare.

133. RESpondeo, quod à *Iudice* ſiuè Ordinario, ſiuè Delegato, etiam ſi eſſet Delegatus à *Miniſtro Generali*, adhiberi debet conſilium, & conſenſus *Diffinitorij*, antequam ipſe de Tortura decernat, vt expreſsè habetur in *Textu* ſupra: *(d)* & hoc debet intelligi de Tortura tàm *Teſtis*, quàm *Rei*, quia *Textus* loquitur vniuerſalitèr, & abſolutè dicendo, *Torqueri nullus poteſt, niſi ex conſilio, & aſſenſu Diffinitorij, &c.* Lex autem abſolutè, & vniuerſaliter loquens, eſt abſolutè, & vniuerſalitèr intelligenda. *(e)* Cum ergo dicat *nullus*, comprehendit vniuerſaliter Torquendos ſiuè *Teſtes*, ſiuè *Rei* ſint. Comprehendit etiam omne genus Torturæ, quandoquidem dicit indefinitè *Torqueri, &c.* & non ſpecificatiuè, (ſicut eſſet ſi diceret *Fune, vel Taxillis torqueri, &c.*) proindè debet genericè accipi de quocunque modo, & caſu torquendi, quandoquidem lex indiſtinctè, & indefinitè loquens omnem caſum complectitur. *(f)* Debet ergo, *Diffinitorio* ſimul coacto, proceſſum oſtendere, & merita cauſa proponere; & partes *Diffinitorij* ſunt, librare indicia, dicta Teſtium examinare, adminicula conſiderare, & cum maturitate, & prudentia omnia digerere.

134. Aduerto autem, quod circa *Te-*

ſtes

Digitized by Google

ſtes torquendos, putarem, poſſe etiam aliter extendi explicationem *Textus*, quam dedimus ſupra *num.* 24. circa petitionem cõſenſus *Diffinitorij*, & ſubrogationem aliorum *Patrum* faciendam. Etenim cauſæ nimis protraherentur, ſi, dùm *Iudex* Teſtes examinat, & varios, contrarios, aut contumaces ipſos reperit, & torquere proindè debet, neceſſitatem ſemper haberet congregandi *Diffinitorium*, quod, in magnis præſertim *Prouincijs*, valdè incommodum eſſet congregare tam breui tempore, ſicut cauſa exigit. Dico ergo, quod *Textus* prædictus poteſt ampliari in hoc caſu ſic, quod *Iudex*, qui, ex aliqua cauſa legitima, debet *Reum* torquere, & incommodum ſibi eſt *Diffinitorij conſilium, & aſſenſum* habere, poſſit vti conſilio, & aſſenſu *aliquorum proborum, & peritorum Patrum*, qui ſunt in illo Conuentu, vel à proximo Conuentu euocari poſſunt. Quia dicit *Textus* hoc licere Iudici, *ſi ratio id ſuaſerit*. Diximus alibi (*g*) cauſam eſſe rationabilem, *ſi Diffinitores* ſint affecti prò, vel contrà *Reum*; aut inexperti in re criminali, nunc addimus rationabilem, etiam cauſam eſſe incommoditatem congregandi *Diffinitorium*; & in hoc caſu poſſe *Iudicem* adhibere conſilium, & aſſenſum peritorum, qui ſibi de facili præſto ſunt; ſicut etiam, ex eodem motiuo, conceditur in carceratione *Rei* reſpondere nolentis, vt dicemus infra. (*b*)

125. Et quomodò exquirenda ſunt vota ſingulorum, apertè, an ſecreto? Quod ſecreta ſint, nec conſtitutionem, nec legem habemus. Quia tamen experientialitèr noui, quid operetur metus, reuerentia, & dependentia in aliquibus, qui, licet diuerſa pro ratione ſentiant, tamen coguntur inclinare in eam partem, pro qua ſtat potentior in *Diffinitorio*, nè res ſuas, & priuatos fines perdant; conſulo, quod per calculos ſecretos fiat. Nec valet dicere hanc eſſe futilem cautelam, quia vota inquiri incipiunt ab vltimo *Diffinitore*, qui poteſt, ex hoc, liberè ſenſum ſuum aperire. Quia, ſi res, nullâ præuiâ diſcuſſione communitèr factâ, expediretur, bona eſſet adducta ratio. Sed non ſic, in hoc caſu, fit, nec fieri debet. Debent enim ſinguli ſenſum ſuum aperire, conferre, diſcutere, ità enim fiet, quod, qui modo ſic ſentiebat, audita ratione alterius, ſenſum mutet; ex collatione enim diuerſarum rationum dilucidatur difficultas, & frequenter retractatur ſententia. Quantumuis ergo ſuam opinionem quiſquis gregarius *Diffinitor* aperuerit, ſtatim ac ille, (qui eſt potentior, & clauum Prouinciæ tenet) loquitur, eius verba, tanquam ex tripode pronunciatum oraculum, excipi debent, nec ſine piaculo ipſi contrariari oportet, alitèr de fortunis actum eſt. Licèt ineptias loquatur, licèt contra ius dicat, *Reum* eſſe torquendum, tamen obſequi, oportet; alitèr dicetur de te, abijſſe in partes, perduellionem in benefactore commiſiſſe, &c. &c. &c. Conſcientiatus ergo, & prudens *Diffinitor*, audita ſententia Præpotentis, poſſet quidem illi non refragari oretenùs, & fingere in eius ſenſum abijſſe, poſtmodùm in dando calculo ſecretò conſulere ſecundùm conſcientiam, & ità nec ſuam fortunam religioſam rumpere, nec conſcientiam labefactare, cogetur.

136. Sed dices, & quomodò hoc erit practicabile, cum conſilium habendum ſit non ſolùm de Tortura in ſe, ſed etiam de eius genere, & gradibus? Reſpondeo, quod, vt ſupra (*i*) dictum eſt, conſilium, & aſſenſus *Diffinitorij* præcisè cadit ſuper hoc puncto, An *Teſtis*, vel *Reus* torquendus ſit? & hoc vel *grauitèr*, *vel leuitèr*; ſed decernere de genere, & extenſione Torturæ ad *Iudicem* ſpectat, qui in hoc regulatur à *Textu* determinante ſpecies Torturæ pro delictis, vt abûdè alibi probauimus. Proindè facta diſcuſſione, & examinatis rationibus pro Fiſco, & adductis ab *Aduocato* pro *Reo*, proponi debet ſolùm *An Reus ſit torquendus*? Et poſt, An *grauitèr*, vel *leuitèr* torqueri debeat? & per calculos ſecretos albos, & nigros per duas ballottationes, diſquiſitione facta, res abſoluitur, quia, per calculos albos Torturam excludi, & per nigros decerni poteſt, ſicut etiam grauitas, & leuitas. Et, vt aliàs monuimus, (*l*) aduertendum eſt, quod in paritate votorum, decernendum eſt fauore *Rei*, & non dari Tortura; & paritèr, quod *Prouincialis* non debet in hoc caſu vllum calculum conferre, quia dum ipſe petit conſilium, & aſſenſum à *Diffinitorio*, petere debet à cæteris de *Diffinitorio*, & non à ſe; nemo enim conſilium à ſe petit, cum hoc nihil ſit; ideò neque votum conſultiuum dat; & ſi *Iudex* Delegatus eſt, non debet *Prouincialis* tali caſu *Diffinitorium* ingredi, & vt *Iudex* conſilium petere; quia *Delegatus* eſt in locum ſui, & idem actus non debet expediri auctoritate ordinaria, & delegata; ſed ſi

Dele-

Delegatus, informatis *Diffinitoribus* de meritis cauſæ, excederet à *Diffinitorio*, tunc benè poteſt *Prouincialis* ingredi *Diffinitorium*, & ſimul cum alijs votum ſuum conſultiuum dare; ſic enim faciendo, non ſe gerit *Prouincialis*, vt *Iudex* petens conſilium, nec cauſam per hoc *Delegato* abſtulit, ſed vt caput *Diffinitorij* conſulit, iuxtà præſcriptum *Textus*.

137. Quod ſi petatur, An, in caſu alicuius *Diffinitoris* abſentis, debeat fieri ſubſtitutio, ſicut fit in alijs actibus *Diffinitorialibus*, vt electione Guardianorum, receptione Nouitiorum, &c? Dico, quod ſic, quia *Statuta Generalia Ordinis* (m) determinant, quod deficiente aliquo ex *Diffinitoribus* pro actibus *Diffinitorij fiat ſemper ſubrogatio*, quæ vt optimè *Sanctorus* (n) ait, eſt quid vniuerſale ad omnes actus, ad quos *Diffinitorium* adhibetur.

138. Si vlteriùs quæratur, An conſenſus iſte, & conſilium poſſit dari per litteras? Reſpondeo diſtinguendo. Vel enim quærimus, an *Diffinitorium* vnitum poſſit per litteras ſignificare *Iudici* ſiue Ordinario, ſiue Delegato conſilium, & conſenſum ad Torturam, & dico, quod ſic, ducto argumento à quadam *Clementina*, (o) in qua determinatur, quod *Inquiſitor* nequit, abſque conſilio, & conſenſu *Epiſcopi*, & vice verſa, neque *Epiſcopus*, torquere *Hæreticum*; licet tamen vtrique *ſuum ſignificare per litteras conſilium*, & *conſenſum*, & ita à pari idem poterit in caſu noſtro. (p) Vel quærimus, an *Diffinitores* ſeparatim, ſed ſingularitèr requiſiti, poſſint talem aſſenſum dare; & dico, quod non. Et ratio eſt, quia in *Textu* requiritur conſilium, & conſenſus *Diffinitorij*, puta *Collegij Diffinitorum* collegialitèr vnitorum, & aliud eſt *Collegium*, & aliud ſinguli de *Collegio*. (q) Proindè licèt ſinguli *Diffinitores* darent aſſenſum ſuum, non tamen poſſet dici datus aſſenſus *Diffinitorij*, quia ad hoc requiritur vnio Collegialis.

VIII. Quæritur. An pœnæ latæ contrà malè torquentes intelligendæ ſint de quocumque genere, & gradu Torturæ?

SVMMARIVM.

139. *Iudex malè torquens quocunque genere Torturæ incurrit pœnas malè torquentium.*
Ad incurrendam Excommunicationem Canonis ſufficit, quod factum contra Clericum, ſit cum iniuria.
140. *Carceratio Clerici non legitimè facta inducit Excommunicationem.*
Dummodò interueniat dolus, vel lata culpa.

139. Reſponſio cum *Sanctoro* affirmatiuè, (r) quia lex, quę ſine diſtinctione loquitur, & vniuerſalitèr, ſine diſtinctione paritèr accipienda eſt, (s) & eo maximè, cum eadem ſit ratio de omni genere tormentorum, quia omnia corpus torquent, & mentem quatiunt, & ſunt remedium inueſtigandæ veritatis. *Textus* autem indiſtinctè, & vniuerſalitèr loquitur, dicens, *Nec Reus, nec Teſtis tormentis ſubijciatur, &c.*

Diſplicet autem, quod ipſe ſubiungit, nempè, quod hoc intelligi non debet de leuioribus tormentis, & in leuioribus gradibus ipſorum, & ſpecialitèr in *Arctatione*, cum non ſit tormentum adeò doloroſum, vnde putat, quod *Iudex* torquens Fune, Taxillis, Verberibus, & igne benè euaderet Excommunicatus, non ſic in alijs: Quia ad incurrendam Excommunicationem *Canonis*, non requiritur, quod uis illata *Clerico* ſit cum dolore, ſed ſufficit, quod ſit cum iniuria, & dedecore ipſius; vnde ſi ſputo, aqua, vel oleo conſpurcet quis *Clericum*, vel teneat frenum equi, cui inſidet, ne progrediatur, & hoc cum iniuria *Clerici*, ille manet Excommunicatus, vt disertè habet *Hoſtienſis*, (t) licet nullum dolorem ſentiat *Clericus*. Quiuis ergo, quantumuis minimus, gradus Torturæ malè latæ iniurioſus *Clerico* eſt; iniurioſum enim dicitur omne, quod non contra ius ſit, quia *omne*, *quod non iure fit, iniuria fieri dicitur*, vt ait *Vlpianus*. (u) Nec dicendum, quod ad incurrendam Cenſuram *Canonis* requiratur, quod iniuria fiat *ſuadente Diabolo*, quia vt benè dicit alibi (x) *Sanctorus* ipſe, *Iudex cum contrà iuſtitiam agat, certè ſuadente Diabolo, operatur, quia in Iudice lata culpa æquiparatur dolo*.

140. Non ſatis porrò mirari poſſum, quomodò aſſerat, quod *Iudex* malè torquens

quens *Arctatione* cenſuram euadat, quia non eſt *tormentum adeò doloroſum*. Quia in ſententia *Sanctori* (z) *Arctatio* ex ſe importat carcerationem (quod tamen minimè verum eſſe, ex Statutis, ſupra (*a*) oſtendimus;) Carceratio autem non legitimè facta de *Clerico* inducit Excommunicationem *Canonis*, vt ipſe *Sanctorus* multis iuribus, & *Doctoribus* citatis alibi (*b*) probat; quomodo ergo non erit Excommunicatus *Iudex* arctans non legitimè? Dicendum ergo, quod quocumque genere, & quocunque gradu Torturæ *Iudex* malè torqueat, ſemper Cenſuram *Canonis* incurrat, dummodò interueniat *dolus*, vel *lata culpa*, quæ dolo æquiparetur, & in Tortura vis Torto inferatur.

Citationes Tituli præcedentis.

Pag.579.col.1.

(a) *Tit.de Quæſt.ff.lib.48.& in Cod.lib.9.tit.41.*

Pag.579.col.2.

(b) *Dionyſ. Gothofr.in l. Aut facta. §. 8. ff.de Pœn. Sanctor.de Pœn.cap.5.quæſt.1. verſ.Porrò quid ſint.fol.209.*

(c) *Bict. Prax.4.n.127.*

Pag.580.col.1.

(d) *Iuuenal.Satyr.13. verſ.193. & inde.*

(e) *l.Quæſtionis modum.ff.de Quæſt.*

(f) *Clar.q.64.verſ.Item debet. Berti. Pract. tit.22. cap.2.num.2.*

(g) *Bart.in l.Quæſtionis.n.1.ff.de Quæſt.*

Pag.580. col.2.

(h) *Stat.Gener.Ord.cap.7.§.6.n.17.& 18.*

Pag.581.col.1.

(i) *Chartar.de Inter.reo.lib.4.cap.2. n.10.*

(l) *Sanctor.de Pœn.cap.5.qu.2. verſ. Reſpondeo tertiò.fol.29.*

Pag.581.col.2.

(m) *Clar.quæſt.64.verſ.Sed an Clerici.in fin.Abb.in cap.Cum in contemplatione num.6.de Reg.iur. Diaz Pract.Crim.cap.117.n.5.*

(n) *Berti Pract.Crim.tit.17.cap.5.n.62.verſ.Funis.*

Pag.582. col.1.

(o) *Iuuenal.Satyr.6.verſ.223.*

(p) *Tit.Tortura. §.3.*

Pag.582. col.2.

(q) *Ghirland.Farinac.qu.38.nu.54.Ambroſin.Burg. Cuman.Guazzin.Defen.30.cap.22.nu.6.apud Bict.quæſt.105.num.7.*

(r) *Clar.Foller.Marſil.Bartol.Chartar.Menoch.Farinac.apud Bict.q.103.num.5.Sanctor.de Pœn. cap.5.q.7.verſ.Prima vel.fol.231.*

Pag.584. col.1.

(s) *Statut.Aſſiſien.ann.1526. tit. Ordinata hac.verſ. Declaramus,quod quando. Orb. Seraph. tom.3. fol.267.col.1.*

(t) *Statut. Salmant. 1553. cap.7.verſ. Declaramus etiam.Orb.Seraph.loc.cit.fol.320.col.2.*

(u) *Stat.Valliſolet.tit.de Tortur. verſ. Declaramus autem.Orb.Seraph.loc.cit.fol.469.col.2.*

(x) *Stat.Gener.Ord.cap.7.§.6.n.19.*

Pag.584.col.2.

(z) *Sanctor.de Pœn. cap.5.quæſt.1. verſ. Reſpondeo ſecundò.circ.med.fol.208.*

(a) *Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.num.39.*

(b) *Stat.Salmant.cap.7. verſ.Declaratur etiam.Orb. Seraph.tom.3.fol.320.*

Pag.585.col.2.

(c) *Text. in l. Si quis aliquot. §.1. ff.de Pœn.Gloſ.in cap.de Forma.22.q.2.*

Pag.586.col.1.

(d) *Boſſ.tit.de Carcerat.fideiuſſ.n.30.31.& 32.*

(e) *Text.in l.1.§.Is,qui.ff.Ad leg.Cornel. de Falſ.*

(f) *Gloſ.in Rubr.de Silentiar.C.lib.12.*

(g) *Sanctor.de Pœn.cap.5.quæſt.4. verſ. Reſpondeo quintò.fol.224.*

Pag.586. col.2.

(h) *DD.in l.Omnes populi.ff.de Iuſt. & iur.& in l. final.§.In computatione.C.de Iur.deliber.Maſcard.de Gen.Stat.interpr.Concl.12. num.1. & ſeqq.Cyriac.controu.25. n.13.& controu. 104. n.40.apud Conciol.ad Stat.Eugub.Prælud.n.11.*

Pag.588.col.2.

(i) *Stat.Reform.cap.10.*

(l) *l.Digna vox.C.de Leg. & Conſtit.*

(m) *Tit.Canones. n.70.*

Pag.589.col.1.

(n) *Authent.de Hæred. & Falcid. §.Si quis autem. l.Gracchus.C.ad l.Iul.de Adult.*

(o) *l.1.C.de Cura.Furio.l.4. C.de Tranſact.Inſt.de Legit.parent.tutel.Inſt.de Nupt. in princ. Cai. lib.1.Inſtit.tit.4.l.19.de Stat.hom.*

(p) *l.7.§.Ex diuerſo.ff.de Adquir. rer.dom.*

(q) *Inſtit. §.Hac autem. tit. de Pœn.temer.litig.l. Eum quem.ff.de Iudic.*

(r) *l.1.in princ.ff.ad S.C.Turpill.*

Pag.589. col.2.

(s) *l.Accuſatorum.§.Sed non.ff.ad S.C.Turpill.*

(t) *cap.vnic.de Ord.ab Epiſc.Sanctor.de Pœn.cap.5. q.8.verſ.Reſpondeo ex hac.fol.233.*

(u) *cap.Romana.de Sent. Excom.in 6.*

(x) *Couaru.Variar.cap.8.n.9.Vaſq.tract.de Excom. Dub.17.n.8.Roderic.Sayr. Vgolin.Suar.Filinc. Reginald.apud Bonacin.de Cenſur.Diſp.1.q.1. punct.4.n.11.*

Pag.590. col.1.

(z) *Suar.de Cenſur.Diſp.5.ſect.2.n.2. Alter eod.tit. lib.3.diſp.10.cap.6.col.4.Filinc.tract.11. q.6. cap.5.num.138.*

(a) *Stat.*

(a) *Stat.Gen.Ord.cap.8.§.39.n.10.*

(b) *Vgolin.cap.20.§.final.Suar.de Cenſ.diſp.3. ſect. 7.nu.3.Filiuc.tract.11. cap.3.q.7.Alter.lib.3. diſp. 2. cap. 1. verſ. Talis ſententia. Bonac.de Cenſur.diſp.1.q.1.punct.10.n.8.*

Pag.590.col.2.

(c) *Gloſ.in l.penalt.ff.de Quæſt. vbi Bart. Farinac. q.37.n.110.Bict.quæſt.104.n.17.*

(d) *l. Quotiens.ff. Qui ſatisd.cogan.*

Pag.592.col.1.

(e) *S.Auguſt.lib.33.quæſt.31.*

(f) *Syluest.verb.Infamia apud Paſteriu. de Elect.Canon.cap.25.quæſt.45.n.523.*

Pag.592.col.2.

(g) *cap.Inquiſitionis. §. Quæſiuiſti.vbi gloſ. verſ.final.Innoc.n.5.Feliu.verſ.Tertia nota.Abb.n.6. de Accuſat.*

(h) *cap. Qualiter, & quando. il 2. de Accuſat. vbi Gloſ. in verb.Ad inquirendum.cap.Cum in cunctis.11.quæſt.3.*

(i) *cap.Infames.§.final.3.q.7.*

(l) *l.1.l.Genero.l. Quid ergo ff.de His,qui not.inf.*

(m) *cap.final.de Cohab.Cler.& Mul.*

(n) *Tit.Canones.*

Pag.593.col.1.

(o) *Auil.par.7.diſp.4. dub.7. Garzia par.7. cap.8. num.66.Layman. lib.1. de Irregular.cap.4.nu. 10.Arebid. in cap.final. n.3. diſt.25.Turrecremat. in cap.Illi.6. q.1. art.1. Gloſ.& Innoc in cap.Teſtimonium.de Teſt. Abb. in cap. Inquiſitionis. num.2. de Accuſ.Sylu.Sà.Suar.Coninch. quos dat Paſſerin.de Elect.Canon.cap.25.q.49. num.560.*

(p) *cap.Ferrum. 50. Diſt. cap. Nunquam.56.Diſt. cap.Si duo.35.q.1.cap.Teſtimonium.de Teſt.*

(q) *cap.Nulli.3.q.4.cap.Conſtitutus.3.q.5.cap. Qui crimen.6. q. 1. cap Teſtimonium. cap.Licet. de Teſt.*

(r) *l. Qui teſtamento. §. Eum qui. ff. de Teſt. apud Paſſerin.Trib.Regul.q.12.n.51.*

(s) *cap.Per tuas. de Simon. Abb. in cap. Dilecti.de Iudic.& in cap.de Cætero.de Teſt.Thom.à Ieſu.tract.3.cap.11.num.9. Megal.Pract.cap.13. num.15.*

Pag.593.col.2.

(t) *l.penalt.C.de Hæred.l.Item.§.1.ff. Commun.diuid. l. Farem.ff. de Sicar. cap. Ad limina. 30. quæſt.1.*

(u) *Bellegrand.tract.3. q.7.num.21.apud Paſſerin, Trib.Regul. q.12.n.58.*

Pag.594. col.1.

(x) *Tit.Sententia n.158.*

(z) *Tit.Pœnarum.n.38.*

(a) *Iudit.cap.8.verſ.8.*

Pag.594. col.2.

(b) *Farinac.q.37.n.18.& 32.& q.62. n.387. apud Sgroi par.4.cap.3.n.33.verſ.Tertiò,quod.*

(c) *Grammat.conſ.45.n.12.Baiard.q.24. num.123. Farinac.q.62. num.71.apud Sgroi loc.cit.verſ. Quintò, quod.*

(d) *Tit.Teſtes.num.51.& ſeqq.*

Pag.595. col.1.

(e) *Authent.de Teſt.§.1.in fin.*

(f) *cap.Viliſſimis.1.q.1.*

(g) *Iuuenal.Satyr.14.verſ.187.*

(h) *Cephalu.conſ.238.vol.2.Cauale.de Teſt.par.4. n.93.Farinac.q.57.num.49.Guazz.Defen.19. cap.10.Mirand.q.17.apud Sgroi par.4. cap.3. n.12.& 13.*

(i) *Guazzin.Defen.19.cap.1.n.13.*

Pag.595.col.2.

(l) *Chartar.de Execut.Sent. cap.2. num.68. Baiard. q.21.n.51.Farinac.conſ.10. n.21.& conſ. 55. num.13.Intrigliol ſing.180.n.18.lib.2.Barg.de Mod.proced.ex abrupt.q.42. n.17. apud Sgroi par.4.cap.3.n.63.*

(m) *Farinac.quæſt.43. à num. 137. Caball.caſ.33. num.11.Guazzin.Defen.19.cap.14.n.3.*

(n) *Boer.deciſ.319.a.4.Clar.quæſt.21. verſ. Quaro nunquid.Vulp.conſ.30.n.7. & conſ.83. num.8. Apud Sgroi par.4.cap.3.n.63.in fin.*

(o) *Boſſ.de Iudic.n.182.Bertazz. conſ. 36. Natta Viu. Coſt Franch. Roland. Thoro. Maſcard. Ricc. Guazzin. apud Sgroi par. 4. cap. 3. num.64.*

(p) *Decian.Reſp.48.n.26.vol.3.*

(q) *l.Vnius facinoris . §. Seruo. ff. de Quæſt. Gloſſ. in l. Quæ in omnia.in verb.Suſpectas. ff. de In ius vocan.*

(r) *Marſil. conſ. 28.num. 11. Sgroi par.4. cap. 14. num.27.*

Pag.596.col.2.

(s) *Tit.Teſtes.num.34.*

(t) *Boſſ.tit.de Tort.Teſt. num.27.Burſat. conſ.216. num.510. Guazzin. Defenſ. 19.cap.6.num.6. apud Sgroi par.4.cap.11.n.2.*

(u) *Ghisler.de Iudic.Regul.cap.17. num. 56. Berti tit.11.cap.11. num.56. Ricc. deciſ.48.num.1. par 1.Sgroi loc.cit.n.10.*

(x) *Farinac.q.66.num.172.Guazzin.Defen.19.cap. 13.num.6.*

(z) *Bertazz.conſ. 153. num.8. Ricc.deciſ.Archiep. par.2.deciſ.241.num.2. apud Sgroi par.4. cap. 11.num.16.ſub fin.*

(a) *l.Vnius facinoris.§.Teſtes. ff.de Quæſt. Nouell. 90.cap.5.in fin.*

(b) *Bart.in l.1.§. Quæſtionem. ff.de Quæſt.Foller.in verb.Capiat. &c.num.38. Brun.de Indic.par. 2.q.4.n.11. Boſſ.tit.de Tort.Teſt.nu.13.*

Pag.597. col.1.

(c) *Seraph. deciſ.1076. num.1. & 2.Guazzin.Defenſ.19.cap.13.num.11. apud Sgroi par 4.cap. 11.num.16.*

(d) *Gabriel.concl.27.lib.7.Tiraquell. de Reo.conu. §.1.gloſ.5.nu.18.Ricc.deciſ.57. Cur. Archiep. num.1.par.1.Bertazz.conſ.153.n.1. & 7.vol. 1.Guazzin.Defen.19.cap.2.n.3.*

Digitized by Google

(e) *Capye.deciſ.142.n.3.4.& 9.Rot.Genuen.deciſ.1. num 32.Vulp.Gallic.apud Sgroi.par.4.cap.11. num.9 ſub fin.*

(f) *Tit.Teſtes.§.3.*

Pag.598.col.1.

(g) *Tit.Teſtes.§.5.num.37.*

Pag.598. col.2.

(h) *Tit.Teſtes.§.10.*

(i) *cap. Super eo.iunct. Gloſ. in verb. Non cogendi. vbi Hoſtien. num. 1. & Io: Andr. num.5. de Teſt.cap. Peruenit.il 2. eod.tit.M.A.Genuen. Prax.cap.10.*

Pag.599. col.2.

(l) *Farinac.quæſt. 37.à num.57. & inde. apud Sgroi par.5.cap.3.n.2.*

(m) *Menoch. de Præſumpt. quæſt.89. num.13.Boſſ. tit.de Iudic.num.12.Baiard.quæſt.64.num.59. Ricc. Caball. Grammat. Gandin. Alex. apud Sgroi loc.cit.num.3.*

Pag.600.col.1.

(n) *Tit.Indicia.§.2.*

(o) *Io: Andr.Alex.Iaſon.Gramm. Anton. de Canar. Gomez. Alberic Pariſ. de Put.Marſil. Afflict. apud Clar.q.64.verſ.Sed quæro, quod.*

(p) *Tit.Indicia.§.1.*

Pag.600.col.2.

(q) *Bart.in l final. num. 9. ff.de Quæſt. Auguſt. ad Angel verb. Quod fama.num.52. Blanc.de Indic.num.150.Pitigian.Pract. Subſtan.2. cap.8. Boſſ. de Indic. num. 30. quos det Sgroi par.5. cap.3.num.17.*

(r) *Farinac.quæſt.37.num. 28. & 29. Mirand. Ord. iud.quæſt.26.art.4.concl.3.*

(s) *Bald. conſ. 427. lib.5.Cravet. conſ.6. num.13. Gramm.Vot.25.num.10.& deciſ.54. num.51. Ball.var. Reſol. lib.1. quæſt.5. num.16.Dian. par.4.tract.6.reſol.3.Guazzin. Defen.30.cap. 31.num.4.apud Sgroi par.5.cap.3.num.19.*

Pag.602.col.1.

(t) *Sgroi par.6.cap.6.num.17.*

(u) *Clar.quæſt.21.verſ.Vlterius quæro.*

(x) *Menoch.de Præſumpt.quæſt.89.num.9.Farinac. quæſt.37.n.65.Ball.varia.lib.1. quæſt.10.num. 5. Guazzin. Defen. 30.cap. 30. num.5.Ricc. deciſ.Cur.Archiep.268.nu.5.par.2.apud Sgroi par.5.cap.3.num.6.*

Pag. 602. col. 2.

(z) *Farinac.quæſt.77.num.45.Guazzin.Defenſ.30. cap. 4. num. 12. & cap. 30. num.7.Maſcard. concl.1311. num. 53. Peguer.deciſ.5.num.33. Ball.var.reſol.lib.1. quæſt.8.nu.5.citat. à Sgroi par.5.cap.3.num.14.*

Pag.603. col.1.

(a) *Angel.Sylu.Tabien.Armill.verb. Indicium num. 3.Sgroi par.5.cap.3.num.16.& ibi Gregor.Lopez lib.26.tit.1.par.7.verſ. Præſumptio.Penn. Direct.par.3.Marſil.Mirand.& alij.*

(b) *Boer. deciſ. 90. num. 3. Roman. conſ.8.num.2. Bero.in cap.At ſi Clerici. num.124. apud Clar. quæſt.21.verſ.Hanc tamen.*

Pag.603. col.2.

(c) *Gloſſ.final.in l.Capite.ff.de Adult.Marſil. ſingul. 310.Felin.in cap.Olim.num.5.de Reſcr. Dec. in cap. At ſi Clerici.num.17.de Iudic.quos dat Clar. d. quæſt. 21. verſ. Confeſſio extraiudicialis.*

(d) *Sgroi par.5. cap.3. num. 20. verſ.Limitatur ſecundò.*

(e) *Aretin. Dec. apud Boſſ.tit.de Confeſſ. num. 56. Bero.in cap.At ſi Clerici num.126.Boer.deciſ. 90.num.3. Aufrer. in Repetit.Clement.penult. de Off.Ord regul.3. num.16. Carauit. ſup. Rit. 235.Magn.Cur.num.16. cit.à Clar.d.quæſt.21. verſ.Hanc tamen.*

(f) *Farinac.quæſt.82.num.42.Villagut. Pract.Crim. lib.7.tit.de Confeſſ.cap.3.concl. 1. Baiard. ad Clar.quæſt.24.num.135.*

(g) *cap. Quam ſit.vbi Abb. num.2. Extr. de Exceſ. Prælat.*

(h) *Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ.331.num.2.Maſcard.concl.350.num.36.Baiard. quæſt.21. nu. 132.Cabal.caſ.81. num.9. & ſeqq. apud Sgroi par.5.cap. 3.num.20.verſ.Limitatur nono.*

Pag.604. col.1.

(i) *Sgroi par.5.cap.3. num. 20. verſ.Limita vndecimò.& par.6.cap.4.num.14.qui citat Blanc. de Iudic.num.368.Granut.Theor.23.num.14.Farinac.conſ.34.n.7.& Myſinger. obſeru.100.*

(l) *Peun.Schol.127.col.6.verſ.Quia verò.Maſcard. concl.856.num.17.Albertin.de Agnoſc. quæſt. 25.num.2.Souſa Aphor.lib.2.cap.21. num.21. Caſtropal. tract. 4. diſp. 8.par.9. num.3.& 4. Dian. par.4. tract.6.Reſol. 12. Bordon.Prax. Crim.cap.63.num.13.apud Sgroi d.par.5.cap. 3.num.20.*

(m) *Tit.Teſtes.num.40.& ſeqq.*

Pag.604. col.2.

(n) *Menoch.de Præſumpt.quæſt.89. nu.19.Bertazz. conſ.396.num.11.Farinac. quæſt. 82. num.37. quos ſequitur Sgroi par.5.cap.3. num.20.verſ. Limitatur nonò.*

Pag.605. col.2.

(o) *l.1.§.1. ff.de Quæſt. Paul. I.C. lib.5.Sent.cap. 14.§.1.*

(p) *l.Milite.§.2.C.de Quæſt.*

(q) *Marſil. conſ.12.num.3. Chartar.de Inter. Reor. lib.1.cap.2.num.3.*

Pag.606. col.1.

(r) *Alberic.in l.Edictum.num.4. ff. de Quæſt. Clar. quæſt.64.verſ.Præterea debet.*

(s) *Diaz Pract.cap.120.vel 140.Chartar. deciſ.66. num.128.apud Sgroi par.7.cap.2. num.119.*

(t) *Burg.de Mod.proc.ex abrupt.quæſt.23. nu.180. & ſeqq.Honded.conſ.98.num.32. Tuſc.litt.P. concl.236.num.36.Marſil.Pract. §. Quoniam. n.31.Menoch.de Arbitr.caſ.330.n.3.*

(u) *Ma-*

(u) *Maſtrill.deciſ. 295. num. 2.apud Sgroi d.par.7. cap.3.n.120.verſ.Fallit tamen .*

(x) *Iutrigl.ſingul.234.lib.1.apud Sgroi loc.cit.*

Pag.607.col.1.

(z) *Clar.quæſt.64.verſ.Veritas eſt.& ibi Boſſ. tit.de Scut.num.70.Gomez cap.13. Delict. num.20. & Alberic. Rubr.de Quæſt. poſt num.9. Sanch. Conſ.Moral.lib.6.cap.4.dub.3.num.3.*

(a) *Burg.de Mod.proc. ex abrupt.cap.100. num.55. Farinac.quæſt.40.num.27.& quæſt.37. n.174. apud Sgroi par.6. cap. 4. num.9. Clar.d.quæſt. 64.verſ.Veritas eſt.in fin.*

Pag.607. col.2.

(b) *Vuip. conſ.4. num.8. lib. 1. Chartar.de Execut. ſent.cap.2.num.67.Farinac. quæſt.21. nu.151. Baiard.quæſt.64.num.122.cit.à Sgroi.d.par.5. cap.4.num.2.& 8.*

(c) *Clar.d.quæſt.64. verſ. Veritas eſt. Tuſc. litt.T. concl.332.n.81.Burg.de Mod.proc. ex abrupt. cap. 100. num. 52. Ambroſin. de Mod.form. proc.lib.6.cap.4. num.1. Guazzin. Defen.30. cap.9.num.11.*

(d) *Clar.quæſt.49.verſ.Eſt igitur. Farinac.quæſt.39. n.32.Burg.loc.cit.num.43.apud Sgroi.d.par.6. cap.4.num.6.*

(e) *Farinac.quæſt.40.num.27.& quæſt.37.num.174. Burg.loc.cit.num.55.*

Pag.609.col.2.

(f) *cap. final. vbi Gloſ. in figurat.caſ. verſ. Nam ſi quis.de Homicid.lib.6.*

(g) *Sanctor.de Pœn.cap.5.quæſt.6.fol.229. Cyn.Angel. Sum. verſ. Homicidium 5.num. 6. l.Item Ophilius. ff de Aedil. edict. Clement. vnic. de Homicid.cap. Quicumque 23. quæſt. vlt. Tabiena. verb. Irregularitas.3.num. 27. Roſella. verb. Homicidium. 4. §. 19. Panormit.in cap. Cum illorum.de Sent. Excomm.*

(h) *cap. Is qui de Sent.Excom.in 6.*

(i) *Gloſſ.in fig. caſ. §. Colligo. in Clement. vnic. de Homicid.*

(l) *cap final. de homicid. in 6.Clement. vnic. eo tit.*

(m) *cap. Quicunque percutit.23.q. final.*

(n) *cap. Si aliquis innct.gloſſ.Extrà de Homicid.*

Pag.610.col.1.

(o) *Panormit. in cap. Cum illorum num.8.de Sent. Excom.*

Pag.610.col.2.

(p) *Nauar. cap. 27. num.206. verſ. Tertiò. Sot. de Iuſt lib.5.quæſt.2.art.1.Concl.3.Couaru.in Clement. Si furioſus . Par.3. num.9. Henriq. lib. lib.14.cap.8.num.4.Tolet.lib.1.cap.27.§.Mutilant. verſ.Secundò. Sayr.lib.6.cap.15.num.5. & 6. Auila part.7.Diſp.5.Sayr.1.Dub.2.quos dat Leander par.5.Diſp.7.quæſt.9.*

(q) *Decian.Reſp.93.num.117.Volum.2.Menoch.de Arbitr.Caſ.351.num.12.Guazzin. Defen.30. cap.40. §. Quæ opinio . Penn. part.3. Comment.54.Dian. par.4.Tract.6. Reſol.16. apud Sgroi par.6 cap.5.num.24.& 25.*

Pag.611.col.1.

(r) *Bartol. in l. Vnius. §. 1. in prim. oppoſit. ff. de Quæſt. Boſſ.Tit. de Tortur. num.42. Farinac. quæſt. 38. num.85. apud. Sgroi Part.6. cap. 5. num. 27. Clar. quæſt, 64. verſ. vltimo videndum .*

(s) *Sgroi d.par.6.cap.5.num.35.& ibi Ball. Variar. reſol.quæſt.14.num.1.Burg.de mod.proc ex abrupt.cap.100.num.157. & 158.*

Pag. 611. col. 2.

(t) *Tuſc.Concl.331.num.2.litt.T.Farinac.quæſt.38. num. 103. Caualc. de Brach. reg. par. 3. num. 137. in fin. & num.139.*

Pag.612.col.1.

(u) *Paul.Grilland. de quæſt. & Tortur. quæſt.4. col. penult. num.7. Caualc. de Brach. Reg. Par.3. num.155.& ſeqq.Chartar. de Inter.Reo.lib.4. cap.1. num.222. Guazzin. Defen.30. cap.43. apud Sgroi d. par.6.cap.5.num.40. circ.med.*

(x) *Caualc.de Brach.Reg. par.3.num.157.Simon de Prat.Conſ.105.num.28.*

(z) *Marſil.in l.1 init. num.19.ff. de Quæſt. Paris de Put. de Syndic.fol.455. num.11. Pract. Milic. fol. 103. num. 52. apud Clar. quæſt. 64. verſ. Decreta Tortura.*

(a) *Ambroſin. de Mod.form.proc. lib.5. cap.1.num. 30.Bald. Conſ.241. num.8. vol.2. cit. à Sgroi part.6.cap.4.num.29.*

Pag.612.col.2.

(b) *Farinac.quæſt.38.à n.40.ad 52.Sgroi par.6.cap. 5.num.42.*

(c) *Clar.quæſt.64. verſ.Nunc de gradibus .*

(d) *Abb. in cap. Cum in contemplatione. num. 6. de Reg. iur. Diaz. Pract. cap.117. num.5. Viui. Comm. opin. verb. Clerici non poſſunt. apud Clar. d.quæſt.64.verſ.ſed an Clerici.*

(e) *Bald.in l. Interpoſitas circ. fin.C. de Tranſact. Marſil. in l.1.num.15.ff. de quæſt. & in Pract. crim.§. Expedita num.2. Clar. in d. quæſt. 64. verſ. Nunc de gradibus .*

(f) *Farinac. quæſt.62. num.70. apud Sgroi part. 6. cap.6.num.3.*

Pag 613.col.1.

(g) *Bott. Deciſ. 163. num. 18. Brun. de Indic. & Tort.fol.134. Clar. d. quæſt.64.verſ. Cæterum ſi Reus. Chartar. de Inter.reo.cap.1.num.148. Ambroſin. de Mod.form. proc. lib. 4. cap. 1. Ball. Burg. apud Sgroi d. par.6. cap.6. num.4.*

Pag.613.col.2.

(h) *Clar.cit.quæſt.64. verſ. Nunc de gradibus circ. fin.*

Pag.614.col.1.

(i) *Bald. in l.Conſentaneum.C. Quomod. & quand. Iud.Bartol. in l. Si creditor.ff. de Priuil.credit. Gloſſ.notab.in l.final.C. de Fer. I.B. Nicola. Regnl. iur.Tom.2.fol.24.verſ. Fallit.40.*

(l) *Ricc.Prax.Reſol.402.in 2.edit.Proſp.de Auguſt. ad Quarant. V. Archiep.Auct.18.verſ.octauo Hieronym.Roderic.Reſol.10.num.33. Modern. de Pot.Reg.par.2.cap.1.num.247.& de Suppl.*

ad Sanctiſ. par.2. cap.5. §.2. num.4. quos dat Barboſ Coll. in Concil. Seſſ.13. cap.1. num.13. & ſeqq. de Reform.

Pag.614.col.2.

(m) *Guid.Pap.deciſ.74.Marc.Deciſ.907.verſ. quæritur quartò nu.7.Carauit. ſup.Rit.259.Magn. Cur.num.14.Gramm.ſup.Capit.Regn.fol.133. num.4. apud Clar. quæſt. 64. verſ. Sed quid agendum.*

(n) *Sgroi par.6.cap.4. num.30. qui citat.l.2. C. de Appell.Clar.quæſt.64.verſ. Sed quid. Farinac. q.38. num.10. Scacc. de Appell. quæſt. 17.limit.47. Memb.1. num.147. & de Iudic. lib p. cap. 97. num. 92. & Caualc. de Teſt par. 4. num.159.*

(o) *Bict quæſt.104.num.41. & ibi Bart.Bald.Angel. Alberic.ad l.2.C. de Appell. & Farinac.quæſt. 38.num.10.*

(p) *Conciol ad Statut.Eugub.lib.4.Rubric.6. Annot. num.3.& Reſol.crimin.1.num.8.V.Appellatio. Batard.quæſt.64. num 85. Scacc. de Iudic. lib. p.cap.97.num.59. Farinac. quæſt.38. num.22. Guazzin. Defenſ. 30. cap. 1. num. 9. Scialoi. Prax.torquen. Reo.cap.7. à num.18.*

(q) *Tit.Canones.§.11.*

Pag.615.col.1.

(r) *D.D. ad text.in l.2.C. de Appell. recip. Gomez. Variar. tom 3 cap.13. num 23. Scacc. de Appell.quæſt.17.limit.47. nu.143.Chartar.Pract. lib.4 cap.1.num.70. & 77. Vrſell. Exam apu. Concl.128.num.599. litt. A. Vermigliol.Conſ. 169.num.9.Ball.Tract.Variar.lib.2.quæſt.26. num.2.Lancellot. de Attentat. cap.12. limit.1. num.93. quos dat Conciol. V.Appellatio. Reſolut. 1.num.1.& ſeqq.*

(s) *Marant. ſpecul fol.136. num.14. Clar.quæſt. 64. verſ.Sed quid agendum.*

(t) *Bict.Prax.4.num 96. Ambroſ. de Mod. for.proc. lib.3.cap.1.num.26.*

(u) *Sgroi par 6.cap.5.num.2.*

(x) *Cap. final iunct. gloſſ.in V. Rationabilis. Extrà de Conſuet.*

Pag.615.col.2.

(z) *Sanctor. de Pœn. cap.5. quæſt.4. verſ. quoniam autem fol.220.*

(a) *l.2.ff. de Appell.recip.*

Pag.616.col.1.

(b) *Formular.poſt Pract.crim.Tit.Form.torqu.Reum §. 16.*

(c) *Paſſerin.Trib.Regul.quæſt.32.art.vnic.num.8.*

(d) *Bict.quæſt.104. num.38. & 39. & ibi Gomez. Tuſc. Guazz. Bartol. Brun. Marſil. Monticel. Perſonal. Farinac. quæſt.38.num.7.*

(e) *Sgroi par.6.cap.4.num.28.qui citat.Gomez.Rimin.iunior. Tuſc. Burg. Marſil. Cabal Cyriac. Guazz.Caren. Dian. par.4. tract.6. Reſolut. final.*

Pag.616. col.2.

(f) *Sanctor. de pœn. cap.5. quæſt.7. verſ. prima vel Tortura. fol.230.*

(g) *Clar.quæſt.64.verſ.Sed quid agendum.*

(h) *Tit.Canones.num.26.*

Pag.618.col.1.

(i) *Sanctor.de pœn.cap. 5. quæſt.4. verſ. Reſpondeo quarto fol.222 & 223.Simanc.Cathol.inſt.Tit. 65.n.16.Chart.Pract.lib.4.cap.1. à num.161.*

Pag.619.col.1.

(l) *Felin. in cap. Ex parte. il p. de Offic.Iud.deleg. Alex.Conſ.13. num.7. lib.2.& Conſ. 72.num. 10.lib.6. Alberic. Diction.verb. Omninò. Tuſc. litt.D.Concl.322.num.2.& 11.*

(m) *Arg.l.final,C. de Nouat. Angel.de Peruſ. Conſ. 31.num.9.apud.Tuſc.l.cit. Concl.325. num.1. & 4.*

(n) *Abb. in cap. Cum in contemplatione. num.7. de Reg.iur. Boer.deciſ.163. num.17. Brun.de Indic. & tort. Bartol.in l.1.ff. de Cuſt. Reo. Marian. Repet.cap. qualiter, & quand. num.233. il 2. de Accuſ.apud Clar.quæſt.64. verſ. Caterum ſi Reus.*

Pag.619.col.2.

(o) *Bart. in l.1.§.Diuus Seuerus ff. de quæſt.Angel. in l.2.num.1.C.de Cuſt.Reo.Simanc. de Hæret. cap. 63. num.42. Anton. de Canar. de Quæſt. Memb.5.num.7.quos dat Clar.64.verſ. Et circa hanc.*

(p) *Andræ de Iſern. ſup. par.1.Conſtit. Regn.Rubr. 27.col.6. Paris de Pute. de Syndic. fol.451.col. 1. num. 1. Clar.d. quæſt. 64. verſ. Cæterum ſi Reus.*

Pag.620.col.1.

(q) *Caualc. de Teſt par. 4. num. 157. apud Sgroi. part.6.cap final. in fin.*

(r) *Farinac quæſt.38. num.100. & ſeqq.cit. à Sgroi. par.6.cap.5. num.17.*

(s) *Farinac quæſt.38.num.96. apud Bict.quæſt.106. num.19.*

(t) *Caball.Caſ.288 num.38.Guazz.Defen.30.cap. 24. in fin. Caualc. de Brach. reg. part.3. num. 184.quos dat Sgroi part.6. cap.5.num.21.*

Pag.620.col.2.

(u) *Ambroſin. de Mod.for.proc.lib.4. cap.8.dat.per Bict.quæſt.106.num.22.*

Pag.621. col.1.

(x) *l. Quæſtionis modum. ff. de Quæſt.*

(z) *Sanctor.de Pœn.cap.5. quæſt.3. verſ. Debiles & infirmi. fol 212.*

(a) *l. ſi quis in graui.§. Ignoſcitur.ff.Ad S.C.Syllan. Paul. Grylland. de Diuer. crim. lib.3. quæſt.6. num.5.Viui.Comm. opin. V.Senex. apud Clar. quæſt.64.verſ.Non etiam.*

(b) *Sanctor. de Pœn. d.cap.5.quæſt.3.verſ. Senes qui fol.213.*

Pag.621.col.2.

(c) *Sanctor. loc. cit. verſ. Reſpondeo circa Patres. fol 216.*

(d) *l.1.§.Impuberi ff. Ad S.C.Syllan. Anani.in cap. 1.num.10. de Delict.puer.Io.Igne. in l. Excipiuntur.num.49.ff. Ad S.C. Syllan. apud Clar. quæſt.64. verſ. Quæro nunquid.*

(e) *l. Nul-*

(c) *l. Nullus.C. Ad Leg.Iul.maieſt.l. Decuriones. l. Milites.C. de quæſt.*

(f) *Clar.d.quæſt.64.verſ. Vlterius quæro .*

(g) *Boſſ. Tic. de Tortur. Teſt. num. 7. apud Clar. quæſt.64.verſ. Item quæro .*

(h) *Sanctor. de Pęn.cap. 5. Quæſt.3.verſ.Patres digniſſimi.fol.213.& ibi Leo Zambell.Reg.crim. cap.16.num.22.*

Pag.622. col.1.

(i) *Sanctor.loc cit.verſ. Si autem.fol.215.*

(l) *Sanctor. loc.ci,.verſ. Si quæras an ſit. fol.216.*

Pag.622. col.2.

(m) *Tit.Tortura.* §.1.

Pag.523.col.1.

(n) *Bartol. in l. p.* §. *Quæſtionem ff. de quæſt. Foller. Pract. in verb. Capiat. num.28. Boſſ. Tit. de Tort. Teſt. num. 43. Guazzin. Defenſ. 19. cap.1.num.1. apud Sgroi part.4.cap.15.n.2.*

(o) *Tit.Teſtes.* §.13.

(p) *Tit.Teſtes. num.115. & ſeqq.*

(q) *Gramat. Vot.7.num.10.Ruin. Conſ 7.num. 32. lib.5. Dec. Conſ.189. num. 19. Baiard. quæſt. 25. num.32. Bertazz. Conſ.114. num.6. Maſcard.Concl.153.num.6.Farinac.quæſt.79.num. 73.apud Sgroi par.4.cap.15.num.4.*

(r) *cap. ſuper eo.cap.Peruenit.il 2. de Teſt.cogen.*

Pag.923.col.2.

(s) *cap. Cum ſuper.Extra. de Teſt.cogen.*

(t) *Gloſſ. in cap. 2. in verb. Depoſitionis. de Teſt. cogen*

(u) *Tit. Canones.num.26.*

(x) *Tit.Teſtes.num. 80.*

(z) *Guazzin.Defen.14.cap.11.num.p. Capell.Tholoſ. Deciſ.4. Baiard.quæſt.24. num.137. Farinac. Conſ.20.num.8. apud. Sgroi. Par.4. cap. 15.num.11.*

Pag.624. col.1.

(a) *Bart.& Marſil. in l. Vnius.*§.*Teſtes.ff.de Quæſt. Brun. de Indic.quæſt.4.num.22.Gram.Vot.21. num.21. Ruin. Conſ.7. num.1. lib.5. Villagut. Pract. lib.8. cap.6. Baiard. quæſt. 25. num. 6. Scacc. de Indic. cap. 100.num. 16. apud Sgroi par 4. cap. 16. num. 7. Clar. quæſt. 25. verſ. Solet dubitari .*

Pag.624. col.2.

(b) *Honuphr.Camiau. apud Farinac.quæſt.39. num. 147. cit. à Sgroi. d.par. 4. cap. 16. num.7. in fin.quæſt.101.nu.25. qui dat Foller.& Guazz. Defen.19.cap.15.num.2. Paſſern. Tribun. Regul.quæſt.19.art.9.num.126.*

(c) *Boſſ.Tit. de Mandat. ad homicid. poſt num. 30. apud Clar. quæſt.25.in fin.*

Pag.624. col.1.

(d) *Tit. Tortura* §.5.

(e) *Sgroi part.4. cap.3.num.55.*

Pag.624. col.2.

(f) *Roland. à Vall. Conſ.73.nu. 23. Maſcard.Concl. 1340.num.8.Ambroſin. de Mod.for.proc.lib.1. cap.4.num.8.Guazz.Defen.19.cap.2.num.15. apud Sgroi par.4.cap.16.num.3.*

Pag.625.col.1.

(g) *Gomez Variar.Tom.3.cap.13.num. 29. Mirand. Ord.indic. quæſt.17. Art.2.Hieronym.Rodcric. Reſolut.42.num.19. apud Sgroi par.4. cap.15. num.18.in fin.*

(h) *Sgroi loc cit. qui dat Burg. de mod. proc.ex abrupt.quæſt.100.num.127.& 128.*

Pag. 625. col.2.

(i) *Tit. Applicatio.* §.11.

(l) *Burg. de mod. proc. ex abrupt. quæſt. 100. num. 129. Carena par. 3. Tit.6.num. 59. Scacc.lib. p.cap.26.num.14.Guazzin. Defen.19.cap.13. num.2.cit. à Sgroi par.4.cap.15.num.18.*

Pag.626. col.1.

(m) *Chart. de Execut.ſent.cap.2. num.68. Farinac. Conſ.10.num.21.& Conſ.55.num.13. Senogal. de Mod for.Proceſſ.lib.6.cap.4.num.5. Guazz. Defen. 19. cap. 13. num. 3. apud Sgroi par.4. cap.15.num.18.*

Pag.626. col.2.

(n) *Sgroi par.4.cap.16.*§.*1.num.9.in fin.*

(o) *Gomez Tit de Delict.cap.12.num.24. Foller. Pract. canon. cap. 8. verſ. Teſtes diligenter. Guazz.D fer.14.cap.11.num.22.*

(p) *Clar.quæſt.21. verſ. Aſſertio Vulnerati .*

Pag.627.col.2.

(q) *cap. De his de Accuſ. l. ſi cui.* §. *Iiſdem. ff eo. tit.Clar.quæſt.57. in princip. & quæſt.62.verſ. Forma autem .*

(r) *Didac.lib.p.Reſol.cap.1. poſt num.8.Igne Repet.* §. *Non aliàs. poſt num. 180. Rebuff. Proem. Conſt. Franc.gloſſ.5. num. 118. apud Clar. d. quæſt.62.verſ. Forma autem.*

(s) *Sgroi par.6.cap.3.num.1.*

Pag.628. col.1.

(t) *Tit.Sententia.* §.5.

(u) *Sgroi loc.cit.num. 3 .& ſeqq.*

(x) *Gramm.Deciſ. 42. Clar. quæſt. 21. verſ. Ego in practica. Ioſeph.Ludou. Concl. 45. verſ. Solent etiam. Menoch de Arbitr. lib. p. cap. 92. num.2. Ciarlin. Controu. 12. num. 13.*

Pag.628.col.2.

(z) *Clar.quæſt.64 verſ. Illata Reo & ibi Boſſ. Tit. de Inquiſit.num. 30.*

(a) *Alberic.Rubr.C.de Quæſt.num.9.Boer.deciſ.163. num.12.Gramm.Deciſ.8.num 9. Didac.Pract. quæſt.23.fol.167. Caſon Pract. fol.75. num.2. Cepoll.Conſ.Crim.32. verſ. Nec poteſt. Marſil. in l. Repeti. num.24.ff. de Quæſt. Gomez. cap.13. Delict.num.18. Carer. Pract. fol.171. num.202. Simanc. de Hæret. cap.63. num.36. quos dat Clar.d.quæſt.64.verſ.Illata .*

Pag.629.col.2.

(b) *Anton. Gomez. Variar. Tom. 3. cap. 13. Berti Pract.crim.Tit.17. cap.5. num.11. Sgroi Par. 6. cap. 3. num. 5. & apud eum Ghisler. Iud. regul.cap.181.num.11.*

(c) *Farinac. quæſt.86. num.58. 64. & 66. & Conſ. 82. num.4. cit. à Sgroi Par.6.cap.3.num.17.*

(d) *Tit.*

Digitized by Google

(d) *Tit. Tortura. §.3.*
(e) *l. De pretio.ff. de Publi. in rem. aſt. Roman. in l. Si verò §. De viro.ff.ſolut.matr. I.B.Nicola. de Reg. iur. Tom.2.fol. 23. verſ. lex generaliter .*
(f) *arg.l.p.§. In infinitum.ff. de legat.præſtand.cont. tab.*

Pag.630.col.1.

(g) *Tit.Canones.num.70.*
(h) *Tit.Reus.§.2.*

Pag.630.col.2.

(i) *Tit.Tortura.num.20.*
(l) *Tit.Sententia.num.95.*

Pag.631.col.1.

(m) *Stat.Gen.Ord.cap.8.§.30.num.3.*
(n) *Sanctor.de Pæn.cap.5. Quæſt.4.Difficult.2.verſ. Reſpondeo.fol.226.*

Pag.631.col.2.

(o) *Clement.1.§.Verum. in fin.de Hæret.*
(p) *Sanctor. de Pæn. cap. 5. quæſt. 4. Difficult. 5. fol.227.*
(q) *cap.Liberti.12.q.2. cap. Si Capitulum. de Conceſ.præb.in 6. Abb. in cap.Bonæ memoriæ num. 18.23. de Elect.*

Pag·631.col.1.

(r) *Sanctor.loc.cit.quæſt.8. verſ. Reſdondeo de omnibus.fol.234.*
(s) *l.Præſes.ff.de Off. Præſid.l. De pretio.ff. de Publi. in rem.act.l. Proſpexit.ff. Qui, & à quibus. l. Quos prohibet.ff. de Poſtul.*

Pag.631.col.2.

(t) *Hoſtien. Rubr. de Excom. verſ. Quid ſi aliquis. num.10.*
(u) *l.p.ff. de Iniur. & fam.libell.*
(x) *Sanctor. de Pæn.cap.4. quæſt.6.fol.175.*

Pag.632.col.1.

(z) *Sanctor.loc.cit. quæſt.p.verſ. Reſpondeo ſecundò. fol.134.*
(a) *Tit.Tortura num.13.*

Pag.632.col.2.

(b) *Sanctor.loc.cit.quæſt.6.ant.med.fol.175.*

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS DECIMVS SEPTIMVS.

Probationes.

T E X T V S.

§.I. Teſtes ſingulares plenam Probationem non faciunt, & ſi ſunt omni exceptione maiores, ſolùm ſemiplenam, & inchoatam. Duo Teſtes conteſtes omni exceptione maiores plenam, & dilucidam Probationem efficiunt, & in pœnam ordinariam condemnant. Probatio euidentiſſima eſt, quæ ex priuilegijs, inſtrumentis, & litteris, cæteriſque eius generis eruitur. Probatio euidens eſt ex Teſtium dictis, reique euidentia. Probatio minùs euidens eſt ex probabilibus coniecturis, quæ & Præſumptiones vocantur. Duo indicia grauia æquiparantur Præſumptioni iuris.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

1. *Probatio, quid ſit.*
Probationis gradus tot ſunt, quot media ad Probationem.
Hoſtienſis aſſignat nouem media.
Martinus Abbas ſex.
Confeſſio Rei releuat ab onere probandi.
Gradus Probationis ſunt quatuor.

2. *Probationem plenam non faciunt Teſtes ſingulares.*
Singularitas diuerſificatiua non attenditur in Teſtibus fide dignis.
Teſtes concordantes in facto, & dubitatiuè deponentes de tempore, non ſunt ſingulares, aut diſcordes.
Diuerſitas temporis non facit ſingularitatem, quando vna, & eadem res fit in diuerſis temporibus, vt ieiunium in Quadrageſima, & Aduentu.
Nec quando eſt parua differentia temporis.

3. *Teſtes ſingulares, plures quàm duo, circa delicta eiuſdem ſpeciei, probant ad pœnam extraordinariam.*
Et quatuor ad pœnam ordinariam.
Prudentiæ Iudicis committitur dare fidem Teſtibus.
Debilitas Teſtium ſingularium roboratur per numerum.
Per Inductionem multa probantur.

4. *Vt plenè probata ſint indicia in ſuo genere per Teſtes ſingulares, quid requiratur.*
Quatuor indicia leuia probata per Teſtes ſingulares faciunt vnum graue; &, cum adminiculis, ad Torturam.

5. *Per Teſtes ſingulares probatur mala fides.*
Item minæ, & dolus malus.
Pariter Irregularitas.
Inſuper animus, ſeu voluntas alicuius, vt voluntas Nouitij non intendentis profiteri.
Prætereà omnia vitia carnalia.
Frequentia actus, Dementia, Simonia, & ſimilia.

6. *Non requiruntur Probationes, ità validæ ad torquendum, ſicut ad condemnandum.*
Singula, quæ non proſunt ſimul collecta iuuant.
Indicia ſingula probanda per duos Teſtes ſunt, in ordine ad condemnationem, non verò ad Torturam.
Tria indicia leuia, remota, & per Teſtes ſingulares probata, ſed veriſimilia, ſufficiunt ad Torturam.
Iudex debet concordare dicta Teſtium.
D. Auguſtinus concordauit dicta quatuor Euangeliſtarum.
Teſtes ſingulares, quid probent coniuncti.

7. *Duo Conteſtes omni exceptione maiores, faciunt plenam Probationem.*
Exceptio, etiam leuiſſima, impedit integritatem Teſtis.
Etiam præſumptio ad hoc ſufficit.
Vnum adminiculum ſanat læſam inte-

grita-

Digitized by Google

gritatem Teſtis in ordine ad Torturam.

Prudentia Iudicis ſummè neceſſaria in librando vim exceptionis contra Teſtem, & adminiculi contrà Reum.

8. *Probatio euidentiſſima, quæ.*

De Probationibus per ſcripturas, & inſtrumenta remiſſiuè.

9. *Probatio euidens, quæ.*

10. *Probatio minùs euidens.*

Præſumptio quid ſit. Remiſſiuè.

11. *Duo indicia grauia æquiparantur præſumptioni iuris.*

Fictio iuris, quæ ſit.

Præſumptio iuris, & de iure, quid ſit.

Eſt vocabulum Magiſtrale.

Præſumptio iuris, quid ſit.

12. *Contrà Præſumptionem iuris, & de iure regulariter non admittitur Probatio.*

Opinio Abbatis, impugnatur à Felino.

Præſumptio iuris, & de iure militans contra perſonam legaliſſimam, & fide dignam, admittit Probationem contrariam.

13. *Contrà præſumptionem iuris, & de iure in criminalibus admittitur Probatio.*

Debet tamen eſſe Probatio euidentiſſima.

Præſumptio iuris non requirit Probationem contrariam, ità validam.

14. *Explicatur Textus.*

Ad excludenda duo indicia grauia requiritur par probatio contraria.

1. IN hoc *Textu* declarantur gradus Probationum; priùs tamen dicendum eſt, quid ſit Probatio; & omiſſis alijs diffinitionibus, quas paſſim afferunt *Doctores*; & de quibus inter ſe diſſentiunt, quia inſufficientes reperiuntur, amplector eam, quam dat (a) *Abbas*, & eſt, quod ſit *Rei dubiæ in Iudicio per legitimos modos facta declaratio*. Quia verò ſtella à ſtella, & lumen à lumine differt in claritate, cum vnum plùs, aliud verò minùs, clarum ſit; ità etiam vna declaratio eſt alia clarior, & ex hoc naſcuntur gradus maioris, aut minoris virtutis in Probatione. Iſta porrò diuerſitas ſumitur à medijs, quibus ſit Probatio, proindè tot poſſunt conſtitui gradus, ſiue ſpecies probationis, quot ſunt media ad illam. *Hoſtienſis* (a) enumerat nouem hoc Diſtico comprehenſas.

Aſpectus, ſculptum, Teſtis, notoria ſcriptum, Iurans, confeſſus, præſumptio, fama probabũt. Et *Martinus Abbas*, vt notat *Addens ad Hoſtienſem* (b) ſex tantùm aſſignat. Sed quia illæ plereque ſpectant ad cauſas ciuiles, nec faciunt pro Nobis, qui criminalia tractamus; & etiam quia prædicti inter Probationes recenſent Confeſſionem *Rei*, quæ non eſt Probatio, imò quid releuans ab onere probandi, vt acutè obſeruat *Panormitanus*, (c) ideo cum *Tex.* noſtro reducemus eas ad quatuor; puta *euidentẽ*; *minùs euidentẽ*; *plenam*, ſeu *dilucidam*; & *euidentiſſimã*, de quibus ſingulis infrà loquemur.

2. Antequam autem aſſignet *Textus* media, quibus fit plena Probatio, dicit, quod *Teſtes ſingulares plenam Probationem non faciunt*. Plena Probatio dicitur illa, quæ ſufficit ad inferendam pœnam ordinariam, ex hoc, quod *plenè*, hoc eſt omni hæſitatione, aut dubio remoto à mente *Iudicis*, ipſe perſuaſus remaneat de Delicto, & Delinquente. *Teſtes* ergo *Singulares* non plenè probant. Plura circa *Teſtes Singulares* diximus ſuprà, (d) ſed quia hæc materia plerumque in proceſſibus vſu venit; & ſi hæc doctrina vniuerſaliter, & abſque vlla limitatione admitteretur, penè omnes proceſſus, maximè intrà clauſtra, in fumum abirent, nonnullas limitationes neceſſarias addendas duco. Dico ergo, quod ſi *Teſtes* ſint conſpicui, graues, & probatæ fidei, nempè ſi ſint *Sacerdotes grandæui*, & vitæ probatæ; ſiue etiam *Laicus ſenex* Orationi addictus, timoratæ conſcientiæ, & qui communiter inter Fratres habetur pro optimo Religioſo, (quibus *Deo* dante abundat *Seraphica Relig.o*,) nihil officit ſingularitas diuerſificatiua, vt dicunt *Doctores*. (e) Singularitas enim tunc non attenditur, ex eo maximè, quia probationes sũt *Iudici* arbitrariæ, & poteſt illis præbere credulitatem. Hoc autem maximè verificatur, non ſolũ quando agimus de probando delicto in genere, puta, quod aliquis ſit Fornicarius, Adulter, Proprietarius, Ebrioſus; vt alias dixi, & iterum dicam inferiùs: ſed etiam de delicto in indiuiduo verificatur, quandò Teſtes deponentes ſuper ſubſtantia facti concordant, & dubitatiuè loquuntur de tempore, vel de loco, vt dicendo, *Credo, quod fuit de Quadrageſima; dubito, quod ſit de Aduentu, &c.* tunc enim

non

non præſumuntur ſingulares, ſeu diſcordes, (f) licet enim magna temporis intercapedo ſit inter Quadrageſimam, & Aduētum, tamen, quia apud Nos idem ſeruatur in ambobus tēporibus ieiunium, poteſt facilè à Teſte, ſine dolo malo, accipi vnum tēpus pro alio, & hoc non vitiat ſubſtantiam teſtimonij, quando ſubſtantia delicti non dependet à tempore. Sicut etiam, ſi vnus diceret aſſertiuè *fuit de Menſe Maij*, alius autē diceret *fuiſſe de Menſe Septēbris, quandò metitur fœnum*, quia meſſis fœni, quæ fit in vno, aut alio Menſe, (ſaltèm in quibuſdā Regionibus) poteſt dare cauſam errori Teſtis, abſque falſitate malitioſa; & hoc ſemper intelligendum eſt, quando non eſt vis in tempore. (g) Et etiam non attenditur ſingularitas Teſtium in tempore, quando vnus deponit de vno tempore, & alius de parùm diſtanti: parua enim diſtantia eſt pro nihilo reputanda; & re vera parùm ſolent curare homines de obſeruantia temporis, cum multoties vnum diem accipiant pro alio, & aliquando etiam Mensē pro Menſe; vndè facillimum eſt diuerſificare in tempore; & ob id parum attendenda eſt ſingularitas in tempore, quādo in eo non ſtat ſubſtantia delicti.

3. Multa autem probant Teſtes ſingulares non ſolùm in tempore, & loco, ſed etiam quando ſunt ſingulares in ſubſtantia facti iterabilis; & proindè in cauſa Hæreſis plures Teſtes diuerſificatiui plurium delictorum, ſub eadem ſpecie, probant ad pœnam extraordinariam, ſi ſunt plures, quam duo, vt ſcribit *Rodericus*, (h) & alij: & ſi ſunt quatuor, ſufficiunt ad ordinariam, vt dicunt multi. (i) Et hoc firmitèr tenendum eſt in *Religione* pro puniendis nonnullis peruerſis hominibus, qui per plura ſcandala maculant bonam aliorum famam; licet enim hoc, vel illud delictum in indiuiduo non poſſit probari, probant tamen in ſpecie Teſtes ſingulares; & hoc ſufficere debet, data Teſtium integritate. Certè, ſi vnus Teſtis deponit de littera amatoria; alius de muneribus; alius de riſu, & iocis; alius de oſculis; alius de ſequeſtratione; & alius de concubitu cum fœmina, copulantur iſti Teſtes quāuis ſingulares in tempore; & loco, quia conueniunt in indicijs, quæ ſe iuuant; & in perſona; & quare copulandi non ſunt Teſtes de viſu ſingulares, qui deponunt de diuerſis copulis? Nonnè omnia illa delicta probant *Reum* de crimine ſacrilego contrà caſtitatem? Et quare iſte puniri ordinariè non poterit? Dicere, (vt audiui à quibuſdam,) quod non probatur ſpecies, niſi per indiuidua, & ſic, quod nec probetur, quis criminoſus in ſpecie, niſi probetur in indiuiduo; hoc inquam eſt cauillari, & ſcrupuloſas ſubtilitates inuehere in *Religione*, ob quas difficillimè tales mali homines, qui æquali vafritie, & peruerſitate ſe perdunt, & bonorum famam produnt, pœnas debitas euadunt, cum *Religionis* exterminio. Non ſumus in Phyſicis, aut Mathematicis, vbi requiritur demonſtratiua probatio, ſed ſumus in Moralibus, in quibus moralitèr proceditur, & præſumptiuè. Profectò prudentiæ, & arbitrio *Iudicis* committitur fidem dare Teſtibus, vt ex quadam lege (l) communiter dicunt *Iuriſperiti*: debet ne ergo prudens *Iudex* credere, quod homo, aliàs malæ famæ, verum dicat negando, & quatuor Religioſi graues, timentes *Deum*, velint mentiri, falſum iurando, & proximum calumniando, cui ſi *læſam* coràm *Iudice* famam non reſtituant de ſua ipſorum ſalute actum eſt? Hoc nullo modo prudenter fieri poteſt. Quare ergo talitèr probatus *Reus* non debebit ordinariè puniri? Quia ſunt ſingulares? Sed ſingularitas hæc, licet ſit in loco, tempore, & perſona, non tamen erit in ſubſtantia ſpecifica delicti, quæ punibilis eſt. Debilitas ſingularitatis roboratur numero Teſtium, & eorundem integritate. In Logicis à ſingularibus non fit illatio, ſed ſi multa aſſumuntur ſingularia, & de cœteris non appareat inſtantia, vtique infertur optima concluſio, vt patet in *Inductione*. Sumus in caſu ergo. Hic Socius *Caij* vidit fornicantem cum *Berta* tali loco, & die, iſte alius Socius vidit eundem fornicantem cum eadem, vel alia fœmina, tali loco, & die; & ſic de duobus alijs Socijs; per inductionem ergo moralem concludimus, ergo *Caius* eſt Fornicarius, & ità pœna ordinaria puniendus.

4. Et quod dico de ſubſtantia delicti adaptandum, eſt etiam indicijs, de quibus eadem eſt ratio. Si enim ſunt ordinata ad vnum ſpecie peccatum, optimè illud indiciant, & ſic ſufficienter indiciatum *Reum* dicere debemus. Sed hic aduertere oportet, quod ſicut quatuor requiruntur Teſtes de viſu ſingulares circà ſubſtantiam indiuidualem delicti, ità paritèr quatuor indicia requiruntur per quatuor Teſtes ſingulares, vt dicantur plenè probata indicia in ſuo genere, puta leuium, aut grauium;

uium. Et ratio eſt, quia ſicut numerus Teſtium ſupplet defectum ſingularitatis in probanda ſubſtantia delicti, ità numerus indiciorum ſupplere debet eundem defectum in probandis indicijs. Vtpotè, ſi inueniretur *Caius* occiſus piſtoletti ictu, & vnus Teſtis deponit *Seium* rixatum fuiſſe anteà cum *Caio*; & alius pariter ſingularis deponit vidiſſe in camera *Seij* puluerem pyrium; hi duo eſſent incepti ad indicium probandum; ità vt poſſet contrà *Seium* deueniri ad ſpecialem inquiſitionem. Sed, ſi alius deponat vidiſſe *Seium*, qui ſibi à Seculari amico dari fecit globulos plumbeos; & alius deponit audiuiſſe à *Seio* hæc verba, *Caius tot, & tanta mihi faciet, quod aliquando excucullabor*; certè iſta quatuor indicia ad idem intentum tendentia conſtituent probatum vnum indicium graue reſultans in valore ex quatuor leuibus, & optimè ſufficeret ad inquirendum in ſpecie, & iunctis adminiculis, etiam ad torquendum, vt multi (*m*) ſcribunt.

5. Paritèr ex iiſdem principijs, puta, quod actus reiterabiles poſſunt probari per Teſtes ſingulares; dicunt plures *Doctores*, (quos plena mani coegerit *Sgroi*,) (*n*) quod probatur *Mina*, quandò nempè ſiuot repetitæ; *Mala fides*; *Dolus*; *Irregularitas*, non tamen eius cauſa; (*o*) *Animus*, ſeu *Voluntas alicuius* (vt proteſtationes factæ à Nouitio intrà annum Nouitiatus, quod nolebat profiteri;) *Adulterium*, ſeu *Fornicatio*, aut aliud *vitium carnale*; *Frequentia actus*; *Dementia*, ſiue *Furor*; *Simonia*; & ſimilia, quæ frequentèr vſu veniunt, de ijs nempè eadem currit ratio; & de his vide *Sgroi* loco citato.

6. Aduertendum porrò eſt, quod non requiruntur Probationes, ità validæ ad torquendum, velut ad condemnandum; proindè ad effectum torquendi, *Teſtes ſingulares* coniunguntur; vnde valet illa regula *Singula, quæ non proſunt, ſimul collecta iuuant*, in ordine ſcilicet ad Torturam. Nec obſtare debet, quod communiter dicitur, puta, quod omne indicium probari debeat per duos Teſtes; quia hoc verum eſt in ordine ad condemnationem, non autem ad Torturam, vt explicat *Baiardus*. (*p*) Hæc tamen debent intelligi cum hoc, quod tria concurrant; nempe, quod Teſtes ſint omni exceptione maiores; quod deponant veriſimilia; & quod ſint plura indicia quam duo; Imò exiſtimat *Caballus*, (*q*) quod etiam ſi ſint duo, vel tria indicia, quantumuis remota, & per *Teſtes ſingulares* probata, dummodò ſint veriſimilia, hæc ſufficiant ad Torturam; & dicit, quod ſi ita non fieret, multi facinoroſi impunes euaderent, eo quia difficilè eſt omnia indicia per duos Teſtes probare, quod veriſſimum eſt, & in praxi ſeruandum. *Iudex* autem, quantùm poteſt, debet concordare dicta Teſtium ad hoc, quod non cenſeantur ſingulares, ſuſtentanda enim ſunt, & ad concordiam reducenda, vt dicunt *Doctores*, (*r*) non tamen ſupplendo, quod non dicunt; aut verba impropriando; aut ſubauditos intellectus inducendo; hoc enim licet fieri poſſit in ciuilibus, non tamen licet in criminalibus ad *Reum* grauandum: Sed interpretando eorum dicta, ipſa explicando, & dando illis ſenſum, in quo poſſint cõuenire, eo modo, quo *D. Auguſtinus* dicta quatuor *Euangeliſtarum*, qui in multis videntur ſingulares diuerſificatinè ad cõcordiam reuocauit, in *lib. de Conſenſu Euangeliſtarum*. Concludimus ergo, quod *Teſtes ſingulares*, licet ſinguli ex ſe non probent plenè indicia, neq; ſubſtantiam delicti, tamen coniunguntur, ita vt tres probantes tria indicia, etiam leuia, ſufficiant ad Torturam, & etiam ſufficiant duo, ſi indicia ſint valdè veriſimilia; ad ſubſtantiam autem facti iterabilis tres, vt præfertur, ſingulares, nõn patientes exceptionem ſufficiunt ad pœnam extraordinariam, & quatuor ad pœnam ordinariam. Et licet *Textus* dicere videatur, quod faciant *ſolam ſemiplenam Probationem, & inchoatam*; hoc debet accipi in quantùm conſiderantur vt ſinguli, non verò in quantùm coniunguntur.

7. *Duo Teſtes conteſtes omni exceptione maiores plenam, & dilucidam Probationem efficiunt*. De hoc aliàs (*s*) dictum eſt; ſed circà exceptiones, quæ poſſunt dari vel perſonis, vel dictis, vel modo dicendi Teſtium eſt aduertendum; Quod quamuis omnis modica exceptio tollat quominùs Teſtis dici poſſit omni exceptione maior, imò ad hoc ſufficiat etiam leuiſſima præſumptio, (*t*) tamen in ordine ad torquendum reparatur læſio per adminicula, & integer euadit; ita vt opinio eorum, qui dicunt, quod dictum vnius Teſtis, ſine adminiculis, non faciat indicium ad Torturam, debet accipi de Teſte non totaliter integro; ſed addito adminiculo, iſte ſanatur, & optimè facit ad torquendum, vt multi (*u*) ſcribunt. Et in hoc, ſumma prudentia opus eſt *Iudici*, vt benè libret robur exceptionis contrà Teſtem factæ, &

valo-

Digitized by Google

valorem adminiculi, per quod debet ſuccurri læſioni Teſtis. Si enim exceptio eſſet valida, & grauitèr vulneraret perſonam, aut dicta Teſtis; adminiculum verò, aut aliud indicium valdè debile, hoc non poſſet dare integram vim Teſti eneruatam à contraria exceptione, Oportet proindè, quod proportionetur valor indicij valori contrariæ exceptionis. De hoc autem dare firmam regulam, quæ in omni caſu quadraret, impoſſibile eſt; Vndè Iudicis prudentiæ hoc determinandum relinquitur. Quæ omnia quadrant etiam ex eodem principio Teſtibus conteſtibus in ordine ad condemnationem. Si enim contrà eos proponatur exceptio, per quam debilitetur eorum integritas neceſſaria ad condemnandum ad pœnam ordinariam, adminiculis, & indicijs reparatur; ita vt Probatio pro Fiſco facta per tales Teſtes, & indicia æquiualeant plenæ Probationi, ac ſi facta à Teſtibus omni exceptione maioribus fuiſſet, & ſic *in pœnam ordinariam condemnet.*

8. *Probatio euidentiſſima eſt, quæ ex priuilegijs, &c. Textus* de ſe clarus eſt: Multa quidem dicenda eſſent circa *Probationes*, quæ fiunt ex inſtrumentis; Scripturis; Inſcriptionibus lapidarijs; & ſimilibus, de quibus tractant *Doctores* paſſim. (x) Sed quia hæc plerumque faciunt in cauſa ciuili, ea pertranſimus. In criminalibus, quæ Probatio fiat *inſtrumentis*, & *litteris*: (vt puta *inſtrumentis* Vſurarijs, aut Simoniacis, nempè continentibus contractus hoc, vel illa prauitate initos; vel *litteris* amatorijs; vel per quas mandatum de patrando ſcelere datur, vel commiſſio; vel libellis famoſis, &c.) iam ſupra (a) dictum eſt, ad quæ Lectorem mittimus. Sed quid intelligit *Textus*, dum ait, *cœteriſque eius generis eruitur*? Dico, quod non tantùm veniunt ſcripturæ; ſed ea omnia, quæ permanent, donec à *Iudice* per ſenſum proprium in iudicio percipi poſſint; vt puta Cadauer ſi videatur mẽbratim trũcatum; arbor reciſa; dirutus paries; combuſta domus; cornua ſculpta in valuis ad ignominiam; & ſimilia; & talis euidentiſſima Probatio facit, vt plurimùm, ad corpus delicti comprobandum: ad probandum enim Delinquentem, ità vt nulla ſuppetat illi defenſio, rariſſimè contingere poſſet, niſi in *notorio facti* patenti ipſi *Iudici*, in quo maleficij ſignum indelebile remaneret.

9. *Probatio euidens eſt ex Teſtium dictis reique euidentia*. Hæc interuenit, quando delictum relinquit veſtigium poſt ſe, & *Iudex* informatus per dicta Teſtium de facto, quod accidit, per proprium ſenſum percipit effectum relictum à tali facto; qui effectus ex ſe oſtendit, non potuiſſe niſi à tali facto prouenire. Exemplum eſt. Si inquiratur contrà *Caium*, quod vitem in horto truncauerit; & duo Teſtes dicant vidiſſe *Caium* truncantem, & accedat *Iudex*, videatque vitem truncatam, ex dicto Teſtium, & oculari inſpectione emergit euidens Probatio; ſiquidem vitis, ſic conciſa, eſt talis effectus, quod non poteſt eſſe niſi ex facto hominis.

10. *Probatio minùs euidens eſt ex probabilibus coniecturis, quæ & præſumptiones vocantur*. Quæ, & quotuplex ſit præſumptio ſupra (a) dictum eſt, & per hoc non diutiùs immoramur.

11. *Duo indicia grauia æquiparantur præſumptioni iuris*. Pro dilucidatione iſtius *Textus* ſciendum eſt; quod aliquando ius diſponit ſtatuendo ſuper re tanquam certa, quæ tamen talis non eſt; imò eſt falſa, & vt talem eam agnoſcit: vt in quadam lege *Codicis* (b) *Imperator*, ſublata actione, quæ vocabatur *Rei vxoriæ*, voluit omnes dotes exigi per *actionem ex ſtipulatu*, ac ſi ſemper in dote conſtituenda, & tradenda, ſcripta fuiſſet ſtipulatio, quæ tamen ſcripta non fuit; & iſta vocatur *Fictio Iuris*; ſicut quando ob delictum *Vniuerſitatis* fertur interdictũ locale; fingitur enim, quod *Vniuerſitas* ſit quaſi perſona particularis, in cuius delicti pœnam fertur Interdictum. Quandoque lex præſumit ſuper re incerta, & deducta ex aliquibus coniecturis; hoc verò contingit dupliciter; primò quando lex præſumit intantùm, quod ſuper illa præſumptione, tanquam firma, & certa aliquid ſtatuit, vt in quadam *Decretali* (c) ſtatuitur, quod ſi quis carnalitèr cognouerit ſponſam de futuro, præſumatur, quod tunc voluerit ſecum contrahere matrimonium per verba de præſenti; & proindè, ſi poſteà contrahat cum alia, hoc ſecundum matrimonium ſit nullum, quia primum præſumitur validum; & hæc vocatur *præſumptio iuris, & de iure*, quod vocabulum, vt notat *Abbas* (d) eſt Magiſtrale, hoc eſt, à *Doctoribus* excogitatum, non verò à iure impoſitum. Secundò; quandò lex aliquid incertum præſumit quidem, vt certum, non

tamen ſuper eo taliter ſe fundat, vt aliquid ex ſuppoſitione illius determinet, & hæc dicitur *Præſumptio Iuris*.

12. Sciendum autem, quod vt habetur textualitèr in ſupra citata *Decretali* (e) contrà *præſumptiones iuris, & de iure* nulla admittitur Probatio contraria, quandò ſcilicet in lege ponitur, quod talis non admittatur. (f) Et quamuis *Abbas* (g) dicat, quod quandocunque ius ſtatuit aliquod, præſuppoſita aliqua præſumptione, ſemper intelligatur in iure inſerta illa clauſula, puta, quod Probatio contraria minimè admittatur, licet ibidem non ſit expreſſa; tamen contrarium eſt veriùs, vt notat *Felinus* in quinque fallentijs, quas adducit ad eandem *Decretalem*; & dicit *Sebaſtianus Sapia*, (h) quod ſi *præſumptio iuris, & de iure* militaret contrà perſonam legaliſſimam, & fide dignam, poſſet admitti Probatio in contrarium, quod, vt quid ſingulare adnotat ex *Antonio de Butrio*, & *Marſilio*. (i)

13. Et reuera contrà rationem, & dictamen naturale eſt, quod res, quæ incerta de ſe eſt, habeatur pro ità certa, quod contrà eam non poſſit contrarium probari, ac ſi certa eſſet. Admittenda ergo eſt contrà *præſumptionem iuris, & de iure* (maximè in criminalibus) Probatio. Sed qualis? Certè non alia, niſi quæ eſt euidentiſſima. Exemplum ſit; concubitus iuuenis cum puella nudi cum nuda, per integram noctem, in eodem lecto, clauſa camera, facit præſumptionem copulæ ſecutæ, quæ eſt iuris, & de iure, tamen contrà eam optimè poteſt fieri Probatio contraria; nempè, ſi vir ſe oſtenderet euiratum per abſciſſionem totalem genitalium inſtrumentorum; aut puella per aſpectum ſui corporis per ſeptem Matronas, vt ſancitur in quodam *Capitulo*, (l) probaret ſe virginem. Paritèr contrà *præſumptionem iuris* admittitur vniuerſaliter Probatio; ſed quia talis præſumptio non reputatur, ita valida, ſicut prima, in perſuadendo *Iudici*, ideò non requirit, quod Probatio contraria ſit euidentiſſima, ſed tamen, quod ſit proxima euidentiæ, & habeat talia argumenta, vt præponderent motiuis contrarijs, quæ habet *Iudex*.

14. His ergo adnotatis intelligitur *Textus* dicens, quod *duo indicia grauia*, ex illis nempè, quæ *Textus* ipſe enumerauit in claſſe indiciorum grauium (m) *æquiparantur præſumptioni iuris*, hoc eſt tantùm probant, quantùm probat *præſumptio iuris*; & ſicut ad deſtruendam hanc requiritur contraria Probatio valida, & concludens, & proxima euidentiæ, vt dictum eſt, ità etiam ad elidendam Probationem, quæ ſit per duo indicia grauia de delicto, requiritur par probatio ad ipſum excludendum.

I. Quæritur. Quantum probent præſumptiones hominis?

SVMMARIVM.

15. *Præſumptiones hominis quantùm probent.*
Regula firma circà præſumptiones hominis non poteſt dari.
Præſumptiones iuris non habent æqualem valorem.

15. Reſpondeo, quod vbi ius ſpecialitèr non præſumit aliquod, *Iudex* autem ex aliquibus coniecturis, quæ poſſunt deſumi vel ex permanentibus facti, vel ex dictis Teſtium, præſumit, quod delictum commiſſum ſit, illa vocatur *præſumptio hominis*, vt aliàs diximus. Quia verò infinita ſunt, propè accidentia hic, & nunc, à quibus alio, & alio modo poteſt perſuaderi *Iudex*; non poteſt dari certa regula, per quam ſtatuatur, quod talis *præſumptio* tantùm, aut tantùm probet, vt dicit *Abbas*, (n) licet improprijſſimè dicatur, quod *præſumptio* probet, ſunt enim indicia, adminicula, & dicta Teſtium, quæ probant; *præſumptio* verò eſt motus animi *Iudicis* inclinati ad hoc credendum à talibus Probationibus. Et ideò arbitrarium *Iudici* eſt tantam, aut tantam fidem Probationibus adhibere, licet hoc arbitrium ratione debeat regulari, vt ſæpiùs dictum eſt.

Aduerto tamen, quod apud Nos *præſumptiones* multæ, quæ reſpectu aliorum ſunt hominis, reſpectu noſtri *Iudicis* ſunt iuris. Ratio eſt, quia ex quo *Textus* eſt nobis lex municipalis, omnia indicia, quæ in *Textu* exprimuntur, vt grauia, grauiſſima, aut leuia, talia debent eſſe, vt nobis à iure præſcripta; & ità omnes tales dici pro nobis debent *præſumptiones iuris*, quia in noſtro iure ſunt expreſſæ. Nec tamen ſequitur, quod omnes æqualem gradum firmitatis habeant, aut æqua-

æqualem Probationem contrariam requirant; quandoquidem etiam in iure communi nõ omnes *præſumptiones iuris* æquales ſunt in valore. Sed nonnullæ faciunt tantùm ad hoc, vt *Iudex* poſſit ſpecialitèr inquirere, aut Canonicè monere, vt deducitur ex quodam *Canone*,*(o)* in quo ſancitur, quod ſi pluries viſus fuerit Clericus iocari, vel confabulari cum muliere, ter moneatur, hoc eſt *Canonicè*, & niſi poſt hoc reſipiſcat, excommunicetur. Aliæ faciunt ad infligendam pœnam extraordinariam, tum quia pluribus innituntur coniecturis, tùm quia de grauiori ſunt crimine, vt deducitur ex alio *Capitulo*, *(p)* in quo quidam *Decanus* ob ſuſpicionem Hæreſis, quam contraxerat ex familiari conuerſatione cum Hæreticis, ſuſpenſus fuit ab Officio, & beneficio, donec *purgationem canonicam* per quartamdecimam manum præſtaret. Aliæ tandem faciunt ad pœnam ordinariam, & illæ ſunt vehementiſſimæ, & quæ non admittunt contrariam Probationem, niſi euidentiſſima ſit, vt dictum eſt.

Citationes Tituli præcedentis.

Pag.640.col.1.

(z) *Abb.Rubric.de Probat.num.1.in fin.*

Pag.640. col.2.

(a) *Hoſt. Summ. Rubr. de Probat.§. Et quot ſunt. num.6.*
(b) *Martin.Abb.tit.de Probat. Add.ad Hoſtien. loc. cit.litt.G.*
(c) *Abb.d.Rubr.de Probat.num.3.in fin.*
(d) *Tit.Teſtes. num.40.& ſeqq.*
(e) *Caſtren.conſ.342.col.final.lib.2. Rimin.iun.conſ. 7.num.205.lib.1.Deciſ.Lucen.5. num.13. Deciſ.Bononien.16. num.16. Menoch. de Arbitr. caſ.99.in fin.Farinac.quæſt.64.num.30. Caball. caſ.193.num.8.apud Sgroi par.4. cap.5. n.23. & 33.*

Pag.641. col.1.

(f) *Crauet. conſ. 78.num.9. Petr. de Fideicomm. quæſt.12.num.853. Farinac. quæſt.64. num.8. cit.à Sgroi loc.cit. num.24.*
(g) *Roman. conſ.30. Corn. conſ.247. col.8.num.2. Crauet. conſ. 153. num.13. apud Sgroi.ibidem num.38.*
(h) *Roderic.tom.2.quæſt.9. art. final. Penn. par.3. Comment.121.§. Quoties. Diana par.4.tract. 7.reſol.31.Vericell.tract.8. quæſt.44. num.17. Petr.ab Angel.cap.14.num.16.& 37.*
(i) *Simanc.Cathol.inſtit.tit.64. num.77. Caccialup. Repetit. l. Admonendi. ff. de Iureiur. Brun.de Indic.par.1.quæſt.2.num.6.Soccin. Hippol.Tiraquell.apud Roderic.tom.2. quæſt.9. art.6. Salycet.Albertin. Leſſ. Hurtad. Vericel. Barboſ. Sperell. Arragon. apud Sgroi par. 4. cap. 5. num.9.*

Pag.641.col.2.

(l) *l.3.§.Tu magis. ff.de Teſt. Hippolyt. ſingul.114. apud Roderic.tom.2.quæſt.9.art.6.*

Pag.642.col.1.

(m) *Soccin.Gramm. Blaue.Vulpel.Crauet-Surd.Farinac. Marſil. Caball. Ball. Layman.Albertin. Diana apud Sgroi par.4.cap.5.num.29.*
(n) *Sgroi loc.cit.num.12.& ſeqq.*
(o) *Franciſc.Marc.deciſ.462. par.1. Mantic. deciſ. 233.num.1.*
(p) *Baiard.ad Clar.quæſt.22.num.3.*
(q) *Caball.caſ.193.num.4.*

Pag.642.col.2.

(r) *Bald.in l.de quibus. col.final.ff. de leg.& in cap. Cum dilecti.col.vlt.de Conſuet.Bart. in l.2. ff. Si cert. petat. Guid. Pap.ſingul. 958. num.2. Alexand.conſ. 185. num.2. & 6. vol.7. Surd. Gratian. Farinac. & alij apud Sgroi par. 4. cap. 5.num.49.*
(s) *Tit.Teſtes. §.8.*
(t) *Bart. & Alexand. in l. 1. §. Item. Cornel. ff.de Quæſt.Rolan.à Vall.conſ.2.num.38.vol.3.Macerat.variar.reſol.44. lib. 5. Barboſ.in cap. Si Mulier.num.5.Extra.de Probat.*
(u) *Boſſ.de Indic.Baiard.quæſt.21.num.15.Menoch. de Præſumpt. lib. 1. quæſt. 89.num. 11. Sayr. Clau. Reg. lib. 12. cap 21. num.24. Layman. lib.3.tract.6.cap.2.Leſſ.lib.2.cap.30. num.21. quos dat Sgroi par.4. cap. 2.num.11.*

Pag.643.col.1.

(x) *DD.ad Tit.de Fid. inſtrum. in Decretal. lib.2. tit.22.in Digeſt.lib.22. tit.4. & in Cod.lib.4. tit.21.*
(z) *Tit.Indicia.num.41.& ſeqq.*

Pag.643.col.2.

(a) *Tit.Indicia.quæſt.1. per tot.*
(b) *l.Vnic.C.de Rei Vxor.act.*
(c) *cap.Is.qui,Extra.de Sponſ.& Matr.*
(d) *Abb.in cap.Quanto. num.2.de Præſumpt.*

Pag.644. col.1.

(e) *d.cap.Is qui. de Sponſ.& Matr.*
(f) *cap.Vidua.de Reg. & tranſ.ad Relig. cap. Inſuper. Qui Matr. accu.poſſ. l. final. C. Ad S. C. Macedon.I.B.Nicola. de Reg. Iur. tom.2. fol. 183.verſ.Vbi ius ſuper certo.*

(g) *Abb.*

(g) *Abb. in cap. Quanto. num. 2. de Præſumpt. vbi Felin.*

(h) *Sebaſt. Sapia Add. ad Abb. in d. cap. Quanto. num. 2. litt. B. de Præſumpt.*

(i) *Anton. de Butr. in cap. Vidua. de Regul. Marſil. in l. 1. §. Si quis vltrò. col. 4. verſ. Pro quibus facit. ff. de Quaſt.*

Pag. 644. col. 2.

(l) *cap. Propoſuiſti. de Probat.*

(m) *Tit. Indicia. §. 2.*

(n) *Abb. in cap. Quantò. num. 3. verſ. Ex quibus. de Præſumpt.*

Pag. 645. col. 1.

(o) *cap. 2. de Cohab. Cler. & Mul.*

Pag. 645. col. 2.

(p) *cap. Inter ſolicitudines. de Purg. Canon.*

TITV-

TITVLVS DECIMVS OCTAVVS.

Carcer.

T E X T V S.

§.I. Dari non poteſt niſi ad cuſtodiam, vel ad pœnam. Carcerans non ſuſpectum de fuga, non ad Arctationem, & ante Sententiam, in Excommunicationem maiorem eo ipſo incidit, & omnibus actibus legitimis priuandus eſt. Carcer, qui ad Arctationem datur, ſine conſenſu Diffinitorij dari non poteſt; qui etiam Domus diſciplinæ appellatur. Non inhibetur autem Guardianis, vel alijs Superioribus poſſe præcipere alicui ex ſuis Fratribus, ne ex cella exeat, dummodò rationabilis cauſa ſubſiſtat: non enim cella eſt Carcer, nec inibi ſine caputio, & chorda, vt fieri debet in formali Carcere, permanere poſſunt Fratres; nec ſibi flagella diſciplinæ infligere; & in pane, & aqua ieiunare, ſingulis ſaltem ſextis ferijs, cuiuſmodi tenentur formaliter Carcerati facere, niſi id, ad Regularis diſciplinæ exercitium, aliquando præcipiatur.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

1. *Carcer non datur niſi ad cuſtodiam, vel pœnam.*
   Suſpectus de fuga quando quis reddatur.
   Arctatio qualificata Carcerem importat.
2. *Carcerans ante diffinitiuam, & non ad cuſtodiam, incidit in excommunicationem.*
   Argumentum à contrario *eſt fortiſſimum in Iure.*
   Per argumentum à contrario *ita operatur oppoſitum in oppoſito ſicut propoſitum in propoſito.*
3. *Carcer, qui datur ad Arctationem, non poteſt dari ſine Diffinitorio.*
   Sanctorus ſibi contrarius.
4. *Domus diſciplinæ, quid importet.*
5. *Prouincialis poteſt abſque Diffinitorio mittere ſubditum in Domo diſciplinæ.*
5. *Relatiuum,* qui, quæ, quod *reſtringit, & limitat.*
   Exponitur Textus.
6. *Pater patria poteſtate filium punit.*
   Filium Clericum ad correctionem poteſt percutere.
   Poteſt filium in aliqua camera domus incarcerare.
7. *Carceres priuati ſunt probibiti.*
   Non autem reſpectu filiorum.
8. *In Superiore cadit poteſtas patria, & iudiciaria.*
9. *Guardiani ſequeſtrare poſſunt Subditum in cella.*
   Priuilegium Nobilitatis conceſſum Marito extenditur ad Vxorem.
   Acceſſorium ſequitur naturam principalis.
10. *Superior Localis quiuis ſequeſtrare poteſt Subditum in cella.*
   De formalitate Carceris eſt recluſio ſub ſera.
   Claudere Subditum ſub ſera nequit Superior localis.
11. *Obſeratio eſt de formalitate carceris.*

1. TItuli huius materiam ſufficientèr tractauimus alibi (q) vndè non eſt cur eam hic repetamus: delibabimus proinde ſolam *Textus* explicationem. Dicit ergo, quod *Carcer dari non poteſt, niſi ad cuſtodiam, vel ad pœnam*;

nario-

Digitized by Google

Ad cuſtodiam quidem tum *à Iudice Ordinario*, & *Delegato*, tùm à *Superiore locali*, aut ab eo, qui in localis Sùperioris abſentia eſt *primus in Conuentu*, in caſibus, in quibus vel *Statuta Ordinis*, vel prudentia dictat dandum eſſe; puta in cuſtodia *Apoſtatæ* ſcandaloſi vagantis; aut in *Reo* atrociſſimi delicti ſuſpecto rationabiliter in fuga, vt aliàs dictum eſt. *Ad pœnam* autem à *Iudice* eam decernente per interlocutionem, vt in *Arctatione qualificata*, vt infrà dicam; aut per diffinitiuam, vt in illis delictis, pro quibus pœna carceris indicitur.

2. *Carcerans non ſuſpectum de fuga, &c.* Suſpectus de fuga redditur aliquis vel ob qualitatem perſonæ, vel ob atrocitatem criminis commiſſi, vt optimè dicit *Sanctorus*, *(a)* vndè ſi *Reus* prætenſus, & inquiſitus eſt iuuenis, ſanus, leuis, & indeuotus facilè præſumi poteſt, quod ad pœnam euadendam effugiat. Hoc verò intelligi debet non vniuerſaliter de omni delicto, ſed de eo, quod longam, & valdè moleſtam pœnam exigeret, vt *Carceratio* ad ſex Menſes, *Triremes*, *&c.* non enim rationabiliter præſumi poteſt, quod, ad euadendam pœnam non valde grauem, ſit *Reus* fugam arrepturus, & maiori vinculo iuſtitiæ vindicatiuæ ſemetipſum ligaturus. Vndè potior ratio ſuſpicionis fugæ deſumi debet ab enormitate criminis. *Non ad Arctationem*, *&c.* Intelligenda eſt hìc *Arctatio qualificata*, illa nempè, quæ ex decreto Iudicis importat non ſolùm triplex Ieiunium, & Flagellationem in qualibet hebdomada, ſed etiam recluſionem in Carcere, *Arctatio* enim ſimpliciter, & in ſe, carcerem non importat, vt ſupra *(b)* ex *Statutis* demonſtrauimus. *Et ante ſententiam*, puta diffinitiuam, *in Excommunicationem maiorem incidit eo ipſo; & omnibus actibus legitimis priuandus eſt*. Notandum hic, quod Excommunicatio eſt latæ ſententiæ, quia apponitur clauſula *eo ipſo*, quæ importat ſententiam latam, vt notum eſt; ſed priuatio actuum legitimorum eſt ferenda. Proindè ſententia *Iudicis ad quem*, qui pronunciare deberet ſuper indebita carceratione, deberet eſſe *declaratoria* de Excommunicatione, & *condemnatoria* in ordine ad priuationem actuum legitimorum. Videtur autem ex hoc *Textu*, quod poſſit deduci, quod qui carceraret ad *Arctationem* tantùm, Excommunicationem non incurreret per locum à contrario, quod eſt in iure fortiſſimum, & per quod tantùm operatur oppoſitum in oppoſito, vt propoſitum in propoſito. *(c)* Sed non ita eſt, quia debet accipi vniuerſaliter, & de *Arctatione* etiam non legitimè irrogata. Proindè, qui carceraret minimè ſeruato eſſentiali ordine iuris etiam ad *Arctationem* tantùm maneret Excommunicatione ligatus, vt aliàs *(d)* probauimus.

3. *Carcer, qui ad Arctationem datur, ſine conſenſu Diffinitorij dari non poteſt, qui etiam Domus diſciplinæ appellatur*. Hìc aduertendum, quod dupliciter poteſt intelligi, quod abſque *Diffinitorio* carcer dari non poſſit ad *Arctationem*, puta, ità vt actus aliter factus ſit inualidus; vel ſit illicitus. Dico ergo, quod, vt aliàs *(e)* abundè probauimus, ſi abſque prædicto conſenſu *Iudex* carceraret, licet malè faceret, & pœnam incurreret, tamen carceratio eſſet valida; ſuppoſito tamen, quod ex alio capite ipſa eſſet, eſſentiali iuris ordine ſeruato inflicta; Vnde ly *non poteſt* expreſſum in hoc *Textu* non importat nullitatem facti in contrarium, eo quia non habet clauſulam irritantem. Benè facit actum illicitum, & punibilem, & ob hoc *Iudex* arctans abſque *Diffinitorio* aliquem, eſſet puniendus. Et ſatis mirari non poſſum quomodo *Sanctorus*, ita *(f)* ſcripſerit. *Prouincialis poteſt, & debet ſine aſſiſtentia, vel conſenſu Diffinitorij Reum conſtituere, Carcerare, Torquere vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè*. Quo fundamento dicat hoc, mihi ignotum eſt, & incapibile, ſibi apertè refragante *Textu* hic, & alibi, *(g)* & huic dicto contrariantibus ijs, quæ ipſe alibi *(h)* docuerat. Quid hìc dicendum? Fuit doctiſſimus *Sanctorus*; ſed homo fuit; & ideò errori obnoxius. Sicut & Nos. Lapſum eius nos adnotamus; dicta noſtra cenſebunt poſteri.

4. *Qui etiam Domus diſciplinæ appellatur*. Quid propriè veniat nomine *Domus diſciplinæ* in *Statutis* expreſſum non inuenio. Habetur tamen in *Statutis Salmantinis*, *(i)* quod, *ſi quiſpiam fecerit aliquid, propter quod pœnam Carceris mereatur ſuſtinere, declaramus, quod Guardianus, vel eorum Vicarij, de conſilio Diſcretorum, poſſint eum detinere in Domo diſciplinæ, ne fugam arripiat, ſiuè ſit de eorum Subditis, ſiuè non, donec per Miniſtrum, quid ſit agendum de tali, diffinitum fuerit*. Ex hoc autem *Statuto* apertè habetur, quod *Domus diſci-*

diſciplinæ materialitèr ſit Carcer, ex eo quod adhibenda eſt ad impediendam fugam. Formaliter autem *domus diſciplinæ* Carcer non eſt. Carcer enim, ſi ad pœnam detur, importat priuationem habitus, ieiunia, flagellationes, & priuationem actuum legitimorum; ſi ad cuſtodiam, nihil horum infert; ſed ad cuſtodiam etiam vincula admittere poteſt, ſi ſecurus non eſt, quod tamen de *Domo diſciplinæ* dici non poteſt. Siracides inuitans ad ſe homines dicebat. *(l) Appropiate ad me indocti, & congregate vos in domum diſciplinæ*. Quem locum *Cornelius (m)* exponens, ait, *Sapientiam æthicam intelligit, vndè vocat eam diſciplinam, quæ ſcilicet vitia caſtigat, moreſque omnes ad virtutem efformat, & componit. Domus* ergo *diſciplinæ* dici poteſt tranſumptiuè *Carcer localis*, ipſo ſiquidem in pœnam paternaliter inflicto, religioſi vitia leuia caſtigantur, moreſque in meliùs commutantur, ita vt locus ille ſit tanquam Schola moralis virtutis, per quam paſſionum vitioſi effectus eradicantur, & animi moderatio comparetur. Quandocunque ergo *Prælatus*, vt *Pater*, ad puniendum ſeuerè, intrà limites fori paterni, *Religioſum* recludit in Carcere ad mortificationem, eum poſitum in *domo diſciplinæ* dicere poſſumus. Et in tali loco poſſe *Prælatum*, (*Prouincialem* nempè) Subditum paternè punire nullo præuio proceſſu, nulli dubium eſt; quia talis pœna nullam irrogat infamiam, & eſt ad mortificationis exercitium, ad quod iure *Prælaturæ* adſtringere poteſt Subditum; & ad hoc genus pœnitentiæ, tot proceſſibus, vt plurimum infructuoſis, omiſſis, exhortor Superiores, quia ſic breuiùs, & ſecuriùs, & cum maiori fructu ad Subditorum emendationem deuenient.

5. Sed dubium eſt, an *Prouincialis* ſolus abſque *Diffinitorij* conſilio poſſet ſupra dictam pœnam imponere; & prima facie videtur, quod non, eo quia in hoc *Textu* dicitur, quod *Carcer, qui ad Arctationem datur, qui etiam Domus diſciplinæ appellatur, ſine conſenſu Diffinitorij dari non poteſt*. Sed contrarium puto veriùs, & ità eſt tenendum; non enim ſenſus *Textus* eſt, quod *Carcer*, qui dicitur *Domus diſciplinæ*, dari non poſſit ſine conſenſu *Diffinitorij* vniuerſaliter, & in omnibus caſibus; ſed limitat ad hunc, puta, *qui ad Arctationem datur*, hoc eſt, *quando ad Arctationem datur*; talis enim locus, & modus recluſionis non datur ad ſolam *Arctationem*; ſed etiam ad cuſtodiam, & etiam ad pœnam; vnde ly *qui* non ſignificare poteſt, quod Carcer talis Arctationi ſolùm inſeruiat; & ità erit dictu, *qui ad Arctationem datur*, hoc eſt, *quando ad Arctationem* datur. Dũ ergo limitat *Textus* facultatem (quam aliundè, puta à iure communi, habet *Prælatus*) tantùm in caſu dandi talem carcerem ad *Arctationem*; non eſt vndè ad alios caſus non expreſſos talem limitationem extendamus; talis enim reſtrictio, cum ſit correctoria iuris communis, non comprehẽdit non expreſſa, attento maximè, quod in alijs caſibus non militat eadem ratio, ſicut in *Arctatione*. Quia *Arctatio* ſpecies Torturæ eſt, & à *Superiore, vt Iudice*; & per decretum interlocutorium fertur, & infamiam, quamuis leuem, *Reo* affert; Tortura autem nullo modo apud Nos dari poteſt, inconſulto *Diffinitorio*, vt aliàs *(n)* diximus; congruum eſt ergo, quod quando *Domus diſciplinæ* danda eſt, vt pars *Arctationis*, minimè detur ſine *Diffinitorio*. Sed cuſtodia *Rei* ne fugiat, committitur *Iudici* abſque *Diffinitorio*, ſi ipſe ſuſpectum de fuga, *Reum* iudicat. Pariter paterna correctio moderata eſt de iure *Prælati*, & eſt pœna non irrogatiua infamiæ, quæ per decretum non infligitur, nec requirit conſenſum *Diffinitorij*. Cum igitur ſit diuerſa ratio punitionis in foro paterno, & *Arctationis* in foro iudiciali, prohibitio ne *domus diſciplinæ* detur in *Arctatione* abſq; *Diffinitorio*, non poteſt comprehendere; quod non detur ſine eodem in paterna punitione.

6. Liberum ergo erit *Superiori* paternaliter procedenti Subditum in *Domo diſciplinæ* recludere, hoc enim ſibi datur à patria poteſtate. Habemus enim in *Codice*, *(o)* quod filium, qui *Pietatem Patri debitam non agnoſcit, caſtigare, iure Patriæ poteſtatis, non prohibetur Pater*; itemque hunc poſſe domeſticas controuerſias leues filiorum eodem iure coercere. Et in *Iure Canonico (p)* facultas datur Patri percutiendi, leuiter tamen, filium Clericum, gratia correctionis. Quod ergo Pater in filios, hoc poteſt *Prælatus* in Subditos; ſicut ergo Pater ad inſolentiam compeſcendam poteſt ipſum in camera domus ſub ſera, & vectibus includere, & etiam vinculis alligare (vt legimus factum cum *SERAPHICO PATRIARCHA* noſtro ab eius Patre *Petro Bernardono*, qui eum pro-

priæ ſubſtantiæ diſſipatorem exiſtimabat,) ità & hoc poterit *Prælatus*.

7. Dicetur fortè, aſſumptum eſſe falſum, eo quia per quandam *legem Imperatoriam* (q) ſancitur, ſub pœna criminis læſæ Maieſtatis, habere in domo priuatos carceres. Sed dico hoc eſſe reſpectu aliorum, ad quos ius patrium non ſe extendit; vetatur enim ibi vſus carcerum priuatorum, quo Potentes incarcerabant in ergaſtulis proprios Seruos reos delictorum, quorum cognitio erat de iure publici *Magiſtratus*; vel etiam priuatos debitores, vt conijcitur ex *Digeſto*. (r) Procedit etiam quando delictum filij eſſet atrox: tunc enim minimè licere Patri iure patrio filium, vt decet, punire, ſed teneri tradere filium caſtigandum *Præſidi Prouinciæ* demonſtrant duæ leges *Codicis*, quas citauimus paulò ſuprà. Non quadrat autem oppoſitio reſpectu filiorum, qui ex patria poteſtate ad correctionem domeſtico carceri manciparentur. Ampliùs. Pater, qui etiam eſſet publicus *Iudex*, vtique poſſet iure patrio filium in carcere ſui Palatij ex leui delicto ad emendationem recludere; & hoc paſſim fit à *Feudatarijs* in locis, vbi in *Caſtello Feudali* habentur Carceres publici, in iſtis enim vidi non ſemel filios dyſcolos à *Patre Fundatario* incluſos ad correctionem.

8. In tali caſu Superior eſt; cadit enim in ipſo duplex poteſtas, nempè patria, & iudiciaria, & in proprio Conuentu habet publicos Carceres, in quibus Subditos criminoſos iudiciaria diſtrictione compeſcit; & his etiam, in leuibus delictis, poteſt contrà illos, paterna ſeueritate animaduertere, vt dictum eſt.

9. *Non inhibetur autem Guardianis, vel alijs Superioribus poſſe præcipere, &c.* Videtur ex hoc *Textu* poſſe deduci argumentum cõtrà ſuperiorem reſolutionem; ſi enim hìc non inhibetur *Guardianis*, ac alijs *Superioribus* iubere Subdito ne exeat è cella, ergo inhibetur ipſum obſerare in propria cella, & à fortiori in *Domo diſciplinæ*; & ſic neque *Superior Prouincialis* poterit abſque *Diffinitorio* in *Domo diſciplinæ* claudere. Sed non valet talis inſtantia, ſiquidem nomine *aliorum Superiorum* non veniunt hìc *Prouinciales*, ſed illi tantùm, qui habent poteſtatem æqualem *Guardianis*, vt ſunt omnes *Superiores locales*, ſiue dicantur *Vicarij in capite*, ſiue vocentur *Præſidentes*; iſtis enim tanta facultas in Subditis coercendis ineſt, quanta *Guardianis*, vt aliàs (s) diximus. Ratio eſt, quia conceſſio, ſeu priuilegium nunquam conceditur principaliter vni, & exindè ampliatur ad alios digniores *principali priuilegiato*, ſed vel ad æquales, vel ad connexos *principali*, illoque inferiores, vt priuilegium *fori*, & *Cãnonis* conceſſum principalitèr *Clerico*, conceditur etiam *Religioſo Laico Conuerſo*, qui licèt Diuino Cultui ſit mancipatus, vt *Clericus*, tamen ratione characteris eſt longè iſto inferior; Et, vt ex iure (t) habemus, priuilegium nobilitatis Marito conceſſum extenditur ad Vxorem, etiam Viduam, quæ meritò inferior eſt; nec vnquam inuenietur conceſſio facta alicui, quæ ad eo *Superiores* amplietur; incongruum enim eſt, quod is, qui in Dignitate eſt principalis, de perfectione acceſſorij ſui, ſiue minùs digni participet; cum hoc naturam principalis ſequatur. (u) Dum ergo *Textus* dat *Guardianis* facultatem iubendi Subdito ne è cella exeat, &c. & illam extendat ad *alios Superiores*, debet intelligi *ad alios*, qui ſunt *Guardianis* æquales, vel minùs digni ob aliquam conſiderationem; licet in munere regendi ſint pares; non verò ad *Prouinciales*, qui ſunt illis digniores, & ità non concludit oppoſitio.

10. Conceditur ergò omnibus Superioribus localibus *poſſe præcipere alicui ex ſuis Fratribus*, ad cum puniendum de aliquo defectu *nè è cella exeat, dummodo rationabilis cauſa ſubſiſtat*. Notandum hic, quod de ratione formali carceris eſt obſeratio; ità vt Carceratus dicitur, qui ità recluſus eſt in aliquo loco ſeris, & vectibus munito, vt egredi nequeat: (x) ſequitur ergò, quod non dicitur carceratus Subditus iuſſus à *Guardiano* ne è cella exeat: Sequitur paritèr, quod non poteſt *Guardianus* ita de foris oſtium Cellæ, in qua ſequeſtratus eſt Subditus, obſerare, quominus exire poſſit, ſi vellet; hoc enim non conceditur; & talis recluſio eſſet carceratio in *Domo diſciplinæ*, Guardianis minimè permiſſa. *Dummodo rationabilis cauſa ſubſiſtat*. Quænam poſſunt eſſe cauſæ rationabiles ad hoc? Dico quod poſſunt eſſe duplices, puta vel ad anteuertendum malum futurum; vel ad caſtigandum pro delicto præterito. Primo modo, ſi duo Fratres rixati eſſent, & ni fuiſſent impediti, vnus in alium in ſurrexiſſet, poſſet rationabiliter *Guardianus* impe-

impediré, ne malum ſequeretur, iubendo formaliter, & etiam ſub Cenſuris, vt ſinguli ad propriam cellam ſe recipiant, & inde non exeant, donec fuerint animi compoſiti. Et ſi alter iſtorum in rabiem actus, & percitus furore, tanquam amens, nihili faceret præceptum, poſſet, abſquè ſcrupulo, *Guardianus*, non ſolùm in ſua Cella, ſed ſi hæc ſecura non eſſet, etiam in carcere Conuentus ſub vectibus; & ſi neceſſitas exigeret, etiam in vinculis, claudere; & hoc non in pœna inobedientiæ, (cum enim ſupponamus eum amentē ex furore iracundiæ, non poteſt cenſeri malitiosè contumax,) ſed ad remedium mali imminentis, & eo modo, quo vincularetur phreneticus. In pœnam autem delicti; vt ſi eſſet Frater otioſus, girouagus per Conuentum, & de cella in cellam tanquam *muſca* migrans (tales nanquè *Fratres Muſcas* vocabat *SERAPHICVS PATRIARCHA* noſter,) & pluries monitus non ſe emendaret, poſſet optimè *Guardianus*, ad pœnam iniungere, ne è cella exiret, niſi ad Chorum, & Refectorium, talis enim ſequeſtratio optima medicina eſſet contrà vagationem.

11. *Non enim cella eſt carcer*, quià vt dicebam de formalitate carceris eſt obſeratio; *nec inibi ſine caputio, & chorda, vt fieri debet in formali carcere, permanere poſſunt Fratres*. Aduertit autem *Sanctorus*, (z) quod ſi *Prouincialis* iuberet alicui carceratione digno, vt haberet cellam pro carcere, & in ea maneret priuatus forma habitus, ille non incurreret pœnas carceratorum, quià non eſſet in carcere formali, quià ibi deeſſet obſeratio ad carcerationem neceſſaria; cui & ego ſubſcribo.

I. Quæritur. An Fratres cooperantes, & conſulentes indebitam Carcerationem, excommunicationem incurrerent?

SVMMARIVM.

12. *Cooperans iniuſtæ Carcerationi eſt excommunicatus.*

13. *Subditus in dubio Iuris, aut Facti tenetur Prælato obedire.*

Cooperans Carcerationi iniuſtæ, ad mandatum Superioris, non incurrit Excommunicationem.

Opinio Peyrini, quod non ſit obediendum Prælato in dubio cum damno tertij.

Prælato non obediendum in rebus euidenter contrarijs Diuinæ legi.

In dubijs præſumendum eſt pro Prælato, & obediendum.

14. *Iudex non tenetur oſtendere Reo, quæ habet in actis contra ſe.*

15. *Iniuſtè cooperans carcerationi iniuſtæ, in dubio non depoſito, mortaliter peccaret.*

Non tamen eſſet excommunicatus in foro externo.

Cooperans ſcienter iniuſtæ Carcerationi, & prodens ſcientiam de iniuſtitia, eſſet excommunicatus etiam pro foro externo.

16. *Conſulens iniuſtam Carcerationem, dolo malo exteriùs manifeſtato, eſſet excommunicatus in foro externo.*

12. RESpondeo, quod quo ad ſcienter cooperantes ad iniuſtam carcerationem, caſus eſt in *iure* expreſſus, (a) quod iſti ligantur Excommunicatione *Canonis* contrà inijcentes manus violentas in *Clericum*. Difficultas eſſe poteſt in caſu ignorantiæ, aut dubij. Exempli cauſa *Prouincialis* iubet Fratribus, vt facto impetu coniјciant in carceres eum, qui iuſſus migrare in carcerem, ad cuſtodiam, aut pœnam, ire non vult; ſed alta voce dicit; *carceratio eſt iniuſta, appellaui iam, & iterum appello, & ad Sedem Apoſtolicam prouoco; & intimo Excommunicationem omnibus, & ſingulis, qui mihi vim facient*. Fratres ignorant ſtatum cauſæ, nec ſciunt an Superior iuſta præcipiat nec ne; ſciunt quidem Superiorem eſſe aliqualitèr violentum, & animoſum contrà Carcerandum; Sed etiam ſciunt hunc eſſe aliqualitèr culpabilem. Tandem adacti iteratis præceptis *Superioris*, vt carcerent, vim inferunt, & incarcerant, & poſtmodum *Iudex ad quem* pronunciat fuiſſe illegitimam carcerationem; quærimus an Fratres ſint Excommunicati denunciandi?

Dico quod non; & ratio eſt, quia in dubio tum iuris, tum facti, tum poteſtatis *Superioris* tenetur, ex vi voti, Subditus *Prælato* obedire. Debet enim Subditus ad mandatum *Prælati* deponere dubium, vt di-

dicunt *Doctores*. (b) Nec eſt ſequenda in hoc doctrina *Peyrini*, (c) & aliorum ab eo citatorum, qui aſſerunt, obediendum eſſe in dubio de Prælati poteſtate, dummodò non vergat in detrimentum tertij; & ex hoc poſſet inferri, quod ſiue Teſtis, ſiuè *Reus*, ſi eſt in dubio, num *Iudex* legitimè interroget, non teneatur ipſi obedire; & paritèr dicendum eſſet, quod ſubditi, qui iuberentur à Superiore, vt manus auxiliatrices darent ad *Reum* carcerandum, ſi eſſent dubij, an eſſet legitimè talis carcerandus, non tenerentur mandato Superioris obedire, quia carceratio eſſet in læſionem tertij. Quia ſi hæc doctrina practicaretur, actum eſſet de obedientia, & laborioſiſſima eſſet vita *Superioris*, ſi ſempèr teneretur ad aſſignandam rationem ſiue in iure, ſiue in facto de eo, quod præcipit, vt dubia Subditorum amoueret. Tenetur quidem Subditus præcepta à Superiore non adimplere, ſi clarè ſint contrà ius naturale, Diuinum, aut Eccleſiaſticum; ſed in dubijs ſempèr debet præſumere benè de Superiore, quod non iubeat niſi licita, iuſta, & honeſta, & propriam voluntatem illi ſubmittere dubio amoto, (d) & ita obedire.

14. Quod ſi impugnata doctrina eſſet vera, oporteret, quod *Prælatus* totum ſtatum cauſæ aperiret coràm Fratribus, vt demonſtraret ſe procedere legitimè,& carcerationem eſſe iuſtam; & ſimiliter quod Teſtes, ſiue *Reus* videret, quid habeat *Iudex* in proceſſu contrà ſe, & ad hoc oſtendendum teneretur *Iudex*; quod omninò falſum eſt, & hoc maxime apud *Regulares*, vt, infinitis propè citatis, dicit *Sgroi*, (e) & Nos *Titulo ſequenti* demonſtrabimus.

15. Sequitur ergò, quod Fratres præceptum *Superioris* adimplentes, minimè peccauerunt quantumuis, fuerit de re dubia; & ex conſequenti non incurriſſent Excommunicationem, quià hæc ſemper ſupponit peccatum mortale, vt notum eſt. Quid autem, ſi aliquis dubium mentaliter non depoſuiſſet, & dubitans peccare incarcerando, nihilominus incarceraſſet? Dico, quod operando cum illo dubio peccauiſſet quidem, ſed non per hoc poſſet declarari Excommunicatus. Ratio eſt, quià peccatum ſuum eſt mere internum, puta actus intellectus fluctuantis, & voluntatis ſe peccati periculo exponentis; ſed quoad actum externum, putà carcerationem, nulla eſt euidentia talis peccati; potuit enim fieri ſine tali peccato, putà quando dubium fuiſſet depoſitum. Vnde ob talem actum internum non poteſt ferri ſententia declaratoria Excommunicationis; ſicut etiam ſi cooperantes carcerationi ſcienter iniuſtæ, licet pro foro interno eſſent ligati, non tamen pro externo poſſent declarari Excommunicati, niſi ipſimet confeſſi eſſent, ſe optimè ſciuiſſe eam eſſe iniuſtam, tamen ad venandam gratiā, *Prælati* ſe fuiſſe cooperatos; quià dolus internus non præſumitur, niſi probetur.

16. Et quod dictum eſt de cooperantibus, dici etiam poteſt de conſulentibus,vel dolo malo, vel ex ignorantia probabili. Si enim eſſet dolus pure internus,eſsēt quidem Excommunicati in foro animæ; ſed non poſſent declarari tales, niſi, ex eorummet confeſſione, dolus eorum probaretur in foro fori, & tunc poſſent declarari. Omnem verò Cenſuram euaſiſſent, ſi ex ignorantia probabili tantùm eam conſuluiſſent. Hoc autem dico de purè conſulentibus,non de *Coniudicibus*,vt ſunt *Diffinitores*; iſti enim licet Cenſuram nullam incurrant ſi ex aliquo fundamento probabili carcerationem conſuluerint; tamen, ſi ex ignorantia iuris in eam euidenter iniuſtam conſenſerint, proculdubio Cenſurà innodarentur; tenentur enim ſcire, & ignorantia eos non ſaluat, vt aliàs (f) dictum fuit.

II. Quæritur. An cenſeatur declaratus excommunicatus Iudex malè Carcerans per ſolam ſententiam Iudicis ad quem, qui pronunciauit non legitimam fuiſſe carcerationem?

SVMMARIVM.

17. *Iudex non remanet declaratus excommunicatus ex ſola declaratione Carcerationis iniuſtæ ab eo decretæ.*

Iudex non incurrit pœnas malè iudicantium, niſi ex dolo malo, aut ex ignorantia, quæ dolo comparetur.

Iudex debet citari antequam declaretur incurriſſe pœnas malè iudicantium.

18. *Nul-*

18. *Nullus excommunicatus eſt vitandus niſi nominaliter expreſſus in ſententia.*

17. Reſpondeo, quod non; quià licet ex natura relatiuorum non poſſit poni vnum ſine alio, & conſequenter non poſſit declarari carceratio iniuſta, niſi implicitè ſaltem, declaretur etiam iniuſtus *Iudex*, qui carcerauit; tamen hoc non ſufficit ad denunciandum, ſiuè declarandum *Iudicem* Excommunicatum; & ratio eſt, quià *Iudex* non incurrit pœnas malè Iudicantium niſi peccet aut dolo malo, aut ex ignorantia, quæ dolo æquiparetur, vt aliàs dictum eſt. Licet ergo cognoſcatur, & pronuncietur, carcerationem fuiſſe iniuſtam, non ſequitur tamen ex conſequentia neceſſaria, quod *Iudex* fuerit formalitèr iniuſtus, & punibilis indebitè carcerando; quià potuit *Iudex* indebitè quidem carceraſſe, ſed tamen ſine dolo malo, qui tali caſu debet cognoſci, vt ſuper eo pronuncietur. Et ſi ex ignorantia peccauit, potuit eſſe ex ignorantia inculpabili ex eo, quod habet pro ſe aſſiſtentiam rationis, & aliquorum *Doctorum*, qui reddunt eam carcerationem probabiliter debitam: & proindè, ante declaratoriam pœnarum contrà ipſum à iure latarum, debet *Iudex* citari ad dicendum, quare puniri non debeat? vt alibi (g) diximus. Non ſufficit ergo pronunciatio ſuper carceratione, quod fuerit indebita, ita vt cenſeri debeat ex hac *Iudex*, qui malè carcerauit Excommunicatus vitandus.

18. Inſuper nullus eſt Excommunicatus vitandus, niſi fuerit nominatim denunciatus, iuxtà decretum *Concilij Conſtantienſis*; & quamuis declaretur culpabilis de crimine, cui ipſo facto adnexa eſt Excõmunicatio, nihilominùs vitandus non eſt, niſi in ſententia nominaliter, & expreſsè dicatur eſſe vitandus, vt à iure Excommunicatus. Proindè non ſufficit pronunciatio ſuper crimine, licet ab eo per neceſſariam conſequentiam deduci poſſit incurſio talis cenſuræ; & ſic ſi pronunciaretur *Titius Excommunicatus vitandus cum fautoribus ſuis*, vitari deberet ſolus *Titius*, non verò *Caius*, & *Seius* fautores illius, quià non ſunt declarati nominatim, & expreſsè, ſed implicitè tantum, vt multi *Doctores* (b) affirmant. A fortiori ergò ſi nulla fiat mentio nominaliter de *Iudice*, qui malè carcerauit; ſed ſimpliciter pronuncietur carcerationem fuiſſe illegitimam, non eſt vndè per talem ſententiam dici poſſit *Iudex* nominatim Excommunicatus, & ſic vitandus. Et dato etiam quod pronunciaretur hoc modo, putà *Iudicem N. iniuſtè, & illegitimè carceraſſe*, non tamen adhuc eſſet vitandus, quià eſt quidem denunciatus criminoſus de carceratione indebita; non tamen nominatim Excommunicatus eſt declaratus; attento maximè, quod pœnam criminis euadere poſſet, probando excluſionem doli mali, & etiam ignorantiæ non culpabilis, vt dictum fuit.

III. Quæritur. An Prouincialis poſſit conijcere Subditum in Domo diſciplinæ, nullà aſſignatà causà, quare illi talem pœnitentiam iniungat?

SVMMARIVM.

19. *Scopus pœnitentiæ paternalis eſt emendatio Subditi.*
Citatio eſt de iure Diuino.
Pœnitenti aſſignanda eſt cauſa, ob quam pœnitentiatur.
Deus citauit Adam licèt ſciret delictum ſuum.
Vndè natum ſit axioma. Defenſiones etiam Diabolo eſſe concedendas.

20. *Pœna non eſt indicenda ante obiectionem culpæ.*
Sententia condemnatoria debet continere crimen, ob quod fertur pœna.

21. *Prouincialis debet dicere cauſam, ob quam vult claudere aliquem in Domo diſciplinæ.*
Etſi non vult dicere, Subditus non tenetur obedire, & poteſt appellare.
Subditus non tenetur obedire Prælato præcipienti indiſcretè.

22. *Prælatus non debet indiſcretè credere cuicumque Accuſanti proximum.*

23. *Superior localis ante dandam pœnitentiam Subdito debet defectum commiſſum illi obijcere.*

24. *Loquentes ſine licentia Superioris in Capitulo quando pœnitentiandi.*
Statutum Toletanum vitiatum.
Loquens cum humilitate ad ſui defenſio-

ſionem in Capitulo non meretur pœnam.

19. Reſpondeo, quod vt aliàs dictum eſt, (i) Scopus pœnitentiæ, quæ paternaliter infligitur, eſt emendatio Subditi; non poteſt verò quis emendari de crimine, niſi ipſum agnoſcat vt tale, ipſumque deteſtetur, & ampliùs non peccandi propoſitum concipiat. Diximus pariter alibi (l) citationem *Rei* eſſe de iure Diuino ad hoc, vt poſſit ſe tueri, & hoc non tantùm procedere in foro iudiciali, ſed etiam in paterno. Ex his duobus fundamentis apparet neceſſarium ſimpliciter eſſe, quod illi, qui caſtigandus eſt, aperiatur delictum ſuum,ad hoc vt ſciens, quod ob illum punitur,ex punitione doleat, illud deteſtetur, & ſe emendet. Et quantumuis hoc poſſit ſibi aperiri, peractâ pœnitentiâ, tamen iniquum eſt, aliquem inauditum caſtigare; & quamuis euidens ſit *Iudici* crimen, quod negari à *Reo* non poſſit, adhuc tamen citandus eſt, ad dicendum, quare puniri non debeat. Erat enim nota *Deo* inobedientia primorum Parentum, & ſeductio Serpentis: & tamen ante condemnationem eos citauit; *Adam vbi es?* Oſtendens Iudicibus, omnimodè citandum eſſe *Reum* ad ſe tuendũ;& quià *Deus* ibi citauit etiam Serpentem, fortè ex hoc ortum habuit commune dictum Criminaliſtarum, quod *Nec etiam Diabolo denegandæ ſunt defenſiones.*

20. Pariter; nunquam indicenda eſt alicui pœna,niſi ante exprimatur culpa,ob quam indicitur; hinc habemus in *Geneſi* (m) *Quià feciſti hoc, maledictus eris inter omnia animantia.Super pectus tuum gradieris.* Pariter *Deus* quandò voluit punire *Moyſen*, & *Aron* per ſententiam, qua ipſos prohibuit ab ingreſſu terræ promiſſionis, eorum delictum obiecit dicens (n) *Quià non credidiſtis mihi, vt ſantificaretis me hodie coram filijs Iſrael, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis.* Similiter *Ioſue*, quandò protulit ſententiam contrà *Acham* ait, (o) *Quià turbaſti nos, exturbet te Dominus in die hac*; Et vniuerſaliter omnis Sententia condemnatoria continere bebet expreſsè crimen, cuius cauſa, iniungitur pœna, vt habetur in *Textu* (p) infrà, & dicunt *Doctores*. Licet ergò hoc ſit in foro iudiciali, tamen debet ſuo modo ſeruari in paterno, in quo ſubſtantialia iudicij ſeruanda ſunt; putà citatio Rei, & obiectio criminis, defenſio, & condemnatio; nec in hoc alia differentia eſſe debet, niſi quod Sententia iudicialiter in ſcriptis, paternaliter verò, oretenùs tantùm, eſt proferenda.

21. Patet ergò ex his, quod ante recluſionem in *Domo diſciplinæ*,debet *Prouincialis* dicere cauſam, nempè crimen, ob quod talem pœnam iniungit; nec ſufficit, quod dicat Carcerando, quod ſuo tempore ſciet; non enim obligatur *Reus* obedire *Superiori* talem pœnam præcipienti, & nolenti aperire cauſam illius, vt benè probat *Peyrinus*. (q) Vndè ſi appellet à tali præcepto,eſt valida appellatio. Licet enim à correctionibus Regularibus non detur, vt alibi (r) diximus, bene datur tamen ab exceſſu pœnæ; & etiam non tenetur Subditus obedire *Prælato iniuſtè*, vel *indiſcretè* præcipienti, vt deducitur ex quadam *Decretali*. (s) Patet autem, quod *Domus diſciplinæ*, licet non ſit carcer formalis, nec iuridicè pariens infamiam; eſt tamen carcer materialis, & bonam famam minuit in *Religione*, vnde dici poteſt,quod ſit maxima pœnarum, quas *Prælati* paternaliter poſſint infligere; & contingit circà hanc exceſſum fieri, ratione cuius, appellatio, etiam à correctionibus regularibus, ſuſtineatur: attento etiam quod *Prælatus* ità nolens aſſignare cauſam procederet *indiſcretè*, & ſic *iniuſtè*. *Indiſcretè* quidem, quià cauſam debet diſcernere, eamque examinare; quod fit, non ſolùm, quæ ab Accuſatoribus audiuit excipiendo; ſed etiam quæ à *Reo* adduci poſſunt in ſui defenſionem inueſtigando; & ità diſcernere, quid nam magis veritati innitatur; Referendarij ne delatio, an *Rei* excuſatio. Si ergò,(vt plerumque cum fatuis *Prælatis* euenit, vna tantùm parte audita, eaque etiam minimè examinata, num ſcilicet zelo, num paſſione moueatur ad accuſandum,) *Superior* procedat ad punitionem; *indiſcretè* agit, & conſequenter *iniuſtè*; tenetur enim ex iuſtitia ſequi veritatem in iudicando, quod præſtare non poteſt, niſi eam ſciat, & ſcire nequit, niſi etiam à *Reo* inquirat, quæ habet pro ſe. Vnde ſequitur, quod Subditus non obligatur ad obediendum, & ita poteſt appellare.

22. Et quod dictum eſt de obligatione

ne *Prælati* ad aperiendam Subdito cauſam, ob quam eum pœnitentiare intendit, quadrat pro omni pœnitentia vniuerſaliter; non enim, vt aliàs monuimus, debet *Prælatus* omni verbo, nec omni ſpiritui Referendariorum credere, ſed *probare ſpiritus ſi ex Deo ſint*; nùm ſcilicèt moueantur ex *charitate*, quæ *Deus eſt*; num loquantur *veritatem*, quæ *Chriſtus eſt*. Nec hoc etiam ſufficit, ſed debet etiam à Subdito inculpato eius excuſationem audire; poterit enim talem reddere, vt meritò pœna vel nulla, vel diminuta illi debeatur. Non intelligo tamen obligare *Superiores* ad aperiendam cauſam in publico, ſi cauſa eſſet turpis, aut tertium læderet; hæc enim tegere, & ſub alio titulo colorato defectuoſum punire, prudentis eſt. Sed tali caſu, ſecretò vocandus, antè pœnitentiam, eſt Subditus, & ipſi aperienda accuſatio, vt eam diluendi facultatem habeat, quod ſi præſtare non poterit, non habebit vndè de pœnitentia inflicta conqueratur.

23. Et quæ dicta ſunt de *Prouinciali*, debent paritèr intelligi de *Superiore locali*; non enim poteſt, antè apertum delictum Pœnitentiando, illi pœnam quantumuis paternam indicere, & eo maximè ſi excederet aliquantum conſuetas pœnitentias, quæ famam non lædunt. Vt exempli gratia. Si Sacerdoti iuberet. *Vade ad te diſciplinandum, & poſteà cauſam ſcies*. Hoc nullo modo poteſt, ſed tenetur crimen, ſeù defectum illi obijcere, vt *Reus* poſſit ſe defendere, vel illum negando abſolutè, ſi non fecit; vel allegando qualitatem, ſeù circumſtantiam, ob quam vel nullitèr, vel diminutè eſſet pœnitentiandus. Vnde ſi pœnitentiandus inſtet, vt *Guardianus* cauſam aperiat; & *Guardianus* firmus in propoſitio ſuo nolit manifeſtare, non tenetur Subditus obedire; quià irrationabiliter *Guardianus* præcipit.

24. Nec dicendum contrà hæc, quod per *Statuta Ordinis (t)* puniri debent, *qui in recognoſcendis culpis ſinè licentia loquutur*; quod ſi puniri debent, concluditur, quod ſic loquendo peccent, & ità licitè loqui non poſſint. Quia *Statutum* debet intelligi ſic, quod ius naturale non lædat, contrà quod diſponere nullus poteſt. De iure autem naturæ defenſio eſt, & hanc tollere mens Statuti non fuit. Benè voluit impedire ne maieſtas *Superioris* lædatur à Subdito, qui *Superiori* increpanti, & reprehendenti reſpondeat, verba verbis reddendo, & faciendo apud cæteros Fratres *Superioris* authoritatem contemptibilem. Sed ſi ſubditus humili modo dicat *Rogo te Pater, vt aperias mihi cauſam, ob quam vis me pœnitentiare, non enim de crimine aliquo mihi conſcius ſum, & ſi peccaui pœnitentiam non recuſo*, non contrauenit Statuto; quandoquidem taliter loquendi *licentiam* habet à lege naturalis defenſionis, nec in tali caſu requiritur *licentia* data à Superiore ipſo. Quod ſi in Statulis *Toletanis* habetur *Non habita prius licentia*, per quæ verba videatur, quod *licentia* loquendi ſemper danda ſit a *Guardiano*, non debet hoc attendi, eſt enim vnum ex Statutis vitiatis, quià in *Statuto Capituli Romani* 1625. ibi ad marginem citato, habetur ſic *ſinè licentia loquuntur*, licentia vero ſit Subdito loquendi, vt præfertur, à lege naturali. Proindè non eſt neceſſarium eam petere à *Superiore*. Si petatur, bonum eſt. Si non petatur, neceſſarium non eſt. Quid enim, ſi reſpondeat *Superior*, (vt faciunt nonnulli fatui, & furioſi) *Taceas, iubeo per Sanctam obedientiam, taceas. Vade ad faciendam diſciplinam*? Remanere debet Subditus inauditus, & indefenſus? Minimè. Humiliter ergo, & ex ſolo animo ſe defendendi, non verò *Superiorem* contemnendi, dicat prout ſuprà habetur; & ſi *Superior* nolit cauſam dicere, neque Subditus tenetur irrationabiliter obedire; debet enim eſſe obedientiæ *Rationabile obſequium*, vt dicit *Apoſtolus*. *(u)*

Tandem aduerto quod contra ſuppoſitum Quæſtionis videtur tenere *Sanctorus de Pœn.c.4.quæſt.p.fol.* 136. qui ſcribit, quod Domus diſciplinæ ſit pars Arctationis; vndè infert, quod quemadmodum Prouincialis abſque Diffinitorio nequit Arctationem infligere; ità nequeat pariter, ſe ſolo, Subditum in domo diſciplinæ claudere. Sed ſalua viri reuerentia falſum eſt aſſumptum. Siquidem ex Statutis, vt aliàs demonſtrauimus, Arctatio carcerationem non importat, ſed ieiunium, & flagellationem; proindè Domus diſciplinæ non eſt eius pars; vnde conſequentia non tenet. Ampliùs; ieiunium, & flagellatio ter in hebdomada, quæ ſunt vera Arctatio, ſi adhibeantur tanquam Tortura ad inueſtigandum Delictum, & habendam confeſſionem, non poſſunt dari abſque Diffinitorio; ſed non ſequitur, quod Prouincialis ne-

nequeat paterne ſe ſolo illa infligere in pœnam cōmiſſi criminis. Ità, dato etiam, quod domus diſciplinæ eſſet pars Arctationis, non tamen ſequitur, quod dari non poſſit à Prouinciali, ſi eam det non vt Torturam iudicialem, ſed vt pœnam paternam.

Citationes Titulis præcedentis.

Pag.647.col.2.

(q) Tit. Pænarum.§.4. & à num.80.vſque ad 104.

Pag.648.col.1.

(a) Sanctor. de Pæn.cap.4.verſ. Circa XX.fol.159.
(b) Tit. Tortura. num.13.

Pag.648.col.2.

(c) l.Sicut.C.de Repud. hæred. cap. quanquam. vbi DD. de Cenſ. in 6.Caſtillion. Conſ.19. num.2.
(d) Tit. Tortura.num.139.
(e) Tit. Pænarum.num.89.
(f) Sanctor. de Pæn. cap.5.quæſt.4. Difficult.1.verſ. reſpondeo affirmatiuè. fol.226.
(g) Tit. Tortura.§.3.
(h) Sanctor. de Pæn. cap. 5. quæſt. 4. Difficul. verſ. Reſpondeo quinto. fol.224.
(i) Stat.Salmant. cap.7. verſ. Si quiſpiam. Orb. Seraph.3.fol.320.c.2.

Pag.649. col.1.

(l) Eccliſ.cap.51.verſ.31.
(m) Cornel. à lapid. in Eccliſ.d.cap.51.verſ.31.

Pag.649. col.2.

(n) Tit. Tortura. §.3.
(o) l.ſi filius.l. Congruentius.C. de Patr.pot.
(p) cap. Cum voluntate. §. final. Extra. de ſent. Excom.

Pag.650. col.1.

(q) l.p. C.de Priu.carc. abol.
(r) l. Succuritur ff. Ex qui.cau. maio.l. Priuatos.C. de Epi.aud.

Pag.650. col.2.

(s) Tit. Delictorum. num.41.
(t) l.Mulieres. C. de Dignit.lib.12.l. Fæminæ.ff. de Senator.l.Fily. §. Senatores.ff. Ad municip.
(u) cap.Acceſſorium. de Reg.iur.in 6.l.final.§. Lucius ff. de Condict. indeb.Bald.in l. Iiſ. §. Mancipia ff.ſolut. matr. cap. Si ſuper. de Off. Iud. delegat.lib.6.
(x) Sanctor.de Pæn.cap.4.in princip.fol.132.& 133.

Pag.651.col.2.

(z) Sanctor.loc.cit.ſub.init.fol.133.
(a) cap. Mulieres. §.1.iunct.gloſſ. in verb. Auctoritate de Sent. Excom.

Pag.652.col.1.

(b) Sanchez lib. 6. Decalog. cap. 3. num. 3. Vaſq. Aragon.Henriq.Leſſ.apud Dian.Par.4.Tract.1. Reſol.9.cit.ab Anton. à Sp.Sanc.Direct.Regul. Tract.3.Diſp.6.num.126.
(c) Peyrin. de Subd.cap.7.quæſt.1.verſ.Obediendum igitur.
(d) Bordon.Reſolut.58.num.46.Tom.2. Tambur. de Iur.Abb. Tom.2. Diſp. 21. quæſt.12. num. 5. apud Anton. à Sp.Sanc.Tract.3.Diſp.6.n.118.
(e) Sgroi Par.5.cap.5.num.9.

Pag.652. col.2.

(f) Tit. Quales.num.60.Tit.Pænarum.num.95.

Pag.653.col.1.

(g) Tit.Canones.num. 51.

Pag.953.col.2.

(h) Sanch.lib.2.Summ. cap.9.num.4. & apud eum Nauar.in cap. Quando de Conſecr. Diſt.1. & Graff. deciſ. Par.1. lib.4. cap. 11. Hurtad. de Excom.Diſp.3. Difficult.3. verſ. Addimus.Filiucc. Tract.13.cap.4.quæſt.5. & 6.Baun. de Cenſ.Tract.1. quæſt.13. Alter.eo. tit. Tom. 1. lib.1.Diſp.6.cap.2.Bonac.eo.tit.Diſp.2.quæſt. 2.Pun.1. §.1.num.2. Reginal.lib. p. num.118. Vinald. Machad. Dian. Caſtrapal quos dat. Leand.Par.4.Tract.2. Diſp.2.quæſt.8.

Pag.654.col.1.

(i) Tit.Delictorum.num.6.
(l) Tit. Canones.num.97.
(m) Geneſ.cap.3.verſ.14.
(n) Numer.cap.20.verſ.12.
(o) Ioſue.cap.7.verſ.25.
(p) Tit.Sententia.§.6.Bald. in l.final.C. de leg. Alberic.in l.Properandum.§.Illo.C.de Indic.Auguſt.ad Angel. de Maleſ. verb. Et quid nobis. apud Sgroi Par.7.cap.12.num.4.

Pag.654. col.2.

(q) Peyrin.de Subd.quæſt 1.cap.13.per tot.
(r) Tit.Canones.num.42.
(s) cap.Solicitudinem.§. Si verò. de Appell.

Pag.651.col.1.

(t) Stat.Gen.Ord.cap.1.§.vnic.num.7.Cap.Gen.Roman.1625.Tit.pro Ciſmont.famil. verſ. Renouatur.Orb.Seraph.Tom.4 fol.6.col.2.

Pag.655. col.2.

(u) Roman.cap.12.verſ.1.

TITVLVS DECIMVS NONVS.

Reus.

T E X T V S.

§. 1. Reus non dicitur, niſi contrà quem indicia, probationeſque laborant; nec antequàm ad iudicium vocetur per citationem. Itaquè captis informationibus per ſuprà recenſitos modos procedendi, quæ ſufficientes ſint ad Rei conſtitutionem; Reus ipſe citandus eſt per Epiſtolam, vel per verbale præceptum Iudicis ſiuè per ſe, ſiuè per inrernuncios; contrà enim non citatum nulla eſt Sententia.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

1. *Reus quis dicatur, & quando.*
Reatus dari poteſt ex triplici capite.
2. *Reus completè dicitur poſt litis conteſtationem.*
Lis quandò dicatur conteſtata. Remiſſiuè.
3. *Ordo procedendi.*
In epiſtola, per quam citatur Reus, non debet exprimi delictum.
Reus congruentiùs citatur per internuncium.
Reus ſi citatus non vult comparere, quid agendum.
4. *Si Reus auocandus ab alio Conuentu non vult comparere, quid agendum.*
5. *Sentencia contrà citatum eſt nulla.*
Etiam ſi ſummariè procedatur.

1. HVCVSQVE *Textus* locutus eſt de ijs, quæ ſpectāt ad perſonas *Actoris*, *Iudicis*, & *Teſtium*, & ad ordinem procedendi: nunc proſequitur tractare de perſona *Rei*, & dicit, quod *Reus non dicitur, niſi, contrà quem indicia, probationeſque laborant, nec antequam ad iudicium vocetur per citationem*. Benè dicit quod *Reus non dicitur*, hoc eſt in iudicio talis non nominatur, non autem dicit *Reus non eſt niſi &c.* quià crimen reitatem inducit, & ſtatim ac delictum quis commiſit, Reus eſt; *Reus* tamen in iudicio *non dicitur, niſi contrà quem iudicia, probationeſque laborant*. Notandum hic quod tripliciter poteſt dari alicui Reatus, putà ex ſolis indicijs, ſi nempè talia ſint, quæ, ſe ſolis, faciant ſemiplenam probationem, vt ſuo loco (*a*) diximus: ex ſolis probationibus, quando nempè Teſtes deponunt ſuper ſubſtantia delicti, & ſemiplenè probant: & ex indicijs, & probationibus ſimul; quando ſcilicet vnus Teſtis non integer, & ideò ex ſe non probans ſemiplenè, iungitur cum indicijs, & ità ſufficit ad *Reum* in iudicio conſtituendum.

2. Aduertendum autem hic eſt, quod *Textus* loquitur *initiatiuè*; hoc eſt, quod Reus *incipit* dici contra quem militant indicia, & probationes; non dicitur tamen *completè*, niſi quando lis eſt cum illo conteſtata, quod fit quando, *Iudice* interrogante, *Reus* incipit reſpondere: ex reſponſione quippè *Rei* coram *Iudice* lis dicitur conteſtari, vt aliàs explicauimus. (*b*)

3. *Itaquè captis informationibus*, nempè poſt viſitatum corpus delicti facti permanētis; vel examinatis Teſtibus ad faciēdū conſtare de Fama, ſi in cauſa proceditur per viam Inquiſitionis ſpecialis; examinatis pariter Teſtibus ſuper ſubſtantia delicti, indicijs, & adminiculis, quæ poſſunt facere ad inſtruendum *Iudicem* ſuper delicto, iuxta *ſuprà recenſitos modos procedendi*, ſcilicet, vel ad *inſtantiam partis*, puta *excipiendo*; *querelando*; *accuſando*; aut *denunciando*; vel *ex Officio*, vt eſt per viam Inquiſitionis, de quibus omnibus ſuo loco, (*c*) dictum fuit: *quæ ſufficientes ſint*

ad Rei conſtitutionem, ideſt ſaltem probent ſemiplenè, vt enim toties dictum eſt, niſi præceſſerit ad minùs ſemiplenè probatum delictum, non poteſt conſtitui aliquis in iudicio tanquā *Reus, Reus ipſe citandus* eſt *per Epiſtolam*. Aduertat hic *Iudex*, quod non debet, nec expedit in epiſtola aliquo modo inſinuare, quod ipſe tanquam *Reus* vocetur ad conſtitutum, fortè enim aufugiet; ſed ſcribere debet, quod *in quadam cauſa, quam agitat, indiget eius perſona, & ideò veniat*; & hoc, quandò *Iudex* eſt *Delegatus*; quod ſi ſit *Prouincialis*, poteſt ſibi ſignificare, vt ſtatim ad ſe veniat ob nonnulla negotia, quæ habet ſecum communicanda. *(d) Vel per verbale præceptum Iudicis ſiuè per ſe, ſiue per internuncios*. Incongruum, ac indecorum officio eſt, quod *Iudex* perſonaliter accedat ad *Reum* citandum. Caſu ergò, quo *Iudex* manens in camera ſui tribunalis, videret Reum pertranſeuntem per dormitorium, aut per clauſtrum, poſſet *per verbale præceptum, per ſe, citare*. Sed congruentiùs hoc fit *per internuncios*. Quid autem iuris ſi ex eo, quod *Commiſſarius* eſt *Iudex*, *Reus* citatus reſpōderet *ſe nolle ad eum ire, nec coràm eo comparere; & illum in aliquo recognoſcere non velle*? Poſſet tali caſu *Delegatus*, ſi ſuas litteras patentes legi in Refectorio non fecit, cum duobus Teſtibus *Reum* conuenire, ſibique litteras ſuæ commiſſionis oſtendere, ad ipſum certiorandum de ſua iuriſdictione. Sed melius eſt, Fratres per ſonum campanæ, vt moris eſt, capitulariter congregare, ſuas litteras legi publicè facere, & in proceſſu adnotare talem lecturam, apponendo cauſam, quarè iudicauerit expediens, talem publicationem, vſquè ad illud tempus, differre. Et licet *Reus* minimè interfuerit in Refectorio, tamen, quià ſufficienter publicatæ ſunt Commiſſoriales, remanet fundata iuriſdictio *Delegati*, ita vt *Reus* nequeat contrà eius perſonam excipere, tanquam carentem iuriſdictione ad citandum. Tum ſi *Reus*, verbaliter vocatus, adhuc comparere recuſet, debet citari in ſcriptis, formamque citationis in *Secunda Parte* dabimus. Debent autē duo trāſumpta illius citationis fieri, & per Internuncium vnum illorum intimari *Reo*; eoque ſic relicto in manu Rei, debet Internuncius facere Actuario relationem, quod *tranſumptum citationis, quam præſentat, ad eius mandatum, N. Reo intimauit in ſua camera, aut alibi &c.* Relationem autem debet *Notarius* ſcripto excipere, & citationis libellum in proceſſu inſerere, ac iuramentum ab Internuncio recipere, quod nempè citationem, vt dixit, fidelitèr intimauit, & de his omnibus formam dabimus in *Secunda Parte*.

4. Quid autem, ſi *Reus*, vocatus per Epiſtolam *Delegati* ab alio Conuentu, venire nollet, aſſerendo ſe non agnoſcere illum tanquam *Superiorem*? Poſſet *Delegatus* ad Conuentum, in quo moratur *Reus* accedere, & publicare, vt dictum eſt, ſuam Commiſſionem. Sed quià non debet *Iudex* trahi à *Reo*, immò hic trahendus eſt ad tribunal *Iudicis*; ideò debet *Iudex* tranſumptum authenticum manu *Notarij* ſui firmatum, & munitum ſigillo Conuentus, in quo eſt *Iudex*, mittere ad *Guardianum* Conuentus, in quo eſt *Reus*, ſimul cum tranſumpto citationis, vt præfertur, & iubere *Guardiano*, vt eam citationem intimet, & de tali intimatione coram Teſtibus factā relationem ad ſe tranſmittat, quam in proceſſu debet inſerere.

5. *Contrà enim non citatum nulla eſt quæcunque ſententia*. Citatio enim de iure naturæ, & diuino eſt, nec ab vllo tolli poteſt; & hoc quantumuis in cauſa Summariè, & de plano procedatur, vt textualiter dicitur in *Clementina*. *(e)* Proindè ſi omittatur, tum Sententia, tū acta antè Sententiā, & poſt examen Teſtium, ſunt nulla.

TEXTVS.

§. II. Si Reus ſit de fuga ſuſpectus poterit, etiam antè citationem, carcerari: Sicut etiam ſi citatus, & interrogatus negauit: quod de conſilio Patrum, & peritorum in Ordine fieri oportet, ne bonum Religioſi nomen per Carcerationem corrumpatur. Antè omnia aduertat Iudex ne in Reorum captura Sæcularibus ſcandalum ingeratur; niſi ſummum aliquod ſcelus, & publicum commiſſum

eſſet,

eſſet, quo ſcandalum ſæcularium eſſet inferius, in quo eius conſcientia oneratur.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

6. *Reus de fuga ſuſpectus poteſt antè citationem carcerari*
Suſpicio fugæ vndè deſumenda. Remiſſiuè.
Non ſuſpectus de fuga, poteſt aliquandò carcerari.
Reus ſuſpectus de fuga, ſubornatione, aut impedimento Teſtium poteſt ad cuſtodiam carcerari, etiam non ſemiplenè probato reatu.
Arbitrarium eſt Iudici carcerare ad cuſtodiam.
Etiam ex informatione extraiudiciali.
Sed hoc in atrociſſimo delicto tantùm.
Carceratio in dubio præſumitur iuſta.
Carcerans ad cuſtodiam ex ſuſpicione rationabili non incurrit Cenſuram.
7. *Carcerari poteſt Reus ſi denegat reſpondere Iudici.*
8. *Reus carcerandus eſt ad cuſtodiam de conſilio Patrum Peritorum.*
Patres Periti conſulendi ad carcerationem ad cuſtodiam qui.
In decreto Carcerationis ad cuſtodiam, quæ ſeruanda.
Ex cauſa omitti poteſt petitio conſilij ad Carcerationem.
Reorum captura facienda abſquè ſcandalo Sæcularium.

6. PRæmittit modò *Textus*, quid faciendum ſit à *Iudice* antequam *Reus* examinctur; proindè *ſi ſit de fuga ſuſpectus poterit antè citationem carcerari*. Diximus alias (g) quibus in caſibus poſſit dici aliquis *ſuſpectus de fuga*, nempè vel ratione perſonæ *Rei*, qui aliàs aufugit; aut ſi eſt iuuenis, parum timoratus, audax &c. vel ratione atrocitatis delicti, cui pœna corporalis grauis ſit imponenda. Sed poteſt dari alius caſus, in quo *Reus* ſit carcerandus ad cuſtodiam, nec tamen ſit de fuga ſuſpectus; & eſt. Si *Reus* eſſet homo validus viribus, & percutere ſolitus, & Teſtes ſibi ab eo metuerentes contrà ipſum deponerent, aut ſi eſſet in Religione potens, & magnæ authoritatis, & legitima eſſet ſuſpicio, quod manens in libertate Teſtes deterreret, aut corrumperet; & delictum atrociſſimum eſſet; poſſet tali caſu carcerari, etiam antequam delictum ſit ſemiplenè probatum. (b) Aduertendum autem, quod captura *Rei* ſuſpecti, vel de fuga, vel de ſubornatione, vel impedimento Teſtium non præexigit probationem ſemiplenam delicti, ſed ſufficit, quod ſimus in caſu atrociſſimo, & quod *Iudici* talitèr qualiter conſtet de *Reo*; ità vt rationabiliter ſuſpectus *Iudici* reddatur, quod aut fugiet, aut Teſtes impediet, ſi liber relinquatur. Vndè habemus ex *Textu* (i) quod *nominatus à vulnerato, ſi ſit de fuga ſuſpectus poterit ad cuſtodiam antè informationes detrudi in carcerem*; & tamen dictum vulnerati eſt tantùm indicium leue, quod debet copulari cum alio, ad hoc, quod ſufficiat ad Torturam, vt alibi (l) habetur. Eſt ergò in arbitrio *Iudicis* deuenire ad capturam, ex leuiſſima etiam ſuſpicione, vt poſt *Clarum* dicit *Baiardus*, (m) & etiam abſquè vlla informatione iudiciali, ſed tantùm notitia extraiudicialitèr habita, vt plures (n) docent. Et carceratio in dubio ſempèr præſumitur fuiſſe iuſta, *Iudexquè* talitèr ad cuſtodiam carcerans, ex rationabili ſuſpicione, nullam Cenſuram incurrit, vt ex *Mar. Anton*; & *Alphonſ. de Leon. Scribit Sgroi*. (o) Cum ſobrietate tamen accipienda ſunt ſupradicta, puta, quod non in quouis crimine, & quomodolibet ſuſpectus, vt præfertur, apud *Iudicem*, poſſit cuſtodiæ demandari, ſed requiritur crimen atrociſſimum, vt homicidium, veneficium &c. cuius impunitas vergeret in graue damnum Religioſæ Reipublicæ; Aliter *Iudex* animoſus in *Reum* poſſet in quouis caſu, ex leui ſuſpicione ipſum carcerare, & eius famam lædère, quod non decet.

7. *Sicut etiam, ſi citatus, & interrogatus negauerit*. Hoc non debet accipi de negatione criminis, ac ſi *Reus*, ideò poſſet carcerari, quia negat commiſiſſe delictum; quia Carcer hìc (ceſſante ſuſpicione fugæ) non daretur ad cuſtodiam; ſed vel ad Torturam, vel ad pœnam; ſi ad Torturam, de hac ſuo loco locutus eſt *Textus*, & hic ſuperflueret, quod non admittitur; præterquamquod ad Torturam non deueni-

tur, niſi poſt defenſiones, & hic loquitur de primo conſtituto *Rei*. Si ad pœnam, clarum eſt, quod non datur niſi poſt ſententiam. Non loquitur ergo de negatione commiſſi criminis; ſed de negatione reſponſionis; puta ſi Iudici, *interrogatus, negauerit* reſpondere, aut totaliter tacendo, vel non reſpondendo ad interrogata, & ità *Iudicem* fruſtrando; tunc enim, vt aliàs (o) dictum eſt de Teſtibus, poteſt *Reum* cogere per tormenta, & carcerem ad reſpondendum.

8. *Quod de conſilio Patrum, & Peritorum in Ordine fieri oportet, ne bonum Religioſi nomen per Carcerationem corrumpatur.* Hoc conſulunt plerique *Scribentes*, (p) de re *Regulari*: Carcer enim, licet de iure non infamet, niſi datus in pœnam pro delicto; malum tamen nomen parit in *Religione*, licet ergo, vt dicebamus, ex ſuſpicione, & indicio, etiam leui, de delicto, poſſit *Iudex* arbitrari carcerationem, tamen arbitrium debet eſſe rationabile, & prudentiale, & ſuſpicio non temeraria, ſed ratione fulta. Optimè ergo ordinatur, quod res tanti ponderis non committatur ſoli *Iudici*, qui aliquoties, inconſideratè procedendo, poſſet irreparabiliter *Reum* grauare, ſed *fiat de conſilio Patrum, & Peritorum in Ordine*. Sed quinam erunt iſti Patres conſulendi? Fortè *Diffinitorium*, vt fit in Tortura *Reo* inferenda? Non, ſed ſeniores, aut doctiores in re criminali, qui poſſint commodè haberi, puta in eodem Conuentu. Cum ijs ergo communicare habet *Iudex* fundamentum ſuæ ſuſpicionis de fuga *Rei*, vel impedimento, quod timetur ponendum eſſe ab eo Teſtibus; & ità cum ipſis Patribus de carceratione decernere. Et aduertat *Iudex*, quod in decreto Carcerationis exprimat cauſam, propter quam ſuſpicetur de *Reo*; hæc enim eſt, quid facti, à quo debet apparere ius carcerandi; Et pariter in eodem decreto apponat, quod ad ſimplicem cuſtodiam carcerare intendit, ne *Reus* infamiam ſubeat, vt cautè monet *Bouerius*. (q) Quod, ſi *Iudex* non habeat in Conuentu copiam *Peritorum*; nec poſſit faciliter eos habere ab alio Conuentu; aut periculum eſſet in mora; vel illi, qui ſunt in Conuentu, ſunt amici *Rei*, à quibus iſte commonefiet de voluntate *Iudicis*, & fortè fugiet, aut armabitur ad reſiſtendum ne carceretur, aut aliud inconueniens ſequi poterit; optimè poterit *Iudex*, ex ſe ſolo, capturam decernere; conſilij enim adhibendi ratio in his caſibus ceſſat, & quod dicitur in hoc *Textu* eſt ad dandam rectitudinem, non verò valorem actui. Aduertat tamen *Iudex*, quod ſi ex recitatis cauſis, ſe ſolo, incarceret, vt præfertur, debet adnotare in proceſſu cauſam, ob quam omiſit petere conſilium à *Patribus Peritis*; hoc enim eſt quid facti, ex quo colligi debet ius, quod habuit *Iudex* ad ità procedendum.

9. *Antè omnia aduertat Iudex, ne in Reorum captura Sæcularibus ſcandalum ingeratur*; quemadmodùm eſſet, ſi, adhibito Sæculari brachio, fieret, *niſi ſummum aliquod ſcelus, & publicum commiſſum eſſet, quo ſcandalum Sæcularium eſſet inferius*; tali enim caſu ſcandalum eſſet paſſiuum, non verò actiuum, quia ex punitione Delinquentium magis ædificari, quam ſcandalizari de *Religione* debent Sæculares. Recolenda ſunt ad hoc illa, quæ alibi (r) ſcripſimus de inuocatione brachij Sæcularis ad carcerandum Contumacem, quæ quadrant ad hunc *Textum*.

T E X T V S.

§. III. Non eſt conſtituendus Reus, niſi in informatione conſtet, Delictum eſſe ſemiplenè probatum, vel adeſſe æquipollentia indicia. Secùs agens Iudex mortalitèr peccabit, & Reus reſpondere non tenebitur, quia non interrogatur iuris ordine ſeruato.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

10. *Reus non conſtituendus ante ſemiplenam probationem delicti.*

Indicia æquipollentia ſemiplenæ probationi ſunt indicia grauia.

11. *Enumerantur modi omnes, quibus delictum redditur ſemiplenè probatum.*

12. *Reus*

12. *Reus non tenetur reſpondere Iudici, ſi Delictum non eſt prius ſemiplenè probatum.*
Et Iudex mortalitèr peccat.
Non ſunt deſumenda arma de domo Rei.

10. TRaditur hic aliud à *Iudice* conſiderandum, antequam ad *Rei* interrogationem deſcendat; & dicitur, quod *non eſt conſtituendus Reus, niſi in informatione conſtet delictum eſſe ſemiplenè probatum*. Fuit opinio *Petri de Angelis*,(s) quod apud *Regulares* ad conſtituendum *Reum*, maior probatio, quàm ſemiplena requiratur; ſed talis opinio non ſubſiſtit, tum quia in hoc cæteris Clericis pariſicantur *Regulares*, vt communiter ſentiunt (t) *Doctores*, tum quia non maiorem ſemiplena probationem *Textus* hic requirit. *Vel adeſſe æquipollentia indicia*; hæc ſunt indicia grauia, quæ ſuo loco recenſuimus; ſicut enim ſemiplena probatio facta per vnum Teſtem omni exceptione maiorem, vel per duos non integros deponentes de ſubſtantia delicti ſufficit; ità pariter ſufficit indicium graue, quod probatum per duos Teſtes, æquipolleat tali probationi. Et licet paſſim in hoc opere recenſuerimus caſus, in quibus dicitur delictum eſſe ſemiplenè probatum; libet tamen ad maiorem commoditatem *Iudicis* omnes illos hic congerere.

11. Semiplenè ergo probatum delictū reddit. 1. Teſtis vnus omni exceptione maior deponens ſuper ſubſtantia delicti.

2. Vnus Teſtis non omni exceptione maior, ſi concurrat cum eo Fama, vel aliud adminiculum; vel ſi deponat contrà Criminoſum, & malæ vitæ.

3. Duo Teſtes minores viginti annis deponentes de viſu ſuper ſubſtantia delicti.

4. Vnus Teſtis pubertatem egreſſus, hoc eſt maior 14. annis; vel proximus pubertati, vt duodecim, vel tredecim annorum, ſi concurrant alia adminicula, vel præſumptiones.

5. Dictum Pueri, Puellæ, ſiue Mulieris per vim compreſſæ, cum adminiculo, ſi tamen Mulier ſit bonæ famæ, & Accuſatus ſit mali nominis aliundè. (u)

6. Duo Teſtes infames deponentes ſuper delicto, & purgata infamia per Torturam; ſicquè duæ Meretrices; aut duo Pueri ſtuprati; aut duo Socij criminis.

7. Duo Teſtes ſingulares, quamuis non integri, ſi deponant ſuper diuerſis delictis eiuſdem ſpeciei iterabilibus tamen, vt ſuper duobus furtis, Fornicationibus, Blaſphemijs, &c.

8. Duo Teſtes ſingulares deponentes de diuerſis indicijs ordinatis ad idem crimen.

9. Vnum indicium proximum, & immediatum de ipſo delicto probatum per vnum Teſtem omni exceptione maiorem, etiam non concurrentibus alijs adminiculis.

10. Vnum indicium remotum probatum per duos Teſtes cum adminiculis, quæ, conſideratâ qualitate perſonæ, ſeu facti, corroborent indicium.

11. Vnum indicium remotum valdè conferens ad delictum, quamuis illud immediatè non attingat, probatum per duos Teſtes.

12. Duo indicia leuia ſufficientèr probata per Teſtes, etiam non totaliter integros.

13. Confeſſio extraiudicialis facta à Reo de delicto.

14. Fama de delicto vehemens apud probos, & graues concurrente alio adminiculo.

15. Fama de delicto in ſpecie, iuncta mala fama in genere, puta opinione populi, qui reputat Reum eſſe malæ vitæ.

16. Suſpectum conſortium plenè probatum per duos Teſtes in ordine ad inquirendum ſuper copula.

17. Fuga Rei ante inceptam inquiſitionem ſuper delicto.

18. Fuga meditata, ſed impedita, & antè inquiſitionem probata legitimè.

19. Præſtans auxilium fugæ, ſi quis legitimè probetur, præſumitur complex delicti.

20. Inimicitia grauis, ſeu capitalis, iuncta cum aliquo adminiculo, & probata legitimè.

21. Minæ factæ ab eo, qui ſolitus eſt eas exequi.

22. Res furata inuenta apud aliquem, qui non docet, vndè eam habuerit. Quæ omnia congerit *Sgroi*. (x)

12. *Secus agens Iudex mortalitèr peccabit, & Reus reſpondere non tenebitur, quia non interrogatur ſeruato iuris ordine*. Non enim ſunt deſumenda arma, nempè probationes de domo *Rei*, vt dicitur in quadam *lege*; (z) vndè *Reus* ſic interrogatus quan-

quantumuis confiteretur delictum, & in confeſſione perſeueraret, & iuramento eam firmaret, & ex nouis indicijs superuenientibus roboraretur; tamen ex tali confeſſione non poſſet vllo modo condemnari, vt dicunt *Doctores*. (a)

TEXTVS.

§.IV. Ex capitulis ab informatione offenſiua emergentibus Reus, ordine aliquo, & adhortatione præmiſſa, ac præſtito iuramento, eſt interrogandus, monenduſque in genere, quod delictum, de quo interrogabitur, eſt talitèr in actis probatum; vt & Iudex illum legitimè conſtituere, & Reus veridicè reſpondere teneatur; & ſi opus fuerit, legi faciat illi vrgentiora indicia, quæ eundem obligent ad reſpondendum. De Socijs criminum non interrogetur, niſi delictum ſine Socijs committi non potuit. Et ſi Reus aliquem nominauerit, dum de eo interrogari non debuit, eius dictum ad Torturam indicium non facit.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

13. *Reus, quomodò examinandus.*
Informatio offenſiua, quæ.
14. *Reus adhortandus eſt antè examen.*
Adhortatio, in quo conſiſtat.
Monitio facienda Teſti, quæ ſit.
15. *Iudex non tenetur oſtendere acta Reo antè examen.*
16. *Iuramentum de veritate dandum Reo.*
Nemo cogendus ad detegendam propriam turpitudinem.
Iuramentum dandum Teſtibus introductum eſt ex conſuetudine.
Non eſt tamen hæc vſque quaque laudabilis.
17. *Ordo interrogandi Reum.*
Traduntur regulæ pro interrogando Reo
Patres graduati, qui ſunt Rei, examinari debent cum honore, & quomodo.
Iudex Reo conſtanti debet oſtendere vultum terribilem.
Iudex cum Reo docto, aut malitioſo, quomodò ſe geret.
Iudex non debet excandeſcere in Reum.
Nec debet eſſe ità mollis, vt eum Reus ſpernat.
Interrogationes ſunt perturbandæ, & quomodò.
Reus quomodo redarguendus à Iudice.
Iudex non debet Reo auferre ſuas defenſiones, interrogando de ijs, quæ ad eas faciunt.
Suggeſtiuè Reum interrogare non debet Iudex.
Quandò dicatur Iudex ſuggeſtiuè interrogare.
Suggeſtiua interrogatio reddit proceſſum nullum.
Etiam ſi Reus eſſet confeſſus delictum.
Suggeſtiua interrogatio facta Teſti vitiat proceſſum.
18. *Reus conuictus per Conteſtes integros quomodò interrogandus.*
Iudex quandò poſſit interrogare de Socijs criminis.
19. *Iudex debet obſeruare omnes mutationes, ſeu motus Rei.*
Et ab eo quærere cauſam illorum.
20. *Iudex debet Reum interrogare ſolùm de ijs, quæ ſunt facti.*
Non debet quærere à Reo ea, quæ ſpectant ad Peritos.
Nec acceptare reſponſionem, quæ tangit ius, non autem factum.
21. *Dum Reus incipit confiteri, continuet Iudex examen.*
Iudex debet interrogare Reum de circumſtantijs delicti.
22. *Reus, & Teſtis poteſt examinari toties, quoties Iudex opportunum iudicat.*
Reus neſciat tempus, quo debet examinari.
Reus examinandus eſt in libertate.
Sed ſi eſt aliquo modo ſuſpectus de fuga, aut violentia in Iudicem adhibenda eſt cautela.
23. *Reus nolens præciſè reſpondere eſt torquendus.*
Reus ſi petit dilationem ad reſpondendum, non debet concedi.

24. *Reus*

24. *Reus ſi ſe remittit ad dicta in alio examine: quid agendum?*
Iudex poteſt cogere Reum ad reſpondendum de nouo per extenſum.
Arbitrio Iudicis ſtat, vt legatur Reo examen aliàs factum.
Diſparitas Rei, & Teſtis circà hoc.
Iudex habens ſuſpicionem de Teſte vt falſo, ipſi petenti lecturam ſui primi examinis poteſt negare.
25. *Quid ſi Reus proteſtetur velle ſtare primis dictis, quamuis dicat contraria ex poſt, lapſu memoriæ.*
Cautela Sgroi impugnatur.
26. *Iudex in quibus caſibus poteſt interrogare Reum de Socijs criminis.*
De illis interrogandum in genere, & quomodò.
27. *Reus ex ſe pandens Socium criminis non facit indicium ad Torturam.*
Cum quibus adminiculis ad eam faciat.

13. IN hoc *Textu* dantur *Iudici* inſtructiones neceſſariæ ad *Reũ* legitimè, & fructuosè interrogandum. Dicit ergo, quod *ex Capitulis*, puta articulis, *ab informatione offenſiua*, ideſt à proceſſu vſque ad illud tempus fabricato, (qui dicitur *informatio offenſiua*, quia ex viſitatione corporis delicti, depoſitione Teſtium, productione ſcripturarum *informatur Iudex*, & *offenditur Reus*, contrà quem ſupradicta militant) *emergentibus*, Reus debet interrogari. Porrò *Capitula* hæc ſunt indicia, & adminicula per Teſtes probata. Exempli gratia. Si fiat proceſſus de Furto facto de nocte in Sacriſtia, *Iudex* ex dictis Teſtium elicit hæc indicia, quod *Caius* Fur ſuſpectus, viſus eſt illa nocte aſcendere ſcalas dormitorij abſque calepodijs, raptim præter ſuum morem ire: quod nonnullas claues veteres biduo ante furtum ſecutum ſibi à fabro ferrario commodari fecit: quod viſa ſunt in eius camera linteola ſubtilia valdè ſimilia ijs, quæ furata ſunt, quæ priùs non habebat: quod in alio Conuentu aliàs furatus eſt: quod eſt malæ famæ apud *Religioſos*, & ideò difficilitèr inuenit *Guardianum*, qui in ſua Familia ipſum acceptet, &c. Omnia hæc indicia ergo vocantur hic *Capitula*, ſuper quibus debet *Reus* interrogari.

14. *Reus ordine aliquo, & adhortatione præmiſſa, ac præſtito iuramento, interrogandus, &c.* Priùs debet *Iudex* adhortari *Reum*; monere de ſtatu cauſæ; dare illi iuramentum, & tandem interrogare. Adhortatio autem eſſe debet de obligatione, quã habet quiuis dicendi veritatem; quàm graue peccatum ſit periurium; quod per ſpõtaneam confeſſionem *Reus* ſibi pœnas minuit; & ſimilibus, quibus facilitetur animus *Rei* ad fatendum crimen. Monitio eſſe debet de cauſæ ſuæ ſtatu, *quod delictum, de quo interrogabitur, eſt talitèr in actis probatum, vt Iudex illum legitimè conſtituere, & Reus veridicè reſpondere teneatur* ſub reatu peccati mortalis, vt infrà dicetur; & *ſi opus fuerit*, puta, ſi Reus dicat ſe nolle illi credere, & quod in proceſſu contrà eum non poſſunt eſſe indicia, quia ſcit in conſcientia ſe eſſe innocentem; *legi faciat illi vrgentiora indicia, quæ eundem obligent ad reſpondendum*.

15. Quid autem iuris, ſi *Reus*, *tali* lectura minimè contentus, vellet ipſe luſtrare proceſſum, aut petat copiam indiciorum, & inquiſitionis contrà eum factæ; tenetur ne *Iudex* hoc concedere? Dico, quod non, & fatuus eſſet *Iudex*, qui hoc faceret; quantumuis enim de iure poſſet forſitan ſuſtineri, *Iudicem* ad hoc præſtandum obligari, vt opinatus eſt *Ferrarius*, (b) tamen de conſuetudine, quæ eſt optima legum Interpres, contrarium ſeruatur, vt poſt *Follerium*, *Conradum*, & *Iodocum* docet *Clarus*, (c) & reuera ſi ſciret *Reus*, quæ conſtant contrà ſe in proceſſu, optimè ſe præparare ad reſpondendum poſſet, & per ſuas reſponſiones euacuare indicia, & omnes proceſſus in fumum reſoluerentur.

16. Poſt hæc, datur *Reo* iuramentum de veritate dicenda. Sed quo iure introductum eſt tale iuramentum, cum regula iuris ſit, (d) quod nemo cogi debet ad detegendum propriam turpitudinem? Dico, quod pro nobis introductum eſt authoritate *Textus* iſtius, in quo hoc iuramentum præſcribitur; pro alijs verò *Iudicibus* nulla adeſt *lex Canonica*, aut *Ciuilis*, quam viderim, per quam ſtatuatur, quod in cauſa criminali obligetur *Reus* iurare contrà ſe; ſed adeſt tantùm opinio *Bartoli*, quem ſecutus eſt *Baldus*, (e) & cæteri *Doctores*; & ſic per conſuetudinem introductam fuit canonizata. Talem tamen conſuetudinem non probat *Clarus* (f) cui & ego ſubſcribo, cum ad nihil inſeruiat, niſi ad committenda peccata, & *Deum* offendendum tot periurijs. Nonnè enim crede-

re-

non debet *Reo* auferre ſuas defenſiones: puta interrogando de ijs, quæ ad ſui defenſionem adducere poteſt; vt eſſet interrogando an *Caius* à ſe percuſſus, obierit ex vulnere; an *Seius* ſit ipſius inimicus; an *Lucius* ſit integræ fidei, &c. iſta enim ad defenſionem *Rei* facere poſſunt, articulando, quod *Caius* obijt ex mala cura, non ex vulnere; *Seius* eſt inimicus ſuus; & *Lucius* vir ſolitus mentiri. Vnde ſic priuare *Reum* defenſionibus, per tales interrogationes, dicit *Signorolus* (quem alij (m) ſequuntur) eſſe *quid Diabolicum*, & quod confeſſio taliter habita non nocet Confitenti.

Octaua eſt; quod non interrogetur *Reus* ſuggeſtiuè *apertè*; vt ſi interrogaretur, an occiderit *Caium*, an fornicatus ſit cum *Berta*; nec *palliatè*, vt fit quandò in proceſſu non apparet qualis fuerit *Iudicis* interrogatio, ſed ponitur, *ad opportunas interrogationes*; ſed debet regiſtrari interrogatio ex integro, clara, non obſcura, non æquiuoca, aliter cenſetur *ſuggeſtiua*; & debet eſſe ſuper delicto in genere, *quis percuſſit Caium*; an *rixam cum eo habuerit*; an *ſcandalum alicui per actus laſciuos dederit, &c.* & vniuerſaliter *Reus* eſt interrogandus in genere, per circuitum, & interrogationes remotas, & à longè, ità vt nequeat, conijcere, quò velit eum *Iudex* ducere, quia hoc modo ſolet *Reus* multa concedere, quæ ſibi exiſtimat non nocere, quibus poſteà conceſſis, cogitur fateri, quæ negare vult; nam ex oratione ſparſa colliguntur argumenta, quæ per ſe conceſſa, putat *Reus*, ſe non aggrauare, ſed poſtea ſimul collecta ipſum perducunt vel ad fatendum crimen, vel ſuperioribus ab eo dictis repugnare. Et quando *Iudex* interrogat per circumſtantias delicti ſiue in genere, ſiue in ſpecie, tanquam *Reus* fuerit confeſſus delictum ipſum, ſemper dicitur *ſuggeſtiuè* interrogare. Vt puta, ſi interrogaretur ſic, *an percuſſerit Caium ferro, vel ligno*; *in capite, an in brachio, &c.* Porrò ſuggeſtio ſic facta reddit proceſſum *ipſo iure* nullum; & confeſſio *Rei* taliter habita ipſi non nocet, & omnia inde ſecuta ſunt nulla, vt communiter dicunt *Doctores*. (n) Et quæ dicta ſunt de *Reo ſuggeſtiuè* interrogato quadrant etiam de *Teſte*, quia eo modo, quo per ſuggeſtionem decipitur *Reus*, decipitur etiam *Teſtis*, vt ait *Bordonus*. (o)

18. Nona eſt, quod interrogari debet *Reus*, plenè conuictus per Conteſtes integros, diuerſo modo à *Reo* ſemiplenè tantùm probato; non debet enim interrogari dubitatiuè, puta an aliquod delictum commiſerit, quia hoc modo reuocaretur à *Iudice* in dubium id, quod ipſe debet habere pro certo; ſed debet interrogari ſic, cur tale delictum commiſerit? & ſi de Socijs criminis *Iudex* habuit indicia, quærere poteſt, qui fuerint Socij, Complices, Auxiliatores, vel Fautores, &c. (p)

19. Decima eſt, quod *Iudex* fixos, & intêtos oculos in *Reum* teneat, dum ipſum examinat, & obſeruet, ſi tremat, palleſcat, ſudet, ſuſpiret, lacrymetur; & tunc ipſum interroget ſuper cauſa illorum ſymptomatum; item ſi titubet, aut hæreat in reſpondendo: tardus ſit, meditatiuè loquatur, & tunc eum vrgeat, & ſtringat interrogationibus. Et omnia adnotare faciat in proceſſu.

20. Vndecima eſt, & benè obſeruanda, quod *Iudex* non debet quærere à *Reo*, neque ab eo acceptare reſponſiones, quæ concernunt *ius*, & non *factum*; vnde ſi tua eſt interrogatio, *an occiderit*; *an venenauerit*, ſed debet interrogare *an percuſſerit*, *an propinauerit, &c.* Pariter non debet recipere hanc reſponſionem à Reo, *ſum innocens*; *fiet mihi iniuſtitia, ſi condemnabor, &c.* quia vt benè dicit *Chartarius*, (q) tales reſponſiones, ſicut & interrogationes, reſpiciunt ius, de quo ad *Iudicem* ſpectat iudicare, & purum factum à *Reo* quærere, & ab eodem habere. Sicut etiam non interrogare de ijs, quæ ſpectant ad iudicium Peritorum, puta *an vulnus fuerit mortale, &c.* Sed ſimpliciter ſuper facto.

21. Duodecima eſt, quod ſi *Reus* incipiat delictum fateri, proſequatur *Iudex* examen, donec confeſſionem completam fecerit, nec laſſetur ob longitudinem examinis, quia *Reus* in illo puncto eſt diſpoſitus ad confitendum, & ſi detur ſibi tempus recogitandi de ſe, mutabit fortè ſententiam. Habita verò confeſſione delicti, interroget de omnibus circumſtantijs illius, puta loci, temporis, occaſionis, inſtrumentorum, modi, finis, cauſæ, Complicum, &c. & hoc ad ſe plenè informandum, & colligendum ab ijs, an delictum fuerit verè commiſſum, & hoc ex circumſtantijs rationabilibus, & perſuaſiuis.

22. Et ſciant *Iudices Regulares* falſam eſſe imaginationem aliquorum, qui, putant *Reum* non poſſe conſtitui vltrà tres

vices, ita vt putent, actum eſſe de Cauſa, niſi *Reus* in tertio ſaltem conſtituto confiteatur; eſt enim liberum *Iudici* toties, quoties voluerit tum *Teſtes*, tum *Reos* examinare; & quandò magis opportunum iudicauerit. Bona verò cautela *Iudicum* eſt, vt *Reus* neſciat quando debeat examinari, ne tempus habeat præmeditandi, & ſe muniendi aduersùs interrogationes, quas ſibi putat eſſe veriſimiliter faciendas; ſed ex improuiſo, & quaſi ex abrupto, ſimulando etiam, ſe hoc non eſſe præmeditatum, examinet; & hoc pariet ſperatum fructum confeſſionis, vt non ſemel expertus ſum. Caueat etiam *Iudex*, quod etiamſi *Reus* in libertate, regulariter loquendo, debeat examinari; ità vt, ſi eſt carceratus, excarcerari debeat, ad ſe ſiſtendum coram *Iudice*, vt multi dicunt; (r) tamen bona cautela eſt, ſi *Reus* eſt homo fortis, facinoroſus, & perditæ vitæ (de quo rationabiliter timeri poſſit, quod aut fugiat, aut *Iudici* inſultet) quod antequam de Carcere educatur manicis ferreis immittantur manus, & etiam funi cinctorio validè alligentur, ne poſſit de facili ſolui, & ſic aſſecuratus, ad examen ducatur.

23. Quid autem iuris, ſi *Reus* vel nolit, penitùs *Iudici* reſpondere; aut reſpondeat per verba dubia, puta *non ſcio*; *non recordor*, *&c.*? Reſpondet cum *Baldo Clarus*, (s) quod debet torqueri ad habendum reſponſum ſimpliciter per verba aſſertiua, & de facto. Et hoc verum eſt, & practicari debet à *Iudice* noſtro, qui præmiſſis monitionibus, quemadmodùm de Teſte renuente reſpondere aliàs (t) dictum eſt, debet torqueri, requiſito priùs aſſenſu *Diffinioorij*, aut *Patrum Peritorum*. Et ſi petat dilationem ad reſpondendum, debet ne illi concedi? Dico, quod non; quia in criminalibus non datur *Reo* tempus ad deliberandum, vt ex *Salyceto*, *Paulo de Caſtro*, & alijs docet *Clarus*. (u)

24. Si autem in ſecundo, vel alijs conſtitutis ſe remittat ad ea, quæ priùs dixit, & interrogatus de nouo ſuper re, de qua aliàs reſpondit, non vult de nouo reſpondere, ſed dicit, *de hoc aliàs reſpondi; quod dixi dixi; me remitto ad ea, quæ ſcripta ſunt*, quid agendum? Reſpondeo, quod multi multa dicunt, ſed æquior præ cæteris mihi videtur opinio *Baldi*, & *Simanchæ*, (x) qui dicunt, quod poteſt, cogi ad reſpondendum de nouo per extenſum: & dicit *Menochius*, & alij, (z) quod ſi *Reus* petat ſibi legi examen ſuum aliàs factum, non obligatur *Iudex* ad hoc, ſed in arbitrio ſuo eſt concedere, vel negare, quod ſibi legatur. Quia ad quid nouam interrogationem facit *Iudex*? Certè non ad alium finem, niſi ad experiendum, ſi in data reſponſione *Reus* dixit verum; quia ſi hoc eſt, eodem modo habet, dicere in ſecunda reſponſione. Quod ſi hæc primæ contrarietur, detegitur *Reus* periurus, cum ſit inter duo iuramenta contraria, & ità inuoluitur in ſuo ſermone, & cogitur veritatem fateri. Si ergo *Reus* perſiſtit in remittendo ſe ad dicta, ſignum eſt, quod hoc facit ſolùm ad euadendam contradictionem, & eludendum *Iudicem*; poterit ergo, cogi, vt aliam reſponſionem de nouo det. Nec tenetur *Iudex*, legi, facere ſuum examen, hoc enim eſſet ipſum de nouo inſtruere, ne ſibi nunc contradicat. Et diſpar eſt ratio de *Reo*, & de *Teſte*, huic enim petenti, vt examen aliàs factum ſibi legatur, annui debet; quia veriſimiliter poteſt præſumi, quod, cum agatur de facto alieno, non ità firmiter recordetur, & ad refricandam memoriam, talis lectura ſibi permittitur in fauorem Fiſci; licet hoc etiam poſſet, ſibi denegare *Iudex* ad detegendam falſitatem. Sed *Reus*, de cuius re agitur, nòn præſumitur, quod recordari non poſſit de facto proprio, ideò ad memoriæ conſulendum, non poteſt indigere illa lectura; vnde optimè negari à *Iudice* poteſt, tanquàm res veritati ſemper periculoſa.

25. Et ſi *Reus* videns non ſibi concedi lecturam prædictam, inſtatus, vt ſimpliciter, & de nouo, non autem remiſſiuè reſpondeat, ità proteſtetur, *Dico*, *vt nunc mihi videtur; quod ſi conſtabit me aliàs aliter dixiſſe, meam hanc reſponſionem reuoco, & ſto in primis dictis, quià meliùs tunc recordabar*: debet ne Iudex illam admittere? Circà hoc dubium, nonnulli dicunt proteſtationem eſſe admittendam; alij negant; alij dicunt hoc eſſe *Iudici* arbitrarium; alij dicunt ſcribendam quidem in actis, ſed de ea non conſiderandum, niſi prout de iure, & *Sgroi*, (a) relatis alijs opinionibus dicit, quod ſi non agatur de facto recenti, Iudex poteſt eam admittere cum hac proteſtatione, *quatenùs ſecunda depoſitio nullo modo ſit contraria primæ*. Sed certè cautela hæc ridicula eſt; per eam enim proteſtatur *Iudex* velle ſtare primo dicto *Rei*; Si ergò primo dicto ſtare, vult,

ad

ad quid nouam interrogationem inutilitèr facit? Si nouam ergò facit, ſignum eſt, quod primum dictum *Iudici* non quadrat, & aliam reſponſionem magis veritati congruentem quærit; ſed ſi eam habet in ſecundo examine, certè, quià contrariatur primæ, non acceptabitur à *Iudice*, qui proteſtatus eſt non acceptare ſecundum dictum, ſi primo contrarietur. Dico ergò, quod debet quidem *Iudex* proteſtationem *Rei* regiſtrare, ſed debet decernere, quod non admittit, *niſi prout de iure &c.* Quià ſi ſecunda depoſitio eſt magis veriſimilis, & magis cohæret dictis Teſtium, ſtandum eſt huic, & non primæ; ſi vice verſa, de iure eſt, quod ſtetur primæ.

26. *De Socis criminum non interrogetur, niſi delictum ſinè ſocijs committi non potuit.* Huiuſmodi ſunt Subornationes; igæ; Conſpirationes factæ in electionibus; vel contrà *Prælatum*; Furtum multarum rerum, quæ ab vno ſolo aſportari non potuerunt, & ſimilia. Et tali caſu *Iudex* debet interrogare in genere, vt dicendo, *Tu ſolus nequiuiſti, ſcire, nec facere hoc; quis docuit; conſiliatus fuit; auxilium dedit &c.* & ità ſemper generalitèr inquirendo. Paritèr ſi adſint indicia, quod alij erant cum eo, ſed non fuerunt cogniti à Teſtibus, licèt crimen ex ſe Complices non requirat, poteſt *Iudex* quærere de Complicibus interrogãdo generalitèr prædicto modo. Si verò indicia adſint contrà certas perſonas, de illis in ſpecie poteſt interrogare *Iudex*, ſed ſemper meliùs erit ad fugiendum periculum ſuggeſtionis, quod interroget in genere de Complicibus.

27. *Et ſi Reus aliquem nominauerit dum de eo interrogari non debuit, eius dictum ad Torturam indicium non facit.* Sola enim depoſitio Socij criminis, (quià præſumitur, quod ad ſe exonerandum alios grauabit; & quià etiam ex crimine infamis eſt) etiam in criminibus exceptis minimè ſufficit ad Torturam ſine alijs adminiculis, vt dicunt Doctores. *(b)* Adminicula porro poſſunt eſſe Inimicitia Nominati cum Occiſo; familiaritas, & ſecreta allocutio Nominati cum Nominante; fuga Nominati; fama contrà eundem, & ſimilia.

T E X T V S.

§. V. Impunitatem nulli promittere fas eſt, ſinè expreſſa Reuerendiſſimi Patris Generalis licentia: & confeſſio, aliter extorta, Reo non nocet, quo ad condemnationem; ſed ſolum facit indicium ad Torturam.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

28. *Impunitas quibus caſibus concedatur, & quomodò!*
29. *Impunitatem ſolus Princeps poteſt Reo concedere.*
Iudex potens concedere impunitatem tenetur eam ſeruare.
30. *Iudex an teneatur ſeruare impunitatem, quam concedere non potens, Reo promiſit.*
Variæ opiniones circa hoc.
31. *Iudex ſinè expreſſa licentia Generalis impunitatem nequit concedere.*
Conceſſa tamen impunitate, non nocet Reo confeſſio facta, ſub ſpe illius.
Fides publica eſt de iure naturæ, & Gentium.
Illa non ſeruata deſtrueretur commercium humanum.
Minor, ex gratia Principis, declaratus maior, non poteſt petere reſtitutionem in integrum, ad irritandum contractum, quem fecit.
Princeps tenetur ſeruare ſecuritatem datam Bannito, etiam in caſu, quo non debuit dare.
32. *Confeſſio facta ſub ſpe impunitatis, quæ non potuit concedi, facit indicium ad Torturam.*
Prudens diſpoſitio Textus examinatur.

28. Tangitur in hoc *Textu* materia impunitatis, quæ à *Iudice* aliquando conceditur. Et quià hæc poteſt multiplicitèr accidere, ideò ad illuſtrandum *Textum* expedit omnes caſus examinare. Dico ergò, quod aliquandò accidit, quod delictum atrociſſimum ſit commiſſum, quod non potuit ab vno ſolo

conſummari, & de eo nullum poteſt haberi indicium nec proximum, nec remotum. Porrò *Prælatus* ad obuiandum damno publici boni, promittit per edictum impunitatem Reuelanti, quantumuis ſit Complex; & hoc aliquando generalitèr cuicunque ex Complicibus; aliquandò appoſita reſeruatione; *dummodò non ſit Reus principalis principaliſſimus*. Exempli gratia, in quadam camera Conuentus, Nobilis Benefactor depoſuit multam ſupellectilem pretioſam in veſtibus ſericis; pannis lineis; argento; auro; & pecunia; cuius cellæ clauem habet Nobilis ille penes ſe. Reperitur autem adulterina claue apertum oſtium; ſcrinia rupta, & omnia aſportata; tale autem furtum ab vno ſolo non potuit committi; & in illo Conuentu omnes habentur boni *Religioſi*, nec poteſt ſuſpicio cadere magis ſuper vno, quam ſuper altero. *Prouincialis*, viſitato corpore delicti, inquirit generalitèr, nullumque indicium venari poteſt; publicat Monitorium ſub pœna Excommunicationis, vt qui eos ſcit, Fures reuelet; aut ſaltèm vbi ſint res furto ſublatæ. Expirat tēpus vtile aſſignatum in Monitorio, & nullo comparente procedit ad anathematiſmũ ſolemnē, modo aliàs *(c)* tradito; & nec ſicproficit. Sed quià extremum periculum imminet *Religioni*, quià furtum publicabitur à Nobili, qui reuerſus, inueniensque ſua bona ſurrepta, aget contrà *Religionem*, & de ea ſcandalizabuntur Sæculares, & illa peſſimè habebitur; publicat edictum, in quo promittit impunitatem cuilibet ex Complicibus abſolutè, vel cum reſeruatione, puta *dummodò non ſit principalis principaliſſimus*. Aliquandò delictum occultum ità eſt, quod de eo indicium haberi non poteſt; corpus tamen delicti patet; pro detegendo autem illo non tam vrgens militat ratio publicæ vtilitatis, ſicut in primo caſu; vt ſi inuentus eſſet trucidatus Frater in Conuentu, in quo nullus erat, qui cum Occiſo rixam, ſimultatem, aut inimicitiā habuiſſet; vnus porrò ex Complicibus comparet ſecretò coram *Prouinciali*, & ſtipulatur cum eo Reuelationem delinquentium, dummodò Reuelanti detur impunitas; & *Prouincialis* impunitatem ei promittit. Aliquandò promittitur vni ex *Reis* impunitas, dummodò reuelet; quià aliundè non poſſunt haberi indicia vrgentiora: Vt in primo caſu, ſi leue indicium, & minimè ſufficiens ad inquirendum in ſpecie, adeſſet contrà tres, qui ex illo minimè poſſent conſtitui. Aliquandò promitti poteſt impunitas *Reo conſtituto*, & ſub ſpe impunitatis allici, ad confitendum delictum.

29. *Textus* ergò noſter loquitur de impunitate ſecundum quartum caſum hic ſuprà expreſſum. Et ſciendum eſt, quod nullus inferior à *Principe* poteſt *Reis* impunitatem concedere argumento cuiuſdam *Legis*; *(d)* ille enim ſolus, qui diſpenſare ſuper lege poteſt, valet pęnam legibus ſancitam tēperare, aut totalitèr remittere. Ex facultate porrò ſibi indulta à *Principe* (ſi eā habet) poteſt *Iudex* inferior ex iuſta cauſa, impunitatem largiri. Hoc ergò ſuppoſito tanquam certo; ſi *Iudex Reo* alicui impunitatem promittit, vel vt crimen confiteatur; vel vt Complices detegat, & *Iudex* habet facultatem indultandi *Reos* ſibi benè viſos, confeſſio delicti, facta à *Reo*, non poteſt, illi præiudicare, quià *Iudex* tenetur in conſcientia impunitatem ſibi promiſſam ſeruare; promiſſio enim acceptata ſub conditione, hac adimpletà, tranſit in abſolutam, & nedum ex fidelitate, ſed etiam ex iuſtitia debet adimpleri; vt dicunt *Doctores*. *(e)*

30. Difficultas autem eſt, quandò *Iudex* non habet facultatem concedendi impunitatem, & tamen ſub promiſſione ipſius inducit *Reum* ad confitendum, an confeſſio præiudicet *Reo*, ita vt, non obſtante impunitate promiſsà, poſſit ad pœnam condemnari? Nonnulli *Doctores* *(f)* voluerunt, poſſe *Reum* ex tali confeſſione damnari; *Iudici* enim delictum patet, & ipſe nequit contrà leges crimen impunitum dimittere. Alij verò ſuſtinent, quod in vim dictæ confeſſionis condemnare non poteſt, vt multis citatis vult *Farinacius*. *(g)* *Paſſerinus* *(h)* dicit, quod durum eſt dicere, quod ſtante tali promiſſo poſſit *Reus* damnari; paritèr durum eſt, quod *Iudex* impunitum dimittat, cum ad hoc facultatem non habeat; putat ergò, quod debet proſequi iudicium per legitimas probationes; & ſi per eas non poteſt concludi delictum, *Reus* dimittatur, quià non eſt ſufficientèr probatus delinquens. At hæc cautela minimè prodeſt, quià ſupponimus, quod *Iudex* ideò promittit impunitatem, quià nullo modo poteſt indicia habere. Quomodo ergò per legitimas probationes poterit procedere? Certè non per alia indicia, quam per ea, quæ hauſit

à con-

à confeſſione facta ſub tali promiſſione. Si ergò per talia indicia probatur delictum, licèt non damnetur *Reus de directo* ex ſua confeſſione, damnabitur tamèn *ex conſequenti*, quod perindè eſt; vndè ſi durum illud videtur, durum paritèr videtur hoc.

31. Conſultiſſimè ergò *Textus* noſter decernit, quod *impunitatem nulli* Iudici ordinario, ſeù delegato Reo *promittere fas eſt, ſine expreſſa Reuerendiſſimi Patris Generalis licentia*. *Generalis* enim inter nos *Princeps* eſt, vt aliàs (i) docuimus; vndè ille ſolus poteſt concedere impunitatem: & *de licentia* eius, non quidem tacita, præſumpta, aut interpretatiua, ſed *expreſſa* alij *Iudices* inferiores. Quod ſi *Iudex*, abſquè tali facultate eam promittat ad crimen detegendum, ſeù Complices; ſeruanda quidem eſt promiſſa impunitas, *& confeſſio aliàs*, hoc eſt per promiſſionem impunitatis, *facta* abſquè tali licentia obtenta, *non nocet Reo quo ad condemnationem*; & hoc rationabiliſſimè; quià *Iudex* tali caſu loco *Principis* eſt, & fidem publicam ſpondet; & licèt ad hoc facultatem non habeat, & malè faciat, non tamen ex malè facto *Iudicis* debet damnificari *Reus*; cum ex alieno delicto nullus debeat iure puniri; nec debet *Reus* inquirere, num *Iudex* facultatem habeat, impunitatem promittendi, tum quià non tenetur *Reus* iura ſcire; tùm quià legitimè præſumit, quod *Iudex*, qui alijs iuſtitiā adminiſtrat, in ſemetipſo ius ſeruet, & nō faciat niſi quæ poteſt; & quod eo authore fit, legitimè fiat: præſumptio enim ſemper eſt in fauorem *Superioris*. Si ergò fides publica oppignorata eſt, nullo modo frangi poteſt neque à *Principe*, neque à tenente locum *Principis*; fides enim publica eſt de iure gentium primæuo, & ſic de iure naturali, & ſemper continet bonum, & æquum, & *Princeps* fidem non ſeruans priuaretur commercio hominum, & conuictus Ciuilis deſtrueretur, quod eſt ſummè malum, vt ſcribit *Paulus de Caſtro*, & *Cagnolus*. (l) Hinc eſt, quod in quadam *Lege Codicis* (m) minores, qui ex gratia *Principis* pronunciati ſunt maiores, & contraxerunt, non poſſunt, ad irritandos contractus, petere reſtitutionem in integrum, *ne hi, qui cum eis contrahunt, Principali authoritate circumſcripti eſſe videantur*; & ità publica fides data à *Principe*, qui illos pronunciauit maiores, ſit eluſoria. Et in tantum extendunt *Doctores* (n) obligationem ſeruandi publicam fidem, vt dicant, quod *Princeps* tenetur omninò eam ſeruare Bannito, & Hoſti, cui fecit gratiam, vel dedit ſaluum conductum, etiam ſi ſit in caſu, quo non debuiſſet, vel non potuiſſet via iuris.

32. *Sed ſolum facit indicium ad Torturam*; eo quià talis confeſſio; ex eo quod nulla eſt in ordine ad condemnandum, non poteſt eſſe iudicialis, quamuis coram *Iudice* facta; ſed non poteſt in tantum annullari, quod non valeat ſaltem, vt confeſſio facta, & retractata; debet ergò vt talis ad Torturam indicium facere. Et hic adnotare libet prudentiam, qua diſpoſitio *Textus* maturata eſt; cum enim videret æqualitèr periculoſas opiniones contrarias *Doctorum*, nempè eorum, qui dicebant non præiudicare *Reo*, ſed abſolui debere; & eorum qui docebant Reum debere puniri, non obſtante impunitate promiſsà: *Textus* mediat ſanciendo, quod *Reus* non puniatur pœna delicti, ne impunitas promiſſa violetur; ſed nec euadat totaliter abſolutus, ſed quod torqueatur, ac ſi eſſet indiciatus ex confeſſione facta (nempè in tormentis) & poſteà retractata in ratificatione.

T E X T V S.

§. VI. Reus legitimè interrogatus ſub mortali culpa (à qua, niſi dicat veritatem, in foro pœnitentiæ abſolui non poſſit) tenetur de plano reſpondere ad mentem Iudicis interrogantis: & renuens reſpondere habendus eſt pro confeſſo, & pro tali eſt condemnandus, vel torqueri debet. Quo caſu non dentur illi defenſiones, quià non torquetur pro delicto, ſed pro habenda reſponſione, appoſita clauſula *circà præiudicium de quibus eſt conuictus, & confeſſus*.

COM-

COMMENTARIUS.

SUMMARIUM.

33. *Reus tenetur reſpondere veritatem Iudici eum legitimè interroganti.*
Nec poteſt uti reſtrictione mentali; aut æquiuocatione.
34. *Difficultas ex verbis Textus.*
Nemo tenetur mendacium reuocare in damnum ſui; niſi maius damnum Proximo, quàm ſibi, adueniret.
35. *Reus negans veritatem in iudicio, ſi perſiſtit in periurio, non poteſt abſolui.*
36. *Reus renuens reſpondere ſine cauſa, habetur pro confeſſo.*
Cauſæ ob quas Reus non tenetur Iudici reſpondere,
37. *Renuens reſpondere, condemnari poteſt ad pœnam extraordinariam.*
Sed melius eſt, quod torqueatur.
38. *Defenſiones ſine copia actorum ſunt concedendæ Reo, qui torqueri debet, quià reſpondere renuit.*
Exemplum ad hoc..
39. *Si cauſæ ob quas Reus reſpondere renuit ſunt dubiæ, Iudex debet eas ſpernere.*
40. *Obiectio, & ſolutio contrà prædicta.*
Clauſula apponenda, ſi Reus debet torqueri, ex renitentia ad reſpondendum.
Iudex non debet tunc interrogare ſuper delicto, ſed ſuper obſtinatione in non reſpondendo.

33. NUnc agitur de obligatione *Rei*, & dicitur, quod *legitimè interrogatus*, hoc eſt præcedente probatione corporis delicti, & indicijs contrà eum ſemiplenè probantibus, & à legitimo *Iudice* habente facultatem, *ſub mortali culpa &c. tenetur de plano*, hoc eſt clarè, abſque ambagibus, amphibologijs &c. *reſpondere ſecundùm mentem Iudicis interrogantis*; & hoc communiter ſtatuunt *Theologi Morales*: (o) & neque æquiuocare poteſt, aut uti reſtrictione mentali, vt ex Propoſitio 26. & 27. ex damnatis ab *Innocentio Vndecimo* probatur; debet enim reſpondere *ſecundùm mentem Iudicis* ſibi manifeſtatam in interrogatione ſibi facta.

34. *A quo niſi dicat veritatem in foro penitentiæ abſolui non poſſit*. *Textus* iſte nonnullis viſus eſt ſcandaloſus, nimis durus, & contrà rationem naturalem; poſito enim, quod quis in iudicio negauerit crimen, quod ſi confeſſus eſſet, ſibi deberentur Triremes, vel carcer perpetuus; nequibit ergò abſolui ſacramentaliter à periurio commiſſo in iudicio, niſi coram *Iudice* compareat, & crimen fateatur? Certè hoc nullo iure cauetur, & irrationabilis prorsùs eſſet diſpoſitio *Textus*, ſibi repugnante naturali ratione. Poſito enim tanquam certo, quod nullus peccare debeat pro ſaluanda vita corporis, & ſic nec *Reus*, ad euadendam mortem, poſſit licitè in iudicio mentiri; non tamen tenetur mendacium reuocare, niſi fuerit cum graui offenſione Proximi dictum, & ex reuocatione tali non ſibi immineat maius damnum, quàm Proximo eueniat ex mendacio. (p) Quomodò ergò non poterit *Reus*, vt præfertur, abſolui, *niſi dicat veritatem*, reuocato mendacio, ſi in eo non lædatur tertius, ſed ſolum ſibi proſit?

35. Dico quod quadraret ſacta oppoſitio, ſi ità deberet accipi *Textus*; hoc autem nullo modo eſt; ſed debet intelligi, quod durante periurio, & animo peierandi, negando veritatem, ad quam obligatur, nequit, *niſi dicat veritatem, in foro pœnitentiæ abſolui*. Exemplum ſit. Examinatur ſemel *Reus*, & veritatem in iudicio negauit; ſi iſte vult confiteri ſacramentaliter peccata ſua, & abſolutionem recipere, debet de periurio commiſſo dolere, & proponere, quod ſi de nouo examinabitur, dicet veritatem. Sed confitendo periurium commiſſum, & retinendo animum peierandi etiam in futuro examine, incapax abſolutionis eſt; quià cum habeat actualiter animum peccandi, non eſt diſpoſitus ad recipiendam abſolutionem, vt notum eſt; & hic eſt verus ſenſus *Textus*.

36. *Et renuens reſpondere ſine rationabili cauſa, habendus eſt pro confeſſo*. Plures ſunt rationabiles cauſæ ob quas interrogatus *Reus* poteſt non reſpondere; putà ſi recuſauit *Iudicem* tanquam ſuſpectum, vel incompetentem: (q) ſi *Reus* ſit febre oppreſſus, vel aliquo repentino morbo; vel eſt iuſto impedimento detentus: (r) Si *Iudex* non vult ſibi aperire ſtatum cauſæ ſuæ legendo aliquas depoſitiones Teſtium contrà ſe, vt præſcribitur in *Textu*, & ità dubitet an *Iudex* legitimè interroget: (s) Si tandem *Reus* ſcit *Iudicem* minimè conſtare feciſſe de corpore delicti; vel recepiſ-

ſe accuſationem, aut depoſitiones à perſonis de iure prohibitis accuſare, vel teſtificari. Et ratio eſt, quià tunc *Iudex* legitimè non interrogat, & ſic minimè reſpondere tenetur.

37. *Et pro tali condemnandus eſt, vel torqueri debet*. Difficultas hic eſt, ad quam pœnam ſit condemnandus iſte, qui pro confeſſo habetur. Nonnulli *Doctores* (t) dicunt, quod cum habeatur pro confeſſo, condemnari debet ad pœnam ordinariam, & fundant dictum ſuum ſuper quam lege, (u) quæ ait, *Qui omninò non reſpondet, contumax eſt; contumaciæ autem pœnam hanc ferre debet, vt in ſolidum conueniatur, quemadmodum ſi negaſſet: quià Prætorem contemnere videtur*. Sed iſta lex loquitur in cauſa pecuniaria, & Ciuili, vndè non poteſt extendi ad cauſam criminalem. Vndè alij (x) dicunt hoc intelligendum eſſe in delictis leuibus, pro quibus non poteſt imponi pœna corporalis; ſed non in grauioribus; quià tali caſu eſſet imponenda pœna extraordinaria. Hæc ſecunda ſententia verior eſt, magis enim innititur æquitati. Ponamus enim, quod inquiſitus de homicidio venefico; & alius de ſimplici furto æque coram *Iudice* nollent reſpondere; certè crimen æquale committerent in non reſpondendo: ſi ergò ille ad Triremes, & iſte ad priuationem actuum legitimorum iuxtà *Textum* (z) deberent damnari, profectò idem crimen diuerſis pœnis vindicaretur. Nec dicendum, quod per fictionem iuris habentur *pro confeſſis*, & iſtà obſtinationis in non reſpondendo grauitas varietur iuxtà grauitatem criminum, de quibus ſunt confeſſi. Quia cum *Textus* dicat ſimpliciter *pro tali condemnandus eſt*, nec exprimat qua pœna, ordinaria, an extraordinaria; debet accipi de extraordinaria; tum quià in pœnis mitior interpretatio ſemper eſt facienda; tum quià confeſſio illius poteſt eſſe qualificata ſic, quod pœnam niſi extraordinariam non mereatur. Sed quia *Textus* loquitur alternatiuè, puta vel quod condemnetur, vel quod torqueatur, meliùs eſt quod, (vt diximus de Teſte) (a) *Iudex* Tortura vtatur. Si verò *Reus* eſſet plenè conuictus per Teſtes, concedo, quod poſſet in pœnam ordinariam condemnari; hoc verò non eſſet ex ſua ficta confeſſione, in non reſpondendo, ſed ex legitima probatione per Teſtes facta.

38. *Quo caſu non dentur illi defenſiones, quià non torquetur pro delicto, ſed pro habenda reſponſione*. Sed ſi renuit reſpondere ex rationabili cauſa antequam torqueatur debent ne illi dari defenſiones? Et videtur, quod ſic, quià *Textus* alibi habet (b) *Ante Torturam omninò concedendæ ſunt torquendo copia actorum, & defenſiones*; & dicit *Sgroi* (c) quod poſt trinam monitionem factam, poteſt dari terminus ad ſe defendendum. Ex alia parte non debet *Iudex* concedere copiam actorum *Reo*, antequàm conſtituatur, vt ſuprà (d) dictum eſt, iuxtà praxim totius mundi. Quid ergò faciendum? Dico, quod defenſiones ſummariè, & breuitèr ſunt illi concedendæ abſque copia vlla actorum, & eas poteſt *Reus*, vel oretenus repræſentando, & per Notarium ſcribendo, vel in ſcriptis porrigendo, facere. Tunc *Iudex* vel legitimam videt cauſam à *Reo* adductam tum in iure, tum in facto; & ſic torquere non poteſt, ſed debet remouere obſtaculum, quod impedit, quo minus legitimè interroget, quod ſi hoc nequit, debet ab incœptis deſiſtere. Exempli gratia, ſi *Reus* dicat *Nolo reſpondere, quià te recuſo in Iudicem; quià es mihi ſuſpectus ex tali cauſa*; vel *quià de corpore delicti nullo modo conſtat*; *aut conſtare feciſti &c.* iſtæ ſunt cauſæ rationabiles ex iure; ſi ergò in facto etiam ità ſint, puta quod cauſa adducta recuſationis ſubſiſtat, aut dubia ſit, debet *Iudex* vel non procedere ampliùs, vel ſuperſedere, & per Arbitros electos, vt aliàs diximus, (e) pronunciari; vel ſi de corpore delicti non fecit conſtare, debet errorem corrigere, ſupplendo, quæ omiſit, & Teſtes denuò examinando, quià primum examen nullum fuit ex tali defectu. Si verò non rationabiles euidenter ſunt cauſæ adductæ à *Reo*, puta aut in iure, aut in facto; vt ſi diceret *nolo reſpondere, quià nolo te in Iudicem, quià iuuenis es*; vel *quià de corpore delicti non conſtat*, & tamen in proceſſu *Iudex* de eo conſtare fecit; clarum eſt, quod de eo non debet curare; ſed per carceres, & vincula, poſt Cenſuras latas, vt diximus, procedere poteſt.

39. Si autem dubiæ ſint, vt ſi diceret *Reus*, *Non habes tot indicia contrà me, quæ ſemiplenè probent* (dubias autem voco cauſas, quæ iudicio *Iudicis* arbitrantis ſunt ſufficientes ad *Reum* conſtituendum, ſed iudicio, aut prætenſione *Rei* non ſunt tales) *Iudex* poteſt iſtas ſpernere, & procedere ad torquendum. Ratio eſt, quia vali-

validitas indiciorum pendet, vt diximus, ab arbitrio *Iudicis*, & licèt hoc debeat regulari à iure, tamen, vt notum eſt, ius habet amplitudinem, & ſufficit *Iudici* habere pro ſe probabilitatem, & quod arbitrium ſuum non apertè contrarietur iuri. Iudicare ergo de validitate indiciorum ſui iuris eſt, quod non poteſt tolli à prætenſione *Rei*, qui contrarium ſentit. *Reus* inſupèr tenetur credere *Iudici* aſſerenti, quod ſufficientia indicia habet; nec poteſt prætendere, niſi quod ſibi legantur vrgentiora indicia. Quod ampliùs patet, quià ſemper eſt ſaluum ius *Reo*, ſi indicia minimè ſunt ſufficientia, contrà ea excipiendi in defenſionibus poſt examen ſuũ, & nihil ſibi præiudicat in ſubdendo ſe examini. Ampliùs poteſt ſe ſaluare indemnem, proteſtando de nullitate, ſi non præceſſerint in proceſſu, quæ de iure præcedere debent, puta legitima, & ſufficientia indicia &c. ſi ergò his omiſſis cauillatur circà hæc, ſignum eſt, quod vult redimere tempus, & protelare iudicium, & ideò *Iudex* poteſt eius cauillos ſpernere, & ad cogendum ipſum ad reſponſionem per ſupradicta procedere.

40. Quod ſi dicatur contrà hæc, quod *copia actorum* debet *omninò concedi*, ſicut dicit *Textus* ſupracitatus. Reſpondeo, quod *Textus* intelligit, quod dentur poſt examen ad faciendas defenſiones antè Torturam, nullo autem modo intelligit de caſu noſtro. Ratio eſt, quià mens *Textus* eſt, quod non lædatur ius *Rei*, quod habet ad ſe defendendum, ne cogatur ex dictis Teſtium, & indicijs, ſubire tormentum irretractabile, contrà quæ legitimè poteſt excipere; & nulla eſſet exceptio facta poſt tormentum, quod iam ſubijſſet; nec tamen vult *Textus*, quod lædatur ius Fiſci, & inferatur præiudicium Cauſæ vltrà id, quod dè iure debetur *Reo* ad ſe tuendum; porrò periclitaretur Cauſa ſi ante examen *Reo* panderentur acta; & ex his denegatis nullum damnum patitur *Reus*, quià omnes exceptiones, quas poteſt facere ante examen, ſunt ſibi ſaluæ etiam poſt; attento maximè, quod ad abundantem cautelam, poteſt præmittere proteſtationem, vt dictum eſt, per quam fortificantur omnes exceptiones, quas poteſt dare contrà *Iudicem*, Accuſatorem, & Teſtes. Ampliùs, ſufficienter traditur copia actorum à *Iudice*, dum legere coram *Reo* facit vrgentiora indicia; non enim ad alium finem iubetur dari *Reo* copia actorum, niſi ad hoc, quod *Reus* informetur de ſtatu cauſæ; porrò informatio talis ſufficienter fit per talem lecturam; nec in hoc caſu obligatur *Iudex* ad dandam copiam in ſcriptis.

41. *Appoſita clauſula citrà præiudiciũ, de quibus eſt conuictus, & confeſſus*. Tortura enim *Rei* ſemper debilitat valorem indiciorum contrà ipſum; & ſi torqueretur abſquè eo, quod *Iudex* proteſtaretur, *ſe minimè torquere ad habendam confeſſionem de delicto*, ſed decerneret abſolutè eſſe torquendum; poſſet dicere *Reus*, quod tortus fuiſſet ſuper tota cauſa; & ſic, ſuſtinendo in tormentis, minueretur valor probationum in contrarium vel in totum, vel in partem. Ad ſaluanda ergo integra iura Fiſci debet proteſtari ſe *non torquere ad eruendam veritatem*, *ſed ad habendum à Reo reſponſum* (vel *preciſum*. Si Reus tergiuerſatur per verba *non recordor*; *poteſt eſſe*; *mihi videtur &c.* vel *abſolutè* ſi non vult omninò reſpondere) vt dicit *Scaccia*, & *Guazzinus*, (*f*) *& hoc circà præiudicium de quibus eſt conuictus, & confeſſus*. Et in hoc caſu non debet *Iudex* interrogare *Reum* ſuper delicto, ſed tantùm, An velit ab oſtinatione deſiſtere, & præcisè reſpondere?

T E X T V S.

§. VII. Reus citatus; & non comparens poſt neceſſarias dilationes, declarandus eſt contumax, & ad pœnam ordinariam condemnandus, à qua releuari poſſit, ſi voluntariè ſe præſentet. Interrogatoria tàm Reorum, quam Teſtium vulgari idiomate fieri poterunt, ſecundum conſuetudinem. Quæ autem ex Officio Iudicis fiunt, latino ſermone ſcribenda ſunt.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

42. *Reus citatus, nec comparens declarandus eſt contumax.*
Vt aliquis ſit vere contumax, quid requiritur.
Non tenetur Reus citatus comparere in loco ſibi non tuto.

43. *Textus accipitur de Reo, qui fugit ante, vel poſt inquiſitionem.*
Reus abſens citatur per edictum.
Vt Edictum dicatur ſufficienter publicatum, quid requiritur.

44. *Dilationes neceſſariæ ante contumaciæ declarationem, quæ?*
Contumacia, quando ſit accuſanda.
Contumax adhuc citandus ad ſententiam.

45. *Abſens de iure condemnari non poteſt.*
De conſuetudine contumax condemnatur ad pœnam ordinariam.

46. *Contumax ſe præſentans voluntariè Iudici quomodo releuetur à pœna.*
Reſtitutio in integrum fit ex cauſa metus.
Arbitrarium Iudici eſt declarare, an e cauſa contumaciæ fuerit iuſta.

47. *Si contumax capiatur, quid agendum?*
Ex clementia Iudicis poteſt admitti ad defenſiones.

48. *Interrogatoria Rei, & Teſtium lingua vernacula fiant.*
Sed poſſunt latinè ſcribi in proceſſu.
Acta iudicialia latinè ſcribenda.

42. POſtquam tractauit de contumacia in non reſpondendo coram *Iudice*, loquitur modo *Textus* de *Reo*, qui citatus non comparet. Dicit ergo, quod *Reus citatus, & non comparens poſt neceſſarias dilationes, declarandus eſt contumax*. Poteſt autem hic *Textus* dupliciter accipi; nempè ſi *Reus* ſit in Conuentu, & citatus comparere coram *Iudice* recuſet; aut ſi ſit in *Prouincia*, & ab alio Conuentu vocatus per epiſtolam *Iudicis* venire renuat; vel ſi *Reus* fugitiuus ſit, & non compareat poſt legitimas citationes factas. Quià verò iam de contumacia *Rei* reſpectu citationis ſupra (g) diximus; & reſpectu denegatæ reſponſionis ſuperiori paragrapho dictum eſt; diximuſque eſſe cogendum per Cenſuras, carceres, & tormenta ad reſpondendum; eadem prorſus eſt ratio procedendi caſu, quo *Reus*, vel in *Conuentu*, vel in *Prouincia* exiſtens, citatus, eſſet contumax in comparendo; deberet enim cenſurari; & poſtmodum carcerari, & ſic cogi ad ſe ſiſtendum in iudicio. Vnum autem aduertere libet, & eſt, quod ad hoc, quod aliquis poſſit dici verè contumax, oportet, quod nullam afferat cauſam legitimam, ob quam poſſit non obedire *Iudici*. Quod ſi cauſam pro ſe legitimam habeat, ſicut obedire non tenetur, ità neque contumax eſt, ſi non obediat. Vt ſi iam *Iudicem* recuſaſſet ex cauſa legitima, vel dubia in facto, vt aliàs (b) dictum eſt, & *Iudex*, irrationabilitèr non deferens recuſationi proceſſiſſet ad vlteriora, & ſic citaſſet; non poſſet *Iudex* ad Cenſuram, neque ad carcerationem deuenire, quia nullo modo ille eſſet contumax. Paritèr ſi vocaretur ad Conuentum, in quo *Reus* habet inimicos; & *Reus* reſponderet citationi, ſe nolle ire ad illum Conuentum, quia ibi habet inimicos; & locus ſibi tutus non eſt (vt argumento cuiuſdam Canonis (i) facere poteſt) vel quià non poteſt, ſine periculo vitæ ob mutationem aeris ex conſilio Medici, aut ex alia cauſa rationabili.

43. Relinquitur ergò *Textus* intelligendus de *Reo*, qui fugā arripuit ſiuè ante, ſiuè poſt ceptā inquiſitionem, qui *citatus, & non comparens poſt neceſſarias dilationes declarandus eſt contumax*. Sed quomodò citari poteſt, ſi neſcitur vbi ſit? Dico, quod citari debet per affixionem libelli citatorij ad cameram, in qua manebat, antequam fugiſſet; vel per edictum, vt dicunt iura. (l) Ad rationem autem edicti, vt publicatum dicatur, ſufficit quod affigatur in loco publico *Conuentus*, puta ad valuas Refectorij; in parte quidem poſtica, vt à ſolis Fratribus legi poſſit, non verò à Sæcularibus, qui fortè de hoc ſcandalizarentur. Melius tamen erit, ſi antequam affigatur, legatur ab *Actuario* in plena *Communitate Fratrum*, quia hoc modo ſolemniùs publicatur, & de tali publicatione, & affixione debet conſtare in proceſſu. In edicto autem exprimi debet nomen *Iudicis*, nomen *Rei*, cauſa ſuper qua citatur, tempus congruum, intrà quod citatus poſſit comparere, & locum, ad quem venire debet, & formam eius dabimus, in *Secunda Parte*.

44. Si autem quæras, *quæ dilationes*

ſint

ſint neceſſariæ. Dico, quod ſi ſcit *Iudex* locum, vbi manet *Reus*, qui diſtat per octo, vel decem dietas, &c., debet aſſignare tempus congruum, intrà quod poſſit *Reus*, commodè commonefieri ab Amicis dè tali citatione, & etiam venire ad præſentiam *Iudicis*:&, vltra hoc etiam tres dies naturales, quæ ſunt dilationes, quæ communitèr aſſignantur, quandò *Reus* eſt in *Conuentu*, vel parùm diſtat. Ratio eſt, quia irrationabiliter citaret *Iudex* ad comparendum in duabus eum, quē ſcit abeſſe per ſex dietas. Pariterque in libello debent apponi tres termini; qui correſpondeant monitioni canonicæ; adhoc quod *Reus* tempus habeat recogitandi de ſe, &, ex conſideratione Cenſurarum, & aliarum pęnarũ in citatione comminatarum, reſilire poſſit ab inobedientia, & venire. Si verò neſcitur vbi ſit; arbitrarium *Iudici* eſt, tempus aſſignare. Melius tamen eſt, quod *Iudex* det tempus abundans, & longum, ne *Reus* poſſit conqueri de breuitate, & excuſationem prætendere. Elapſo autem tempore aſſignato, & Reo non comparente, debet accuſari contumacia: hoc autem fit declarando *Reum* eſſe contumacem ex eo, quod intrà tempus aſſignatum minimè comparuit. Ex poſt citari eodem modo debet ad videndum concludi in cauſa, & ſententiandum, iuxtà ſibi comminata in prima prima citatione. Et omnium ſupradictorum formulas dabimus in *Secunda Parte*.

45. *Et ad pœnam ordinariam condemnandus*. Aduertendum, quod, de iure communi, nullus abſens damnari poteſt, vt dicunt multæ *Leges*.(m) Sed ex communi conſuetudine, vt dicit *Clarus* (n) antiqua iura non ſeruantur; & ità ſi aliquis inquiſitus de crimine citetur, &, expirato peremptorio termino non compareat, bannitur, addita conditione, quod ſi deuenerit in fortijs iuſtitiæ punietur morte, vel alia pœna, quæ conuenit delicto, ac ſi illud fuiſſet confeſſus; per fictionem enim iuris, contumax fugiens habetur pro confeſſo. Sequendo autem communem conſuetudinem ordinat *Textus*, quod talitèr contumax condemnetur ad pœnam ordinariam criminis, de quo eſt inquiſitus.

46. *A qua releuari poſſit ſi voluntariè ſe præſentat*. Non tamen intelligendum eſt, quod ex ſola voluntaria præſentatione releuetur à pœna, quandò ſcilicet per Teſtes eſt conuictus; quia tunc reportaret commodum ex delicto ſuo. Nequè etiam releuatur in totum ſi contrà eum fuerunt indicia ſufficientia ad torturam, vel ad pœnam extraordinariam. Sed releuatio conſiſtit in hoc, quod executio Sententiæ ſuſpenditur, & ipſe admittitur ad defenſiones poſt examen ſuum, & in integrum reſtituitur in ſtatu, in quo fuit quando citatus eſt: Et hoc ſibi indulgetur ex voluntaria præſentatione, per quam ceſſat contumacia; qui enim ante *Iudicem* ſe ſiſtit, non ampliùs contumax eſt; meretur porrò in integrum reſtitui: quia poteſt adducere pro cauſa ſuæ fugæ non conſcientiam criminis, ſed metum Accuſatoris potentis apud *Iudicem*; aut *Iudicem* ipſum, quem inimicum eſſe ſciebat, ſed talem in iudicio probare non poterat; causâ autem metus, reſtitutionem in integrum fieri, volunt *iura*. (o) ſicut & alias cauſas adducere poteſt, quæ arbitrio *Iudicis* committuntur iudicandæ, an legitimæ fuerint ad fugam, vt dicitur in *Digeſtis*. (p)

47. Sed quid iuris, ſi non volontariè ſe præſentet, ſed per vim capiatur? Dico; quod de rigore iuris poſſet cogi ad pęnam, quia iam Sententia fuit prolata, & expirato termino vtili ad appellandũ, iam res tranſijt in iudicatum. Sed ex indulgentiâ *Iudicis* poteſt audiri; & exploratâ causâ ſuæ fugæ, ſi legitimam inuenerit, poteſt *Superior* in integrum reſtituere, & ad defenſiones admittere.

48. *Interrogatoria tàm Reorum, quàm Teſtium vulgari idiomate fieri poterunt ſecundùm conſuetudinem*. Conſuetudo eſt, quod latinè ſcribantur in proceſſu; ſed *Reis*, aut Teſtibus, linguâ vernaculâ fiant; vtrumque tamen facultatiuum *Iudici* eſt circà ſcripturam interrogatoriorum; ſed circà ſignificationem eorum *Reo*, & Teſtibus oretenùs faciendam, neceſſarium eſt, quod natiuo idiomate fiant, quantumuis barbaro, ad hoc, vt Interrogatus ſciat plenè vim interrogationis. *Quæ autem ex Officio Iudicis fiunt*, puta viſitatio corporis delicti, decreta, ſententiæ interlocutoriæ, &c. *Latino ſermone ſcribenda ſunt*, ad dignitatem, nempè Officij, quod debet cum maieſtate geri; non verò ad valorem actorum; ſi enim vulgariter eſſent deſcripta, non per hoc nullus eſſet proceſſus.

TEX-

Digitized by Google

T E X T V S.

§.VIII. Confeſſus dicitur Reus, qui proprio ore dixit ſe tale crimen commiſiſſe: dummodò id timore, metu, tædio non fecerit: quia ſi Stultus, vel Ebrius confeſſus fuerit, eius confeſſio nulla eſt. Reo, etiam confeſſo, dari debent defenſiones, quibus reuocare poteſt confeſſionem, probando contrariam euidentiam facti; vel factam per errorem: Confeſſus ſpontè mitiùs puniendus erit.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

49. *Reus confeſſus quis dicatur.*
Confeſſio Rei plenè probat delictum.
Confeſſio duplex coacta, & ſpontanea.
Confeſſio ſpontanea non indiget ratificatione.
Confeſſio ſpontanea, vt ſufficiat ad condemnationem; quæ requirat.
Confeſſio debet eſſe veriſimilis, aliàs non nocet.
Item debet eſſe clara, & aſſertiua; & facta per verbum Credo, *non ſufficit ad condemnationem ad pœnam ordinariam.*
Cauſa delicti exprimi debet aliàs confeſſio non nocet.
Cauſam delicti nolens dicere, torqueri debet.
Confeſſio delicti incidentèr facta non importat pœnam niſi extraordinariam; niſi Reus ſit famoſus, aut crimen atrociſſimum, aut confeſſio facta coram Principe.
Confeſſio Rei, vt illi noceat, debet eſſe circà factum, & non circà ius, aut quid dependens à iudicio alterius.
50. *Confeſſio Rei debet eſſe de delicto, & etiam de eius qualitate, vt noceat Confitenti.*
Item debet eſſe libera, non facta timore, metu, tædio, aut ſubornatione.
Hiſtoria cuiuſdam Magiſtri.
51. *Cauſæ, ob quas confeſſio redditur nulla.*
52. *Reo etiam confeſſo concedendæ defenſiones.*
Mortem, ex tædio vitæ, multi ſibi conſciſcunt.
Confeſſio Rei tollitur per probationem demonſtratiuam contrariam.
Euidentia facti vincit contrariam probationem plenam.
53. *Confeſſio erronea, ſiue facta per errorem, poteſt reuocari.*
Errantis nulla eſt voluntas, ſeu conſenſus.
Confeſſio erronea etiam poſt Sententiam poteſt reuocari.
Etiam iurata, & ratificata.
Falſum nunquàm poteſt præiudicare vero.
Patronus, quomodo articulare debeat pro reuocanda confeſſione Clientuli.
54. *Cauſæ erroris in confeſſione ſunt proponendæ in ſpecie.*
Iuramento probantur, quæ latent animo.
Cauſæ erroris in confeſſione probantur, etiam veriſimilitudine.
55. *Multa dicuntur ab Auctoribus circà probationem cauſæ erroris.*
56. *Demonſtratur eſſe inutile de cauſis erroris diſquirere.*
Iudex debet eſſe facilis in admittendis cauſis erroris.
57. *Facti euidentia ad deſtruendam contrariam confeſſionem, quæ ſit, & ſufficiat.*
58. *Confeſſus ſponte mitiùs puniendus.*
Confeſſus ſpontè, quis poſſit dici.
Opinio Abbatis.
Opinio Farinacij.
59. *Forum Regulare debet eſſe mitiùs Sæculari.*
Spontè factum eſt voluntariè factum.
Factum coactè, eſt factum etiam voluntariè.
Spontanea eſt confeſſio, etiam ex metu tormentorum, & quomodò.
60. *Oppoſitio, & ſolutio contrà prædicta.*
Voluntas aut libera eſt, aut voluntas dicenda non eſt.
61. *Spontaneum, & coactum in genere moris, quod dicatur.*
62. *Confitens Sacramentalitèr peccata ex metu Inferni, ſpontè confitetur.*
Confeſſio delictorum, etiam ex metu tor-

tormenti, eſt ſpontanea.

63. *Reſpondetur contrarijs dictis Doctorum.*

64. *Arbitrio Iudicis minuitur pœna Reo ſponte confeſſo.*

49. DEfinit modo *Textus Reum* confeſſum, & dicit, quod *confeſſus dicitur Reus, qui proprio ore dixit, coram Iudice*, & ad ipſius interrogationem, *ſe tale crimen commiſiſſe*. Aduertendum autem eſt, quod ex confeſſione *Reorum* plenè probantur omnia delicta, vt *iura (q)* volunt. Et ideò dicunt communitèr omnes *Criminaliſtæ*, quod nullæ ſunt partes *Iudicis* in Confeſſum, niſi in condemnando. Confeſſio autem duplex eſt *Spontanea*, & *Coacta*. De *Coacta* aliquid dictum eſt ſuprà,(r) eſt enim ea, quæ fit vi, aut metu tormentorum, & aliquid etiam infra dicemus. *Spontanea* autem eſt huic oppoſita; Porrò hæc, ad hoc, vt valeat ad condemnandum, nulla indiget ratificatione,(s) vt voluit *Clarus*, quem omnes communiter ſequuntur. Non tamen ſtatim, ac *Reus* eſt confeſſus, poteſt condemnari, ſed multa requiruntur: Debent enim primò ſibi dari ſuæ defenſiones, vt dicit *Textus* paulò infrà. Secundò oportet, quod confeſſio ſit probabilis, & veriſimilis, quandò enim ei reſiſtunt indicia probabilia innocentiæ, non nocet Confitenti: ſicut etiam quandò *Reus* interrogatus à *Iudice* de loco delicti, & tempore, vtraque ignorat, talis enim confeſſio deficit in veriſimilitudine, vt dicunt *Doctores*. (t) Tertiò neceſſarium eſt, quod confeſſio ſit certa, & clara, ſicut habetur ex *Digeſtis*, (u) aliàs non præiudicat Confitenti; vt eſt confeſſio per verbum *Credo, poteſt eſſe, &c.* ex hac enim nequit *Reus* ordinaria pœna puniri, ſed ad plus extraordinaria; aut debet torqueri. Quartò. Oportet, quod *Reus* in cõfeſſione, ad hoc, vt iſta valeat, exprimat cauſam commiſſi delicti; vndè dicunt *Doctores*, (x) quod ad hoc, quod afficiat, neceſſarium eſt, quod *Reus* dicat, quare delictum commiſerit; & ſi nolit dicere, debet ſuper hoc præcisè torqueri. Quintò. Oportet, quod ſit de crimine, ſuper quo principaliter inquiritur, vel ſaltem ſit illi adnexum. Sequitur proindè, quod qui fatetur crimen incidenter, nempè dum agitur de alia cauſa, (vt ſi quis impediretur in iudicio ciuili ne *Bertam* duceret, quia adulteratus fuit cum eius Sorore, & hic adulterium confiteretur; vel ſibi opponeretur per viam exceptionis, vt ſi contrà Accuſatorem adduceretur crimen, ob quod ab accuſando repelleretur, & Accuſator crimen fateretur) non poteſt, per talem confeſſionem, pœna ordinaria puniri de crimine confeſſato, ſed tantùm extraordinaria, vt textualiter habet quædam *Decretalis*. (z) Et etiam in cauſa criminali, ſi accuſatus de homicidio incidenter confiteretur furtum, quod tamen nullam connexionem habet cum homicidio, confeſſio de furto non noceret, niſi in eodem iudicio habuiſſet terminum defenſorium, & non euacuaſſet confeſſionem. (a) Fallit tamen iſta concluſio, ſi *Reus* eſſet famoſus; vel in caſu atrociſſimo, vt Aſſaſſinij, magni Furti, fraudatæ Annonæ; aut ſi *Iudex* eſſet *Princeps*; iſte enim, ſine nouo proceſſu, poteſt punire confeſſum incidenter: (b) & ratio eſt, quia mala fama ſuccedit loco Accuſatoris; enormitas criminis reddit illud exceptum à modo ordinario iudicij; & *Princeps* ex informata conſcientia punire poteſt. Sextò. Requiritur, quod id, quod *Reus* confitetur, habuerit dependentiam à facto, & voluntate eius, vt illi noceat, non verò, quod pendeat à diſpoſitione iuris; aut à iudicio alieno; aut ab alio caſu; & ideò, qui confitetur dediſſe mandatum de occidendo, quandò fuit ſolùm conſilium, quod tamen ipſe vocat, (ex ignorantia) *mandatum*; aut, ſi fateatur eſſe culpabilem, aut punibilem, non ſibi præiudicat, quia hæc pendent à iure, & ad *Iudicem* ſpectat hæc iudicare ex facto. Similiter confeſſio, quod *Caius* obijt ex vulnere, aut ex potione ſibi data à *Reo*, non nocet Confitenti; quia iudicare an quis mortuus ſit ex veneno ſpectat ad Peritum; ſicut etiam an obierit ex vulnere, mori enim potuit ex malo regimine, niſi, ſtatim ac percuſſus fuit, mortuus cecidiſſet. (c)

50. Vltimò. Neceſſarium eſt, ad hoc, vt noceat confeſſo, quod ſit non tantùm ſuper ſubſtantia, ſed etiam ſuper qualitate delicti; & ideò ſi quis Accuſatus, quod proditoriè occiderit, ſi confitetur ſimpliciter, quod occiderit, non confeſſus, eſt crimen, de quo accuſatus eſt, quia non exprimitur qualitas homicidij, puta, quod fuerit proditoriè factum. (d) Vt ergo confeſſio officiat *Reo*, oportet, quod omnia ſupradicta obſeruentur; & inſuper, quod *id*, puta confeſſio, *timore, metu, tædio*

non

non fuerit; *timore* quidem tormentorum; *metu* reuerentiali Iudicis; *tædio* longæ carcerationis; adde etiam ſpe promiſſæ impunitatis; & *Subornatione*, quæ contingere tunc poteſt, quando *Reus* eſt vilis, & verus Delinquens eſt perſona potens, & hic ſubornat *Reum*, vt in ſe aſſumat delictum, & illud confiteatur, ſpondens, quòd ob hoc non condemnabitur, ſed ſua authoritate liberabitur, & vltrà hoc alias remunerationes obtinebit. Et hoc vidi in praxi in caſu, in quo *Conuerſum* cuiuſdam *Ordinis* defendi. Iſte enim confeſſus fuerat, quandam mulierem noctu introduxiſſe in *Monaſterium*; ſed ad hanc confeſſionem fuit inductus à quodam *Magiſtro* graui, qui crimen reuera patrauerat. Teſtes viderant Mulierem exiſſe à cameris *Magiſtri*, & Accuſatio fuerat inſtituta contrà *Magiſtrū*. *Magiſter* fuit negatiuus circa ſe; ſed dixit, quod talis Mulier potuit, fuiſſe introducta à ſuo *Conuerſo*, qui dormiebat in vna ex ſuis cameris. Conſtitutus *Conuerſus* ſubornatus à *Magiſtro*, qui promiſerat illi maria, & montes, confeſſus eſt; quo habito, *Magiſter* ſe credens in tuto, more Fratrum, nihil de illo curabat, nec ſtetit promiſſis. Vndè irritatus *Conuerſus* retractauit confeſſionem, allegauit *Subornationem*, pro qua aderant indicia vrgentiſſima, militabant alia multa adminicula, & probata eſt confeſſio extraiudicialis *Magiſtri*, qui in compotatione vino exhilaratus dixit, quod factum fuerat; & ità *Conuerſum* liberaui, & cecidit *Magiſter* in foueam, quam fecit.

51. *Quia, ſi Stultus, vel Ebrius*, adde ſeductus ſpe; turbatus ex aſpectu *Iudicis*; aut alia ex cauſa, &c. *Confeſſus fuerit, eius confeſſio nulla eſt*; & ità nullo modo nocet.

52. *Reo etiam confeſſo dari debent deſenſiones, quibus reuocare poteſt confeſſionem, probando contrariam euidentiam facti*. Nulla maior exiſtit probatio criminis, quam confeſſio *Rei*; tamen hæc non eſt probatio demonſtratiua, ſed præſumptiua tantùm, deducta nempè ex hoc principio, quod Contrà dictamen naturale eſt, quod aliquis ſciens, & volens ſibi ipſi noceat. Præſumptio hæc verificatur infallibiliter quando confeſſio eſt de crimine, cui debetur omninò mors; non enim præſumi poteſt, quod aliquis velit mentiri contrà propriam vitam, quam præ omnibus creatis naturaliter diligit. Tamen etiam hoc, non rarò fallit, vt enim ex quibuſdam *legibus (e)* elicitur, plures ſunt, qui vitæ criminoſæ tædio; vel ad euadendam mortem infamem; vel ad fugienda vlteriora tormenta, veneno, vel laqueo ſe è viuis ſuſtulerunt; & multi etiam innocentes ad ſe liberandos à cruciatu tormentorum confeſſi ſunt crimina, & patibulo vitam finierunt. Dum ergo probatio veritatis per confeſſionem *Rei* demonſtratiua non eſt, dictat ratio, quod contrariam probationem admittat, & ideò *Reo, etiam confeſſo, dari debent defenſiones, quibus reuocare poteſt confeſſionem*. Quia verò inter præſumptiuas probationes fortiſſima eſt illa, quæ fit per confeſſionem *Rei*, iſta nequit expugnari per aliam ſimilis ſpeciei, ſed oportet, quod vincatur à probatione demonſtratiua, *probando contrariam euidentiam facti*; hoc eſt probando contrarium per euidentiam facti. Hoc autem eſt priuilegium notitiæ ſenſitiuæ; perceptio enim per ſenſum corrigit intellectum; & plus probare poteſt Ruſticus demonſtrando ad oculum, quam *Ariſtoteles* ſubtiliſſimè ratiocinando. Voluit iſte, quod ſub zona torrida non poſſent animalia viuere, ex nimio calore Solis eiaculantis ad eam partem Terræ radios perpendiculariter; ſed falſum eſſe aſſertum *Philoſophi* probantis per rationes, quæ videntur intellectui demonſtratiuæ, ad oculum oſtenderunt Nautæ, expertes alioquin Philoſophiæ, dum ſub tali zona repererunt vaſtiſſima Regna ſumma aeris temperie, & fœlicitate donata. Si ergo *Reus* poteſt probare per euidentiam facti contrarium eius, quod confeſſus eſt, ceſſat omnis effectus confeſſionis contrà ſe. Porrò non tantùm probationem præſumptiuam expugnat euidentia facti, ſed etiam probationem plenam, & dilucidam, qualis eſt facta per conteſtes omni exceptione maiores, vt ſuprà dicit *(f) Textus*. Si enim non ſolùm duo, ſed mille Teſtes conteſtes, & integri probaſſent *Caium* occidiſſe *Seium*, ſi *Caius* ſtatuat coram *Iudice Seium* viuentem, deſtruet contrariam probationem, ſicut fecit *D. Athanaſius*, qui conuictus per multos conteſtes *Arrianos*, quod *Arſenium* occidiſſet, ducto *Arſenio* viuo in conſpectu *Concilij*, quod *Tyri* celebrabatur, crimen obiectum diluit. Paritèr, ſi *Reus* confeſſus eſſet ſe puellam vitiaſſe, ſuam confeſſionem deſtrueret ad oculum oſtendendo ſe non habere neceſſaria inſtru-

ſtrumenta ad tale crimen; & hoc aut naturaliter; aut ex ſectione illorum.

53 *Vel factam per errorem, &c.* Confeſſio facta per errorem, quæ à Doctoribus vocatur erronea, poteſt ſemper reuocari ante Sententiam; & hoc rationabiliter: cum enim errantis nulla ſit voluntas, & conſenſus, vt *iura (g)* dicunt, meritò reuocanda venit confeſſio, quæ ex quo errorea fuit, inuoluntaria cenſetur. Error autem hic accipitur largo vocabulo, nempè pro omni eo, quod fuit in cauſa, quare confeſſio non innixa veritati facti emanauerit. Licet autem in quadam *lege (h) Imperator* dicat, quod *error facti nec dum finito negotio nemini nocet*; quia nempè reuocari poteſt; ſed *cauſa deciſa velamento tali non inſtauratur*; & videatur ex hoc, quod confeſſio erronea poſt latam Sententiam non poſſit reuocari; tamen etiam poſt Sententiam latam reuocari poteſt, petita reſtitutione in integrum, vt dicunt *Doctores*, *(i)* quam tamen impetrare à *Principe* oportet. Vniuerſaliter ergo confeſſio erronea, quamuis fuerit iuramento roborata; etiam pluries geminata, ratificata, & iurata; & etiam in cauſa Appellationis, poteſt reuocari, *(l)* & ratio fundamentalis eſt, quia falſum nunquàm poteſt præiudicare verò, & ſic omnis confeſſio in iudicio ſiue criminali, ſiue ciuili, facta per errorem, reuocari, poteſt, vt communiter ſentiunt *Iuriſperiti*. *(m)* Caſu ergo, quo Patronus Clientulum ſuum, qui confeſſus eſt crimen, velit defendere per reuocationem confeſſionis, debet dicere, quod *Principalis ſuus, ſi confeſſus eſt crimen, de quo imputatur in actis; & etiam pluries ratificauit, & iuramento confirmauit, tamen errauit, & ſe erraſſe dicit, & proteſtatur; & ſe offert probare errorem ſuæ confeſſionis. Pro cauſa vero erroris dicit confeſſum fuiſſe, quia mens erat turbata; vel non ſana; vel quia ignorabat quid diceret; vel quia inaduertenter confeſſus fuit; vel quia fuit perſuaſus à Iudice ſub promiſſione impunitatis, vel quia inductus eſt ab eo, qui verè eſt Reus delicti, vt in ſe aſſumeret reatum, vel quia ob infirmitatem, aut ebrietatem non erat in bono ſenſu, vel quia benè non recordabatur, quia factum fuit à multo tempore; vel quia territus eſt à maieſtate Iudicis; vel quia metuebat torqueri. Inſuper ſe offert probare rem alitèr ſe habere, & ſe non feciſſe tale delictum, quia &c.*

54. Hic autem aduertendum eſt, quod non ſufficit, quod Patronus proponat cauſas erroris in genere; ſed oportet eas eſſe in ſpecie: cum enim probandæ ſint, & non detur probatio, niſi in ſpecie, etiam ſpecificatæ debent proponi. Sed, ſi cauſæ ſint in ſolo animo latentes, & quomodo eas probabit *Reus*? Dico, quod ea, quæ in animo reconduntur, probantur per iuramentum, vt patet in iuramento Calumniæ, Malitiæ, &c. Si ergo proponat *Reus* pro cauſa confeſſionis ſuæ metum, ſpem, obliuionem, & ſimilia, quæ latent in animo, debet probare iuramento. Inſuper probatur etiam cauſa per veriſimilitudinem, quæ licèt ſit imperfecta probatio, tamen in hoc caſu ſufficere debet. Ratio eſt, quia propoſitio talis cauſæ in nullo lædit ius Fiſci, ſed eſt tantùm quid dilatorium in reſpectu iudicij, aut executionis, ſi Sententia lata ſit: robur autem conſiſtit in probatione contraria confeſſioni, cuius onus in ſe aſſumit *Reus*. Proindè *Iudex* debet eſſe facilis in admittendo cauſas erroneæ confeſſionis propoſitas à *Reo*; non enim per talem admiſſionem præiudicatur Fiſco, quia remanet probandum contrarium confeſſioni formitèr, in quo *Reus* plenè concludere debet. Admiſſâ autem causâ erroris, debet *Iudex* admittere capitula probatoria, quibus intendit *Reus* oſtendere contrarium propriæ confeſſioni; & debet aſſignare *Reo* tempus congruum ad capitula probanda.

55. Scio plures *Doctores*, quos conſarcinat *Sgroi (n)* multa dicere circa probationem cauſæ erroris, & etiam ipſius erroris, cuius ratione dicitur confeſſio erronea; & dicunt quod cauſa erroris probanda eſt, etiam ſi confeſſio reſpiciat factum proprium Confitentis; & probatur per Teſtes, & non ſufficit tortura; & ſufficiunt præſumptiones fauore *Rei*; & quod cauſæ erroris faciliùs admittuntur iu Ruſticis, imperitis, & rudibus; ſed ſi cauſa erroris fuit metus debet eſſe talis, quod cadat in virum conſtantem, & ſi non probetur error in termino præfixo, valet confeſſio; & alia multa, quæ ibi poſſunt videri.

56. Sed meo iudicio, inutile prorſus eſt laborare tantum in probanda tum cauſa erroris, tum errore ipſo; quia etiam ſi probaretur error per Teſtes, aut per indicia, coniecturas, aut præſumptiones, quas in hoc caſu ſufficere vult *Bartolus*, *(o)* tamen in nullo releuaretur *Reus* ad euaden-

dam

dam pœnam. Ratio eſt, quia non per hoc quod probauit ſe confeſſum fuiſſe per errorem, ſequitur quod delictum non commiſerit; poteſt enim optimè ſtare, quod timore tormentorum confeſſus ſit delictū, quod vere fecit: & ita ſtat confeſſio erronea cum delicto vero. Ex quo ergo quod confeſſus eſt; per probationem confeſſionis erroneæ non eneruat totaliter vim confeſſionis, ſed tantùm probat, quod ex errore confeſſus eſt aliquid, quod confiteri non volebat, aut quia crimen non commiſit; aut quia pœnam non ſubire (vt naturale eſt) deſiderabat. Docendo ergò de errore non eſt eliſa eius confeſſio ſic, quod ad deſtruendas probationes contrarias ſufficiant præſumptiones, aut dicta Teſtium, quæ ſuffeciſſent, ſi ipſe non fuiſſet confeſſus; ſed debet probare contrarium confeſſioni *per euidentiam facti*, vt habet *Textus*; & ita, quod confeſſus ſit per errorem, vel non, parum facit pro *Reo*, quia ſemper incumbit ſibi onus probandi *per euidentiam facti*, quod ipſe non commiſit delictum. Sequitur ergò ex hoc, quod non debet *Iudex* eſſe durus in admittenda cauſa erroris, & etiam errore ipſo. Admittat. Quid tum? Adhuc in termino ſtatuto debet *Reus* euidenter probare ſe non feciſſe delictum; quod ſi *euidentèr* non probet, vt vult noſter *Textus*, ſua confeſſio non cenſetur erronea, ſed vera, vt ait *Farinacius* (p) & ita ad pœnam ordinariam nil minùs condemnandus erit.

57. Quod autem dicitur de facti euidentia, non ita preſsè accipiendum eſt, quod reſtringatur ad ſolum illud, quod cadere poſſit ſub ſenſum *Iudicis*, vt puta ſi ex confeſſione dictus fuiſſet *Caius* occiſus, & *Caius* viuus coram *Iudice* ſiſteretur; hoc enim modo ſola delicta facti permanentis poſſent elidi; ſed euidens probatio accipi etiam poteſt illa, quæ ex euidenti, & neceſſaria conſequentia deduci poteſt. Exempli gratia. Confeſſus eſt *Caius* ſe occidiſſe *Seium* tali die *Mediolani*; confeſſionem verò ex metu tormentorum erroneam reuocando, probat ſe tali die manſiſſe *Romæ*, & probatio plena eſt; certè hæc euidens erit ex neceſſaria, & ineuitabili conſequentia; ſi enim probatur tunc fuiſſe *Romæ*, ergò impoſſibile, quod fuerit *Mediolani*; pariter ſi probet *Seium* occiſum à *Titio*; conſequentia neceſſaria eſt, quod non fuerit occiſus à ſe; quia factum eſt initerabile. Verum eſt, quod oportet, quod Teſtes probantes contrarium confeſſioni totaliter ſint integri, & non habet *Reus* ampliùs priuilegium, quod habebat, nempè quod Teſtes ad fauorem ſui etiam diminuti admittantur. Ratio eſt, quia per confeſſionem ſibi præiudicauit, & aſſumpſit in ſe onus probandi contrarium euidentèr; vndè non poſſunt admitti ad hoc Teſtes defectiui. Et hæc non repugnant illis, quæ paulò ſuprà diximus, docendo, quod confeſſio erronea expugnatur per ſenſibilem euidentiam facti contrariam; quia non intelleximus tantum de illa, ſed exemplificauimus; conſtante alioquin, quod per plenam probationem per integros Teſtes, modo, quo dictum eſt, reuocetur.

58. *Confeſſus ſpontè mitiùs puniendus erit*. Difficultas circà hunc Textum eſt ad determinandum quiſnam dici poſſit ſpontè confeſſus. Opinio fuit cuiuſdam *Gloſſæ*, (q) quam ſequutus eſt *Abbas*, & *Marianus*, quod nempè non dicatur *ſpontè confeſſus*, niſi qui confitetur coram *Iudice* antequàm accuſatus, aut inquiſitus ſit; vndè vult quod qui confitetur timore probationū non mereatur, quod ſibi pœna minuatur, quia omnia iura parem pœnam irrogant Confeſſis, ſicuti Conuictis, & ſic talis non poteſt dici *confeſſus ſpontè*, quia ex confeſſione ſpontanea eſſent ſibi minuendæ pœnæ, vt vtraque *iura* volunt (r). Sed hæc opinio nimis dura eſt, timor enim probationum hoc modo equiualeret actuali torturæ, quandoquidem ex hac illata ſit, quod Confitens non *ſpontè*, ſed vi tormenti adactus dicatur. *Farinacius* autem, & *Berous* (ſ) mitigant hanc ſententiam, volentes quod *ſpontè confeſſus* ſit etiam ille, qui licèt accuſatus, aut inquiſitus, in primo examine, nulla præcedente negatione, delictum fatetur; vel etiam poſt negationem ſtatim confitetur, dummodò ex illa negatione Accuſator, ſeù *Iudex* non fuerint adſtricti neceſſitate probandi contrarium. Sed ſi neget in principio, & *Iudex* aperiat ſibi ſtatum cauſæ ſuæ, vnde torqueri metuat, ſi confiteatur, non dicatur *confeſſus ſpontè*.

59. Sed etiam ſecunda hæc opinio ſcabroſa eſt, & apud Nos minimè practicabilis, eo quod in noſtro foro mitiùs, quam in foris ſæcularibus ſit agendum. Dico ergò quod *ſpontè* dicitur fieri, quod *propria voluntate* fit argumento ciuſdam *legis*

gis (*t*), vndè *ſpontaneè* factum opponitur facto *coactè*. Licèt verò factum *coactè* non deſinat eſſe voluntarium, vt *iura* (*u*) docent; tamen voluntarium ſimpliciter non eſt, ſed habet admixtum inuoluntarium; illud nempè, à quo cogitur: vt patet de proijciente merces in mari ob imminens naufragium. Hinc eſt quod quamuis dicatur voluntarium tam id, quod fit *coactè*, quam quod fit *ſponte*, tamen non eodem modo voluntaria ſunt. Aduertendum autem, quod licet metus tormentorum poſſit aliquo modo minuere de ratione *ſpontaneitatis*; vndè ad effectum quod confeſſio non dicatur facta *ſpontaneè* ſufficiat quod ſit facta metu tormentorum, vt nos ſupra diximus, & vniuerſalitèr docent *Iuriſperiti*; tamen hoc cenſerem eſſe accipiendum in fauorem *Rei*; & interpretari *ſpontaneum* in ſui ſtrictiſſima ſignificatione, vt *Reus* habeat vndè poſſit confeſſionem reuocare, allegando, non *ſpontaneam* fuiſſe, quia fuit à metu *coacta*. Sed ad fauorem iterùm ipſius *Rei*, dico, quod cum eo mitiùs eſt agendum in confeſſione *ſpontanea*, quæ tamen non deſinit lato modo eſſe *ſpontanea*, quantumuis fuerit ex metu tormentorum.

60. Dicetur ad hæc, quod mihi contradico aſſerendo confeſſionē ex metu tormentorum *ſpontaneam*, & non *ſpontaneam*; ſed ceſſat contradictio ex diſtinctione *ſpõtanei ſtrictè*; & *largè* capti, ità vt primò dicatur reuocabilis confeſſio facta metu; quia non eſt *ſpontanea* ſtricto modo; & eadem confeſſio reddit *Reum* mitiùs punibilem, quia eſt *ſpontanea* largo modo. Et ad hæc magis ſtabilienda aduerto, quod differentia intèr *ſpontaneum*, & *coactum*, reſpectu voluntatis in ordine ad actus ſuos, accipitur moraliter, hoc eſt diminutè, & non phyſicè; non enim circa illos voluntas ſe habet, vt alia potentia actiua poteſt circa actionem ſuam conſiderari vt agens *naturalitèr*, & *violentèr*; ità vt primo modo agat ex ſuâ natiua facultate; ſecundo autem modo moueatur ad agendum à principio extrinſeco contrà naturalem ipſius inclinationem. Si enim agere voluntatis *ſponte* compareatur actioni potentiæ agentis *naturalitèr*, & agere illius *coactè* correſponderet illi agenti *violentèr*, actus voluntatis *coactæ* non eſſet voluntarius, quia non liber; & de ratione voluntatis ità eſt libertas, vt ſine hac, voluntas eſſe non poſſit, dicente *D. Auguſtino*, *quod Voluntas aut libera eſt voluntas dicenda non eſt*.

61. Sequitur ergo ex his, quod accipiendo *ſpontaneum*; & coactum in genere moris, illud poteſt dici à voluntate *ſpontanea*, quod eſt ab ea ſeipſam determinante, quantumuis ab obiecto extrinſeco moueatur ad ſic volendum; illud verò dicatur eſſe ab eadem *coacta*, quod licèt ab ea ſe determinante ſit, tamen eſt mota ab obiecto externo phyſicè inferēte vim ſenſui, & ex colligatione naturali animæ cum corpore, quodammodo violentata. Exemplum ſit in confeſſione extorta per metum; & alia extorta per vim tormentorum. Ambæ quidem iſtæ confeſſiones voluntariæ ſunt; prima tamèn ſpontanea poteſt dici, quia licet ſit ab obiecto externo, (puta tormentis apprehenſis) mota voluntas, tamen motio illa cum ſit moralis, & proindè in comparatione phyſicæ longè debilior, non tollit, quin voluntas *ſponte* agere dici poſſit. Non ſic eſt confeſſio ex vi tormentorum, quia hæc phyſicè mouent corpus ad dolorem, &, ex colligatione voluntatis cum ſenſu, extorquent ab ea confeſſionem, vndè in hoc dicatur voluntas *non ſponte* agere.

62. Et hoc patet in foro animæ; ſi enim ex peccato commiſſo quis apprehendit tormenta Inferni, ſi peccatum Sacerdoti nòn confiteatur, & ex illa apprehenſione confiteatur; non tollitur quin eius confeſſio ſit, & poſſit dici ſpontanea, licèt ab illa apprehenſione ſit mota voluntas, quæ nollet, quantum eſt ex ſe, reuelare turpitudinem ſuam. Non eſſet autem ſpontanea ſi ad crimen idem confitendum adigeretur vel per tormenta, vel quia repertus eſt in fragranti, vel alio modo coactus. Sumus ergò in caſu; quod quamuis metu probationum, aut tormentorum dè futuro, *Reus* confiteatur poſſit dici *ſponte* confeſſus; *non ſponte* autem ſi adhibentur tormenta.

63. Nec contrà hoc facit, quod ab omnibus *Doctoribus* dicatur, quod minæ de torquendo, & metus torturæ connumerentur intèr gradus tormentorum, & reddunt confeſſionem tali pacto extortam à *Iudice*, non *ſponte* factam à *Reo*; Concedimus enim quod poſſit dici non facta *ſponte* in ſtricta ſignificatione, prout diximus; non vero in lata, quæ ſufficiat pro pœna mitiganda. Et reuera in praxi quo modo poterit ſcire *Iudex Reum*, moueri metu tormentorum ad confiten-

tendum, cum metus ſit quid latens in animo? Ex tremore, inquies, ſudore, pallore &c. ſed hæc ſunt ſigna æquiuoca, quia prouenire poſſunt à ſola præſentia Iudicis. Poſſet ergò ſemper dici, quod *Reus* nunquàm confeſſus *ſpontè* in iudicio eſſet, quia ſemper metus torturæ interuenit; & ſic futilis euaderet diſpoſitio huius *Textus* ordinantis pœnæ mitigationem pro caſu nunquam dabili, quod eſſet ridiculū.

64. Dico ergò quod *ſpontè confeſſus* dicitur non ſolùm ille, qui interrogatus in primo examine ſtatim delictum confitetur; ſed etiam ille qui in primo examine, aut ſecundo negauit, & poſt admonitiones à *Iudice* factas tandem confitetur, quia admonitiones illæ, etiam ſi haberent implicitam comminationem torturæ, non tollunt in totum, licet minuant *ſpontaneitatem*. Si verò etiam in tertio examine incipiat negare, & proteſtetur *Iudex* ſe illicò decreturum torturam, & *Reus* confiteatur, tunc poteſt dici confeſſio non ſpontanea, ſed ex metu torturæ; quia quantumuis non ſit illata, tamen de proximo eſt inferenda; & in iure ſicut habetur pro accincto de proximo accingendus, ità haberi debet pro torto de proximo torquendus; & quantumuis ſenſus adhuc non crucietur per tormenta, torquetur tamen ſufficientèr ex vehementi apprehenſione tormenti proximi; & eo maximè ſi videret *Reus* organa ad torquendum parata. *Reo* autem *ſpontè*, vt præfertur, *confitenti* minui debet pœna ordinaria arbitrio *Iudicis*. (x)

T E X T V S.

§. IX. Reus repertus excommunicatus priùs abſolui debet, quam vlteriùs examinetur, ad effectum ſe ſiſtendi in iudicio; quo elapſo, in eandem excommunicationem reincidit, à qua iterùm abſolui debet, vt celebrare poſſit. Niſi is, qui iudicat, ſit ſuus Superior Ordinarius, qui ſemèl illum completè abſoluat.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

65. *Reus repertus excommunicatus debet abſolui.*
Dupliciter poteſt detegi excōmunicatus.
66. *Forma abſoluendi iudicialitèr ab Excommunicatione.*
Renuens abſolui, etiam inuitus eſt abſoluendus.
67. *Excommunicatus non poteſt in iudicio agere; ſed poteſt ſe defendere.*
Abſolutio, quæ datur Reo excommunicato non eſt ad validitatem actorum.
Excommunicatus validè poteſt conueniri, & ſe defendere in iudicio.
Reus excommunicatus, ſi antè examen non abſolueretur, nil minùs proceſſus eſſet validus.
68. *Reus abſolutus ante examen in eandem Excommunicationem incidit.*
Reus excommunicatus abſolui debet toties, quoties examinatur.
69. *Abſolutus à Cenſura in iudicio, debet iterum abſolui, vt poſſit celebrare.*
Prouincialis poteſt abſoluere completè, & quomodo.
70. *Abſolutus ab Excommunicatione in foro animæ, adhuc (ſi probetur plenè Reus) debet abſolui in foro fori.*
71. *Praxis prò decreto abſolutionis ab Excommunicatione.*

65. PRO intelligentia huius *Textus*, ſciendum, quod poteſt eſſe *Reus repertus excommunicatus*, vel antè ipſius conſtitutum, vel in ipſo conſtituto. Primo modo eſſet ſi Teſtes depoſuiſſent *Reum* percuſiſſe Religioſum, & hoc vel plenè, vel ſemiplenè eſſet probatum. Secundo modo ſi *Reus* conſtitutus in principio examinis confiteretur non quidem ſubſtantiam delicti, ſed aliquam qualitatem, cui tamen ex ſe, & independenter à delicto eſſet adnexa Excommunicatio. Vt ſi *Caius* accuſaretur, quod Sacram Virginem vitiaſſet, ille autem confiteretur quidem ob curioſitatem ingreſſum fuiſſe in Clauſuram Monialium, non tamen facinus ſibi impictum commiſiſſe: hoc ſiquidem caſu repertus eſſet *Reus* excommunicatus ob ingreſſum in Clauſuram. Dicit ergò, quod *Reus repertus excommunicatus*, puta ſiuè ob probationem Teſtium, ſiuè ex confeſſione ſua, *priùs abſolui debet, quam vlteriùs examinetur ad*

 eſſe.

effectum ſe ſiſtendi in iudicio.

66. Abſolutionis autem forma non ea eſt, quam præſcribit *Rituale Romanum*(a) quandò ſolemnitèr quis abſoluitur ab Excommunicatione, puta denudando humeros Abſoluendi genuflexi, & leuitèr eum percutiendo, dum recitatur Pſalmus *Miſerere &c.* ſed ſufficit dicere *Abſoluo te ab excommunicatione*. Ratio eſt, quia in abſolutione à Cenſuris, quæ datur ad cautelam, illa ſolemnitas eſt minimè requiſita. (a) Et quamuis *Reus* prætenderet nullam incurriſſe Cenſuram, & renueret abſolui non genuflectendo, imò ſemper contrarium proteſtando, nil minùs tenet abſolutio, eo quia eſt actus iuriſdictionis, quæ etiam in inuitum exercetur.

67. Quod autem dicitur, quod hæc abſolutio detur *ac effectum ſe ſiſtendi in iudicio*, debet accipi, non quo ad *neceſſitatem*, ità vt ſine illa abſolutione iudicium eſſet nullum; ſed quo ad *ſecuritatem*. Ratio eſt quia licet Excommunicatus non poſſit in iudicio agere, patrocinari, & teſtificari, vt textualitèr habet quædam *Decretalis* (b), benè tamen in eodem poteſt ſe defendere, vt dicit *Gloſſa* illius *Decretalis*. Quandò autem *Reus* conſtituitur à *Iudice*, eſt ad finem audiendi ab eo principaliter rationes, quas pro ſe adducere poteſt ne puniatur; licèt minùs principalitèr ſit, ab eodem habere ſcientiam de delicto per ſui met confeſſionem; quia quandò *Reus* per Teſtes conuictus conſtituitur, *Iudex* plenam ſcientiam habet de delicto; vndè ſi interrogat (vt de neceſſitate debet) ad aliud eſſe non poteſt, niſi ad habendum ab eo, quidquid ad ſui tutelam facere poteſt. Sequitur ergo ex hoc, quod *Reus* excommunicatus poteſt validè in iudicio conueniri, & poteſt ipſe ſe defendere, vt dicunt *Doctores*; (c) & ex conſequenti nulla præuia indiget abſolutione *neceſſariò*; ſed tantum *ad bene eſſe*, & ad *ſecuritatem*: maximè cum non defuerint nonnulli (d) contrarium ſentientes. Hinc fit, quod ſi *Iudex* talem abſolutionem omitteret, non poſſet ex hoc proceſſus impugnari.

68. *Quo elapſo in eandem Excommunicationem reincidit*. Cum enim abſolutio tali caſu non tollat affatim Cenſuram, ſed tantùm ſuſpendat eius effectum eo tempore, quo *Reus* actualitèr eſt in iudicio, *eo elapſo*, effectus Cenſuræ non ampliùs remanet ſuſpenſus; & ideò ſine noua ſententia, aut delicto, iterùm ligat; & ſic *in eandem numerò Excommunicationem reincidit*. Ex hoc habetur, quod non ſufficit, quod *Reus* ſemel, hoc eſt, in primo examine abſoluatur, ſed totiès, quotiès conſtituitur. Quia cum, elapſo iudicio, remaneat excommunicatus, comparens in alio Iudicio iterùm abſolui debet; licet vt dicebam, hoc non ſit de neceſſitate.

69. *A qua iterum abſolui debet vt celebrare poſſit*. Cum enim elapſo iudicio incidat in eandem Excommunicationem, ad hoc *vt celebrare poſſit*, indiget noua abſolutione, quæ Cenſuram tollat, eo quia illa, quæ in iudicio data eſt, Cenſuram tantùm ſuſpendit, vt dictum eſt. *Niſi is, qui iudicat, ſit ſuus Supperior Ordinarius, qui ſemel illum completè abſoluat*. Circa hoc ſciendū eſt, quod ad tollendam Cenſuram non requiritur de neceſſitate actus Sacramentalis Confeſſionis, poteſt enim extrà eum tolli ab eo, qui habet authoritatem; quemadmodum enim Superior extrà Confeſſionem poteſt Subditum ligare, ità etiam extrà eam poteſt ſoluere. (e) Aduertendum paritèr eſt, quod *Iudex*, qui ſimul ſit *Superior Ordinarius*, putà *Prouincialis*, poteſt *Reum* abſoluere vel totaliter Cenſuram auferendo, vel abſoluendo ad ſimplicem effectum ſe ſiſtendi in iudicio. Vult ergò dicere *Textus*, ſi *Iudex* eſt *Superior Ordinarius*, & abſoluit *Reum* ſimplicitèr dicendo *Abſoluo te ab Excommunicatione*, ille reuera manet abſolutus completè; quia verba abſolutionis ſunt ſimplicitèr, & abſquè vlla limitatione prolata; & per ea apparet quod intentio Superioris fuit ſimplicitèr abſoluendi *Reum*, qui proindè completè manet abſolutus. Si verò limitet abſolutionem præmittendo in actis, quod *abſoluit Reum ab Excommunicatione ad effectum tantùm ſtandi in iudicio, & non alitèr &c.* vel ſi eo abſoluendo dicat *Abſoluo te, pro nunc, ab Excommunicatione iuxtà noſtram Praxim*; ſeù *cum reincidentia*, liquet, quod, poſt iudicium, noua indigeret abſolutione, per quam completè Cenſura tollatur.

70. Sed ponamus caſum, quod *Superior Reum ſimpliciter* abſolueret ab Excommunicatione; & per eius confeſſionem remaneat, ex poſt, delictum plenè probatum, debet ne iſte denuò abſolui à *Prælato*, publicè abhibitis ſolemnitatibus ab *Eccleſia* præſcriptis? Dico, quod ſic; & ità eſt Praxis. Et in hoc caſu ſciendum, quod abſolutio priùs data fuit tantùm pro foro animæ;

animæ; porrò in abſolutione ſecunda non tollitur vinculum Cenſuræ pro foro animæ, quia nullum habet, ſed pro foro, fori tantùm, in quo manebat.

71. Tandèm pro Praxi Iudicum, aduerto, quod in deſcriptione primi cōſtituti de *Reo*, qui per Teſtium dicta deprehenſus eſt excommunicatus ſic debet apponi; *Die &c. Menſis &c. Anni &c. coràm A.R.P. Prouinciali &c. & me Actuario conſtitutus fuit perſonalitèr P. F. N. Sacerdos &c. principalis quo ad ſe, & Teſtis quo ad alios, qui fuit ab A. R. P. abſolutus ab Excommunicatione ad cautelam pro delicto, de quo imputatur, & ad effectum ſe ſiſtendi in iudicio, & non aliàs, nec alitèr; & cum reincidentia &c. & delato ei iuramento, prout iurauit.* Si verò in progreſſu examinis deprehendat eum excommunicatum, vt diximus, ſic debet adnotari. *Et quia A. R. P. Prouincialis aduertit prædictum N. Reum incurriſſe in Excommunicatione ob tale delictum, &c. quod ore propro confeſſus eſt; ipſum abſoluit pro nunc, & ad effectum legitimè proſequendi iudicium, & non alitèr &c. & cum reicidentia &c.*

I. Quæritur. An Reus à Decreto carcerationis poſſit appellare?

SVMMARIVM.

72. *A Decreto carcerationis ad pœnam datur appellatio.*
Appellans autem, ſi eſt in cuſtodia, non per hoc liberatur à cuſtodia.

73. *Appellatione interpoſita nihil innouandum.*
Non habetur in corpore iuris, quod non detur appellatio à Decreto carcerationis ad cuſtodiam.

74. *A Decreto carcerationis ad cuſtodiam ex conſuetudine nō datur appellatio.*

75. *Niſi in atrociſſimis, ex leui ſuſpicione, non poteſt quis carcerari ad cuſtodiam.*

72. RESpondeo, quod, vt aliàs *(f)* viſum eſt, carcer vel datur in cuſtodiam, vel infligitur in pœnam. Quandò autem datur in pœnam eſt carcer formalis, importans priuationem formæ habitus, & actuum legitimorum, eo, quia parit infamiam; & non infligitur niſi probato delicto; & per Sententiam finalem; & nulli dubiū eſt, quod à tali carceratione ſuſtinetur appellatio quoad vtrūq; effectum, ſuſpenſiuum, nempè & deuolutiuum. Sed quo ad ſuſpenſiuum eſt aduertendum, quod ſi *Reus* fuiſſet carceratus ad cuſtodiam, & tandem ſententiatus ad carcerem formalem, & ille appellaret, non tamen appellatio eius ſuſpenderet carcerationem ad cuſtodiam; nec deberet per hoc educi, & mitti ad *Iudicem* cum copia actorum; ſed ſuſpendenda eſſet tantùm executio carcerationis formalis, manente tamèn eo in carcere ad cuſtodiam. Et ratio eſt, quia ſuſpicio fugæ, ratione cuius carceratus eſt, non ceſſat, ex eo, quod ipſe ſententiatus eſt, imò augetur; & eo maximè, ſi carceratio formalis eſſet data per longum tempus, puta per ſex menſes aut annum. Et ſic, durante ſuſpicione, debet durare eius remedium, nempè carceratio ad cuſtodiam.

73. Sed loquendo de Decreto carcerationis ad cuſtodiam dicit *Clarus*, *(g)* quod de iure videretur dicendum, quod appellatio à tali Decreto deberet ſuſtineri, quia vt *ex iure* habetur *(h)* appellatione interpoſita nihil innouari debet; nec in corpore iuris habetur, quod non ſuſtineatur appellatio à carceratione. Et apud Nos fortior vrget ratio; quia ex carceratione, quantumuis ad cuſtodiam, in Religione læditur fama, ſi non iuridicè, ſaltem ciuilitèr; ſemper enim dicitur de tali, quod fuerit Carceratus, & ità malè audit apud cæteros, qui minimè diſtinguunt intèr carcerem formalem, & ad cuſtodiam; & putant ambos æquali modo famam lædere. Non videtur autem vlla ràtio cogens, quare non deberet, deferri tali aplationi, quæ aliquando eſt cum grauamine irreparabili, & iniuſto.

74. Tamèn contrarium eſt verius de conſuetudine, vt dicunt *Doctores (i)* & ità practicatur in omnibus Curijs; & hoc quidem rationabile eſt; Si enim Carcerandus appellans deberet relaxari, fruſtrà eſſent carceres, qui principalitèr ad *Reorum* cuſtodiam conditi ſunt; & infiniti *Rei* euaderent impuniti, ſi hoc eſſet in caſu. Patrato enim delicto, maximè ſi eſt ex atrocibus, fugam arriperent, & iudicium eluderent. Nec dicitur *Iudex*, qui delinquentem carcerari, iubet, aliquid innouare contrà eum, ſed potiùs videtur aſſecurare ius publicum, quod habetur contrà *Reum*.

 75. Ve-

75. Verùm tamen eſt, quod, ex quo carceratio eſt ità *Religioſo* ignominioſa, debet eſſe *Iudex Regularis* valdè circumſpectus in ea decernenda; & non tam leuiter moueri ad opinandam ſuſpicionem fugæ, niſi delictum ſit ex atrocioribus, & ſuſpicio ſit fundata in qualitatibus perſonæ Delinquentis, vt aliàs diximus. (*l*)

II. Quæritur. An Prouincialis, cum Diffinitorio, poſſit promittere impunitatem Reo reuelanti Correos?

SVMMARIVM.

76. *Impunitas quibus caſibus concedatur.*
77. *Ex cauſa neceſſitatis receditur à diſpoſitione generali.*
Ex neceſſitate aliquandò aliquis obligatur inuitus ad vendendas res ſuas.
Locupletari nemo debet cum iniuria alterius.
In iudicio nemo agere poteſt pro alio, niſi ſit eius Procurator.
Vſucapionis ius quomodò introductum.
Reus abſens, poteſt defendi à quolibet etiam ſine eius mãdato procuratorio.
Deſenſores Militiæ, & publici Latrones poſſunt à quolibet impunè occidi.
78. *Impunitas quibus caſibus concedi poſſit à Diffinitorio, inconſulto Generali.*
Quod conceditur ratione periculi, hoc ceſſante, non eſt concedendum.
Arbitrium conceſſum tempore belli, non cenſetur conceſſum tempore pacis.
79. *Ratum nequit haberi ab alio id, quod ſuo nomine geſtum non eſt.*
Ratificatio eſt confirmatio actus, vt facta tempore ipſius actus.
Impunitatem à Diffinitorio datam nequit Generalis ratificare, ſi ſuo nomine data non fuit.
Impunitas expedit, quod detur à Diffinitorio nomine Generalis.
Ratificatio, vt idem eſt, quod approbatio, valet etiam in actu, qui non fuit factus nomine ratificantis.
Sub ſpe ratihabitionis multa tenent, quæ ſine ea fieri non poſſunt.
Per ratihabitionem approbatiuam confirmatur, quod primò fuit inutile.
80. *Impunitatem abſque Generali, & Diffinitorio aliquandò poteſt concedere ſolus Prouincialis.*

76. Reſpondeo, quod quemadmodùm ſuprà (*m*) dictum eſt, quadruplicitèr poteſt contingere caſus concedendæ impunitatis, primò quandò nullum indicium haberi poteſt de delicto, & maximè vrget neceſſitas publici boni; Secundò in pari caſu, ſed non tanta eſt vrgentia boni publici; Tertiò, quandò adſunt aliqua indicia ità remota, quod non ſufficiunt ad inquirendum in ſpecie; Quartò, quandò ad habendam *Rei* confeſſionem ipſi promittitur impunitas. Suppoſito ergo, quod *Prouincialis* ex ſe *Reo* impunitatem non poteſt promittere, nec concedere inconſultò *Generali*, quærimus an *Diffinitorium* hoc poſſit?

77. Pro reſponſione notandum, quod ex cauſa neceſſitatis receditur à generali diſpoſitione, (*n*) vndè licet generalis diſpoſitio ſit, quod nullus res ſuas vendere teneatur, tamen ratione neceſſitatis obligatur à lege (*o*) ad vendendum ea, quæ ſunt alijs neceſſaria, & hoc ratione publicæ vtilitatis, quæ in cauſa eſt, vt à regulis iuris recedatur. Regula enim iuris eſt *neminem locupletari cum iactura alterius,* (*p*) & paritèr *neminem in iudicio agere poſſe, niſi procuratorio nomine*; tamen ob publicam vtilitatem, vt habet *Textus* (*q*) ne ſcilicet quorundam rerum dominia in incerto eſſent; & vt vult *Dionyſius Gothofredus* finis litibus imponeretur, introducta eſt de iure ciuili *vſucapio*, per quam, ex poſſeſſione diuturna, res aliena mobilis fit illius, qui eam poſſidet. Paritèr abſque mãdato ſpeciali eius, contrà quem agitur, in iudicio, quilibet abſens, in cauſa tum ciuili, tum criminali defendi poteſt, & hoc ſuadente æquitate publici boni, vt *iura* (*r*) dicunt. Hinc fit, quod quamuis in *Principe* ſolo reſideat ius vitæ, ac necis, tamen, hoc poſcente publica vtilitate, contrà Deſertores, publicoſque Latrones animaduertendi, eoſque occidendi facultas conceditur (*s*) cuicunque, vndè ſcripſit *Tertullianus in Apologetico. In Reos maieſtatis, & publicos hoſtes omnis homo miles eſt.*

78. Cum ergo ſumus in caſu, in quo pu-

publicum *Religionis* bonum, maximè poteſt periclitari, & periculum eſt in mora, nec conſuli poteſt *Generalis*; rationabiliſſimum eſt, quod iuri derogetur, & à *Diffinitorio* impunitas concedatur tum in primò, tum in tertiò caſu, ex ſuprà recenſitis, quandò nempè nullum penitùs, aut non ſufficiens habetur indicium *Reorum* conſtituendorum. Sed reſpectu ſecundi, quandò nempè non eſt tam vrgens neceſſitas publicæ vtilitatis, & poteſt differri vindicta, & inquiſitio *Rei*, cenſeo non poſſe *Diffinitorium* impunitatem concedere; & ratio eſt, quia ceſſat illud ratione, cuius diſpenſatur in lege, puta periculum imminens publicæ iacturæ; Porrò notum eſt, quod illud, quod, ratione periculi, aliàs indebitum, conceditur, ceſſat, ceſſante periculo: & ideò arbitrium conceſſium tempore diſcordiæ exerceri non poteſt tempore pacis, vt docuit *Baldus*, *Iaſon*, & *Salycetus*, (t) & ità facultas, quàm diximus competere *Diffinitorio* ex cauſa publici damni, quod non patitur dilationem, non poteſt cenſeri licita, quandò tanta vrgentia non eſt, & cum tempore non expirat via ad remedium. Quod ſi in ſecundo caſu minimè licet, multò minùs licebit in quarto, in quo minor adhuc cauſa diſpenſationis apparet, & receſſus à lege præſcripta.

79. Ad hæc accedit, quod, ex præſumpta licentia *Generalis*, *Diffinitorium* hoc poteſt rationabilitèr facere; & eo maximè, ſi impunitatem non proprio nomine, ſed nomine *Generalis* indulgeret. Et ad hoc ſciendum eſt, quod firma regula iuris eſt, quod *non poteſt ratum haberi ab aliquo id, quod nomine ſuo geſtum non eſt*, (u) & hoc etiam ſi negotium pertineat ad eum, qui debet ratificare, ſiue habere ratum; quia ratificatio propria hoc requirit, quod nēpè actus, qui ratificatur ſit factus nomine Ratificantis, quia eſt quædam confirmatio, ſeu conualidatio, vt tunc, & de tempore actus confirmati, vt dicunt *Doctores*. (x) Ad hoc ergo, vt valeat, legitimè, *Diffinitorium* præſumere de ratihabitione *Generalis*, oportet, quod nomine ipſius illam concedat, quandoquidem, ex poſt facto, non poſſet *Generalis* illam ratificare, ſi nomine ſuo conceſſa non fuiſſet. Quantumuis verò exiſtimem licere *Diffinitorio* ob rationem publicæ vtilitatis, vt diximus, impunitatem concedere; tamen ad ſecuriùs procedendum cenſerem, quod deberet concedi nomine *Generalis*, tum quia hoc modo magis defertur ipſius authoritati; tum quia poteſt actum tunc ſuo nomine geſtum propria ratihabitione firmiùs conualidare. Verum non abnuerim, quod ſi *ratificatio* largè ſumatur, & idem ſonet, quod *Approbatio*, valet etiam in eo actu, qui non eſt factus nomine Ratificantis, vt ſcribit *Zabarella*; (z) & quod ſub ſpe talis ratificationis, ex iuſto motiuo, aliquid ſine expreſſa licentia, & validè, & licitè fiat, (quod tamen ſine ea fieri non poteſt,) patet manifeſtè ex quodam *Capitulo*, (a) vbi habetur, quod licet ſine licentia proprij *Epiſcopi* nullus Clericus debeat ordinari, tamen *S. Epiphanius* ordinauit nonnullos Clericos Subditos *S. Ioannis Chryſoſtomi*, quia, vt aduertit ibi *Gloſſa*, motus ab vtilitate *Eccleſiæ*, & ſub ſpe ratihabitionis, fuit; ex quo deducit ibi *Gloſſa* argumentum, quod *per ratihabitionem approbatiuam confirmetur, quod primò fuit inutile*.

80. Non deſinam tamen adnotare, quod ſupradictæ rationes quadrant etiam pro ſolo *Prouinciali*; æquè enim eſt interdictum *Diffinitorio* impunitatem concedere abſque expreſſa licentia *Generalis*, ſicut *Prouinciali*: tum quia eam concedere ſpectat ad ſolum *Principem*; tum quia maiorem authoritatem non habet *Diffinitorium*, quàm *Prouincialis*, niſi in caſibus noſtro iure cautis. Sequitur ergo, quod ſi illam concedere, neceſſitate publici boni vrgente, poteſt *Diffinitorium*, idem in pari caſu poterit *Prouincialis*: & hoc maximè, ſi eſſemus in anguſtia temporis, in quo non tam facilè poſſet adunari *Diffinitorium*. Tamen, ſi commodè poteſt, conſulo adhibendum aſſenſum *Diffinitorij*. Formam porrò promittendi impunitatem, dabimus in Secunda *Parte*.

III. Quæritur. An ex confeſſione qualificata poſſit Reus condemnari?

SVMMARIVM.

81. *Confeſſio qualificata, quid ſit, & quotuplex.*

82. *Confeſſio qualificata de factis prohibitis in parte fauorabili Fiſco acceptatur, & in alia parte reijcitur.*

83. *Qualitas, à quibus poſſit modificari confeſſio.*

Con-

Confitens factum, & negans qualitatem, quæ reddit factum criminale, non probatâ aliundè qualitate, nequit damnari.
84. Confitens factum prohibitum, tenetur probare diſpenſationem, per quam illud fuit licitum.
Confitens factum licitum, non tenetur probare qualitatem, cum qua eſt licitum.
85. Negatiua ſimplex, ſeu vaga eſt improbabilis.
Negatiua coarctata loco, & tempore eſt probabilis.
Regulariter Subditus, qui exijt à Conuentu, non tenetur probare habuiſſe licentiam exeundi.
86. Non obligatus ad probandam licentiam obtentam, neque tenetur ad dicendum vbi, & quandò eam obtinuerit.
Negatiua, etiam vaga, probanda eſt ab eo, qui ſe fundat in illa.
87. Negatiua, etiam coarctata, non eſt de facili articulanda, quia eſt difficilis probationis.
Præſumptiones, ex quibus transfertur in eos, qui exierunt à Conuentu, onus probandi ſe obtinuiſſe licentiam à Superiore.
Præſumptiones, ob quas Guardianus, tenetur probare, ſe uſu dediſſe alicui licentiam exeundi.
Guardianus, ſi declaret aliquos fuiſſe Apoſtatas, in caſu, quo ipſi incumbat probare, eos non obtinuiſſe licentiam exeundi, quandò, & quomodò puniendus.
Hiſtoriæ duæ de Guardiano aſſerente quendam Subditum eſſe Apoſtatam ex non obtenta licentia exeundi.
88. Confitens delictum tenetur probare qualitatē, per quam illud minuitur.
89. Qualitas minuens delictum, ſi eſt veriſimilis, probatur etiam per præſumptiones.
90. Confitenti qualificatè, quandò danda ſit pœna ordinaria.
Ad pœnam ordinariam requiruntur probationes clariores luce meridiana.
Iudex ſententians ex præſumptione, etiam vehementi, debet temperare pœnam ordinariam.

81. RESpondeo; & pro intelligentia faciliori priùs explico quid veniet nomine *Confeſſionis qualificatæ*. Dico ergo, quod Confeſſio dicitur qualificata, quandò *Reus* ſubſtantiam facti quidem confitetur, ſed eam modificat apponendo qualitatem, qua vel delictum redderetur nullum, vel pœna delicti eſſet minuenda. Exemplum ſit, ſi *Caius* accuſetur de Furto pallij facto in domo *Petri*; & ille confiteretur aſportaſſe quidem pallium, ſed hoc fuiſſe cum voluntate *Petri*; qui illud ipſi rogatus commodauerat. Hoc caſu aſportatio, quæ ſine voluntate *Petri* eſſet furtiua; interueniente aſſenſu ipſius, ceſſat eſſe delictum; & ſic qualitas modificans Confeſſionem, transfert factum à delicto ad non delictum. Paritèr, ſi *Caius* accuſatur, quod percuſſerit *Petrum*, & ille fateatur percuſſiſſe quidem, ſed ab eo fuiſſe prouocatum iniurijs, & minis, qualitas hæc non tolleret quidem delictum, ſed minorationem pęnæ importaret. Quærimus ergo, an *Reus* confitens delictum cum aliqua qualitate poſſit abſolutè condemnari.

82. Circà hoc ſciendum eſt, quod quandò ſumus in factis prohibitis, quæ contrà ſe habent præſumptionem iuris, Confeſſio qualificata in parte acceptatur, & in parte non; vnde, ſi *Reus* non probet qualitatem, condemnandus eſt in pęnam ordinariam, vt volunt *Doctores*. *(b)* Exempli gratia. Si *Seius* confitetur, ſe occidiſſe *Caium*, ſed ad ſui defenſionem; Fiſcus acceptat, quod facit pro ſe, puta homicidium; ſed reijcit qualitatem, hoc eſt, quod factum fuerit ad propriam defenſionem; vndè niſi hanc probauerit, erit in pœnam ordinariam condemnandus. Quia verò circà hoc non deſunt diuerſæ *Doctorum* ſententiæ, claritatis gratia ſeparatim conſiderabimus qualitates, quibus poteſt modificari Confeſſio, caſuſque omnes expendemus.

83. Dico ergo ergo primò, quod quandò factum non eſt in ſe malum, ſed ex qualitate adiuncta fit delictum; ſi *Reus* confitetur factum, & qualitatem negat non diuiditur Confeſſio, & Fiſcus non poteſt procedere contra *Reum*, niſi probata qualitate, quam iſte negat; & ratio euidentiſſima eſt, quia ad Fiſcum ſpectat probare delictum; quia ergo ratio delicti conſiſtit in qualitate, ad illum paritèr ſpectabit probare qualitatem, Exempli gratia. Si accu-

accuſatur *Caius* comediſſe carnes in die Veneris, & iſte confitetur carnes comediſſe, non tamen fuiſſe in die Veneris; ſpectat tunc ad Fiſcum probare qualitatem, quæ conſiſtit in tempore, & à quo dependet ratio delicti.

84. Et hìc aduertendum eſt, quod aliquandò factum eſt prohibitum abſolutè per legem: & ſi interuenit conſenſus *Superioris* deſinit eſſe delictum; aliquandò autem eſt conceſſum, ſed cùm aliqua qualitate, qua non ſeruata factum redditur criminale. Exempli gratia, comedere carnes tempore ieiunij eſt abſolutè prohibitum, ſed cum diſpenſatione *Superioris* non eſt delictum. Et exire è *Conuentu* eſt conceſſum, ſed cum hoc, quod petatur benedictio à *Superiore*. Si ergo ſumus in primo caſu, & *Caius* confitetur tempore ieiunij comediſſe carnes, ſed de diſpenſatione *Superioris*; diuiuiditur confeſſio; & tenetur *Caius* probare diſpenſationem ſibi conceſſam; & ratio eſt, quia, ex prohibitione, talis comeſtio eſt ex ſe mala, & contrà ſe habet præſumptionem iuris, quæ transfert in *Reum* onus probandi diſpenſationem, per quam delictum tollitur. Si autem ſumus in ſecundo, & accuſetur *Caius* de Apoſtaſia, quia exiuit à Conuentu ſine licentia, & *Caius* confiteatur exiſſe quidem, ſed cum licentia, tenetur Accuſator, ſeu Fiſcus probare non habuiſſe licentiam, aliter minime probatur delictum, quia conſiſtit in negatione talis licentiæ, quam *Actor* tenetur probare.

85. Nec contrà hoc facit regula, quod *qui dicit probare debet*; & quod negatiua probabilis non eſt, vndè deducitur ex his, quod *Reus*: qui dicit ſe habuiſſe licentiam exeundi, teneatur hoc probare; nec *Actor*, ſeu Fiſcus obligetur ad probandam negationem. Quia ille, *qui dicit* in hoc caſu *Actor* eſt, ſeu Fiſcus, qui dicit *Caium* criminoſum, quia exijt abſque licentia; ipſius ergo eſt probare negationem licentię, quia in eo ſtat ratio delicti; non enim contrà *Reum* eſt præſumptio; nec *Reus* tenetur probare delictum illud non fuiſſe, ex petita licentia exeundi; ſed *Actoris*, ſeu Fiſci eſt probare delictum reſultans ex negatione licentiæ. Et licet negatiua mera, & ſimplex ſit improbabilis, *(c)* tamen probabilis redditur, ſi loco, & tempore coarctetur. *(d)* Putat proindè *Paſſerinus (e)* teneri in tali caſu *Reum* dicere *Iudici* tempus, & locum, quo licentiam exeundi obtinuit, vt poſſit probari negatiua contraria coarctata ad tempus, & locum.

86. Sed tanti viri pace, hoc minimè admiſerim; non enim tenetur *Reus* tali caſu, (ſi nulla militat contrà eum præſumptio) probare ſe licentiam exeundi habuiſſe, & ex conſequenti, ſi non tenetur docere de licentia, neque tenebitur docere de loco, & tempore illius. Ratio eſt, quia ſpectat ad *Actorem*, ſeu Fiſcum probare crimen; ſi ergo ratio criminis conſiſtit in negatiua, eam probare debet; & quod improbabilis ſit, quia vaga, hoc nihil eſt; quandoquidem etiam negatiua vaga probanda eſt ab eo, qui ſe fundat in illa; generale enim eſt, quod onus probandi negatiuam qualis qualis ſit, incumbit ei, qui ſe firmat in illa, vt iura, & *Doctores (f)* ſcribunt. Et ſibi imputet Accuſator, ſi ſe fundat in re improbabili. Quod ſi, ex non probabilitate negatiuæ, non probatum, & non probabile redditur delictum, ſequitur, quod ex eo neque conſtituendus, neque citandus venit *Reus*; & conſequenter neque cogi iudicialiter poteſt, ad dicendum vbi, & quandò licentiam obtinuerit.

87. Quia verò ex hac doctrina, quæ tamen veriſſima eſt, poſſet valdè lædi publicum *Religionis* bonum, ex eo quod multi, qui ſine alicuius *Religioſi* probati aſſiſtentia, & comitatu, extrà Conuentum à *Superiore* prudenti non dimittuntur, poſſent, aſſumpto ſimilis farinæ Socio, extrà Conuentum ire, & etiam limites quæſtuationis vagari, nullà obtentà licentià, & impuniti euadere, cum non poſſet probare *Superior* ſe minimè licentiam conceſſiſſe; ideò, quid in caſu tali faciendum à *Iudice* ſit, dicendum eſt. Dico ergo, quod cum ſimus in caſu difficilis probationis, vtendum eſt præſumptionibus, & coniecturis. Nec mirandum, quod vocem caſum hunc probationis difficilis; quia, vt dictum eſt, *Reo* non incumbit probare, quod exierit cum licentia; ſed negatiua licentiæ probanda eſt à *Prælato*; negatiua autem, quantumuis coarctata, difficilis probationis eſt in tantùm, quod *Crauetta (g)* ſcribat ab ea articulanda *cauendum eſſe, ſicut ab igne*; à fortiori ergo difficillima erit probatio negatiuæ vagæ, ſicut in caſu; ſequitur igitur, quod procedendum eſt per præſumptiones. Si ergo *Superior* ſit vir grauis ætate, & moribus, & ſtatim ac animaduertit illos exiſſe à Conuentu conqueſtus

eſt

Digitized by Google

eſt cum alijs *Religioſis*, quod, non habitâ licentiâ, exierint; & *Superior* non eſt Factionis contrariæ ipſis, aut aliàs contrà illos animoſus: inſuper conſtat aliquandò denegaſſe illis licentiam exeundi ob nimiam frequentiam; nec vnquam permiſiſſe illos aſsociatos ſic exire; ſed alios Comites ipſis aſſignaſse: inſuper illos eſse leues, immorigeratos, mali nominis, &c. certè ex his præſumptionibus transfertur in eos onus probandi, vt ſcribit *Calderinus*; (b) Sicut ergo probatio,ceſsãte concurſu præſumptionum, incumbebat *Superiori*; itâ vigentibus tot præſumptionibus contrà illos, in eos transfertur onus probandi, ſe licentiam obtinuiſse; quod ſi non probent, ſunt puniendi. Si verò præſumptiones ſunt pro illis; quia *Guardianus* eos inuiſos habet ex priuata ſimultate; vel eſt inimicus ex contraria Factione; & eſt leuis; mentiri ſolitus; aut furioſus; obliuioſus, qui datæ licentiæ non reminiſci potuit, quia de alijs rebus ſimiliter accidit, &c. porrò *Religioſi* ſunt integræ famæ, nec de ipſis dicitur, aut ſuſpicatur malum, &c. *Guardiano* non eſt credendum: imò ſi ipſe præcipitaſſet declarationem Apoſtaſiæ deberet ipſe puniri, & officio priuari. Et duo exempla audiui in hac materia. *Guardianus* enim cuiuſdam Conuentus, omnimodè volebat denunciare Apoſtatam quendam Sacerdotem ſibi inuiſum, qui poſt Veſperas cum Socio extra Conuentum, habita licentia, abierat. Aſſeuerantèr dicebat *Guardianus* ſe licentiam non dediſſe, & furibundus præſtolabatur reditum illius, proteſtando ſe ſtatim velle, *Capitulo locali conuocato*, ab Apoſtaſia abſoluere. Redijt ille, & confutauit *Guardianum* aſſignando tempus, & locum loci, vbi licentiam petijt, ex quibus recordatus eſt, *Guardianus* ſe eam dediſſe. Et quid iuris, ſi recordatus de ea non fuiſſet? Nil minus; conſtabat enim de animoſitate cõtrà eum, leuitate; & furia *Guardiani* præcipitis, inconſiderati, & mentiri ſoliti. Alius caſus ſimilis euenit paucis ab hinc menſibus. Lector quidam Theologus, qui erat etiam *Diffinitor* exijt cum licentia *Guardiani* in ſerò ob vrgens negotium cuiuſdam Magnatis; *Guardianus* autem factionis diuerſæ, coacto *Capitulo* denunciauit illum cum Socio Apoſtatam, aſſerendo licentiam non dediſſe. Redit *Diffinitor*, quem *Guardianus* relegat in cella & carcerat Socium. Deducitur res ad ſo rum contentioſum; & *Diffinitor* probat per Teſtes, ſibi conceſſam licentiam; ad quod tamen probandum ille non tenebatur, vt ſuprà diximus: puniendus priuatione erat *Guardianus*; Sed quid actum ſit ignoro.

88. Dico ſecundò, quod ſi confeſſio eſt de re, quæ ex ſe delictum eſt, & qualitas adiecta à *Reo* non conſtituit delictum, ſed illud in parte excuſat, & pœnam minorat, confeſſio diuiditur vt ſuprà dicebam. Et ratio eſt, quia ex quo *Reus* confeſſus eſt ſubſtantiam delicti, habet præſumptionem doli mali contrà ſe; proindè Fiſcus acceptat confeſſionem delicti in ſubſtantia, & non tenetur admittere qualitatem, vndè incumbit *Reo* obligatio illam probandi. Scio quidèm *Doctores* circà hoc multa dicere diſtinguendo quandò confeſſio incipit ab affirmatiua, vel negatiua; quandò *Reus* incipit confeſſionem ſub conditione, vel abſolutè; quandò confeſſio in eadem ſtructura verborum, vel diuerſa, importat delictum, & qualitatem; quandò qualitas adiuncta eſt immediatè, vel ex interuallo poſt delictum confeſſatum &c. Sed quia omnia hæc ſunt ſubtilitates cauilloſæ potiùs, quam fundatæ, & ad praxim noſtram non facientes, dico, quod ſiuè incipiat confeſſio ab affirmatiua, ſiuè à negatiua, ſiue ſit in vna, vel diuerſa, ſtructura verborum; ſiue incontinenti, ſiue ex interuallo, ſemper Inquiſito competit defenſio, in qua, ad ſe releuandum, probare debet qualitatem à ſe aſſertam. Et ratio euidentiſſima eſt, ſi enim *Reus* poteſt dicere contrà propriam confeſſionem abſolutè factam, vt ſuprà viſum eſt, & quarè non debet admitti ad dicendum contra eandem qualificatam? Siue ergò *Iudex* diuidat confeſſionem, ſiuè non, *Reo* ſemper conuenit, probare qualitatem appoſitam confeſſioni. (i)

89. Aduertendum autem hic eſt, quod *Reus* non adſtringitur ad ſtrictam probationem qualitatis, quandò qualitas adiuncta habet probabilitatem, ſiue veriſimilitudinem; vt ſi quis confiteatur ſe cognouiſſe quidem mulierem, ſed fuiſſe ab ea illectum blanditijs ad fornicationem, & conſtat aliundè de vita inhoneſta illius; vel occidit *Caium*, qui inſidiabatur vitæ ſuæ ex publica inimicitia. Quia ſicuti malus dolus, quæ eſt qualitas pro Fiſco contrà *Reum* probatur præſumptiuè; itâ paritèr tolli debet per præſumptionem

ptionem contrariam. Verùm eſt, quod in facti contigentia debet accuratè perpendi valor præſumptionis, & conſiderari, an talis ſit, vt contrariam præſumptionem Fiſci valeat expugnare.

90. Dico tertiò, quod quo ad pœnam, quæ debetur *Reo* qualificatè confitenti diſtinguendum eſt. Vel eſt conuictus de delicto, & etiam de qualitate contraria illi, quam ipſe aſſerit; vel de delicto ſolo. Exempli gratia fatetur *Reus* ſe occidiſſe *Caium* ad ſui defenſionem. Porrò Teſtes integri probauerunt non tantùm homicidium, ſed etiam quod *Caius* inermis, dum iret per viam ſuam à tergò vulneratus eſt; in hoc caſu probatur delictum, & qualitas contraria qualitati per *Reum* aſſertę, puta quod ad defenſionem occiderit. Et in hoc caſu verum eſt, quod non attenditur qualitas adducta à *Reo*; quia ſicut conuictus eſt de delicto, & ad pœnam ordinariam damnari poterat, quantumuis illud negaſſet; ità etiam conuictus eſt de qualitate contraria, vndè per dictum ſuum in nullo releuatur. Si verò conuictus eſt de delicto tantùm, & ipſe proponit qualitatem; adhuc diſtinguendum eſt; aut enim qualitas à ſe adducta nullo modo, nequè præſumptiuè, neque veriſimilitèr probatur; vel aliquo modo. Si primum, dico, quod ad pœnam ordinariam debet damnari; quia ex quo qualitas à ſe adducta non probatur, perindè eſt ac ſi nullam adduxiſſet: in iure enim par ratio habetur de ijs, quæ non ſunt, & ijs, quæ non apparent. Si ſecundum, dico, quod non eſt locus pœnæ ordinariæ, ſed extraordinariæ, & ratio euidentiſſima eſt, quam tradit *Abbas*, (*l*) quia ad inferendam pœnam ordinariam requiruntur de iure (*m*) probationes luce meridiana clariores; vndè quandò *Iudex* procedit ex præſumptione, licèt vehementi, debet temperare ſententiam ſuam, & extraordinariè punire, vt ſcribit *Innocentius*. (*n*) Quia ergò *Iudex* hic non habet niſi præſumptionem pro Fiſco, quæ labefactatur per qualitatem contrariam *Rei* confeſſi, (quæ ſi non totaliter, tamen aliqualitèr probata eſt, vt ſupponimus) liquet, quod ordinariæ pœnæ locus non eſt.

Si autem *Reus* non eſt conuictus de crimine; ſed contrà eum ſunt indicia, & præſumptiones tantùm, & confitetur delictum, ſed cum qualitate; à fortiori dicendum eſt, quod probata aliqualiter qualitate pœnam ordinariam euadit. Et ratio eſt, quia licèt confeſſio delicti ſanet defectum probationis plenæ pro Fiſco; tamen quia abſoluta non eſt, ſed modificata per qualitatem aliqualiter probatam, ideò non induit rationem perfectæ probationis, & ideò pœnam ordinariam non meretur.

IV. Quæritur. An confeſſio Rei validet proceſſum nullum?

SVMMARIVM.

91. *Confeſſio Rei quas nullitates proceſſus ſanet.*
Defectus iuriſdictionis in Iudice non ſanatur per confeſſionem Rei.
Confeſſio purè ſpontanea in ſtrictiſſima ſignificatione nequit dari in iudicio, & quare.
Iuramentum eſt tortura ſpiritualis.
Omnis confeſſio emanata poſt iuramentum non poteſt dici purè ſpontanea.

92. *Proceſſus, in quo conſtituitur Reus ſine indicijs præcedentibus, non ſanatur per confeſſionem Rei.*
Confeſſio Rei antè ſufficientia indicia poteſt eſſe ſine fraude Iudicjs, & cum ea.
Confeſſio Rei quandò dicatur eſſe cum fraude Iudicis, & non valere.

93. *Confeſſio Rei non validat proceſſum, in quo non conſtitit de corpore delicti antè illius conſtitutum.*
Sententia non conualeſcit ex nouis probationibus, quæ poſt eam emergunt.

94. *Confeſſio Rei non ſanat proceſſum nullum ex iuramento Teſtibus non dato.*
Confeſſio Rei ſanat inquiſitionem factam, fama non probata.
Item ſi Notarius non dedit iuramentum de fidelitate.
Item ſi ordo iudicialis fuerit præpoſteratus.
Item ſi non ſit ſeruata forma præcedendi aſſignata in Textu.

95. *Confeſſio Rei non ſanat proceſſum vt valeat ad pœnam ordinariam; & quare.*

91. Reſpondeo, quod nullitas actorum ex multiplici capite poteſt eſſe; quia verò non omnes nullitates ſanat confeſſio, ideò de illis ſingillatìm dicendum eſt.

Dico ergò, quod prima nullitas proceſſus eſt ex defectu *Iudicis*, puta quia non habet iuriſdictionem in cauſa,(o) non poteſt enim aliquid dici iudicatum ab eo, qui iudicandi non habet poteſtatem. Hanc autem nullitatē non ſanat *confeſſio* quamuis fuerit *ſponte emanata*, vt communitèr dicunt *Doctores*. (p) Illa enim iudicialis non eſt, quia facta coram eo, qui non eſt *Iudex*, cum careat iuriſdictione. Verùm habenda eſt tanquam extraiudicialis, dummodò eſſet purè ſpontanea; & ſufficit ad *Reum* torquendum in alio indicio, quod legitimum ſit, vt alias (q) dictum eſt. Sed non iudico, quod *purè ſpontanea* in ſtrictiſſima ſignificatione poſſit dari in iudicio contrà Reum, quæ illi noceat; quia antè interrogationem datur Reo iuramentum, hoc autem eſt quædam ſpiritualis tortura, vt ex *Couaruuia* acutè obſeruat *Leſſius* (r) apud *Sgroi*, & proindè nequit *Reo* deferri iuramentum, niſi ſemiplena probatio præceſſerit, quæ etiam ad veram torturam corporalem ſufficiat. Sequitur ergò, quod omnis confeſſio, poſt iuramentum emanata, erit non ſpontanea, ſed per torturam ſaltem ſpiritualem extorta.

92. Alia nullitas eſt, quandò proceſſus eſt inceptus, & conſtitutus *Reus* ſinè legitimis indicijs præcedentibus, vt dicitur in *Textu* ſupra. (ſ) Et communitèr dicunt *Doctores*, quod hæc nullitas non tollitur per confeſſionem ſpontaneam. Sed hìc optimè aduertit *Paſſerinus* (t) quod duplicitèr poteſt accidere, quod confeſſio emanet ante legitima indicia, vno modo ſinè fraude, & iniuſtitia; alio modo cum ea. Primum poteſt contingere in Inquiſitione generali. Exempli gratia rumor peruenit ad aures *Prouincialis*, quod in aliquo Conuentu malè viuitur, & plura ſcandala in genere audiuntur. *Prouincialis* incipit Inquiſitionem generalem, & interrogatus *Caius* an ſciernt aliqua delicta contrà *Regulam* ibi fuiſſe commiſſa? Reſpondet, quod ſic. Inſtatus à *Iudice* vt delicta prodat, dicit, Mulierem fuiſſe introductam in Monaſterium; Furtum fuiſſe commiſſum in Sacriſtia; & Tertiarium fuiſſe percuſſum in capite. Interrogatus de Delinquentibus, dicit *Seium* introduxiſſe Mulierem; & *Lucium* furatum fuiſſe. Interrogatus quiſnam Tertiarium percuſſerit, poſt aliqualem renitentiam fatetur ſe fuiſſe percuſſorem. In hoc caſu nulla præceſſiſſent indicia in ſpecie contrà *Caium*, & Confeſſio eſſet habita ſine *Iudicis* fraude, & iniuſtitia; & proindè valida eſſet abſquè vlteriori probatione. Sed tunc habetur cnm fraude, quandò conſtituituitur *Reus* de aliquo delicto in ſpecie, de quo tamen non præcedit ſemiplena probatio, & hæc reuera non ſanat proceſſum laborantem tali nullitate, vt dicunt *Doctores*. (u)

93. Alia nullitas eſt, ſi antè *Rei* conſtitutionem non conſtet de corpore delicti probato aut per *viſum, & repertum*, aut per Teſtes integros, vt aliàs (x) dictum eſt; & iſta nullitas proceſſus non validatur per confeſſionem, vt habet expreſsè *Textus* ibidem. Et dicunt *Doctores* (z) quod etiam ſi poſt Sententiam de corpore delicti plenè conſtaret, nihilominùs talis nullitas non tolleretur, eo quia ſententia ex nouis probationibus non conualeſcit.

94. Alia nullitas eſt, ſi Teſtes non depoſuerint cum iuramento; ſi *Iudex* non fecerit conſtare de infamia dum procedit per viam Inquiſitionis; ſi *Notarius* non iurauerit de fidelitate, ſi *ordo iudicialis* ſit præpoſteratus; ſi non ſint ſeruata quæ præſcribuntur in *Textu* quo ad formam procedēdi &c. Et de his dicunt *Doctores* (a) quod per confeſſionem reparatur proceſſus nullus ex cauſa ipſarum. Sed hoc in Teſtibus deponentibus abſque iuramento non admitto. Quia paulò ſupra dictum eſt, quod confeſſio emanata non præuijs legitimis indicijs non validat proceſſum nullum, porrò indicia non tantum debent eſſe legitima, ſed etiam legitimè in actis probata, vt alibì (b) habet *Textus*, nequeunt autem eſſe legitimè probata ſi Teſtes non ſunt iurati; ſequitur ergò, quod ſi Teſtes non iurauerunt, etiam eorum dicta non ſint legitimè probata, & & proceſſus fabricatus ex iſtis perindè eſt ac ſine legitimis indicijs conſtructus, cum pària ſint non factum, & factum non legitimè. Concluditur ergo, quod talis nullitas per confeſſionem non validatur.

95. Sciendum tamen eſt, quod confeſſio non ſanat taliter proceſſum, vt ad pœnam ordinariam poſſit *Iudex* deuenire; ſed tantùm extraordinariā infligere.

(c) Ra-

(*c*) Ratio autem eſt, quia ad hoc quod confeſſio ſanet proceſſum nullum, oportet, quod ſit *ſpontè emanata*, quod ſi ſit iniuſtè extorta (ex quacunque cauſa id ſit, vt benè dicit *Paſſerinus*, (*d*) quia talis confeſſio eſt ex ſe inualida & nulla) non poteſt vincere defectum proceſſus. Quia verò cum ſpontè confeſſis mitiùs agendum eſt, vt ſuprà (*e*) diximus; ideò pœna ordinaria irrogari non poteſt.

V. Quæritur. An & quomodò in iudicio Regulari facienda ſit Recognitio, & Confrontatio Rei cum Teſtibus?

SVMMARIVM.

96. *Recognitio, & Confrontatio Teſtium quomodò differant.*
Confrontatio Teſtis cum Reo quid ſit, & quandò fiat.
97. *Recognitio Rei eſt neceſſariò facienda quandò Teſtis non nouit Reum, niſi de viſu.*
Non eſt neceſſaria Recognitio, quandò exprimitur à Teſte circumſtantia, quæ conuenit ſoli Reo.
98. *Recognitio Rei quandò ſit neceſſaria antè conſtitutum Rei.*
99. *Teſtis examinandus eſt de omnibus circumſtantijs corporalibus Rei antè eius Recognitionem.*
100. *In Recognitione Rei facienda à Teſte, quæ ſint ſeruanda.*
101. *Cautela tradita à Sgroi pro Recognitione Rei inter Regulares.*
Vana eſſe oſtenditur.
102. *Confrontatio Rei cum Teſtibus eſt arbitraria Iudici.*
Non tenetur Iudex ad petitionem Rei decernere Confrontationem eius cũ Teſtibus.
Iudex ſi vult poteſt compellere Teſtes ad Confrontationem cum Reo.
103. *Confrontatio Complicis cum Complice practicatur.*
104. *Confrontatio Complicis cum Complice debet fieri ante traditionem copiæ actorum.*
105. *Teſtes cum Reo ſunt confrontandi ſingillatim.*
106. *In Confrontatione ſeruanda ſunt omnia, quæ ſunt ſeruata in primo examine.*
107. *Forma Confontationis faciendæ.*
108. *Teſtis torquendus dicitur tortus in faciem Rei, ſi Iudex præſente Reo decernit, quod Teſtis maneat ſequeſtratus in camera; ieiunet; vel ſe diſciplinet.*
Complex confeſſus in crimine non atrociſſimo, & in Arctatione, quomodo torquendus in faciem Rei.
109. *Confrontatio Rei in tortura facienda cum Teſtibus.*
110. *Diuerſæ ſententiæ Doctorum circa repetitionem Teſtium poſt Confrontationem.*
111. *Repetitio Teſtium poſt confrontationem Rei cum ipſis quandò facienda.*
112. *Arbitrarium Iudici eſt repetere Teſtes poſt confrontationem.*
113. *Cautela Sgroi pro confrontatione Rei inter Regulares.*
114. *Fundamentum illius cautelæ eſt falſum.*
Et cautela eſt reprehenſibilis, & quare.
Confrontatio Rei cum Teſtibus non eſt facienda, niſi cum magna cautela, & ex grandi neceſſitate.

96. RESpondeo, quod differentia eſt inter *Recognitionem Confrontationem*, & eſt, quod *Recognitio* eſt quandò *Reus* oſtenditur Teſti, qui illum cognoſcit de viſu tantùm, ſed nomen eius, aut alias conditiones ignorat; & *Recognitio* fieri poteſt, ita vt *Reus* viſus à Teſte, non videat, vice verſa, Teſtem. *Confrontatio* verò fit quandò Teſtis plenè nouit *Reum*, ſed iſte eſt negatiuus; ſtatuitur porrò *Reus* coram Teſte, ita vt vnus alium reciprocè videat, & dicitur *Confrontatio* quaſi comparatio frontis cum fronte, puta Teſtis, & Rei.

97. Dicitur ergo primò, quod recognitio *Rei* facienda eſt neceſſariò, quandò Teſtis non nouit *Reum* niſi de viſu (*f*) debet enim conſtare in iudicio plenè de perſona Delinquentis per probationes claras, & euidentes, non autem æquiuocas, aut dubias; patet autem, quod omnia Signa, quæ adducit Teſtis de perſona *Rei* ſibi non noti ex nomine, vt ſi dicat eum talis *ſtaturæ, capillorum, barbæ &c.*) ſunt ſigna æquiuoca cum poſſint de alio verificari; neceſſaria proindè eſt ſenſitiua, &

 ocula-

ocularis recognitio coram *Iudice* facta. Verum tamen eſt, quod ſi in *Reo* aliqua eſſet qualitas, quæ ſibi ſoli conueniret, & Teſtis ſuper ipſa deponeret, non requireretur vlterior recognitio, quia ſatis indiuiduata remaneret *Iudici* perſona *Rei*. Vt ſi in Conuentu vnus tantùm eſſet Frater, qui eſſet Claudus, aut Luſcus, aut Gibboſus, aut eſſet talis Patriæ, & Tèſtis deponeret de tali vnica circumſtantia, dicendo, *Frater de Roma*; *vel ille, qui eſt claudus, &c.* Sicut enim ex nomine indiuiduatur, quia ſibi ſoli conuenit; ità indiuidualiter exprimitur per circumſtantiam, quam ſupponimus alteri non poſſe conuenire.

98. Recognitio autem hæc fieri debet antequam *Reus* conſtituatur, ſi vnus tantùm eſt Teſtis de viſu, & hic *Reum* ex nomine non nouit. Et ratio eſt, quia ad *Reum* conſtituendum oportet, quod ſit ſaltèm ſemiplenè probatus Delinquens, tali caſu autem non eſſet probatus talis, quia Teſtis præciſè non depoſuiſſet de perſona. Si autem per alium Teſtem conſtet de perſona *Rei*, poteſt iſte conſtitui, & poſt conſtitutum fieri recognitio ipſius ab alio Teſte, ad plenè probandum, & conuincendum eum.

99. Porrò antè recognitionem, debet diligenter examinari Teſtis de omnibus circumſtantijs corporalibus *Rei*, & etiam de qualitate indumentorum, & poſteà exhiberi debet *Reus* in habitu ſuo conſueto, vt faciliùs recognoſcatur, vt monent *Doctores*. *(g)*

100. Non adducitur autem coram *Iudice Reus* ſolus. Sed ſimul cum quatuor, aut pluribus alijs; nec debet eſſe ligatus, aut aliud ſignum habere, à quo poſſit inter alios tanquàm *Reus* dignoſci; quia videretur *Iudex* indicare Teſti quiſnam eſſet *Reus*; & talis recognitio, & depoſitio ſub ea, videretur fuiſſe facta ſuggeſtiuè, & cum fraude *Iudicis*; proindè tales cautelæ ſunt adhibendæ. *(b)* Ordinatis porrò in directum *Reo*, & cæteris, interrogari debet Teſtis, *An bènè videat illos omnes*; *an inter eos ſit ille, de quo depoſuit?* & ſi affirmet, iubeatur, *vt illum manu tangat*. Quod ſi Teſtis tangit alium, quàm *Reum*; aut dicat ibi enim non videre, aut non eſſe illum, de quo depoſuit; depoſitio anteà facta non afficeret *Reum*, imò potiùs exculparet. Sed quia tali caſu poſſet Teſtis eſſe ſubornatus; debet eum *Iudex* interrogationibus, & redarguationibus fatigare, vt ſubornationem detegere, aut Teſtem de falſo conuincere, & punire poſſit.

101. Debet autem aduerti, quod ſi recognitio fiat ante litem conteſtatam, in decreto recognitionis non debet *Iudex* dare titulum *Rei* illi, de quo facienda eſt recognitio; talis enim adhuc dici non poteſt, quia nondum probatus eſt ſemiplenè delinquens, & ideò in numero Reorum nondùm poteſt recipi, aut nominari. Cautelam autem in recognitione pro *Regularibus* tradit Sgroi, *(i)* & eſt, quod *Reus* ſimul cum alijs ponatur in aliqua camera clauſa, & Teſtis ipſum videat per rimulas oſtij, ad hoc, quod *Reus* non videat, neque ſciat Teſtem, qui depoſuit contrà illum; & *Ratio* eſt, quia nomina Teſtium inter *Regulares* non ſunt publicanda. Sed hoc fundamentum ruit ex his, quæ *Titulo* ſequenti dicemus, quandoquidem non eſt abſolutè verum, quod nomina Teſtium non ſint *Reo* publicanda; vndè ſequitur, quod neque talis cautela eſt inter *Regulares* neceſſaria.

102. Sed loquendo de *Confrontatione Rei* cum Teſtibus diuerſa ratio habenda eſt, quia hæc non eſt neceſſaria ad validitatem proceſsus, ſed eſt *Iudici* arbitraria, vt communiter dicunt *Doctores*. *(l)* Imò in tantùm eſt arbitraria ipſi, vt quantumuis *Reus* inſtet cum ipſis confrontari, non tenetur *Iudex* condeſcendere petitioni, niſi expediens iudicauerit. *(m)* Et expediens, minimè eſt, quandò *Reus* eſt perſona potens, aut conſtans animo, &c. & Teſtes humiles, & puſillanimes, qui timebunt ſtare contrà faciem Potentis, à quo ſibi mala metuent; vndè periculum eſt, quod, cum damno Fiſci, confeſsionem reuocabunt. Verum tamen ex alia parte eſt, quod, ſi *Iudex* iudicauerit, confrontationem indagini veritatis eſſe profuturam, poteſt compellere Teſtes renuentes ad confrontationem; ſicut enim cogi poſſunt ad teſtificandum; ità etiam ad confrontandum. *(n)* Et opportunum hoc poteſt eſſe, quandò adeſt aliqua ſuſpicio falſitatis in Teſte, qui in *Rei* abſentia plura dicit, quæ cum ſint falſa, non audebit ſuſtinere in præſentia.

103. Diſtinguendum autem eſt inter Teſtes *ſimpliciter*; & *Teſtes quoad alios*, ſed *Reos* quo ad ſe. Nàm Teſtes *ſimpliciter* non ſunt confrontandi, niſi prout diximus; ſed quandò ſunt Socij criminis, & vnus confitetur, alius verò negat delictum, debent

bent confrontari ad hoc, quod *Reus*, qui negat, confundatur, & moueatur ad dicendam veritatem; ſed hæc confrontatio potiùs dicenda eſt Complicis cum Complice, quam Teſtis cum *Reo*, & hoc communiter practicatur. (o)

104. Huiuſmodi autem confrontatio fieri non poteſt, niſi poſt *Rei* conſtitutum; & ratio eſt; quia àd hoc fit, vt ipſe recedat à negatiua, & delictum confiteatur: (p) & fieri debet antequam dentur *Reo* termini, & copia Actorum ad ſe defendendum; vel loqui poſſit cum iiſdem Teſtibus, vel *Aduocato*, ne ab iſto inſtruatur. Quia cum confrontatio fiat ad expugnandam obſtinationem Rei negatiui, eſt pars examinis non rigoroſi, quod debet in totum præcedere examen rigoroſum, quod fit in Tortura; porrò inter vnum, & aliud examen mediat defenſio, ad quam cum ſit neceſſaria copia actorum, hæc non traditur, niſi completo examine non rigoroſo; ſequitur proindè, quod ante traditionem actorum fieri debeat *Confrontatio*.

105. Quod ſi plures ſunt Teſtes, qui debent cum *Reo* confrontari, non debent omnes ſimul adduci, ſed ſingillatim, & vnuſquiſque per ſe: quia ſicut vnuſquiſque Teſtis ſeorsìm, & ſecretò deponit; ità etiam tali modo debet confrontari. (q) Verùm tamen eſt, quod ſi eſſent tres, vel quatuor Complices, quorum vnus eſſet negatiuus, & alij eſſent in confeſſis; poſſent ſimul omnes confrontari. Meliùs tamen eſt, quod ſeparatim fiat, nec vnus Teſtis audiat alterius depoſitionem.

106. Regula verò firma eſt, quod in *Confrontatione* facienda ſeruari debent ea omnia, quæ ſeruata ſunt in primo examine; (r) & ratio eſt, quia *Confrontatio* habet vim repetitionis Teſtium, quam excuſat; (s) in repetitione autem *ſeruanda ſunt omnia, quæ in primo examine, ac ſi examinati non fuiſſent*, vt habet *Textus Titulo ſequenti §.finali*. Sequitur proindè, quod debent de nouo iurare præſente *Reo*, & hoc antequam deponant; & etiam torqueri. Si torquendi ſunt ad purgandam infamiam; & ſi ſunt Socij criminis, qui depoſuerunt in tormentis, debent in faciem, & in caput *Rei* iterùm torqueri, & ratificare confeſſionem poſt Torturam. (t)

107. Modus autem, & ordo *Confrontationis* eſt, quod *Iudex*, monito *Reo*, vt dicat veritatem, ſi perſiſtat in negatiua, mandet introduci Teſtem, & ſtatui in faciem *Rei*, & interroget eos vnum poſt alium, *ſi ſe inuicem recognoſcant?* Et poſt, dato illi priùs iuramento, interroget Teſtem *num vera ſint. quæ de illo præſente depoſuit?* exindè iubeat, vt ea recenſeat; & hoc habito, faciat ſibi legi per extenſum ſuam depoſitionem; qua lecta, interroget *An ea, quæ in examine depoſuit ſint vera, & velit ea ratificare, & approbare in faciem Rei?* & habita reſponſione affirmatiua, conuerſus ad *Reum*, interroget *quid ad prædicta reſpondeat?* Cui neganti Teſtis à Iudice interrogatus replicet *ſe dixiſſe veritatem*; & vtroque perſiſtente in ſuo dicto, ſi Teſti nulla adhibenda eſt Tortura, illum licentiet; & proſequatur examen *Rei*. Si verò torquendus eſt ad purgandā inhabilitatem, vel quia eſt Socius criminis, torqueatur, & poſt Torturam ratificet, quæ depoſuit, & illum tandem dimittat. Formam autem horum omnium dabimus in *Secunda Parte* huius Operis.

108. Difficultas verò eſt circa Torturam Teſtis inhabilis inter Nos. Diximus enim, quod Teſti ſimpliciter non eſt adhibenda Tortura funis & quod inhabilitatis, ſeu infamiæ macula purgatur per recluſionem in camera, Ieiunium, ſiue Flagellationem. Quomodo ergo torquebit *Iudex* Teſtem inhabilem in facie ipſius *Rei*? Dico, quod ſufficere debet nouum decretum *Iudicis*, (*vt Teſtis ſit per diem ſequeſtratus in camera; aut ieiunet*,) factum in præſentia *Rei*. Vel poteſt *Iudex* iubere Teſti, vt ſe diſciplinet in præſentia *Rei*; ſic enim dicetur tortus coram eo, attento maximè, quod Tortura omnis eſt *Iudici* arbitraria, & ad implendam diſpoſitionem legum, ſufficit, quod aliquo modo Teſtis torqueatur. Et hoc pariter fieri poteſt, quandò Teſtis eſſet Complex in crimine non atrociſſimo, pro quo data fuiſſet ipſi Arctatio, & in Arctatione fuiſſet confeſſus; tunc enim, cum deberet in confrontatione torqueri, & in Tortura dictum confirmare, & illud ratificare, hoc totum poſſet, ſe diſciplinando ad mandatum *Iudicis*, & omnia peragere, ac ſi adhiberetur Tortura funis.

109. Aliquandò autem in crimine atrociſſimo expedit *Reum* in tormentis cum Teſte confrontare; tali autem caſu non debent Teſtes ſe extendere circà qualitates, & ſubſtantiam delicti, nec legere debet *Actuarius* per extenſum totum examen eorum, ſed ſolùm in ea parte, in qua

qua eſt contrarietas; hoc autem fit ne *Reus* ipſe inſtruatur ſuper dictis qualitatibus, & circumſtantijs, & poſteà fateatur delictum, quaſi per ſuggeſtionem dictorum Teſtium cum eo confrontatorũ. *(u)*

110. Quia verò per confrontationem Teſtium cum *Reo* habentur à *Reo* Teſtes pro ritè examinatis, & repetitis, dubium, & quidem graue eſt, an talis confrontatio impediat nouam repetitionem Teſtium ſuper interrogatorijs dandis à *Reo* ad ſui defenſionem, ſi *Reus* eam petat. In hoc puncto diuiſæ ſunt *Doctorum* ſententiæ: nonnulli enim (a) tenent, quod non ſit concedenda à *Iudice* noua Repetitio, quia confrontatio eſt loco repetitionis, & quod per talem repetitionem frequenter inuoluuntur Teſtes, & deſtruuntur proceſſus; & tandem quod de conſuetudine non conceditur. Sed alij *(a)* ſunt in oppoſita ſententia, & dicunt, quod licet Confrontatio ſuppleat defectum citationis, quæ fieri debebat *Reo* antequàm Teſtes reciperentur, non ſupplet tamen defectum interrogatoriorum, quæ danda ſunt per eundem *Reum*; & quod ad tutelam *Rei* nunquàm poteſt reſultare idem effectus à *Confrontatione*, qui à *Repetitione* ſuper interrogatorijs ab *Aduocato*, & *Procuratore* confectis reſultare poteſt; & proindè *Iudices* timentes *Deum* hoc admittunt.

111. In hac controuerſia reſponderem cum diſtinctione, per quam puto ad concordiam poſſe reduci has duas opiniones. Diſtinctio eſt, quod vel ſumus in caſu, in quo *Iudex* dubitat de veracitate Teſtium, vel aliquod motiuum dubitandi habet; vel ſumus in caſu, in quo dubitari poteſt, quod Teſtes ſimplices per ſubtilitates *Aduocatorum* poſitas in interrogatorijs poſſint inuolui; vel corrumpi, vel ſubornari, vel alio modo deſtrui proceſſus. In primo caſu vera eſt opinio illorum, qui dicunt repetitionem eſſe concedendam; detegere enim falſitatem Teſtium eſt ad præſidium *Rei*, ad cuius defenſionem omnis via legitima concedenda eſt. Si enim *Reus* eſt rudis, vel puſillanimis, vel tardus in loquendo, & Teſtis ſit verboſus, conſtans corde, & aſtutus, non poteſt ille facere huic, & maximè in anfractu iudicij, & *confrontatione*, illas interrogationes, quas animo pacato (& cum aſſiſtentia *Aduocati* facere) & per quas falutas Teſtis poteſt detegi. Debet ergo in tali contingentia concedi noua Teſtium repetitio.

112. Si verò ſimus in alio caſu, ne *Reus* impunitus euadat per deſtructionem proceſſus, vera eſt ſententia aliorum, qui negant talem repetitionem concedendam; quia, vt dicit *Clarus*, *(b)* Sæpè numero præbent occaſionem ſubuerſionis proceſſui per ſubornationes, aut alias vias. Ideò arbitratui, & conſcientiæ *Iudicis* ſtat, benè conſiderata omni circumſtantia cauſæ, & qualitate *Rei*, & Teſtium, & veriſimilitudine facti, concedere, vel negare huiuſmodi repetitionem.

113. Vltimò dicendum eſt, an in iudicio *Regulari* debeat fieri Teſtium cum *Reo* confrontatio. *Sgroi (c)* dicit, quod quia inter *Regulares* non publicantur regulariter nomina Teſtium, non debet fieri confrontatio; niſi inter Complices; ſi verò in aliquo caſu fieri debet, *Iudex* hac cautela, (quam dicit hauſiſſe à *Follerio*) vti poterit; nempè, vt interroget, *An cognoſcat talem, & talem, &c.* & multos nominet, inter quos nominet etiam Teſtem confrontandum; & *An habeat eos pro viris probis, viridicis, & amicis? &c.* Quibus habitis adducere faciat Teſtem, quem confrontet. Sed Teſtes Sæculares, ſi ipſi patiantur ſe confrontari cum *Reo*, poſſunt coram *Reo* ſiſti, quia in illis ceſſat ratio publicationis nominis, quæ pro Teſtibus *Religioſis* quadrat.

114. At ratio fundamentalis adducta ad prohibitionem Confrontationis intrà clauſtra non ſubſiſtit; vt enim *Titulo* ſequenti dicemus, non eſt verum vniuerſaliter, quod nomina Teſtium non publicentur; ruit proindè conſequentia. Cautela autem illa reprehenſibilis eſt, eo quia non debet vllo modo *Iudex* præcludere viam *Reo* ſe defendendi, vt eſſet in caſu, quia poſſet *Reus*, non recogitando de illo, admittere, quod ſit vir probus, & amicus, eo quia inter alios eiuſdem conditionis nominari illum audit; & ſic ſibi adimere viam excipiendi contrà eum de improbitate, & inimicitia. Ideò dico, quod ſicuti *Iudici* Sæculari arbitrarium eſt ad Confrontationem deuenire; ità pariter arbitrarium *Regulari* eſt, vt *Paſſerinus (d)* dicit; Et *Author Formularij* poſt noſtrum *Textum* idem ſupponit, eo quia dat formam talis *Confrontationis*. *(e)* Verùm tamen eſt, quod niſi ex magna neceſſitate, & cum magna cautela; Confrontatio facienda non eſt, ne cauſa præcipitetur.

Cira-

Citationes Tituli præcedentis.

Pag.657.col.2.

(a) *Tit.de Iudic.num.34.& inde.*
(b) *Tit. Quam . num.13.*
(c) *Tit. Quam. Tit. Accuſatio. Tit. Denunciatio. Tit. Inquiſitio. Tit. Exceptio .*

Pag.658.col.1.

(d) *Bouer.Director.par.2.cap.34.*

Pag.658. col.2.

(e) *Clement.Sæpè. de Verb.ſignif.*

Pag.659.col.1.

(g) *Tit.Pœnarum.num.89.*

Pag.659.col.2.

(h) *Farinac.quæſt.27.num.125.M.A.Genuen.Prax. Archiep.cap.34.num.4.& cap.28.num.4.in 2. edit.apud Sgroi par.4.cap.17.n.5.*
(i) *Tit.Corpus. §.3.*
(l) *Tit.Indicia.§.4.*
(m) *Clar.quæſt.28. verſ.Sciat autem.& ibi Baiard. num.11.*
(n) *Caren.par.3.tit.2.nu.20. & 21. Bouer. Direct. par.1.§.Si Reus.Ghisler.de Ind. Regul.cap.18. num.64. Farinac. Pitigian. apud Sgroi par.4. cap.17.nu m.6.*
(o) *Mar.Antonin.variar. lib.1.reſol-102. Chartar. deciſ.66.num.21. Alphonſ.de Leon. de Cenſur. Recoll.2.num.869.*

Pag.660.col.1.

(o) *Tit.Teſtes.num.78.*
(p) *Maſcard.Ord.iudic.quæſt.16.art.4. Berti. Pract. tit.16.cap.vnic.Boucr. Direct. par.2. cap.34. verſ.Cum verò. Ghisler. de Iudic. Regul. cap. 18.num.64.apud Sgroi par.4.cap.17. num.12. Peyrin.de Subd.quæſt.1.cap.13.*

Pag.660. col.2.

(q) *Bouer. Direct.par.2.cap.34.verſ.Cum verò.*
(r) *Tit.Delictorum. num.35.& indè.*

Pag.661. col.1.

(s) *Petr.ab Angel.tract.Iudic.cap.24.num.6.*
(t) *Sgroi par.5.cap.2.num.18. & ibi Megal. Prax. Crim.cap.14.Penn.par.3. Comm.110. Salzed. ad Diaz.cap.125.litt.A.Carer. par.2.tract.1. num.115.Dian.par.4.tract.6.reſol.36.*
(u) *Boſſ.Marſil.Plot. Bertaz.Farinac.Pegner.Treuiſan.Rice. apud Sgroi. loc.cit. cap.3. num.7. in fin.*

Pag.661.col.2.

(x) *Sgroi par.5.cap.3.à num.2.ad 58.*
(z) *l. De minore.§.Nec debet.ff.de Quæſt.*

Pag.662.col.2.

(a) *Burſat.conſ.201.nu.25.Farinac. quæſt.37. num. 110.Bald.tract.var.lib.1.quæſt.4. Sgroi par.5. cap.2.num.7.*

Pag.663.col.2.

(b) *Ferrar.Pract.Papien.in form.Inquiſit.verb. Fama publica.num.3.*

(c) *Foller.Pract.fol.165.num.9.Conrad. eod.tit. fol. 255.limit.6.Iodoc.eod. tit.fol.24.num.18.quos dat Clar. quæſt.45. verſ.Sed quæro .*
(d) *l.Altos.ff.de Inreiur.Dec.in l.final. poſt num.6. C.de Eden. apud Clar.d. quæſt. 45. verſ. Sed quæro .*
(e) *Bart.in l.Inter omnes.§.Rectè.in fin.de Furt.& in l.1.poſt nu.6.C.de Iuram. calum.vbi Bald. num.8.*
(f) *Clar.d.quæſt.45.verſ.Sed quæro .*

Pag.664.col.1.

(g) *Chartar.de Inter.Reo.lib.2.cap.3.Scacc. de Iudic.lib.1.cap.86.num.19.*
(h) *Authent. de Mandat. Princip. cap. 5. §.Talem verò.Coll.3.*
(i) *Bald.in l.final.C.de Teſt.Specul.tit.de Teſt.§.Eodem.de Interrogat. verſ. Et nota. Chartar. de Inter.Reo.lib.2.cap.3. nu.5. apud Sgroi par.5. cap.5.num.34.*

Pag.664. col.2.

(l) *l. Obſeruandum , ff. de Offic. Præſid. Gloſſ.in cap. Nullam.in verb. Authoritas.18.q.2.*

Pag.667. col.1.

(m) *Signorol.conſ.163.num.5. Peguer. Pract.Crim. cap.12.§.15.Tuſc.litt.C. concl.676. num. 13. 14.& 15.Sgroi par.5.cap.5.num.19.*
(n) *Farinac.quæſt.43.num.132.& quæſt.83. nu.84. Scacc.de Iudic.cap.86. num.7.& 40. Burg. de Mod.proc. ex abrup.quæſt.100.num.82.& 83. Guaz. Defen.20.cap.13.n.11.l. 1.§. Qui ad. ff.de Quæſt.*
(o) *Bordon.Pract.crim. cap.68.per tot.Sgroi par.5. num.52.*

Pag.667.col.2.

(p) *Canale.de Brach.Reg.par.3. num.25. Sgroi loc. cit.num.54.*
(q) *Chartar.de Inter.reo.lib.2.cap.2.num.19.*

Pag.668.col.1.

(r) *Foller.Pract.verb.Fiat conteſtatio.num.1. & 3. Spatar.de Mod.corrig. Regul.tract.9. cap. 15. num.15.Roderic.Compend. reſol.44. num. 14. Bouer. Direct.par.2.cap.35.verſ. Delicto.Sgroi loc.cit.num.31.*
(s) *Bald.in l. Accuſationem.poſt num.11.verſ. Super hoc. Qui accuſ.non poſ. apud Clar. quæſt. 45. verſ.Sed pone .*
(t) *Tit.Teſtes . num.78.& indè .*
(u) *Salycet.in Auth.Offeratur.num.6.& ibi Paul.de Caſtr.num.5.& 11.C.de lit.cont.Conrad.Pract. fol.32.poſt num.5.Amadæ.de Syndic.num. 184. apud Clar.d.quæſt.45.verſ.Sed hic quæro .*
(x) *Bald. in l.final. in fin. C. de Teſt. Simanc. Inſt. tit.94.num. 24. apud Sgroi par. 5. cap. 5.numer.41.*

(z) Me-

Digitized by Google

(z) *Menoch.de Arbitr.caſ.*109.*num.*12. *Chartar.de Inter.reo.cap.*2.*num.* 86.*Scacc.de Iudic. lib.*1. *cap.*86.*num.*48.*apud Sgroi loc.cit.*

Pag.668.col.2.

(a) *Sgroi par.*5.*cap.*5.*num.*42.*circ.fin.*

Pag.669.col.2.

(b) *Salycet in l.final.C.de Accuſat. col. vlt. Hippolit.in l.*1.*in* §.*Dinus Antoninus.ff. de quaſt. & ſingul.* 209. *apud Boſſ. tit. de Indic. aut. tort. num.*149.

Pag.670.col.1.

(c) *Tit.Pœnarum.num.*173.

Pag.670. col.2.

(d) *l.*1.*C.de Abolit.*

(e) *Boſſ.Tit.de Confeſſ.Reo.num.*55.*Farinac. quaſt.* 81.*num.*281.*Sanch.lib.*6.*conſil.cap.*3.*num.*35. *Lug.de Iuſt.& iur. tom.*2. *diſp.*37. *num.* 180. *apud Paſſerin.Trib.Reg.quaſt.*23.*num.*31,

(f) *Archidiac.& Dominic.in cap.Vtilem.*22. *quaſt.* 2.*Marian. Soccin. in cap. Qualiter.il* 2. *num.* 974.*de Accuſ.apud.Farinac.quaſt.*81.*nu.*278. *&* 279.

(g) *Farinac.d.quaſt.*81. *num.*276. *qui citat Marſil. Caren.Conar.Menoch.Guazz.defen.*20.*cap.*24. *num.*1.*apud Paſſerin.quaſt.* 23. *num.* 31.*Trib. Regul.*

(h) *Paſſerin.loc.cit.num.*36.

Pag.671. col.1.

(i) *Tit.Quid.num.*29.

Pag.671. col.2.

(l) *Paul.de Caſtr.conſ.*318.*col.penult. verſ. Iis non obſtantibus. lib.*1.*Cagnol.Epiſt.de Bon.Princip. regim. num.* 91. *apud Tuſc. litt.F. concl.*335. *num.*2.*& concl.*336.*num.*1.

(m) *l.*1.*C.de His.qui ven.atat.impetr.*

(n) *Menoch. de Arbitr.caſ.*336. *num.* 27. *&* 33. *Bald.conſ.*490.*circ.fin.lib.*1.*Signorol.conſ.*102. *num.*6.*apud Tuſc.d.litt.F.concl.*336.*num.*6.

Pag.672. col.1.

(o) *D.Thom.*2.2.*quaſt.*69.*art.*1.*Beia.par.*1.*caſ.*32. *Nauar. Manual. cap.*25. *num.*52. *apud Bonacin.de leg.diſp.*10. *q.*3. *P.* 2.*n.*6.

Pag.672.col.2.

(p) *Petr.Nauar. lib.*4.*cap.*4. *num.* 46. *Azor.par.*3. *lib.*4.*cap.*39. *diffic.*4. *Molin. diſp.*784.*num.*2. *verſ.Sicut.apud Bonac. de Reſtit.diſp.* 1.*quaſt. final.pun.*1.*num.*13.

(q) *Bart.in l.de Aetate.§. Qui tacuit.ff. de Inter.in iur.fac.Blanc.in l.final.ff.de Quaſt.*

(r) *Guazzin.defen.*20.*cap.*16.*num.*10.

(s) *Sayr.Clau.Reg. lib.*12. *cap.* 16. *num.* 18.*&* 21. *Salzed. ad Diaz cap.* 129. *verſ. Illud verò. Thom. à Ieſu de Viſit.Regul. Tract.* 3. *cap.*3. *num.*10.*Leſſ.lib.*2.*cap.*31.*dub.*3. *num.*10.*apud Sgroi par.*9.*cap.*5.*num.*15.

Pag.673.col.1.

(t) *Chartar.Caſon.Triuiſan.Scaccia apud Sgroi par.* 5.*cap.*5.*num.*16.

(u) *l. De Aetate.§. Qui tacuit.ff. de Inter. in iur. fac.*

(x) *Scacc.de Iudic.lib.* 1. *cap.*86. *num.*49. *Burg.de Mod. proc. ex abrup. cap.* 100. *num.* 136. *&* 138.*Guazzin. defen.* 20. *cap.*17. *num.*1.*&* 6. *apud Sgroi par.* 5.*cap.*5.*num.*16.

(z) *Tit.Applicatio.*§.19.*&* §.41.

(a) *Tit.Teſtes. n.*78.

Pag.673.col.2.

(b) *Tit.Tortura.*§.9.

(c) *Sgroi loc.cit.num.*18.

(d *Tit. Reus.num.*15.

(e) *Tit.Quid.num.*38.

Pag.674.col.2.

(f) *Scacc.de Iud.lib.*1. *cap.*86. *num.*4. *verſ. Et aduertat. Guazzin.defen.*20.*cap.*17. *num.*5.*apud Sgroi par.*5.*cap.*5.*num.* 17.

Pag.975.col.1.

(g) *Tit.Reus.num.*3.

Pag.675.col.2.

(h) *Tit.Canones.num.*19.

(i) *cap.Statutum.§.Cum.verò.iunct. Gloſs. in verb. Non audens. de Reſcr.in* 6.

(l) *cap.Cauſam qua.iunct.Gloſs.in verb.Ad domum. de Dol.& contum.cap.final.eo.tit. cap.final. de Eo,qui mitt.in poſſ.*

Pag.676. col.1.

(m) *l.Abſentem. §. Aduerſus contumacem ; & ibi Gloſs.& DD.ff.de Pœn.l.Abſentem. C. de Accuſat.l.*1.*ff.de Requir.re.vel abſ.*

(n) *Clar.quaſt.*44.*verſ.Sed hodie .*

Pag.676.col.2.

(o) *l.*2.*l.Metus. ff Ex qui.cau.maio.*

(p) *l.*1. §. *final. l. Sed & ſi.§. vlt.ff.Ex quibus cauſ. maio.*

Pag.678. col.1.

(q) *cap.*1.*iunct. Gloſs.in verb. Confeſſum. cap.Primates. cap.Index.*2.*quaſt.*1.*cap. At ſi Clerici. iunct.Gloſſ. in verb. In iure.de Iudic. l.Si confeſſus.ff.de Cuſt.Reo. l Proindè. la* 2.*ff.Ad leg. Aquil.l. Qui ſententiam.C.de Pœn.*

(r) *Tit.Tortura. num.*92.*&* 107.

(s) *Clar.quaſt.*65.*verſ.Sed quaro .*

(t) *Boſſ.tit.de Confeſs.num.*46. *Maſcard.de Probat. concl.*384.*num.*4. *Menoch.de Arbitr.lib.*2.*caſ.* 269.*num.*3.*&* 6.*Surd.Bertazz. Peregrin.Merlin.apud Sgroi par.*5.*cap.*7.*num.*10.

(u) *l.Iulianus. l.Certum.l final ff.de Confeſs.*

(x) *Chartar de Inter. reo. lib.* 4. *cap.*11. *num.*83. *Ambroſin.de Mod.for.proc.lib.*4. *cap.*2. *num.*5. *Foller. pract. verb. Et ſi confirmabuntur. num.* 114.*apud Sgroi loc.cit.num.*18.

Pag.678.col.2.

(z) *cap.*1.*§.Caterùm.iunct. Gloſſ. in verb.Caterum. Extra.de Except.*

(a) *Franc.decif.*240.*num.*13.*lib.*2.*Baiard.quaſt.*19. *num.*13.*Ball.Variar.lib.*2.*quaſt.*13.*num.*6.

(b) *Sgroi par.*5.*cap.*7.*num.*18.*in fin. & ibi Felin.in cap.*1.

Digitized by Google

cap.1.num.16.de Except.Farinac. Vrſil.Tuſc. Ball.Burſat.Clar.& Scac.

(c) *Sgroi loc.cit.num.20.& 21.*

(d) *Metbeſill.ſingul.33.Caball.caſ.56.num.154.Baiard.quæſt.55.num.43.*

Pag.679.col.2.

(e) *l.final.§. Si quis.ff. de Bon.eo.qui ant. l.Liberorum.§.Non ſolent.ff.de His,qui not. inf. l. 34. §.Militia.ff.de Teſt.milit.*

(f) *Tit.Probationes. num.7.*

Pag.689. col.1.

(g) *l.Cum teſtamentum. l.Non idcircò. C.de Iur.& fac.ignor.*

(h) *l. Error.C.de Iur.& fac.ignor.*

(i) *Alexand.conſ.80. num.14. verſ.Imò etiam.lib.2. Roman.conſ.390.num.2.verſ.Ec hinc eſt.Butr. in cap. Ex parte.in fin. de Confeſſ. apud Tuſc. litt.C.concl.649.num.5.15.& 28.*

(l) *Caball.caſ.186.num.3.Farinac.quæſt.81. num.9. 327. & 328. Centolin. Add. ad Farinac.conſ. 16.A.apud Sgroi par.5.cap.7.num.28.*

(m) *Bart.in l.Non fatetur.ff.de Confeſſ. Angel. conſ. 386.col. 2.verſ. Nec obſtat. Crauet. de Antiq. temp.fol.62.num.64.& ſeqq.Curt. ſenior.conſ. 69.num.8.Pariſ.conſil.final.num.30. lib.1.apud Tuſc.d.concl.649.num.40.& 41.litt.C.*

Pag.680. col.2.

(n) *Sgroi par.5.cap.7.num.29.*

(o) *Bart.in l.Non fatetur.num.10.ff.de Confeſſ.*

Pag.681. col.1.

(p) *Farinac.quæſt. 81. num.337. apud Sgroi par.5. cap.7.num.29.*

Pag.681. col.2.

(q) *Gloſſ. in ſumm.15. quæſt.final. Abb. in cap. De hoc num.8.de Simon.*

(r) *cap.Presbyterum cap de bis 50. diſt. cap.Si quis Presbyter. 16. quæſt. 5. l.1. & ibi Gloſſ. & DD. C. Quæ appell.non recip.*

(s) *Farinac. quæſt.8. num.177. Bero. in cap. At ſi Clerici num.93. de Iudic. apud Sgroi parte 5. cap.7.num.36.*

Pag.682. col.1.

(t) *l. Qui conditioni C. de His qui ſpon. pub. mun. lib.10.l.9.ff. Ad Sen.Conſ.Trebell.*

(u) *l. Si mulier §. Si metu ff. Quod met. cau. geſt. l.22.de Rit.nupt.l.85.ff.de Acquir. hæred.*

Pag.683. col.2.

(x) *Guazzin. Defen. 33. Bero.in cap. At ſi Clerici num.40. de Iudic.Farinac.quæſt.81.num.155. apud Sgroi par.5.cap.7.num.36.*

Pag.684. col.1.

(z) *Ritual. Roman. part.1. de Sacr. Pœnit. in princip.fol.mihi 47.*

(a) *Nauar.in cap.1.de Pœnit.diſt.6.num.66.Peyrin. Formul.litt.A.cap.1.num.8.*

(b) *cap. Decernimus de Senten.Excom. in 6. & ibi Gloſſ.in v.Agendo.*

(c) *Sayr. de Cenſ. lib.2.cap.8. num.20. Suar. eo tit. diſp.16.ſect.4 num.6. Filiuc.tract.12. cap.7. quæſt.5. num.181. Coninch. diſp.24. dub.11. num.116.Alter.de Cenſur.diſp.3. cap.2. apud Bonacin. de Cenſur. diſp.2. quæſt.2. Punct.7. Prop.2.num.8.*

(d) *Auila de Cenſ.diſp.7.init. dub.2.Vgolin. tab.2. cap.16. §.8. apud Bonacin.loc.cit.*

Pag.684. col.2.

(e) *Vaſq. Suar. Filliuc. Alter. apud Bonacin. l.cit. diſput.1.quæſt.3.punct.6.prop.2.num.7.*

Pag.685.col.1.

(f) *Tit.carcer.num.1.*

Pag.685.col.2.

(g) *Clar.quæſt.46.verſ.Sed quid ſi Reus.*

(h) *cap. Paſtoralis §. Præterea de offic. Iudic. Deleg. cap. Dilectus il 2. §. final. de Reſcr. Hoſtien. ſumm. Rubr. de appell. §. Quis ſit effectus num.13.*

(i) *Guid. Pap. deciſ. 235. Marc. deciſ. 915. apud Clar. quæſt. 46. verſ. Sed quid.Bouer. direct. par.2.cap.34.§.Citatione itaque fol.203.Portel.v.Carcer.Piaſec.Prax.par.2 cap.4. nu.10. Barboſ. ſumm. Bullar. verb. Carceratio apud Sgroi par.4. cap.17.num.17.*

Pag.686.col.1.

(m) *Tit.Reus num.28.*

Pag.686.col.2.

(l) *Tit. Indicia num.7.*

(n) *Bart. in leg. Si quis maior §. Vtrum ff. Ad S.C. Syllan. I.B.Nicola Reg.iur.tom.2.fol.97. verſ. Neceſſitatis cauſa.*

(o) *leg.venditor §. final ff.Commun.præd.*

(p) *leg.Non debet.74 ff.de Reg.iur. l.Nemo 123.eo tit.l.Nam hoc ff.de cond.indeb.*

(q) *l.1.ff.de Vſucap.vbi Dionyſ.Gothofr.litt.C.*

(r) *leg. Seruum §.Publicè ff.de Procurat.lib.3.C.de Accuſat.*

(s) *lib.1.& 2.C.quand.lic.vni. ſin.Iud.*

Pag.687.col.1.

(t) *Bald.& Salycet.in l.1. C.de Naut. fœno. Iaſon. in l.1.verſ.Et circa hoc ff. de off. ei cui mand. I.B.Nicola Reg.iur.tom.1.fol.128. verſ. Cauſa arbitriorum.*

(u) *cap. Cum ad ſedem de Reſt.ſpol.cap. Ratum de Reg.iur.in 6.*

(x) *Dyn. in dicto cap. Ratum de Reg. iur. Bartol. in leg. ſi pupilli §. Si ego ff.de Neg. geſt. & in leg.1.§.Sed cum quis ff.de Vi, & vi arm. Dec. conſ.672.num 6.Alex.conſ.146.num.15.lib.5. apud Tuſc.litt.R.concl.10.num.3.& 5.*

Pag.687.col.2.

(z) *Zabarell. conſil. 44. num.3. verſ. Quod ratificatio.*

(a) cap. Lugdunenſis 9. quæſt. 2. vbi Gloſſ. 1. & 2. Gloſſ. in cap. Ratum verſ. Pro declaratione de Reg. iur. in 6.

Pag. 688. col. 2.

(b) Bart. in l. Aurelius §. Idem quæſiuit. num. 2. ff. de Lib. legat. Iaſon in l. Vt vim. num. 13. ff. de Iuſt. & iur. Boſſ. tit. de Confeſſ. poſt nu. 19. Menochiac. Thom. Ferrar. Carer. Boer. Alciat. Bero. apud Clar. quæſt. 55. verſ. Poſſet quoque.

Pag. 689. col. 1.

(c) cap. Cum Eccleſia §. Nos igitur de Cau. poſſ. l. Actor. C. de probat. Clar. quæſt. 52. verſ. Scias autem.

(d) Bart. in leg. 1. §. Hoc interdicto il 1. num. 8. ff. de itin. act. priu. Bald. Angel. Dec. Clar. Aretin. apud Tuſc. litt. N. concl. 30. num. 49.

(e) Paſſerin. Trib. Regul. quæſt. 23. num. 42.

Pag. 689. col. 2.

(f) Text. in l. Si quis C. de Fabricen. lib. 10. l. Hoc iure l. Ita ſtipulatus, vbi DD. ff. de Verb. obl. Iaſon. Alex. Afflict. Corn. Cranet. Caſtren. Bar. apud Tuſc. litt. P. concl. 769.

(g) Cranet. conſ. 544. num. 13. apud Tuſc. litt. N. Concl. 30. num. 17.

Pag. 690. col. 1.

(h) Calderin. conſ. 164. alias quæſt. de probat. apud Tuſc. litt. P. concl. 769. num. 9.

Pag. 690. col. 2.

(i) Felin. & DD. in cap. Cum dilecti de Accuſ. Maſcard. concl. 867. nu. 2. lib. 2. Farinac. quæſt. 81. nu. 122. 124. & 126. Guazz. defen. 32. cap. 35. num. 5. & 6. apud Paſſerin. Trib. Regul. qu. 23. art. 4. num. 44.

Pag. 691. col. 2.

(l) Abb. in cap. Auditis num. 32. de Reſt. in integr.

(m) l. Sciant. cuncti C. de probat. l. Qui ſententiam C. de Pæn. cap. Sciant. 2. quæſt. 7.

(n) Innocent. in cap. Quia veriſimile de præſumpt. cap. Litteras eod. tit. Abb. in cap. Tertio loco, & in cap. In præſentia de Prob.

Pag. 692. col. 1.

(o) leg. 1. §. Hac autem ff. Quod quis iur. Guazz. defen. 1. cap. 1. num. 1. Farinac. conſ. 4. num. 4. apud Bict. quæſt. 88. num. 2. & quæſt. 156. num. 2.

(p) Caren. part. 3. tit. 8. num. 23. Guazzin. defen. 32. cap. 26. num. 3. apud Sgroi par. 5. cap. 7. num. 6. Paſſerin. Trib. Regul. quæſt. 23. num. 26. Bict. quæſt. 88. num. 3.

(q) Tit. Tortur. num. 70. tit. Indicianum. 9.

(r) Leſſ. de Iuſt. & iur. lib. cap. 2. dub. 32. Reginald. Prax. lib. 2. cap. 42. apud Sgroi par. 5. cap. 2. num. 15.

(s) Tit. Quam §. 3. & tit. Reus §. 2.

(t) Paſſerin. Trib. Regul quæſt. 23. art. 3. num. 28.

Pag. 692. col. 2.

(u) Alex. conſil. 127. num. 2. lib. 4. Viui. Comm. opin. verb. Confeſſio Ball. variar. tit. de Quæſt. quæſt. 20. num. 16. apud Sgroi par. 5. cap. 7. num. 8.

(x) Tit. Corpus §. 1. num. 2.

(z) Bocr. deciſ. 259. Baiard. quæſt. 66. num. 9. Guazz. Defen. 4. cap. 1. num. 21. Bict. quæſt. 89. num. 3.

(a) Innocen. in cap. Qualiter il 2. de accuſ. num. 7. Bar. in leg. Si confeſſus ff. de Cuſt. Reo Farinac. quæſt. 81. num. 66. 68. & 73. Valaſc. Barboſ. apud Sgroi par. 5. cap. 7. num. 6.

(b) Tit. Tortura §. 3. & num. 26.

Pag. 693. col. 1.

(c) Franc. in cap. final. num. 5. 6. & 8. de Accuſ. in 6. Farinac. quæſt. 81. num. 75. 81. & 91. apud Paſſerin. quæſt. 23. num. 31. Sgroi par. 5. cap. 7. num. 6. verſ. Limitatur tertiò.

(d) Paſſerin. Trib. Regul. quæſt. 23. art. 3. num. 35.

Pag. 693. col. 2.

(e) Tit. Reus num. 58.

(f) Millæ pract. crim. in Gloſſ. Commiſſos num. 5. litt. B. apud Clar. quæſt. 45. verſ. Sed in propoſito Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 86. nu. 53. apud Sgroi par. 5. cap. 8. num. 10.

Pag. 694. col. 1.

(g) Bald. in cap. Cauſam de Teſt. Chartar. de inter reo lib. 3. cap. 3. num. 31. Canale de Teſt. par. 5. num. 207. apud Sgroi loc. cit. num. 11.

(h) Clar. quæſt. 45. verſ. Sed in propoſito. in fin. Bonacurſ. comm. opin. lib. 5. Guazzin. defen. 20. cap. 20. num. 1. 2. & 3.

Pag. 694. col. 2.

(i) Sgroi par. 5. cap. 8. num. 15.

(l) Clar. quæſt. 45. verſ. Sed in propoſito. Sgroi loc. cit. num. 1. in fin. & apud eum Scacc. de Iudic. cap. 86. num. 153. Bict. quæſt. 82. num. 2. & cum eo Guazzin. defen. 20 cap. 19. num. 1. Paſſerin. quæſt. 23. art. 2. num. 16. in fin.

(m) Farinac. quæſt. 72. num. 139. Guazzin. defen. 20. cap. 19. num. 10. & 11. apud Bict. d. quæſt. 82. num 3.

(n) Bict. loc. cit. num. 4. & ibi Baiard. Chartar. & Guazzin. Sgroi par. 5. cap. 8. num. 9. & cum eo Clar. & Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 86. num. 58.

Pag. 695. col. 1.

(o) Penn. 3. par. Schol. 129. quæſt. 67. Chartar. de Inter reo. par. 3. cap. 1. num. 92. M. A. Genuen. Prax. Archiep. cap. 84. num. 6. apud Sgroi par. 5. cap. 8. num. 5.

(p) Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 86. num. 54. Guazzin. defenſ. 20. cap. 19. num. 13. apud Sgroi par. 5. cap. 8. num. 8.

(q) Bict. quæſt. 82. num. 12. & apud eum Chartar. Ambroſin. Scacc. Guazzin. defenſ. 20. cap. 20. num. 4.

(r) Clar.

(r) *Clar.quæſt.45.verſ.Ceterum.Sgroi par.5.cap.8. num.18.& cum eo Honded. & Farinac. Bict. d.quæſt.82.num.10.*

(s) *Bict.loc.cit.num.13. & ibi Afflict. Farinac. Baiard.Guazzin.defen.20.cap.21.n.1.*

(t) *Boſſ.de Indic.& Tort.num.151. Scacc.de Iudic. lib.1.cap. 86. num. 67. Caball. reſol.caſ.185. num.4.apud Sgroi par.5.cap.8.n.16.*

Pag 696.col.1.

(u) *Soccin.in cap. Qualiter.il 2.num.950.de Accuſ. Farinac.quæſt.72.num.139.Guazzin.defen.20. cap.20.num.9.apud Sgroi loc.cit.num.10.*

(z) *Afflict.ſup. Conſt.Regn. lib.2. Rubr.10.num.15. & lib.1. rubr.27. num.6. Vulp.conſ. 68. Bertaz.conſ.70. num.3. vol. 2. Baiard. quæſt.45. num.63.apud Sgroi.par.5.cap.8.num.21.*

(a) *Honded. conſ. 101.num.28. Farinac. quæſt.72. num.144.Guazz.defen.20.cap.21. num.3. Genuen. Prax.cap.34. num.15. Senogall. de Mod. for.proc.lib.2.cap.9.nu.35. & ſeqq.apud Sgroi loc.cit.*

Pag.696. col.2.

(b) *Clar.quæſt.54.verſ. Quartus caſus in fin.*

(c) *Sgroi par.5.cap.8.num.6.& 16.*

(d) *Paſſerin.Trib. Regul. quæſt. 23. art.2. num.16. in fin.*

(c) *Tit.Forma conſt.vel exam.Re. §.5.*

TITVLVS VIGESIMVS.

Patronus. Defenſiones.

T E X T V S.

§. I. Cum Defenſiones ſint de iure naturæ, eæque vix benè fieri poſſint ſine Patrono, qui Rei apud Iudicem cauſam agat, & ex actis ad illius defenſionem Exceptiones excerpat, Defenſioneſque componat; ideò nullus vnquàm condemnari poterit, niſi ei Defenſiones, cum competenti termino trium, vel etiam quatuor dilationum, cum ſpatio trium, vel plurium dierum pro qualibet, ad arbitrium Iudicis, & iuſtam Rei petitionem, aſſignetur: etiam ſi conuictus, vel confeſſus ſit; niſi in caſu, quo confeſſus ſpontè illas renunciaret: quæ renunciatio ità libenter acceptari non debet; & eo minùs ſuaderi; ſed acceptata eam vim ſortitur, ac ſi Reus nihil habuerit, quod pro ſua defenſione adduceret.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

1. *Ratio diſpoſitionis Textus.*
2. *Defenſiones ſunt de iure naturæ.*
Non poſſunt tolli neque à Papa, aut Imperatore.
Defenſiones denegatæ reddunt Sententiam nullam.
Etiam ſi Reus eſſet confeſſus delictum.
Defenſiones debentur etiàm condemnatis in contumacia antequam pœnas ſubeant.
Etiam in notorijs delictis.
Defenſionum priuilegia. Remiſſiuè.
3. *Patronus quis olim fuerit.*
Patroni munus ab antiquo quodnam fuerit.
Patroni ex poſt dicti ſunt Oratores, & Aduocati.
Patroni munus apud Nos quis ſit.
4. *Patronus debet eſſe vir grauis ætate, & auctoritate.*
Patronus fraudulentus in Clientulum poterat impunè occidi.
Patronus debet iurare, ſe fidelitèr defenſurum Clientulum ſuum.
In Tribunali fidei hoc practicatur.
Deberet vſitari etiam apud Nos.
5. *Patronus debet pro Reo proponere Exceptiones, & Defenſiones.*
6. *Defenſiones ante torturam omninò dandæ.*
7. *Dilationes dandæ vltra terminos aſſignatos pro defenſione.*
Termini Defenſionum aſſignati quomodò computandi.
Hiſtoria cuiuſdam Iudicis circà terminos Defenſionum aſſignatos.
8. *Iudex, quæ perpendere debeat pro aſſignando termino congruo Defenſiones.*
Dilationes, & termini Defenſionum ſunt Iudici arbitrij.
Reus iuſtè petens prorogationem terminorum debet exaudiri.
Cauſæ ob quas Reus poteſt petere prorogationem termini.
Ex cauſa rationabili, etiam vltrà quatuor dilationes, debet Iudex Reo petenti prorogare terminum.
9. *Defenſiones debentur Reo etiam conuicto, aut confeſſo.*
Etiam ſi ipſe eas non petat.
Copia actorum ante torturam danda, etiam Reo non petente.
Defenſionibus nequit Reus renunciare in delictis, pro quibus imponitur pœna corporalis.
Iudex non debet facilitèr acceptare renunciationem Defenſionum.
Expedit, vt Iudex, ex officio, alicui committat, vt Reum defendat.
10. *Iudex ſtatuat Reo terminum ad ſe defendendum, quamuis iſte renunciauerit Defenſionibus.*
Si termini Defenſionis non ſint aſſignati

Reut

Reus dicitur oppreſſus, & Sententia eſt nulla.

Rota Lucenſis annullauit duos proceſſus, in quibus non fuerant aſſignati termini defenſorij.

11. *Aſſignatio termini defenſorij debet præcedere quamcumque renunciationem, quæ poſſit fieri à Reo.*

Acceptata renunciatione Defenſionum, Iudex ante Torturam, vel Sententiam debet pati terminum aſſignatum Defenſionibus labi.

1. IN hoc *Titulo* comprehenditur tota materia ſpectans ad *defenſionem Rei*, & quia hæc dupliciter contingit, puta ante torturam *Rei*, & etiam ante Sententiam, debebat in duobus locis collocari, puta ante Torturam, & ante Sententiam; ſed *Textus* ſtudens breuitati, & attento quod quæ conueniunt defenſioni ante Torturam, quadrant eidem ante Sententiam, ſub vno *Titulo* omnia comprehendit, ſicut fatit etiam in materia *Appellationis*, & *Recuſationis* ob earum affinitatem.

2. Dicit ergo, quod *cum defenſiones ſint de iure naturæ*, non poſſunt per legem humanam vllo modo tolli; & ſic nec à *Papa*, neque ab *Imperatore* impediri, (*a*) & dato quod in aliquo caſu mandaret *Princeps*, quod defenſiones non darentur, deberet intelligi de modo ciuili; puta per traditionem copiæ actorum, deputationem *Procuratoris*, aut *Aduocati*; aſſignationem termini ad ſe defendendum; non autem, quæ debentur modo naturali; puta obiectante *Iudice* crimen, & eius probationes; & diluente *Reo* per ſuas reſponſiones, quæ ſunt ſibi oppoſita. In tantum vero eſt debita *Reo* defenſio, vt ea denegata, etiam ſi *Reus* eſſet confeſſus, nulla ſint omnia poſt eam ſecuta, etiam ſua ipſius confeſſio, & eſt abſoluendus, vt volunt *Doctores*. (*b*) Non ſolùm autem ijs, qui in iudicio ſunt ſiue confeſſi, ſiue non, dandæ veniunt defenſiones, ſed etiam illis, qui condemnati in contumaciam cadunt in fortijs Curiæ; iſtis enim debet præfigi terminus ad aſſignandam cauſam, quare Sententia in eos lata non debeat executioni mandari; quia poſſunt per eos allegari multa, quæ executionem impediant, & etiam fortè adduci probationes, quæ innocentiam probent; attento maximè, quod contumax probatur tantùm præſumptiuè *Reus*, (dummodo per Teſtes, aut alia indicia conuictus non ſit,) vnde poteſt præſumptiones elidere, & ſe probare innocentem; & ità in hac ſententia contra *Bartolum*, & alios citatos per *Clarum*, tenent multi, quos citat *Baiardus*. (*c*) Quæ omnia extenduntur etiam in *notoriè delinquente*, ipſi enim etiam debentur defenſiones; in quibus alleget, quare condemnari non debeat. Quia quantumuis non poſſit ſe probare innocentem, cum delictum notorium ſit, vt ſupponimus; tamen poteſt aliquid probare, propter quod pœnam ordinariam effugiat, vt dicit *Sgroi* cum alijs. (*d*) Plura proindè ſunt defenſionis priuilegia de quibus diffusè agit *Guazzinus* per totam defenſionem 29.

3. *Eaque vix benè fieri poſſint ſine Patrono*. *Patroni* nomen antiquiſſimum eſt, vt enim ex *Seruio* refert *Gothofredus*, (*e*) *Romulus* in legibus duodecim Tabularum illud inſeruit ſcribens, *Patronus ſi Clienti fraudem fecerit, ſacer eſto*. Munus autem *Patroni* erat Clientem ſuum defendere; cum enim *Romulus Patritijs* commendaſſet defenſionem Plebis, quiſquis è plebe ſibi eligebat virum *Patritium* in *Patronum*, qui pro Cliente reſpondebat de iure, cuius iſte rudis, & ignarus erat; pro abſente negotia gerebat; aderat pro eo in iudicijs, & omnem vim Accuſatorum ſuſtinebat; vt ex *Plauto* obſeruat *Caluinus*. (*f*) Quia vero *Patroni*, ex lege *Romuli*, Clientum cauſis adeſſe, & eas defendere cogebantur; ideò *Oratores*, & *Aduocati* cauſarum quoque *Patroni* ex poſt dicti ſunt, licet *Aſconius* inter illos diſcrimen aſſignet dicens, *Oratores dici Patronos, Aduocatos verò vocari Iuriſperitos*. *Textus* ergo noſter nomine *Patroni* intelligit eum, quem *Reus* ad ſui defenſionem ſibi eligit, huius enim munus eſt pro *Reo* ante *Iudicem* ſtare, & ad illius indemnitatem proponere, reſpondere, allegare, petere, appellare, & ex ſe omnia præſtare, quæ in foris Sæcularibus faciunt cauſarum *Sollicitatores*, *Procuratores*, & *Aduocati*.

4. Deducitur autem ex his, quod ſicuti *Patroni* eligebantur inter *Patritios*, & debebant iura callere, vt damnum à Clientulo ſuo poſſent auertere, eius iura proponen-

TITVLVS VIGESIMVS.

Patronus. Defenſiones.

TEXTVS.

§. I. Cum Defenſiones ſint de iure naturæ, eæque vix benè fieri poſſint ſine Patrono, qui Rei apud Iudicem cauſam agat, & ex actis ad illius defenſionem Exceptiones excerpat, Defenſioneſque componat; ideò nullus vnquàm condemnari poterit, niſi ei Defenſiones, cum competenti termino trium, vel etiam quatuor dilationum, cum ſpatio trium, vel plurium dierum pro qualibet, ad arbitrium Iudicis, & iuſtam Rei petitionem, aſſignetur: etiam ſi conuictus, vel confeſſus ſit; niſi in caſu, quo confeſſus ſpontè illas renunciaret: quæ renunciatio ità libenter acceptari non debet; & eo minùs ſuaderi; ſed acceptata eam vim ſortitur, ac ſi Reus nihil habuerit, quod pro ſua defenſione adduceret.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

1. *Ratio diſpoſitionis Textus.*
2. *Defenſiones ſunt de iure naturæ.*
Non poſſunt tolli neque à Papa, aut Imperatore.
Defenſiones denegatæ reddunt Sententiam nullam.
Etiam ſi Reus eſſet confeſſus delictum.
Defenſiones debentur etiam condemnatis in contumacia antequam pœnas ſubeant.
Etiam in notorijs delictis.
Defenſionum priuilegia. Remiſſiuè.
3. *Patronus quis olim fuerit.*
Patroni munus ab antiquo quodnam fuerit.
Patroni ex poſt dicti ſunt Oratores, & Aduocati.
Patroni munus apud Nos quis ſit.
4. *Patronus debet eſſe vir grauis ætate, & auctoritate.*
Patronus fraudulentus in Clientulum poterat impunè occidi.
Patronus debet iurare, ſe fidelitèr defenſurum Clientulum ſuum.
In Tribunali fidei hoc practicatur.
Deberet vſitari etiam apud Nos.
5. *Patronus debet pro Reo proponere Exceptiones, & Defenſiones.*
6. *Defenſiones ante torturam omninò dandæ.*
7. *Dilationes dandæ vltra terminos aſſignatos pro defenſione.*
Termini Defenſionum aſſignati quomodò computandi.
Hiſtoria cuiuſdam Iudicis circà terminos Defenſionum aſſignatos.
8. *Iudex, quæ perpendere debeat pro aſſignando termino congruo Defenſiones.*
Dilationes, & termini Defenſionum ſunt Iudici arbitrij.
Reus iuſtè petens prorogationem terminorum debet exaudiri.
Cauſæ ob quas Reus poteſt petere prorogationem termini.
Ex cauſa rationabili, etiam vltrà quatuor dilationes, debet Iudex Reo petenti prorogare terminum.
9. *Defenſiones debentur Reo etiam conuicto, aut confeſſo.*
Etiam ſi ipſe eas non petat.
Copia actorum ante torturam danda, etiam Reo non petente.
Defenſionibus nequit Reus renunciare in delictis, pro quibus imponitur pœna corporalis.
Iudex non debet facilitèr acceptare renunciationem Defenſionum.
Expedit, vt Iudex, ex officio, alicui committat, vt Reum defendat.
10. *Iudex ſtatuat Reo terminum ad ſe defendendum, quamuis iſte renunciauerit Defenſionibus.*
Si termini Defenſionis non ſint aſſignati Reus

Reus dicitur oppreſſus, & Sententia eſt nulla.

Rota Lucenſis annullauit duos proceſſus, in quibus non fuerant aſſignati termini defenſorij.

11. *Aſſignatio termini defenſorij debet præcedere quamcumque renunciationem, quæ poſſit fieri à Reo.*

Acceptata renunciatione Defenſionum, Iudex ante Torturam, vel Sententiam debet pati terminum aſſignatum Defenſionibus labi.

1. IN hoc *Titulo* comprehenditur tota materia ſpectans ad *defenſionem Rei*, & quia hæc dupliciter contingit, puta ante torturam *Rei*, & etiam ante Sententiam, debebat in duobus locis collocari, puta ante Torturam, & ante Sententiam; ſed *Textus* ſtudens breuitati, & attento quod quæ conueniunt defenſioni ante Torturam, quadrant eidem ante Sententiam, ſub vno *Titulo* omnia comprehendit, ſicut fatit etiam in materia *Appellationis*, & *Recuſationis* ob earum affinitatem.

2. Dicit ergo, quod *cum defenſiones ſint de iure naturæ*, non poſſunt per legem humanam vllo modo tolli; & ſic nec à *Papa*, neque ab *Imperatore* impediri, *(a)* & dato quod in aliquo caſu mandaret *Princeps*, quod defenſiones non darentur, deberet intelligi de modo ciuili; puta per traditionem copiæ actorum, deputationem *Procuratoris*, aut *Aduocati*; aſſignationem termini ad ſe defendendum; non autem, quæ debentur modo naturali; puta obiectante *Iudice* crimen, & eius probationes; & diluente *Reo* per ſuas reſponſiones, quæ ſunt ſibi oppoſita. In tantum vero eſt debita *Reo* defenſio, vt ea denegata, etiam ſi *Reus* eſſet confeſſus, nulla ſint omnia poſt eam ſecuta, etiam ſua ipſius confeſſio, & eſt abſoluendus, vt volunt *Doctores*. *(b)* Non ſolùm autem ijs, qui in iudicio ſunt ſiue confeſſi, ſiue non, dandæ veniunt defenſiones, ſed etiam illis, qui condemnati in contumaciam cadunt in fortijs Curiæ; iſtis enim debet præfigi terminus ad aſſignandam cauſam, quare Sententia in eos lata non debeat executioni mandari; quia poſſunt per eos allegari multa, quæ executionem impediant, & etiam fortè adduci probationes, quæ innocentiam probent; attento maximè, quod contumax probatur tantùm præſumptiuè *Reus*, (dummodo per Teſtes, aut alia indicia conuictus non ſit,) vnde poteſt præſumptiones elidere, & ſe probare innocentem; & ità in hac ſententia contra *Bartolum*, & alios citatos per *Clarum*, tenent multi, quos citat *Baiardus*. *(c)* Quæ omnia extenduntur etiam in *notoriè delinquente*, ipſi enim etiam debentur defenſiones; in quibus alleget, quare condemnari non debeat. Quia quantumuis non poſſit ſe probare innocentem, cum delictum notorium ſit, vt ſupponimus; tamen poteſt aliquid probare, propter quod pœnam ordinariam effugiat, vt dicit *Sgroi* cum alijs. *(d)* Plura proindè ſunt defenſionis priuilegia de quibus diffuſè agit *Guazzinus* per totam defenſionem 29.

3. *Eaque vix benè fieri poſſint ſine Patrono*. *Patroni* nomen antiquiſſimum eſt, vt enim ex *Seruio* refert *Gothofredus*, *(e)* *Romulus* in legibus duodecim Tabularum illud inſeruit ſcribens, *Patronus ſi Clienti fraudem fecerit, ſacer eſto*. Munus autem *Patroni* erat Clientem ſuum defendere; cum enim *Romulus Patritijs* commendaſſet defenſionem Plebis, quiſquis è plebe ſibi eligebat virum *Patritium* in *Patronum*, qui pro Cliente reſpondebat de iure, cuius iſte rudis, & ignarus erat; pro abſente negotia gerebat; aderat pro eo in iudicijs, & omnem vim Accuſatorum ſuſtinebat; vt ex *Plauto* obſeruat *Caluinus*. *(f)* Quia vero *Patroni*, ex lege *Romuli*, Clientum cauſis adeſſe, & eas defendere cogebantur; ideò *Oratores*, & *Aduocati* cauſarum quoque *Patroni* ex poſt dicti ſunt, licet *Aſconius* inter illos diſcrimen aſſignet dicens, *Oratores dici Patronos*, *Aduocatos verò vocari Iuriſperitos*. *Textus* ergo noſter nomine *Patroni* intelligit eum, quem *Reus* ad ſui defenſionem ſibi eligit, huius enim munus eſt pro *Reo* ante *Iudicem* ſtare, & ad illius indemnitatem proponere, reſpondere, allegare, petere, appellare, & ex ſe omnia præſtare, quæ in foris Sæcularibus faciunt cauſarum *Sollicitatores*, *Procuratores*, & *Aduocati*.

4. Deducitur autem ex his, quod ſicuti *Patroni* eligebantur inter *Patritios*, & debebant iura callere, vt damnum à Clientulo ſuo poſſent auertere, eius iura proponen-

ponendo, cum quadam perſonali dignitate; ita, & inter nos eligi debent in *Patronos Religioſi* graues, doctrina præſtantes, & auctoritate pollentes. Quemadmodum autem fidelitas inter *Patronum*, & Clientem ita erat requiſita, vt, ex lege duodecim *Tabularum*, quam ſuprà citauimus, *Patronus* in Clientem fraudolentus *Sacer* eſſet, hoc eſt, vt *Caluinus*, (g) explicat, *vt Diti Sacrum, eum interficere cuilibet liberum fuiſſet*; ita fidelitatem erga *Reum* Clientem ſuum debet ſeruare *Religioſus Patronus*; ità, vt nihil diligentiæ, aut ſtudij debeat remittere pro ſaluando, intrà iuris terminos tamen, eo, qui ſuæ fidei ſe committit. Scio inter *leges Imperiales* vnam (h) eſſe, in qua ſancitur, quod *Patroni*, *Sacroſanctis Euangelijs tactis iuramentum præſtent, quod omni quidem virtute ſua, omnique ope, quod verum, & iuſtum exiſtimauerint, Clientibus ſuis inferre procurabunt*. Æquiſſima quidem lex, quæ in *Tribunali fidei* practicatur, (i) & quæ fortè aliquandò neceſſaria eſſet; non rarò enim inueniuntur *Patroni*, qui ne fortunas ſuas perdant, proceſſus nullitate laborantes diſſimulant, *Iudicibus* placere cupientes, & Clientes ſuos contra ius, & fas puniri ſinunt.

5. Patroni ergo officium eſt, vt *Rei apud Iudicem cauſam agat, & ex actis, ad illius Defenſionē, Exceptiones excerpat, defenſioneſque componat*. Nobilior defendendi modus eſt, ex proceſſu offenſiuo deducere argumenta, per quæ *Reus* defendatur; nō tamen omnes exceptiones, quæ adduci poſſunt pendent ex actis proceſſus offenſiui; quandoquidem ex alijs etiam, quæ in illo non ſunt, petuntur; & in tali caſu proponuntur à *Patrono* articuli probatorij, ſuper quibus aliquandò repetendi ſunt Teſtes priùs in offenſiuo examinati, & aliquandò alij Teſtes à *Reo* producti, & iſte vocatur *Proceſſus defenſiuus*. *Exceptiones* autem, de quibus loquitur *Textus*, ſunt, quæ adducuntur ad deſtruendum proceſſum, & fiunt vel contrà dicta Teſtium demonſtrando ipſa non eſſe concludentia, inuerisſimilia, intrà ſe pugnantia, (& hæc eſt omnium exceptionum nobiliſſima;) vel contrà perſonam *Iudicis*; aut Teſtium, qui ſunt Inimici, Infames &c. vel contrà modum ſubſtantialem legaliter procedendi &c. de quibus infrà dicemus.

6. *Ideò nullus condemnari poterit*, puta ad aliquam pœnam, quamuis minimam, nec ordinariam, nec extraordinariam, *niſi ei defenſiones cum competenti termino trium, vel etiam quatuor dilationum cum ſpatio trium, vel plurium dierum pro qualibet, ad arbitrium Iudicis, & iuſtam Rei petitionem priùs aſſignetur*. Hic aduertendum eſt, quod licet videatur *Textus* loqui de defenſionibus, quæ dantur antè Sententiam, eo quod dicit *nullus condemnari poſſit &c.* tamen intelligendum eſt etiam de illis, quæ dantur ante decretum Torturæ, quod lato vocabulo venit ſub nomine *condemnationis*. Antè torturam enim neceſſariò debent concedi termini defenſorij, vt vltra *Textum* dicunt *iura*, & *Doctores*, (l) & iſtos eſſe de iure naturæ ſcribunt *Aſſlictus*, & *Scaccia*: (m) ſed debet intelligi, quod ſint de *iure naturæ* in quantum talis eſt defenſio, quæ in eis fit; non verò in quantum ſunt tres in numero cum dilationibus &c. hoc enim modo ſunt *de iure ciuili*.

7. Porrò, quod hic dicitur de dilationibus *cum ſpatio trium, vel plurium dierum ad arbitrium Iudicis, & iuſtam Rei petitionem*, debet accipi in terminis habilibus; puta, poſtquam ille, qui à *Reo* poſtulatus eſt in *Patronum*, acceptauit munus, & ipſi conſignata fuit copia actorum; tunc enim incipit currere terminus à *Iudice* aſſignatus *Reo* ad producenda omnia, quæ ad ſui defenſionem faciunt. Hoc ſcribo, quia aliquando vidi, quod à *Reo* fuerat poſtulatus in *Patronum* quidam, qui erat Superior cuiuſdam Monaſterij, & diſtabat à loco iudicij per duas dietas. *Iudex* annuit poſtulationi, & conſignauit *Reo* copiam actorum ſigillatam, cum termino trium dierum ad præſentandas defenſiones. Perrexit *Reus* ad *Patronum*, & biduo expirante, ad eum peruenit. Patronus, acceptato munere, & aperto proceſſu ſatis longo, miſit nuncium ad *Iudicem* cum petitione dilationis, proùt de iure. Nuncius peruenit ad *Iudicem* quinta die poſt conſignatam copiam, & decretum factum de conſignandis defenſionibus termino tridui: videns autem *Iudex* expiraſſe duos dies vltrà terminum aſſignatum reiecit petitionem *Patroni*, & decreuit non eſſe ampliùs *Reum* audiendum, quia tempus vtile ſibi aſſignatum iam expirauerat. Profectò fatuus fuit *Iudex* iſte, & de eius fatuitate participauit *Diffinitorium*, quod pendens totaliter ab eo, adhe-

Digitized by Google

adheſit voto *Prouincialis*, qui ſententiauit; & quod peius fuit, non intimata citatione *Reo*, qui manebat apud *Patronum*. Sed deuoluta cauſa per appellationem, conclamatum fuit *Romæ* contrà aſininam ignorantiam *Iudicis*, & reuocata Sententia.

8. Debet ergo perpendere *Iudex* magnitudinem cauſæ, multitudinem Teſtium, difficultatem habendi libros, quibus indiget in tali contingentia *Patronus*, & congruum tempus aſſignare. Licèt enim hoc committatur *arbitrio Iudicis*, tamen hoc non poteſt eſſe qualecunque, ſed debet regulari à ratione. Quomodò enim poterit dici ſufficiens triduum ad præſentandas defenſiones, ſi proceſſus eſt tantus, vt triduum ad eius lecturam minimè ſufficiat? Oportet ergo, quod *Iudex* det terminum congruum, & potiùs abundantem, quam deficientem; (niſi fortè aliquod periculum in mora interueniret,) ne videatur affectare, quod *Rei* defenſiones anguſtentur. Ampliuſque hoc non regulatur ſimpliciter ad *arbitrium Iudicis*, ſed etiam ad *iuſtam Rei petitionem*; *iuſta* autem petitio *Rei* eſſet, vt congruæ dilationes ſibi concederentur, ſi ab alio Conuentu afferri deberent libri neceſſarij, qui in illo Conuentu non ſunt; Si *Patronus* loqui debet neceſſariò cum alijs Teſtibus, antequam articulos probatorios conficiat; ſi debet videre corpus, aut locum delicti, vt ex eo poſſit deducere argumenta ad defenſam, locus autem diſtat; ſi dum *Patronus* incipit defenſiones laboret dolore capitis, vel febre, vel alio publico, & neceſſario negotio eſt impeditus &c. vel debet videre copiam alicuius actus publici aliò habendam, & ſimilia. Quod ſi *Reus* dilationes petat, etiam vltra quatuor, & rationabilem cauſam adducat, propter quam apparet, quod ipſe non eſt in mora doloſa; debet omninò *Iudex* eas concedere, & ſi denegat; poteſt *Reus* appellare; & *ſi Iudex* ad vlteriora procedit, nulliter agit, denegat enim *Reo* id, quod ad ſui defenſionem facit, quod nullo modo negare poteſt.

9. *Etiamſi Reus conuictus, & confeſſus ſit*. Loquitur nunc de defenſionibus ante Sententiam, non ante torturam, eo quia *conuictus*, & multò minùs *confeſſus*, torqueri non poteſt, vt alibi, (*u*) dicit *Textus*; quia tortura datur in defectum probationum in ordine ad condemnationem; *conuictus* autem ex ſolis dictis Teſtium condemnari poteſt; & *confeſſus* nulla vlteriori indiget probatione. *Etiam ſi ipſe Reus non petat*. Controuerſia eſt inter *Doctores* an *Reo* petenti copiam indiciorum ad defenſiones *Iudex* teneatur illam dare; & nonulli affirmant, alij negant. *Clarus*, (*o*) concordando opiniones dicit, quod ante torturam non datur copia actorum, niſi *Reus* petat; ſed ante Sententiam etiam *Reo* minimè petente concedi debet. Sed noſter *Textus* determinat, quod ſemper, etiam non petente *Reo*, detur, cum talis petitio ſit ſolùm ſolemnitas iuris, quæ apud Nos non curatur. *Niſi in caſu, quo confeſſus ſpontè illas renunciaret*. Notandum ad hoc, quod in delictis, in quibus imponitur pœna corporis afflictiua, non poteſt *Reus* ſuis defenſionibus renunciare, vt dicunt *Doctores*, (*p*) poſt quandam *Gloſſam*; tamen quia quilibet poteſt fauori ſuo renunciare, ſi quis ſpontè, ſciens ſibi nullum ſupereſſe præſidium, & volens citiùs expediri, defenſionibus renunciet, Iudex *non ità libenter renunciationem acceptare debet*; ſed inſtare, vt ſe defendat, & meliùs erit, ſi *Iudex* ex officio committat alicui *Religioſo* idoneo, vt defenſiones illi faciat, vt eſt praxis *Sacri Tribunalis fidei*. Quod ſi hoc non præſtet *Iudex*, nec *Reus* ſe defendat; non debet, ſtatim ac iſte defenſionibus renunciauit, proferri Sententia, ſed expectare debet, donec tempus aſſignatum pro defenſionibus expiret. (*q*)

10. Sequitur ex his, quod *eo minus ſuaderi* à *Iudice* debet *Reo* renunciatio defenſionis. Et benè aduertat *Iudex Regularis*, quod quantumuis *Reus* profiteatur ſe defenſionibus renunciare, tamen ille debet omnimodè *ex officio* ſtatuere terminum ad ſe defendendum; & hoc eſt eſſentiale; quia ſi talis terminus non ſit aſſignatus, *Reus* dicetur oppreſſus, & Sententia euadet nulla, vt poſt *Marſilium* ſcribunt multi: (*r*) & *Rota Lucenſis* annullauit duos proceſſus ex hoc capite, nempè quod terminus defenſionum non fuerat aſſignatus. Aſſignato autem termino defenſionum, ſciendum eſt, quod cùm agatur de fauore *Rei*, dies termini non computantur in termino; & ſic, ſi *Iudex* aſſignet tres dies vtiles, euadent quinque, intrà quos poterit *Reus* ſe defendere. (*s*)

11. Sed fortè dicetur, quod ex dictis videtur ſequi, quod nullo modo poſſit *Iudex* renunciationem defenſionum acceptare,

ptare, quod eſt contrà *Textum*, qui ſubiungit, quod renunciatione *acceptatà eam vim ſortitur, ac ſi Reus nihil habuerit, quod pro ſua defenſione adduceret*. Si enim *Iudex* renunciationem acceptet, quid faciet aſſignatio termini? Sed ad hoc dico, quod aſſignatio termini defenſionum debet præcedere quamcunque renunciationem, quæ à *Reo* fieri poſſit. Ponamus enim quod *Reus* extraiudicialiter dixerit *Iudici* ſe nolle vllas defenſiones facere, ſed ipſius pietati ſe remittere; tamen iudicialitèr debet primò *Iudex*, terminum defenſionum aſſignare; & ſi *Reus*, ſibi facta intimatione decreti, iudicialitèr dicat ſe renunciare defenſionibus, *Iudex* vel poteſt eas committere alicui ex officio, (quod diximus tutius eſſe,) vel poteſt renunciationem acceptare, vt dicit *Textus*; tamen debet, pati, labi terminum aſſignatum; antequam torturam decernat, aut finaliter ſententiet. Et ita nulla eſt contradictio.

T E X T V S.

§.II. Vt commodiùs, & tutiùs poſſit Reus ſuas defenſiones facere, ei (etiam ſi non petatur) aſſignandus eſt à Iudice Patronus, ſeù Procurator, qui ſit vnus ex noſtris Fratribus, quantum fieri poterit in hac profeſſione peritus, ſiue in Conuentu, in quo eſt Reus, ſiue ex alio auocandus, qui Patronus nominari regulariter debet à Reo ipſo, & ſic nominatus omninò concedi. Nominatus autem, niſi rationabilem in contrarium cauſam adducat, Patroni munus recuſare non poterit, ſub pœnis Superioris arbitrio reſeruatis. Acceptato verò à Patrono officio, à Iudice, ſine euidenti, & notabili cauſa in proceſſu deſcribenda, amoueri, & impediri non poterit; quòd item ſeruandum eſt à Superioribus ſiue Prouincialibus, ſiue Localibus, quatenùs ipſum alijs publicis, vel priuatis Conuentus officijs non impediant, & à cauſæ ſtudio, ac terminatione deducant; vt præcipuè poſſit, quoties voluerit, Reum alloqui, & cum illo tractare, ſine impedimento, etiam extrà carceres poſito, in cella aliqua, vel per Conuentum in carcere dimiſſo, niſi aliter delicti ratio ſuaſcrit.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

12. *Reus poteſt ſibi defenſiones facere.*
Et tunc concedenda ſibi ſunt omnia, quæ eius Patrono concedenda eſſent.
Debet ſibi tunc concedi Procurator.
13. *Patroni, aut Procuratoris aſſignatio quomodo facienda Reo.*
14. *Patronus debet eſſe vnus ex Fratribus noſtris.*
Si non reperitur in Conuentu eſt vocandus ex alio.
15. *In cauſa grauiſſima Reo petente, Patronum ex aliena Prouincia, hic debet concedi.*
Patronum non idoneum habere, & nullum habere perindè eſt.
Paria ſunt habere filium inhabilem ad ſuccedendum, & non habere.
Paria ſunt non legitimè facere aliquid, & non facere.
Patronum confidentem debet habere Reus.
Ægrotum oportet eſſe fidentem Medico.
Ad Degradationem à vicinis Prouincijs olim accerſebantur ſex Epiſcopi.
16. *Prouincialis tenetur Subditum ſuum licentiare, vt Patronus poſſit eſſe Rei, qui ex alia Prouincia illum nominauit.*
17. *Nominatus à Reo in Patronum nequit recuſare munus.*
Cauſæ ob quas ſe excuſare poteſt.
18. *Patronus, acceptato officio, non poteſt, niſi ex cauſa, amoueri.*
Cauſæ amotionis, quæ poſſint eſſe.
19. *Cauſa amotionis Patroni debet eſſe euidens, & notabilis.*
Et debet deſcribi in proceſſu.
Patronus poteſt agere contrà Iudicem, ſi eum amouet ex cauſa improbabili.

20. Pa-

20. *Patrono danda eſt omnis commoditas ad defenſam Rei.*

21. *Reus ponitur ad largam, dum defenditur.*

12. Agit nunc *Textus* de *Patroni* perſona, & officio; & aduerto, quod nullo iure prohibetur *Reus* ſibi ipſi defenſiones texere, & ſcripto mandatas *Iudici* præſentare; & tali caſu *Reo* ipſi concedenda ſunt omnia, quæ ordinat hic *Textus*, præſtanda eſſe *Patrono*; puta commoditas, copia librorum, allocutio cum Teſtibus, ſiuè alijs, qui ſibi poſſunt prodeſſe conſilio, aut doctrina, vt cum *Aduocato* aliquo ſęculari deuoto, vt dicit *Textus* paragrapho ſequenti: & caſu quo *Reus* eſſet in carcere detentus, & vellet ipſe ſuas defenſiones facere; ſibi eſſet aſſignandus in *Procuratorem Religioſus* grauis, quem ille peteret, vt poſſet pro co coram *Iudice* comparere, & alia præſtare quæ nequit ipſe in carcere detentus. Sed quia non omnes *Rei* docti ſunt, prouidit Lex, vt pro ipſis ſtaret *Patronus* iuris peritus, qui illos tueatur.

13. *Vt ergo commodiùs, & tutiùs poſſit Reus ſuas defenſiones facere, ei, (etiamſi non petatur) aſſignandus eſt à Iudice Patronus*, nempè caſu quo *Reus*, nolit ſibi fidere; *ſeu Procurator*; puta caſu, quo *Reus* ipſe velit ſe, ex ſe, defendere, nequeat autem præſtare ea, quæ ad hoc ſunt neceſſaria, quia vel carcere, ſeù intrà clauſtra detinetur, vel infirmitate eſt impeditus. Porrò aduertendum eſt, quod aſſignatio *Patroni*, quæ præſcribitur facienda à *Iudice*, non intelligitur quod debeat eſſe in indiuiduo, puta dicendo *aſſigno tibi P. N. in Patronum*, quia debet nominari à *Reo* ipſo, & eligi ille, quem ſibi vult, & ipſi omninò *ſic nominatus concedi*, vt habet *Textus* infrà, ſed aſſignatio debet eſſe in genere, vt dicendo *elige tibi Patronum, quem vis*; & quia hoc præſtatur ex officio *Iudicis*, ideò *etiam ſi non petatur* à Reo, tamen aſſignandus eſt.

14. *Qui ſit vnus ex noſtris Fratribus quantum fieri poteſt in hac profeſſione peritus; ſiuè in Conuentu, in quo eſt, ſiue ex alio auocandus*. Conſonat æquitati hic *Textus*, vt potè idemnitati *Rei*, & bonæ famæ *Religionis* proſpiciens, ne ſcilicet ex notitia criminis, quæ vageturextra clauſtra, minuatur; & cohæret alibi dictis. (t) Difficultas autem hic oriri poteſt, ex hoc quod præſcribitur, *ſi Reus Patronum* idoneum, cui ſe committat, non habet *in Conuentu, in quo eſt; ex alio ſit auocaudus*. Poteſt enim euenire caſus, quod non ſolum *in Conuentu*, ſed etiam *in Prouincia*, in qua eſt *Reus*, non reperiatur *Religioſus*, in quo ità confidat *Reus*, vt velit ei patrocinium ſuæ cauſæ committere. In tali ergo contingentia, quid agendum? Caſum hunc frequenter vidi, non quod *in Prouincijs* non ſint viri habiles ad tale munus; ſed quia munus *Patroni* periculoſum eſt; cum plerumque *Superiores*, qui proceſſus fabricantur, ægerrimè ferant impugnari eorum acta, & annullari; & cum nequeant in *Reos* defenſos pro libito animaduertere, contra Defenſores non raro feruntur, & ſic iſti fortunas ſuas perdunt; vndè non facile *Reus* bonum Defenſorem nanciſci poteſt, quia pauci inueniuntur, qui velint agonizare pro iuſtitia, & vt proximum tueantur, ſe *Superiorum* inuidiæ exponere. Præterquamquod non raro potentia *Iudicis* ſuſpectum reddit quemcumque de *Prouincia*, iuſteque timet *Reus*, nè ille, quem vocat in *Patronum*, vt aucupetur *Superioris* beneuolentiam, remiſſiùs agat in officio ſuo, nec ſe defendat, vt debet.

15. Dico, quod ſi agatur de cauſa grauiſſima, vt Triremium, Carcerationis longæ, grauis Torturæ, Infamiæ &c.; *Reuſque* petat *Patronum* ex aliena *Prouincia*, debet *Iudex* illum concedere. Ratio eſt, quia cotrarium non inuenitur in *Textu*, aut *Statutis Ordinis* ſancitum; imò in hoc *Textu* videtur non obſcurè ità firmatum: dicit enim, quod *Patronus ſiue ex Conuentu, in quo Reus eſt, ſiue ex alio, auocandus eſt*. Dum ergo non dicit, quod auocandus ſit ex alio Conuentu eiuſdem *Prouinciæ*, ſed indefinitè loquitur, liquet, quod ita accipiendus eſt *Textus*, vt loquatur de alio Conuentu ſiue alterius, ſiue eiuſdem *Prouinciæ*. Et re vera hoc non ſolum æquitati, ſed etiam iuſtitiæ congruit; quia quod *Reus* defendatur de iure naturæ eſt, ſequitur ergo, quod ſi ex ſe ineptus eſt ad defenſionem ſui, de eodem iure erit quod ſibi *Patronus* idoneus detur. Ex natura ergo tum officii, tum actus, quem præſtare debet *Patronus* requiritur, quod iſte talis ſit, quod poſſit perfectè præſtare, quæ ſunt ſui muneris; quod ſi talis non ſit, & cogatur *Reus Patronum*, quem non perfectè ſuo munere debere

fungi, credit, acceptare; perindè eſt ac ſi nullum *Patronum* haberet; ſicut enim paria ſunt non habere filium aptum ad ſuccedendum iuxtà diſpoſitionem ſucceſſionis, & non habere vllum filium; paria itidemque ſunt, aliquid minùs perfectè, aut minùs legitimè facere, & ſimpliciter non facere, vt dicunt *Doctores*, (u) ità paria erunt *Patronum* non idoneum, qui minùs legitimam defenſionem præſtabit, habere, & ſimpliciter neminem habere. Quod fortiùs ſuadetur ex hoc, quod ſi de facto nullus idoneus daretur in *Prouincia*, vt euenire poteſt in *Prouincijs* paruis, teneretur, in conſcientia, *Iudex, ex officio*, ad *Rei* idemnitatem, ex aliena *Prouincia Patronum* accire, ſicut, ex diſpoſitione *Statutorum*, (x) ſi non habet Lectores idoneos in ſua *Prouincia*, obligatur ad petendum à *Generali*, vt ex alijs *Prouincijs* habiles ad docendum tranſmittat; ergo idem erit caſu, quo *Reus* nullum reputet idoneum ſiuè ex defectu peritiæ in re criminali, ſiue ex iuſto metu, ne ille, ob proprium intereſſe, ſtrenuè, vt debet, non ſe gerat ad ſui defenſionem. Sicut enim, (vt dicebat *Auicennas*) *Oportet ægrum eſſe fidentem Medico*, (z) vt illi vitam ſuam tutò poſſit committere; non minùs Clientulus ſibi confidentem habere debet *Patronum*, cui famam, fortunas, & vitam etiam ſuam ſuam committat; & proindè ordinatur in *Textu*, quod *Iudex omninò* concedat ſibi illum, quem ipſe nominauerit, tanquam illum cui fidit. Quemadmodum ergo defectus ſcientiæ in *Religioſis* vnius *Prouinciæ* obligaret *Iudicem* ad prouidendum *Reum de Patrono*, vocando ex aliena; ità defectus confidentiæ in *Reo* erga eoſdem eandem inducet obligationem. Et quidem ſi, ad *Rei* defenſam, ex alia *Prouincia* examinandus eſſet Teſtis, vocandus omninò eſſet; vel dandæ ad ſuum *Superiorem* litteræ Remiſſoriales vt illum examinaret; & quare ergo vocandus ex eadem non erit *Patronus*, ſi *Reus* non habet in propria *Prouincia* confidentem? Et profectò videmus, quod per *Sacros Canones* (a) decretum olim fuerat, quod ſi contra Clericum ageretur criminaliter de delicto importante Degradationem ab Ordine, conuocandi erant *Epiſcopi* à vicinis *Prouincijs* ad Concilium. Et hoc non ex alia cauſa, niſi vt in præſidium *Rei* ipſe iudicaretur à pluribus, de quorum ſententia dubitari non potuiſſet, & non ab vno tantùm *Iudice*; & rationem aſſignat *Canon* dicens *Nam multi ſunt, qui in diſcuſſos poteſtate tyrannica, non authoritate Canonica damnant; & ſicut nonnullos gratia fauoris ſublimant, ita quoſdam odio, inuidiaque permoti humiliant, & ad leuem opinionis auram condemnant*. Proindè in Degradationis ſententia, ſecundum veteres *Canones* (b) ſex ad minus *Epiſcopi* conuocandi erant; Et licet ex poſt *Concilium Tridentinum* (c) indulſerit, quod loco *Epiſcoporum* adhibeantur tot *Abbates mitrati*; tamen iſti ſunt veri *Iudices*, & *Aſſeſſores*, & ipſorum ſuffragio ſtandum eſt, vt poſt *Gemin.* & *Sylueſtrum* reſoluit *Suarez*: (d) nec ſunt ſimpliciter adhibiti ad ſolemnitatem, vt putauit *Aldrete*: (e) etenim, in tantùm per *Canones* decreti ſunt *Epiſcopi* ad degradationem, in quantum vt cauſa grauis, ob quam facienda eſt Degradatio ab illis iudicaretur, vt ex ſupracitato *Canone* retulimus; vndè patet, quod illi erãt veri *Iudices*; & cum à *Tridentino* in eorum locum ſuffecti ſit *Abbates*, liquet quod iſti ſint veri *Iudices*, nec ex variatione perſonæ mutatum eſt officium, aut poteſtas. Ex hoc igitur patet intentum noſtrum; ſi enim ad *Rei* indemnitatem à ſuis *Prouincijs* vocabantur *Epiſcopi*, vt *Iudices* eſſent, nec ſinerent ipſum iniuſtè damnari, æquũ pariter eſt, vt in cauſa grauiſſima ab alia *Prouincia* vocetur *Patronus*, qui eum defendendo ab iniuſta ſententia aſſecuret. Teneo ergo, quod omninò concedi debet *Patronus*, qui petitur à *Reo*, ſiuè à propria, ſiuè ex aliena *Prouincia*; & ſi *Iudex* nolit concedere, poſſe *Reum* tanquam ſuper grauamine ſibi illato, appellare, & debere appellationem tanquam legitimã admitti. Excipio tamen à ſupradictis, ſi *Reus* non ab aliqua ex *Prouincijs* conterminis, ſed ab alia maximè remota *Patronum* nominaret, abſque vlla legitima cauſa *Iudici* ipſi aſſignanda; & eo maximè ſi Cauſa non eſſet vrgentiſſima, aut periculum eſſet in mora, aut immineret celebratio *Capituli &c.* ſignum enim eſſet, quod *Reus* vellet redimere tempus, & talem *Patronum* à ſe deligi non ex neceſſitate defenſionis, ſed ex alio indirecto motiuo; & tunc non eſt eius petitioni deferendum, ſed compellendus eſt, vt ex viciniori aliqua *Prouincia* alium nominet.

16. Sed tenetur ne *Prouincialis* alterius *Prouinciæ* Subditum ſuum, electum à *Reo*, vt præfertur, in *Patronum* licentiare, vt

re, vt poſſit *Reum* adire, & ab eo informari de pertinentibus ad cauſam ſuam? Dico quod ſic. Ratio eſt, quia *Textus* abſolutè, & indefinitè loquens dicit, quod *debet, à Reo ipſo nominatus, omninò concedi*; dum ergò non dicit, quod debeat concedi à *Iudice*, ſed dicit abſolutè *omninò concedi* intelligendum eſt, quod debeat concedi, tum a *Iudice* Cauſæ, tum ab alijs *Superioribus*, qui hac lege ligantur. Fora enim, & maximè *Religionis*, debent ſe inuicem iuuare; & ſicut *Prouincialis* alterius *Prouinciæ* teneretur pro expeditione alicuius Cauſæ proprium Subditum examinare ex Remiſſione ſibi facta à *Iudice* cauſæ; aut illum ad ſe mittere, vt ab eo poſſet examinari; ità pariter ſi à ſe peteret aliquem ex ſuis à *Reo* nominatum in *Patronum*.

17. *Nominatus autem, niſi rationabilem in contrarium cauſam adducat, Patroni munus recuſare non poterit, ſub pænis Superioris arbitrio reſeruatis*. Et quæ nam ſunt cauſæ iſtæ? Multæ poſſunt eſſe; puta impedimentum publici officij, vt Concionum, Lecturæ, aſſiduæ Confeſſionis, quæ cum publicæ vtilitatis ſint, nequeunt ob priuatum bonum prudenter omitti; corporis infirma valetudo; conſcientia propriæ inhabilitatis in re criminali; ſiuè natura pauida; mens ſcrupulis agitata; periculum incurrendi iuuidiam *Iudicis* potentis, & religioſam fortunam perdendi; & plures aliæ, quas prudentia ſuggerit.

18. *Acceptato verò à Patrono Officio, à Iudice ſine euidenti, & notabili cauſa in proceſſu deſcribenda, amoueri, & impediri non poſſit*. Cauſa *euidens*, & *notabilis* in hoc loco accipienda eſt ea, quæ manifeſta ex ſe eſt, & cum hoc, eſt grauis ſiue in bonum, ſiue in malum. Exemplū eſſe poteſt ſi *Patronus* acceptato munere, & cœptis defenſionibus, pro totius *Religionis* bono mittendus eſſet ad *Principem*, apud quem diutiùs commorari eſſet neceſſe, pro magno aliquo negotio tractando. Viceuerſa ſi ſi euidenter conſtaret *Iudici Patronum*, pacta pecunia cum *Reo* conueniſſe de hoc defendendo, & promiſiſſe, ſe auctoritate, officijs, precibus, aut alia via ſubornaturū Teſtem à ſe dependentem vt reuocet aliquo modo dicta contra *Reum* in fauorem Fiſci. Tali caſu poteſt *Iudex* remouere *Patronum*, licet incœpto patrocinio.

19. Sed ſi cauſa talis remotionis eſſet turpis, & infamatoria ipſi *Patrono*, & à *Iudice* tantùm extraiudicialiter ſcita, nec iudicialiter probari poſſet, eſſet ne locus remotioni? Dico, quod non; quia cauſa debet eſſe *euidens*, & *notabilis* copulatiuè vt habet *Textus*, & debet in proceſſu deſcribi; ſi ergo tantum extraiudicialiter ſciatur, & probari nequeat, *euidens* non eſt; euidentia enim reſultat vel ex natura facti ad ſenſum, vel ex probatione per Teſtes, & inſtrumenta, quæ cum deſint, vt ſupponitur, non poterit dici cauſa *euidens*; & ſi Iudex imprudens talem cauſam vt præfertur, non probabilem in proceſſu deſcriberet, & prætenderet ex ea amouere *Patronum*, poſſet hic agere contra *Iudicem* actione iniuriarum, & ipſum inter anguſtias conijcere.

20. *Quod item ſeruandum eſt à Superioribus ſiuè Prouincialibus, ſiuè localibus, quatenùs ipſum alijs publicis, vel priuatis Conuentus officijs non impediant, & à cauſæ ſtudio, ac terminatione deducant*. Fauore *Rei* omnia hæc conceduntur, vt *Patrono* ſuo nihil deſit, quod ad ſui defenſam conducat. Debet autem hic accipi, quod *Patronus*, ex acceptato munere, non ſolùm eximatur à communibus functionibus, ſed etiam quod ei facienda ſit omnis commoditas eundi è Conuentu, ad videndos libros legales, qui in Conuentu non ſint, & de facili haberi non poſſint; & omnia alia ſubminiſtranda ſint, quæ ad perfectionem officij ſui conducunt. Proindè ſi petit à *Iudice* facultatem eundi ad alium Conuentum, vt ibi videat locum, ſiuè corpus delicti; aut informetur à Sæcularibus circà aliquod factum; aut Scripturam à publico Archiuio compulſet; aut aliquem Teſtem ab alio Conuentu vocet &c. omnia indulgere *Iudex* debet; & ſi deneget iniuſtè petitam facultatem, poteſt conqueri de grauamine, quod ſuo Clientulo infertur, & nomine ſuo appellare, & cauſam ad ſuperius Tribunal deducere.

21. *Præcipuè poſſit quotiès voluerit Reum alloqui, & cum illo tractare ſine impedimento, etiam extrà carceres poſito in cella aliqua, vel per Conuentum in carcere dimiſſo*. Quandò faciendæ ſunt defenſiones, *Reus* debet poni *ad largam*; ſcilicèt non in ſecretis, aut ſtrictis carceribus, ſed in carcere communi, & ſpatioſo, vt poſſit loqui liberè cum *Aduocatis*, & *Procuratoribus*, prout eſt praxis Criminaliſtarum. Sed in Religionibus, in quibus, vt plurimùm, vnus tantùm carcer eſt, hoc nequit practicari. Vſus proindè obtinuit, quod *Reo*

detento in eodem carcere, in quo poſitus eſt ad cuſtodiam, perſeueret; ſed illi detur facultas libera loquendi totiès, quotiès voluerit eum *Patrono* ſuo. Hoc autem dico ſi caſus eſt grauiſſimus, ob quem inducatur vehemens ſuſpicio fugæ. Cæterum poteſt vel in aliquam cellam clauſam transferri, vel per Conuentum dimitti, vt dicit *Textus*. Porrò hoc *Iudicis* arbitrio committitur.

TEXTVS.

§. III. In grauiſſima aliqua cauſa, cui Triremium, Carceris, Torturæ, Infamiæ, vel ſimilium, pœna imponenda eſſet, poterit Patronus peritum aliquem, deuotum, ac ſecretum Sæcularem adire pro conſilio; cui etiam proceſſus copiam oſtendere valebit, & illius ope Exceptiones conficere, Defenſioneſque inſtruere. Qua ratione poterunt Iudices in caſu grauiſſimo, præſentibus Deciſionibus, ac Statutis Ordinis non comprehenſo, deputare aliquem præſtantem, & peritum Aduocatum ſæcularem, à quo ſecreti iuramentum exigant, cuius conſilio, & voto in difficilioribus Cauſæ punctis procedant. Teneanturque Iudices huius electionis, ſeu deputationis in proceſſu mentionem facere, & votorum, quæ dabuntur, originalia in eodem proceſſu regiſtrare, à quibus non poſſunt, tuta conſcientia, integraque iuſtitia, reſilire. His duobus caſibus exceptis, tam Patronus, quàm Iudex, qui ad Sæculares Fratrum cauſas, pro conſilio, vel auxilio, quoquomodò detulerint, reuelationis ſecretorum Ordinis pœnas incurriſſe, Statuta declarant.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

22. *Conſilium ab Aduocato ſæculari quibus caſibus ſit petendum à Iudice vel Patrono.*
Cauſa grauiſſima quæ dici poſſit.
23. *Carceris ſemeſtris pœna indicat cauſam grauiſſimam; ſed non minor ſemeſtri.*
Tortura Funis, & Ignis reddit Cauſam grauiſſimam.
Crimen nefandum morte plectendum iure Cæſareo.
24. *Copia actorum, oſtendenda Aduocato Conſiliario.*
Patronus nequit aperire qualitates turpes Iudicis, Accuſatoris, aut Teſtium pro excipiendo contra eos.
Quid agendum quandò ex turpis cauſæ exceptione ſaluari poſſet Reus?
25. *Si Peritus de re criminali reperitur in Religione, nequit Patronus petere conſilium ab Aduocato Sæculari.*
Cauſa diſpenſationis ceſſante, ceſſat diſpenſatio.
26. *Conſilium ab Abuocato Sæculari quibus in caſibus, & ad quid petendum à Iudice.*
27. *Iuramentum petendum à Conſiliario Aduocato.*
Poteſt tamen omitti, recommendato tantùm ſilentio.
28. *Conſiliarij electio, & eius votum originale inſerendum in proceſſu.*
Conſiliarius verus Aſſeſſor.
Conſilium non tenetur ſequi, qui tenetur petere.
Iudex in iudicando tenetur ſequi, conſilium Aſſeſſoris.
Laicus poteſt eſſe Aſſeſſor in cauſa Eccleſiaſtica.
Iudex adhibens Aſſeſſorem, quia ſtudere non vult, peccat mortaliter.
29. *Iudex Regularis ex ſola neceſſitate poteſt petere conſilium ab Aduocato, ſicut & Patronus.*
30. *Conſiliarius ſi det euidenter conſilium malum, Iudex non debet illud ſequi.*
Iudex debet iudicare ſecundùm iura, & conſcientiam ſuam.
Conſilium, vt tale ſit, debet eſſe conſonum iuri.
Conſilium malum eſt deceptio, & non conſilium.
31. *Debet Iudex recenſere in proceſſu conſilium Aduocati, quod tamen non ſequi vult.*

32. *Iudex,*

Digitized by Google

32. *Iudex, & Patronus, qui Religionis Cauſas deferunt Sæcularibus, quandò incurrant pœnas Reuelantium ſecreta Ordinis.*
Prætextus quid ſit.
Reus petens conſilium ob veram iniuſtitiam factam, vel faciendam, non eſt Reuelator ſecretorum Ordinis.

22. IN hoc *Textu* ſalubriter prouidetur nè aut *Reus* ob imperitiam *Patroni*, vltrà debitum, ſuccumbat; aut iuſtitia ob difficultatem cauſæ periclitetur. Fit ergo tum *Patrono*, tum *Iudici* facultas petendi Conſilium, vt quilibet munere ſuo perfectè fungatur. Dicit ergo, *In grauiſſima aliqua cauſa, cui Triremium, Carceris; Infamiæ, vel ſimilium pœna imponenda eſſet, poterit Patronus peritum aliquem deuotum, ac ſecretum Sæcularem adire pro conſilio.* Aduerto, hic determinari, quænam inter Nos dicatur *Cauſa grauiſſima*, & eſt ea, in qua *Reo*, ad normam *Statutorum Ordinis*, imponitur *grauiſſima pœna*, puta *Triremium* ſiuè perpetuò, ſiuè ad tempus, ſicut etiam *Carceris, Torturæ, Infamiæ, vel ſimilium*, puta *Expulſionis ab Ordine, perpetuæ Priuationis Officiorũ Ordinis; perpetuæ Priuationis caputij &c.* Sed circa *Carceres*, & *Torturam*, puto, quod vniuerſaliter accipienda non ſint. Verum enim eſt, quod pœna carceris formalis, licet pro breui tempore, priuationẽ actuum legitimorum poſt ſe relinquit, vt patet in pœna Apoſtaſiæ leuiſſimæ; tamen contra rationem eſt, quod omne crimen, cui carceris pœna imponitur, dicatur *grauiſſima Cauſa*, quia etiam graduationes dantur inter illa delicta, quibus talis pœna datur, & incongruum eſt, quod omne tale indifferenter titulo *grauiſſimæ Cauſæ* nominetur, cum inter ſuperlatiua in eodem genere exceſſus non detur. Paritèr nomine torturæ venit *quodcumque corporis afflictiuum*, vt dicit *Textus*, (a) & ſic *Arctatio, Domus diſciplinæ, Ieiunium, Flagellatio*, dicuntur *Tortura*, & ex præſcripto *Textus*, (b) *in grauioribus delictis* adhibentur; non poterit ergo dici *grauiſſima Cauſa* omnis illa, in qua *Tortura* cuiuſuis generis irrogatur.

23. Dico ergo, quod reſpectu *Carceris grauiſſima cauſa* debet dici illa, in qua imponitur *Carcer* ad minus *ſemeſtris*, vt eſt in *Falſario deponente in iudicio; Fabricatore Libelli famoſi; Fornicatore pro prima vice*, vt habet *Textus*, (c) talia enim crimina, re vera, grauiſſima ſunt ob grauiſſimam iniuriam, quam proximo inferunt, & maximum damnum, quod *Religioſis* infertur, eius quietem perturbando, & bonam famam prodendo. Cæterum *Carcer* minor ſemeſtri non debet dici *Cauſa grauiſſima* cum detur pro delictis, quæ in ſe grauiſſima non ſunt, vt patet in *Vſurpante per iocum verba Scripturæ; Proferente obſcæna verba; Prælatum Conuiciante; ſudarijs lineis Vtente; Equitante, ſeu Quadrigante &c.* quibus ex præſcripto *Textus* (d) *Carcer* minor ſemeſtri imponitur. Pari modo *Tortura*, quæ reddit *grauiſſimam Cauſam*, dicenda ſolùm eſt Funis, & Ignis. Tormentum enim Funis non datur *niſi in atrociſſimis, & grauiſſimis delictis.* (e) Ignis autem adhibetur in crimine innominabili, quod à *Lege Ciuili* (f) vltimo ſupplicio vindicatur.

24. *Cui etiam proceſſus copiam oſtendere valebit, & illius ope Exceptiones conficere, Defenſioneſque inſtruere.* Aduerto hic, quod *exceptiones* aliquando poſſunt fieri contrà perſonas aut *Iudicis*, aut Teſtium, ex cauſa turpi. Tali caſu, licet ne *Patrono* reuelare *Perito Conſiliario* qualitates turpes *Iudicis*, vel Teſtium, à quibus *exceptiones* deducat? Dico quod non; & ſi hoc faceret, peccaret mortaliter, & incurreret in Caſum reſeruatum, quia proderet peccatum mortale alicuius particularis, per quod detrimentum fieret *Religioni.* (g) Sed ſi per talem exceptionem poteſt indemnis conſeruari Clientulus ſuus, ad cuius defenſionem in conſcientia tenetur, videtur ex hoc capite, quod poſſet *Conſiliario* talem cauſam aperire. Sed dico quod non; poteſt enim ſaluare vtrumque indemnem hoc modo. Puta petendo conſilium in tertia perſona, vt dicendo *Si eueniret caſus, quod ſiuè Iudex, ſiue Teſtis aliquod commiſſet crimen, ob quod ipſo facto incurreretur Excommunicatio, & priuatio Officij cum inhabilitate, & hoc poſſet quidèm concludenter probari, nondum autem deductum eſſet ad Forum contentioſum; aut aliquis Teſtis infamis eſſet, ex lata ſententia Iudicis; quomodo poſſet Patronus validam exceptionem proponere?* Tali pacto nec perſona panditur, nec crimen; & æquè benè *Conſiliarius* poſſet *Patronum* informare de modo ſe gerendi.

25. Aduerto autem, quod ſi intra clauſtra habet *Patronus Religioſum* expertum,

tum, à quo æquè benè poſſit conſilium habere, ſicut à *Conſiliario Sæculari*, cenſeo, quod non poſſit tuta conſcientia ad Sæcularem recurrere. Ratio eſt, quia, neceſſitate vrgente, multa licent, quæ fieri non poſſunt, illa non interueniente; paritérque facultas hìc indulta, petendi conſilium à ſæculari, eſt mera diſpenſatio Statuti, in quo ſedulè inuigilat *Religio*, ne eius defectus extra clauſtra diuulgentur. Diſpenſat autem, ne, ex defectu peritiæ in *Patrono*, lædatur *Reus*, & hoc ex neceſſitate, quia nempè conſilium æquè bonum ſupponit haberi non poſſe intra clauſtra. Si ergò ceſſat talis neceſſitas; ceſſat ratio diſpenſationis, & ſic etiam diſpenſatio, vt *iura (b)* volunt.

26. *Qua ratione*, ex eodem nempè principio, (puta quod ex mala adminiſtratione iuſtitiæ non lædatur propter *Iudicum* imperitiam in re criminali ius *Religionis*, aut *Rei*) *poterunt Iudices in caſu grauiſſimo præſentibus Deciſionibus, & Statutis Ordinis non comprehenſo, deputare aliquem præſtantem, & Peritum Sæcularem, à quo ſecreti iuramentum exigant; cuius conſilio, & voto in difficilioribus Cauſæ punctis procedant*. *Caſus grauiſſimi*, qui nec in *Textu*, nec in *Statutis Ordinis* reperiuntur, concernere poſſunt non methodum procedendi, quia de omnibus delictis per indaginem iudicialem inueſtigandis eadem eſt Regula per *Textum* abundè data; nempe quod procedatur *per Inquiſitionem* ex officio, aut ad inſtantiam partis *per Accuſationem*, *Denunciationem*; *vel Exceptionem*; ſed tantum tangit pœnas infligendas, quia non reperiuntur taxatæ à *Conſtitutionibus Ordinis*. Licet autem *Textus (i)* poteſtatem faciat *Iudici* eas eruendi *ex Sacris Canonibus*, *& probatis legibus, ac conſuetudinibus*, *prout ratio ſuaſerit*; tutiùs tamen eſt, tali caſu, procedere cum conſilio alicus, qui maiorem habeat peritiam in *Legibus Pontificia*, & *Cæſarea*, de quibus, intrà clauſtra Peritos reperire, rarum eſt. Paritèr indigentia conſilij in huiuſmodi caſibus arduis eſt in probatione Corporis delicti, qua non perfectè ſubſiſtente, ruit totus proceſſus; & in facti contingentia, benè ad hoc punctum aduertant *Iudices*, & non expectent petere conſilium in expeditione cauſæ, quæ poſt longos labores, ex non benè probato corpore delicti, corruat; & ſic *Serò ſapiant Phryges*. Difficultas paritèr eſſe poteſt in iudicando, an per Defenſiones ſint totaliter, aut in quo gradu, infirmata indicia contraria; an ſuperſit locus Torturæ; & in quo gradu; & quomodo danda; & in his omnibus petendum eſt conſilium *Aduocati*.

27. Circà exactionem autem iuramenti ab *Aduocato* dandi, de tenendo ſecretò, aliqua difficultas eſt, quia Viro graui videtur aliquando inuri iniuria, petendo ab eo iuramentum de ſecreto cuſtodiendo, ac ſi de leuitate eſſet de ſuſpectus, nec ſibi, niſi iurato, fidere aliquis poſſet. Si ergo à talibus iuramentum ſecreti peteretur, de facili petentibus ſuccenſebunt; nec, etiam rogati, conſilium dabunt. Puto ergo æquum non eſſe indiſcriminatim, & à quouis, tale iuramentum petere; ſed cum Viris cordatis, & magnæ grauitatis ſufficere, quod *Iudex* dicat, *Se*, *ſub ſigillo ſecreti naturalis*, *tale negotium reuelare*. Sicut enim cum grauiſſimis perſonis diſpenſatur in iuramento aſſertorio, *quorum depoſitionibus etiam non iuratis ſtandum eſſe rationabile eſt*, vt habet alibi *(l) Textus*; ita pariter dicendum eſt de iuramento ſecreti, quod eſt promiſſorium: & ſatis prouiſum erit indemnitati famæ *Religionis*, ſi, ſub naturalis ſigilli ſecreto, illis negotium aperiatur.

28. *Teneanturque Iudices huius electionis*, *ſeu deputationis in proceſſu mentionem facere: & votorum*, *quæ dabuntur originalia in eodem proceſſu regiſtrare*, *à quibus non poſſunt*, *tuta conſcientia*, *integraque iuſtitia*, *reſilire*. Ex hoc *Textu* videtur deduci, quod *Aduocatus Sæcularis*, de quo hìc tractatur ſit potiùs *Aſſeſſor*, quàm ſimplex *Conſiliarius*, ex quo *Iudex* tenetur eius conſilium ſequi; vt enim deducitur ex *iure*, *(m)* & notat *Abbas*, licet quis à lege, vel Statuto obligetur ad petendum conſilium in aliquo caſu, non tamen tenetur conſilium ſequi. Quia verò ordinat *Textus*, quod *tuta conſcientia*, *& integra iuſtitia reſilire* non poſſunt *Iudices* à conſilio periti *Aduocati*, liquet, quod hìc non poteſt cenſeri ſimplex *Conſiliarius*, ſed verus *Aſſeſſor*, vt enim ex *Angelo*, & *Baldo* probat *Antonius Franciſcus Addens* ad *Abbatem*, *(n) Iudex* in iudicando tenetur ſequi conſilium *Aſſeſſoris*; vndè cum hìc præſcribatur, quod *Iudex* non recedat à conſilio *Aduocati Sæcularis*, iſte re vera dicendus erit *Aſſeſſor*. Quod autem Laicus poſſit aſſumi in *Aſſeſſorem* à *Iudice*

Eccle-

Eccleſiaſtico dubium non eſt, vt *Canoniſtæ* (*o*) teſtantur, & expreſsè deducitur ex quadam *Decretali*, (*p*) ex qua textualiter habetur quoddam notabile, & eſt, quod *Iudicis conſcientiæ remittitur Aſſeſſorem in cauſa adhibere*; hoc enim non quomodolibet fieri poteſt, ſed quandò adeſt neceſſitas, quia nempè *Iudex*, etiam poſt longum ſtudium, nequit cauſæ merita, ex ſe ipſo, diſcutere. Quod ſi iſte negligens eſt, & non vult ſtudere, & in ſubſidium ignorantiæ ſuæ accerſit *Aſſeſſorem* peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem in cauſa ciuili, vt disertè ibi habet *Gloſſa* (*q*) quia grauat Partes in expenſis, cum debeat ab iſtis dari ſalarium *Aſſeſſori*.

29. Quadrat autem doctrina hæc etiā in *Iudice Regulari*, & Cauſa criminali; ita vt non poſſit, tuta conſcientia, iſte petere conſilium ab *Aduocato*, niſi in caſu, quo, etiam poſt adhibitam diligentiam, ipſe, in conſcientia, ſcit, ſe ineptum ad iudicandum, & rectè procedendum. Ratio eſt, quia ſicut læditur in cauſa ciuili ius Partium, quæ ſentiunt damnum ex ſalario dando *Aſſeſſori*, ſic in cauſa criminali læditur *Religio*, cuius fama patitur detrimentum, dum reuelanda eſt *Aſſeſſori* turpitudo *Rei*, quæ maculat *Religionem*. Nec circa hoc ſuffragatur diſpoſitio *Textus*; quia, vt dicebam, eſt merè diſpenſatiua, & ſupponit cauſam neceſſariam, & alio modo inſuperabilem. Et quod dico de *Iudice*, etiam intelligo de *Patrono*, de quo eſt eandem ratio.

30. Non parua dubitatio emergit ex hoc, quod ordinat *Textus*, quod à voto *Conſiliarij*, ſeu veriùs *Aſſeſſoris*, *Iudices non poſſunt, tuta conſcientia, integraque iuſtitia, reſilire*. Dato enim, quod prece, vel pretio corruptus *Aſſeſſor* votum iniuſtum daret, num poſſet *Iudex*, tuta conſcientia, iuxta illud interlocutoriè, vel finaliter ſententiare, quantumuis iniuſtitiam voti cognoſceret? In hac difficultate diſcordant *Innocentius*, & *Hoſtienſis*, ille enim allegando quandam *legem* (*r*) vult, quod cum *Arbiter* non poſſit ligari, vt ſententiet ſecundum conſilium tertij, ità neque *Iudex*; proindè ſi Statutum dicat, quod ſententia feratur à *Iudice* iuxta votum *Conſiliarij*, non tenetur illud de neceſſitate ſequi *Iudex*, qui iudicare debet ſecundùm ius. Vndè ſequitur, quod ſi videt votum eſſe contra Leges, non tenetur *Iudex* illud ſequi. *Hoſtienſis* contrarium ſentit, & dicit, quod ex quo ordinatur à lege, quod *Iudex* ſententiet iuxtà votum *Conſiliarij*, votum illud ſuccedit loco Legis; & ſic ſententiando ſecundùm illud, ſententiat iuxta legem; vnde ſi videt votum iniuſtum, debet conſcientiam contrariam deponere, & ſe voto *Conſiliarij* conformare. In hac difficultate melior eſt ſententia *Abbatis*, & aliorum, vt ipſe refert, (*s*) qui amplectuntur dictum *Innocentij*. *Iudex* enim habet iudicare ſecundum iura, & conſcientiam, ſuam, (*t*) & hac repugnante, contra eius dictamen iudicando, peccat, dum clarè nouit, Leges Sententiæ ſuæ refragari. Nec valet fundamentum *Hoſtienſis*, quod nempà votum *Conſiliarij* loco Legis ſuccedat, & ita conſilium eius vigorem Legis habeat. Quia hoc verum eſt quando conſilium iuri, & rationi congruit; quia vt aliquod poſſit verè vocari conſilium, oportet, quod illud ſit iuſtum, vt vult *Bartolus*, & alij. (*u*) Lex ergo ordinans, quod *Iudex* ſequatur conſilium *Aſſeſſoris*, intelligit de conſilio iuſto. Conſilium verò euidenter malum eſt deceptio, aut perverſio, & non conſilium. Et ita reſoluendum, quod non aliter accipiendus eſt *Textus*; & ſi votum *Aſſeſſoris* eſt iniuſtum, aut tale Iudicibus videtur, non eſt ſequendum.

31. Sed dices, tenetur ne, tali caſu, *Iudex* adnotare in proceſſu votum *Aſſeſſoris*, quod tamen non vult ſequi? Dico quod ſic; & hoc, tum quia à *Textu* præſcribitur, quod votum tale, quale eſt, in proceſſu inſeratur; tum vt ſi Cauſa ad alium *Iudicem* deuoluatur per Appellationem, poſſit iſte cognoſcere bonam rationem, quam habuit *Iudex à quo* recedendi à voto palàm iniuſto: de facili enim, ſi *Aſſeſſor* corruptus eſt, votum dabit iniuſtum ad fauorem *Rei* conſulendo, quod non ſit locus Torturæ, aut pœnæ; proindè ſi, relicto voto, *Iudex* aliud contra *Reum* decernet, poterit *Reus* appellare ex eo, quod ille, ad præſcriptum *Textus*, ſententiam *Aſſeſſoris* non ſequatur, & ita ad maius Tribunal deuoluetur.

32. *His duobus caſibus exceptis, tam Patronus, quam Iudex, qui ad Sæculares Fratrum cauſas pro conſilio, vel auxilio quoquomodo detulerint, reuelationis ſecretorum Ordinis pœnam incurriſſe Statuta declarant*. *Textus* iſte, qui videtur afficere tantum *Patronum*, & *Iudicem*, quadrat etiam

etiam pro omnibus alijs, qui (fortè ex amicitia volentes *Reum* iuuare) ad Sæculares recurrerent pro conſilio, aut auxilio: eadem enim ratio eſt. Ad incurrendam verò pœnam ſic Recurrentibus debitam, (quæ eſt priuatio actuum legitimorum) oportet, quod Recurrens aperiat in indiuiduo tum crimen, tum perſonam, tum *Religionem*. Euaderet autem pœnam, ſi ei, à quo conſilium petit, figuraret caſum in genere, dicendo, *Si in aliqua Religione, in qua eſt talis lex, reperiretur aliquis, qui tali modo imputaretur, deliquiſſe: & Iudex taliter procederet, quo pacto poſſet Reus iuuari?* Ratio eſt, quia tali pacto non reuelaret ſecretum *Ordinis*, cum ipſum, nec *Iudicem*, aut *Reum* ſpecificet; licet poſſet ille, à quo conſilium petitur, ſuſpicari, quod de propria *Religione* loquatur.

33. Licet verò ex hoc *Textu* non videatur interdictum *Reo*, in cauſa propria Conſilium quærere, quia loquitur tantum de *Patrono*, & *Iudice*; & cum ſit lex pœnalis, quæ ampliationem non patitur, non eſt extendenda ad illum, de quo ratio eſt diuerſa. Tamen hoc idem prohibetur in *Textu* alibi, (x) vbi habetur. *Ad Sæcularium Aduocatos, Procuratores, Iudices, & Tribunalia quæcunque, prætextu iniuſtitiæ ſibi factæ, ſiue pro conſilio, ſiue pro fauore Recurrens, actibus letimis priuandus eſt*. Vbi notandum eſt, quod non punitur, qui ſimpliciter recurrit pro *conſilio &c.* Sed qui recurrit *prætextu iniuſtitiæ ſibi factæ*. Illud autem, quod fit *ſub prætextu*, fit ex falſa cauſa; *prætextus* enim, vt explicat *Caluinus*, (z) dicitur *Color quæſitus*, & *prætexere*, à quo deriuat *prætextus*, vt obſeruat *Budæus* ſumitur translatè pro *obtendere*; hoc eſt velare, aut obnubilare veritatem. Si ergo aliquis fingit *prætextum* ſibi factę iniuſtitiæ, & adit Sæcularem pro conſilio, committit in hanc legē, quia nō habet cauſam veram, ſed coloratam, & proindè licitè recurrere nō poteſt. Sed ſi cauſa vera eſt, & ſibi realitèr iniuſtitia fit, & ſic recurrit, non facit contra legē, quia non recurrit ſub *prætextu*, ſed ex vera cauſa; quod autem prohibitum eſt ex cauſa falſa, non cenſetur prohibitum ex vera: Conſonat autem iuri naturæ, ſe contrà iuſtitiam, impetitum defendere; & tali iuri naturali contraire, mens Statuti non fuit, nulla enim euaderet eius diſpoſitio ex notis iuribus. Et quod dicitur de iniuſtitia, facta, intelligitur etiam de facienda. Si ergo *Reus* probabiliter iudicat, in cauſa ſua ſibi imminere periculum iniuſtitiæ ex imperitia, aut animoſitate *Iudicis*, vel *Actoris*; poterit, tuta conſcientia, & impunè, ad Sæculares recurrere pro Conſilio (dummodò tamen non habeat intra Clauſtra domeſtica æque Peritum, aut confidentem, à quo valeat illud habere;) & multò fortiùs ſi caſum proponeret in genere, modo, quo paulò ſuprà dictum eſt.

T E X T V S.

§. IV. Reis proceſſus copia ex integro, & gratis aſſignanda eſt, niſi aliqua, breuitatis cauſa relinquerentur, quæ ad defenſionem non facerent. Nomina verò Accuſatorum, & Teſtium nullo modo Reis, vel petentibus, vel non petentibus publicanda ſunt, niſi vbi, & quandò, eorum iudicio, in oppoſitione alicuius grauis, & infamatorij criminis, iuſtitia periclitaretur. Nàm eo caſu ſi Reus petat Accuſantium, & Teſtium nomina ſibi notificari debere, non eſt ei denegandum. Poterit tamen Iudex ea vti cautela, vt Teſtium nomina à depoſitionibus ſeparata aſſignet. Meliùs etiam futurum credimus, ſi in caſu, quo innocentia detrimentum pateretur, ex ſuppreſſione nominum Actoris, & Teſtium, quod Iudex in ſua aula oſtendat proceſſum Patrono, vel Procuratori Rei, eumque diligenter luſtrari faciat, impoſito præcepto, & exacto iuramento de ſeruando ſecreto circa talium nominum publicationem. Remittitur tamen pio, & prudenti Iudici alterutrum Reis exhibere, prout timor Dei, fraterna charitas, & iuſtitiæ defenſio ſua ſerit.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

34. *Copia actorum ex integro aſsignanda Reo.*
Delicti non traditi in copia actorum nulla ratio habetur in ſententia.
35. *Dictio* gratis, *quid importet.*
Iudex, etiam Reo non petente, debet tradere copiam actorum.
36. *Nomina Accuſatoris, & Teſtium quando tradenda Reo.*
37. *Copia eorum omnium, quæ poſſunt Reum grauare, ipſi eſt tradenda.*
Omnis actus iuridicus debet eſſe communis Reo, & Fiſco.
Nomina Teſtium faciunt ad defenſionem Rei;
38. *Inimicitia inhabilitat Teſtes in quacunque cauſa, etiam priuilegiatiſſima.*
Scire nomen Teſtis ſpectat ad naturalem defenſionem.
39. *Reſponſio ad allatam doctrinam.*
40. *Dictio* vſquequaque *quid ſignificet.*
41. *Exponitur* cap. Qualitèr, & quando il 2 de Accuſat.
42. *Sequitur expoſitio eiuſdem Capituli.*
Quando inter Regulares agitur de crimine ciuiliter, non ſunt ſeruandi apices iuris.
43. *Examinatur* cap. Per tuas de Simon.
44. *In cauſis Regularibus quando ſit ſeruandus ordo iuris.*
45. *Altera obiectio ex* cap. final. de Hæret. in 6.
46. *Cauſa quare in Tribunali Fidei non dentur nomina Teſtium.*
Bonum publicum præferendum commodo priuato.
Ob Hæreſim plurima Regna conflagrarunt.
47. *Mala, quæ euenirent cauſæ fidei ex reuelatione nominis Teſtium.*
48. *Concluſio prædictorum.*
49. *Alia cauſa, ob quam ſtatuitur, ne pandantur nomina Teſtium in Tribunali Fidei.*
50. *Deſtruitur altera illatio contra prædicta.*
51. *Concluditur, quod inter Regulares in Cauſis grauibus ſunt danda nomina Teſtium.*
52. *Explicatur noſter Textus.*
Nomina Teſtium non pandenda in Viſitationibus.
53. *Exponuntur ſtatuta Salmanticen. & Valliſoletan.*
54. *Confirmatur expoſitio eorundem Statutorum.*
55. *Exponitur aliud Statutum Valliſoletanum.*
56. *Confirmatur expoſitio.*
57. *Exemplum practicum.*
58. *Concluditur, quòd in Cauſis grauibus ſint danda nomina Teſtium.*
59. *Iudex non tenetur dare nomina Teſtium, niſi ea Reus petat.*
60. *Nomina Teſtium danda ſeparata à depoſitionibus.*
Sed aliquando hoc non iuuat.
61. *Cautela ne Reus patiatur detrimentum ex tacitis nominibus Teſtium.*
62. *Refellitur vt inutilis.*

34. DEterminatur hic forma, ſecundùm quam copia proceſſus debet *Reo* participari: & primò dicit, *Reis proceſſus copia ex integro, & gratis aſſignanda eſt*. Et ſunt notandæ illæ duæ dictiones, puta *ex integro, & gratis*. Debent enim *Reo* dari omnia acta, & indicia, quæ poſſunt, etiam in minimo, *Reum* grauare, vel iuuare; etiamſi procedatur per viam *Inquiſitionis*; etiam ſi *Reus* eſſet conuictus; aliàs poteſt proteſtare, quod de non exhibitis in copia nulla habetur ratio, vt pluribus citatis probat Sgroi. *(a)*

35. Sed aſſignanda eſt etiam copia *gratis*. Dictio autem hæc varias recipit interpretationes. *Gratis* aliquando accipitur, vt contra diſtinguitur *pro pretio*; ità vt *gratis* factum quod fit *abſque pretio*, vt ex *Cicerone pro Roſcio* obſeruat *Caluinus*. *(b)* Vnde dicebat *Chriſtus in Euangelio*. *(c) Gratis accepiſtis, gratis date*; & in hoc ſenſu loquuntur multi *Canones*. *(d)* Aliquando accipitur pro *ſine merito*, vt poſt quandam *Gloſſam* dicit *Albericus*: *(e)* & in hac acceptione dicit *Apoſtolus (f) Iuſtificati gratis per gratiam ipſius*; hoc eſt abſque vllo merito. Aliquando ſignificat *ſine cauſa*, & ità intelligitur in *Pſalmo (g)* dicente *Expugnauerunt me gratis, & Principes perſecuti ſunt me gratis*. Tandem accipitur pro *ſine taxatione, pactione, aut petitione*, vt habetur ex quadam *Decretali*. *(h)* In caſu noſtro non accipi poteſt in primo ſenſu, futilis enim eſſet diſpoſitio *Textus* pro noſtra *Religione*, in qua nullum interue-

uenire poteſt pretium, cum ab ea longè ſit omnis contractus pecuniarius. Secundus, & tertius non poſſunt quadrare ad propoſitum. Relinquitur ergo, quod accipiatur quarto modo, & facit hunc ſenſum, nempè quod copia proceſſus aſſignanda ſit *gratis*, hoc eſt abſq; vlla *Rei* petitione, ſed *ex Iudicis officio*. Sicut enim *Iudex* tenetur aſſignare terminum defenſionis, *etiam ſi ipſe Reus non petat*, vt dicitur ſuprà, (*i*) ità etiam debet tali modo aſſignare copiam proceſſus, & in hoc puncto concordant *Criminaliſtæ*. (*l*)

36. *Nomina verò Accuſatorum, & Teſtium nullo modo Reis vel petentibus, vel non petentibus, publicanda ſunt, niſi vbi, & quando, eorum iudicio, in oppoſitione alicuius grauis, & infamatorij criminis, iuſtitia periclitaretur*. *Textum* hunc à pleriſque nimis amplè accipi, ſæpiùs obſeruaui. Et vniuerſaliter illum interpretari de omni cauſa indifferenter, & in quocunque Iudicio Regulari, aduerto. Scio me ire contrà torrentem *Doctorum Regularium*, quorum Cathalogum (non ſatis fideliter tamen) recitat *Sgroi*, (*m*) tamen ſoliditati rationis, magis quam *Doctorum* numero fidens, oſtendo, quod *nomina Accuſatoris, & Teſtium*, etiam inter *Regulares*, *Reis* petentibus danda ſunt; poſtmodum ſenſum *Textus* cohærenter explicabimus.

37. Fundamentum eſt, quia *Iudex* debet *Reo* tradere copiam eorum omnium, quæ poſſunt ipſum grauare, vel defendere, etiam ſi procedatur per viam *Inquiſitionis*, (*n*) quia aliàs auferrentur *Reo* Defenſiones: & omnis actus iuridicus debet eſſe communis vtrique parti; puta *Reo*, & *Fiſco*. Et quidquid facit directè, aut indirecte, ad ſui defenſionem concedi debet *Reo* de iure naturæ, cum de iure eodem defenſio ſit; ruunt proindè proceſſus, in quibus impeditur *Reus* in ijs, quæ ad ſui tutelam facere poſſunt, & hæc eſt maxima communiter recepta. Stat autem quod cognitio indiuidualis perſonæ *Teſtium* facit ad defenſionem *Rei*; & hoc conuincitur ex famoſa *Decretali*, (*o*) in qua textualiter habetur ſic, *Exponenda ſunt ei* (nempè Reo) *illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi ſeipſum: & non ſolùm dicta, ſed etiam nomina ipſa Teſtium ſunt ei, (vt quid, & à quo ſit dictum appareat,) publicanda*, Ex hac manifeſte apparet *nomen Teſtis*, per quod indiuiduatur eius perſona, ſpectare ad *Rei* defenſiones non minùs, quàm cognitio diſtincta articulorum, de quibus accuſatur, cum ambo hæc duo, puta notitia articulorum, & nominis Teſtium præcipiantur, vt facultatem habeat *Reus* defendendi ſeipſum.

38. Præterquamquod legitima exceptio, quæ contrà dicta Teſtium opponi poteſt ad *Rei* defenſionem eſt *Inimicitia*, quæ Teſtem de iure naturæ inhabilitat, & eius dictum annullat in quacunque Cauſa etiam priuilegiatiſſima, etiam in crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, aut humanæ, & in cauſa Fidei, qua nulla potior; (*p*) pariter validiſſima defenſio ad conuincendum Teſtem de falſo, eſt, probare, eum non fuiſſe præſentem, & in loco, vbi depoſuit vidiſſe delictum, quia tali tempore probatur illum fuiſſe alibì, & diſtantem valdè à loco delicti. Sed ſi *Reus* neſcit in indiuiduo per nomen perſonam Teſtis, priuatur his duabus exceptionibus, quæ omnium ſunt validiſſimæ. Sequitur ergo, quod ſcire nomen Teſtis ſpectat ad naturalem *Rei* defenſionem, & ideò per nullum hominis præceptum, aut legem poſſe tolli; imò per ſuprà citatam *Decretalem Conciliarem* eſſe vniuerſaliter *Iudicibus* præceptum.

39. Reſpondebitur ad hoc, quod citata *Decretalis* non debet intelligi de perſonis, & cauſis *Regularium*, vt habetur ex *Textu*, & *gloſſa* illius *Decretalis* in fine, & concorditer ſcribunt omnes *Canoniſtæ*, & rerum *Regularium Scriptores* communiter;' & proindè reuelatio nominis Teſtium, quæ ibi pro Sæcularibus præſcribitur, non eſt ſeruanda in Regularium iudicijs; & hoc eſt vnicum, & vniuerſale brochardicum, quo indiſcriminatim vtuntur *Authores*.

40. Sed quantum irrationabiliter, & contrà mentem illius *Canonis*, illum extendant *Authores* ex duplici motiuo oſtendo. Primum eſt, quod non dicit *Canon*, quod cum perſonis *Regularibus* ordo iudicialis ibi præſcriptus *vniuerſaliter*, & *abſolutè* non ſeruetur, ſed ait *Hunc ordinem circa Regulares perſonas non credimus vſquequaque ſeruandum*; vbi notanda, eſt illa particula *vſquequaque*, quæ modificat diſpoſitionem. Porrò dictio iſta duplicem ſenſum habet; ſignificat enim *vniuerſaliter pro omni tempore, & caſu*, & in hoc ſenſu in quadam lege dixit *Marcellus Ireconſultus*, (*q*) *Adgnato Furioſi non vſque-*

vſquequaque (hoc eſt, non *ſemper* & in *omni caſu*, vt explicant *Prateius*, & *Caluinus* in *Lexico*) *competit rerum alienatio*, *ſed quatenus negotiorum exigit adminiſtratio*. Significat etiam *ſimpliciter*, & *ſine vlla diſtinctione*, vt textualiter habetur in alio *Digeſto* (r) ſic ſonante *Diligenter animaduertendum eſt*, *ne quod dicitur*, *Damna poſt mortem Teſtatoris illata ad ſolum Hæredem reſpicere*, *vſquequaque*, *& ſine ulla diſtinctione recipitur*. Si ergo dicit *Canon* ordinem procedendi in eo præſcriptum pro *Regularibus* non eſſe ſeruandum *vſquequaque* non dicit eſſe ſeruandum *ſine vlla diſtinctione*; ſed cum aliqua; & *non ſemper*, & *in omni caſu*, ſed in aliquibus.

41. Videamus nunc, quæ diſtinctio interuenire hic poſſit. Plura in *Canone* illo diſponuntur, inter quæ cadit hæc diſtinctio; quod alia ſunt de iure naturæ, vt *Rei citatio*, & *defenſio*; alia ſunt de iure Diuino, vt modus procedendi per viam *Accuſationis*, *Denunciationis*, aut *Inquiſitionis*; alia ſunt de iure humano introducta, vt *Exceptiones* nonnullæ, *dilationes prolixæ*, *inſcriptio libelli accuſatorij*, *&c.* Clarum autem eſt, quod mens *Canonis*, non eſt, quod cum *Regularibus* non ſeruentur ea, quæ iure naturali, vel diuino ſunt ſtabilita; ergo ſi ait non ſeruanda alia, hæc erunt, quæ de iure ſcripto humano ſancita ſunt, & vocantur ſolemnitates, & iuris apices, à quibus *Regulares*, abſoluuntur; & vniuerſaliter ex hoc *Canone Conciliari* deducunt *Canoniſtæ* hanc Concluſionẽ *Religioſos ad iuris ſolemnitates non teneri*. Porrò defenſio de iure naturæ eſt; & ad defenſionẽ ſpectare ſcientiam indiuidualem perſonæ Teſtium, quæ per eorum nomẽ habetur, ex duplici fundamento, demonſtrauimus paulò ſuprà; ſequitur ergo, quod in hoc *Canone* non præſcribitur, quod inter *Regulares* nomina Teſtium non aperiantur *Reo*; imò quod ex eodem conuincatur eſſe danda.

42. Inſuper non dicit *Canon*, quod *vniuerſaliter* cum *Regularibus* ordo ibi datus non obſeruetur, ſed quod *non vſquequaque*, puta *in omni caſu* ſeruetur; ergo in aliquo caſu etiam cum *Regularibus* eſt ſeruandus. Videamus nunc quis ſit caſus, in quo putat *Canon*, non eſſe ſeruandum. Mens ipſius apparet manifeſta ex vltimis verbis, quæ ſic habent. *Hunc tamen ordinem circa Regulares Perſonas non credimus vſquequaquè obſeruandum, quæ, cum cauſa requirit, faciliùs, & liberiùs à ſuis poſſunt adminiſtrationibus amoueri*. Ex hoc ergo quod cauſa motiua ſic ſtatuendi fuit, quia *Regulares faciliùs, & liberiùs poſſunt à ſuis adminiſtrationibus amoueri*, quam Clerici Sæculares (qui proprietariam, & perpetuam habent Beneficiorum adminiſtrationem, *Regulares* verò purè miniſterialem, & temporalem, & ex hoc oritur facilitas in iſtis, & difficultas amotionis in illis, non maior dignitas iſtorum, quam illorum, vt ineptiſſimè adnotat ibi *gloſſa Bernardi*) ſequitur quod ordo ille procedendi non ſeruetur niſi in illis caſibus, in quibus agitur in iudicio ad puram *amotionem* ab adminiſtratione, puta in cauſa criminali quidem, ſed tamen ciuiliter tractata.

43. Et ne videar ſomniare, & ſenſum de proprio cerebro alienum à mente *Canonis* huius excogitare, concordiam alterius *Decretalis*, quæ communiter allegatur, aſſero, & eſt *cap. Per tuas extrà de Simonia*. In hoc capitulo, quod ſummatur, *Eſſe gloſſam capituli præcedentis*, (s) recitatur, quod *Pompoſianus Abbas* accuſatus à *Monachis de Simonia*, ad ſui defenſionem, contrà Teſtes propoſuerat exceptiones de Conſpiratione, Inimicitia, Furto, & Adulterio; *Papa* autem dicit, quod exceptiones de Inimicitia, & Conſpiratione Teſtium probandas ab *Abbate* admiſerat; *cæteras autem exceptiones*, *vt Furti*, *& Adulterij* duxit repellendas; & ſubiungit. *Tales igitur contrà talem taliter duximus admittendos* (cum tamen infames ob crimen furti, & adulterij eſſent, vt notat *gloſſa*, (t) & ideò de iure admitti non deberent) *non ſecundùm rigorem iuris*, *ſed ſecundùm temperantiam æquitatis*, *cum ageretur non criminaliter*, *& vt deponeretur ab Ordine*: *ſed ciuiliter*, *vt ab adminiſtratione amoueretur*. Ecce ergo, quod *Papa* in cauſa perſonæ Regularis non proceſſit quidem iuxtà *rigorem iuris*, hoc eſt iuxta omnem modum procedendi à iure præſcriptum; & quare hoc? Reddit Textus rationem dicens, *cum ageretur non criminaliter*, *ſed ciuiliter*; ergo per argumentum à contrario, quod in iure eſt fortiſſimum, ſi cauſa *criminaliter* fuiſſet tractata, oportuiſſet procedere de *rigore iuris*, & Teſtes à iure reprobatos non admittere. Et quis non videt, hic apertè declarari, quod Cauſæ criminales *Regularium* reſpuunt rigorem, & ordinem iuris, quando tamen ciuiliter

Digitized by Google

tractentur, vt fuit Cauſa *Pompeſiani*, qui fuit quidem accuſatus de crimine *Simoniæ*, non tamen criminaliter, ſed ciuiliter, cum tantùm ageretur de eius amotione ab adminiſtratione? Velle verò inferre, ergo cum *Regularibus* non eſt ſeruandus ordo iuris *vniuerſaliter*, & cum agitur tam criminaliter, quàm ciuiliter, eſt conſequentia ineptiſſima, & irrationabilis, & aliena à mente illius *Canonis*.

44. Ex hucuſque deductis ergo apparet nullo modo in citata *Decretali* preſcribi, quod *Reis Regularibus* non prodantur nomina Teſtium; imò potiùs contrarium ordinari; & ordinem iudicialem rigoroſum non eſſe ſeruandum; non quidem *vniuerſaliter*, & in omni caſu, ſed ſolùm cum cauſa *ciuiliter* tractatur, & magnum damnum *Reo* non imminet.

45. Contrà prædicta, & maximè contra id, quod ſuprà dictum eſt, quod ſcire nomen Teſtis facit maximè ad Rei defenſionem, quæ cum ſit de iure naturæ contrà eam non poteſt aliquid ab homine ſtatui; facit *Capitulum finale de Hæreticis in Sexto*, in quo ordinatur, quod nomina Accuſatorum, Denunciatorum, & Teſtium in cauſa Fidei *Reis* non manifeſtentur. Ex hoc argui poteſt primò, non eſſe verum, quod manifeſtatio nominis Teſtium pertineat ad rationem defenſionis de iure naturæ debitæ, cum contrà hoc à *Pontifice* ſtatuatur in citato *Capitulo*. Secundò, quod ſicut in *Cauſa Fidei* nomina Teſtium non produntur, ſic etiam, pro bono pacis, inter *Religioſos* debere ſeruari.

46. At hoc nihil cogit. Et dico primo, quod in rigore iuris ordo iſte procedendi ſuppreſſis nominibus Teſtium videtur truncatus; quod dicere non auderem, niſi me ad hoc licentiaſſet *Franciſcus Pegna*, (*a*) qui ità de hoc puncto ſcribit. *Quoniam verò legitimæ defenſionis ordo ob ſuppreſſam nominum, & cognominum Teſtium publicationem quodammodò videtur truncatus in hoc crimine, propterea Inquiſitores vitam, & mores Teſtium, ac Delatorum diligenter debent inueſtigare.* Licuit tamen *Pontifici* hoc ſtatuere (licet propalatio nominis Teſtium ad naturalem defenſionem ſpectet) ex duplici motiuo; quorum primum in iure naturali fundatur, & eſt, quod bonum publicum naturaliter cuicunque priuatorum commodo à *Principe* eſt præferendum, (*b*) & cum *Religio* ſit de iure naturæ; bonum *Religionis* cuicunque naturali bono creaturam reſpiciente eſt anteponendum. Debet ergo *Princeps* præ omnibus bonis, ac commodis priuatorum, prouidere *Republicæ* puritatem veræ *Religionis*, præ omnibus commodis, quæ priuato cuilibet poſſent competere, & hoc naturali ratione dictante. Si ergo nomina Accuſatorum, & Teſtium *Reis* (maximè potentibus,) panderentur, *Religionis* puritas maximam pateretur iacturam, retardarentur enim homines à denunciandis iis, qui opinionibus hæreticis veram fidem labefactant, & ex corruptione *Religionis* ſupremum periculum non ſolum ſpirituale, ſed & corporale toti *Republicæ* immineret. Quantum enim mali, non tantùm animabus, ſed etiam temporali felicitati inuehatur per Hereſes abundè, declarant tot Hæreticorum myriades in infernum delapſæ; & florentiſſima Regna deuaſtata per direptiones, & bella ab Hæreticis contra Orthodoxos atrociſſimè geſta, vt patet ex Hæreſi Arianorum, Albigenſium, Lutherana, & Caluiniana, per quas reſpectiuè Anglia, Francia, Germania tota, imò tota Europa, & magna pars Aphricæ, & Aſiæ ſacrilegiis, cædibus, incendiis, direptionibus conflagrarunt.

47. Quod verò ex reuelatione nominis Teſtium maximum incommodum veræ *Religioni* ſequeretur, patet ex duplici cauſa. Prima eſt potentia *Rei*, per quam ſiue Accuſator, ſiue Teſtis ſibi metueret, nec Hæreticos potentes detegeret, timens ab illis aut mortem, aut alia incommoda pati, & ſic impunè laterent tales peruerſi, qui facillimè alios peruertunt. Et hæc fuit vnica ratio, à qua motus *Bonifacius Octauus* prædictam condidit *Decretalem*. Statuit proindè ibidẽ, quod *ceſſante periculo prædicto, Accuſatorum, & Teſtium nomina (prout in aliis fit iudiciis) publicentur*. Alia cauſa eſt, quod plerique viri honeſtè nati probro ſibi ducunt, contrà alios criminalem accuſationem inſtituere, audirentur enim ab aliis tanquàm Delatores, & in cœterorum opinione Infames; Paritèr refugiunt, tanquam ſit res parùm honorifica contrà quemuis criminaliter teſtificari; vndè ſoli viles, & gregarii, hoc metu ſoluti, accuſarent, & teſtificarẽtur, & hoc cum damno Fidei; quia talium dicta, licet in *Sacro Tribunali* recipiantur, ſunt tamen infirmæ fidei. Si ergo nomina talium propalarentur, ex proprii honoris præſtituta læſione, ab accuſando, & teſtifican-

ficando retardarentur. Et hæc fortè fuit cauſa, qua motus *Paulus Quartus* (licèt eam minimè exprimat) vniuerſaliter ſtatuit, quod nomina Teſtium occultarentur in ſuo *Breui* (z) ad *Inquiſitorem Auenionen.* à quo manauit apud omnes *Inquiſitores* ſtylus eiuſdem praxis nunquàm talia nomina aperiendi: quia, vt ſcribit *Pegna*, (a) *Perpetuò id periculum adeſſe putatur*; & certè non ex alio capite, quàm ex ſecundo recenſito.

48. Ex dictis ergo patet, potuiſſe *Pontificem* priuare *Reum* beneficio huiuſmodi defenſionis, qui deriuat ex propalatione nominis Teſtium, licet defenſio ad ius naturæ ſpectet; cum de iure naturæ ſit, maius bonum totius *Chriſtianæ Reipublicæ* priuato cuicumque minori bono anteferendum.

49. Secundum motiuum eſt; quod defenſionem, quam ſibi poſſet *Reus* ſtruere, ex habita notitia nominis Teſtium, faciunt *Inquiſitores ex Officio*. Prout enim ſtatuitur in *Concilio Biterrenſi* relato per *Pegnam*, (b) *Inquiſitores* accuratiſſimis diligentijs vtuntur in diſcernendis Teſtium moribus, & qualitatibus, & præcipuè in inueſtigando, an inter *Reum*, & iſtos interceſſerit lis, ſimultas, inimicitia, &c. & hac detecta, de ipſorum teſtimonijs non curant; vel tanquam debilia admittunt; & de multiplici cautela, ad hoc inueſtigandum, *Inquiſitores* inſtruit *Eymericus*. (c) Potuit ergo iure merito *Pontifex* occultationem nominis Teſtium præcipere, cum in nullo *Reus* lædatur circà proprias defenſiones, eo quia *ex Officio Iudex* inquirit ea, quæ ad propriam tutelam *Reus* poteſt proponere.

50. Quantùm autem ad ſecundam illationem ſuprà factam, nempè, quod ſicut pro negotio Fidei tuendo potuit *Papa* præcipere; quod nomina Teſtium ſupprimerentur; ità pro manutenenda quiete, & pace inter *Regulares* potuit ordinari idem. Dico, quod conſequentia non tenet. Tùm quia non currit paritas inter Fidem, cuius puritas præ omnibua zelanda eſt; & quietem inter *Religioſos*, quæ Fide pura longè eſt inferior; ideò quod præſtatur fauore maioris boni conſequendi, non eſt concedendum pro minori bono, cum tanta exorbitantia iuris. Tum quia, vt dicebamus, pro venandis ijs, quæ ad propriam defenſionem ex qualitate Teſtium poteſt *Reus* adducere, maximè adlaborant *Inquiſitores*; quod tamen non præſtant communitèr *Iudices Regulares*, qui indiſcriminatim Teſtes *Religioſos* ſolent admittere, & iure defenſionis ſibi debito *Rei* tali pacto priuarentur contra iuſtitiam. Tum tertiò, quia contrà id, quod textualitèr conſulit *Innocentius Tertius* in quadam *Decretali* (d) *Per leue compendium ad graue diſpendium* veniretúr. Pro aſſequenda enim quiete in *Religione*, quod eſt *leue compendium*, (hoc eſt beneficium,) veniremus ad *graue diſpendium*; Siquidem ſterneretur hoc modo via malignitati; quiſque enim homo malus, ſciens eius nomen non poſſe prodi, poſſet falſum teſtimonium dicere, & innocentiam *Rei* inuiſi opprimere, & hoc impunè, cum non poſſet de falsò argui, & impugnari, cum neſciatur quis ſit, & hoc modo *Religio* fieret de Schola perfectionis Conuentus malignantium. Neo multùm prodeſt priuato *Religioſo* hæc pax, cum tanto ipſius periculo procurata; quandoquidèm ſi inuiſum habet Fratrem, qui contrà ſe teſtificatus eſt, non cogitur tamen, maximè, apud Nos, ſub eodem tecto ſecùm habitare, quia in alium Conuentum facilitèr migrat; & longè maior eſt perturbatio in *Religione*, quæ oritur ex diuerſitate Factionum, cui tamen non obruiatur, quàm ea, quæ ex Teſtium reuelatione poſſet oriri. Addo ſuſpiciones, & iudicia temeraria, quæ frequenter fiunt à *Reis* ignorantibus quinam contrà ipſos depoſuerint, & odia, quæ contrà quamplures in ipſis oriuntur; quæ omnia ceſſarent, & reſpectiuè minorarentur, ſi ipſis eſſet notum nomen *Accuſatoris*, & *Teſtium*.

51. Ex hucuſque ergo demonſtratis concludendum eſt in cauſis criminalitèr tractatis, in quibus corporales, & infamatoriæ pœnæ imponuntur, *Reis* petentibus danda eſſe nomina Teſtium, etiã inter *Regulares*, prout multi ſenſerunt; (e) & cum hoc pertineat ad maximum robur defenſionis, quæ eſt de iure naturæ debita; non poteſtà *Statuto*, aut *Conſtitutione* aliqua tolli, & ſi *Pontifex* hoc fecit in cauſa Fidei, hoc fuit ex naturali principio procurandi maximum bonum *Reipublicæ*, etiam cum iactura minoris boni particularis, prout benè ponderauit *Paſſerinus*. (f) Et inanis prorsùs eſt ratio vnica, quam *Authores* contrariæ ſententiæ aſſignant, puta, quod non ſunt danda nomina Teſtium, vt periculum imminens ipſis à *eo*

poten-

Digitized by Google

potente effugiatur, & pax *Religioſa* conſeruetur; etenim, vt dicit *Rodericus*, (g) qui cum *Segura de Aualos, Auila, & Azeuedo* nobiſcum ſentit, *Periculum, quod Teſtibus euenire poſſit, longè leuius eſt audaciâ, quam, ex ſubticendis dictis, & nominibus eorum, prædicti Teſtes ſumere poſſunt, ad falsè, confuſè, temerèque deponendum*.

52. Coherentèr ergo ad hucuſque dicta accipiendus eſt *Textus* noſter. Dum igitur dicit *Nomina Accuſatorum, & Teſtium nullo modo Reis vel petentibus, vel non petentibus publicanda ſunt*, intelligi debet, quandò agitur de crimine ad inſtantiam partis ciuilitèr, vt in cauſa *Pompoſiani Abbatis* agebatur, vt diximus ſuprà; vt in Furto, aut Dilapidatione bonorum Cõuentus, & non intenditur, niſi reſtitutio rei ablatæ; vel quando quis accuſatur de crimine per modum Exceptionis ad impediendam illius Electionem, aut Confirmationem, & ſimilibus in caſibus, in quibus ab *Accuſatore* nón pęna *Rei*, ſed eius emendatio, vel reſarcitio damni purè intenditur. Et vniuerſalitèr in Viſitationibus; in quibus deferuntur Fratrum crimina *Superiori, vt Patri, nullo modo* nomina Accuſatoris, & Teſtium publicanda ſunt, & hoc quidem ſaluberrimum eſt; alitèr enim impediretur vberrimus fructus, qui ad profectum *Religioſorum* colligitur à Viſitationibus. Pauci enim eſſent, qui Fratrum defectus manifeſtarent, ſi eorum nomina non celarentur; ſibi enim timerent vel perſecutiones, ſi Accuſatus eſſet potens; vel titulum *Referendarij*, ſiuè *Articulantis*, qui communitèr exiſtimatur ignominioſus, ex cuius cauſa à cœteris Fratribus habetur vt malignus, & cauetur; licèt hoc quandoque immeritò ſit, quando nempè *Religioſus* ex vero zelo mouetur ad denunciandum; & hoc arguitur ex incontaminata Denunciantis vita; & ſi per fraternam correctionem proximi emendationem procurauit: aut ſaltem de ijs defectibus *Superiorem Localem* priùs monuit, & eo conniuente ad Prouincialem in Viſitatione detulit.

53. Quod autem hæc ſit vera intelligentia *Textùs*, euidentèr colligitur ex hoc, quod ipſe ad marginem citat *Statutum Valliſoletanum*, à quo ſumptam indicat talem diſpoſitionem. Porrò in hoc renouatur *Salmanticenſe*, (h) in quo diſponitur, quod *Miniſter* non reuelet nomina *Accuſatoris*, & Teſtium; *niſi de criminе Accuſati, in ſua Accuſatione petierint à ſuo Superiore ſibi Accuſantis, & Teſtium nomina reuelari*. *Valliſoletanum* autem (i) idem determinat, ſed tantùm addit cauſam motiuam Statuti dicens: *Hoc quidem, vt pax, & concordia inter Fratres coſtantiùs conſeruetur, & ſcandalorum pericula cautiùs euitari poſſint*. Clarum autem eſt, quod hęc duo motiua interueniunt in Viſitationibus, quia rari ſunt caſus, in quibus procedatur iudicialiter, nec multùm, (vt euenit in rarò contingentibus) lædi poſſet concordia, & pax *Prouinciæ*, dato etiam, quod nomina *Accuſatorum*, & *Teſtium* proderentur; & rariſſimè, & ferè nunquàm per viam veræ *Accuſationis* criminalis proceditur. Paritèr per proceſſum iuridicum non *euitantur ſcandalorum pericula*, ſed puniuntur ſcandala iàm ſecuta. Dum ergo vult *Statutum*, quod nomina non pandantur ob dicta duo motiua, colligitur, quod loquatur de Viſitationibus, quæ ſaltèm ſemel in anno regularitèr fiunt; & ſanè turbaretur *Prouinciæ* concordia, & pax, ſi nomina Accuſantium, hoc eſt Denunciantium paſſim proderentur. Et quia pericula ſcandalorum, quæ in Viſitationibus aperiuntur non euitarentur tam facilè, ſi Fratres retardarentur ad accuſandum, & teſtificandum ex reuelatione nominis Accuſatoris, ideò, vt via facilis præueniendi ſcandala pateat *Prælato* adamuſſim informato de eorum periculis, ſuppreſſio nominis Accuſatorum, & Teſtium iubetur pro ijs, quæ deferentur *Prælato in Viſitatione*.

54. Et confirmatur ex alia ratione, quia omnia, quæ ad modum procedendi criminalitèr ſpectant, Statuta prædicta tradunt in Capitulo ſeptimo, in quo per 41. titulos tota materia Criminalis traditur; in Capite autem decimo, vbi de Viſitationibus paternis loquitur, prædicta diſpoſitio ſancitur; ex quo manifeſtè deducitur eam poſuiſſe tanquam quid ſpectans ad materiam *Viſitationis*, in qua nomina Accuſantium non eſſe prodenda definit.

55. Verum eſt, quod etiam in citato Capitulo ſeptimo eadem Statuta, (l) loquendo de modo procedẽdi iuridicè, habẽt ſic. *Ad pacem autem inter Fratres conſeruandam ordinamus, vt nullo modo Prælati Teſtium, vel Accuſantium nomina Reis manifeſtent, quamuis etiam ad inſtantiam, & punitionem procedant*. Quo loco aduertere libet duo; primum eſt, quod cum nihil ſuper-

ſuperfluum, futile, & inutiliter repetitum poni debeat in lege, aut Statuto; in *Valliſoletano* autem prædicto bis reperiatur citata diſpoſitio; puta *cap.*7. & *cap.*10. ſequitur de neceſſitate, quod non debeat accipi vniformitèr, & pro eodem, ne idem inutilitèr, & ſuperfluè dicatur repetitum. Vndè oportet, quod in *capitulo decimo* accipiatur pro *Viſitationibus*, de quibus ibidem tractat, vt diximus; in *capitulo* autem *ſeptimo*, vbi agitur de ordine iudiciali, idem ſtatuat eſſe ſeruandum in Accuſatione, quæ iudicialitèr datur. Aliud obſeruandum eſt, quod cum in ordine iudiciali cauſa criminalis tractari poſſit, vel ciuilitèr, vel criminalitèr, vt aliàs dictum eſt, Statutum hoc loquatur de iudicio ciuilitèr intentato, non autem criminalitèr inſtituto, vt paulò ſuprà loquendo de ſenſu *Textus* expoſuimus.

56. Quod autem ità voluerit Statutum prædictum, conuincitur ex ijs, quæ ſubiungit, quæ ità ſonant, *Niſi vbi, & quandò, eorum iudicio, in oppoſitione alicuius grauis, & infamatorij criminis, iuſtitia periclitaretur. Nam eo caſu, ſi Reus petat, & Accuſantium, & Teſtium nomina ſibi notificari debere, non eſt ei denegandum*. Vbi aduerto, quod nunquam poteſt *periclitari iuſtitia*, niſi quando iniuſtum damnum, ſiue pœna alicui infertur, quod in iudicio euenire nequit, niſi agatur criminalitèr, & ad pœnam. Cæterùm licet agatur de crimine, ſi agitur ciuilitèr, puta ad reſarcitionem damni, aut emendationem, non poteſt periclitari iuſtitia; quæ vt habet *Statutum* idem, periclitatur *in oppoſitione alicuius grauis, & infamatorij criminis* criminalitèr intentata. Et quod habetur in citato *Statuto* corroborat hanc expoſitionem. Dicit enim, *niſi vbi, & quandò, eorum* (Prælatorum) *iudicio, in oppoſitione alicuius, &c.* Et pro captu horum verborum aduerto, quod *Prælatus*, coram quo aliquis accuſatur de crimine ciuilitèr, debet cauſam ciuiliter expedire ad inſtantiam partis; exindè *ex Officio*, ſi iudicat opportunum, poteſt, & etiam aliquando debet crimen debita pœna vindicare. Senſus ergo Statuti eſt, quando, *Prælatorum iudicio*, Cauſa, *in oppoſitione alicuius grauis, & infamatorij criminis*, criminalitèr tractanda eſt, & ob hoc *iuſtitia periclitaretur, nomina Accuſatoris, &c.* ſunt danda.

57. Et vt rem clarificemus exemplo. *Caius* Religioſus grauis, & famæ incontaminatæ accuſat *Seium*, quod Libellum famoſum contrà ſe compoſuerit, & ſparſerit, & Accuſator ciuiliter agens non intendit, niſi quod ſibi fama ablata reſtituatur à *Seio* oretenùs, vel ſcripto. Inſtituitur proceſſus; examinatur *Lucius*, & *Stichus*, qui concludenter probant delictum; *Seius* autem eſt in negatiua; *Iudex* dat copiam actorum ſuppreſſo nomine, & tacitis conditionibus Accuſatoris, & Teſtium; *Seius* petit ſibi dari nomina illorum; *Iudex* teneturnè illa dare? Non; quia agitur ciuiliter, & *Seius* non poteſt ſententiari niſi iuxtà petitionem *Caij*, puta, quod famam reſarciat;; nec aliquam infamiam ob hoc incurrit *Seius*, nec reſpectu ſui iuſtitia periclitatur. Poteſt enim abſque ſui infamia famam reſarcire *Caio*, & ſe indemnem conſeruare, publicè oretenùs, vel ſcriptò, manifeſtando, *ſe fuiſſe inculpatum de conditione Libelli, ſed verum non eſſe, quod ipſe Auctor fuerit; & ſi fuiſſet, dixiſſet falſa, & à veritate aliena, quia agnoſcit, & proteſtatur, & iurat Caium eſſe virum integrum, &c. & qui ſparſit de illo talia eſſe mendacem, impoſtorem, infamem, &c.* Si autem Prælatus poſteà vellet *Seium* ad pœnam Statutariam damnare; quia *iuſtitia* poſſet *periclitari*, tunc, ſi *Seius* petat nomina Teſtium, ſunt illi omninò concedenda.

58. Et hoc eſt, quod ſignificatur per illa verba *eorum iudicio*, ſi enim ad exigentiam boni publici, exemplum aliorum, & dignam punitionem *Rei*, iudicauerint *Prælati* delictum eſſe criminaliter vindicandum pœnà *Statutarià*, quæ infamiam parit, danda ſunt omninò nomina. Et quia rari, imò ferè nulli ſunt caſus, in quibus in *Religione* agatur de crimine *ciuiliter*; ſed vt plurimum agatur *criminaliter*, ſiue ſit per viam Inquiſitionis, ſiue ad inſtantiam partis, ideò ſemper danda ſunt nomina Teſtium. Et hanc fuiſſe mentem Statuti teſtatur *Rodericus* (m) ſcribens. *Vndè in ordinationibus Toletanis noſtræ Sacræ Religionis Statutum eſt, vt in cauſis grauibus nomina Teſtium publicentur*.

59. In ſenſu ergo Statutorum explicato intelligendus eſt *Textus*, & ſic in Viſitationibus, aut quandò agitur de crimine ciuiliter, *nomina Accuſatorum*, Denunciantium, & *Teſtium* nullo modo Reis *vel petentibus, vel non petentibus publicanda ſunt*. *Niſi vbi, & quando eorum* (Prælatorum) *iudicio*; puta, quandò Prælatus

latus iudicat crimen non ciuiliter, ſed criminaliter eſſe puniendum, *in oppoſitione alicuius grauis, & infamatorij criminis iuſtitia periclitaretur*; quia nempè ex defectu neceſſariæ defenſionis, orto ex occultatione nominis Teſtium, poſſet *Reus* infamatoriâ pœnâ iniuſtè grauari. *Nam eo caſu, ſi Reus petat Accuſantium, & Teſtium nomina ſibi notificari debere, non eſt ei denegandum*. Non enim tali caſu tenetur *Iudex* ex officio dare nomina Teſtium, ſed tantum ſi *Reus* petat, vt docuit *Clarus*.(n)

60. *Poterit tamen Iudex ea vti cautela, vt Teſtium nomina à depoſitionibus ſeparata aſſignet*. Hoc poteſt fieri ſi *Reus* excipere intenderet contra perſonalem qualitatem Teſtium, vt dicendo eſſe Inimicum, Conſpiratorem, Periurum, Infamem, Suſpectum &c. Sed ſi intendit probare falſitatem dicti Teſtis ex aliquo facto, non ſuffragatur *Reo* reuelatio nominum taliter facta. E g. examinati ſunt contrà *Caium Titius, Stichus, & Leo*, duo deponunt, quod interfuerunt dum *Caius* occidit *Seium* tali tempore, & loco, & vnus deponit ſe audiuiſſe *Caium* ſe iactantem de tali homicidio. Dat *Iudex* nomina ſeparata à depoſitionibus, ſed quia *Reus* vult probare, quod *Titius* tali die aberat longè à loco delicti; & proindè non poteſt teſtificari de viſu, neſcit autem *Caius*, an *Titius* ſit vnus ex illis, qui teſtificati ſunt de viſu, parum iuuat habere nomina tradita ſeparatim à depoſitionibus; & per hoc ſi denuò petit, vt ſibi dentur coniuncta, dari omninò debent. Similem cautelam proponit pro Tribunali Fidei *Eymericus*, & eam reijcit tanquam illam, quæ non poteſt *Reo multùm prodeſſe, & Deponentibus multum obeſſe*, ob rationes, quas ibi affert.(o)

61. *Meliùs etiam futurum credimus, ſi in caſu quo innocentia detrimentum pateretur*; hoc eſt poſſet pati, eo quia agitur criminaliter de delicto, *ex ſuppreſſione nominum Actoris, & Teſtium*, quod Iudex *in ſua aula oſtendat proceſſum Patrono, vel Procuratori Rei, eumque diligenter luſtrare faciat, impoſito præcepto, & exacto iuramento de ſeruando ſecreto &c.* Textus iſte debet intelligi cum conditione, quod *Reus* contentus ſit de tali oſtenſione ſecreta facta Patrono, aut *Procuratori* ſuo. Sed ſi non eſt de ea contentus, debent dari illi omninò nomina.

62. Quia cautela hæc aliquando eſt impoſſibilis, & ſemper inutilis *Reo*, poteſt enim *Reus* de re criminali doctus velle ſibi defenſiones facere, & tali caſu nullum habet *Patronum*, cum ſibi ipſi *Patronus* ſit. Tali ergo caſu non poterit hęc cautela practicari, ſed ſibi reuelanda de neceſſitate ſunt nomina. Dices. Tunc oſtendenda erunt *Procuratori*; ſed quid tunc *Reo* proderunt, cum *Procurator* non poterit *Reo* ea reuelare? Præterea quomodo poterit *Reus* ex ſecreta reuelatione facta *Patrono*, vel *Procuratori* iuuari, ſi Inimicitia, aut Conſpiratio, aut Abſentia à loco delicti, quas contrà Teſtes poteſt proponere *Reus*, ſunt ſibi ſoli notæ, licet habeat argumenta, per quæ eas probare poſſit, ſibi autem nomina, & dicta illorum à *Patrono*, ſeu *Procuratore* aperiri non poterunt?

TEXTVS.

§. V. Defenſiones non ſunt concedendæ, niſi in Decreto apponatur, quod *Teſtes examinari habeantur pro legitimè receptis, & examinatis, ſinè præiudicio vlterioris proceſſus, & examinis*; quod intelligi ſemper debet, etiam ſi expreſsè non apponatur. Niſi Reus confeſſus fuerit; quia confeſſione proceſſum legitimauit.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

63. *Teſtes in Curijs Sæcularibus examinandi ſunt Reo citato.*

64. *Reus apud Nos debet habere Teſtes iam receptos pro ritè examinatis, antequam ſibi tradatur copia actorum.*

65. *Clauſula, quod* Teſtes examinati habeantur pro ritè receptis &c. *omiſſa non vitiat proceſſum.*

66. *Confeſſio Rei reddit Teſtes contrà eum Examinatos legitimè receptos.*

63.PRO

Digitized by Google

63. PRO intellectu *Textus* ſciendum eſt, quod, (vt aliàs diximus) in Curijs Sæcularibus Teſtes examinati pro informatione, ad hòc vt poſſint *Reum* afficere, debent iterum examinari, ipſo *Reo* ad hoc citato, aliter non poteſt hic, ex depoſitionibus illorum iam factis in informatiuo, aut ſententiari, aut torqueri; & hæc eſt communis ſententia recitata per *Clarum*, & alios, quos ipſe allegat. (*p*) Sed ſi *Reus* habeat Teſtes pro ritè, & rectè examinatis, tunc eorum depoſitiones iam factæ conualidantur, & habentur tanquam ſi fuiſſent examinati, *Reo* ipſo citato. (*q*) Hinc eſt, quod *Iudices* ſæculares, in traditione copiæ actorum, ſemper inſerunt hanc clauſulam, puta, quod *Reus habet pro ritè, & rectè examinatis Teſtes aſſumptos pro informatione Curiæ*; & abſque tali clauſula copiam non indulgerent. Tamen *Procurator* Rei, pro indemnitate Clientuli ſui, proteſtatur, quod tales Teſtes pro rectè examinatis recipit, *Saluo tamen ſibi iure repetendi eoſdem ſuper articulis, per eum producendis, & ſaluis exceptionibus contra perſonas, & eorum dicta.*

64. Inhærendo ergo huic ſtylo Curiarum, dicit Textus, quod *defenſiones non ſunt concedendæ, niſi in decreto*, (per quod ordinat *Iudex*, quod in termino Statuto *Reus* producat, quæ allegare intendit ad ſuam defenſionem; & ad huncceffectum ſibi tradatur copia actorum) *apponatur, quod Teſtes examinati habeantur*, ab eodem Reo *pro legitimè receptis, & examinatis*. Quia verò *Regularibus Reis* nondum ſunt, tali caſu, aſſignati *Procuratores*; nec poſſunt ipſi facere, vt faciunt Sæculares, qui ſtatim ac in fortijs Curiæ deueniunt, ſibi quærunt *Procuratores, & Aduocatos*; pariterque, vt in pluribus, *Rei* ipſi ſunt ignari rerum criminalium; ideò *Textus* ordinat, quod *Iudex ex officio* ſuppleat, ad indemnitatem *Rei*, id, quod ab iſtius *Procuratore* peti, poſſet; puta reſeruationem articulandi, repetendi, & excipiendi contra Teſtes. Ideò ſubiungit; *ſinè præiudicio vlterioris proceſſus*, puta defenſiui, faciendi ad *Rei* inſtantiam, in quo contra perſonas Teſtium aliquod probare, poteſt, per quod nullum reddatur eorum Teſtimonium &c. *& examinis*, in quo nempè Teſtes repetantur ſuper articulis à *Reo* producendis. Quod magis clarificatur in *Formulario*, quod adnectitur poſt *Textum*; vbi dicitur. *Mandat copiam actorum ſibi dari ſinè nominibus, & cognominibus Teſtium, habitis tamen ab ipſo Teſtibus Curiæ pro ritè, & rectè receptis, & legitimè examinatis, ſaluis exceptionibus, & repetitione &c.* (*r*)

65. Quia tamen (vt aliàs (*s*) demonſtrauimus) Teſtium examen, parte citata, eſt ſolemnitas, non verò quid ſubſtantiale iuris, à qua *Regulares* ſunt abſoluti; ideo talis clauſula (puta, *quod Teſtes examinati habeantur pro legitimè receptis &c.*) ſi omitteretur, non vitiaretur per hoc proceſſus, & validum eſſet nihilominus examen, factum parte etiam non citata; abſque eo quod neceſſarium eſſet, quod per talem clauſulam eſſet à *Reo* validatum. Et ideo ſubdit Textus, *quod intelligi ſemper debet, etiam ſi expreſsè non apponatur*; hoc eſt, quod talis clauſula validatoria examinis Teſtium, ſemper intelligatur appoſita in Decreto, quantumuis expreſsè appoſita non ſit; quia ſiuè *Reus Regularis* validet examen Teſtium, ſiue non, hoc validum redditur à iure noſtro, quod non requirit ad valorem Teſtium, quod iſti examinentur, parte citata.

66. *Niſi Reus confeſſus fuerit*: *quia confeſſione proceſſum legitimauit*. Hoc dicit ex abundanti; & ſenſus eſt, quod *Reus* debet habere expreſsè Teſtes pro legitimè receptis, & proceſſum informatiuum factum à *Iudice* antè ipſius conſtitutum legitimum; & de iſta declaratione à *Reo* facienda debet apparere in proceſſu, puta in caſu, quo *Reus* delictum negauerit; ſed ſi *confeſſus fuerit*, non eſt neceſſaria prædicta declaratio; *quia confeſſione proceſſum* priùs factum, & informationem captam, ipſo non citato, *legitimauit*.

TEXTVS.

§. VI. Articulos impertinentes, qui nec directè, nec indirectè Cauſæ adminiculantur: item infamatorios; (dummodò neceſſarij omninò non eſſent ad defenſiones) Iudex prorsùs recipere non debet: ſed alios reijcere; alios corrigere; pro charita-

 tis zelo,

tis zelo, & iuſtitiæ complemento: correctionis cauſas apponendo. Legitimos verò, & neceſſarios recipere tenetur: eorum præſentationis, tituli, receptionis, reiectionis, & temporis ſeriem in actis adnotando. Delictum occultum in Exceptionibus publicans non eſt audiendus: & crimen apponens, quod probare non poſſit, talionis pœna mulctandus eſt, & Iudicem ſuſpectum allegans iniuriarum actione tenetur ipſe Patronus.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

67. *Intentio Textus.*
68. *Articuli ad fauorem Rei probandi ſunt per Teſtes à ſe productos.*
Interrogatoria formata à Patrono, & facienda Teſtibus, debent concernere ſolam declarationem depoſitionis, factæ ab ipſis.
Teſtes examinati pro Fiſco poſſunt ad petitionem Patroni examinari pro Reo.
Exemplum pro prædictis.
69. *Articuli impertinentes pro interrogationibus formatis à Patrono qui.*
Articuli impertinentes pro defenſionibus Rei qui nam dicantur.
Defenſio Rei eſt etiam infirmatio Teſtium, & probatio qualitatis, ob quam pœna delicti eſt minuenda.
Articuli purè informatorij, & non neceſſarij ad cauſam ſunt reſecandi à Iudice.
70. *Articuli omninò neceſſarij ad defenſam qui ſint.*
71. *Articulos tum interrogatorios, tum defenſorios formatos à Patrono Iudex debet aut reijcere, aut corrigere.*
Praxis ad hoc.
Articulos euidenter tantùm impertinentes poteſt reijcere Iudex: ſed dubios debet admittere.
72. *Articulum dubium ſi Iudex reijciat, & Patronus à reiectione appellet, ſuſtinetur appellatio.*
73. *Delictum quotuplieiter dicatur occultum.*
Delictum occultum Teſtis publicans in defenſione, quandò non ſit audiendus.
74. *Difficultas ex Textu reſoluitur.*
Reus, non probans delictum oppoſitum Teſti, quandò mulctetur pœna talionis.
Vt Reus, non probans delictum oppoſitum Teſti, euadat pœnam talionis, non requiritur quod plenè probet crimen obiectum.
Exceptor eſt magis priuilegiatus, quam Accuſator.
Exceptor non præſumitur quod habeat animum iniuriandi proximum.
Exceptor quam cautelam ſeruare debeat excipiendo.
75. *Patronus, allegans Iudicem ſuſpectum abſque cauſa legitima, tenetur actione iniuriarum.*
76. *Actio iniuriarum criminaliter officio Iudicis irrogat pœnam extraordinariam.*
Officialis cognoſcit de offenſa ſibi facta, ratione Officij.
Iudex allegatus ſuſpectus ſine legitima cauſa debet abſtinere ab irroganda pœna ei, qui ſic allegauit, ſed hac debet infligi à Iudice ad quem.

67. PRO plena intelligentia *Textus*, ſciendum eſt, quod *Patronus*, ad defenſionem Clientuli ſui, poteſt *Iudici* articulos præſentare, quibus dicta Teſtium contrà ipſum infirmentur. Hi porrò articuli duplicis generis ſunt; alij enim ſunt, ſuper quibus inſtat *Patronus*, quod repetantur plures, aut omnes Teſtes, priùs pro Fiſco examinati; alij ſunt, qui probandi ſunt per alios Teſtes, quos producit examinandos ad fauorem Clientuli. Quia verò *Textus* de omnibus articulis indifferentèr loquitur, explicandus eſt de ſingulis generibus recitatis.

68. Dicit ergo, quod Iudex reſecare debet *articulos impertinentes*. Ad hoc ſciendum, quod articuli, qui quaſi indirectè ſiunt defenſiones *Rei*, non debent admitti à *Iudice* inter interrogatoria, quæ proponuntur à *Patrono*, ad hoc, vt ſuper ijs Teſtes repetantur. Quæ enim faciunt ad defenſionem, debent capitulari, & probari ab ipſo *Reo* per Teſtes à ſe productos, non autem per examinatos ad fauorem Fiſci. (*t*) Interrogatoria autem, quæ præſentantur pro Teſtium repetitione, debent purè concer-

concernere declarationem eorum, quæ Teſtes pro Fiſco depoſuerunt; quod ſi aliud contineant, quod tendat ad deſtructionem acquiſitorum Fiſco, aut ad impugnationem perſonarum, aut dictorum à Teſtibus, aut nullo modo faciunt ad declarationem depoſitionum iam factarum, hoc debet à *Iudice* reſecari, eo modo, quo inferiùs dicemus. Non nego tamen, quod ſi, ad probandos aliquos articulos, *Patronus* indiget aliquibus Teſtibus, qui priùs ad fauorem Fiſci examinati ſunt, qui articuli non ſunt directè, aut indirectè, contrà eorum depoſitiones; tales Teſtes, ſic à parte productos, tenetur Iudex, examinare, & articulos propoſitos admittere. E. g. contrà me examinatus eſt *Caius*, *Seius*, *Lucius*, & *Titus*, quorum duo primi deponunt contra me de viſu; alio duo deponunt ſuper indicijs; propono *Iudici* hunc articulum, quod *Caius*, & *Seius* ſunt mei inimici capitales, & ad hoc probandum produco *Lucium*, & *Titium*, qui ſciut cauſam, & actus inimicitiæ; *Iudex* tenetur ipſos ſuper hoc examinare; non quidem recipiendo hunc articulum inter interrogatoria, in repetitione Teſtium facienda, quia tendit ad defenſam *Rei*, & deſtructionem acquiſitorum Fiſco, vt dictum eſt: ſed à parte, inter articulos probatorios, qui producuntur ad *Rei* defenſionem.

69. Reſpectu ergo interrogatoriorum pro Teſtium repetitione, *articuli impertinentes* ſunt, qui non tendunt ad puram declarationem depoſitionum iam factarum; vel eam directè, nec indirectè concernunt. Reſpectu autem Capitulorum, quæ proponuntur probanda vt *Reus* defendatur, *articuli impertinentes ſunt, qui nec directè, nec indirectè cauſæ adminiculantur*, & hos pariter admittere *Iudex* non debet. *Item infamatorios* (*dummodò neceſſarij omninò non eſſent ad defenſiones*.) Hic aduertendum eſt, quod defenſio *Rei* non tantùm ea eſt, per quam *Reus* prætenſus probatur innocens, & totaliter pœnam euadit, ſed eſt etiam illa, per quam minuitur reatus, vel pœna *Reo* danda, vel probatio contrà ipſum facta. E. g. ſi probo, quod Clientulus meus, qui conuictus eſt percuſſiſſe *Caium* fuſte, fuit prouocatus à *Caio*; aut fecit ad ſui defenſionem, licet non ſeruato moderamine, minuo grauitatem delicti, & conſequenter etiam pœnæ; & iſta vocatur defenſio. Pariter ſi probo *Seium* qui eſt vnus ex Conteſtibus contra Clientulum meum, & à Fiſco receptus eſt vt integer, probo, inquam, quod eſt periurus, & de periurio punitus, aut aliter eſt infamis; hoc tendit ad defenſionem, quia labefactatur eius teſtimonium, & Clientulus meus, qui cenſebatur à Fiſco per Conteſtes integros conuictus, & ſic ad pœnam ordinariam damnandus, probata tali exceptione, non eſt ampliùs conuictus, quia vnus ex Conteſtibus non amplius eſt integer; & ità pœnam ordinariam euadit; vndè talis articulus exceptiuus facit ad neceſſariam defenſam. Dicit ergo *Textus*, quod *Iudex* reſecare tenetur articulos *infamatorios*, hoc eſt purè infamatorios, *& ſi neceſſarij omninò non eſſent ad defenſiones*.

70. Sed quinam *neceſſarij omninò ad defenſiones* dicendi ſunt. Dico, quod ſunt illi, quibus probatis, reprobatur ſiuè in toto, ſiue in parte depoſitio Teſtis. F. g. ſi propono inimicitiam probandam inter me, & *Caium* ortam ex cauſa quantumuis turpi, & infamatoria ipſi *Caio*, profectò debeo probare cauſam, quæ licet infamatoria ſit, non poteſt tamen à *Iudice* vllo modo repelli, quia *omninò neceſſaria eſt ad meam defenſionem*; illa enim probata, reprobatur in totum Teſtimonium *Caij*, vt inimici. Item ſi propono probandum Caium eſſe aut *de iure*, aut *de facto* infamem; pariter admitti debet hic articulus, quia facit ad defenſionem, cum, probata infamia, minuatur fides dicto ſuo, & non euadant, per hoc, contra me plenæ probationes.

71. *Sed alios reijcere, alios corrigere pro charitatis zelo, & iuſtitiæ complemento, correctionis cauſas apponendo*. Hoc debet accipi tum de interrogatorijs pro Teſtium repetitione, tum de articulis exceptorijs contrà eorundem perſonas, & dicta. Si ergo aliquem articulum, ſeu interrogatorium obſeruet *Iudex*, quod admitti non debet; hoc vel in totum reijciat, vel corrigat, vt *Textus*, ordinat, adnotando cauſas reiectionis. Et pro praxi, ſciendum quod *Patronus* debet nomine *Rei* comparere coram *Iudice*, & petere ab eodem Teſtium repetitionem, & eodem contextu præſentare in ſcriptis interrogatoria, ſuper quibus vult Teſtes reexaminari. *Iudex* autem debet eos admittere cum clauſula *ſi, & in quantum &c.* Poſtmodum debet illa examinare an ſint in totum admittenda, an corrigenda, vel reijcienda; &

in margine eorundem adnotare ſic, *hoc reijcitur, quia non tendit ad declarationem dictorum; hoc non admittitur, quia eſt impertinens; hoc corrigitur, quia eſt curioſum. &c.* Sed quia poteſt euenire, quod libellus porrectus à *Patrono* non habeat tantum marginis, vt commodè poſſit ſcribi in ea correctio, vel reiectio; melius eſt, quod *Iudex*, poſt Decretum receptionis, apponat aliud Decretum reiectionis, aut correctionis illorum, & formulam dabimus in *Secunda Parte*. Aduertendum autem, quod *Iudex* non poteſt reijcere niſi illa quæ euidenter ſunt *impertinentia, iniurioſa &c.* In dubio autem an talia ſint nec ne, debent ab eo admitti, vt ſcribit *Riccius*. (u)

72. Repetitis Teſtibus, debet Iudex tradere Patrono copiam repetitionis, ad hoc, quod ex illa poſſit fauore *Rei*, aliquod argumentum deſumere, ſi quod ſit. Ex poſt debet idem *Patronus* præſentare *Iudici* articulos probatorios, quibus perſonas, vel dicta Teſtium impugnet, & Teſtes aſſignare, quibus probet ea, quæ in articulis capitulauit. Reſpectu ergo iſtorum articulorum intrat diſpoſitio iſtius *Textus*; & ſi aliquos inuenerit *impertinentes, qui nec directè, nec indirectè cauſæ adminiculentur; aut infamatorios, & qui neceſſarij omninò non ſint*; debet Iudex *corrigere, vel reijcere; legitimos verò, & neceſſarios*, ad de etiam dubios, *recipere tenetur*. Quod ſi aliquem non euidenter impertinentem *Iudex* reijceret, & *Patronus* inſtaret admitti, & *Iudex* perſiſteret in reiectione, poteſt *Patronus*, nomine *Rei*, appellare tanquam à grauamine; & appellatio ſuſtinetur (x) quia Decretum reiectionis eſt vera Sententia interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, à qua ſuſtinetur Appellatio, vt aliàs dictum fuit. *Eorum præſentationis, tituli, receptionis, reiectionis, correctionis, temporis ſeriem in actis adnotantando*. Et horum omnium formulas dabimus in *Secunda Parte*.

73. *Delictum occultum in exceptionibus publicans non eſt audiendus*. Pro intelligentia huius *Textus*, aduertendum eſt, quod delictum poteſt dici *occultum*, vel quia non eſt deductum ad Forum contentioſum; vel quia licet à duobus, aut tribus ſciatur, non tamen eſt de eo ſparſus rumor in populo; vel quia vni tantùm notum eſt. Pariter aduertendum eſt, quod in *Exceptionibus* poteſt opponi Teſtibus delictum, vel quod purè ipſum infamet, aut lædat in exiſtimatione; vel quod minuat fidem Teſti, qui per hoc non eſt ampliùs integer. Iuxtà factam ergo diſtinctionem explicandus eſt *Textus*. Dicit ergo, quod *publicans delictum occultum*, illud nempè, quod ab vno tantum ſcitur, & probari non poteſt, ſiuè illud delictum tendat ad minuendam fidem Teſti, ſiue non, *nullo modo eſt audiendus*. Pariter *publicans delictum occultum*, puta quod licet poſſit probari per duos, vel tres, qui illud ſciunt, tamen nec eſt deductum ad Forum contentioſum, nec de eo eſt fama in Populo; & ampliùs non facit ad minuendam fidem Teſti, ſed purè ad eius infamiam, aut læſionem exiſtimationis *non eſt audiendus*. Sed ſi eſt *occultum*, vel quia non eſt deductum in iudicium; vel quia de eo non eſt infamia, tamen per Teſtes probari poteſt, & probatio delicti illius affert commodum *Reo*, qui tali pacto infirmat dicta Teſtium, non debet reijci vllo modo, ſed admitti ad probationem, quia facit ad eius defenſionem.

74. Quod ſi *Reus* crimen oppoſitum Teſti *probare non poſſit, talionis pœna mulctandus eſt*. Non leuem difficultatem parit hic *Textus*, ex eo quod alibi (z) habet quod. *Si quis excipit contra Electum, & Exceptionem non probat debet puniri pœna arbitraria*. Hic verò vult, quod *Reus*, qui excipiendo contra Teſtem obiecit ſibi crimen, quod non probauit, *talionis pœna* puniri debeat. Difficultas autem ſtat in hoc, quod minùs redditur punibilis *Reus*, qui ad ſui defenſam objicit crimen Teſti, quam ille, qui Exceptionem ex crimine objicit electo; quia nullum commodum perſonale, & tali Exceptione ſibi obuenit, à quo potuit rationabiliter moueri ad excipiendum; & ex alia parte *Reus* ſic excipiendo ſui indemnitatem procurat. Sequitur ergo quod pœna *Rei*, qui in probatione criminis obiecti Teſti deficit, non debet eſſe maior quàm pœna Excipientis contrà Electum, & deficientis in probatione; & ſic ille non ſit puniendus *pœna talionis*, vt dicit *Textus* hic, ſed pœna minori arbitraria. Ad hoc dico, recolendo ea, quæ alias (a) diximus, quod Exceptio poteſt eſſe intentata, aut ciuiliter, aut criminaliter, de qua diſtinctione vide ibi; & Exceptio propoſita criminaliter eſt vera Accuſatio aut, induit naturam Accuſationis; & ſi Exceptor in probatione ipſius deficit,

Digitized by Google

ficit, puniri debet vt Accuſator, qui non probauit. Simili ergo ſenſu accipiendus eſt *Textus* iſte, puta, quod ſi *Reus* probare non poteſt crimen, quod obiecit Teſti, contrà quem ſic excipit criminaliter, tunc reuera talionis pœna mulctandus eſt; etenim eſt tunc tanquam verus *Accuſator*, quia principaliter intendit punitionem Teſtis de delicto ſibi obiecto. Sed ſi opponit crimen ciuiliter, & non probat illud, non debet incurrere niſi pœnam arbitrariam, quia non induit perſonam *Accuſatoris*, ſed puri *Exceptoris*, qui primo intendit propriam defenſionem. Et hoc modo eſt rationabiliſſima diſpoſitio *Textus*. Hìc autem aduertendum eſt, quod non requiritur plena probatio, ad hoc, quod *Reus* euadat pœnam talionis, ſufficit enim quod probet *per vnum Teſtem omni exceptione maiorem; vel infamiam; uel id ſe audiuiſſe à fide dignis*. Ratio eſt, quia vt ſuprà (*b*) habet *Textus Accuſator* ſemiplenè probans aliquo ex recenſitis modis effugit pœnam talionis; ergo à fortiori debet *Reus* excipiens tali priuilegio frui; maius eſt enim priuilegium *Exceptoris*, quam *Accuſatoris*; quia prohibitus accuſare, non prohibetur excipere; quod ſi *Accuſator* ſemiplenè probans non punitur, vt calumniator; multò magis hoc debet eſſe de *Exceptore*. Præterquamquod magis intendit damnum tertij *Accuſator*, quam *Exceptor*; quia ille primò intendit publicam vindictam contrà Accuſatum; non ſic *Exceptor*, quia intendit primò, & principaliter tuitionem ſuam; & excipiendo non præſumitur, quod habeat animum iniuriandi proximum, vt dicit *Cumanus*; (*c*) quod ſi in hac procuranda indirectè lædit tertium, hoc eſt occaſionaliter, & præter intentum. Talionis autem pœna inuecta eſt in vltionem contrà illum, qui proximo per calumniam nocere tentat; ſi ergo *Accuſator* tentans nocere proximo euadit talionem, ſi probat ſemiplenè; à fortiori debet illum effugere *Exceptor*, qui non proximo nocere, ſed ſe defendere excipiendo curat; & eo maximè ſi proteſtetur (vt debet) quod *ſi tale crimen obijcit, proteſtatur hoc facere citra animum iniuriandi, aut nocendi, ſed ſe tantùm defendendi*. (*d*)

75. *Iudicem ſuſpectum ſine legitima cauſa allegans iniuriarum actione tenetur ipſa Patronus*. Non loquitur *Textus* de recuſatione *Iudicis*, quæ fit à *Reo*, de qua alias, (*e*) abundè locuti ſumus; ſed de illa, quæ à *Patrono*. Contingere enim poteſt, vt multoties euenit, quod *Iudex*, animoſus in *Reum*, deneget ad ipſius fauorem, quæ concedere, ſi non de rigore iuris, ſaltem de rationabili æquitate, debet; & hoc modo prodit ſe iniquo animo contrà illum eſſe; ex quo *Patronus* ipſe anſam allegandi *Iudicem*, vt ſuſpectum, arripit. Dicit ergo, quod *Iudicem ſuſpectum, ſine legitima cauſa, allegans iniuriarum actione tenetur ipſe Patronus*. Et aduertendum, quod dicit ſine *legitima cauſa*. Si enim cauſam legitimam habet, non prohibetur, vt ad Clientis ſui defenſionem, illum ſuſpectum alleget. Et quænam erunt *legitimæ cauſæ*? Dico, eſſe eas omnes, ex quibus *Iudex* poteſt recuſari vt ſuſpectus, de quibus alias (*f*) diximus; & vltra has, ſi *Iudex* denegat ad fauorem *Rei* ea, quæ de rigore iuris, & de æquitate concedere tenetur; vt traditio completa copiæ actorum; & nominum Teſtium; admiſſio articulorum; ſeu interrogatorium; conceſſio dilationum &c. Et quis iudicare debet an cauſæ ſint legitimæ? Dico, quod hoc ſpectat ad *Iudicem ad quem*, allegationem enim ſuſpicionis ſubſequitur Appellatio, cuius cauſas iudicare, an legitimæ ſint, ſpectat ad *Iudicem ad quem*.

76. Sed quænam erit hæc actio iniuriarum, & ad quem ſpectat pœnam de cernere? Dico, quod, vt habetur ex *Inſtitutionibus* (*g*) quando de iniuria agitur *criminalitèr, officio Iudicis, extraordinaria pœna irrogatur*. Proindè arbitrarium *Iudici* erit, congruam pœnam prò illata iniuria decernere, vt dicunt *Doctores*. (*h*) Et ad quem nam ſpectat punire, ad *Iudicem ad quem*, an *à quo*? Videretur reſpondendum, quod *Iudex à quo* poſſet tali caſu pœnam debitam iniuriæ ſibi illatæ infligere; quia talis iniuria facta eſt ſibi ratione Officij, & vt perſona publica; communis autem concluſio *Doctorum* eſt (*i*) quod officialis poteſt cognoſcere de offeſa ſibi facta ratione Officij. Valdè mihi tamen arridet ſententia *Clari*, (*l*) qui ait prædictam Concluſionem veram eſſe, quando pœna debita ob talem offenſam eſſet à lege ſancita; non tamen quando eſt *Iudici* arbitraria; ex ira enim poſſet aliquando à rectitudine æquitatis recedere, & pœnam delicto maiorem infligere. Dicit proindè cum *Baldo*, & *Paride de Puteo*, (*m*) conſuetudinem Magnatum eſſe alijs com-

committere vindicandam pœnis offenſam ſibi factam, licet ipſi punire poſſent. Cum igitur arbitraria ſit pœna debita iniuriæ factæ *Iudici*, qui allegatus eſt ſuſpectus, abſque cauſa legitima, cenſerem meliùs eſſe, quod *Prouincialis* (qui *Iudex* ordinarius eſt) cęteris de *Diffinitorio* committeret iudicare, de pœna *Patrono* taliter ſe iniurianti debita.

T E X T V S.

§.VII. Teſtes adducti ad defenſam patienter ſufferri debent, & completè audiri, & diligentèr obſeruari quomodo deponant; Si ſuper negatiua ſimplici, vel coarctata loco, & tempore, teſtificentur: Si dicti ſcientiæ cauſam afferant: Si falſum, vel probabilia dicant. Circa quos, Regulas de Teſtibus traditas, obſeruare tenentur.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

77. *Priuilegia defenſionis ſunt multa.*
Teſtibus ad defenſam magis creditur, quam ad offenſam.
Laicis ad defenſam plùs creditur, quàm Clericis ad offenſam.
Mulierum teſtimonio ad defenſam plus creditur, quam Virorum ad offenſam.
Teſtes ad defenſam admittuntur etiam inhabiles.
78. *Iudex debet eſſe fauorabilis erga Teſtes productos ad defenſam.*
Iudex, quouis modo impediens Teſtes, dicentes ad fauorem Rei, poteſt recuſari, vt ſuſpectus.
79. *Teſtes ad defenſam debent patienter audiri.*
Teſtes ad defenſam debent diligenter obſeruari in ſua depoſitione.
80. *Alia obſeruanda circa depoſitiones Teſtium ad defenſam.*
81. *Iudex quomodò ſe gerat in detegenda falſitate Teſtium ad defenſam.*

77. Defenſionis multa ſunt priuilegia; cum enim leges magis ſint inclinatæ ad abſoluendum, quam ad condemnandum, magis, ex conſequenti tendunt ad excluſionem delicti, quàm ad illius concluſionem. Hinc fit, quod cæteris paribus, plus ſunt priuilegiati Teſtes ad defenſam, qui faciunt ad deſtructionem delicti, quam ad offenſam, qui probationi criminis laborant. Vnde dicunt *Doctores*, quod defenſio eſt magis fauorabilis, quàm offenſio; licèt Teſtes ad offenſam ſint maioris conditionis, quam Teſtes ad defenſam, tamen magis creditur iſtis contra crimen, quàm illis pro crimine, vt poſt quandam *Gloſſam* ſcribit *Innocentius*, & alij. (*n*) Ideo ſi duo Clerici teſtificentur probando adulterium, & duo Laici dicant non fuiſſe commiſſum, magis defertur teſtimonio Laicorum, quàm Clericorum. Et licet numerus Teſtium pro delicto ſit maior, quàm eorum, qui ſunt contrà delictum, magis credendum eſt iſtis; quam illis; & plus creditur Teſtimonio Mulierum ad defenſam, quam Virorum ad offenſam. (*o*) Admittuntur proindè ad defenſionem Teſtes etiam, non idonei, qui ad probationem criminis non admitterentur; vt domeſticus pro domeſtico; Frater pro Fratre, (*p*) & ad probandam innocentiam non requiruntur Teſtes omni exceptione maiores, ſed etiam inhabiles admittuntur, vt, pluribus citatis, probat *Sgroi*. (*q*)

78. Cohærenter ergo ad hæc, *Iudex Regularis*, ſalua iuſtitia, debet fauorabilem ſe præbere *Reo* in recipiendo Teſtes ad propriam defenſiones productos. Vnde præſcribit *Textus*, quod *Teſtes adducti ad defenſam patienter ſufferri debent, & completè audiri*. Non enim tutum *Iudici* eſt, ſe durum illis oſtendere, aut iracundum, quaſi ægre ferat, quod illorum Teſtimonium deſtruat delictum, in quo probando ipſe multum inſudauit. Si enim talem ſe exhibeat *Iudex*, & nolit recipere integra dicta Teſtium, illa decurtet, obtruncet, aut reprehendat, quia multa dicunt pro *Reo*; aut illos iniuriet; dicat *eſſe falſos* aut deterreat, vt non liberè deponant; in ſumma, ſi aliquo modo minuat libertatem Teſti, ne dicat fauore *Rei*, poteſt legitimè *Patronus* ipſum ſuſpicari eſſe Clienti ſuo, vltrà fas, contrarium; & ex hoc

hoc capite illum recuſare, ad *Superiorem Iudicem* prouocando.

79. *Patienter ergo ſufferri debent* Teſtes, *& completè audiri*; examinandi enim ſunt ſicuti Teſtes ad offenſam, & eorum dicta integraliter debent ſcribi; ſicut enim ad probandum delictum debent examinari ſuper omnibus circumſtantijs facti, ità ad probationem articulorum productorum ad fauorem *Rei*, pari modo, interrogandi ſunt, vt concludenter probatum remaneat id, quod *Patronus* intendit. Licet verò fauore *Rei* motus *Iudex* debeat diligenter inquirere de ijs, quæ ad ſui defenſionem faciunt; non tamen omittere debet, manutenere contrà *Reum* iura Fiſci; proindè ad tuenda illa, quæ Fiſco ſunt acquiſita, debent Teſtes *diligenter obſeruari quomodo deponant*, puta ſi animosè; nimis propensè ad *Rei* fauorem; ſi ſe *Iudices* volunt oſtendere interpretando factum *Rei* ad illius defenſionem, & teſtificando vltra ea, quæ ſenſu perceperunt; & ſic, ſi ſe demonſtrent inſtructos à parte, vel ſubornatos, aut corruptos, aut promptos ad dicendum contrà veritatem, vt *Reo* proſint.

80. Pariter obſeruandum eſt ſi deponant *ſuper negatiua ſimplici*; vt dicendo ſimplicitèr, quod *Reus delictum ſibi oppoſitum non commiſerit*; vel *coarctata loco, & tempore* puta dicendo, quod *tali hora, & loco Reus prætenſus erat abſens à loco delicti, & multùm diſtabat; & proindè non potuit delictum eſſe ab illo commiſſum*. *Si dicti ſcientiæ cauſam afferant*: Quantum ad hoc, ſciendum eſt, quod cum Teſtes, qui non reddunt cauſam dicti, nihil probent, vt aliàs dictum eſt, illi qui examinantur ad defenſam etiam, eam reddere tenentur. Verum eſt. quod cum fauorabilior ſit cauſa defenſionis, vt dictum eſt, aſſignatio cauſæ ad defenſam non requiritur quod probet ità concludenter, ſicut requiritur ad offenſam; & in hoc ſenſu accipiendi ſunt *Doctores*, (r) qui dicunt, quod Teſtes ad defenſam probant, quamuis non reddant cauſam ſui dicti; debet enim intelligi de cauſa completè concludente, quam ſi illi non adducant, ſed aliqualem tantùm aſſignent, tamen probant.

81. *Si falſum, vel probabilia dicant*. Falſitas de qua hic agitur principaliter attendi debet à contradictione, quam deprehendit *Iudex* in dictis Teſtium: & ad hanc euincendam opus eſt illi ſagacitate, quæ potiſſimum conſiſtere debet in hoc, quod ſcilicet *Iudex* non ſit contentus eos examinare ſuper nudis articulis probatorijs propoſitis ab *Aduocato*, ſiue *Patrono*; ſed diligenter interroget ſuper ſingulis circumſtantijs facti; & hoc ſibi licet, etiam ſi ea, de quibus interrogat, videantur ſuperflua, & parùm pertinere ad ſubſtantiam facti, de quo inquirit. Ratio eſt, quia *Iudici* licitum eſt ſuſpicari Teſtes illos à parte productos ad *Rei* defenſam, non eſſe veritatem ſincerè dicturos. Sicut ergo licet *Iudici* cum Teſtibus ſuſpectis de falſo vti tali cautela, vt alias dictum eſt, ità licitum erit in hoc caſu, de quo eadem eſt ratio. Talis autem modus examinandi proprius eſt, pro detegenda falſitate. Si quidem Teſtes corrupti, aut ſubornati benè ſe poſſunt præparare ad reſpondendum *Iudici* interroganti ſuper facti ſubſtantia, & circumſtantijs magis principalibus; ſed ſuper alijs non ſic; Et ideò cum cogantur reſpondere ex tempore, & non poſſint præmeditatos fuiſſe, moraliter impoſſibile eſt, quod non deponant aliqua, per quæ falſitas eorum detegatur. *Circà quos regulas de Teſtibus traditas obſeruare tenentur*; puta quod examinentur præuio iuramento; quod eorum dicta ſcribantur; quod interrogentur de facto, & non de ſpectantibus ad ius; non fiant interrogationes ſuggeſtiuæ &c.

TEXTVS.

§. VIII. Exceptiones elici poterunt ab ætate Rei; à defectu doli; à præſcriptione commiſſi delicti; à Teſtibus falsè, variè, vacillantèr, animosè deponentibus. Ab indicijs; præſumptionibus; coniecturis; à confeſſione inualida, extorta, extraiudiciali. A corpore delicti non probato; à mentis obfuſcatione; à calore iracundiæ; à prouocatione; ab ebrietate; à confeſſione ſpontanea; à dignitate perſonæ; à non ſeruato iuris ordine, à multitudine committentium delictum; & ab

alij

alijs ſimilibus locis, quæ pro Rei defenſione facere poterunt; adducendo quæ adduci debent, cum modeſtia Religioſos decente.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

82. *Defenſiones circa, quæ poſſint verſari; & à quibus locis deſumendæ.*

83. *Minor 25. anni debet mitiùs puniri etiam in atrociſſimis.*

In Religione ex minori ætate maius cenſetur delictum.

84. *Prouectior in Religione grauius reddit delictum.*

85. *Pœna iuuenibus delinquentibus quare non minoranda.*

86. *Aetas prouecta facit ad minorationem pœnæ.*

Senes mitiùs ſunt puniendi.

Senes repueraſcunt, & aliquando ob ſimplicitatem non puniuntur.

Senes nequeunt corporaliter torqueri.

Senectus quot annos requirat.

Senex mente, & viribus validus, debet torqueri, & puniri, non attenta ætate.

87. *Delictum doloſum, & culpoſum quid.*

88. *Pœna ordinaria non habet locum in delicto, in quo non eſt dolus.*

In homicidio culpa lata non æquiparatur dolo.

Lata culpa non æquiualet dolo, quando Lex pœnam differentem imponit delicto culpoſo, quàm doloſo.

89. *Dolus non præſumitur, niſi probetur.*

Dolus quomodo probetur.

90. *Doli defectus quomodò, poſſit deduci.*

91. *Præſcriptio delictorum quæ, quomodò, & quanto tempore fiat.*

92. *Delicta carnis quinquennio præſcribuntur.*

Adulterium cum inceſtu, vt præſcribatur, requirit 20. annos.

Fornicatio ſimplex præſcribitur triennio.

Actio de dolo præſcribitur biennio.

Actio iniuriarum præſcribitur per annum.

93. *Non præſcribuntur enormia crimina nonnulla; puta*

Crimen Læſæ Maieſtatis.

Hæreſis.

Parricidium.

Homicidium Sacerdotis.

Aſſaſſinium.

Falſa moneta.

Simonia.

Abortus animatus.

Partus ſuppoſitus.

Coitus nefandus, beſtialis, aut ſacrilegus.

Crimen falſi præſcribitur ſpatio 20. annorum.

Falſo inſtrumento ſcientèr vtens, committit crimen falſi.

94. *Delicta apud Nos, quo ſpatio præſcribantur quo ad denunciationem paternam.*

95. *Denunciatio paterna eſt magis priuilegiata, quàm iudicialis.*

Delicta præſcripta pro denunciatione, paterna ſunt identidem pro iudiciali.

Delicta præſcripta pro denunciatione poſſunt puniri per Inquiſitionem.

96. *De Defenſione ex falſitate Teſtium. Remiſſiuè.*

97. *Probatio pro Reo, & pro Fiſco, ſi ſunt pares, vincit, quæ eſt pro Reo.*

Iura ſunt promptiora ad abſoluendum, quàm ad condemnandum.

Probatio per Teſtes, quæ dicatur validior.

98. *Teſtes etiam inhabiles ad defenſionem admittuntur, &, qui.*

Quare admittantur.

Teſtis de credulitate ad defenſam admittitur, maximè reddita cauſa credulitatis.

Teſtibus aſſerentibus delictum fuiſſe animo deliberato; & alijs aſſerentibus contrà, iſtis creditur.

99. *Declaratur quomodò intelligatur, quod Teſtes inhabiles non admittuntur contrà Fiſcum.*

Teſtis inhabilis admittitur ad probanda adminicula pro Reo.

100. *Teſtes inhabiles iuncti cum Teſte integro plenè probant ad defenſam.*

Confeſſio Socij criminis non poteſt diuidi in ea parte, quæ ipſum Confitentem non tangit, ſed facit ad innocentiam Corei.

101. *Delictum non præſumitur, & vt excludatur, omnis rationabilis interpretatio facienda eſt.*

Actus, qui poteſt eſſe delictum, vel non deli-

delictum, ſemper interpretandus eſt pro non delicto.

Probatio dubia, & poſſibilis facta à Reo obfuſcat præſumptionem claram Actoris.

102. *Verba, quæ poſſunt habere duos intellectus, præſumenda ſunt in bonum, & non in malum.*

Conſilium, quod potuit dari bonum, aut malum, præſumitur, quod fuerit datum bonum.

Præſumptionibus contrarijs æqualibus exiſtentibus, ſubſiſtit ea, quæ excludit delictum.

Præſumptio generalis vincitur à ſpeciali.

Præſumptio pro non delicto, licet debilis, cumulata cum generali vincit generalem contrariam, quæ ſtat pro delicto.

Actus prohibitus iure naturali, Diuino, & Gentium ſemper præſumitur malus; non autem ſi eſt prohibitus ſolo iure humano.

103. *Præſumptiones ſunt magìs pro Reo, quam contrà.*

104. *De confeſſione inualida, extorta, extraiudiciali. Remiſſiuè.*

105. *De Corpore Delicti non probato. Remiſſiuè.*

106. *Obfuſcatio mentis, vndè poſſit prouenire.*

Poteſt deriuare à furore, amore, ſomnolentia, vino, inſania, & dolore.

Furor, & inſania excuſant à delicto.

Furioſum fati infelicitas excuſat à pœna.

Furioſus dicitur pati, non facere iniuriam.

Furioſus factus poſt delictum, non poteſt puniri de delicto facto ante furorem.

107. *Delinquens ex furore iracundiæ an ſit punibilis.*

Sententia Iaſonis negantis.

Sententia Abbatis antiqui dicentis, debere mitiùs puniri.

Sententia Clari diſtinguentis de ira nata ex cauſa iuſta, vel iniuſta.

Delinquens, ex iracundia nata ex iuſta cauſa, non eſt punibilis; ex iniuſta cauſa, mitiùs puniendus.

Ebrius ex facto alterius, delinquendo, non eſt punibilis.

Ebrius ex intemperantia delinquens, punitur de culpa, & non de dolo.

108. *Delinquens ex iracundia, quandò ſit impunibilis.*

Iracundia, quæ mentem non alienat, non excuſat totaliter delictum.

Dolor iuſtus temperationem pœnæ meretur.

Ira magna, ex cauſa iuſta, excludit dolum, ſed non culpam.

109. *Mentis alienatio ex furore quomodò probetur.*

110. *Delinquens ex iracundia cum interuallo an puniendus.*

Opinio Carerij.

Exploditur à Farinacio.

Pater occidens Filiam, interpoſitis horis poſt occiſum Adulterum, dicitur incontinenti occidiſſe.

In aliquo caſu particulari, delinquens ex interuallo in iracundia, poteſt mitiùs puniri.

111. *Mentis alienatio ex amore, Ebrietate, Somnolentia, Mania, Spaſmo, & ſimilibus eodem modo conſideranda, vt ex furore iracundiæ.*

112. *Prouocatus verbis, aut factis delinquens mitiùs punitur.*

Caput rixæ eſt, qui prouocat, non qui primò percutit.

Caput rixæ dicitur Princeps culpæ, & eſt magis puniendus.

113. *De Confeſſione ſpontanea. Remiſſiuè.*

114. *Dignitas perſonæ ex triplici capite oritur.*

Nobilitas natalium eſt dignitas aſcititia.

Nobiles quare non ſuſpendio, ſed decollatione puniantur.

115. *Dignitas perſonæ deſumitur à muneribus functis, & ex ijs ſit perſona priuilegiata.*

Benemeriti de Religione mitiùs ſunt puniendi.

116. *Artifex excellens vtilis Reipublicæ mitiùs puniendus.*

Senatus ante Sententiam poteſt moderare pœnam; ſed poſt eam, ſolus Princeps.

Diffinitorium poteſt minuere pœnam in ſententiando, ſed non poſt Sententiam, ſed hoc ſpectat ad Generalem.

117. *De iuris ordine. Remiſſiuè.*

De Defenſionibus, quæ ſumi poſſunt ex non ſeruato iuris ordine; Remiſſiuè.

118. *Pœna minuitur ex multitudine Delinquentium, & quare.*

Vt ſcandalum vitetur multitudini, eſt parcendum.

Zzzz Inter

Inter Nos, quomodo debeat multitudo puniri abſque ſcandalo.

119. *Narratio quædam apocrypha Antonij Concioli.*

120. *Demonſtratur falſa ex inueriſimilitudine.*

Teſtes deponentes non veriſimilia non probant.

Inquiſitio ſpecialis non poteſt inſtitui contrà Capitulum, niſi delictum ſit patratum, communicato conſilio capitulariter.

Inueriſimilia multa in narratione prædicta.

121. *Doctori afferenti concluſiones iuris creditur, non verò, ſi recitat Hiſtorias.*

122. *Carpitur Marianus Socinus, qui prior talem fabellam ſcripſit.*

123. *Proponuntur loci, ex quibus poteſt Patronus excogitare defenſiones.*

124. *Patronus poteſt obijcere delicta Teſtibus ad infirmanda teſtimonia eorum.*

125. *Si Reus nullo modo iuuatur ex obiectione delicti facta Teſtibus, peccatur contrà charitatem.*

Non ſe tuetur inculpatè, qui proximo plùs nocet, quàm ſibi prodeſt.

Patronus poteſt obijcere delicta Accuſatori, & Iudici ad tutelam ſui Clientuli.

Si Reus ab alijs Teſtibus eſt conuictus, peccat contrà charitatem obijciendo delictum Teſti.

126. *Ignorantia inuincibilis, & etiam probabilis, quandò quis non tenetur maiorem diligentiam adhibere, vt ſciat, excuſat.*

Credulitas etiam leuis, temeraria, beſtialis, & iniuſta (dummodò non ſit cum dolo) minuit pœnam.

Credulitas iniuſta non excuſat à temeritate, & culpa lata.

Ignorans grauitatem delicti, aut Cenſuram illi adnexam mitiùs puniendus.

Ignorantia, in quibus præſumi poſſit.

Ignorantia, quomodo probetur.

127. *Metus grauis, aut vis minuit in operante aliquid de voluntario.*

Delinquens ex metu, aut vi, extraordinariè eſt puniendus.

128. *Delinquens publicè magis puniendus, quàm ſi peccet occultè.*

Delinquens ſine ſcandalo proximi minùs peccat.

129. *Incertitudo Delinquentis quotupliciter contingat.*

Si duo ſe percutiant, & neſcitur quis fuerit prouocator, ambo puniuntur extraordinariè.

Committentes delictum ex condicto æqualitèr puniendi.

Voluntas non exitus ſpectatur in maleficijs.

Hortans alios ad maleficium puniendus pœna ordinaria.

Si reperitur occiſus vno vulnere, qui fuit impetitus à multis, non ex condicto, & nemine hortante, Delinquentes extraordinariè tantùm puniuntur.

130. *Delicta detecta per Inquiſitionem mitiùs punienda, quàm per Accuſationem, de iure.*

Sed de conſuetudine non ſeruatur.

131. *Iudicatus in vno, non debet iudicari in alio Tribunali.*

In delictis mixti fori non punitus ſufficienter à Iudice, qui præuenit, poteſt ab alio ad complementum pœnæ puniri.

132. *Prouincialis non poteſt inquirere de delicto à ſuo Subdito commiſſo extrà ſuam Prouinciam.*

Delinquens ſortitur forum loci, in quo deliquit.

Prouincialis non poteſt cognoſcere an pœna ſufficiens data fuerit ſuo Subdito, qui deliquit extrà Prouinciam.

Prouincialis tenetur exequi Sententiam ab alio Prouinciali latam contrà illius Subditum, qui extrà ſuam Prouinciam deliquit.

133. *Regularis punitus ab Epiſcopo, qui de facto eum ſententiauit, quia nulliter ſententiatus, poteſt de iure nouitèr puniri.*

Sed de naturali æquitate, debet tantùm irrogari ſibi complementum pœnæ correſpondentis delicto.

134. *Reus abſolutus cum clauſula* rebus ſic ſtantibus, &c. *ex nouis indicijs poteſt denuò moleſtari.*

Indicia noua ſuperuenientia, debent eſſe ſpecie diuerſa ab antiquis.

Debent paritèr eſſe grauia, & ex ſe ſufficientia ad Torturam, vt cauſa poſſit reaſſumi.

135. *Qualitas noua, ob quam Reus abſolutus, poteſt denuò moleſtari, debet ſp:-*

ſpecie diuerſificare delictum, de quo fuit abſolutus.

136. *Reus abſolutus ex præuaricatione Accuſatoris, aut corruptione Teſtis, vel Iudicis, poteſt denuò puniri.*

Iudex, qui cauſam Rei abſoluti vult reaſſumere, debet priùs probare præuaricationem, aut corruptionem, ob quam fuit abſolutus.

Iudex, qui non poteſt procedere, niſi ſub conditione, debet, ante omnia, probare conditionem.

137. *Attentans pudicitiam alterius, ſi vis interueniat, iuxtà legem Ciuilem, quandò poſſit impunè occidi.*

Occidens attentantem pudicitiam, abſq; moderamine inculpatæ tutelæ, extraordinariè puniendus.

Delinquens ex cauſa honoris mitiùs eſt puniendus.

138. *Delinquens ex errore mitiùs punitur.*

Error duplex. In facto, & in perſona.

Occidens ex errore diſpenſatur ab Epiſcopo ſuper Irregularitate in foro interno.

Prælati Prouinciales, & Locales poſſunt diſpenſare ſuper irregularitate ex homicidio per errorem.

139. *Delinquens ex errore in perſona extraordinariè punitur.*

Lata culpa in criminalibus non æquiparatur dolo.

140. *Delinquens ex imprudentia extraordinariè punitur.*

Quotupliciter ex imprudentia quis poſſit delinquere.

141. *Ex crimine priuato, ſi reſultet publicat. vtilitas, Delinquens nulliter, aut extraordinariè puniendus.*

142. *Patronus modeſtiam, & reuerentiam erga Iudicem, Accuſatorem, & Teſtes, ſeruare debet.*

82. Compendioſiſſimè tradit modò *Textus* locos, à quibus poteſt *Patronus* argumenta ducere ad defenſionem *Rei*. Et dicit, quod *Exceptiones*, nempè rationes illæ, quibus *Patronus* nititur probare delictum non fuiſſe commiſſum; vel non fuiſſe delictum, vel non fuiſſe patratum à *Reo*; vel hunc non eſſe culpabilem; vel non ordinariè punibilem, &c. *elici poterunt ab ætate Rei*.

83. Quantùm ad ætatem; diſtinguunt *Doctores* de Infante, & Impubere proximo pubertati, vel non. Item de eo, an ſit doli capax, vel non; an delictum ſit Doloſum, vel Culpoſum tantùm; an fuerit in committendo, ſiue in omittendo; & varias ſuper his firmant concluſiones, quas qui videre deſiderat, adeat *Clarum*, (*a*) & alios *Criminaliſtas*. Sed quia hæc non faciunt ad cauſas *Regularium*, qui omnes egreſſi ſunt pubertatem, dicamus, quod nàm ſuffragium poſſit recipere *Reus Religioſus* ab ætate. Dico ergo, quod minor annis vigintiquinque, ſecundùm *Iura*, (*b*) & *Doctores*, debet mitiùs puniri. Ex naturali enim æquitate, vt ait *Vlpianus* (*c*) procedit, quod fragile, & infirmum ætatis conſilium aliquam in *Iudice* miſerationem nanciſcatur. Et hæc concluſio locum habet, etiam in atrociſſimis delictis; vndè etiam in crimine Falſæ monetæ, & læſæ Maieſtatis, Minores non puniuntur pœna ordinaria, & maximè mortis, inconſulto *Principe*. (*d*) Hæc quidem in Foris Sæcularibus. An verò hæc locum debeant, habere intrà clauſtra, difficilè eſt determinare. Ex conſuetudine enim *Religionis* nunquam audiui, quod ratione ætatis, ſit diminuta pena à *Statutis* lata. Imò videtur, quod grauior euadat defectus; & crimen augeatur ex minori ætate. Si enim Clericus in minoribus conſtitutus fugiat Apoſtata, aut alium quemuis defectum committat, peior ſolet audiri apud Fratres, quàm ſi ab alio prouectiori fuiſſet commiſſum delictum. Exaggerant proindè nonnulli factum, ac ſi, ratione minoris ætatis, maius reddatur crimen.

84. Sed profectò hoc non ſatis mirari poſſum, tanquàm nulla ratione ſuffultum; imò contrarium, ex recta ratione debet deduci. Profectò *Religio* Schola perfectionis eſt; quantùm ergo aliquis in tali Schola diutiùs conuerſatus fuerit, prouectior in virtute, & perfectione euaſiſſe debet. Ergo culpabilior eſſe conuincitur vitioſus defectus in illo, qui annoſior in *Religione* eſt; quàm in eo, qui vix emenſus eſt tyrocinium, & ex grauitate Delinquentis aggrauari debet delictum. Vndè & dicebat *Satyricuſe*. (*e*)

Omne animi vitium tantò conſpectiùs in ſe
Crimen habet, quantò qui peccat maior habetur.

Proindè falſa eſt communis hæc imaginatio, quæ, vt grauiora, exiſtimat crimina in Adoleſcente Religioſo, quam in eo, qui anti-

antiquior eſt; non enim tempus inſumptum pro acquirenda perfectione, licentiam debet tribuere delinquendi, & ità neque poteſt minorare delictum.

85. Dico ergo, quod licet, reſpectu ætatis minoris, minùs ſuadat delictum in in Adoleſcente, quam in Viro, tamen non debet ratione illius intrà clauſtra vllo modo minorari pœna. Crimina enim aut nullo modo, aut mitiùs, quàm par ſit, punita, anſam præbent amplius delinquendi; & iuuenes ex leuitate punitionis audaciores redderentur ad peccandum. Quantumuis ergo in illis leuius poſſit cenſeri delictum, non tamen ideò leuior debet incurri pœna, vt validiori conatu initia peccandi reprimantur; & ratione optimi huius finis non minoratur, ex laudabili conſuetudine, quæ, attento ſolummodo crimine, deberet alleuiari. Non ſunt quidē maiores in Iuuene defectus, quam in Sene, ſed vice verſa; tamen acrius exaggerantur in illo, quàm in hoc, tum quia ratione ſtatus pœna quæuis Seniori inflicta grauior redditur, quàm Iuueni, & ità parificantur in grauitate punitio, & culpa; tum quia vrgentius remedium requirit iuuentus, quæ peccare incipit, & ad delicta poteſt aſſueſcere, quam ætas conſiſtens, quæ in delictum aliquod lapſa eſt, nec tam faciliter in ſimilia labi poteſt. Non negauerim tamen in aliquo caſu rationem habendam eſſe de inconſiderata ratione illius, qui ex defectu ætatis imprudenter, magis quam dolosè, peccauit, & cum hoc mitiùs agi poteſt, quàm cum eo, qui ex mera, & conſummata malitia deliquit; hoc tamen *Iudicis* arbitrio committitur, qui in facti contingentia prudenti diſcretione debet delicti modum, & pœnam congruam librare.

86. Ætas etiam prouecta facit ad minorationem pœnæ, vt enim habetur ex vtroq; *Iure (f)* cum Senibus mitiùs agendum eſt, quàm cum iuuenibus. Sed circa hoc duo conſideranda ſunt, puta defectus rationis, & imbecillitas virium. Valdè enim Senes & Decrepiti aliquandò fiunt ſimpliciſſimi, & vt fert commune adagium *repueraſcunt*. Si ergo aliquis in delictum ex tali defectu lapſus ſit, non debet puniri, quia tanquam puer doli incapax cenſetur; legimus proindè in quodam Capitulo *(g)* quod *B. Gregorius* impunitum dimiſit *Ianuarium Epiſcopum*, qui meſſem alterius exarauerat, & terminos agri erradicauerat, ad ipſum ſic ſcribens. *Et quidem pœnæ ſententia in te fuerat iaculanda: ſed quia ſimplicitatem tuam cum ſenectute nouimus, interim tacemus.* Defectus etiam virium ſpectandus eſt; proinde neque corporaliter torqueri, neque longis ieiunijs aut diuturnis carceribus macerari poſſunt Senes. Senectus autem incipit à quinquageſimo vſque ad ſeptuageſimum annum, vt ex *Menochio* obſeruat *Farinacius (h)* licet communiter Sexagenarius cenſeatur, qui ſexageſimum annū compleuit. Quod ſi aliquis annoſus quidem ſit, ſed mente polleat, & viribus validus ſit, nihil ſibi per ætatem ſuffragari debet, ſi delinquat, ſed ad normam legis puniri debet; grauius enim ex illa ætate, quæ plùs cæteris debet eſſe moderata, redditur crimen, vt cum *Deciano* adnotat *Paſſerinus. (i)*

87. *A defectu Doli*. Pro explicatione ſciendum eſt, quod delictum diuiditur in *Doloſum*, & *Culpoſum*, puta in commiſſum ex *Dolo*; & ex *Culpa*. Hic vero accipitur *Culpa* Legalis, non autem *Theologica*, & accipitur pro ea quæ quidem peccatum eſt, ſed eſt vel ex negligentia, vel ex ignorantia, vel ex inconſideratione, aut qualitercumque, non tamen ex ſcientia, & malitia. *(l) Dolus* autem accipitur pro ſcientia, & voluntate mala, ſine qua delictum non conſummatur. Exemplum eſt in homicidio facto ab eo, qui occidit hominē volens occidere feram; & ab eo, qui ſciens, & volens inimicum interficit. In primo ergo caſu dicitur homicidium *Culpoſum*, quia, qui occidit, non adhibuit diligentiam, an in loco eſſet homo, qui vulnerari potuiſſet vice feræ: in ſecundò autem caſu, dicitur *Doloſum*, quia commiſſum cum plena aduertentia, & voluntate.

88. Dicitur ergo, quod vbi in malè facto non interuenit *Dolus*, & malitia, ſed tantum *Culpa* ex negligentia, aut inaduertentia, non eſt locus pœnæ ordinariæ, ſed tantùm extraordinariæ, & pro modo culpæ, vt ex *Iure vtroque* elicitur. *(m) Dolus*, enim, prout eleganter ſcripſit *Boſſius*, *(n)* eſt anima delicti, & conſequenter etiam ordinariæ pœnæ, qui illud conſequitur. Et hæc concluſio, quæ debet itelligi etiam de quocumque male facto, quantumuis enormi, & atrociſſimo, eſt communis omnium *Doctorum*. *(o)* Proindè ſi *Patronus* in defenſione Clientis ſui probat, quod non deliquerit ex *Dolo*, & malitia, ſed tantum ex *Culpa*; vel ordinariam pœnam minuit.

minuit, ſi culpa lata non ſit, quæ Dolo æquiparetur, quod tamen in omnibus delictis non verificatur; vt in homicidio, vt textualiter habet quædam, *Lex* (*p*) & in alijs, in quibus Lex pro lata culpa non infligit eandem pœnam, quam infert pro Dolo; vt benè obſeruat (*q*) *Paſſerinus*:) vel nullam omninò pœnam admittit, ſi culpa lata non ſit, ſed leuiſſima tantùm, aut leuis.

89. Difficultas ſolummodo eſt in probando, quod *Dolus* in facto non interuenerit. Adhoc dico, quod *Dolus* non præſumitur, niſi probetur, vt ſcripſit *Abbas*. (*r*) Quia vero eſt difficilis probationis, cum ſit quid latens in animo, ideo probatur indicijs, coniecturis, & præſumptionibus, prout in multis locis idem *Abbas* (*s*) teſtatur. Porrò *Dolus* præſumitur ex actu de ſe malo, qui ſine *Dolo* non poteſt committi; vt omnia delicta carnis; falſa moneta; proprietas; furtum, & ſimilia. Pariter ex qualitate perſonæ malo aſſuetæ. Item ſi quis deficit in eo, ad quod ex officio tenetur, vt ſi Cuſtos Carceris in cuſtodia deficiat. Inſuper ex actione à perſonis ſuſpectis, vel in loco, aut tempore ſuſpecto; ex Mendacio, Violentia, Inobedientia; ex breuitate temporis, quandò quis vnico actu omnia tractare, aut peragere voluerit; ex inſolita, & abundantiori cautela; ex actu clam, & in abſcondito facto; ex læſione enormi; ex actu, qui agenti non prodeſt, & alteri tantum nocet; ab inueriſimili; à verecundia, rubore, pallore, animi anguſtia, & ſimilibus, de quibus ſcribunt *Auctores* paſſim. (*t*) Licèt autem probatio doli debeat eſſe clara, & non præſumptiua, vt videtur deduci ex quadam *Lege Codicis* (*u*) tamen debet intelligi, quod non probetur per præſumptiones leues, & indicia dubia, ſed bene probatur *ex indicijs perſpicuis*, vt textualiter habet Lex prædicta. Quæ autem talia ſint, arbitrio *Iudicis* pronunciare, committitur. (*x*)

90. Similitèr præſumitur pro non dolo ex qualitate perſonæ, quæ eſt bonæ famæ, vel eſt Minor; Ex defectu cauſæ, quia ex tali actu nullum commodum agenti euenire potuit; ex actu à iure permiſſo, licet non cum tali circumſtantia; ex cauſa tuendi ſe, vel ſua iura, aut obediendi mandato Superioris; ex neceſſitate Officij ſui; ex ignorantia; ex temporis interuallo; ex eo quod actum fuit contra perſonam beneuolam, & amicam agenti; ex credulitate Operantis, credentis, ſe licitè operari; ex breuitate temporis, ob quam non affluit ſpatium deliberandi; ex actu coram multis facto; & ſimilibus. (*z*) Concurrentibus autem indicijs Doli, & non Doli, pronunciandum eſt ſemper pro non Dolo; dummodò indicia Doli vrgentia non ſint; leuia autem pro non Dolo.

91. *A præſcriptione commiſſi delicti*. Pro hac Exceptione aduertendum eſt, quod *Præſcriptione* tolluntur delicta tum quo ad pœnam pro ipſis infligendam; tum quo ad Accuſationem, quæ de ipſis fieri poteſt. *Præſcriptio* autem diuerſa in tempore eſt, iuxta varietatem delictorum; ſi quidem alia longiori, alia breuiori tempore præſcribuntur. Vniuerſaliter omnia delicta præſcribuntur ſpatio viginti annorum completorum à die criminis conſummati, vt habetur in *Codice*, (*a*) & in hoc non diſſentit *Ius Canonicum*; ità vt neque per viam *Accuſationis*, neque *ex Officio*, poſt dictum tempus, poſſit *Iudex* procedere. (*b*) Poteſt autem per Statutum municipale abbreuiari idem tempus, ità vt minori ſpatio delicta remaneant præſcripta, vt poſt nonnullos firmat *Bittus* (*c*)

92. Sed conſiderando delicta iuxta ſpecies, ſciendum eſt, quod crimen Adulterij, Stupri, Deflorationis, Inceſtus, Lenocinij, & ſimilia delicta carnis, de quibus loquitur *Lex Iulia de Adulterijs*, quinquennio præſcribuntur, vt textualiter (*d*) habetur in *Iure Ciuili*. Si autem cum Adulterio concurrat Inceſtus requiritur præſcriptio viginti annorum, vt obſeruat *Guazzinus*, (*e*) quia longè grauiùs, ex duplici deformitate, euadit crimen. Simplex Fornicatio triennio præſcribitur; (*f*) actio de Dolo præſcribitur biennio; (*g*) ſicut ſpatio vnius anni abſumitur tempus vtile in actione Iniuriarum, vt textualiter ſancitur in *Codice*. (*h*)

93. Quæ autem dicta ſunt de præſcriptione delictorum, quadrant pro delictis grauioribus quidem, & etiam grauiſſimis quibuſdam, non tamen pro omnibus; etenim nullo tempore ratione ſuæ enormitatis præſcribuntur infraſcripta, puta crimen læſæ Maieſtatis; Hæreſis; Parricidij, ſiue realis, vt Patris carnalis, ſiue ſimilitudinarij, vt Sacerdotis. Aſſaſſinij; Falſæ Monetæ; Simoniæ; Abortus animati; Suppoſiti partus; Coitus nefandi; beſtialis; aut Sacrilegi, & ſimilia, vt paſſim *Doctores* (*l*) affir-

affirmant. Difficultas ſolùm eſt de crimine Falſi an ſit ex illis, contra quos non præſcribitur, vt potè enormiſſimum; nec defuerunt, qui volunt, quod nunquam, aut niſi ſpatio 30. annorum, præſcribatur. Verior tamen, & communior ſententia eſt, quod hoc præſcribatur ſpatio 20. annorum, vt poſt alios ſcribit *Paſſerinus*. (l) Aduertendum tamen, quod ſi quis fabricatus eſt inſtrumentum falſum, & producat ipſum, volens eo vti, incidit in pœnam falſi, etiam ſi præſcripſerit contrà crimen falſæ fabricationis; non quia per talem productionem interrumpatur præſcriptio, vt opinatur *Paſſerinus*; ſed quia in productione, & vſu talis inſtrumenti committit nouum crimen falſi. Etenim qui falſo inſtrumento ſcienter vtitur, dicitur committere falſum, vt dicit quædam *lex Codicis*. (m)

94. De iure autem Statuario noſtro reperio abbreuiatum tempus præſcriptionis delictorum, non quidem quo ad viam per *Inquiſitionem*; ſed per *Accuſationem*. Etenim in *Statutis Generalibus Ordinis*, (n) puniuntur, vt Conſpiratores, & perpetua priuatione actuum legitimorum, qui in Viſitatione ordinaria tacent *Prouinciali* aliquod proximi delictum, quod poſtmodum in proximitate *Capituli Viſitatori* deferunt, aut ad alios *Prælatos* referunt. Ex hoc porrò Statuto ſaluberrimo ad obuiandum malignantium fraudibus ſub larua zeli proximo nocentibus, deduco, quod ſciens delictum Fratris, & in prima Viſitatione illud *Prælato* non aperit, abſque legitima cauſa taciturnitatis; non poteſt in alia Viſitatione illud denunciare, vel *Miniſtro*, vel *Viſitatori*; aliter pœna prædicta punitur; & hoc quidem rationabite eſt; cum enim talis denunciatio tendat ad Fratris emendationem, ſi crimen longo tempore tacet, & Fratrem in malo relinquit, & poſteaquam emendatus eſt, illud prodit, manifeſtè probat, quod nõ reuelat ex zelo charitatis ad emendationem; ſed malitia liuoris ad nocendum. Vnde meritò punitur, *vt publicæ tranquillitatis, quietis, & pacis perturbator; alienæ famæ inſidiator, & inuiſor; ac fraternæ charitatis impugnator*, (o) vt dicit *Statutum*. Apparet ergò ex hoc, quod quo ad *Accuſationem*, ſeu *Denunciationem* paternam, delicta Fratrum præſcribuntur per *Viſitationem*; qua peracta, Delinquentes ampliùs accuſari non poſſunt.

95. Deducitur porrò ex hoc, quod nec denunciari, nec accuſari iudicialiter, tranſacto eo tempore, Frater poſſit. Ratio eſt, quia maiora ſunt priuilegia *Denunciationis* paternæ (tum quia hæc omnes obligat; tùm quia etiam inhabiles admittit; tum quia numerum Teſtium non requirit, tum quia ſine iuramento procedit; tum quia pœnam grauem non intendit) quam ſint Accuſationis iuridicæ. Si ergo magis priuilegiata Accuſatio talis non permittitur; à fortiori permitti non debet minùs priuilegiata. Et ſic ſi aliquis accuſare iudicialiter intendit alium de delicto, ſuper quo tranſit *Viſitatio*, & maximè repetita, & illud antea ſibi erat notum, talis debet repelli ab Accuſatione, & puniri; & hoc modo per *Viſitationem* in ordine ad Accuſationem delicta præſcribuntur. Non tamen ſequitur per hoc, quod ſi de delicto, ſuper quo anni aliquot tranſierunt, oriatur infamia, non poſſit *Prælatus* inquirere, ſi tempus præſcriptionis delictorum, de quo ſuprà diximus, non effluxerit.

96. *A Teſtibus falsè, variè, vacillantèr, animosè deponentibus*. Defenſio, quæ petitur ex hoc capite eſt firmiſſima; quia verò de Teſtibus *falſis, varijs, vacillantibus*, abundè dictum eſt, ex ijs, quæ alibi (p) ſcripſimus, *Patronus* poterit argumenta deducere ad defenſionem Clientis.

97. *Ab indicijs præſumptionibus, coniecturis*. De indicijs, ac præſumptionibus ſub ſuis *Titulis* locuti ſumus. Tamen circa hanc materiam, quæ vſu frequentior eſt; ſciendum; quod ad defenſionem *Rei* ſufficit, quod probationes Fiſci vel obfuſcentur, vel vincantur à probationibus *Rei*. Quod ſi Fiſcus probauit plenè crimen, & probatio *Rei* pro ſua innocentia eſt tantum ſemiplena, obfuſcatur tantùm, ſed non tollitur ius Fiſci; vnde *Reus* non conſequi debet tunc abſolutionem, ſed tantùm diminutionem pęne ordinariæ, & mutatio eius in extraordinariam. Si validior eſt probatio pro *Reo*, hic venit abſoluendus; & ſi pares pro Fiſco, & pro *Reo* ſunt probationes, ità vt dubia euadat probatio Fiſci ex oppoſitione alterius, pro *Reo* eſt pronunciandum, vt *iura* (q) volunt, quæ promptiora ſunt ad abſoluendum, quàm ad condemnandum. Cum verò probationes fiant per Teſtes, & per indicia, ex quibus præſumptiones oriuntur; hinc eſt quod reſpectu probationis

per

per Teſtes, illa dicetur validior, quæ habet Teſtes maiores in numero; aut dignitate; aut credenditate; qui deponant de facto, cum ſcientia, cauſa ſcientiæ, claris verbis, cum veriſimilitudine; & exceptionem in perſona, modo dicendi, vel dictis, non patiuntur. Et hæc omnia conſiderata in Teſtibus pro Fiſco, vel pro *Reo* faciunt probationem contrariam vincentem, vel non, iuxtà robur Teſtium, & eorundem dictorum.

98. Melior tamen, vt ſuperiori paragrapho dicebam, eſt conditio *Rei* quam Fiſci circa Teſtes; proindè ad fauorem *Rei* admittuntur etiam inhabiles, (non quidem illa inhabilitate, quæ eſt in pœnam alicuius delicti, de qua (r) aliàs locuti ſumus, nam tales perpetuò repelluntur in pœnam criminis,) (s) ſed de illa, quæ oritur ex ſuſpicione falſitatis. Et ratio eſt, quia Lex in proceſſu offenſiuo eos reijcit fauore innocentiæ ad euitandum periculum damnandi innocentem ex falſis probationibus; vndè, & eadem ratione admitti debent in proceſſu defenſiuo, ne innocentia pereat ex defectu probationis. Proindè admittuntur eorum teſtimonia *de credulitate*, & probant, maximè ſi reddant rationem credulitatis, quam etiam ex fama reddere poſſunt, vt poſt *Maſcardum*, *& Guazzinum* vult *Paſſerinus*. (t) Pariter vbi Teſtes ad offenſam deponunt delictum fuiſſe factum animo deliberato; ſi Teſtes ad defenſam deponunt id factum fuiſſe caſu, vel ad ſui defenſionem, iſtis magis creditur; (u) & eo maximè ſi ex facto inuincibiliter non conuincitur dolus.

99. Communiter autem dicitur, (x) quod Teſtes inhabiles non admittuntur in defenſione, ſi producantur ad reprobandos Teſtes Fiſci, ſed hoc, vt optimè aduertit *Guazzinus* (z) debet, intelligi, quando inducerentur contrà Teſtes Fiſci ad illos puniendos de falſo, ſed benè admittuntur ad effectum repellendi eos, & infirmanda delicta eorum. Licet autem Teſtes inhabiles non admittantur pro Fiſco ad probanda adminicula contrà *Reum*, tamen admittuntur ad ea probanda pro *Reo*, vt e.g. quod talis examinatus eſt inimicus *Rei*; fautor, aut occultus amicus *Accuſatoris*. Quia fauorabilior eſt cauſa *Rei* quam Fiſci; tùm quia ſi adminicula faciunt ad defenſam, ad ea probanda admittuntur ij, qui ad defenſiones alias debent admitti. Et quamuis hoc videatur limitandum in caſu, quo *Iudex* procedat *ex officio*, & non ad querelam; tamen contrarium eſt veriùs, quia magis priuilegiata eſt defenſio, quam offenſio, quod non eſſet ſi eiſdem legibus adſtringeretur.

100. Licet verò tales Teſtes, inhabiles etiam, ad defenſam admittantur cum ſuis imperfectionibus; tamen coniuncti cum Teſtibus integris conualidantur, & robur accipiunt; ità vt duo ſic inhabiles cumulati cum integro reddunt probationem plenam; ex copulatione enim cum Teſte integro, & ſuperabundantia alterius Teſtis defectiui, ſanatur debilitas alterius. Et hoc modo dicta duorum Sociorum criminis, ſimul cum altero Teſte integro, plenè probant innocentiam. Et Fiſcus non poteſt diuidere confeſſionem Socij criminis in ea parte, quæ Confitentem non tangit; ſed debet eam admittere vt cantat; & ſic, etiam in eo, quod facit ad innocentiam *Corei* prætenſi. (a)

101. Pari modo, ſicut huc uſque dictum eſt de probatione, quæ fit fauore *Rei* per Teſtes, dicendum eſt de ea, quæ fit per Indicia, & Præſumptiones, de quibus ſpecialiter loquitur hic *Textus*. Et ad hoc ſciendum eſt, quod generaliſſima regula eſt, quod delictum nunquam præſumitur, (b) & ideò ad ipſum excludendum omnis rationabilis interpretatio facienda eſt. Hinc fit, quod actus, qui ex ſui natura poteſt ſonare tam delictum, quam non delictum, interpretari ſemper debet pro non delicto; & reſpectu diuerſi temporis, aut loci poteſt euadere licitus, vel illicitus, præſumendus eſt, quod factus ſit tempore, licito. (c) Et quamuis aliqui ſentiant, quod hoc accipi non debeat in ijs, quæ regulariter ſunt prohibita, licet aliquo tempore, & loco reddantur licita, tamen etiam de iſtis accipi debet regula, vnde probata cauſa, ob quam licite fieri potuerint, debent præſumi fuiſſe licita; & ſic probando, quod erat in neceſſitate quando furatus eſt; aut fuit ab alio aggreſſus quando occidit, debet præſumi, quod ad tutelã ſui talem occiderit; aut ad ſuſtentationem furatus ſit, & ſic licitè; prout enim probat *Farinacius* (d) in criminalibus probatio dubia, & poſſibilis facta à *Reo* obfuſcat præſumptionem claram *Actoris*.

102. Ità etiam verba, quæ habere poſſunt multos intellectus, præſumi debent pro bono, & non pro malo, quantumuis eſſent aliqualiter impropriãda; & conſilium

lium præſumitur in dubio datum ad bonum magis, quàm ad malum. *(e)* Concurrentibus porrò duabus præſumptionibus contrarijs æqualis valoris, ſubſiſtit ea, quæ ſtat pro non delicto. Si verò pro non delicto adeſt præſumptio generalis; & pro delicto ſpecialis, præſumitur pro delicto: quia præſumptio generalis vincitur à ſpeciali argumento cuiuſdam *Legis*. *(f)* Sed concurrente cũ generali alia ſpeciali præſumptione pro non delicto, licet ex ſe hæc debilis ſit, tamen cumulata cum generali vincit contrariam pro delicto. *(g)* Licet autem quando actus de ſua natura eſt malus præſumatur vniuerſaliter pro delicto, *(h)* tamen hoc debet limitari ad actum prohibitum iure Naturali, Diuino, aut Gentium, non verò extendi ad eium, qui iure poſitiuo tantum prohibetur, in hoc enim non præſumitur delictum, vt ex *Alciato* docet *Farinacius*. *(i)*

103 Et his ergo omnibus concluditur: *præſumptiones* omnes magis *Reo*, quàm Fiſco prodeſſe, debere: & nunquam delictum eſſe ſufficienter probatum *præſumptionibus*, niſi quando pro *Reo* nulla militat contraria *præſumptio*; quod ſi aliqua ſit, quæ validior, aut ſaltem equaliter valida ſit cum ea, quæ ſtat pro delicto, illa hanc vincit; aut ſaltem hanc attenuat, & debilitat, ſi illa debilior ſit. Quæ omnia tamen intelligenda ſunt de *præſumotionibus iuris* tantnm, aut *hominis*, non verò *iuris, & de iure*, quia contra has *probatio* non datur (niſi euidentiſſima,) & à fortiori nec *præſumptio*.

104. *A confeſſione inualida, extorta, extraiudiciali*. De *Reo* confeſſo, & de multis cauſis, & quibus confeſſionem reuocare poteſt, diximus abundè ſuprà, *(l)* vnde remittimus Lectorem ad ibi dicta; à quibus poterit ducere argumenta ad defenſionem *Rei* facientia.

105. *A corpore delicti non probato*. Validiſſima hæc eſt exceptio; prout enim multoties dictum eſt, Corpore delicti non probato, ruit totaliter proceſſus. Quia verò de probatione eius ſuo loco, *(m)* ſufficienter diximus, hic inutiliter non repetimus.

106. *A mentis obſuſcatione*. *Mentis obfuſcatio* à pluribus cauſis prouenire poteſt puta à Furore, Inſania, Amore, Somnolentia, Vino, Phreneſi, dolore vehementiſſimo, & ſimilibus pathematibus animi, aut corporis; alteratis ſiquidem, ſiue ex calore, vt in ira, ſiue ex frigiditate humida membranis cerebri, vt in ſomnolentia; non poteſt homo liberè ratiocinari, vndè & mens, ſeu ratio remanet obfuſcata. Quantum ergo ad *Furorẽ*, ſiue *Inſaniam*, ſi ineſt homini antè commiſſum delictum, (& hoc ſiue continuè, ſiue per interualla,) & tempore commiſſi delicti erat actualiter Furioſus, nullam penitus pœnam *Reus* meretur, & eſt *Textus* expreſſus in quodam *Digeſto*, *(n)* *Furioſum* enim *fati infelicitas excuſat à pœna*, ideoque *non facere, ſed pati iniuriam dicitur*, vt *iura* volunt. *(o)* Si verò poſt delictum commiſſum in furorem, aut amentiàm inciderit ſiue ſit ſententiatus ad pœnam, ſiue non, nullo modo poteſt puniri de his, quæ ante furorem geſſit, vt poſt *Baldum*, & *Iaſonem* communiter ſentiunt *Doctores* cumulati per *Clarum*. *(p)*

107. Quod ſi perturbatio mentis fuerit ad tempus, vt in efferueſcentia iracundiæ, iuxtà *Iaſonem*, *(q)* qui teſtatur de communi; non eſt *Reus* aliqualiter punibilis; vel iuxtà *Abbatem antiquum*, quem omnes *Doctores* ſequuntur, vt dicit *Grammaticus*, *(r)* mitiùs debet puniri. Sed *Clarus* prædictos referens *(s)* dicit, quod ſi ira naſcitur ex iuſta cauſa, vt Maritus, qui ex impetu iræ occidit Vxorem repertam in adulterio, minus debet puniri. Si verò non naſcitur ex iuſta cauſa, in nihilo releuatur, & citat *Menchiacam*, *(t)* qui dicit eſſe opinionem communem. (Sed hanc doctrinam *Clari* non ſimpliciter admittendam eſſe, patet ex hoc, quod nihil facit ad delictum augendum, vel minuendum iuſta, aut non, cauſa iracudiæ, dummodò hæc talis, & tanta ſit, vt mentem totaliter ad tempus alienet. Hòc videmus in Ebrio totaliter; ſi enim delinquit ebietate orta abſque ſua culpa, vt ſi inebriatus eſt à *Socijs*, qui ipſo inſcio in vino miſcuerunt ſal, ipſe immunis eſt à dolo, & culpa, vt *Clarus* ipſe fatetur. *(u)* Si verò ex guloſitate vino inebriatus eſt, eius delictum dicitur culpoſum tantùm, & extraordinariè debet puniri. Pari ergo modo dicendum eſt de Delinquente in iracundia; Si enim ex iuſta cauſa iraſcitur, culpa vacat iraſcendo, & ità delinquẽdo nec etiam culpabilis eſt; Si vero iraſcitur ex iniuſta cauſa, culpabilis eſt in cauſa, & conſequenter culpoſus eſt in delicto, & ſic punibilis euadit de *culpa*, & non *de dolo*.

108. Meliùs ergo dicitur ſi diſtinguatur

tur de iracundiæ gradibus. Si enim iracundia talis,& tanta ſit, vt homo, licet ad tempus, dementetur; ſi ex iuſto motiuo quis eſt taliter iratus,omnem omnino pœnam euadere debet ſic delinquens.)x) Ratio eſt, quia in tali delicto nec *dolus*, nec *culpa* interueniunt; *dolus* quidem, quia mens per iracundiam eſt alienata; *culpa* etiam quia ex eodem motiuo non potuit eſſe aduertentia in delicto, & cauſa iuſta iracundiæ culpam excludit etiam à cauſa delicti. Quod ſi in Amēte ex furore Lunatico, aut phrenetico hoc admittitur,& quare hoc non admittetur in Amente ex iracundia, cum eadem in omnibus militet ratio;puta mentis alienatio? Si autem iracundia tanta non eſt, quæ mentem opprimat, ſed tantùm alteret, tunc verum eſt, quod non euadit totaliter pœnam,ſed tantùm in partem, vnde, & puniri mitiùs debet; talis enim iracundia alterans mentem comparatur iuſto dolori, qui iuxtà *Leges,(z)* temperationem pœnæ meretur; ſicut etiam, qui,concepta ira mentem vincente,ex cauſa iniuſta,delinquit; iſte enim in *culpa* eſt, vnde, & delictum eius ſi non doloſum, tamen culpoſum redditur, & ſic extraordinariè punibile. Et in hoc ſenſu accipiendi ſunt *Doctores*, quando dicunt,*Delinquens ex furore iræ mitiùs punitur; ſed non impunè dimittitur*; qui intelligendi ſunt de ira, quæ non eſt tanta, vt rationem vincat; ſed ſi vincit, omnem *dolum*, & *culpam* tollit, ſi iuſta fuerit ira; vel ſaltem *dolum* ſi iniuſta, & ſic etiam intellexit *Paſſerinus.(a)*

109. Sed difficilè eſt, prout idem dicit, probare iracundiam fuiſſe talem, vt mentem uicerit; quia quæ latent animo difficulter probantur. Tamen eo modo, quo probatur Amentia,& Furor; puta ex coniecturis, eodem modo poterit probari mentis alienatio. ex furore iracundiæ. Et ità ſi antequam delictum commiſit, ex altercatione verbali cum Inimico habita, tanta efferbuit ira, vt manus, ſeu labia ſibi morderet; pugnos ſibi in facie, ſeu alapas impingeret, caput contrà parietem iactaret; ſanguinem ſpueret; indumenta propria laceraret; vaſa quæque ad terram elideret; vultu immutato; oculis ardentibus, ore ſpumante apparuerit; Amicum, aut Propinquum volentem impedire rixam,æque ac Inimicum,indifferenter percutere attentarit; talis proculdubio dici poſſet, ex iracundia,mēte fuiſſe alienatum.

110. Quid autem iuris ſi non incontinenti,dum actualiter ſe actum in furorem prodidit, ſed ex internallo deliquit, poteſt ne ſe hac exceptione tueri?Hoc voluit *Carerius*; *(b)* Sed de tali extenſione dubitat *Farinacius*, *(c)* nec immeritò: quiſquis enim poſſet taliter ſe excuſare, & impunè delinquere. Inuenio quidem, quod quædam *Lex (d)* ſancit, quod ſi Pater *interpoſitis horis* (poſtquàm occidit Adulterum cum Filia deprehenſum, hào interim elapſa) Filiam apprehenderit,& occiderit, *incontinenti videtur occidiſſe*;& ſic pœnam legis *Corneliæ* euadit: & hoc aliunde non poteſt eſſe, niſi ex *continuatione animi* ira iuſta concitati, vt obſeruat ibi *Dionyſius Gothofredus*. Ex quo videtur poſſe deduci, quod alienatus ex furore, etiam ex interuallo, poſt aliquot horas, poſſet impunè delinquere. Sed hoc non eſt admittendum generaliter;talis enim Lex ſpecialiter diſponens de *Patre* eſt ampliatiua patriæ poteſtatis in filios, & correctoria iuris communis vetantis vti vi priuata; vndè non eſt extendenda, nec trahenda in argumentum, ſeu conſequentiam. Verum eſt, quod, ſpectata iuſta cauſa iræ, facilitate naturæ in Delinquente, & parua intercapedine temporis interiecti, in aliquo caſu particulari, poſſet iudicari, mentis alienationem vſque ad illud tempus perduraſſe. Hoc tamen non eſt vniuerſaliter accipiendum; quantumuis non abnuerim, poſſe ex hoc capite pœnæ diminutionem aliqualiter à *Patrono* pretendi; quod præſtare tamen, prudenti *Iudici* arbitrarium eſſe, cenſerem.

111. Quæ autem dicta ſunt de mentis alienatione ex ira, pari gradu intelligenda ſunt etiam de *Amore* (qui eſt ſpecies *furoris*, vt ait *Plato in Phædro*,) Phreneſi; Ebrietate perfecta; Somnolentia, Mania, Spaſmo, & cæteris ſymptomatibus, per quę vel totaliter, (licet ad tempus,) poſſunt mentem alienare, vel eam plùs, aut minùs obfuſcare; iuxtà enim facti exigentiam, poteſt ex ijs pœnę vel abolitionem, vel diminutionem *Patronus* prætendere.

112. *A prouocatione*. Prouocatus verbis, aut facto iniurioſo,delinquens à pœna ordinaria excuſatur, & minùs punitur; indulgendum enim eſt ei, qui prouocatus vlciſcitur: *(e)* & Auctor, ſiue Caput, rixæ qui ſemper eſt in culpa, eſt ille, non qui concitatus ab ira incipit percutere, ſed qui verbis, aut facto ad iram prouocat, &

accendit; & ille vocatur Princeps culpæ, vt dicunt *Doctores*, (*f*) & iſte magis debet puniri, tanquam qui in cauſa eſt delicti alterius.

113. *A Confeſſione ſpontanea*. Cum ſpontè Confitentibus mitiùs eſſe agendum habet alibi *Textus*,(*g*) vbi explanauimus, quo caſu dici poſſit, aliquis *ſpontè confeſſus*, itaut pœnam ordinariam euadat.

114. *A Dignitate perſonæ*. Perſonæ dignitas ex triplici capite poteſt prouenire; nempè à Dignitate Maiorum, à muneribus, & magiſtratibus functis; & ab excellentia artis vtilis *Reipublicæ*. Prima quidem ſatis infirma Dignitas eſt, & aſcititia; & licet in mundo de ea maxima habeatur ratio, reuera tamen nulla habenda eſſet. Quid enim prodeſſe natalium nobilitas iure debet vitioſo, & delinquenti Nobili, ſi hic per vitia generis claritatem dedecorat. Vnde *Satyricus* cecinit. (*h*)

Squallentes traducit auos, emptorq; veneni.
Frangenda miſeram funeſtat imagine gentē.
Tota licet veteres exornent vndique ceræ
Atria: Nobilitas ſola eſt, atq; vnica virtus.

Crederem proindè; quod ſi, apud omnes Nationes, Nobiles criminoſi, non ſuſpendio, aut alia morte infami, ſed decapitatione ſolent plecti, hoc non eſſe contemplatione Delinquentium, ſed aliorum eiuſdem ſtirpis, ne, ex infamia talis mortis, eorum claritas natalium maculetur.

115. Aliæ verò duæ reale habent fundamentum, in perſonali excellentia ſtabilitum. Et proindè priuilegiatos à *iure* (*i*) legimus eos, qui apud *Rempublicam* pluribus ſtipendijs, aut muneribus meruerunt; & eos, qui excellentiâ profeſſionis eidem prodeſſe poſſunt. Pari modo eſt in Religione noſtra, in qua *Diſcreti Ordinis*, nempè, qui *Generales Miniſtri*, *Vicarij*, aut *Commiſſarij* fuerunt, vnum tantùm *Superiorem* ſupra ſe habent; aliiſque priuilegijs fruuntur. *Exprouinciales Miniſtri*, *Vicarij*, alijque gaudentes priuilegio *Paternitatis Prouinciæ*, inconſultis alijs *Patribus*, notabili pœnitentia nequeunt affici; aliaſque prærogatiuas habent. Iſti ergo benemeriti de *Religione*, ſi aliquandò, ex infirmitate humana, delinquunt, mitiùs, quàm pœna ordinaria, puniri debent, vt habet quædam *Gloſſa* (*l*) communiter recepta.

116. Similiter *inſignis Artifex* Reipublicæ Religioſæ vtilis, Chirurgus, Pictor, Scriptor, ex motiuo excellentiæ, meretur diminutionem pœnæ, vt ait alia *Gloſſa*, (*m*) quam pariter omnes amplectuntur. Et circa hoc aduertendum eſt, quod *Senatus*, qui tenet locum *Principis*, ante Sententiam benè poteſt pœnam temperare; ſed lata Sententia, pro moderatione, adeundus eſt de neceſſitate *Princeps*; vt coherenter ad *Legem* (*n*) quandam ſcribit *Clarus*. Cum verò *Diffinitorium* apud Nos ſit ſicuti *Senatus*, *Generalis* autem *Princeps*; in facti contingentia, poterit *Diffinitorium* ante Sententiam pœnam temperare, illa autem lata, pro eadem mitiganda, debet exquiri placitum *Generalis*.

117. *A non ſeruato Iuris ordine*. Iuris ordo duplex eſt, vt aliàs fuit dictum, nempè eſſentialis, & accidentalis; & de his abundè locuti fuimus ſub proprio *Titulo*, (*o*) & proindè hic non repetimus. Peti autem poſſunt multipliciter argumenta à *Iuris ordine non ſeruato*; puta ab incompetentia *Iudicis*, quæ oriri poteſt, vel ex qualitate perſonali ob quam recuſatur; vel ex defectu iuriſdictionis, quia excedit modum commiſſionis; vel ex modo procedendi, quia proceſſit, non præcedente querela, aut infamia; vel poſt legitimam Appellationem interpoſitam proceſſit in Cauſa; vel quia Appellationi validæ non detulit; vel quia de corpore delicti priùs conſtare, non fecit; vel quia Teſtes abſq; iuramento recepit; vel quia eos ſuggeſtionibus ſubornauit; vel quia neceſſarias dilationes *Reo* denegauit, & centum huiuſmodi, quibus non ſeruatis corruit proceſſus, cum illa ſint de eſſentia iuris. Sed quia ſparſim ad exigentiam materiæ de illis in toto hoc Opuſculo locuti fuimus, non eſt vndè inutiliter, crambem eandem recoquendo, repetamus. Sagacis proindè, & ingenioſi *Patroni* erit, in ſuis locis ea venari, quæ ad ſui Clientis tutelam profutura iudicabit.

118. *A multitudine committentium delictum*. Ratione multitudinis Delinquentium pœnas mitigari oportere, ex multis *Canonibus*(*p*) habemus. Talis autem temperatio pœnarum ex duplici motiuo oritur. Primum eſt, ne tanta hominum ſtrages fiat, argumento cuiuſdam *legis*. (*q*) Aliud eſt ſcandalum, quod, ex tantæ multitudinis punitione, oriri poteſt, vt diſertè habet *Gloſſa* (*r*) quæ, vt dicit *Igneus* relatus à *Claro*, communiter approbatur. Sequitur ergo, quod ceſſantibus motiuis ſu-

pra-

Digitized by Google

prædictis; multitudo peccantium non meretur diminutionem; imò augmentum pœnæ; vt cæteri deterreantur; vt fecit *Moyſes* cum populo idololatra, (s) & *Filij Iſrael* cum vniuerſa *Tribu Beniamin*. Apud nos prima ratio ceſſat, nullum enim crimen in *Religione* eſt, quod morte plectatur; nunquam ergo dabilis eſt caſus, vt multitudini ſit parcendum, ratione ſtragis: ſcandalum quidem naſci poteſt ex multitudine Delinquentium, qui iugum obedientiæ poſſent excutere, ad pœnas fugiendas. Conſultum tunc eſt parcere multitudini, non quidem perpetuò, ſed ad tempus; vſque dum Delinquentes diuidantur; & in varios Conuentus diſſipentur; & ita diuiſi, abſque periculo, poſſint debitas pœnas dare. Scandalum etiam poteſt eſſe ex parte Sæcularium, ſi nempè Criminoſi omnes eſſent in vno Conuentu & ſimul omnes ab eo remouerentur; ex ſubitanea enim, & vniuerſali amotione, anſam accipiunt Sæculares inquirendi de cauſa, quam tandem ſciunt, cum damno *Religionis*, cuius vulnera deteguntur. Proindè, dictat prudentia, paulatim eos remouere, & quæſito ſpecioſo prætextu, ne ſcandalum Sæcularibus ingeratur. Cæterùm multitudo Reorum apud Nos non debet pœnam minuere, expedit enim omnes Sontes, pro bono Religionis, ad normam Legum coercere. Verum eſt, quod ſi in multitudine, vt aſſolet, aliqui ſint Delinquentes principales, qui ſuaſionibus, aut malo conſilio, alios induxerunt ad delinquendum, iſti præ cæteris puniendi ſunt; & cum alijs poteſt mitiùs agi, vt adnotat *Clarus*. (t)

119. Occaſione autem huius Concluſionis, diſſimulare non poſſum vnum, quod refertur ab *Antonio Conciolo*, quod cum ſit contra honorem *Seraphici Ordinis*, ſub quo milito, non debet à me præteriri, quin illud diluam, *Matremq;* meam *Religionem* defendam. Iſte ergo *Auctor* in ſuis *Reſolutionibus Criminalibus*, *Verbo Pœna*. *Reſol.*10.*num.*2. ex occaſione huius Concluſionis, puta, quod *Multitudini in delictis, præcipuè capitalibus, eſt parcendum*: poſtquam citauit (licet non ſatis fideliter) nonnullos *Canones*, & *Doctores* firmantes dictam Concluſionem, ſubiungit. *Quidquid alias fuerit D. Roſus Florentinus, qui in Ciuitate Veronæ inquiſiuit Fratres S.Franciſci, eo quod ob auaritiam interfecerant quendam Cremonenſem eorum Hoſpitem; & omnes illos, numero quinquaginta, ſuſpendi iuſſit ab eorum Olitore minus culpabili, vt refert Boſſ. in Pract. in tit. de Off. corrupt. pec. n.*36. *Hæc Conciolus.* Antequam autem ad hæc, pro dignitate reſpondeam, aduerto, hunc *Auctorem* non citaſſè *Boſſium* ad confirmandam Concluſionem, quam poſuerat; neque ex adducta narratione illam corroborari, imò ex ea impugnari; ex quo deducere facilè eſt, illum non ex ſtudio docendi, ſed ex deſiderio carpendi *Franciſcanum Sodalitium*, Hiſtoriam (fabuloſam tamen, vt oſtendemus) ſuis ſcriptis inſeruiſſe. Modeſto, ingenuoque Scriptore res ſatis indigna, Muſcarum naturà, venari partem, in qua pomum læſum eſt, vt paſcatur marcore. Veniâ donari poſſet, ſi ad robur ſui dicti, (licet ex indirecto Proximum pulſaret) aliquid recitaſſet; ſed vt diametraliter noceret *Religioſo Cœtui*, referre, quod indirectè aſſertam à ſe doctrinam deſtruit, nec cordati, nec prudentis viri eſt; nec doctrinam prodit, ſed liuorem.

120. Hoc obiter notato, dico; falſam omninò eſſe recitatam narrationem, quod non ſolùm deducitur ex hoc, quod nullus *Veronenſium Rerum Scriptor*, aut *Claſſicus Hiſtoricus*, hoc vllo modo narrat; ſed etiã quia ab illis, qui non æquo animo in *Franciſcanam Familiam*, omnes illius næuos ſiue reales, ſiue affictos diligentiſſimè perueſtigarunt, vt ſuis Annalibus inſererent, de caſu ità notabili, & ad infamandam impetitam *Religionem* idoneo, nullam mentionem fecerunt. Quià verò argumentum hoc negatiuum eſt, dicet aliquis, quod non probet; ſed in noſtro caſu benè probat. Etenim *Boſſius*, à quo tranſcripſit *Conciolus*, hoc recitat ex *Mariano Socino in cap. Qualiter, & quando il* 2. *de Accuſatione in ſecundo articulo principali*; *Socinus* autem citato loco ſub *num.* 43. ſcribit, illud Factum fuiſſe ità memorabile, vt vſq; ad ſua tempora tranſierit, & ad vulgare prouerbium ex eo deductum ſit hoc dicterium: *Quid facies Roſſe? ſuſpendes ne illos?* ſcribebat autem *Socinus ad annum* 1435. vt recitat ipſemet in *cap. Qualiter. il* 1. *num.* 15. *de Accuſat.* Si ergo Factum hoc verum fuiſſet, & in prouerbium abijſſet, (tanquam res apud omnes vulgata, notabilis, & memoria digna) ab aliquo ex *Hiſtoricis*, ſaltem *Veronenſibus* fuiſſet relata. Si ergo hoc non eſt, & tanquam res ab omnibus ſcita, non fuit conſequenter ignorata à *Scri-*

pteribus memorabilium illius Ciuitatis, & de illa mentionem non fecerunt, ſignum eſt, illos fabuloſam eam reputaſſe, & proindè in ſuis veris Hiſtorijs non recitaſſe. Falſitas autem huius narrationis emergit ab inuerisſimilitudine. Trita enim Cõcluſio iuris eſt, quod veriſimilitudo ita neceſſaria ſit narrationi ad hoc, quod credatur, quod Teſtes deponentes non veriſimilia non probent, quinimò ſint ſuſpecti de falſo. (u) Videamus nunc, an veriſimilis ſit talis narratio. Suppono primò, quod inquiſitio facta à *Iudice* in ſpecie contra totum *Conuentum* illorum *Fratrum*, ideò fuerit, quia *Fratres* omnes *Capitulariter* congregati, & communicato conſilio decreuerint occidere illum *Cremonenſem*; aliter non potuiſſet Inquiſitio contra totum Conuentum in ſpecie inſtitui; prout ibidem dicunt *Boſſius*, & *Marianus Socinus*. (x) Quomodò autem veriſimile eſt, quod *Superior* (eſto, quod fuiſſet homo diabolicus) capitulariter congregaſſet Fratres omnes Conuentus ad hoc, quod tale homicidium conſummaretur? Certè, ſi ex auaritia ſurripiendi bona Hoſpitis *Superior* (ſine quo non congregatur *Capitulum*) tale facinus ſuaſit, eadem impellente, bona illius ſibi applicare, ſi non totaliter, ſaltem in maiori parte procuraſſet; & ſic eos ſolos Socios criminis adhibuiſſet, qui ad illud ſimpliciter neceſſarij fuiſſent, ne, auctis Socijs, in diſtributione ſpolij eius pars minoraretur. Quomodò ergo *Fratres omnes* congregauit, & cum illis omnibus conſilium communicauit? Forte ad occidendum illum omnes erant neceſſarij? Præterea inter omnes illos, non repertus eſt ſaltem vnus bonus, qui tali conſilio non adhæſiſſet? Nullus fuit Senex, timens *Deum*, qui à tanto facinore non adhorruiſſet, ita vt omnes ſuſpenſi fuerint, quia æqualiter homicidium conſuluerint, decreuerint, conſummauerint? Vltra hæc, Hortulanus, *qui repertus eſt minùs culpabilis*, vel erat *Religioſus*, & de corpore Capituli (apud *Franciſcanos* enim etiam *Laici Conuerſi* vocem habent in *Capitulo Conuentuali*, & proindè ſuffragantur pro admittendo ad profeſſionem) vel non. Si ſic, aut interuenerat *Capitulo*, in quo decreta fuit occiſio; & ita æquè fuit culpabilis cum cæteris, vel non fuit in *Capitulo*, ſed fuit cooperatus homicidio; & ita fuit in culpa æquali cum reliquis; vel ſimpliciter poſt occiſionem data illi fuit cappa Occiſi; & ita nullo modo in culpa fuit; Si autem Hortulanus erat Sæcularis, nec *Capitulo* potuit intereſſe; ſi interuenit cum cæteris ad occiſionem, æqualiter cum *Fratribus* fuit *Reus*; ſi non interuenit, ſed cappa fuit illi ab occiſoribus data, nullo reatu affectus fuit. *Quomodo ergo Hortulanus minùs culpabilis repertus fuit?* Inſuper in *Ciuitate Veronæ*, quæ in amplitudine, & populi numeroſitate, eſt inter maiores *Italiæ*, nullus alius erat Carnifex, vt proindè neceſſum fuerit, vt ab Hortulano *Fratres* ſuſpenderentur? Præterea, quàm iuriſdictionem poterat habere *Prætor Roſſus Florentinus* in Eccleſiaſticos, vt fama deferente, ſpecialem inquiſitionem contra Conuentum inſtituiſſet? Si fama vigebat ſufficiens ad inquirendum, & quomodo *Iudex Eccleſiaſticus* non proceſſit? Potuit ne *Epiſcopus* diſſimulare tantam iniuriam factam immunitati *Eccleſiaſticæ*, vt Cenſuris illaqueatum non declarauerit *Prætorem*, & ità nullitatem in ſuis actibus? nullus ne erat inter illos fratres *Sacerdos*, qui antequam morti dederetur, degradari, ad normam ſacrorum *Canonum* deberet? Et poterat ab *Epiſcopo* degradari Sacerdos ex ſolo proceſſu inſtituto per *Iudicem Laicum*? Et quis prudens Vir admiſerit, tamquam veram, fabellam, quæ tot inueriſimilibus laborat?

121. Reſpondebitur fortè quod inueriſimile nõ concludit falſitatem de neceſſe, ſed inducit tantum ſuſpicionem faſitatis; vndè licèt talis narratio ſit inueriſimilis, tamen non ſit cenſenda falſa, cum eam referat *Doctor Claſſicus*, vt eſt *Marianus Socinus*. Sed ad hæc dico, quod vbi adeſt vnum tantùm inueriſimile, viget ſuſpicio de falſo, ſed quando adſunt tot inueriſimilia complicata, ſuſpicio ſimplex falſitatis tranſit in vehementiſſimam præſumptionem illius, quæ in tantum æquiualet probationi, vt incumbat aſſerenti onus probandi contrarium. Quomodo autem probabitur? Fortè quia *Auctor Claſſicus* hoc refert? Minimè: quando quidem *Socinus* auctoritatem facere poteſt, vt *Canoniſta*, non vt *Hiſtoricus*; & trita eſt concluſio *Doctorum*, quod Doctor fidem meretur, donec per Concluſiones Iuris ratiocinatur, ſed non quando ſe gerit *Hiſtoricum*: nam oporteret ſibi credi abſque iuramento, & per ſimplicem ſcripturam, quod non debet. Vnde (z) *Doctori* aſſerenti de conſuetudine, quod ſic, vel

ſic vi-

ſic vigeat, credendum non eſt, vt tradunt *Corneus, Decius, & Purpuratus.(a)* & rationem reddit *Aretinus(b)* qui hanc conclusionem dicit communem, quia duo ſpecialia inducerentur; puta, quod *ſine iuramento, & perſcripturam* admitteretur teſtificatus. Quod ſi ipſi non creditur aſſerenti de conſuetudine, quæ habet tractum ſucceſſiuum, & de qua poteſt plenè informari; ſequitur quod multo minus ei debeat credi circà factum inſtantaneum particulare; & multo fortiùs dum teſtatur de facto, quod dicitur, ſucceſſiſſe in partibus valdè diſtantibus à loco, in quo ipſe ſcribit; non enim de tali facto potuit oculariter informari, ſed ex relatione aliorum, qui plerumque vendunt falſa pro veris. Poſſet quidem ſibi aliqualiter credi ſi ipſe aſſeret hoc, vt rem à ſe viſam, vel ab *Hiſtorico Claſſico* ſcriptam; aut ſaltem ab alijs Teſtibus, de viſu, fide dignis, ſibi relatam. At nullum iſtorũ eſt; ſed hoc reducit *ad vulgare prouerbium. Quid facies Roſſe? ſuſpendes ne illos?* Ex quo patet hanc eſſe anilem fabellam, ſimilem alijs, quas Vetulæ, præcipue rurales, noctu vigilantes ad focum pueris narrant circa alia prouerbia Italica vulgaria, vt *La Merla ha paſſato il Pò.*

Non è più il tempo, che Berta filaua.

Per vn punto Martin perdè la cappa &c.

quæ vt explicent, centum narrationes ineptas, varias, & fabuloſas attexunt, quibus pueri imbuti, eas credunt veras, & in virilitate dicunt, ſe eas ab antiquis accepiſſe, & hoc modo fabula, ab antiquitate probata, euadit in hiſtoriam.

122. Sed quod pueris imponatur condonandum eſt ætati, & ſimplicitati; quod vero cordatus Vir tales ineptias recipiat, & non examinata narratione, ſi cohærere poſſit rationi, & veriſimilitudini, illam vt veram recipiat, & ſcriptis mandet, res prorsùs eſt indigna non dico *Doctore Claſſico*, ſed etiam viro prudenti. Tolerabile tamen hoc fuit in *Mariano Socino*, qui vixit in ſeculo rudiori, & ſimpliciori, in quo ab *Auctoribus* paſſim recipiebantur & tamquam vera ſcribebantur quædam fabuloſa, quæ modo ab *Auctoribus modernis* emunctæ naris exſibilarentur, vt patet in narratiuis *Petri Bercorij, Bellouacenſis*. & aliorum, quos tædet recitare. Sed hoc ſupportabile non eſt in *Conciolo*, qui ad noſtra tempora ſcripſit. Nec dubium eſt ſi rem rationabiliter examinaſſet, illum talia minimè fuiſſe ſcripturum; ſed præventa ratione à ſtudio pungendi *Regulare Inſtitutum*, ſcripſit, non quod verum crediderit, ſed quod ad ſuæ paſſionis indulgentiam idoneum, licet ineptè, exiſtimauit.

123. *Et ab alijs ſimilibus locis, quæ pro Rei defenſione facere poterunt*. Multa ſunt loca defenſionis non tacta in *Textu*; & ideò quæ ſunt potiora libabimus; vt *Patronus* poſſit excitari ad inueſtiganda ea in alijs *Auctoribus* ad profectum Clientis.

124. Primus locus eſt *Exceptio contra perſonas Teſtium*. Iam ſupra dictum eſt de defectu *Teſtium falſè, variè, vacillanter, & animosè deponentium*. Nunc dicendum de criminibus, quæ poſſunt obijci Teſtibus ad elidendum, ſiue infirmandum eorum Teſtimonium. Dico ergo quod ſi veriſimiliter ſperetur aliqualiter *Reum*, ex hoc eſſe iuuandum, poteſt *Patronus* obijcere Teſtibus eorum delicta, quamuis grauia, & occulta, dummodò in iudicio ſint probabilia. Et ratio eſt, quia *Reus* habet ius ſe iuſtè tuendi, detegendo autem delictum Teſtis, contra quem excipit, ipſum, vel in totum, vel in partem repellit, vim diminuit probationum contra ſe, potior redditur eius Cauſa, & ſic iuuatur. Imputet ergo ſibi Teſtis, ſi eius turpitudo detegitur; conſcius enim de ea debebat non teſtificari, & ſi coactus examinatus eſt; *Reus* ſibi iniuriam non facit, dum eius proprium crimen obijcit, cum principaliter defenſionem intendat; licet indirectè, & occaſionatiuè damnum Teſti emergat.

125. Verum tamen eſt, quod ſi oppoſitio criminum vel nullo modo iuuaret *Reum*, vel maius eſſet damnum, quod ſequeretur Teſti ex tali crimine ſibi obiecto, quam quod accidit *Reo*, hic contra Charitatem, & contra Iuſtitiam peccaret, tum quia reuelat abſq; proprio profectu turpitudinem proximi, tum quia non ſeruaretur, inculpata tutela, dum proximo plus noceret, quàm ſibi prodeſſet; & hoc maximè ſi alius ſibi ſuppeteret modus propriæ defenſionis; vt *multi(b)* dicũt. Sed his deficientibus poteſt *Reus* crimina Teſtibus opponere, & eos vel in toto repellere, vel aliqualiter infirmare. Et quod dicitur de Teſtibus dicitur etiam de *Accuſatore*, & *Iudice*, ſi enim iſtis obijci poteſt, & probari delictum, per quod ab Accuſatione, aut à iudicando, reſpectiuè, repellantur, poteſt *Patronus* illud ſecurè, & tuta conſcientia proponere. Quid verò ſi per alios

Teſtes

Teſtes remanet nihilominùs *Reus* de crimine conuictus; poteſt ne alicui Teſti crimen tale opponere? Dico, quod non; ſed peccat contrà Charitatem; ſicut qui impetitus à multis ad mortem, quam non poſſet euadere, vnum, vel alterum occideret, non enim inculpatè ſe tueretur illos duos ſic occidendo, cum nihilominus ab alijs necandus remaneat. *(d)*

126. Secundus eſt *ignorantia*, Hæc enim non ſolum ſi eſt rigoroſè *inuincibilis*, ſed etiam *probabilis* (quando quis non tenetur maiorem adhibere diligentiam, vt ſ[illegible]iat) excuſat; prout diffuſè probat *(e)* *Paſſerinus*. Et etiam ſi ſit craſſa (dummodò tamen excludat dolum,) ſemper excuſat à pœna ordinaria. Itaque credulitas operantis, putantis ſe licitè agere, etiamſi ſit leuis; temeraria, beſtialis, & iniuſta, (dummodo dolum excludat) minuit pœnam. Iniuſta tamen credulitas non excludit à temeritate, & lata culpa. *(f)* Et ita committens delictum ignorans eius grauitatem; aut Cenſuram illi adnexam, mitius debes puniri. Et hoc poteſt faciliùs præſumi in Laico rudi illiterato, vel Clerico iuuene, aut etiam Sacerdote parum docto. Probatur autem ignorantia præſumptionibus, coniecturis, & etiam iuramento allegantis eam, prout poſt quandam *Gloſſam* (g) multi ſcribunt.

127. Tertius eſt *metus, aut vis*. Et pro hoc ſciendum, quod metus, ſi eſt cadens in virum conſtantem, & incuſſus eſt ab eo, qui ſolitus eſt minas exequi, licet non cauſet inuoluntarium ſimpliciter, tamen minuit aliqualiter de voluntario. Proindè, qui delinquit ex tali metu, incurrit pœnam, non tamen ordinariam, ſed extra ordinariam, vt iura volunt. Si ergo aliquis ad delinquendum inductus tali pacto fuit, ex hoc loco, ei poteſt ſubueniri, vt pœnà tantùm extraordinarià puniatur. *(b)*

128. Quartus eſt; *ſi delictum eſt factum clam*. Et ad hoc ſciendum, quod in ijs quę ſemper illicita ſunt, ſi quis aliquod tale committat, & hoc patenter, & palam, magis debet puniri, quàm ille, qui in occultò delinquit. Et ratio eſt, quia ille peccat quodammodò excontempu Legis, quam transgredi publicè, non veretur. Si verò peccat quidem, ſed omnem adhibet diligentiam, vt peccatum occultet, oſtendit aliqualiter reuerentiam erga Legem, &, proximum non ſcandalizando, minùs peccat; vnde etiam ſibi pœna minorari debet, vt ex *Gomez* docet *Clarus*. *(i)*

129. Quintus eſt, *incertitudo Delinquentis*. Et circa hoc eſt aduertendum, quod dupliciter poteſt contingere: vno modo, quando duo tantùm ſunt, qui ſe inuicem percuſſerunt, nec adeſt Teſtis, per quem poſſit probari, quiſnam fuerit Prouocator, aut Aggreſſor. Secundo modo quando plures ſunt qui ad idem delictum concurrerunt, neſcitur verò à quo fuerit conſummatum; conſummatio vero ab vno ſolo fuit, vt vnum vulnus occiſo inflictum. In primo caſu dicit quædam *Gloſſa* *(l)* quod ambo eſſent abſoluendi; ſatius eſt enim, quod Nocens euadat pęnam quàm quod Innocens puniatur. Sed quia prouocatio paſſiua non tollit delictum, licet illud minuat, ideo contra illam *Gloſſam* tenent *Doctores*; *(m)* & quia conſtat, quod ambo percuſſerunt, ambo ſunt extraordinaria pęna puniẽdi, vt benè concludit *Clarus*. *(n)* In ſecundo caſu diſtinguẽdum eſt; ſi enim omnes ex condicto illud maleficium ſunt aggreſſi, omnes ordinaria pœna ſunt puniendi; quia eodem animo omnes acceſſerunt, & in *maleficijs voluntas ſpectatur non exitus*, vt textualiter habet quædam *Lex*: *(o)* proindè omnes puniendi ſunt, vt principales; ſi verò vnus alios ad maleficium hortatus eſt, ille habendus eſt pro authore maleficij, & ordinaria pęna percutiendus, vt expreſsè habetur in *Codice*. *(p)* Si verò non ex condicto, nec aliquo hortante, ſed rixà incidenter ortà, inflictum fuit vulnus, & mors ſecuta, omnes abſoluuntur à pęna ordinaria, & extraordinaria tantùm debent puniri, vt dicunt *multi*. *(q)*

130. Sextus eſt; *proceſſus per viam Inquiſitionis*. Sciendum adhoc, quod in *Iure Ciuili* ſiue agatur per viam *Accuſationis*, ſiuè *Querelæ*, ſiue agatur per *Inquiſitionem ex Officio* ſemper, & æquali modo *Reus* conuictus, ſeu confeſſus pœnà ordinaria punitur; ſed in *Iure Canonico* mitiùs agitur in pœna danda quandò proceditur *per Inquiſitionem*, quàm quando agitur per *Accuſationem*, vt ex quodam *Canone*, *(r)* eliciunt *Doctores*. Verum eſt, quod ſi *Reus* confiteatur delictum; aut hoc ſit notorium, pœna ordinaria puniri debet, vt ex *Innocentio*. docet *Abbas*. *(s)* Hoc quidem verificatur *de Iure*; de conſuetudine autem contrarium ſeruatur, nunquam enim vidi, quod ex hoc motiuo pœna *Reis* ſit di-

ſit dimunuta. Puto proinde, hanc exceptionem parùm poſſe *Reum* iuuare.

131. Septimus eſt: *ſi cauſa aliàs fuit iudicatâ*. Pro hoc eſt aduertendum, quod Regula generalis, in *vtroque Iure (t)* fundata, eſt, quod ſemel iudicatus in eodem, vel pluribus Tribunalibus non poteſt vlteriori iudicio ſubdi; cum enim neque *Deus iudicet bis in idipſum*, non eſt vndè ex eodem crimine, idem bis percellatur. Habet tamen Regula hęc ſuas exceptiones. Vna eſt, quod in delictis mixti Fori ſi *Reus* non eſt ſufficienter punitus ab illo *Iudice* qui præuenit, poteſt ab alio *Iudice* vſque ad pœnam condignam puniri. *(u)* Hæc autem exceptio multas patitur limitationes quas prætereo; quia non poſſunt quadrare apud nos, apud quos tales Cauſæ non dantur. Poteſt benè euenire caſus quod *Prouincialis* puniat Aduenam, qui in ſua *Prouincia* deliquit; vel quod *Epiſcopus* in caſu ſibi minimè permiſſo à *Conſtitutionibus Conciliaribus*, ſiuè *Apoſtolicis*, ſed de facto, *Religioſum*, qui extrà Clauſtra crimen commiſit, in proprio carcere ieiunijs, aut carceratione punierit. In iſtis ergo caſibus *Religioſus* punitus reuerſus ad ſuam *Prouinciam*, aut ab *Epiſcopo* reconſignatus *Religioni*, poteſt ne puniri à ſuo *Prælato* ordinario ex hoc motiuo, quod non fuerit ad normam *Statutorum* plenè caſtigatus?

132. Quantum ad primum Caſum dico quod Prouincialis proprius, non poteſt de crimine extra ſuam Prouinciam commiſſo inquirere contra Subditum ad propria reuerſum; reſpectu enim talis delicti, eius *Superior* non eſt; Quiſque enim ſortitur Forum loci, vbi delinquit. *(x)* Proindè nequit Prouincialis cognoſcere an Subditus pœnâ conuenienti ab alio *Prouincialis* nec nè ſit punitus: tum quia non habet imperium par in parem; tum quia nequit ſcire cauſam, ob quam *Prouincialis*, qui iudicauit, pœnas temperauerit, cum ex accidentibus, & circumſtãtijs Cauſæ, arbitrarium ſit *Iudici*, pęnas à Lege taxatas minuere. Sequitur ex hoc, quod ſi *Iudex* ſententiauerit *Religioſum* Aduenam, qui intra fines iuriſdictionis illius deliquit ad aliquam pœnam, vt carceris; & illum miſerit ad propriam Prouinciam, vt in ea pœnam adimpleat; & copiam Sententiæ tranſmiſerit ad *Prouincialem* Delinquentis; tenetur *Prouincialis* iſte executioni demandare talem Sententiam, nec poteſt cognoſcere de ea, an ſit iuſta, vel non; aut ſi pœna congrua data ſit pro tali delicto nec ne: eſt enim *Commiſſarius* in hoc caſu, & merus executor illius Prouincialis, qui iudicauit, & circa hoc eſt Textus expreſſus cuiuſdam *Decretalis*. *(z)*

133. Quantum autem ad ſecundum, de rigore iuris loquendo nihil deberet *Reo* ſuffragari, quod fuerit condemnatus ab Epiſcopo, & punitus extra caſus, in quibus ille de iure poteſt procedere contra *Regulares*, vt *Delegatus Apoſtolicus*; cum enim nullum ius habeat *Epiſcopus* in *Regulares*, tali caſu, vt ſuppono; acta iudicialia contra *Religioſum* ſunt nulla; & perinde eſt, ac ſi iſte à *Iudice Laico* ſententiatus, & punitus eſſet; & ſic etiam pęna, quam ſubijt, vt potè non legitimè irrogata, non poſſet impedire, quin *Superior* proprius cognoſceret de crimine, & ad legum præſcripta puniret. Sed de rationabili æquitate aliter eſſet dicendum. Conſtito enim *Superiori Regulari* per legitima documenta, quod eius Subditus deliquiſſet, & minùs fuiſſet punitus eo, quod per *Statuta* ordinetur, poteſt pęnam, quam ſubijt, computare, & iniungere id, quod ei deficit ad legalem pęnam, implendam. *(a)* Ratio eſt, quia licet pęna non fuerit irrogata ab habente authoritatem, tamen eam *Reus* quoquomodò ſubijt: & ſicut qui deberet centũ, ſi per vim, aut extraiudicialiter coactus fuit ſoluere quadraginta, non poteſt à *Iudice* cogi niſi ad ſoluendũ ſexaginta, quæ ſuperſunt ad debitum, ità, qui tantam pœnam debebat pro delicto, non debet cogi per *Iudicem* niſi ad eam, quæ ſupereſt iam ſolutæ, licet modo non legali.

134. Alia exceptio eſt, *Si Reus non fuit abſolutus ex capite innocentiæ*, ſed tantùm ab obſeruatione iudicij, cum clauſula, *ex hactenus deductis*; vel *Rebus ſic ſtantibus*, vel *non eſſe repertum, aut probatum culpabilem, nec de iure punibilem*. Tali enim caſu, aut ab eodem, aut ab alio *Iudice*, ex nouis ſuperuenientibus indicijs, poteſt moleſtari, vt dicunt *Doctores*. *(b)* Verum eſt, quod indicia, quæ debent ſuperuenire, non debent, eſſe de illis, quæ in proceſſu iam extabant; ſed debent, eſſe diuerſa; quia ſuper primis iam purgatis, etiam ſi meliùs probarentur, non poteſt fieri fundamentum; quia tunc non dicitur ſuperuenire nouum indicium, ſed noua probatio indicij veteris; noua etenim indicia ſunt, quæ differunt à veteribus ſpecie,

cie, vel ſubſtantia; vt ſi prima indicia erant de fama, vel de inimicitia, poſteà ſuperueniat Teſtis de viſu, & ſimilia, vt *Criminaliſtæ* declarant. *(c)* Pariterque indicia ſuperuenientia debent ex ſe eſſe grauia, & ſufficientia ad torturam, aliter nihil valent ad reaſſumendam Cauſam iam iudicatam. *(d)*

135. Alia itidem exceptio eſt, ſi poſtquam *Reus* fuit abſolutus, proponeretur noua Cauſa, quæ diuerſificaret delictum ſpecie; vt ſi quis inquiſitus de Furto, & eſſet abſolutus, poſtea accuſaretur de Furto ſacrilego. Non obſtante, etenim abſolutione habita, poteſt iterum moleſtari; cum enim qualitas transferat delictum de ſpecie in ſpeciem, non poteſt dici quod inquiratur ſuper eodem, ſed diuerſo delicto. Oportet proinde, quod noua qualitas diuerſificet delictum ſpecie; quod ſi non diuerſificet, ſed tantùm aggrauet, non poteſt denuò moleſtari, vt multi tradunt. *(e)*

136. Inſuper alia exceptio eſt, ſi *Reus* eſt malè abſolutus, puta quia *Accuſator* præuaricauerit; vel Teſtes fuere ſubornati, aut ſi *Iudex* muneribus, pecunia, precibus, aut alio modo fuit corruptus, ità vt *Reum*, aut totaliter abſoluerit; aut pœnam, longe minorem debita, illi intulerit: tali enim caſu *Iudex* ſucceſſor poteſt denuò de delicto inquirere, & legalem pęnam infligere. *(f)* Sed in hoc caſu aduertendum eſt, quod *Iudex*, qui vult de criminesdenuò cognoſcere, ante omnia probare debet quod *Accuſator*, *Teſtis*, aut *Iudex* defecerit præuaricando, colludendo, aut malitiosè pronunciando; antequam de crimine cognoſcat. Prout enim, & benè, aduerit *Paſſerinus*, *(g)* qui non poteſt agere, niſi ſub conditione, antequam agat, oportet, quod probet conditionem impletam fuiſſe; cum ergo non poſſit *Iudex* cognoſcere de crimine iam iudicato, niſi in caſu quod non benè fuerit abſolutus *Reus*, aut minùs, quàm debuit, pœnitentiatus; de neceſſitate debet priùs probare malam abſolutionem, quam crimen denuò recognoſcat.

137. Octauus eſt *Cauſa honoris*, ſi enim aliquis attentat pudicitiam alterius, maximè ſi intercedat vis, poteſt ille ad hoc impunè occidi; & eſt *Text. in Iure*, expreſſus: *(h)* hoc etiam ſi vis ſit attentata non in perſona propria ſolùm, ſed etiam in perſona coniuncta conſanguinitate, aut parentela. Hoc autem ſano modo debet accipi, puta ſi occiſio ſit cum moderamine tutelæ inculpatæ, ità vt nequeat impediri Stuprum niſi per mortem Aggreſſoris. Alitèr occidens teneretur, ſi non de dolo, ſaltem de culpa, & ita eſſet extraordinariè puniendus. *Cauſa autem honoris*, poſſet etiam extendi ad alios caſus, in quibus honor proprius, vel ſuorum labefactatur; ſi enim aliquis maledictis, ſcommatibus, improperijs vituperaret Perſonam, Coniunctos, Familiam, *Religionem*, aut *Patriam*, aut *Nationem* alterius, & audiens laceſſitus à verbis iniurioſis, vt ſui, & ſuorum honorem tueretur, Maledicum percuteret; deberet hic pœnam extraordinariam ſolam ſubire, tum quia hæc eſſet defenſio, licet non inculpata; tum quia eſſet verè prouocatus, ob quam cauſam debet mitiùs puniri, vt dictũ ſupra fuit. *(i)*

138. Nonus eſt *Error*, aut *in facto*, aut *in perſona*; *in facto* quidem quando volens ſolùm percutere, & vim repellere, ſauciat, & occidit; Hic enim non tenetur pœnâ ordinariâ, eo quia voluntariè non occidit, & proindè eſt caſus diſpenſabilis ab *Epiſcopo* iuxta diſpoſitionem *Tridentini*, vt ſcribit *Riccius*; *(l)* & couſequenter etiam à *Prælatis Regularibus* habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vt *Miniſtri Prouinciales*, & etiam *Prælati locales*, vt ſcribunt multi, quos recitat *Barboſa*. *(m)* Porrò diſpenſatio hæc circa irregularitatem ex homicidio non voluntario contractam, reſpicit ſolùm forum internum, vt apertè loquitur *Concilium*.

139. *Error* autem *in perſona* eſt, ſi volens percutere, aut occidere Inimicum, occidit caſualiter alium, puta Mediatorem, vel Comitem Inimici, aut caſu prætereuntem; non tenetur enim ſic percutiens, vel occidens, pœna ordinaria, ſed extraordinaria: quia non poteſt dici in dolo ad alium, niſi quo ad Inimicum, quem tamen non occidit; quo ad alium verò inuoluntarius fuit, licèt fuerit in lata culpa, quæ tamen in criminalibus dolo non æquiparatur; & eſt *Textus in Iure* *(m)* expreſſus: proindè tantùm pœnà extraordinariâ puniri poteſt, vt dicunt. *Doctores* *(o)*

140. Decimus eſt *Imprudentia*. Iſta etiam excuſat Delinquentem à pęna ordinaria, vt multi ſcribunt. *(p)* Poteſt autem contingere hæc multipliciter, puta in danda opera rei licitæ, vel illicitæ. Vt coquus,

coquus, qui parato arſenico, vt mures occideret, *Imprudenter* chartam, in qua illud aſſeruabat, poſuit in theca, aut Pixide, in qua conſeruantur aromata comeſtibilia; & putans accipere ſaccharum ad condiendum obſonium, imprudenter poſuit arſenicum ex quo Frater venenatus obijt. Iſte reuera nullam pœnam mereretur, quia non eſt in dolo, nec in Culpa, niſi ad plus leui: parando enim Arſenicum pro muribus, operam dedit rei licitæ. Si autem, vt Fratri ludicram inſidiam ſtrueret (vulgò *burla*,) ponendo in vino radicem Solatri furioſi, (vt comeſtionem impediret) exceſſiſſet in doſi, ita, vt, qui bibit vinum taliter medicatum, graue damnum paſſus eſt, ex venenoſa qualitate Solatri, eſſet quidem puniendus, licet ex imprudentia deliquiſſet; fuiſſet enim in culpa, dando operam rei illicitæ; & ob hanc cauſam extraordinariè eſſet caſtigandus.

141. Vltimus eſt *publica vtilitas*. Si enim ſit Attentans aliquod delictum, & ex eo, licet inuoluntariè, reſultet Reipublicæ aliqua notabilis vtilitas, debet iſte, pro delicto attentato, aut etiam conſummato; nullam pœnam ſubire, aut ſaltem extraordinariam tantùm. Vt ſi volens furari nummos alicuius, eius ſcrinium frangat, & reperit ibi litteras, in quibus agitur de proditione *Patriæ*; quam auertit, deferendo litteras *Magiſtratui*; talis non debet pro furto ordinaria pęna, & forte nulla, percelli: (*p*) bonum enim reſultans *Reipublicæ* debet compenſare malum intentatum contra priuatam perſonam: Et ſic noctu Exiens à *Monaſterio* ad fornicandum, ſi deprehendit Fures, qui parati ſunt *Eccleſiam* depredari, & vociferatur, & damnum publicum auertit, egreſſionis nocturnæ ordinariam pęnam debet euadere; & de ſimilibus idem eſt dicendum, vbi, ex priuato delicto bonum *Reipublicæ*, licet incidenter, adueniat.

142. *Adducendo, quæ adduci debent cum modeſtia Religioſos decente*. Quanta modeſtia præſtanda ſit ab *Aduocatis*, & *Patronis*, tum reſpectu *Iudicis*, tum in ordine ad *Actorem* elegantiſſimè expreſſit *Imperator* his verbis. (*q*) *Ante omnia Aduocati ita præbeant patrocinia iurgantibus, vt non, vltrà quàm litium poſcit vtilitas, in licentiam conuinciandi, & maledicendi temeritatem prorumpant. Agant quod cauſa deſiderat; temperent ſe ab iniuria. Nam ſi quis adeò procax fuerit, vt non ratione, ſed probris putet eſſe certandum, opinionis ſuæ imminutionem patietur. Nec enim conniuentia commodanda eſt, vt quiſquam, negotio derelicto, in Aduerſarij ſui contumeliam, aut palam pergat, aut ſubdolè*. Cohęrenter ergo ad hanc Legem ordinat *Textus*, vt *Patroni*, in Cauſis defendendis, modeſtiam Religioſam omninò ſeruent, nec mordacibus verbis *Accuſatorem* proſcindant; aut Satyricis dicacitatibus *Iudicem* pungant. Et hoc ſaluberrimè quidem ſancitum eſt; nam ex huiuſmodi iurgijs animi excitantur, & non rarò Cauſa excidunt *Patroni*, dum nimis procaciter, & vltrà modeſtiam, iura Clientis tueri tentant.

T E X T V S.

§. IX. Copia Proceſſus, in quo multi inquiſiti ſunt, & non omnes conſtituti; ſed aliqui ipſorum Contumaces, non debet dari, niſi priùs Socij in contumaciam condemnati fuerint. Et tunc Sociorum nomina non deſcribantur.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

143. *Proceſſus in quo multi ſunt Inquiſiti, quomodò terminandus*.

144. *Rei Contumaces prius ſententiandi antequàm copia actorum detur Reo, qui eſt in fortijs*.

145. *Nomina Sociorum danda Reis, ſi aliqua defenſio ex ijs deſumi poteſt*.

146. *Difficultas circa danda nomina Teſtium in generali Viſitatione iuridica*.

147. *Reſolutio difficultatis*.

143. PRO intellectu huius Textus ſciendum eſt, quod quando in eodem Proceſſu agitur contrà plures Complices, debent ſimul omnes expediri, niſi aliquis eorum alio peculiari delicto detineretur, quod Proceſſum ſeparatum

ratum exquireret, antequam ergò aliquis ipſorum torqueatur, debent omnes conſtitui, & examinari, & perduci Proceſſus ad terminum, vt omnibus poſſint communicari acta, ad effectum ſe defendendi. Et ratio eſt, quia ſi copia actorum alicui ex ipſis communicaretur, alijs non dum conſtitutis, periculum eſſet, ne, cum damno Fiſci, ipſi ſcirent indicia, quæ in Proceſſu ſunt contra ſe, & in examine illa faciliter eliderent. Oportet ergo, quod omnes, examinati ſint, antequam copia actorum alicui communicetur.

144. Quod ſi plures Complices quidem ſint, ſed vnus, aut alter in fortijs Curiæ reperiatur, cæteris fugitiuis, & Contumacibus, intrat tunc diſpoſitio huius *Textus* dicentis, quod *Copia Proceſſus non debet dari, niſi prius Socij in contumaciam condemnati fuerint*. Debent ergo Socij citari per Edictum, affigendo Libellum citationis ad valuas Refectorij Conuentus, in quo degebant, priusquam fugam arriperent; aut Conuentus principalis, vbi eſt reſidentia Curiæ; cum debita aſſignatione temporis congrui ad comparendum; quo elapſo, & accuſatà contumaciâ, debet contrà ipſos ferri Sententia, iuxtà exigentiam delicti. De forma autem in hoc ſeruanda tractabimus in *Secunda Parte*. Et hæc eſt Praxis communis omnium (r) Curiarum.

145. *Et tunc Sociorum nomina non deſcribuntur*. Hoc debet intelligi cum grano ſalis; puta, quod nomina Sociorum nullo modo dentur, quando nulla prorsùs defenſio poſſet ex illis elici fauore *Rei*. At ſi talia nomina, vel in minimo, poſſunt *Reo* ſuffragari, debent in copia inſeri, & non ſolùm nomina, ſed etiam omnia acta, quæ ad eos pertinent; vt multi ſcribunt, (s) Quia autem non poteſt ſcire *Iudex* an. *Reus* ex nominibus, & actis tangentibus Socios, ſibi poſſit aliquam defenſionem parare; melius fiet, ſi copia actorum integraliter detur; attento maximè, quod ex hoc, quod ſunt Contumaces, ſtat præſumptio, quod ipſi ſint magis culpabiles, quam *Reus*. Debet ergo iſte habere documentum authenticum Contumaciæ eorum, qua ſe poſſit in parte tueri. Præterquam quod, nullum prorsùs damnum Fiſco poteſt euenire ex tali publicatione, eo quia ipſi iam condemnati ſunt. Si quod damni poſſet ipſi aduenire, eſſet, quia, ex illis actis, poſſet *Reus* aliqualiter deſtruere intentionem Fiſci contrà ſe; ſed, ex hoc capite, non poſſunt ea denegari, quia hoc ſpectat ad *Rei* defenſionem, quæ nullo modo poteſt tolli, aut minui. Ideo aſſertiuè dico, quod debent omnia integraliter dari, ne iuſtitia lædatur.

146. Sed demus, quod in Viſitatione generali iuridica plures ſint *Rei* de diuerſis delictis connexis, aut inconnexis; & tales conuicti per legitimos Teſtes in eadem Viſitatione ſint, ita, vt neceſſarium non ſit, vllam aliam ſpecialem Inquiſitionem inſtituere, & velit *Iudex* deuenire ad expeditionem Cauſæ contrà vnum, vel alterum; debet ne concedere integraliter copiam totius Viſitationis?

147. Diſtinguo caſum. Si agatur de delictis connexis, non poteſt, vt dictum eſt, *Iudex* vnum expedire, quin omnes *Coreos* pariter expediat; & debet reducere acta ad terminum, in quo omnibus Socijs criminis æqualiter poſſit tradi integraliter copia actorum; & ſi aliquis eorum fugitiuus eſt, debet prius ſententiari, vt contumax, vt ordinat hic *Textus*. Si autem delicta ſint inconnexa; debet tradi tantùm copia eorum, quæ tangunt Cauſam illius, qui debet expediri. Cum enim alia delicta ſeparata ſint, non eſt vndè *Reus*, ex notia illorum, poſſit ſibi defenſiones parare; vnde nec conqueri poteſt, quod ſibi dentur decurtata. Quod ſi *Iudex*, *Deum* timens, videt ex illis poſſe *Reum* ſe, aliquomodo, tueri; non debet quidem acta integra illi dare; quia poſſet damnificare Fiſcum, reuelando indicia militantia contra Reos alios, qui poſſunt, habita tali notitia, ipſius intentionem eludere; ſed debet ſuſtinere, alioſque Socios conſtituere, donec omnibus poſſit tutò integra copia dari, & omnes pariter expediri, vt de delictis connexis dictum eſt.

TEXTVS

Digitized by Google

T E X T V S.

§. X. Petentibus Reis repetitionem Teſtium, annui debet, dummodo Contumaces non extiterint, & delictum confeſſi non fuerint. In repetitione autem ſeruanda ſunt omnia, quæ in primo examine; ac ſi examinati non fuiſſent; etiam ſi opus eſſet, replicare Torturam in Teſte inhabili. Quod ſi Teſtis repetitus petat, ſibi legi ſuam primam depoſitionem; legenda eſt per extenſum, vt lapſui memoriæ conſulatur; & ſi Reus Articulos producat, ſuper quibus inſtat, Teſtes, qui repetuntur, ſpecialiter interrogari; recipi, vel non recipi, Iudicis ſtat arbitratui. Hæc autem repetitio tum à Iudice ad ſe Teſtes vocante, tum à Delegato ad alium Conuentum deſtinato; tum per Commiſſionales litteras ad aliquem probatum Patrem, qui Teſtes repetat, tranſmiſſas, fieri poteſt.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

148. *Repetitio Teſtium quandò ſit ſolemnitas, vel eſſentiale Iuris.*
Eam ſi petat Reus debet Iudex concedere.
149. *Repetitio Teſtium ad Rei defenſam concedi debet, etiamſi Reus Contumax, aut confeſſus eſſet.*
150. *Teſtes, nolentes repeti ad inſtantiam Rei, ſunt ſuſpecti de falſo, & eorum dicta non probant.*
151. *In repetitione Teſtium ſeruanda omnia, quæ in primo examine.*
Tortura de nouo adhiberi debet Teſti inhabili, qui repetitur.
152. *Repetitio Teſtium, ad petitionem Rei, debet fieri, etiam nullis interrogatorijs propoſitis à Patrono.*
153. *Iudex quæ conſiderare debeat in repetitione Teſtium.*
Examen primum quando legendum, aut non, Teſti, qui repetitur.
154. *Si timeatur, Teſtem fuiſſe ſubornatum, legendum eſt ei ſuum primum examen, etiam eo non petente.*
155. *Si Patronus ſuſpicetur* Teſtem *repetendum eſſe falſum, & ille inſtet apud Iudicem, ne examen ſibi legat, Iudex tenetur non legere.*
156. *Articulos à Patrono productos quando poſſit Iudex recipere, vel non.*
157. *Difficultas circa Textum proponitur.*
158. *Teſtis in repetitione examinandus eſt, ac ſi nunquam examinatus fuiſſet.*
Replicare Torturam Teſti repetito, ſolemnitas eſt.
159. *Teſtis repetitus debet prius examinari ex integro ſuper facto, exindè ſuper interrogatorijs productis à Patrono.*
160. *Teſtium repetitio poteſt fieri à Iudice per ſe, vel per Delegatum.*
161. *Delegatus quando poſſit ſubdelegare repetitionem Teſtium.*
162. *Commiſſionales litteræ pro Teſtibus repetendis quando dandæ.*
Litteræ Subſidiales, ſeu Remiſſoriæ, ſiue Commiſſionales quæ.
163. *Commiſſionales litteræ extra Prouinciam dirigendæ ſunt Prouincialibus, & quare.*
164. *Iudex quando debeat ire ad Teſtes examinandos.*

148. Loquitur nunc *Textus* de repetitione *Teſtium* facienda ad inſtantiam partis; licet enim, vt aliàs (t) probauimus, *Repetitio Teſtium*, citata parte, ſolemnitas Iuris ſit, tamen hoc intelligi debet, prout talis *Repetitio* concernit valorem primi examinis eorum; in Foris enim Sæcularibus primum examen Teſtium non probat, niſi repetantur, ſed hoc ſpectat ad ſolemnitatem; & ideò apud Nos; qui apices Iuris non curamus, non habet locum; & Teſtes in primo examine benè probant. Prout vero *Repetitio Teſtium* poteſt ſuffragari *Reo*, qui ex ea poteſt aliquam defenſionem ſibi parare, non eſt ſolemnitas, ſed eſſentiale Iuris, ad quod tenetur Iudex inſtatus à *Reo*. Vnde dicit *Textus*, quod, *petentibus Reis repetitionem Teſtium, annui debet*; itaut ſi hanc denegaret *Iudex*, poſſet *Reus* appellare de grauamine, & cauſa deuolui; contra ius enim, & fas, priuaretur *Reus* præſidio, quod poteſt ſibi, ex tali *Repetitione*, parare; & ſi *Iudex* vlteriùs procederet, attentaret.

149. *Dummodo contumaces non extiterint, & delictum confeſſi non fuerint.* Aduertendum, quod diſpoſitio huius *Textus* non eſt obligatoria, neque eſſentialiter ſpectans ad telam iudicialem, ſed tantùm de ſolemnitate, quæ apud nos curanda non eſt; quod euidenter demonſtro. Nàm in tantum, *Reo* exiſtente contumace, aut confeſſo, non conceditur illi *Teſtium repetitio*, vt dicit *Clarus,(u)* in quantum, quod, per fictionem iuris, Contumax habetur pro confeſſo, & per confeſſionem validantur dicta Teſtium, quæ nihil valebant ante litem conteſtatam. Quod autem iſta nihil ſic valeant, ſed debeatur *repetitio*, ſolemnitas eſt, vt diximus, ergo pariter ſolemnitas erit, quod per contumaciam *Rei*, ſiue confeſſionem validentur. Apud nos ergo cum *repetitio Teſtium* non ſit ad dandum valorem primis ſuis dictis, & tamen per noſtrum *Textum* facienda ordinetur; ſequitur, quod ſit quid ſpectant ad *Rei* defenſionem, & ita nullo modo impedibilis, aut deneganda. Quantumuis enim *Reus* Contumax ſit, dum ſe præſentat (petita reſtitutione in integrum, quæ non poteſt ſibi denegari à *Iudice*, cui legitima adducatur cauſa, quare citatus non comparuerit in tempore aſſignato) non debent ſibi denegari defenſiones; etiam ſi confeſſus fuerit, vt ſupra (x) ordinat *Textus*. Sequitur ergo, quod ipſe etiam exiſtente Contumace, aut confeſſo, nil minùs debeatur *repetitio Teſtium*, ſi petatur, quia ſpectat ad defenſam. *Textus* autem iſte ſic denegans *repetitionem Reo* Contumaci, & confeſſo, hoc ſancit in ordine ad *repetitionem* pro danda validitate Teſtibus iam examinatis; & verum eſt, quod ſi *repetitio* fiat, ſeu petatur ad hunc finem, non debet concedi *Reo* Contumaci, aut confeſſo, eſſet enim tunc futilis, quia per confeſſionem veram, aut fictam, iam validatum eſt Teſtium examen. Sed ſi *repetitio* petitur ad defenſam, vt apud Nos ſemper fit, in quocumque caſu concedenda eſt. Nec alium ſenſum poteſt habere *Textus*, vt iuſtitiæ, & veritati cohæreat.

150 Quid autem iuris, ſi Teſtes ſemel examinati renuerent, repeti, aſſerentes, ſe non ampliùs recordari de facto, ſuper quo depoſuerunt? Dico, quod ſi hoc eueniret, aut nollent Teſtes reſpondere ſuper Interrogatorijs per *Reum* productis, & à *Iudice* approbatis, & admiſſis, redderentur ſuſpecti de falſo, nec vllo modo danda eſſet illis fides in eo, ſuper quo depoſuerunt, & deberent haberi tamquam non examinati, vt multi (z) docent. Imò ſi Teſtis citatus ad ſe repetendum ſe occultet, aut fugiat; non ſolùm cenſetur falſa eius prima depoſitio, ſed poteſt formari Inquiſitio ſuper eius ſubornatione, & ipſe poteſt puniri de falſo, vt multi *Criminaliſtæ (a)* ſcribunt.

151. *In repetitione autem ſeruanda ſunt omnia, quæ in primo examine, ac ſi examinati non fuiſſent: etiam ſi opus eſſet replicare torturam in Teſte inhabili*. Diximus ſupra de Articulis, qui poſſunt à *Patrono* proponi, vt ſuper ijs Teſtes, in *repetitione*, interrogentur; diximuſque eos non debere tendere ad deſtructionem acquiſitorum Fiſco, ſed ad puram declarationem, & maiorem claritatem eorum, quæ iam depoſuerunt. Modo ſciendum eſt, quod *repetitio Teſtium* peti poteſt à *Patrono*, quãtumuis articulos nullos proponat, vt ſuper ijs interrogentur Teſtes repetendi. Ita vt *repetitio Teſtium*, & examen ſuper articulis, duæ res diſtinctæ ſint; & quantumuis ſecunda non poſſit eſſe ſine prima, tamen hæc poteſt eſſe ſine illa. Caſu ergo quo *Patronus* ſuſpicari poſſit, quod Teſtes falſum depoſuerint ex ſubornatione, aut alia de cauſa; ad detegendam eorum falſitatem, nulla facta Articulorum propoſitione, poteſt petere à *Iudice*, vt Teſtes abſolutè repetat. Ex hoc ergo fundamento ordinat *Textus, quod in repetitione, ſeruãda ſunt omnia, quæ in primo examine, ac ſi examinati non fuiſſent.* Quorsùm enim ſuperuacuus hic labor; cum faciliùs poſſet res expediri, interrogando eos, *An aliàs fuerint examinati? An recordentur eorum, quæ depoſuerunt? &c.* & lecta, ad eorundẽ petionem, ſua depoſitione, eam denuò ratificando? Certè hoc non eſt ad dandum valorem ipſorum teſtimonio, ac ſi primum iam factum non valeret, quandoquidem apud Nos, primum benè valet. Nulla ergo alia cauſa eſſe poteſt, niſi vt, hoc modo, poſſit detegi falſitas ipſorum, ſi quæ fuit, in primis dictis. Si enim in aliquo eſſentiali ſint mentiti, narrabunt factum diuerſo modo, quàm primo depoſuerunt; ſi verò idem in ſubſtantia dixerint, quantumuis varient in aliqua circumſtantia non eſſentiali ob lapſum memoriæ, ſignum eſt, quod non ſint mentiti.

152. Ve-

Digitized by Google

152. Verum eſt, quod magna circumſpectione opus eſt *Iudici* in hoc facto ad hoc; ne vel *Reo*, vel iuſtitiæ præiudicet. Sicut enim poteſt, ex repetitione Teſtium, iuuari *Reus* deprehendo eos falſos; ità poteſt præiudicari iuſtitiæ, in eadem repetitione, caſu, quo Teſtes repetendi eſſent à Parte ſubornati, vt prima dicta reuocarent, aut contraria deponerent. *Iudex* ergo timorem *Dei*, cuius locum in iudicando tenet, ſibi ante oculos ſtatuat, & omni paſſione ſpoliatus, & benè maturatis circumſtantijs facti, ac Perſonarum, quantum ſibi licet, perpendat, num Teſtes falſa depoſuerint *Reum* grauando, num falſa ſint depoſituri, quia ſubornati ſuſpicentur. In primo caſu, expedit abſolutè Teſtes repetere, & integraliter, ac ſi nunquam fuiſſent examinati, vt vult *Textus*; & ſi ipſi petant, ante examen ſibi legi depoſitiones ſuas, non debet *Iudex* eas concedere: cum enim repetantur, vt ſuppono, Teſtes ad eorum falſitatem detegendam, ex varietate, & contradictione examinum, quæ poteſt oriri à mendacio; ſi præuiè legeretur ſibi ſuum examen, denuò informarentur, vt poſſent in ſecundo eadem dicere, quæ in primo, abſque contradictione. Et ſi ſe excuſarent, quod ob lapſum temporis non recordantur omnium, ideò volunt ſuum examen audire; nec ſic debet, annuere Iudex, ſed inſtare, vt reſpondeant ad interrogata, & dicant ſubſtantiam facti, ſi non plenè recordentur circumſtantiarum: non enim veriſimile eſt, quod obliti ſint facti, ſuper quo examinati fuerunt; per examen enim refricatur memoria, & profundiùs imprimitur, ità vt, ſaltem ſubſtantia facti, niſi poſt tempus valdè longum, non poſſit excidere. Proinde ſi pertinaciter inſtent ſuper tali lectura, & renuant reſpondere, illà non præmiſsâ; aut dicent quod penitùs de illo facto non recordantur, niſi audiant, quod iam depoſuerunt, redduntur ſuſpectiſſimi de falſo, dum timent reſpondere aliquid, ne in contradictione deprehendantur.

153. Si vero dubitet *Iudex* de ſubornatione facta à Parte, non ſolum ijs petentibus, ſed etiam non petentibus, legi ſibi debet eorum primum examen, etiam antequam in ſpecie interrogentur. Et ratio eſt, quia ſubornatio eſt ad hoc, vt contraria iam dictis deponant. Vnde, ex tali lectura, non poteſt Teſtis reportare commodum iuxtà mentem Subornantis; immò ex tali lectura impeditur, ne dicat iuxta ſibi inſtillata à Subornatore; cum enim audierit, quæ depoſuit, non audebit contraria deponere; & ſi deponit, poteſt de facili à *Iudice* redargui ſic; *Quomodo nunc ità dicis, cum aliàs ſic dixeris?* & ſi contradictionem non conciliet, aut cauſam rationabilem variationis non adducat, proditur tunc falſus; & tanquam talis punitur.

154. Et cohærenter ad hæc debet accipi *Textus*, dum ſubdit *quod ſi Teſtis repetitus petat ſibi legi ſuam primam depoſitionem, legenda eſt per extenſum:* nempè caſu quo *Iudex* ſuſpicetur Teſtem eſſe ſubornatum; imò in tali caſu, etiam, eo non petente, legi debet, ex ratione ſuprà aſſignata. Caſu verò, quod timeatur falſitas in primo examine, non eſt Teſti prælegenda eius depoſitio, vt falſitas detegi poſſit. Talis enim lectura arbitrio *Iudicis* facienda committitur, iuxtà cauſæ opportunitatem.

155. Sed ſi ſuſpicio falſitatis non cadit in mentem *Iudicis*, ſed ſolius *Patroni*, debet ne *Iudex*, ad petitionem *Patroni* inſtantis, ne talis lectura Teſtibus fiat, illis eam denegare? Dico quod ſic. Et ratio eſt, quia teneter *Iudex* omnia *Patrono* concedere, quæ aliquo modo, & abſque læſione iuſtitiæ, faciunt ad *Rei* defenſionem. Hinc tenetur, integram copiam actorum, cum expreſſis nominibus *Accuſatoris*, & Teſtium dare; dilationes opportunas concedere; articulos probatorios recipere; Teſtes repetere; & alios ad defenſionem productos examinare; in ſumma, omnia præſtare, quæ aliqualiter ad exculpationem *Rei* conducunt. Cum igitur denegatio talis lecturæ, quæ non eſt aliundè debita, ſed *Iudici* arbitraria, faciat ad *Rei* defenſionem, detegendo falſitatem Teſtium, debet *Iudex Patrono* petenti acquieſcere, & eam ſeruare.

156. *Et ſi Reus Articulos producat, ſuper quibus inſtet Teſtes, qui repetuntur, interrogari; recipi, vel non recipi, Iudicis ſtat arbitratui.* *Textus* iſte eſt repetitio eius, quod ſupra (*b*) dixit, circà receptionem, & admiſſionem Articulorum à *Iudice* faciendam; & cohærenter ad ea intelligendus eſt ne ſequatur contradictio. Dixerat ergo ſuprà, quod *Iudex* debet Articulos impertinentes, & infamatorios, & ad defenſionem non facientes, prorsùs reijcere; alios

alios verò corrigere; legitimos autem tenetur, admittere. Modò dicit, quod ipſius arbitrio committitur Articulos à *Reo* productos, ad hoc, quod ſuper ijs Teſtes ſpecialiter examinentur, *recipi, vel non recipi*. Hoc non debet accipi de Articulis legitimis, quia iſtos recipere non eſt arbitrarium *Iudici*, ſed omninò debet eos admittere. Nec debet intelligi de impertinentibus, & infamatorijs, quia obligatur ad hos reijciendos. Accipitur ergo de alijs, qui ſunt dubij an faciant ad defenſam nec ne; & ita iſtos *recipi, vel non*, arbitrarium eſt *Iudici*. Porrò arbitrium hoc, ſicut etiam omne aliud, debet *Iudex* regulare ſecundùm ius, non ſecundùm placitum; ſi ergo *Iudex* habet probabilem rationem pro, vel contrà articulum, de eo admittendo, vel non, poteſt in hoc arbitrari, & interloqui, vt ſibi melius videtur. Tamen ſi *Patronus* replicet contrà *Iudicem*, allegando rationem, quare debeat admitti Articulus; ex conflictu rationum Articulus induit rationem dubij. Et cum dubia in fauorem *Rei* debeant decidi, tenetur tunc *Iudex* ipſum admittere; ſicut ſuprà (c) diximus, Articulos dubios eſſe admittendos à *Iudice*. Quod ſi iſte, manens in ſua ſententia, decernat, non eſſe admittendos, poteſt *Patronus* ab hac interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, appellare, iuxtà aliàs (d) tradita.

157. Difficultas autem poteſt eſſe in eo, quod hic habet *Textus*, dum ait Teſtes ſic eſſe, *in repetitione*, examinandos, ac ſi nunquam examinati fuiſſent *etiam ſi opus eſſet replicare Torturam in Teſte inhabili*: cum enim, vt docet *Clarus*, (e) hoc integrum examen, & replicatio Torturę in Teſte inhabili ideò fiat in Foris ſæcularibus, *quia Tortura, & omne id, quod fuit agitatum ante litis conteſtationem, non habetur in conſideratione, quo ad præiudicium ipſius Rei*; apud Nos verò, vt iam diximus, acta cum Teſtibus, etiam ante litem conteſtatã, valeant ad *Reum* afficiendum; videtur ex conſequenti, quod non ſit neceſſarium examen Teſtis repetendi ex integro facere, vt præfertur; neque Torturam replicare in ipſo inhabili.

158. Ad hæc dico; quod integritas examinis ſit (vt iam diximus) apud Nos, non ad validanda prima dicta Teſtis, cum ſint ex ſe ſufficienter valida; ſed quia talis integritas facit ad *Rei* defenſionem. Et ideò hæc adamuſſim eſt ſeruanda, nec poteſt omitti à *Iudice* interpellato ſuper ea; itaut ſi omittat eam, & *Patronus* appellet, deferẽdum ſit Appellationi; & ſi, ea ſpreta, *Iudex* procederet, acta eſſent nulla. Non ſic autem eſt in *replicatione Torturæ* Teſtis inhabilis, quia hæc nihil prorsùs facit ad *Rei* defenſionem, ſed ad habilitationem ſuæ perſonæ, quæ cum aliàs fuerit, vt ſuppono, torta in primo examine, ſufficiẽter eſt habilitata ad validè deponendũ. Sicut enim Teſtis inhabilis, licet pluries examinetur in eadem cauſa, ad purgandam tamen inhabilitatem, non torquetur toties, quoties examinatur, ſed ſufficit vna Tortura pro omnibus examinibus; ita, ex quo in primo examine, legitimè apud Nos facto, tortus ſufficienter fuit, Tortura talis valet, etiam pro ſecundo, quod non eſt, niſi replicatio primi. Et proindè ſi de nouo torqueatur, vt dicit *Textus*, ſeruabitur iuris ſolemnitas; hæc tamen nullo modo eſt neceſſaria, & proindè, ſi omittatur, non vitiatur proceſſus.

159. Alia difficultas eſt, An petita per *Patronum repetitione Teſtium*, & præſentatis interrogatorijs ſpecialiter faciendis, debeat *Iudex* primò integraliter, vt ordinat *Textus* repetere Teſtes, & poſteà ſuper interrogatorijs examinare, an vice verſa. Ad hoc dicit *Sgroi*, poſt alios (f) à ſe citatos, quod debet fieri repetitio priùs ſuper interrogatorijs *Rei*, & poſteà ſuper primo examine à Teſtibus facto; & in hanc ſententiam abijt etiam *Paſſerinus* in ſua *Praxi*, (g) in qua veſtigijs *Sgroi* inſiſtit. Ego verò, ſalua tantorum Virorum reuerentia, in oppoſita ſum ſententia, & dico priùs eſſe Teſtes ex integro examinandos; & poſteà eſſe interrogandos ſuper Articulis propoſitis. Ducor; quia cum *repetitio Teſtium* petatur à *Patrono* ad detegendam falſitatem, de qua ſunt apud eum ſuſpecti, interrogatio priùs facta ſuper Articulis deſtrueret intentionem *Patroni*; quia per talem interrogationem refricatur memoria Teſtis ad recordandum de eo eo, quod priùs depoſuerat, cuius faciliter potuit eſſe oblitus, ſi ex mendacio dixiſſet. Prætereà, ſi in *repetitione Teſtis* debet ità interrogari, *ac ſi nunquam examinatus fuiſſet*, vt *Clarus* (h) etiam teſtatur; & quis non videt, quod interrogatio priùs facta ſuper Articulis ſupponit Teſtem fuiſſe aliàs examinatum; & ità non repeti, ac ſi aliàs non fuiſſet examinatus? Inſuper, ſi Interrogatoria non concernunt

nunt niſi declarationem eorum, quæ in primo examine depoſuit, vt ſuprà docuimus, & quomodo præmitti debet declaratio, quæ concernit *modum*; antequam dicatur ſubſtantia facti, in quo conſiſtit *res*? Nec dicendum, quod ſubſtantia facti ſit præmiſſa, & proindè benè poſſit interrogari de *modo*. Etenim depoſitio priùs facta, eſt *Patrono* ſuſpecta de falſo; & ad hanc conuincendam, petitur repetitio; qua facta, interrogatio ſuper Articulo, ordinata ad illius maiorem declarationem, poteſt inuoluere Teſtem, ſi mentitus eſt; & ſic maximè inſeruire ad præſidium *Rei*. Proindè concludo, quod priùs debent Teſtes ex integro repeti, & facta repetitione, ſuper Articulis propoſitis interrogari.

160. *Hæc autem repetitio tum à Iudice ad ſe Teſtes vocante, tum à Delegato ad alium Conuentum deſtinato; tum per Commiſſionales litteras ad aliquem probatum Patrem, qui Teſtes repetat, tranſmiſſas, fieri poteſt*. Sententia fuit *Clari*, (q) quod Teſtes ad defenſam recipiantur ab ipſiſmet *Iudicibus*, nec examen eorum alteri committatur, *quia eo caſu maior ſubeſt fraudis ſuſpicio*; & ſic cum Teſtes examinati pro Fiſco repetantur ad fauorem, & defenſam *Rei*, videretur dicendum, quod eorum *repetitio* alteri non debeat à *Iudice* committi. Tamen, quod talis *repetitio* committi alteri poſſit ex *Carauita*, qui teſtatur de conſuetudine, docet alibi (r) idem *Clarus*. Hinc *Textus* cohærentur ad hanc ſententiem diſponit, quod *fieri poteſt repetitio tum à Iudice*, puta Ordinario *ad ſe Teſtes vocante*; *tum à Delegato ad alium Conuentum deſtinato*, præcisè ad hanc *repetitionem* faciendam.

161. Sed ſi *Iudex* Cauſæ *Delegatus* eſt, poteritne ſubdelegare alium ad recipiendam talem *repetitionem*? Reſpondeo, quod, vt aliàs diximus, (s) *Delegatus* poteſt ſubdelegare aliquem articulum Cauſæ ſibi commiſſæ, qui tamen iuriſdictionem non requirat, vt ibi declarauimus. Si ergo examinandi eſſent in *repetitione* Teſtes, qui ſine repugnantia examinari ſe permitterent, & ſine difficultate iuramentum præſtarent, poſſet quidem talis *Repetitio* ſubdelegari, ex eo quod, hoc nullam requirit iuriſdictionem. Sed ſi eſſent refractarij ad examen, & deberent cogi per iuris remedia ad illud ſubeundum; cum ſic cogere, iuriſdictionem requirat, non poſſet fieri ſubdelegatio.

162. Quadrant autem ſupradicta in caſu, quo Teſtes repetendi ſint in eadem *Prouincia*, in qua eſt *Iudex* ſiue *Ordinarius*, ſiue *Delegatus*; ſed ſi Teſtes eſſent in alia *Prouincia*, & *Iudici* non ſubiecti, quid agendum? Reſpondeo, quod tunc intrat vltima diſpoſitio huius *Textus*, nempè, quod fiat per *Commiſſionales litteras ad aliquem probatum Patrem, qui Teſtes repetat*. Et hæc non fundantur in iure, ſed in conſuetudine. Etenim in *Codice* (t) textualiter habetur, quod in *criminalibus*, *Teſtes apud Iudicem repræſentandi ſunt*, vbi adnotat *Gothofredus*, quod remiſſio examinationis Teſtium fieri non debeat; ſed de conſuetudine ſeruatur, quod ſi Teſtes reperiantur extrà Territorium *Iudicis*, iſte concedit litteras Subſidiales, ſiue Remiſſorias, (quæ & vocantur *Commiſſionales*) pro eis examinandis, illi *Iudici*, in cuius Territorio ipſi Teſtes reperiuntur; de qua conſuetudine teſtantur plures relati per *Clarum*. (o) Et iſtas debet *Iudex*, ſcribere ad *Prouincialem* eius *Prouinciæ*, in qua ſunt Teſtes, & illi committere *repetitionem* eorum; Formam autem talium litterarum dabimus ſuo loco in *Secunda Parte* huius Operis. Et *Prouincialis* acceptas litteras Commiſſionales tenetur exequi fideliter, ſicut de *iure* (p) tenetur exequi Sententiam ab alio *Prouinciali* latam contrà Subditum proprium, qui in Territorio alterius *Prouincialis* deliquit, vt ſupra (q) dictum fuit.

163. Sed dices, quod non requiratur, quod *litteræ Commiſſionales* dirigantur *Prouinciali*, eo quia dicit *Textus*, quod poſſunt mitti *ad aliquem Probatum Patrem*; ergo non eſt neceſsè, quod mittantur ad *Prouincialem*. Reſpondeo, quod *Textus* loquitur quando Teſtes ſunt in *Prouincia Iudicis*, tunc enim in facultate *Ordinarij* eſt, mittere *Delegatum* ad alium Conuentum, vt Teſtes repetat, vel *Commiſſoriales litteras ad Patrem probatum*, puta commorantem in Conuentu, vbi eſt Teſtis, mittere. Cæterùm tales *Commiſſionales* extrà *Prouinciam* propriam, non poteſt alicui dirigere, niſi Superiori Ordinario; & ratio eſt, quia non Subditis nequit iuriſdictionem ſuam delegare; & ſi Teſtes eſſent cogendi, Deputatus (qui aliundè non haberet iuriſdictionem in Teſtem repetendum) nequiret, illum cogere, & ita incaſsùm eſſet Commiſſio. Oportet proindè, quod ſit in *Prouinciali*, qui auctoritate

Digitized by Google

ſtate Ordinaria ſua poſſit Teſtem cogere, caſu quo renuat ſubijci examini.

164. Tandem aduertendum, quod non ſolùm in *repetitione*, ſed etiam in quocùmque alio examine, perſonæ, quæ aliquo iuſto impedimento ſunt præpeditæ, vt Mulieres honeſtæ; Infirmi, debiles, vel in ſæculo Spectabiles, non debent vocari ante *Iudicem Regularem*, qui, memor humilitatis ſuæ profeſſioni conuenientis, debet potiùs rogando, quam iubendo, eas ad examen inducere. Ideò ad earum domos debet accedere, & ab ijs, quæ ad ſuum intentum faciant, modeſtè exquirere, vt ex *Carauita*, qui teſtatur de conſuetudine in *Iudice Laico*, docet *Clarus*. (r)

I. Quæritur. Quomodò Patronus ſe gerere debeat in patrocinando ſuo Clientulo?

SVMMARIVM.

165. *Patronus quomodò ſe geret in patrocinando Clientulo.*
Patronus corrumpens Iudicem, aut Teſtes tenetur pœna falſi.
Non poteſt conſulere Reo, vt mentiatur; aut malam cauſam fouere contrà tertium.
Poteſt per ſubterfugia decipere Aduocatum Fiſci.
Poteſt decipere Aduocatum Partis aduerſæ facientem litẽ ciuilem iniuſtã.

166. *Reus debet reuelare, cum ſinceritate, Patrono veritatem facti.*
Medico, Confeſſario, & Aduocato nunquam mentiendum.
Reus poteſt agere contrà Patronum, qui, ex dolo, malè eum defendit, & poteſt Cauſam inſtaurare.
Patronus, doloſè malè defendens Reum, eſt Præuaricator, & Infamis, & extraordinariè punitur.

167. *Patronus ſciens à Reo delictum à ſe commiſſum, non poteſt articulare, illud non fuiſſe commiſſum.*

168. *Spoliatio proceſſus quomodò facienda à Patrono.*
exemplum practicum.

169. *Ex defectu iuriſdictionis nullus eſt proceſſus.*

170. *Primus, & potior locus defenſionis eſt articulare, quod crimen non fuerit commiſſum.*
Argumenta ad hoc probandum vndè poſſunt deduci.

171. *Alius locus eſt probare, quod Reus licitè fuerit.*

172. *Alius locus eſt, quod factum non ſit de iure punibile.*
Probationes ad hoc vndè eruendæ.

173. *Alius locus eſt excipiendo contrà probationes, quæ ſunt in proceſſu.*
Tripliciter poſſunt impugnari Teſtes.

174. *Alius locus eſt impugnando formam proceſſus.*
Argumenta per quæ proceſſus deſtruitur.

175. *Alius locus eſt excipiendo contrà Iudicem.*
Quomodo probari poſſint Exceptiones in Iudicem.

176. *Interrogatoria articulanda à Patrono ad Teſtes repetendos.*

177. *Patronus poteſt appellare, ſi Iudex non repetierit Teſtes ſuper Articulis propoſitis.*

178. *Articuli defenſorij proponendi à Patrono.*
Patronus quando debeat producere Teſtes ad probationem Articulorum.

179. *In componendis Defenſionibus, quæ curanda à Patrono.*

180. *Reus, & ipſius nomine, Patronus, poteſt inſtare, ne Diffinitor ſuſpectus interueniat Sententiæ.*
Appellari poteſt à decreto Prouincialis, nolentis excludere Diffinitorem ſuſpectum.

181. *Alius locus defenſorius eſt, vt Reus confeſſus veniat contra ſuam confeſſionem.*
Vltimus locus eſt articulare, quod Reus non meretur pœnam ordinariam.

182. *Patronus citandus, cum Reo, ad Sententiam diffinitiuam.*
Obſeruanda tunc à Patrono ſi Sententia ſit iuſta, licet ſeuera.

183. *Patronus quid facere debeat, ſi videt Sententiam iniuſtam.*

165. RESpondeo, quod *Patronus* tenetur ſub graui obligatione iuſtitiæ, & fidelitatis, nullo labori parcere, vt Clientulum ſuum, quoquomodo defendat, reatum, & pœnam aut totaliter, aut partialiter ab illo remouendo, & hoc per modos licitos, & iuris regulas, non autem per illicitos, vt deprauando muneribus *Iudicem*, corrumpendoque Teſtes pecunia; ſi enim tali pacto conaretur præſidium afferre Clienti, *Patronus*

Digitized by Google

tronus euaderet in *Reum*, teneretur enim pœna falſi, vt ex *iure* elicitur. *(s)* Vnde nec debet, nec poteſt, niſi ſub peccato, inſtruere *Reum*, vt mentiatur; etiam ſi ageretur de pœna ſanguinis, prout ſcribunt *Doctores*, *(t)* & multò minùs articulare aliquod falſum, & ſcienter malam Cauſam fouere, cum damno tertij. Verùm eſt, quod per ſubterfugia, aut iuris ſubtilitates poteſt *Aduocatum Fiſci* decipere, ad tollendam, vel minuendam pœnam ſuo Clienti; vt deducitur ex quibuſdam *Gloſſis*. *(u)* Licèt enim decipere, ſolùm tunc liceat *Aduocatum* partis aduerſæ, quando iſte tuetur Cauſam ciuilem iniuſtam, vt, poſt quandam *Gloſſam*, docet *Iaſon*; *(x)* tamen idem in hoc caſu poſſe fieri, clarũ eſt, dum agitur criminaliter contrà *Aduocatum Fiſci*. Etenim compertum eſt, quod *Reus* nullo iure tenetur voluntariè pœnam, ſuo delicto debitam, ſubire, niſi per Sententiam *Iudicis*; & ea lata, poteſt, licitè fugere, vt pœnam euadat; hoc enim reducitur ad licitam defenſionem, naturali iure permiſſam. Licet etiam Satellites, ſe Inſequentes ad capturam, decipere, mutando veſtes, capillitium, idioma, &c. *Patronus* verò, defendendo *Reum*, vtitur iure ipſius *Rei* ad illum tuendum. Sicut ergo, ſi *Reus* eſſet doctus, poſſet allegando iura pro ſe (licet apparenter tantùm concludentia) decipere *Aduocatum Fiſci*, quemadmodùm Satellites eludere valet;ità etiam *Patronus* ſagax poteſt iura colorata adducere pro *Reo*, & *Aduocatum Fiſci*, & *Iudicem* ipſum non ſatis doctum reddere perſuaſum, vt Clienti ſuo aut nulla, aut diminuta pœna detur. Licita ergo ſemper eſt defenſio parata per *Patronum* contrà *Fiſcum*, dummodò non mentiatur circa factum, aut falſos Articulos, vel falſos Teſtes, aut inſtrumenta non producat; aut, ex defenſione ſui Clientis, damnum non reſultet tertio; talis enim tuitio eſt ſimpliciter *Reo* fauorabilis, nullius læſiua, & à legibus permiſſa.

166. Acceptato ergo munere *Patroni*, ſincerè ſciat à *Reo*, an reuera innocens ſit; an verò delictum commiſerit ſecundùm omnes ſuas circumſtantias, de quibus accuſatus, vel inquiſitus eſt. Et circà hoc aduertant *Rei*, quod veritatem facti, quam *Iudici* occultarunt, debent confidenter *Patrono* reuelare. Plures enim à Cauſa exciderunt, quia proprio *Patrono* ſunt mentiti; ſi enim ſciuiſſent realitatem facti, ex alijs principijs Defenſiones inſtituiſſent, quæ aliqualiter profeciſſent; & quia ipſi à *Reo* decepti ſunt circa factum, *Rei* decipiẽtes, ſe ſe Deceptos repererunt, ex eo quod corruerunt Defenſiones ſuæ falſo fundamento innixæ. Optimè proindè monet prouerbium Italicum, quod *Medico*, *Confeſſario*, & *Aduocato nunquam eſt mentiendum*. Si *Reus* ergo vel eſt totaliter innocens, vel non deliquit cum ea qualitate, per quam delictum aggrauatur, *Patronus Deum*, & iuſtitiam ſibi præ oculis ſtatuat, omnes neruos ingenij, & ſtudij ad tutandam innocentiam intendat; non parcat vigilijs, & labori; *Accuſatoris*, aut *Iudicis* potentiam non reformidet, ſed conſtans corde, & intrepidus, Clientulum tueatur. Et ſi inuidiam *Iudicis*, (qui proceſſum ſuum deſtructum videns, contra *Patronum* fremet) ſubibit, & religioſæ fortunæ ob hoc damna patietur, & perſecutiones experietur, reminiſcatur dicti *Saluatoris*. *(z) Beati, qui perſecutionem patiuntur ptopter iuſtitiam*. Quod ſi, vt gratiam *Iudicis* aucupetur, Cauſam ſuſceptam perſunctoriè egerit ex negligentia, ex leui, ſiue irrationabili motiuo, aut ex malitia; & permiſerit *Iudicem* animoſum contrà *Reum*, ad ſuæ paſſionis libidinem debacchari, nullo, aut debili præſidio dato ſuo Clienti, *Patronus* ſubibit crimen *Præuaricatoris*, & Cliens malè ab iſto defenſus poteſt contrà hunc agere; & etiam inſtaurare cauſam deperditam ex doloſa negligentia *Patroni*, vt textualiter habet vna *Lex Codicis*: *(a)* & venit *Patronus præuaricator* puniendus pœna extraordinaria, *(b)* & redditur Infamis, vt *ex Iure* deducit *Boſſius*, *(c)* qui teſtatur *Aduocatum* quendam, publicatis bonis, exilio temporali fuiſſe punitum, ob tale crimen.

167. Si autem *Reus* fatetur commiſiſſe crimen, *Aduocatus* non poteſt, tuta conſcientia, articulare *Crimen non fuiſſe à Cliente commiſſum*, neque ſuper tali fundamento ſuas defenſiones ſtruere; cum enim ſciat, delictum re vera ab illo patratum (rationabiliſſimum enim eſt *Reo* contrà ſe dicenti credere) mendacium non ſolum aſſereret, ſed etiam aſſertum probaret, & mendacia mendacijs cumulando, animam ſuam illaquearet; & cum ſimus in re graui, in qua etiam interuenit publicæ iuſtitiæ læſio, *Patronus* peccaret grauiter

uiter, tali pacto falſum proponendo. Sed vt opem ferat *Reo* per modos licitos, debet articulare, quod *crimen non eſt legitimè probatum, & proindè abſoluendus eſt Reus ab obſeruatione indicij*; hoc enim pacto non proponit aliquod falſum, & nihil minùs Clienti fert ſuppetias.

168. Aggediatur tum lecturam Proceſſus, & attentè obſeruet, ipſum compilando, nec parcat calamo; & talis compilatio, quod vulgò dicitur *Spoliatio Proceſſus*, aperit viam, per quam facillimè componi poſſunt Defenſiones. Hæc porrò debet ità fieri, vt primò adnotetur delicti corpus cum omni ſua qualitate eſſentiali, tempore, loco, circumſtantijs. Tum probatio Corporis delicti per Teſtes, aut per famam, aut per *Viſum, & Repertum*. Indè legantur Teſtium depoſitiones, & fideliter & compendioſè ſcribatur quidquid dicant ſinguli Teſtes circà ſingulum Articulum delicti: Et ad maiorem claritatem demus exemplum. Sit *Titius* inquiſitus de furto cum fractura Oſtij Sacriſtiæ. *Patronus* recepta copia actorum ipſam compendiat ſic. *Furtum de Calice, Pixide, & Claui Tabernaculi argentea probatur per examen Teſtis N. qui dicit ſic, & ſic fol. tali. Prætereà per depoſitionem Teſtis N., qui dicit ſic, & ſic fol. tali*. Et punctualiter ſcribantur dicta Teſtium, in quibus conſiſtit vis probationis. *Viſum eſt, & repertum factum à Iudice, ex quo apparet talis, aut talis circumſtantia. fol. tali. Examen Teſtium adbibitorum ad viſitationem Corporis delicti continet hoc & hoc. fol. tali*. Examen *Periti*, qui adhibitus eſt ad iudicandum de Corpore delicti, caſu quo ex ſe non ſit euidens; debet pariter adnotari, ſignato folio Proceſſus, vt ſuprà. *Indicia contrà Titium ſunt. Quod in ſerò talis diei viſus ſit, ſuripere paruam ſecurim ab officina Fabri Lignarij, & eam abſcondere ſub pallio. Teſtis N. probat hoc fol. tali per hæc verba &c. Teſtis N. probet idem. fol. tali per hæc dicta &c. Vel Teſtis ſingularis eſt N. qui fol. tali dicit ita &c. Aliud indicium eſt, quod præter morem ſuum viſus eſt abſque calepodijs poſt horam noctis circuire Clauſtrum propè Sacriſtiam &c.* Pari modo ſcribantur exactè teſtimonia Teſtium probantium tale inditium. *Tertium indicium eſt, quod Titius ſummo mane die ſequentis viſus eſt exiſſe, cum pallio, per ianuam Eccleſiæ, & commoraſſe in atrio, & plateà Eccleſiæ, & locutum fuiſſe cum puero, (cui dedit vnum Agnus Dei) ad aures, & ſtatim puer cucurrit ad Ciuitatem, ſeù Villam, à qua feſtinanter venit quidam Miles, cui Titius pariter locutus eſt ad aures, & dedit illi ſportam, quam geſtabat ſub pallio, & Miles velociter diſceſſit*. Similiter ſcribantur dicta Teſtium probantium tale indicium. *Quartum indicium eſt, quod Titius eſt malæ famæ; quod in tali, & tali Conuentu, in quo ipſe morabatur commiſſa ſunt alia furta, quorum Auctor ex publica voce, & fama, creditus eſt ipſe; & ideo Superiores locales cum difficultate recipiunt ipſum in ſua familia &c.* Et pari modo recenſeantur omnia dicta Teſtium ſpectantia ad quemlibet articulum indicialem.

169. His diligenter adnotatis ſeligendi ſunt loci, ex quibus deduci poſſint Articuli defenſorij. Et adhoc ſciendum, quod plerique ſcribentes indicant locum defenſionis primum ab *Incompetentia Iudicis*, exiſtimantes, quod, ad deſtruendum Proceſſum, omnium exceptionum validiſſima ſit defectus Iuriſdictionis in *Iudice*, qua probata, in totum, & irreparabiliter ruit Proceſſus. (d) Et ità etiam diſcurrunt de alijs nullitatibus, quæ eueniunt ex non ſeruata forma eſſentiali iuris. Sed ſi bene res examinetur, patebit, quod defenſio hæc ſatis debilis eſt; & ad protelandum tantummodo iudicium excogitata. Poſito enim quod *Iudex*, aut abſque authoritate, aut modo illegitimo proceſſerit; ſi Reus verè commiſiſſe delictum probetur, poterit ab alio *Iudice* nouus Proceſſus inſtrui, & defectus, commiſſi in conſtructione prioris, reparari.

170. Dico ergo, quod, primus locus veræ defenſionis eſt, quod *Reus non commiſerit vllo modo delictum*. Hoc autem probari poteſt, vel per abſentiam *Rei* tali tempore elongati à loco delicti per tantam diſtantiam, quod non fuerit poſſibile fuiſſe ibi, vbi delictum commiſſum fuit. Secundò per probationes, quod delictum fuerit commiſſum ab alio. Tertiò quod *Reus* nullam potuit habere cauſam committendi tale delictum. Quartò quod non eſt veriſimile, quod ipſe tale crimen patrate potuerit. Quintò, quod *Reus* prætenſus eſt Vir *Religioſiſſimus*, optimæ famę, de quo nullus vnquam locutus eſt malum. Et ſagacis *Patroni* eſt cogitare probationes, per quas probari poſſit Articulus, quem propoſuerit, iuxta facti exigentiam.

171. Huic loco proximus eſt probare, quod

quod *Reus* licitè fecerit id quod ſibi, vt delictum, imputatur. Primò, quia percuſſit ad ſui defenſam; aut quod prouocatus fuerit &c. Secundo ſi fugit à Conuentu fuit ad habendum recurſum ad *Superiores*; aut quia ibi periclitabatur eius vita ob capitalem inimicitiam alicuius, qui ei minatus fuit. Tertiò ſi furatus eſt, fuit ad prouidendum ſibi de indumentis, aut alijs neceſſarijs, quæ non potuit habere à *Superiore* fruſtrà, & ſæpius rogato; vndè de de iure naturæ potuit ſibi prouidere de neceſſarjs ad vitæ ſuſtentationem. Quartò quia defuit qualitas illa, in qua conſiſtit formalitas delicti, qua non ſubſiſtente, actio non eſt criminalis. Quintò, quia defuit dolus, aut adfuit credulitas probabilis, iuxtà quàm credidit potuiſſe facere id, quod fecit. Et ità in omnibus delictis (quæ ſingulariter recenſere laborioſum eſſet) ratiocinandum eſt, vt poſſit *Patronus* formalitatem delicti excludere.

172. Sequitur alius locus; & eſt demonſtrando, quod factum non ſit de iure punibile. Primò quia commiſſum fuit ex inaduertentia; aut mentis alienatione, ex inſani*a*, ebrietate, dolore, furore, amore, ira, ſomnolentia, & alijs de quibus ſuprà. *(e)* Secundò quia fuit de hoc aliàs inquiſitus, & abſolutus; & indicia noua non ſunt ſpecie differentia ab antiquis; aut ex ſe minimè probantia ad Torturam; vel fuit ſemel pœnitentiatus, licèt cum indulgentia *Superioris*. Tertiò, quià delictum iam eſt præſcriptum, & *Accuſator* non potuit illud deferre *Iudici*; & *Iudex* non potuit ſuper eo procedere per viam Accuſationis. Quartò, quia delictum non eſt clarè & concludenter probatum; vel quia Teſtes non iurarunt; vel quià Corpus delicti non remanet iuſtificatum; vel ob alios defectus, qui ſunt in dictis Teſtiũm, de quibus infrà.

173. Alius locus eſt ab exceptione contrà probationes exiſtentes in Proceſſu. Hæc autem exceptio poteſt oriri, vel à dictis, vel à modo dicendi, vel à perſona Teſtium. Primus modus excipiendi eſt cæteris validior, & in hoc ſtrenuè, & diligenter debet adlaborare *Patronus*. Primò ponderando dicta Teſtium an ſint concludentia de neceſſitate delictum. Secundò ſi reddant cauſam ſcientiæ dicti ſui. Tertiò ſi ſpecificent qualitatem, in qua conſiſtit formalitas delicti. Quartò ſi concordet Teſtis cum Teſte in ſubſtantialibus loco, tempore, modo, perſona, occaſione, numero; aut ſi ità concordent etiam verbaliter, vt poſſit præſumi ſubornatio &c. Quintò ſi in dictis adeſt varietas, vacillatio, inueriſimilitudo &c. Secundus modus etiam validus eſt excipiendo contra modum dicendi Teſtium; puta ſi deponat cum animoſitate; ſi plus dicat in reſponſione, quam contineatur interrogatione; ſi extendatur ad interpretationem mentis *Rei*, vltrà id, quod merè vidit in facto; ſi reſpondeat de iure, & non de facto ſimplici; ſi ſe extendit ad coniectandum delictum, de quo, vt certò, deponit ex actione, quæ ex ſe inuincibiliter non infert delictum; & alia huiuſmodi, quæ in modo depoſitionis Teſtium poſſunt obſeruari. Tertius modus eſt, excipiendo contrà perſonas Teſtium; puta quod ſit Inimicus; ſeu Amicus, Familiaris, Coniunctus *Accuſatoris*, aut Inimici capitalis; quod ſit malæ famæ, leuis, ſolitus mentiri; quod pluries extraiudicialiter, cum iuramento, dixit contrarium ei, quod in Proceſſu depoſuit; quod aliàs fuerit conuictus de periurio; quod ſit Infamis, Excommunicatus; inhabilis ad teſtificandum; quod tempore, quo dicitur commiſſum fuiſſe delictum, ipſe Teſtis erat ebrius; & alia huiuſmodi, quæ reddunt Teſtem, aut totaliter inhabilem, aut ſaltem teſtimonio ſuo vires adimunt.

174. Vlterior locus eſt excipiendo contrà formam Proceſſus, vt potè in ſubſtantialibus defectiuam, & proindè nullam; hoc autem poteſt contingere multipliciter. Primò ſi non fuerit probatum ante omnia Corpus delicti. Secundò, ſi tranſmiſſa fuerit inquiſitio, ſiuè conſtitutus *Reus* non præcedenti ſemiplena probatione. Tertio ſi Teſtes non fuerunt examinati præuio iuramento, aut ſinè licentia ſui *Superioris*. Quartò, ſi *Iudex* ſuggeſtiuè interrogauit. Quintò, ſi non conſtet, quod legitimè creatus ſit *Notarius* à *Iudice*, iuxta dicta ſuo loco. *(f)*

175. Suppetit alius locus exceptiuus & eſt contrà Perſonam, ſiue modum procedendi *Iudicis*. Hoc autem contingit pluriſariàm. Primò, ſi *Iudex* eſt Inimicus *Rei*, vel amicus *Accuſatoris*, Familiaris, Coniunctus, aut habens intereſſe cum eo, vel cum alio, qui fuit offenſus; aut eſt contrariæ Factionis, aut eſt riualis in concurſu ad *Prælaturam*; aut ſi eſt præcipitoſus, ignorans; aut aliàs grauauit *Reum*;

aut oſtendit malum animum contra illum. Secundò, ſi proceſſit abſque debita facultate, inquirendo de aliquo delicto vltra terminos ſuæ Delegationis. Tertiò ſi, interrogandò Teſtes, aut *Reum*, animoſitatem contrà illum oſtendit, quod deprehenditur ex interrogationibus cauilloſis, impertinentibus, ſuggeſtiuis; ex iracundia, ſeu minis, quas fecit Teſtibus quia non depoſuerunt contrà *Reum*, prout ille deſiderare, præſeferebat. Quartò, ſi denegauit competentes dilationes ad *Rei* fauorem; aut compeſcuit Teſtes, qui pro eo volebant deponere, & illos, vt falſos increpauit, & terruit.

176. Quæ autem hucuſque dicta ſunt quadrāt tàm pro Defenſionibus, quæ fiunt ante Torturam, quàm pro illis, quæ fiunt antè Sententiam. Proſequendo verò methodum, qua ſe debet gerere *Patronus*, dico, quod benè ponderatis actis, & ſelectis locis opportunioribus, debet articulare Interrogatoria facienda Teſtibus repetendis, ſi ſperat ex ilis ſe eſſe reportaturum aliquod argumentum defenſorium. Et quià, vt ſuo loco, (*g*) diximus, Interrogatoria prædicta non debent continere niſi puram declarationem illorum, quæ Teſtes depoſuerũt in primo examine, multus & ingenioſus debet eſſe *Patronus* in excogitando interrogationes, quæ præſeferant quidem declarationem primi dicti, ſed reuera inuoluant Teſtem (qui fortè falſus eſt) aut vt ſibi contradicat, aut cadat in atteſtationem inueriſimilem; vnde corruat eius teſtimonium.

177. Formatis Articulis, debet eos præſentare *Iudici* coram *Notario*, & debent eſſe ſubſcripti ab eodem *Patrono*, & inſerti in actis. Facta Teſtium repetitione, & eius copia tradita *Patrono*, debet iſte obſeruare an *Iudex* Teſtes repetierit iuxtà ſingula Interrogatoria; ſi aliquod omiſſum, expunctum, & vltrà fas correctum viderit, & hoc putauerit *Patronus* maximè conducere ad *Rei* defenſionem; debet comparere coram *Iudice*, & ſibi dare in ſcriptis Libellum à ſe ſubſignatum, in quo inſtet repeti Teſtes ſuper tali Interrogatorio; & ſi *Iudex* in eo non admittendo perſtiterit, in eodem Libello appellet à *Iudice*, tamquam indebitè grauante *Reum*, non admiſſo tali, aut tali Interrogatorio, quod de iure debuit admitti; & Libelli prędicti formulam dabimus in *Secunda Parte*. Prędicta autem Appellatio debet ſuſtineri.

178. Habita autem copia repetitionis Teſtium, *Patronus* debet formare Articulos defenſorios excogitatos iuxta locos communes, quos paulò ſuprà inſinuauimus, & ipſos à ſe ſubſignatos *Iudici* præſentare, & in actis debent inſeri, iuxtà formulam, quam dabimus in *Seunda Parte*. Porrò probationes Articulorum, vel poſſunt deduci ex Proceſſu offenſiuo iam formato, vel debent conſtare per dicta aliorum Teſtium examinandorum. Si primum, benè quidem. Si ſecundùm, debet *Patronus* cuicunque Articulo propoſito aſſignare Teſtes, per quos ille probetur. Examen autem horum Teſtium, & probationes per Scripturas, aut Inſtrumenta, quas *Patronus* deducit ad defenſionem *Rei*, vocatur *Proceſſus defenſiuus*, in quo *Iudex* tenetur ſeruare ea omnia, quæ ſeruauit in examinando Teſtes contra *Reum*; & horum omnium Copiam tenetur *Iudex Patrono* communicare. Quod ſi *Iudex* aut indebitè Articulum aliquem reijciat; aut Teſtes repellat, impediat, terreat, aut quouis modo defenſionibus *Rei* obicem ponat, poteſt *Patronus* appellare, prout ſuprà dictum eſt de Articulis interrogatorijs, & appellatio erit legitima.

179. Habita copia Proceſſus defenſiui, & ab eo erutis argumentis, quæ faciunt ad intentum, componat *Patronus* Defenſiones, in quibus affectanda eſt claritas, & quantùm fieri poteſt, etiam breuitas. Præmiſſo illarum argumento, & Articulis, deſcendat ad rationes; in quibus ordinandis aduertat, optimum eſſe, minùs validas initio proponere; poſt acres; & vltimò fortiſſimas ad expugnandos animos *Iudicum* idoneas. Si ſufficientes, & demonſtratiuas habeat, omittat ſuaſiuas, & probabiles; nam iſtarum permixtio obtundit quodammodò valorem illarum. Non ſit ſuperfluus in multiplicandis rationibus, quæ tædium legenti afferunt, & non in copia verborum, ſed in neruo argumentorum confidendum eſt. Caueat citationes *Doctorum* multiplicare; ſed citato vno, aut altero Textu Legali, cum vno, vel duobus *Auctoribus Claſſicis*, pertranſeat. In citando autem *Textus Canonicos*, aut *Ciuiles*, ſicut etiam alios *Doctores*, non ſidat citationibus repertis apud *Auctores*, frequentiſſimè enim ſe deceptum inueniet, cum iactura ſuæ famæ, ac ſi *Iudicibus* imponere tentauerit: ſed confrontet cum *Textu* citationes; & ſi eorum copiam

Digitized by Google

piam non habet, ſimul cum citatione afferat *Auctorem*, apud quem illam reperit, ſic ſcribendo; *Text. in l.aut cap.tali*; *Bartol. vel Abb. in l.aut cap. tali, prout eum referri Auctor talis, tali &c.* Ita enim fiet, quod ſi falſa, vt frequentiſſimè accidit, reperietur citatio, non ipſe, ſed *Auctor* quem citat, habebitur in culpa falſæ citationis.

180. Completis, & præſentatis Defenſionibus à ſe ſubſignatis, ſi *Reus* ſuſpectos habet aliquos ex *Diffinitoribus*; nomine ipſius, poteſt *Patronus* inſtare apud *Prouincialem*, ne illi, qui *Reo* ſunt ſuſpecti, admittantur in *Diffinitorio* ad iudicandum in Cauſa illa. Poteſt etiam *Reus* per ſe comparere coram *Iudice*, & *Notario*, & ſiuè oretenus, ſiuè ſcripto inſtare, ne admittantur ad iudicandum ij, quos, vt ſuſpectos, allegat. Et quia hæc eſt vera *Recuſatio*, *Iudicis*, ſeruanda ſunt illa omnia, quæ diximus de *Recuſatione Iudicis* ſuo loco. (h) Verum eſt, quod ad probandam cauſam recuſationis, quæ omninò exprimi debet in Libello, in quo ſuſpecti allegantur, non ſunt eligendi *Arbitri*, coràm quibus cauſa prædicta probetur; ſed probatio debet fieri coràm eodemnet *Iudice*, puta Prouinciali, examinando Teſtes, quos *Reus* produxerit, niſi cauſa adducta eſſet ita euidens, vt probatione non indigeret: ſicut ſi vnus ex *Diffinitoribus* eſſet coniunctus conſanguinitate, parentela, familiaritate cum *Accuſatore*; aut Offenſo, aut Inimico capitali *Rei*. Et *Iudex* debet pronunciare, *An ſit aſſentiendum Reo petenti, aut non*; & ſi pronuntiet non eſſe excludendos illos, quos, vt ſuſpectos, recuſauit *Reus*, poteſt iſte appellare à tali interlocutoria, cum habeat vim diffinitiuæ, vt aliàs dictum eſt. (i) Formam autem talis Recuſationis dabimus in *Secunda Parte*.

181. Omnia dicta hucuſque quadrant pro Defenſione *Rei*, tum antè Torturam, tum antè Sententiam. Si verò ſimus in caſu quod *Reus* torquendus non ſit, vel quia conuictus; vel quia confeſſus eſt; vel quia torquendum *Iudex* expedire non iudicauerit; ſuppetunt *Patrono* alij loci defenſorij ex quibus poteſt *Reo* ſuffragari. Vnus eſt caſu quo *Reus* ſit confeſſus. Poteſt autem tunc articulare; Confeſſionem *Rei* fuiſſe, erroneam, adducendo aliquam Cauſam ex ijs, quas enumerauimus ſuo loco, (l) propter quas poteſt *Reus* contrà propriam Confeſſionem venire. Aliùs locus eſt, articulando, quòd ob tale delictum non meretur pœnam ordinariam, ſed tantùm extraordinariam; & iſte eſt poſtremus locus, per quem poſſit *Patronus* ſuo Clientulo patrocinari.

182. Quia verò ad Sententiàm diffinitiuam citandus cum *Reo* eſt, etiam *Patronus*; ſtatuat iſte ſibi *Deum* præ oculis, & videat ſi Sententia ſit iuſta, licet aliquantulum rigoroſa; vel ſi eſt euidenter iniuſta, aut nimis grauatoria. Si primum; conſulat *Reo*, vt patienter pœnam ſubeat, & cum humilitate, ſatisfaciat iuſtitiæ. Vt plurimùm ſibi probro ducunt *Patroni*, ſi ſuos Clientes, quaquauersùm non reddant à pœna totaliter immunes; hinc omnia verſant, vt hoc conſequantur contra ius, & fas. Hoc malum eſt, & *Religioſæ Reipublicæ*, & animabus proprijs damnoſum; non enim debent aut Articulos ſcienter falſos proponere, aut indirectas vias inueſtigare, vt culpæ obnoxium reddant pœnæ expertem; & ſi hoc faciunt, lædunt publicum iuſtitiæ bonum; quod impediunt; *Religionem*, & *Superiores* conturbant, quibus manus alligantur, ne Criminoſos caſtigent; & ſeipſos etiam peccatis illigant, vt diximus in principio Quæſtionis. Omnia hæc inconuenientia ideò incurrunt nonnulli *Patroni*, quia aberrant à verò ſcopo, ob quem à iure eorum munus fuit excogitatum. Finis fuit, ne Innocens condemnetur, neue ignorans, aut ſimplex à *Iudice* animoſo, *vltrà* fas, *præter*, aut *contrà* iuris regulas grauetur. Hunc ergo finem ſolùm ſibi ſtatuere, debet *Patronus*, dum ſuſcipit patrocinium alicuius; proindè ſi cognoſcit Clientulum verè deliquiſſe, & *Iudicem* legaliter in ſententiando proceſſiſſe; non debet niſi ſuadere Clienti, vt humeros colligat, & ſi peccauit, pœnas delicti luat. Si enim ſibi indebitè perſuadeat, vt contrà Sententiam appellet à *Iudice*, qui benè ſententiauit; lædit *Patronus* malo conſilio animam ſuam. Appellatio enim redditur iniurioſa *Prælato* tamquàm iniuſtè ſententiauerit; turbulentias, & inquietitudines in *Prouincia* ſuſcitat, & nutrit; *Reum*, vltrà fas, à pœna liberando, relinquit de peccato incorrectum, in culpa contumacem, ad noua delicta animatum, & de victoria contrà *Superiores* iactabundum. Tandemque pro *Reo* nil proficit, quandoquidem, cognita à *Iudice ad quem* iniu-

Digitized by Google

iniuſtitia Appellationis datam Sententiam confirmat, & ad normam Conſtitutionum illi pœnam duplicat. Totum ergo, quod licitè, & tuta conſcientia, poteſt *Patronus* ſuadere Clienti ſuo, (quem verè *Reum* nouit delicti, ſuper quo moleſtatur,) antequàm deueniatur ad Sententiam, aut ad Torturam, eſt, vt ſibi ſuadeat, deuenire ad *compoſitionem* cum *Prælato*, de qua aliàs. (*m*) Hoc enim modo nec læditur iuſtitia, nec infamatoria pœna à *Reo* ſubitur, & ſibi in parte ſuffragatur.

183. Si autem euidenter pateat Sententia iniuſta, ſiue nulia, eo quia continet errorem intolerabilem, & Clientem enormiter grauat; tunc ſuggerat *Reo Appellationem*; quam tamen, ſicut & omnia acta coram *Iudice*, debet proonere modeſtis, & Religioſis verbis, quæ reuerentiam debitam ergà *Superiorē* præſeferant; oſtendantque non ex ceruicoſitate, aut pruritu altercandi cum eo, Appellationem oriri, ſed ex pura neceſſitate defenſionis, naturali iure permiſſæ.

II. Quæritur quomodo pro parte Fiſci reſponſio ſit formanda defenſionibus Patroni?

SVMMARIVM.

184. *Fiſcus eſt burſa Prrincipis.*
Fiſcus apud Regulares impropriſſimè dicitur.
Cauſæ Fiſcales quæ dicantur.
Cauſæ Criminales Capitales ſunt Fiſcales, & quare.
Aduocatus Fiſcalis propriè in Religionibus non datur.

185. *Fiſcus, & Fiſcalis Aduocatus in quo ſenſu dicantur inter Regulares.*
Quare introductus in Iudicijs Regularium Aduocatus Fiſcalis.
Aduocatus Fiſcalis induit perſonam Actoris, dum Iudex procedit ex Officio.

186. *Difficultas contrà prædicta reſoluitur.*

187. *Iudex non debet componere reſponſiones ad Defenſiones Patroni.*
Incommoda quæ ex hoc ſequuntur.
Naturale eſt, vt quiſquis plùs æſtimet ſua quàm aliena.

188. *Aduocatus Fiſcalis ſolam Iuſtitiam præ oculis habere debet.*
Deputatio Aduocati Fiſcalis debet fieri per Decretum Iudicis.

189. *Reſponſio ad Defenſiones Patroni quomodò formanda à Fiſcali.*

190. *Quæ curanda à Fiſcali in formanda reſponſione.*

191. *Reſponſio Fiſcalis eſt Patrono communicanda antè Sententiam.*

192. *Patronus debet replicare contrà reſponſiones Fiſcalis.*

184. RESPONDEO, quod apud Nos, & omnes alios *Regulares* impropriſſimè dicitur vigere *Fiſcum*, nomine cuius agit *Aduocatus*, qui contrà *Reum* agit; dum ipſius Defenſiones impugnat. Etenim *Fiſcus* nihil aliud eſt, niſi *burſa Principis*, de qua feſtiuè ſcribit *Boſſius*, (*n*) quod *priùs fuit crumena, quæ paulatim creuit in ſaccum, & ità intumuit, vt euaſerit in domum, quæ dicitur ærarium, & Camera Principis. Aduocatus* porrò *Fiſci* non agit, niſi quando cauſa Ciuilis eſt, & in ea agitur de intereſſe *Principis*; & in criminali iudicio pariter agit, quandò, ratione delicti, bona Delinquentis adiudicantur *Fiſco*, & dicuntur eſſe *confiſcata*. Cæterum Fiſcales Cauſæ non ſunt, vbi tractatur principaliter de crimine, & perſona Delinquentis, etiam ſi tractetur de intereſſe *Fiſci*; ſed ſunt vbi tractatur de bonis, vt deducitur ex *iure*. (*o*) Concedo quidem, quod etiam cauſæ criminales Capitales vocantur *cauſæ Fiſcales*, vt probatur ex alia *Lege Gloſſata*, (*p*) hoc autem eſt quandò competit Confiſcatio bonorum ratione delicti; quod ſi hæc ceſſaret ex aliqua diſpoſitione Statutaria (vt eſt in pluribus locis, in quibus non habet *Princeps* ius confiſcandi) cauſa illa non eſſet vllo modo Fiſcalis. Ex his ergò apparet manifeſtè, quod apud *Regulares*, & maximè apud Nos, qui paupertatem ſtrictiſſimam, tum in communi, tum in particulari, præ cæteris omnibus *Religionibus*, profitemur, nullus poteſt eſſe *Fiſcus*; & conſequenter nulla Cauſa Criminalis valet eſſe Fiſcalis, cum *Regularis Reus* nullum habeat proprium peculium, quod, ratione delicti, debeat *Religionis Fiſco* applicari. Sequitur ergo, quod ſi *Fiſcus* in Religione non eſt, neque pariter poterit

dari

dari *Procurator*, nec *Aduocatus Fiſcalis*.

185. Quià tamen in Sæcularibus Foris in quacumque Cauſa, ex inolita conſuetudine, interuenit *Fiſcalis Aduocatus*, ſeu *Procurator*, qui contrà *Reum* agit, ad horum imitationem, introductus eſt in *Religione Fiſcalis*, qui partes Iuſtitiæ vindicatiuè ſuſtinet; proindè quidquid facit contrà *Reum* procurando vindictam delicti, de quo eſt culpabilis, dicitur translatiuè de *Ratione*, ſiuè *Iure Fiſci*; & ille, qui talia iura proponit vocatur *Fiſcalis*. Et re vera incongruum eſt, quod *Prælatus*, qui eſt *Iudex*, ſit contrà *Reum*, dum magis ad ipſum ſpectat eſſe pro *Reo*; neceſſarium proindè eſt, ne *Prælatus* idem ſit ſimul *Iudex*, & pars, ſiuè *Actor*, quod, quãdò ille procedit *ex Officio* interueniat vnus, qui, nomine iuſtitiæ publicæ, induat perſonam *Actoris*; inſtet pro vindicta debita delicto, & rationes, quas, ad hanc effugiendam producit *Patronus Rei*, aut ſoluat, aut debilitet, ad hoc, quod ex rationum conflictu, hinc indè ventilatâ Cauſâ, clarior euadat iuſtitia, ſiuè prò, ſiuè contrà *Reum*, & maiori ſecuritate procedat *Iudex* ad abſolutionem, ſeu condemnationem. Quandò proceditur per Accuſationem criminaliter, ſuperfluit Officium *Fiſcalis*, quià *Accuſator*, ſiuè eius *Patronus* ad ſuſtinendam actionem reſpondet ad iura allata pro *Reo*; non ſic autem ſi procedatur per Accuſationem, ſiuè Exceptionem ciuiliter, tractetur tamen de delicto publico; nec quandò *Iudex ex Officio* procedit, ſi quidem tunc deficit, qui *Reo* contrarietur, & Cauſa Iuſtitiæ publicæ, abſque Tutore, remaneret deſtituta; non enim ſpectat ad *Superiorem*, qui eſt *Iudex*, & debet eſſe inter Litigatores indifferens, partem Iuſtitiæ publicæ ſuſcipere patrocinandam; & ſic iudicium exerceri inter duas perſonas tantùm, nempè *Iudicem*, & *Reum*; debuit proindè introduci *Fiſcalis*, qui contrà *Reum* ageret.

186. Nec contrà hæc obſtat, quod ſi *Iudex* procedit *ex Officio*, tunc benè ſe gerit tanquam pars, ſiuè *Actor* contrà *Reum*, cum inquirat de delicto nemine Accuſante; nec tamen per hoc vllum ſequitur inconueniens; ità paritèr bene poſſet *Iudex* ex ſe, nullo adhibito *Fiſcali*, ad rationes allegatas pro *Reo* reſpondere, & & illa infringere. Quia falſum eſt, quod, quandò *Iudex ex Officio* procedit, nullus *Accuſator* interueniat. Si enim procedit per Denunciationem, *Denunciator* habet rationem *Accuſatoris*, & ideò non poteſt eſſe Teſtis; (q) ſi procedit per Inquiſitionem *Fama* ſuccedit, & induit, per fictionem iuris, perſonam pariter *Accuſatoris*, & inquirit tantùm ſuper facto, & de veritate. Quandò autem deuenitur ad quid iuris contrà *Reum*, ſuccedit Denuncianti, Quereelanti, aut Famæ *Fiſcalis Promotor*, *Procurator*, ſeu *Aduocatus*, qui tuetur Iuſtitiæ, ſeu *Reipublicæ* partes contrà *Reum*. Et ità optimè congruit rationi, quod in *Religione*, in criminalibus iudicijs *Fiſcalis Promotor* interueniat.

187. Reſpondeo ſecundò, quod vſus apud multos obtinuit, quod *Iudices* ipſi (ſi tamen docti ſunt) forment reſponſiones ad argumenta *Patroni* producta ad fauorem *Rei*; aut ſaltem committant hoc uegotium alicui Viro docto, ſed in primis intimo, & partiali *Superioris* ipſius, ſiue *Iudicis*. Hæc autem praxis vtroque modo damnabilis eſt, & ſpecialiter primo modo. Etenim humanæ infirmitatis eſt, ità conſiderare, quæ noſtra ſunt, ità diligere, ità cæteris præferre, vt aliorum meliora ſpernamus, noſtra deteriora, vt à cæteris ſuſpicienda exiſtimemus. Hoc naturale cuique eſt; & ſi Aſinus ſedebit Iudex in contentione de pulchritudine corporis inter pullum Equinum, aut Aſellum; aut inter hunc, & Luſciniam de vocis ſuauitate, iudicabit profectò Aſinus ad fauorem filij ſui, qui ſibi, & membris venuſtior, & voce iucundior apparebit, & hoc non alia ex cauſa, niſi quia Aſellus ab ipſo genitus eſt. Nec aliter euenit in caſu noſtro de partu mentis, ac de fętu ventris. *Iudex* enim, maximè ſi proprij ingenij philautia laborat, rationes quas mente, calamo obſtentricante, parturiit ad eneruandas *Patroni* defenſiones, ità æſtimat, tanquam oracula ex tripode, ſiue legum medullam, quibus nulla poſſit dari reſponſio; quamuis ſint ineptiæ pueriles, aut verba ſonantia tantùm, neruo ſolidæ veritatis deſtituta. Hinc fit, vt quamuis argumenta *Patroni* ſint fundata, &, neç in minimo, labefactata per reſponſionem ſuam; tamen, paſſione intellectum obfuſcante, non videt *Iudex* veritatem, dum à ſe dicta præualere putat, quæ verè non præualent, & ità in ſententiando errat. Et licet in *Diffinitorio* alij *Coniudices* ſint, qui poſſint verum diſcernere, tamen hoc non prodeſt, quia ſi *Diffinitor* ob proprium

prium intereſſe eſt coniunctus cum *Prouinciali*, ne ſua perdat, non contrariabitur, ſed cum eo ſentiet. Aliter contentiones naſcentur in congreſſu, pugnabit enim *Prouincialis* pro lucubratione ſua, quaſi pro aris, & focis.

188. Pariter ſi obnoxius *Prouinciali* reſponſiones formandas, & officium *Aduocati Fiſcalis* ſuſcipiet, alium finem non habebit niſi exiſtimationem illius in ſtructura proceſſus ſartam, tectamque conſeruare; non veritatem, & iuſtitiam tueri; & ità munere ſuo fungetur, non deſiderio publici boni, ſed commodi priuati. Hinc, vt huic adlaboret, rationes, ſeu reſponſiones cauilloſas; impertinentes, leues, & ſophiſticas cõfinget, quæ cum plauſu legentur à *Iudice*, maximè, ſi ſint, vt aſſolet, adulationis lenocinio comptæ, & nullæ iudicabuntur rationes *Patroni* ad fauorem *Rei*, quantumuis ſint ſolidæ, & fundatæ; & ſic pari modo rectitudo iuſtitiæ præuertetur. Vt ergo omnia, quæ puritatem Iudicij maculare occaſionaliter poſſunt, anteuertantur; *Iudex Deum* timens integrum, doctum, & *Deum* timentem *Religioſum*, & qui placere hominibus non ſtudeat, ſeligat, & huic officium *Aduocati Fiſcalis* demandet; ità enim fiet, vt proponantur ab eo illæ ſolæ reſponſiones, quæ ſoliditati iuſtitiæ, & veritatis innituntur. Deputatio autem talis expedit, quod fiat decreto *Iudicis*, & de ea appareat in proceſſu, & eius formam dabimus in *Secunda Parte*.

189. *Aduocatus* autem *Fiſcalis* in reſponſione ſua contrà *Reum*, quo ad modum, eadem præſtare, debet, quæ ſuperiori Quæſtione diximus de *Patrono*, puta affectare claritatem, breuitatem, & fidelitatem, & ordinem in proponendis Articulis, citandis *Textibus*, & *Doctorum* auctoritatibus, & diſtribuendis argumentis. Quo verò ad rem, duo pręſtare debet, nempè vrgere ea, quæ ex ventre proceſſus, apparent, & maximè faciunt contra *Reum*; & enodare argumenta adducta à *Patrono* in fauorem *Rei*. Dixi, quæ apparent ex ventre proceſſus; non enim aut poteſt, aut debet *Fiſcalis* alia proponere, quæ in proceſſu non habentur; quia illa erunt tanquam extraiudicialiter dicta, & ſic non probata; proindè non habenda in conſideratione. Excipiuntur verò ea, quæ ſunt euidentia, & notoria, hæc enim poteſt proponere tanquam certa, & quæ nulla egent probatione; ſed ſi aliquod habet, per quod poſſit *Reus* vrgeri, & de eo non appareat aliquid in proceſſu, debet *Fiſcalis* inſtare apud *Iudicem*, vt examinet ad fauorem *Fiſci* tales, aut tales Teſtes, per quos probare intendit talem, aut talem Articulum; & in hoc *Fiſcalis* ſe geret adamuſſim eo modo, quem dedimus ſupra, docendo quomodo debeat *Patronus* Articulos probatorios pro *Reo Iudici* proponere, & Teſtes exhibere.

190. Quia verò coguntur *Patroni* diſſimulare argumenta, quæ magis arctant *Reum*, & ad quæ non poteſt reſponderi, & illa intacta relinquere; illa debet *Fiſcalis* maximè proponere, & vim eorum expendere; & in hoc puncto multus eſſe debet, & magis inſtare; hic enim, vt plurimum viget neruus eorum, quæ pro iuſtitia contrà *Reum* faciunt. Pro reſponſione verò ad rationes *Patroni* curet primò *Fiſcalis* confrontare *Iura*, & *Doctores* ab eo allegatos, & labori in hoc non parcat, & frequentiſſimè inueniet allegata, aut ex integro ficta, aut deprauata, aut perperàm intellecta, aut ad alium ſenſum ab *Auctoribus* tradita. Si hæc minimè reperit, & *Doctores* inuenerit re vera loquentes, prout refert *Patronus*, debet *Fiſcalis* vti diſtinctionibus (ſi poteſt) ad conciliandas cum à ſe propoſitis authoritates *Doctorum*; ſin minùs dicat concluſionem *Patroni* non eſſe iu *Iure* certam, ſed probabilem tantùm, cum habeat *Doctores* illam impugnantes, quos citabit, & eorum fundamenta quantùm poterit fortificabit; viceuerſà demonſtrando infirma, debilia, & non concludentia iura *Doctorum*, qui in contrarium citati fuerunt à *Patrono*. Et ità vel fundamenta contraria, vel ſaltem Aduerſarij rationes, quæ videbantur demonſtratiuæ, apparebunt tantùm probabiles, & erit in arbitrio *Iudicis* cum ſecuritate iudicare, & amplecti opinionem, quam maluerit. Si agatur à *Patrono* de nullitate proceſſus ex aliquo defectu, ſiue exceſſu commiſſo à *Iudice* in fabricatione, poteſt recurrere ad illas limitationes, quæ paſſim ab *Auctoribus* referuntur, tractando de nullitatibus proceſſuum ex forma non ſeruata, & ex alijs capitibus; & illas compendioſè, vltrà plures alios, recenſet *Philippus de Bictis* in ſua *Epitome quæſt. 156. per totam*, quæ cuicumque obuia eſt; & tandem curabit non ſtudio contentionis, ſed deſiderio veritatis adducta à *Pa-*

trono

trono ſiue in totum, ſiue in partem eneruare.

191. Compoſita reſponſione, & præſentata *Iudici*, debet hæc omninò communicari *Patrono Rei*, vt ſi habet quid dicendum pro eo, adducat. Et circa hoc mala viget conſuetudo, & verus abuſus; etenim, vt plurimum, talis reſponſio *Diffinitoribus* tantùm oſtenditur, & *Patronum* latet. Hoc verò iniuſtum eſt, & periculoſum. Quia remedia pro *Reo*, ſi non maiora, ſaltem debent eſſe proportionabiliter æqualia ijs, quæ ſunt contrà eum; & iura magis inclinant ad fauorem, quam ad offenſam *Rei*. Patet autem, quod hoc modo non ſunt æqualia, imò potior eſt conditio *Fiſci*, quàm *Rei*: etenim *Fiſcus* duplicem actionem habet contrà *Reum*, prima eſt, quando ad eius offenſam Teſtes examinat, ipſumque, ex probationibus habitis, *Reum* conſtituit; ſecunda eſt, quanquando *Fiſcalis*, reſpondendo ad defenſiones *Patroni*, illum nouiter impugnat: *Reus* autem ſemel tantùm ſe tuetur; quia licet in examine ſuo poſſit ſe tueri aliqualiter, tamen defenſio illa, vtpotè conſiſtens circa factum non probatum, eſt nullius valoris, & vera eſt Defenſio, quæ ſibi paratur à *Patrono*, quæ ex iure, & facto probato eruitur; & hæc eſt vna vice tantùm aſſerta. Non ergo æqualis, ſed longè deterior, tali pacto, euadit conditio *Rei*, quod abſurdum eſt. Periculoſus inſuper eſt modus iſte. Etenim ſomniata iura, & falſas auctoritates poteſt allegare *Fiſcalis*, vt *Patrono* reſpondeat, & hoc modo imponere *Iudicibus*, qui vt plurimum contenti eo, quod vident ſcriptum, in illo, quieſcunt, nec veritatem allegatorum in fonte quærunt; & ex hoc ſummè poteſt periclitari iuſtitia, reputantibus *Iudicibus* proſtratas defenſiones *Patroni* per reſponſionem *Fiſcalis*, quod tamen nullo modo erit, vendente hoc falſa, pro veris.

192. Nè igitur talia incommoda ſequantur, debet omninò communicare *Iudex Patrono* reſponſiones *Fiſcalis*, vt contrà eas replicet vel ſcripto, vel oretenùs coram toto *Diffinitorio*; ſed expedit, quod hoc fiat ſcripto (compendioſè tamen, ne vltrà conuenientiam actus iudiciales dilatentur,) quia commodiùs eſt cuique *Diffinitori*, ante Sẽtentiam, vtrorumque iura perpendere, & rationes examinare, vt iuſtam Sententiam conſulere poſſint. Quod ſi in cauſa ciuili *Actor*, & in cauſa criminali *Accuſator*, vt aliàs dicemus (r) reſpondet ad ea, quæ *Reus* adducit pro ſe; & *Reus* replicat contrà *Actorem*, vel *Accuſatorem*, pari modo hoc fieri debet contrà *Aduocatum Fiſci*, qui, vt diximus, perſonam *Actoris* ſuſtinet pro iuſtitia publica.

Citationes Tituli præcedentis.

Pag.703.col.1.

(a) *Farinac.quæſt.125. num.72. Guazz. defen. 29. cap.4.num.2.apud Bict.tract.8.num.5.*

(b) *Angel. Marſil. Farinac. apud Guazzin. loc.cit. num.3.*

Pag.703.col.2.

(c) *Bart. Angel. Carer. Gramm. Marſil.apud Clar. quæſt.96.verſ. Quæro nunquid. Salycet. Scacc. quos dat Baiard.quæſt.96.num.6.*

(d) *Sgrôi par.7.cap.1.nu.7. & ibi Caualc.de Brach. Reg.& Conrad.Pract.tit.de Mod. proced. ant. diffinit.num.3.*

(e) *Dionyſ.Gothofred. Fragmen.12.Tabular. tic.26. Seru.ad Aeneid.lib.6.verſ.609.& 610.*

(f) *Caluin.Lexic.verſ.Patronos primum.*

Pag.704.col.1.

(g) *Caluin Lexic.loc.cit.*

(h) *l.Rem non. §.Patroni. C.de Iudic.*

(i) *Penn.Direct.Inquiſit.par.3. Comm.28. §. Dandus eſt autem.*

Pag.704.col.2.

(l) *Tit.Tortura.§.9.l.Vnius. §.Cognitũ.ff.de Quæſt. Gomez de Delict.cap.13.num.33. Farinac.qu. 38.num.3.& quæſt.39.num.3.Clar. quæſt. 59. init.Sgroi par.6.cap.1.num.7.& 10.*

(m) *Afflict.deciſ.591. num.2. & ſeqq.Scacc.de Iudic.lib.1.cap.9.num.88.*

Pag.705.col.1.

(n) *Tit.Tortura. §.6.*

Pag.705.col.2.

(o) *Clar.quæſt.49.verſ.Sed nunquid.*

(p) *Gloſ in l.Non tantùm. in verb. Acqueſcit. ff.de Appell.& relat. Farinac. quæſt. 39. num.51. Guazzin.defen.27.cap.1.num.1.Ricc.Prax.for. Eccl.reſol.6.num.4.Sgroi par.6.cap.1.n.31.*

(q) *Guazzin.defen.27.cap.1.num.2.*

(r) *Marſil.in l Vnius.§. Cogniturum.num. 25. ff. de Quæſt.Clar.quæſt.64.verſ.Sin autem.Chartar. de Inter.reo.lib.4.cap.1.num.155.Magon.Deciſ.Lucen.31.num.22.apud Sgroi par.7.cap.1. num.8.*

(s) *Iaſon.in l.1.num.10.ff.Si quis caut.in iud.*

Pag.707. col.1.

(t) *Tit.Quam.§.3.*

Pag.708. col.1.

(u) Caſtren.conſ.201.col.2.lib.1. & conſ. 246. col. final.verſ.Breuiter,eo.lib. Lap.Alleg.82. init. Imol.conſ. 110.in princ.Roman. conſ.163. nu. 2. apud Tuſc.litt,P.concl.85. num.3. & concl. 87.num.1.3.& 11.

(x) Stat.Reformat.cap.5.num.14.

(z) Helmont. Tumul. Peſt. tit. Cuius gen. ſit peſt. paul.poſt med.fol.m.147.col.1.

(a) Concil. 2. Hiſpalen. cap.6. relat. in cap. Sexta actione.15.q.7.vbi Gloſ.in verb.Abſque.

Pag.708.col.2.

(b) cap.Felix 15.q.7.cap.Degradatio.de Pœn.in 6. Gloſ.1.in cap. Si quis Presbiter. de Cler. Excom.miniſtr.

(c) Concil.Trident.ſeſſ.13.cap.4.de Reform.

(d) Suar.de Cenſur. diſp. 30.ſect. 1.num.20. apud Barboſ.Collect.in concil.ſeſſ.13. cap.4. de Reform.

(e) Aldret.de Relig. diſcip. lib. 2.cap. 17.num.15. apud Barboſ.loc.cit.

Pag.711. col.1.

(a) Tit.Tortura.§.1.

(b) Tit.Tortura. §.2.

Pag.711.col.2.

(c) Tit.Applicatio.§.9. 15.& 36.

(d) Tit.Applicatio. §.3.6.9.26. & 28.

(e) Tit.Tortura.§.1.

(f) l.Cum vir.C.Ad l.Iul.de Adult.

(g) Sanctor.Comment.cap.7.Stat.5.verſ.Nota 3.detriment.fol.mihi 398.

Pag.712. col.1.

(h) cap.Priſcis.& ibi Archidiac.& Dominic. verſ. Quæro an iſta.55.diſt.cap. Cenomanenſem.56. Diſt.cap.Monachus.67.Diſt. Gloſ.in cap. Poſt translationem . in verb. Ceſſante. de Renunc. I.B. Nicola. Regul. iur. tom.1. lib.3.fol.133. verſ.Cauſa diſpenſationis .

(i) Tit.Applicatio. §.60.

Pag.712.col.2.

(l) Tit.Teſtes.§.11.

(m) cap.Cum in veteri.de Elect. cap. Cum olim. de Arbitr.Abb.in cap.Non poteſt. nu.21.de Sent. & re iudic.

(n) Angel.conſ.269.Add.ad Abbat. in cap.Decernimus num.13.de Iudic.

Pag.713.col.1.

(o) Hoſt.& Abb.in d.cap.Decernimus. num.13. de Iudic.Io.Andr.in cap. Contingit.de Arbitr.

(p) cap.Statutum.§. Aſſeſſores.de Reſcr.in 6.

(q) Gloſ in figur.caſ.in cap. Statutum. §.Aſſeſſores. de Reſcr.in 6.

(r) l.Item ſi vnus. §.Idem Pomponius.ff.de Arbitr.

Pag.713.col.2.

(s) Abb. in cap.Si pro debilitate.num.8.de Off. Iud. Delegat.

(t) cap.Cum æterni.de Sent.& re indicat.

(u) Bart.in l. Titium.§.Si plures. ff.de Admin.tuto. Anani. conſ.186. & 188. apud Sebaſt. Sapia Add.ad Abbat.in cap.3. in fin.de Off.Delegat.

Pag.714. col-1.

(x) Tit.Applicatio.§.49.

Pag.714.col.2.

(z) Io.Caluin.Lexic.verb.Prætextus.

Pag.715.col.2.

(a) Gabriel. Bèrtaz. Scacc. Clar. Baiard. Caualc. Guazzin. Farinac. apud Sgroi par. 6. cap. 1. num.10.

(b) Caluin.Lexic.verb.Gratis.

(c) Matth.cap.10.verſ.8.

(d) cap.Emendari.cap.Dictum.1.q.1. cap. Qui recte.11.q.3.

(e) Gloſ.in cap.Statutum.§.Inſuper.in verb.Gratis. de Reſc. vbi Archidiac. in 6. in Add. Alberic. Dictionar.eo.verb.

(f) Roman.cap.3.verſ.24.

(g) Pſalm.118.verſ.3.& 161.

(h) cap.Dilectus.il 2.in fin.innct.Gloſ.in verb.Gratis.de Simon.cap.Tua nos.eo.tit.

Pag.716. col.1.

(i) Tit.Patronus.§.1.

(l) Guazzin.defen.24.cap.2.n.3.& 5.Marſil.Pract. crim.verſ.Nunc vidend. num.4.Claud. ad Bertazz. conſ. 30. litt. A. verſ.Secundò ampliat. apud Sgroi par.6.cap.1.num.10.

(m) Hoſtien. Pax. Gutier. Mirand. Portel.Suar.de S.Iulian.Mauc.Sanch. Ioſeph de S.M.Thom. à Ieſu.Lug.Pellizz.Lezan. Roderic. Boner.Ant. à Spir. Sanct. Berti apud Sgroi par. 6. cap.1. num.14.

(n) Clar.quæſt.49.verſ.Et hac.Pariſ.conſ.2. n.155. lib.3.Baiard.quæſt.49.nu.6. Caualc.de Brach. Reg.par.3.num.45.Guazz.defen.24.cap.3.nu. 4.apud Bitt q.90.n.8.

(o) cap. Qualiter . & quando. il 2.§.Debet.de Accuſat.

Pag.716.col.2.

(p) cap.Per tuas.de Simon. Bart.in l.In quæſtion.ff. Ad leg. Iul. Maieſt. Marſil. conſ.20.num.27.. Cranet. Roland. Grammat. Pariſ.apud Berti Pract.crim.tit.11 cap.11.num.5.& 6.

(q) l.Ab adgnatis.ff.de Cura.furi.

Pag.717.col.1.

(r) l.In ratione.la 2.§.Rurſus ff.Ad l.Falcid.

Pag 717.col.2.

(s) cap.Licet Heli.Extra. de Simon.

(t) Gloſ.in cap.Tua nos. in verb. Duximus . de Simon.

Pag.718. col.1.

(a) Penn Commen. 123. verſ. Quoniam verò. Direct.Inquiſ.par.3.q.75.

(b) Authent.de Non alien.cap.9. §.Oportet. coll.2. Authent. de Reſtit.& ea , quæ par. 11. menſ. cap.1.§.Sancimus.coll.4.

Pag.

Pag.719. col.1.

(z) *Paul. IV.Conſtit.Cum ſicut.1. Nouemb.1561. in litt.diuerſ.Pontific.poſt Repert.Inquiſit.*

(a) *Penn.Direct.Inquiſ.par.3.quæſt.75.Comm.124. verſ.Tametſi.*

(b) *Concil.Biterren. cap.10. apud Penn. Comment. 29.§.Sextus modus.par.3.Direct.Inquiſ.*

(c) *Direct. Inquiſ.par.3.tit.Mod.ſex trad.cap.proc. fol.mihi 449.*

Pag.719. col.2.

(d) *cap. Qualiter, & quando. §. Ad corrigendos. il 2.de Accuſat.*

(e) *Villagut.lib.2.cap.2.concl.4.Megal. Pract.crim. cap.9.num.15.Ghisler. de Iudic. Regular. cap. 11.num.24.apud Sgroi par.6. cap.2. num.14. Paſſerin.Trib.Regul.quæſt.25.art.2.n.29.*

(f) *Paſſerin.loc.cit.num.28.*

Pag.720.col.1.

(g) *Roderic.tom.2. quæſt. 16. art.1.in fin.& ibi Segura de Aualos.Auil.& Azeued.*

(h) *Statut.Salmant. 1553.cap. 10. verſ. Diſtrictè per obedientiam. Orb.Seraph. tom. 3. fol.339. col.1.*

Pag.720.col.2.

(i) *Statut.Valliſolet.cap.10. §.Illud præterea. Orb. Seraph.tom.3.fol.532.*

(l) *Statut.Valliſolet.cap.7.tit.de Pœn.in gen. §.Ad pacem .*

Pag.721.col.2.

(m) *Roderic. tom.2.quæſt.16.art.1.in fin.*

Pag.722. col.1.

(n) *Clar.quæſt.49.verſ.Et hæc quidem.*

Pag.722. col.2.

(o) *Direct.Inquiſit.par.3.tit. Modi ſex traden. &c. verſ.Iſte modus .*

Pag.723.col.1.

(p) *Clar.quæſt. 11. verſ. Item quæro, & ibi Blanc. Pract. fol.5. num.33. Gomez Delict. cap.12. num.18.Butr.in cap. Qualiter, & quando. §. Debet.num.40.il 2.de Accuſat.Clar. quæſt.45. verſ.Cæterùm.& apud eum Card.Alexand. in cap.de Accuſat.col.39.cau.2.q.8.*

(q) *Capyc.deciſ.74.Baiard.d. quæſt.45. num.75. & quæſt.49.num.38. Chartar.de Inter.Reo.lib.3. cap.2.num.70.apud Sgroi par.6. cap. 1.nu.16.*

Pag.723.col.2.

(r) *Formular.tit.Form.torquen.*

(s) *Tit. Quam.quæſt.2.per tot.*

Pag.724.col.2.

(t) *Caualcan.de Teſt. par.5. num.169.Guazz. Defen.25.cap.1. num.12.apud Sgroi par.6,cap.1. num.28.*

Pag.726. col.1.

(u) *Ricc.deciſ.280.num.3.apud Sgroi loc.cit.n.29.*

(x) *Caball.caſ.50.num.2.Guazz.Defen.25.cap.11. num.13,Sgroi loc. cit.num.25.*

Pag.726. col.2.

(z) *Tit.Exceptio.§.2.*

(a) *Tit.Exceptio.num.6.7.& ſeqq.*

Pag.727.col.1.

(b) *Tit.Accuſatio. §.4.*

(c) *Cuman. conſ. 74. apud Tuſc. litt.I. concl.160. num.5.*

(d) *Clar.quæſt.53.verſ.Caueant tamen .*

Pag.727.col.2.

(e) *Tit.Canones.§.2.*

(f) *Tit.Canones.num.72.115.& 129.& tit. Quales.num.43.& ſeqq.& 49.*

(g) *Inſt.tit.de Iniur.§.In ſumma.lib.4.*

(h) *Clar.§. Iniuria.verſ.Sed quæro.Roman. conſ.97. in fin. Menoch. de Arbitr. caſ.242. num. 5. & ſeqq.*

(i) *Alberic.in l.Senatuſconſulto.num.3. de Off.Præſ. Alex.conſ.13.num.10.verſ.Sexto præſuppono. lib.6.Roland.conſ.48.n.7.lib.2. quos dat Clar. quæſt.35.verſ.Solet etiam.*

(l) *Clar.d.qu.35.loc.cit.*

(m) *Bald.in l.1.C. Vnde vi. Paris de Pute. de Syndic.fol.275.num.5.& fol.335.n.4.*

Pag.728. col.2.

(n) *Gloſ.in cap.Clerici.81.Diſt. Innoc. in cap. Dudum.il 2.de Elect.Boſſ.tit.de Fauor.defenſ.nu. 2.Caualc.de Teſt. par.2. num.166. apud Sgroi par. 6.cap.2.num.42.*

(o) *Caualc.de Teſt. par.1.num.64.& par.2.nu.178. & par.3.num.151. apud Sgroi loc.cit.num.46. & 49.*

(p) *Iaſon.in l.Vt vim.col.2.ff.de Iuſt.& iur.Crauet. Grammat.Gomez.Gabriel. Honded. Maſcard. Farinac.Roland.Guazz. apud Sgroi loc. citat. num.53.*

(q) *Mazzol.Maſcard.Viui.Gabriel. Crauet. Gomez. Boſſ. Gramm. Honded. Clar. Baiard. Bertaz. Farinac.quos dat Sgroi por-6.cap.2. nu.58.*

Pag.729.col.2.

(r) *Clar.quæſt.53.verſ.Præterea dixi in fin. Honded. conſ.100. num.34. vol.1. Farinac. quæſt.69. num.59. & quæſt.70. num.18. apud Sgroi loc. cit.num.61.*

Pag.733.col.2.

(a) *Clar.quæſt.60.init. Abb. & alij DD. in tit de delict.puer.Hoſtien.in ſumm.eod.tit.*

(b) *l.Auxilium §.In delictis ff.de minor.Gramm. deciſ.23.nu.12.Plaza lib.1.delict.cap.32. nu.12. apud Clar.quæſt.60.init.*

(c) *l.1.in princip.ff.de Minor.*

(d) *Farinac. quæſt.92.num.108. Guazz in.defen.33. cap.17. num.1. apud Paſſerin. quæſt.28. art.2. num.28.*

(e) *Iuuenal. Satyr.8.*

Pag.734. col.1.

(f) *l.2.ff.de Term.mot.gloſſ. in l.Ferè in omnibus ff. de Reg.iur. cap.Fraternitatis 34.diſt. cap.Hoc ſit 26.quæſt.7.*

(g) cap.Tanta 86.diſt.

Pag.734. col.2.

(h) Menoch.de arbitr.lib.2.caſ.59.num.1. Farinac. quæſt.92.num.12.

(i) Decian lib.1.cap.58. & lib.5.cap.37. apud Paſſerin.Trib.reg.quæſt.28.num.24.

(l) Syluestr ſumm.verb.Culpa.num.4.apud Paſſerin. loc.cit.num.5.

(m) l.1.§.Diuus Adrianus l.penult.ff.ad leg.Cornel. de Sicar. cap.Continebatur cap. Suſcepimus de homicid.

(n) Boſſ.tit.de Defen.Reo circ.fin. apud Sgroi par.7. cap.2.num.24.

(o) Paſſerin.quæſt.28.num.8.& ibi Gig.de Crim.læſ. Maieſt. lib.1. quæſt.67. Guazz. defen.33. cap. 18.num.1.Farinac.quæſt.87.num.10. & quæſt. 117.num.18.Sgroi par.7.cap.2.num.80.

Pag.735.col.1.

(p) l.in lege ff.ad leg.Corn.de Sicar.

(q) Paſſerin.Trib.regul quæſt.28.num.14.

(r) Abb.in cap.Si autem num.4.de Præſcr.& in cap. Nihil num.5.de Elect.

(s) Abb.in cap.Paſtoralis n.9. de Cau.poſſ.& propr. & in cap.vnic. num.13.de Commod.& in cap. Bona num.2.de Depoſ.

(t) Farinac quæſt 89.à num.70. & ſeqq. apud Bict. quæſt.135.num.12.Tuſc.litt.D. concl.574. per totam.

(u) l. Dolum C.de dolo malo.

(x) Bict.quæſt.135.num.10.& ibi Corn.& Farinac. quæſt.89.num.25.

Pag.735.col.2.

(z) Belligrand. tract. 4. quæſt.18. num. 11. apud Paſſerin. quæſt. 28. num.21. Bict. quæſt. 135. num.11.

(a) l. Quærela C.Ad leg.Cornel.de Falſ.

(b) Clar.quæſt.51.init.& ibi Abb.in cap.Cum habe-ret num.4.de Eo qui dux.in matr.

(c) Bict.quæſt.94.num.8.

(d) l.Mariti §. Sex menſium ff. ad leg.Iul. de adult. l. Quærela C.ad leg. Cornel.de falſ.& ibi Go-thofr.litt.E.

(e) Guazzin.defen.2.cap.2.num.46.& 47.

(f) Guazzin.loc.cit.num.53.

(g) Bict.quæſt.94.num.9.

(h) l. Si non conuicij C.de Iniur. l.17.§.6.in fin. ff. eod.tit.

(i) Paſſerin.quæſt.26.art.9.num.113.

Pag.736.col.1.

(l) Paſſerin.loc.cit.& ibi Farinac. quæſt.10. num.4. & Guazzin.defen.2.cap.2.num.19.

(m) l.Maiorem C.ad leg.Cornel.de falſ.Clar.§.Fal-ſum verſ.Vtens falſo.

(n) Stat.Gen.Ord.cap.7.§.6.num.34. Vallisolet.tit. de Fratr.defect.

(o) Congreg.Gen.Neapol.1590.cap.34. Stat.Valli-ſolet.1593. tit. de Fratr. defect. Orb.Seraph. tom.3.fol.391.& 476.

Pag.736.col.2.

(p) Tit.Teſtes à num.23.& inde.

(q) l.Abſentem l.Si Præſes l.Interpretationem ff. de pœnis cap.Ex litteris de probat.

Pag.737. col.1.

(r) Tit.Teſtes num.3.& ſeqq.& num.58.

(s) Paſſerin.trib.Regul.quæſt.26.num.95.

(t) Maſcard. de probat. lib.1. concl. 459. num. 1. Guazzin.defen.29.num.11.apud Paſſerin. loco citato.

(u) Maſcard.concl.597.num.16.

(x) Baiard.ad Clar.quæſt.24.num.129.Guazzin.de-fen. 29. cap.3. num.6. apud Paſſerin. quæſt.26. num.93.

(z) Guazzin.defen.29.cap.3.num.6.

Pag.737 col.2.

(a) Farinac.conſil.66.num.15.Guazzin.loc.cit.nu.9. apud Paſſerin.loc.cit.num.94.

(b) l. Quoties §. Qui dolo ff. de Probat. l. Dolum ff.de dol.I.B.Nicola.Regul.iur. tom.2. fol.184. col.2.

(c) Abb. in cap. Auditis num.17. de Præſumpt. vbi Felin. num.13. Menoch. eod. tit. præſumpt.2. num.10.& præſumpt.3. num.40.& 119. Fari-nac. quæſt.81.num.6. apud Paſſerin. quæſt. 26. num.85.

(d) Farinac.quæſt.81.num.8.apud Paſſerin.loc.cit.

Pag.738. col.1.

(e) Felin.in cap.Auditis num.33.de Præſumpt.Ma-ſcard.concl.1003.num.7.& 17.

(f) l.Cum de indebito ff.de Probat.

(g) Maſcard.concl.1214.num.16.Farinac.quæſt.85. num.24.apud Paſſerin.quæſt.26.num.87.

(h) Felin.in cap.In præſentia num.13.de probat.Ma-ſcard.concl.494. num.4.& concl.1003. nu.21. & 61.apud Paſſerin.loc.cit.

(i) Farinac.quæſt.85.num.40.

(l) Tit.Reus §.8.à num.53.& inde.

(m) Tit. Corpus per totum.

Pag.738. col.2.

(n) l.Infans ff.ad leg.Cornel.de Sicar.

(o) l.3.§.Sane ff.de iniur.cap.Illud.15.qu.1. Dionyſ. Gothofr.ad l.12.ff.ad leg.Cornel.de Sicar.

(p) Bald.in l. Furioſum circ.fin.C.Qui teſt. fac.poſſ. Iaſon.in l.Ex facto num.30.ff.de vulg.& pup. ſubſt.& in l.Si ſeruum num.7. ff.ſi ex nox. cau. aga.apud Clar.quæſt.60.verſ.Item quæro.

(q) Iaſon. in l. Si duo §. Si quis iurauerit il 1. poſt num.1.ff.de Iureiur.apud Clar.loc.cit.

(r) Abb. antiq. in cap. 2. de Maled. Gramm. ſuper Conſt.Reg.fol.113.

(s) Clar.quæſt.60.verſ.Eſt etiam ira.

(t) Menchiac.controu.illuſtr.cap.18.num.29.

(u) Clar.dict.quæſt.60.verſ.Præterea quæro.

Pag.739. col.1.

(x) Dec.in l. Quidquid num.4.de Reg.iur. Bertazz. conſ.crim.44.lib.1.apud Tuſc.litt.I.concl.161. num.44.

(z) l.Grac-

(z) *l. Gracchus C. ad leg. Iul. de adult. l. Si adulte-rium §. Imperator ff. eod. tit. cap. Si verò il 1. iunct. gloſſ. in verb. Turpiter de ſent. excom.*
(a) *Paſſeriu. trib. Regul. quæſt. 28. art. 2. num. 39.*

Pag. 739. col. 2.

(b) *Carer. tract. de homicid. §. 7. num. 6. apud Sgroi par. 7. cap. 2. num. 57. verſ. Et limitatur.*
(c) *Farinac. quæſt. 91. nu. 5. apud Paſſerin. quæſt. 28. num. 38.*
(d) *l. Quod ait §. final. ff. ad leg. Iul. de adult. vbi Gothofr. litt. G.*
(e) *arg. l. 1. §. Cùm arietes ff. Si quadr. paup. fec. dica. Specul. dit. de Accuſ. verſ. Quid ſi vocaui. Abb. in cap. Dilecti num. 17. in fin. de Except. & in ca. 1. num. 2. de Iniur. & damn.*

Pag. 740. col. 1.

(f) *Bald. in l. Si ex plagis §. Tabernarius ff. Ad leg. Aquil. & conſ. 145. col. 1. lib. 1. Marſil. ſingul. 108. num. 11. Farinac. conſ. 35. num. 13. & 14. & quæſt. 125. num. 7. apud Sgroi par. 7. cap. 2. num. 45. verſ. Prouocatus.*
(g) *Tit. Reus §. 8. in fin.*
(h) *Iuuenal. Satyr. 8. verſ. 18.*
(i) *l. Non omnes ff. de re milit. l. Ad beſtias ff. de pæn. l. penult. ff. Ad leg. Cornel. de Sicar.*
(l) *Gloſſ. in §. Planè in verb. Ob meritum. Inſtit. de iur. natur. Grammat. conſ. 29. num. 40. verſ. Quod maximè apud Clar. quæſt. 60. verſ. Vtilis etiam. Paſſerin. quæſt. 28. art. 2. num. 58.*

Pag. 704. col. 2.

(m) *Gloſſ. in l. Et ſi ſecurior in verb. Certis ration. C. Ex qui can. infam. Cepoll. conſ. crim. 36. circ. fin. apud Clar. loc. cit. verſ. Item prodeſt.*
(n) *l. Ad beſtias ff. de pæn. Clar. d. quæſt. 60. verſ. Pariter etiam.*
(o) *Tit. Quam per tot.*
(p) *l. Vt conſtituerctur 50. diſt. cap. Commeſſationes 44. diſt. cap. Ordinationes 9. quæſt. 1. cap. Non poteſt 23. quæſt. 4. cap. 4. de temp. ord. cap. Latores iuncta gloſſ. in verb. Multitudinem de Cler. Excom. min.*
(q) *l. Qui cædem ff. Ad leg. Cornel. de Sicar. Clar. quæſt. 60. verſ. Allegatur.*
(r) *Gloſſ. in cap. Latores in verb. Multitudinem de Cler. excom. min. Ignæ. in l. 1. §. Hoc reſcriptum num. 13. ff. Ad S. C. Syllan.*

Pag. 741. col. 1.

(s) *Exod. cap. 32. Iudic. cap. 20.*
(t) *Clar. d. quæſt. 60. verſ. Allegatur etiam.*

Pag. 742. col. 1.

(u) *Abb. in cap. Quia veriſimile de Præſumpt. vbi Felin. col. 2. Dec. conſil. 684. in fin. & conſ. 596. num. 8. & conſ. 94 col. 2. verſ. in dictis, & conſ. 315. num. 8. Aretin. in cap. Tertio loco col. 3. de Probat. quos citat Boſſ. tit. de oppoſ. cont. Teſt. num. 94.*
(x) *Boſſ. tit. de Offic. corru. pec. num. 36. Marian. Socin. in cap. Qualiter, & quando num. 42. il 2. de Accuſat.*

Pag. 742. col. 2.

(z) *Dec. conſ. 402. num. 15. Purpurat. conſ. 315. num. 11. & ſeqq. Farinac. quæſt. 45. num. 24.*

Pag. 743. col. 1.

(a) *Cornel. conſ. 83. num. 9. lib. 1. Dec. conſ. 402. num. 15. & conſ. 284. in fin. Purpurat. conſ. 315. num. 11. & 15.*
(b) *Aretin. conſ. 132. num. 2. apud Tuſc. litt. D. concluſ. 558. num. 8.*

Pag. 743. col. 2.

(h) *Molin. tom. 5. diſp. 43. num. 3. Card. de Lug. de Iuſt. diſp. 40. ſect. 2. nu. 22. Bann. 2. 2. quæſt. 70. art. 3. Serra quæſt. 69. art. 2. diſp. 1. Sanch. lib. 6. ſumm. cap. 3. num. 20. apud Paſſerin. quæſt. 26. artic. 7. num. 98. & 99.*

Pag. 744. col. 1.

(d) *Paſſerin. trib. Regul. d. quæſt. 26. art. 7. num. 100. & ibi Lug. de ſuſt. & iur. diſp. 40. num. 24.*
(e) *Paſſerin. in cap. Vt animarum quæſt. 1. art. 5. de conſt. in 6.*
(f) *Farinac. quæſt. 90. num. 56. & 58. Bellegrand. tract. 4. quæſt. 18. num. 12. apud Paſſerin. Trib. Regul. quæſt. 28. num. 48.*
(g) *Gloſſ. in cap. Si verò il 2. in verb. Propria de ſent. Excom. Nauar. conſ. 1. de conſtit. num. 6. & 7. p. edit. Couaru. lib. 2. Varia cap. 19. num. 1. Abb. in cap. Innotuit. num. 22. de elect. Maſcard. Rota Tabien. Fagna. Rube. Sanch. Paſſerin. in cap. Vt animarum num. 499. de conſtit. in 6.*
(h) *cap. Sacris de Iis quæ vi metu. cau. l. Seruus vbi Bald. & Salycet. C. Ad leg. Iul. de vi public. Couarru. in 4. decret. par. 2. cap. 3. §. 4. num. 7. Menoch. de Arbit. lib. 2. caſ. 154. num. 1.*

Pag. 744. col. 2.

(i) *Clar. quæſt. 60. verſ. Sed an forte, & ibi Gomez in §. Ex maleficijs num. 21. Inſtit de actìon.*
(l) *Gloſſ. in l. 1. §. Cum arietes in verb. Sibi ff. Si quad. paup. fec. dica.*
(m) *Bald. in l. 1. §. Cum arietes verſ. Quæritur ff. Si quadr. paup. Auguſtin. al Angel. de Malef. in verb. Et dictus Titius poſt num. 37.*
(n) *Clar. quæſt. 60. verſ. Vidi ego in fin.*
(o) *l. Diuus ff. Ad leg. Cornel. de Sicar.*
(p) *l. Quoniam C. Ad leg. Iul. de vi publ.*
(q) *Natta conſ. 240. num. 9. Boſſ. tit. de homicid. num. 26. gloſſ. in l. Item Mela §. Sed ſi plures in verb. Percuſſerint ff. Ad l. Aquil. Roland. conſ. 63. num. 10. lib. 2. Alciat. de Præſumpt. Regul. 3. præſumpt. 44. num. 4. apud. Clar. §. Homicidium verſ. Alia etiam.*
(r) *cap. Qualiter, & quando il 2. iunct. gloſſ. 1. vbi DD. de Accuſat.*
(s) *Innocent. & Abb. in d. cap. Qualiter, & quando num. 20. de Accuſat.*

Pag.

Digitized by Google

Pag.745.col.1.

(t) cap.de his de accuſat.l.Qui de crimine C.eod.tit. l.Pro portione C.De except.l.Sepulcri ff.De ſepul.viol.

(u) Marant.de Inquiſit num.40.Clar.quæſt.57.verſ. Sed quæro.

(x) cap.At ſi Clerici vbi Abb.num.22.de Iudic.cap. final. de For. compet.

Pag.745.col.2.

(z) cap. Poſtulaſti iunct. gloſſ. in verb. Executio de For.comp.arg.l.A Diuo §.In criminibus ff. De re iudic.

(a) Paſſerin.Trib.Regul.quæſt.26.art.11.num.140.

(b) Boſſ.de ſent.num.65. Clar.quæſt.47.num.3. Couaru.Varia lib.1.cap.1. num.8. Cabal. caſ.93. num.8. Guazz. defen.2. cap.7. num.7. & 9. Giurb. conſ.53. num. 31. Sperell. deciſ. 134. num. 65. part. 2.

Pag.746.col.1.

(c) Guid.de Suzar.de indic.& tort.num.57.Brun.de indic.par.2.quæſt.5. num.63. Guazz. defen.2. cap.7.num.18.Caball.caſ.43.num.43.

(d) Boſſ.de ſent num.61. Clar.quæſt.46. verſ. Pariter etiam Tobi.Non.conſ.103. num.5. Guazz. defen.6. cap.4. num. 20. apud Conciol. Reſol. crim.verb.Abſolutio reſol. 1.num.4.

(e) Anton. Gomez variar. tom.3. cap.1. num. 27. Foller. par.3. cap.35. Farinac.quæſt.4.num.4. Eugen.conſ.64.per tot.lib.1.Decian.lib.3.cap. 30. num.16.apud Conciol.loc.cit.num.5.

(f) Boſſ. Clar. Gomez.Farinac. Guazz.Cabal. Decian.apud Giurb.conſ.53.num.32.Sperel.deciſ. 173 num.8.par.2.

(g) Paſſerin.Trib.Regul.quæſt.26.art.11.num.138.

(h) l.1.§.Item Diuus ff.ad leg.Corn.de Sicar. Clar. §. Homicidium num.26. Baiard. §. Sodomia num.15. Ricc. deciſ.106. num.5. par.2. apud Sgroi par.7.cap.2.num.31.

Pag.746. col.2.

(l) Ricc. deciſ.117. par.4. Concil. Trident. ſeſſ.24. cap.6. de Reform.Cabal. de omn.gen. homicid. num.232.apud.Sgroi par.7.cap.2.num.45.

(m) Barboſ.in Trident.ſeſſ.24.de Refor.cap.6.nu.7. verſ.Superiores etiam.

(n) l.In lege ff. Ad leg.Corn.de Sicar.vbi Gothofred. litt.X.l.1.§.Diuus ff.eod.tit.

(o) Gomez Variar.tom.3. cap.3. num.15.Clar. §. Homicidium num. 3. & quæſt.84. in princip. Menoch.de Arbitr.caſ.324.num.1.& 12. Farinac.quæſt.126.num.42.apud Conciol.verb.Homicidium reſol.3.num.3.& reſol.10.num.3.

(p) Alex. conſ.140.vol.2.Dec.in l.Inferri ff.de Reg. iur. Nouell. tract. ad defenſ. num.71. Cæpoll. conſ.13.nu.21.& conſ.33. per tot.Sgroi par.7. cap.2.num.68.

Pag.747.col.1.

(p) Baiard ad Clar.quæſt.60.num.99.Farinac. apud Paſſerin.quæſt.38.num.28.

Pag.747.col.2.

(q) l. Quiſquis C. de Poſtul.

Pag.748.col.1.

(r) Clar.quæſt.49. verſ.Sed pone, & ibi Boſſ. tit. de ſent.num. 85. & tit. de delict. num. 46. Sgroi par.6.cap.1.nu.12.& ibi Cabal.caſ.75.nu.11. Caualc.de Teſt.par.4.num.157.Chartar. de Interrog.Reo par.4.cap.2.num.72.

(s) Baiard. ad Clar. quæſt.49. num. 31. Farinac. quæſt.39.num.157. Chartar. de interrog. Reo par.4.cap.2.num.73.Genuen.cap.28.num.11. apud Sgroi par.6.cap.1.num.12.

Pag.749. col.2.

(t) Tit. Quam à num.13.& inde.

Pag. 750. col. 1.

(u) Clar.quæſt.45.verſ.Cæterum ſi poſt med.

(x) Tit. Patronus §. 1.

Pag.750.col.2.

(z) Dec.in leg.Is apud num.75.C.de Eden. Guazz. defen.25. cap.1. num.12. & defen. 24. cap. 8. num.6. Burſat. conſ.357. num.11. vol.4.apud Sgroi par.6.cap.1.num.26.

(a) Baiard.quæſt.45.nu.40.Boſſ. tit.de Falſo n.163. Farinac. quæſt. 78. num.135. Cabal. caſ.55. num.2.Caluin.de Æquit.lib.2. cap.189. nu.35. apud Conciol.verb.Teſt.Miſcell.reſol.2.num.1. & 2.

Pag.751.col.2.

(b) Tit. Patronus §. 6.

Pag.752.col.1.

(c) Tit. Patronus num.69. & inde.

(d) Tit.Canones num.67. & inde.

(e) Clar.quæſt.45.verſ.Cæterum ſi Reus.

Pag.752.col.2.

(f) Sgroi par.6.cap.1.num.27.& ibi Ambroſin. de Mod.for.proc.lib.3.cap.2.nu.1.Burſat.conſ.20. num.65. lib.1. & conſ.311. num.4. lib.3. & conſ.201. num.41. lib.2. Honded. conſ. 101. num.28.vol.1.Cabal.caſ.269.num.19.Guazz. defen.25.cap.1.num.11.

(g) Paſſerin.Trib.Regul.cap.7. num.166.

(h) Clar.quæſt.45.verſ.Cæterum ſi Reus.

Pag.753.col.1.

(q) Clar.quæſt.26.in princip.

(r) Clar.quæſt.45.verſ.Cæterùm ſi Reus, paulò poſt med.

(s) Tit. Quid num. 130.

Pag.753.col.2.

(t) Authen.apud eloquentiſſimum C. de Fid.inſtr.vbi Gothòfr.litt.D.

(o) cap.Conſtitutus de fideiuſ.& ibi Io: Andr.Butr. & Ancharan. relat. per Auguſt. ad Angel. de Malef. verb. Qui Iudex Carauit. ſuper Rit. 157.Magn.Cur.num.7.Socin.iun. Bald. Anani. Curt.

Curt ſen. Grammat. Affliſt. Boſſ. apud Clar. quæſt.26.verſ.Sed quæro.

(p) *cap.Poſtulaſti de For.comp.*

(q) *Tit. Patronus num. 132.*

Pag.754.col.2.

(r) *Clar.quæſt.26. verſ. Et aduerte, & ibi Carauit. ſup.Rit.155.Magn.Cur.num.2.& ſeqq.*

Pag.755.col.1.

(s) *l.1.ff.de Falſ.l.Iubemus C.de Probat.l.final. C.de Fid. inſtrum. Conciol.verſ. Subornatio reſol.1. num.1.*

(t) *Boſſ.tit.de reſp.à Reo fac.num.18. & apud eum Abb.& DD.in cap.1.de Teſt.cogen. D.Thom. 2.2.quæſt.69.art.1.& 2.Alberic. verb.Mendacium gloſſ.13.diſt.in ſumm.*

(u) *Gloſſ. in cap. final. in verb. Inſidijs 23.quæſt.2. arg.gloſſ.in cap.Vtilem.22.quæſt.2.*

(x) *Gloſſ.in cap.Cupientes in verb.Malignantium de Elect.in 6.Iaſon.in l.Cum proponat C.de Pact. & in l.Si rem ff.de Præſcript.*

Pag.755.col.2.

(z) *Matt.cap.5.verſ.10.*

(a) *l.1.C.de Aduoc.diu.Iudici.*

(b) *l.2.& l.penult.ff.ad S.C.Turpill. Cuiac. obſeru. lib.6.cap.vlt.apud Dionyſ.Gothofr.ad l.Si Patronum litt.F.C.de Aduoc.diu.Iudici.*

(c) *l.Athletas §.Præuaricator ff.de His,qui not.inf. Boſſ.tit.de Præuaricat.calum.& tergiu.num.2.*

Pag.756.col.2.

(d) *l.1. §.Hæc autem ff.Quod quis iur. Ancharan. Carauit. Decian. Guazzin. defen. 1. cap. 1. num.1. Farinac. conſ.4. apud Biſt. quæſt.88. num.2.*

Pag.757.col.1.

(e) *Tit.Patronus num.106. & ſeqq.*

Pag.757.col.2.

(f) *Tit.Inquiſitio num. 44.*

Pag.758.col.1.

(g) *Tit. Patronus num.68.*

Pag.759. col.1.

(h) *Tit. Quales num.43. & ſeqq. & tit. Canones num. 7.*

(i) *Tit.Canones num.26.*

(l) *Tit. Reus num. 53.*

Pag.760.col.1.

(m) *Tit.Sententia num.122. & ſeqq.*

Pag.760.col.2.

(n) *Boſſ.tit.de Fiſc.& ei priuil.num.1.*

(o) *l.1. C. Vbi cau. Fiſc. Boſſ. Tit.Si adu. rem iud. reſt.poſt.num.14.*

(p) *l.1.iunct.gloſs.final.ff.de Iur.Fiſc.*

Pag.461.col.2.

(q) *cap.1.p.4.quæſt.3.cap.Forus §.In omni.de Verb. ſign.Boſſ.tit.de Denunciat.num.2.*

Pag.763.col.2.

(r) *Tit.Sententia num.6.*

TITVLVS

Digitized by Google

TITVLVS VLTIMVS.

Sententia.

T E X T V S.

§.I. Sermo eſt de Sententia finali, qua vel abſoluitur, vel condemnatur Reus; vel declaratur incidiſſe, vel non incidiſſe, in pœnas Statutarias, & Canonicas; Interlocutoria enim, quia eſt ante finem Cauſæ, ſuum locum habet in formatione Proceſſus, & vocari potiùs poterit Decretum Iudicis, in proceſſu Cauſæ interpoſitum.

SVMMARIVM.

COMMENTARIVS.

1. *Sententia finalis, quid ſit.*
2. *Diuiſio Sententiæ.*
Interlocutoria, quæ, & quare ſic vocetur.
Aliæ ſpecies aſſignatæ ab Abbate reducuntur ad Interlocutoriam.
3. *Sententia Diffinitiua, & interlocutoria, quomodò differunt inter ſe.*
Sententia Diffinitiua requirit ordinem Iudicialem, ſed non Interlocutoria.
Diffinita inferens condemnationem, ſi tranſijt in iudicatum, infamat.
Et non poteſt reuocari à Iudice, qui eam tulit, ſed Interlocutoria eſt reuocabilis, & quando.
4. *Sententia Diffinitiua duplici modo fertur.*
Pœnæ ſunt arbitrariæ Iudici.
Pœna à Statuto lata nequit augeri, vel minui, quandò.
Sententia Decretoria, & Declaratoria, quæ.
Reus poteſt appellare à pœna lata per Sententiam Decretoriam, non verò per Declaratoriam, & quare.
5. *Interlocutoria, potiùs eſt decretum Iudicis, quàm Sententia.*

1. TRactatur in hoc Titulo de *Sententia* finali, per quam abſoluitur Cauſa, & *Iudex* Officio ſuo perfuctus redditur. *Sententia* porrò diffinitur ab *Abbate*, (a) quod ſit *Diffinitio iudicialis controuerſiæ finem imponens*, prout ex *Iure* (b) deducitur; terminatur enim, per eam, iurgantium; ſiue litigantium controuerſiæ. Et quantumuis videatur, quod hæc non quadret niſi pro Cauſa ciuili, in qua partes litigantes habent inter ſe controuerſiam; tamen conuẽnit etiam Cauſæ criminali. Si enim proceditur in ea per Accuſationem; *Actor* litem mouet contrà *Reum*; ſi *Iudex* ex *Officio* procedit, *Fiſcus*, qui eſt perſona ficta, non minùs contrà *Reum* litigat; & *Iudex*, ex *Officio* procedens, dicitur moueri, & agere ad inſtantiam *Fiſci*. Vndè etiam in Cauſa criminali lis conteſtatur contrà *Reum*, prout fit in ciuili; & *Iudex*, ſententiando diffinit, ſeu dirimit, controuerſiam motam contrà *Reum*, ipſum abſoluendo, ſeu condemnando.

2. Diuiditur autem *Sententia* ſecundùm *Hoſtienſem*: (c) in duas ſpecies, nempè *Interlocutoriam*, & *Diffinitiuam*. *Interlocutoria* dicitur eo, quod inter principium, & finem Cauſæ fertur; vel quia Iudex *inter* partes *loquendo*, ſine ſolemnitate ſcripturæ, pronunciat. Vel dicitur *Interlocutoria* ad differentiam *Diffinitiuæ*; quia cum hæc imponat finem negotio principali, & ſolemniter in ſcriptis feratur, & retractari non poſſit; illa imponit finem exceptionibus, ſiue quæſtionibus emergentibus; fertur ſine ſcriptura *Iudicis*, & ex cauſa poteſt ab eodem retractari; vndè reſpectu Diffinitiuæ, eſt quædam ſimplex locutio ſuper dubijs propoſitis inter partes. *Abbas* autem cum alijs *Doctoribus* communiter aliam ſpeciem aſſignat; nempè *Interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ*, & eſt illa, quæ non imponit finem Cauſæ, ſed alicui Articulo inciden-

denti in Cauſa, ſuper quo tamen vlterior Sententia non fertur; ideò dicitur *habere vim diffinitiuæ*, quia Articulum illum totaliter diffinit. Sed hæc ſpecies reducitur ad *Interlocutoriam*, eo quia inter principium, & finem Cauſæ fertur. Reperitur alia, quæ dicitur *quaſi diffinitiua*, vt eſt Sententia lata ſuper poſſeſſorio, quæ non eſt integraliter diffinitiua, quia, durante adhuc Cauſa litis, intentatur, poſt talem Sententiã petitorium, vt tangitur in quadam *Gloſſa*. (*d*) Alia pariter aſſignatur ſpecies ab alia *Gloſſa*, (*e*) & vocatur *Sententia præcepti*; & eſt, quando *Iudex ex Officio*, aut ad inſtantiam Partis aliquid faciendum præcipit. Sed de his parum curamus; tum quia non faciunt ad rem noſtram; tum quia ſunt modi tantùm *Sententiæ interlocutoriæ*, quia feruntur cœpta, & nondum terminata lite.

3. Differunt autem iſtæ duæ ſpecies *Sententiæ* in multis. Primò, quia à *diffinitiua* quacumque datur Appellatio, & nulla de neceſſitate exprimenda eſt cauſa Appellationis, & per ſolam appellationem ſuſpenditur, & finitur iuriſdictio *Iudicis*, abſque vlla inhibitione *Superioris*. Ab *interlocutoria* autem non poteſt appellari, niſi contineat grauamen irreparabile per *diffinitiuam*; aut habeat vim *diffinitiuæ*, prout aliàs dictum eſt; & debet proponi coram *Iudice à quo* cauſa legitima appellationis; & per eam ſopitur tantùm iuriſdictio in *Iudice*, donec de validitate appellationis cognoſcatur. Secundò, quia *diffinitiua* requirit de neceſſitate ordinem iudicialem præcedentem; & quod facta ſit litis conteſtatio; *interlocutoria* verò non ſic, vt dicunt *Doctores*. (*f*) Tertiò declaratus crimino ſus, de aliquo crimine inducente infamiam, in *diffinitiua* redditur infamis, dummodò *Sententia* tranſierit in iudicatum (*g*) per *interlocutoriam* verò nemo redditur infamis. (*h*) Quartò *diffinitiua* de neceſſitate debet ferri in ſcriptis, vt infrà dicetur; *interlocutoria* iſtud non requirit. (*i*) Quintò, *diffinitiua* poſtquam lata eſt, & publicata vt debet, non poteſt ampliùs à *Iudice* reuocari, eo quia per probationem *Sententiæ* functus eſt officio ſuo; (*l*) *Interlocutoria* verò reuocari ab eodem *Iudice* poteſt, etiam ſine cauſa, inuitis, & contradicentibus partibus, & etiam poſt interpoſitam appellationem; dummodò tamen talis *interlocutoria* non habeat vim *diffinitiuæ*; nec vbi fuerit executioni demandata; nec poſt decem dies ab ipſa lata, vel poſtquam fuerit à *Iudice ad quem* facta inhibitio, ne *Iudex à quo* ampliùs procedat, vt, multis, more ſuo, cumulatis, probat *Sgroi par.7.cap.9. à num. 12.* Aliæ ſunt differentiæ minoris momentis, quæ paſſim à *Doctoribus* traduntur; & qui eas vult adeat *Cardinalem Tuſcum litt.S.concl.113.per totam.*

4. In noſtro autem *Textu ſermo eſt de Sententia finali, qua uel abſoluitur, vel condemnatur Reus, vel declaratur incidiſſe, vel non incidiſſe in pœnas Statutarias, & Canonicas*. Pro huius declaratione, ſciendum quod *Sententia diffinitiua* duplici modo poteſt ferri à *Iudice*; Vno modo quando, probato crimine, cum aliqua circumſtantia augente, aut minuente grauitatem delicti, *Iudex* pœnam, à lege pro tali delicto taxatam, vel moderatur, vel auget. Et hæc Sententia fertur pro *Iudicis* arbitrio regulato à ratione, & æquitate; atque in hoc caſu verificatur id, quod dicunt *Criminaliſtæ*, (*m*) quod pœnæ ſunt *Iudici* arbitrariæ, quia in delictis, vt plurimum, ſunt aliquæ circumſtantiæ, ob quas *Iudex* arbitrari poteſt augendo, vel minuendo pœnam à lege taxatam. Alio modo eſt, quando Lex diſponit, quod qui fecerit hoc, vel illud delictum, ipſo facto, talem Cenſuram, aut pœnam incurrat; & tunc arbitrarium *Iudici* non eſt pœnam illam vllo modo moderare, vel augere; ſicut etiam quando *Reus* committit delictum, cui appoſita eſt pœna à Statuto; tunc enim pœnam Statuariam præciſam debet infligere, prout habet *Textus* ſuprà. (*n*) In primo ergo caſu vocatur *Sententia Decretoria*, ſi quidem decernit *Iudex* pœnam *Reo* applicandam; in ſecundo verò vocatur *Declaratoria*, tunc enim ſimpliciter declarat *Reum* eſſe in caſu, vt ſibi pœna iam per legem inflicta adhibeatur. *Declaratoria* etiam eſt, quando *Reum* ab imputatione criminis abſoluit; declarat enim vel eſſe innocentem, vel non eſſe repertum culpabilem, aut de iure punibilem. Porrò ſciendum, quod quando *Sẽtentia* eſt *Decretoria*, & ad arbitrium *Iudicis* lata, poteſt *Reus* appellare à *Sententia* tamquam inferente grauamen. Quando verò eſt *Declaratoria* pœnę à *Statuto* latæ, tunc non poteſt appellari à pœnà lata, tanquam nimis graui, *Lex* enim, ſeu *Statutum* neminem grauat; ſed benè appellatur à *Iudice* tanquam malè declarante, & pœ-

Eeeee nam

nam legis in illo caſu applicante, vt expreſsè *Textus* habet alibi. (o)

5. *Interlucutoria enim, quia eſt ante finem Cauſæ ſuum locum habet in formatione Proceſſus, & vocari potiùs poteſt Decretum Iudicis in progreſſu cauſæ interpoſitum.* Dicit quod in hoc *Titulo* tractare intendit de *Sententia diffinitiua* tantùm, quia *Interlocutoria vocari potiùs decretum Iudicis* debet, & de talibus decretis ſuo loco, & tempore faciendis, ſupra ſparſim in totò *Textu* locutus eſt.

TEXTVS.

§.II Si Proceſſus fabricatus eſt ad inſtantiam Partis, antè Sententiam citetur Actor, & moneatur, ſi aliquid aliud eſt ab illo dicendum contrà Proceſſum defenſiuum, & aſſignetur illi terminus. Quod ſeruandum eſt etiam cum Reo, vt ſciat ſe condemnandum, niſi aliud in ſui defenſionem adducat. Si Proceſſus defenſiuus euacuauit Proceſſum offenſiuum; aſſignare debet Iudex terminum Accuſatori, in eodem Proceſſu, ad allegandum, quare non debet de calumnia condemnari. Quod ſi non probauerit, pœnâ talionis, vt dictum eſt, erit puniendus. Si autem probauerit, vel plenè, vel ſemiplenè, vt ſuprà determinatum eſt, ſiue per Teſtes, ſiue per confeſſionem Rei, ſiue per indicia, & præſumptiones; Reus iuxtà menſuram delicti, & modum probationis, ad pœnam ordinariam, vel extraordinariam condemnandus erit.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

6. *Actor citandus antè Sententiam quando proceſſum fuit per Accuſationem.*
Copia actorum, ſi petatur ab Accuſatore, eſt illi tradenda, & quando.

7. *Carpitur abuſus Iudicum reſpondentium pro Fiſco ad rationes Patroni.*
Reſponſio Aduocati Fiſcalis ad iura Rei communicanda Patrono.

8. *Accuſatori non probanti aſſignandus eſt terminus, ad ſe tuendum, antequam condemnetur vt calumniator.*
Proceſſus defenſiuus qui dicatur.
Proceſſus offenſiuus quis ſit.
Accuſator non probans præſumitur calumniari.
Iuramentum de calumnia non vincit vim præſumptionis contrariæ.
Accuſator non probans fit Reus.

9. *Calumnia præſumpta ex accuſatione multipliciter euaditur.*
Diffamatio de delicto ſaluat à calumnia Accuſatorem, ſi tamen proſequitur propriam iniuriam.

10. *Accuſator ſententiandus eſt de calumnia in eodem proceſſu contra Accuſatum fabricato.*
Sententia eadem poteſt continere abſolutionem Accuſati, & condemnationem Calumniatoris.

11. *Accuſatore probante Reus condemnandus.*

6. TRactat nunc *Textus* de ijs, quę facienda ſunt ante Sententiam, quando proceſſum eſt per viam *Accuſationis*, & dicit, quod *ſi Proceſſus fabricatus eſt ad inſtantiam Partis, ante Sententiam citetur Actor, & moneatur, ſi aliquid aliud eſt ab ipſo deducendum contrà Proceſſum defenſiuum, & aſſignetur illi terminus.* Quantum ad hoc ſciendum eſt, quod in Accuſatione, quando copia Proceſſus datur *Reo*, vt ſe poſſit defendere, ſi *Accuſator* eam petat, debet etiam ipſi dari, vt docet *Clarus.* (p) *Ratio* eſt, quia ità agitur de intereſſe *Accuſatoris*, ſicuti *Rei*; ille enim ſi non probat crimen, cui ſe inſcripſit, puniendus eſt, vt Calumniator. Proinde debet illi dari copia omnium actorum tam pro *Fiſco*, quàm pro *Reo*, vt poſſit ſcire, an ſufficienter probatum ſit intentum, an nouas probationes debeat ſubminiſtrare, vt in probatione non ſuccumbat. Suppoſito ergo, quod acta ſint *Accuſatori* communicata debet, vt ordinat *Textus*, citari ad dicendum, An aliud habeat deducendum

dum

dum contrà *Reum*; aut opponendum contrà ipſius defenſiones. Quod ſi *Accuſator* contrà defenſiones *Rei* opponat, aut alias probationes contrà eundem producat, debet etiam citari *Reus*, vt replicet contrà rationes *Accuſatoris*, vel eius probationes impugnet, ideò ſubiungit *Textus quod ſeruandum eſt etiam cum Reo, vt ſciat ſe eſſe condemnandum, niſi aliud in ſui defenſionem adducat*. Et ex hoc habetur, quod ſemper, vltimo loco, ſit immediatè antè Sententiam *Reus* audiendus. Et hoc rationabiliſſimum eſt; cum enim præcedant ea, quæ faciunt contrà ipſum, puta Accuſatio, aut Inquiſitio, & probationes; debent ſequi, quæ faciunt pro ipſo, puta Defenſiones. Quod ſi contra Defenſiones opponit *Accuſator*, debet ſemper fieri locus *Reo* replicandi contrà illius oppoſitiones, vt aliàs *(q)* diximus.

7. Et in hoc peccant communiter *Iudices Regulares*, ſaltem apud Nos. Factis enim, & à *Patrono* præſentatis *Iudici* defenſionibus, ſolet hic, committere alicui vt aſſumat partes *Fiſci*, & reſpondeat rationibus adductis pro *Reo*; & non raro *Iudex* ipſe hoc per ſe præſtat, & gerendo ſe pro *Fiſcali*, de *Iudice* fit pars, & multoties cum præiudicio *Rei*; ex eo quod *Iudex* præoccupatus à propria opinione meliores exiſtimat rationes à ſe adductas contrà *Patronum*, quàm probationes iſtius ad fauorem *Rei*; cum re vera aliter ſit, & contrà fas *Reum* in Sententia grauat, prout Tit. præcedenti diximus. Ex poſt, nulla vlteriori citatione facta *Reo*, proceditur ad Sententiam. Talis practica militat de directo contrà hunc *Textum*, qui disertè ordinat, quod, citato *Accuſatore*, ad dicendum ſi quid habet vltrà iam dictã contrà *Reum*, citari debeat ex poſt ipſemet *Reus* ad replicandum. Si deeſt *Accuſator*, quià proceſſum fuit *per Inquiſitionem*, ille, qui pro Fiſco reſpondet Patrono, gerit munus *Accuſatoris*, debet ergo tradi *Patrono* copia allegationis, quam fecit *Aduocatus* pro *Fiſco*, & debet, expectari, donec Patronus replicet contra illius allegationem; ità vt, vt diximus, vltimo loco, & immediatè antè Sententiam, audiatur *Patronus Rei*. Corrigenda proindè eſt talis practica. Et aduertant *Patroni* cauſarum ad hoc punctum, & ſi ipſis communicata non eſt allegatio facta pro *Fiſco*, proteſtentur de nullitate Sententiæ, ex eo quod lata erit, non plenè productis Defenſionibus pro *Reo*; nempe ijs, quæ ad ipſius fauorem replicare potuit contrà *Fiſcum*. Vndè conuincitur, quod hæc citatio *Rei*, ſiuè *Patroni* ad contradicendum *Accuſatori*, aut *Fiſco*, eſt ſubſtantiale ad iudicium, eo quià eſt pars Defenſionis, quæ ſpectat ad eius ſubſtantiam, vt notum eſt.

8. *Si proceſſus defenſiuus euacuauit Proceſſum offenſiuum, aſſignare, debet Iudex terminum Accuſatori, in eodem Proceſſu, ad allegandum, quarè non debeat de calumnia condemnari*. Nomine *Proceſſus defenſiui*, veniunt ea omnia, quæ facit *Iudex* ad petitionem *Patroni*, & in fauorem *Rei*; ità vt Teſtium repetitio; eorundem examen ſuper interrogatorijs productis; probationes Articulorum à *Patrono* propoſitorum, & omnia alia acta ad defenſam *Rei* vocantur *Proceſſus defenſiuus*, ſicuti *Offenſiuus*, dicitur omne id, quod facit *Iudex* contrà *Reum*; vt viſitatio Corporis delicti; Inquiſitio ſpecialis, probationes per indicia, præſumptiones, inſtrumenta, Teſtes, & omnia alia, quæ militant contrà perſonam *Rei*. Dicit ergo, quod ſi *Proceſſus defenſiuus euacuauit Proceſſum offenſiuum*; puta quia oſtendit *Patronus*, quod crimen nullo modo probatum eſt; & hoc vel quia dicta Teſtium non concludunt; vel quia perſonæ Teſtium non ſunt legitimæ; vel quia probationes factæ fauore *Rei* totaliter vincunt indicia contraria; *aſſignare debet Iudex terminum Accuſatori, in eodem Proceſſu, ad allegandum, quare non debeat de calumnia* condẽnari. *Accuſator* non probans præſumitur calumniari, vt habet quædam *Gloſſa*, nec *(r)* illi ſuffragatur, quod, in porrectione Libelli Accuſatorij, iurauerit de calumnia; quia tale iuramentum non vincit vim præſumptionis contrariæ, puta quod accuſando calumniatus ſit, quia non probauit, vt *Doctores (s)* communiter tenent. Ex hoc ergo, quod præſumitur calumniator, de *Accuſatore*, factus eſt *Reus*; & ideò, quia condemnari non poteſt indefenſus, citari debet, vt poſſit producere rationes, ob quas euadat pœnas contrà Calumniantes, vt poſt *Bartolum* docent alij. *(t)*

9. Aduertendum autem eſt, quod calumnia, quam incurrit *Accuſator* ex hoc ſolo motiuo, quod non probat, non eſt calumnia vera, ſed tantùm præſumpta; hæc autem multis modis poteſt euadi. Primò ſi *Accuſator* ſemiplenè probauit,

vt habet *Textus* ſupra Titulo de *Accuſatione* §. 4. Secundò ſi accuſatus eſt diffamatus de delicto, & *Accuſator* probat diffamationem. Sed hoc ſobriè accipiendum eſt; puta ſi *Accuſator* accuſet de crimine tangente ſe, vel ſuos; quod ſi accuſet de alio ad ſe nihil pertinente, nihil ſuffragatur *Accuſatori* non probanti, quod de tali Crimine adſit infamia, vt *Felinus*, & *Menochius* (u) ſcribunt. Tertiò ſi *Accuſator* deceptus eſt à Teſtibus, qui promiſerunt, in iudicio deponere, & poſteà nihil dixerunt. Quartò, ſi probat ſe audiuiſſe à Viris fide dignis; hoc verò debet accipi cum limitatione data in ſecundo Caſu, puta quod *Accuſator* ſuam, aut ſuorum iniuriam proſequatur. Quintò, ſi probauit per Teſtes, qui fuerunt reiecti ob eorum inhabilitatem perſonalem, quam *Accuſator* ignorabat. Sextò, ſi *Accuſator* deſiſtit ab Accuſatione, aut eam reuocat, antequàm *Reus* citetur. Et aliæ ſunt cauſæ excuſantes à Calumnia, de quibus videri poſſunt *Doctores*. (x)

10. Non eſt autem opus, quod *Iudex* inſtruat nouum Proceſſum, vt deueniat ad Sententiam contrà *Accuſatorem*, qui non probauit. Dicit enim *Textus*, quod hoc fieri debet *in eodem Proceſſu*. Et practica eſt, prout, alijs citatis, habet *Clarus*, (z) quod *Iudex* prius ſtatuat *Accuſatori* terminum ad allegandum, quare non debeat de calumnia condemnari, & vbi nihil deducat, quod releuet, illum poterit in vna, & eadem Sententia comdemnare; ità vt primò declaretur abſolutus ex capite Innocentiæ ille, qui fuit Accuſatus, & eodem contextu pronuncietur mulctandus tali pœna *Accuſator* qui non probauit.

11. *Si autem probauerit, vl plenè, vel ſemiplenè, vt ſuprà determinatum eſt; ſiuè per confeſſionem Rei; ſiuè per indicia, & præſumptiones, Reus iuxtà menſuram delicti, & modum probationis, ad pœnam ordinariam*, puta ſi plenè, & per Teſtes, inſtrumenta, aut confeſſionem probatum erit, vel *extraordinariam*, ſi ſemiplenè tantùm, aut per præſumptiones fuerit probatum, condemnandus erit.

TEXTVS.

§. III. Nullum ſententiare poterit Iudex ſiue Ordinarius, ſiue Delegatus, niſi priùs probè cognitis Cauſæ meritis, indicijſque diſcuſſis, cum Conſilio, & voto Diffinitorum Prouinciæ; vel (ſi Viſitator fuerit) Peritorum, & grauium Patrum, ſi Diffinitores, ex vrgente cauſa, neceſſum fuerit excludere. Sententia, quæcumque illa ſit, omninò ex Proceſſu dependeat, quæ ſi ex deductis iuſtificari non poterit, declaranda erit iniuſta, ſubijcique debet Iudex pœnis, contrà malos Iudices fulminatis; ac etiam, qui iuris ordinem non ſeruauerint.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

12. *Sententia feſtinanter lata eſt nulla, & quomodò.*
Sententia non ferenda, niſi cognitis meritis cauſæ.
13. *Diffinitores debent ſub mortali noſſe merita cauſæ.*
Conſiliarius ex Officio, ſub mortali, debet habere peritiam rei, de qua dat Conſilium.
14. *De excluſione Diffinitorum à ſententiando remiſſiuè.*
15. *Sententia debet dependere à Proceſſu, & continere delictum in ſpecie.*
16. *Diuerſæ opiniones an debeat in Sententia exprimi cauſa quarè pœna augeatur, aut minuatur.*
17. *Dictio* omninò *quid ſignificet.*
In Sententia diffinitiua criminali debet exprimi cauſa pœnæ, quæ infligitur.
18. *Iudex ex cauſa poteſt alterare pœnam Statutariam.*
Et cauſa alterationis debet cohærere delicto.
19. *Iudex augens pœnam Legis, ſinè cauſa, tenetur in Syndicatu.*
Iudex, minuens ſinè cauſa penam Legis, fit Infamis, & tenetur ad pœnam quam debuit imponere.
20. *Periculoſum eſt, quod Iudex augeat pœnam, non expreſſa cauſa, in Sententia.*

21. *Exr ei-*

21. *Ex reiteratione delicti poteſt augeri pœna.*
22. *Sententia, quæ ex deductis in Proceſſu nequit iuſtificari, declaranda eſt iniuſta.*
23. *Iudex quandò mulctandus pœnis malè iudicantium.*
24. *Iudex non puniendus, niſi malè iudicet ex malo Dolo.*
Ignorantia quo caſu poſſit dici voluntaria, & doloſa.
25. *Caſus in quibus proditur Iudex malè iudicans malo Dolo.*
26. *Iudex puniendus ob malum iudicium latum, debet citari.*

12. AD validitatem Sententiæ neceſſaria eſt cognitio Cauſæ; licèt enim Cauſa tractetur ſummariè, quemadmodum fiunt omnia iudicia *Regularium*, ſi Sententia eſt lata feſtinanter, aut in tam breui tempore, vt Iudex merita Cauſæ perpendere non potuerit, eſt ipſo iure nulla, nec ſuſtinetur per clauſulam *ſola facti veritate inſpecta*, vt dicunt Doctores. *(a)* Hinc eſt, quod *Textus* ordinat, quod *nullum ſententiare poterit Iudex, ſiuè Ordinarius, ſiuè Delegatus, niſi priùs probè cognitis Cauſæ meritis, indicijſque diſcuſſis*, nempe vt maturè perpendatur, quæ nam ſint indicia, & probationes, quæ vincant, nempè, an *prò*, an *contra Reum*.

13. *Cum Conſilio, & voto Diffinitorum Prouinciæ.* Diximus alibi *(b)* *Diffinitores* eſſe *Coniudices* Ordinarios ſimul cum *Prouinciali*; & debere Cauſas iudicare; ex hoc ergo *Textu* conuincitur obligatio ſingulorum de *Corpore Diffinitorij* ad examinanda merita Cauſæ, quam debent iudicare, non contenti ſimpliciter adhærere, vel non, iudicio *Prouincialis*, aut alterius. Etenim omnes æqualiter *Iudices* ſunt; & æqualis valoris ſunt inter ſe ſingulorum vota; ſi ergo obligat *Textus Iudicem*, quemlibet ad plenam cognitionem Cauſæ, quæ debet dirimi per Sententiam, quilibet de *Diffinitorio* circa hoc æqualem habebit obligationem, quæ, cum ſit de *Regrauì*, ligat ſub mortali. Quòd ſi Sententia datur à *Prouinciali cum Conſilio, & voto Diffinitorum Prouinciæ*; ad huc magis euidenter apparet prædicta obligatio, qui enim debet *ex Officio* conſiliari, & non ſecundùm placitum, ſed ſecundùm ius, vt muneri ſatisfaciat, tenetur omnem adhibere diligentiam, vt det Conſilium rectum. Quòd ſi malum Conſilium dat, quia peritiam benè conſiliandi non habet, debet Officio renunciare; & ſi malè Conſilium dedit, quia culpabiliter negligens fuit in perquirendo, quid iura velint, circà factum, ſuper quo conſiliatus eſt, peccat mortaliter, & tenetur ad reſarciendum damnum tertij, vt docet *Abbas*. *(c)*

14. *Vel (ſi Viſitator fuerit) Peritorum, & grauium Patrum, ſi Diffinitores ex vrgente cauſa neceſſum fuit excludere.* Conſonat hic *Textus* diſpoſitioni *Statutorum Generalium Ordinis*, & *Reformationis*. *(d)* Et non limitatur ad *Viſitatores*, ſed extenditur etiam ad *Prouinciales*, prout ſuprà *Titulo Canones* §. 13. innuit *Textus*. Dicendum hic eſſet quinam, & quales eſſe debeant *Patres Periti, & graues*, de quibus mentionem facit, & quæ ſit dicenda *Cauſa vrgens*, ad hoc vt omiſſis *Diffinitoribus* alij ſubſtituantur; ſed quià de his alibi copiosè tractauimus, *(e)* illuc Lectorem remittimus.

15. *Sententia, quæcumque illa ſit omninò ex Proceſſu dependeat.* Multa ponderatione indiget hic *Textus*, dum ordinat, quod omnis Sententia *dependeat ex Proceſſu*, & hoc non ſimpliciter, ſed *omninò*. Aduertendum ergo, quod dependentia, de qua loquitur conſiſtit in hoc, nempè, quod in Sententia contineatur delictum expreſſum in ſpecie, *(f)* cum omnibus ſuis circumſtantijs aggrauantibus, aut diminuentibus, & hoc quidem neceſſarium eſſe ſcribunt communiter *Doctores*. *(g)* Ratio autem eſt, quia cum pœna debeat culpæ proportionari, ex quo eſt eiuſdem reordinatiua; in *Sententia* autem præſcribatur pœna luenda per *Reum*; ſequitur, quod in eadem exprimenda ſit culpa, vt clarè appareat de rationabilitate *Sententiæ*.

16. Sed dictio illa *omninò* non otiosè ponitur cum nihil ſuperfluere debeat in *Lege*, aut *Statuto*, ſed aliquid operari. Dicendum ergo quid ſignificet hic. Sciẽdum igitur, quod controuerſia eſt inter *Criminaliſtas*, an *Iudex* teneantur in *Sententia* eſprimere cauſam, quare pœnam augeat, aut minuat, recedendo à pœna ordinaria legis. *Farinacius*, & multi alij citati à *Bitto* *(h)* putauerunt quod non. Et ſe fundant in duobus capitulis *(i)* quorum primum ità communiter ſummatur, *Sententiæ ſiuè Cauſæ expreſ-*

ſione

ſione lata tenet. (*l*) Alij autem (*m*) tenent quod omnimodè obligetur *Iudex* ad exprimendam cauſam. *Abbas* referens conflictum *Doctorum*, ſuper hoc puncto tenet, quod *Sententia* ſine expreſſione cauſæ ſuſtineatur. *Clarus* autem (*n*) *Criminaliſtarum Coriphæus* poſtquam dixit, quod ſuper hoc *Articulo magna eſt Doctorũ altercatio* nihil decidit, ſed ſe reſtringit ad practicam, quę *Mediolani* ſeruatur; & eſt, quod non apponitur in Sententia Cauſa condemnationis, niſi caſu, quo aliquis damnandus veniret in contumaciam. Alibi autem (*o*) ex *Iacobo de Beluiſo* recitat teneri *Iudicem* in *Sententia*, exprimere Cauſam, quarè pœnam Legis minuat, licèt ipſe velit, quod ſufficiat dicere; *Ex iuſtis cauſis animum noſtrum mouentibus*; Et hanc dicit eſſe opinionem communem, vt teſtatur Menchiaca.

17. In hac celebri controuerſia *Textus* noſter ſtat cum ſecunda Sententia; dum vult, quod *Sententia omninò ex Proceſſu dependeat*. Dictio enim *omninò*, importat idem, quod *omnimodè*, vt vult *Bartolus* relatus à *Tuſco*, (*p*) & facit hunc ſenſum, quod *omnimodè*, & in *omni* ſui *parte* Sententia dependeat à Proceſſu, & per ipſum iuſtificetur, & hoc ſiuè in genere pœnę, ſiuè eiuſdem augumento, aut diminutione. Et rationabiliſſimè inductus eſt *Textus* ad ſic determinandum. Etenim tum *Canones*, tum *Doctores* adducti, qui volunt contrarium, loquuntur de *Sententia* in Cauſa Ciuili, quæ non facit ad rem pro criminali. Habemus enim in quadam *Decretali* (*q*) textualiter, quod *Iudex* Sententiam *Excommunicationis ferens Cauſam Excommunicationis expreſsè conſcribat, propter quam Excommunicatio proferatur*. Ex quo deduci facilè poteſt, quod cum talis Sententia ſit criminalis, eadem cauſæ expreſſio in qualibet Sententia criminali eſt facienda. Et licèt, ibi *Gloſſa* (*r*) dicat, quod in diffinitiuis non eſt neceſsè exprimgre cauſam, vt habetur ex *Cap. Sicut nobiſ. de Sent. & re iudicat*; quod tamen, ex illo Textu, ſeruandum eſt in Sententia Excommunicationis. Nihilominus debet accipi de *Diffinitiuis Ciuilibus*, cum Capitulum illud loquatur de Sententia lata in Cauſa Ciuili; & in toto corpore iuris non inuenietur *Textus*, qui loquatur de *Diffinitiua Criminali*, niſi iſte, qui cum ordinet cauſam pœnæ eſſe exprimendam, idem debet accipi de omnibus.

Concordat porrò huic diſpoſitioni *Lex Imperatoria* (*s*) quæ ſancit; quod ſi, ob culpam *Patronorum*, lis protrahatur, crimen eorùm *Iudex* puniat, condemnando eos in pœnam pecuniariam, ipſo videlicet, *Iudice in ſua Sententia hoc ipſum manifeſtante, quod per Patronos Cauſarum dilatio facta eſt*. Et alia *Lex* cuiuſdam *Digeſti* (*t*) ordinat, quod ſi *Iudex* in pœnam delicti *ignominioſè* dimittit Militem à militia, pſum ſpolians cingulo, debet exprimere, *Ignominiæ cauſa ſe mittere*. Ex quibus Legibus euidenter deducitur cauſam pœnæ in Sententia Criminali eſſe exprimendam.

18. Et reuera incapibile eſt hoc, quod teneatur *Iudex* exprimere in *Sententia* crimen, propter quod *Reum* condemnat, non verò teneatur, exprimere cauſam quare pœnam augeat, vel minuat, cum ab eodem crimine dependeat iuſta pœnæ diminutio, ſiuà augumentum. In confeſſo quidem eſt apud omnes ferè *Doctores* (*u*) quod ex cauſa poſſit *Iudex* alterare pœnam à *Statuto*, aut Lege latam, quod tamen ſinè cauſa non poteſt; imo docet *Clarus*, quod, quo ad minores *Magiſtratus*, neceſſarium ſit, quod cauſa augmenti; aut diminutionis cohęreat delicto, non autem ſit illi extrinſeca. Si ergo ſubſtantia delicti propter quam ſpecies pęnę decernitur, exprimitur in Sententia, & quare exprimi pariter non debebit cauſa alterationis eiuſdem pœnæ, cum talis eſſe debeat, vt delicto cohæreat, & illi non ſit extrinſeca?

19. Addendum his rationibus eſt periculum, cui ſe exponit *Iudex* ſententians, caſu quo appellet *Reus*. Notum enim eſt; quod *Iudex* augens, ſinè cauſa, pœnam à Lege latam, committit in Legem, & tenetur in Syndicatu, pœna enim non debet eſſe maior delicto. (*x*) Parit. minuens, ſimili modo, pęnam efficitur nfamis, & tenetur ad pęnam, quam imponere debebat *Reo*, vt habent duo Textus in *iure* (*z*) *Cæſareo*, quibus conſonat Scriptura; 3. *Reg. cap.* 20. *Quia dimiſiſti Virum dignum morte, erit anima tua pro anima eius*. Si ergo non apponatur in *Sententia*, nec ex ventre Proceſſus appareat cauſa, ob quam *Iudex à quo* auxit, vel minuit pęnam, *Iudex appellationis* iudicare contra eum poterit, *benè appellatum, & malè pronunciatum*, ex eo quod voluntariè, & ſinè cauſa appareat, latam fuiſſe ab eo Sententiam, quantumuis iuſtum motiuum potuerit habere, recedendi à pęna Legis ordinaria.

20. Tan-

20. Tandem experientia Magiſtra didici, valdè periculoſum intra Clauſtra eſſe, quod *Iudex* pęnas poſſit augere, tacita cauſa ſpecifica illius augmenti, & appoſita ſimpliciter Clauſula, *Dignis de Cauſis animum noſtrum mouentibus*. Non rarò enim *Iudices* ex motiuo *Factionum* animoſi in *Reos* ſunt, & eos, vltra fas, pęnis grauant; &, pallio illius clauſulæ, in eos deſæuiunt, quod non poſſunt facere, ſi tenentur ad exprimendum cauſam, quare augent pœnam, & quod de tali cauſa, vt potè coherente delicto, in Proceſſu appareat. Saluberrimè ergo diſponit *Textus omninò* exprimendam eſſe tale cauſam; & ſi non apponatur, annullanda erit *Sententia*, vt potè deficiens in forma ſubſtantiali hìc præſcripta.

21. Quod ſi quæras, ex qua cauſa poſſit *Iudex* recedere à pęna Statutaria ipſam augendo; dico, quod pęna poteſt augeri ob eiuſdem delicti reiterationem, reſpectu cuius binus actus ſufficit, vt volunt *Doctores*:(a)& à fortiori ſi eſſet ſolitus delinquere. Et aduerti, debet; quod de tali reiteratione oportet, quod appareat in Proceſſu, aut ſimus in *Notorio*, aut *publico Iuris*; puta per Sententiam aliàs datam. Et proindè quandò ſolent interrogari Teſtes, *Quam opinionem; aut famam habeat Reus apud Fratres?* facilè eſt curare, quod ipſi deponant, *Quod malè audiat, quia fuit aliàs de eodem delicto in ſpecie caſtigatus*. De cauſis autem minuendi pœnas *Titulo* Superiori dictum eſt. Illæ enim quas adducere poteſt *Patronus* ad prætendendam mitigationem pœnæ, poſſunt inſeruire *Iudici* ad Sententiam temperandam,

22. *Quæ ſi ex deductis iuſtificari non poterit, declaranda erit iniuſta*. Confirmatur hoc, quod ſuprà dictum eſt, circà expreſſionem cauſæ, ob quam Sententia fertur, & dicit, quod *ſi ex deductis*, hoc eſt in Proceſſu probatis, *iuſtificari, non poterit*, ideſt non appareat, aut poſſit probari, quod ideò talis pœna lata eſt, quia tale delictum commiſit; & quod taliter eſt aucta, vel diminuta, quia ex eodem Proceſſu apparet, quod *Reus* ſolitus eſt, delinquere; aut aliàs eſt vitæ malæ; aut ex prouocatione, ira, fragilitate, inaduertentia deliquit, *declaranda à Iudice ad quem* erit iniuſta, & ideò reſcindenda. Tangendum hic eſſet quænam præſtare debeat *Iudex* Appellationis; ſed de hoc inferiùs dicemus.

23. *Subijcique debet Iudex pœnis contrà malos Iudices fulminatis*. Saluberrima diſpoſitio ad frænandam in aliquibus animoſitatem contrà *Reos*, aut alios Innocentes ſibi inuiſos, & indebitè grauatos. Sed parùm vſu practicata. Plurimos vidi Proceſſus peſſimè fabricatos, Sententiaſque circumſcriptas, tanquam inexcuſabiliter iniuſtas, nec vnquam vidi *Iudicem* punitum ad præſcriptum huius *Textus*. Ex quo fit, quod impuniti *Prouinciales*, qui ſunt *Ordinarij Iudices* audaciores redduntur, cum, circa hoc, peccare poſſint, ſecuri de impunitate. O vtinam *Superiores Generales* hoc aduerterent; ſi enim in facti contingentia malè iudicantes *Prouinciales*, & eorum *Diffinitoria* punirent ad normam huius *Textus*, non tantæ emergerent turbationes, ex malè adminiſtrata Iuſtitia; nec publicæ poteſtatis vſus priuatæ paſſionis fieret miniſter, vt frequenter euenit.

24. Aduertendum autem hìc eſt, quod *Iudex* malè iudicans non debet puniri ordinaria pœna malè iudicantium, niſi peccauerit ex dolo. Verum eſt, quod lata culpa æquiparatur dolo, hoc tamen in criminalibus non verificatur, vt aliàs diximus, niſi lata culpa eſſet ex cauſa doloſa, ſicut eſſet ſi *Iudex* malè iudicaſſet ex ignorantia quidem, ſed doloſa, quia nec ipſe voluit ſtudere, vt ſciret quid de Iure, in Cauſa, quam iudicauit; nec voluit aliorum conſilium petere, vel ſaniori ſententiæ adhærere. Tunc enim, licet ignorantiam prætenderet, & hac ſe tueri, vellet, tamen Dolum proderet, licet hic non poſſet aliundè probari. Cum nec ipſe ſtudere voluerit; nec Doctorum hominum conſilium amplecti, ſignum eſſet proindè quod voluntariè in ignorantia permanſit, & ità Doloſè deliquit.

25. Demus ergo Caſum, qui frequenter accidit, quod declaretur aliqua Sententia iniuſtè lata. Si ille, qui appellauit, probet concludenter coram *Iudice ad quem*, quod *Iudex à quo* dixit antè prolationem Sententiæ, quod volebat, quod *Reus* ſibi pœnas daret de iniuria ſibi facta; aut ſe volle de eo vlciſci; aut velle illum ità impedire ad Dignitates conſequendas, vt ad eas nequè ſpem habere poſſet, & ſimilia; iam probatur verus Dolus, & ordinaria pœna malè iudicantium debet percelli. Pariter ſi probetur *Iudicem à quo* eſſe ignorantem de re criminali, & in illa Cau-

ſa ne-

ſa neminem conſuluiſſe; imò neque voluiſſe, acquieſcere ſaniori conſilio vnius, aut alterius de *Diffinitorio*, ſed peruicaciter, & nulla alia adducta ratione, niſi hac, *ſic volo*, perſtitiſſe in propria ſententia, & ità iudicaſſe; certè non poteſt ſe excuſare per ignorantiam, quia hæc voluntaria fuit, & doloſa, Si verò peccauit ex ignorantia culpoſa, quia ſcire debet ea, quæ ſunt ſui muneris, extraordinaria pœna puniendus eſt. Et quod dico dè *Prouinciali*, dico pari modo, dè *Diffinitoribus*, qui & ipſi *Iudices* ſunt.

26. Verum aduertendum eſt, quod, vt aliàs (*b*) diximus, ſi procedendum eſt ad pœnam contrà male iudicantes, debent ipſi priùs citari, & audiri, ne caſtigentur indefenſi; ſicut etiam qui Iuris ordinem non ſeruauerint.

TEXTVS.

§. IV. Solemnitates illas, quod Sententia ſedendo, de die, eàque non feriata; præſente Parte, & alia huius generis (& ſi bonum ſit quantum fieri poteſt obſeruari) de eſſentia tamen judicij non eſſe, certiſſimum eſt; vndè ad libitum Iudicum remittuntuntur. Debet autem Sententia in ſcriptis ferri, manu Iudicis, & Diffinitorum, ac Teſtium rogatorum firmata, in publico Refectorio, vel ſaltem publicè in Diffinitorio, iiſdem præſentibus, vel à Iudice, vel à Scriba legi, qui de de tali publicatione in Proceſſu teſtimonium faciat.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

27. *Iudex Regularis non tenetur ſeruare ſolemnitates iuris.*
28. *Iudex Regularis ſi ſeruat ſolemnitates iuris, bonum eſt.*
29. *Subſtantialia iuris circà Senteutiam. Sententia debet ferri in ſcriptis, & quarè.*
30. *Prouincialis, & Diffinitores debent ſubſcribere Sententiæ.*
Iudex Chiragra impeditus poteſt alteri committere, vt nomine ſuo ſubſcribat Sententiæ.
Sententia proferenda coram Teſtibus ad hoc rogatis.
31. *Sententia vbi publicanda.*
Publicè factum eſt factum coràm Teſtibus.
32. *Diffinitores debent eſſe præſentes in publicatione Sententiæ.*
Si maior pars Diffinitorij interuenit, valet publicatio Sententiæ.
Electio facta à maiore parte Collegij valet, licet alij ad eam vocati non interuenerint.
Sententia debet ferri, Reo preſente, vel ſibi iutimari.
33. *Sententia priùs eſt ſcribenda, quàm pronuncianda.*
Si primo pronuncietur, poſteà ſcribatur eſt nulla.
Sententia ſi intimetur Reo, debet ſibi legi ab Actuario coràm Teſtibus.
De iure Iudex debet legere ipſe Sententiam.
Epiſcopi ex priuilegio poſſunt per aliū pronunciare Sententiam.
De conſuetudine Iudex per Actuarium promulgat Sententiam.
34. *Sententiæ publicatio adnotanda in Proceſſu.*
35. *Sententia debet ferri in termino citationis, & lata ante, aut poſt, eſt nulla.*
36. *Sententia debet eſſe certa reſpectu perſonæ Iudicis, & Rei, delicti, & penæ. Certitudo ex parte Iudicis, & Rei, quarè requiratur in Sententia.*
37. *Certitudo delicti quarè exprimenda in Sententia.*
38. *Pœna debet delicto æqualis eſſe.*
Pœna debet eſſe ſpecificata in Sententia.
Sententia continens pœnam alternatiuam, Rei arbitrio, eſt nulla.
39. *Sententia ferenda eſt per verbum temporis præſentis, & non per gerundium.*

27. MVltoties in hoc Opere diximus *Iudices Regulares* à ſolemnitatibus legalibus eſſe abſolutos tum à iure

à iure communi, tum ex priuilegio, (c) quod non ſolùm circa cauſę actitationem, ſed etiam in Sententia ferenda eſt intelligendum. Dicit proindè *Textus*, quod *ſolemnitates illas*, quæ ſcilicet in ordinarijs Foris Sęcularium, ex pręſcripto Legum, obſeruantur, & ſunt, *quod Sententia ſedendo, de die, eaque non feriata, præſente parte, & alia huius generis*; *& ſi bonum ſit, quantùm fieri poterit obſeruari*; *de eſſentia tamen iudicij non eſſe, certiſſimum eſt. Vndè ad libitum Iudicum remittuntur*.

28. Ex hoc *Textu* elicitur comprobatio reſolutionis, quam aliàs (d) dedimus; nempè, quod ſi *Iudex Regularis* in ſuo proceſſu apices iuris curaret, non eſſet reprehendendus, ex eo quod hic dicitur, quod *bonum ſit, quantùm fieri poterit, obſeruare ſolemnitates iuris*. Aliæ ſunt ſolemnitates, quas *Iudices* Sæculares ſeruant, quæ non ſunt in hoc *Textu* recenſitæ; ſed quia ad rem noſtram non faciunt, eas non apponimus.

29. *Debet autem Sententia in ſcriptis ferri*. Loquitur hic de ſubſtantialibus ad Sententiam requiſitis, quibus non ſeruatis, Sententia eſt nulla. Dicit ergo primò, quod *debet Sententia in ſcriptis ferri*. Non defuerunt, qui tenerent, ſcripturam *Sententiæ* non ſpectare ad ſubſtantiam iudicij, ſed contrarium eſt apertè diffinitum in *Iure Canonico*, (e) in quo habetur neceſſitas ſcribendi Sententiam, dum recenſitis apicibus, qui non debent obſeruari in cauſis Summarijs, ait *Clemens, Sententiam verò diffinitiuam in ſcriptis, prout magis ſibi placuerit ſtans, vel ſedens, proferat*; ex quo apparet, quod ſcriptura Sententiæ non eſt ſolemnitas, cum inter ſolemnitates non recenſeatur, ſed reponatur inter ſeruanda de iure. Et *Gloſſa* quædam, (f) in qua recenſentur trigintaquatuor caſus in quibus requiritur Scriptura, inter cæteros enumerat Sententiam diffinitiuam. Et quidquid poſſet eſſe de *Sententia Ciuili*, certum eſt, quod in *Criminali* omninò neceſſaria eſt; ex eo quod in quadam *Decretali*, (g) ex qua habetur in *Iure Canonico*, (prout ſuprà dixi,) forma ſeruanda in *Sententia criminali*, ordinatur, quod Iudex eam *in ſcriptis proferat*. Et hoc ex ratione quam tangit quædam *Gloſſa*, (h) quæ ait: *Noluit ergo ſcripturam, quæ in Sententijs, requiritur in his cauſis prætermitti, ne per id contingeret occultari veritatem propalatam, & in iudicio diffinitam*.

Prꝏterquamquod, ſi Sententia non ferretur in ſcriptis tollerentur *Reo* defenſiones, vt contrà *Menochium* ſcripſit *Muſcatellus*; & in hoc concordant multi *Doctores* (i) vltra *Textum* quem debemus ſequi.

30. *Manu Iudicis, & Diffinitorum, ac Teſtium rogatorum firmata*. Hoc eſt ſecundùm ſubſtantiale, quod Sententiæ ſubſcribant Iudices, & Teſtes, & licet fortè non reperiatur in iure ſancitum, vt de neceſſitate Iudex ſubſcribat, tamen hoc eſt ex noſtra lege municipali cautum, & ſeruari debet, ſicut in omnibus alijs Tribunalibus ſeruatur. (l) Quid autem iuris, ſi *Iudex*, aut alius ex *Diffinitoribus* eſſet Chiragra impeditus, nec ſcribere valeret, vt frequenter mihi accidit? Dico, quod quædam *Gloſſa* (m) habet, quod ſi *Iudex* excœcaretur, & non poſſet Sententiam legere, deberet per alium facere legi. Pari modo dicendum eſt in caſu propoſito; poſſet enim, cæteris audientibus, committere alteri, vt nomine ſuo ſubſcriberet, & valeret Sententia. Teſtes autem adhibentur, vt ſententia dicatur publicata; & ſufficiunt duo Teſtes, nec requiruntur tres, vt fit in alijs Tribunalibus. Quia adhibere duos, eſt neceſſitas, ſed tres eſt ſolemnitas, vt dicit *Biſſus*, (n) qui ex *Guazzino*, ait in Tribunalibus Vrbis duos tantū adhiberi.

31. *In publico Refectorio, vel ſaltem publicè, in Diffinitorio*. *Refectorium*, ſiue locus *Capituli* eſt, vbi *Prælatus* ordinariè ſolet, tamquàm *Pater*, Fratres corrigere, & ſalutaribus pœnitentijs mortificare: decet ergo maximè, vt ibi etiam, erigat ſuum Tribunal ſicut *Iudex*, & ibi Sententiam ſolemniter ferat. Licet ergo *Textus* mentionem faciat de *Refectorio* tantùm, debet etiam accipi de *Capitulo*, ambo ſiquidem ſunt loca publica, & ad publicandam Sententiam, maximè idonea. *Diffinitorium* porrò hic accipitur pro Aula, in qua actualiter ſunt congregati *Patres Diffinitorij*; non enim aliquis locus eſt determinatus in Monaſterio ad hoc; ſed congregantur, vt plurimum, in camera *Prouincialis*, vel alia ab ipſo ad hoc ſpecialiter deputata. Dicitur autem *publicè* in *Diffinitorio*, ſi fiat valuis apertis, & coram Teſtibus; ad faciendum enim quid *publicè* publicitate iuris, non requiritur, quod ab omnibus, ſeu maiori parte ſciatur, ſe quod poſſit ſciri, & coram Teſtibus fiat. (o) Et cum valuæ apertæ ſint, itaut quiſuis ingredi poſſit, ad audiendum ſi vult, licet non in-

Fffff ter-

teruenīant vltrà *Iudices*, & *Actuarium*, niſi duo Teſtes, dicetur Sententia publicè lata.

32. *Iiſdem præſentibus*. Requiritur etiam de neceſſitate præſentia *Diffinitorum* dum Sententia fertur, nec ſufficit eos ſubſcripſiſſe. Ratio eſt, quià omnes, & ſinguli ſunt æqualiter *Iudices*. Sicut ergo nulla eſſet publicatio Sententiæ facta à *Notario* coram Teſtibus, ſi *Iudex* ibi non eſſet præſens; ità pariter, ſi deſunt illi de *Diffinitorio*, qui pariter *Iudices* ſunt. Cenſerem autem, quod ſi vnus, aut duo non eſſent præſentes, nil minùs publicatio valeret; ex eo, quod adhuc maior pars interueniret, à qua actus validus redderetur: ſicut ſuſtinetur electio facta à maiori parte *Collegij*, (p) licet omne non interueniant. Requiritur etiam præſentia *Rei*, quando commodè poteſt haberi, vel ſaltem illi debet intimari, (q) & hoc, alternatiuè, eſt de ſubſtantia. Ad quid enim citari debet *Reus*, (& hoc de ſubſtantia Iudicij eſt,) vt habetur ex *Textu*, (r) niſi vt audiat Sententiam, vel illi ſaltem intimetur, vt habeat tempus ad appellandum ad ſui defenſionem? Imò dum, loco citato, habet *Textus*, quod *abſens, niſi contumax non condemnetur*, videtur velle, quod, extrà caſum contumaciæ, requiratur ad publicationem Sententiæ præſentia *Rei*. Sed hoc accipiendum eſt, ſi commodè poſſit fieri. Si enim *Reus* atrociſſimi delicti detineretur in carceribus, & prudentia dictaret, non eſſe extrahendum, ratione periculi fugæ, poſſet quidem legi, & promulgari Sententia in *Diffinitorio*, & poſteà ab *Actuario*, in Teſtium præſentia *Reo* in carceribus intimari.

33. *Vel à Iudice, vel à Scriba legi*. Hic aduertendum eſt, quod de ſubſtantia Sententiæ eſt, quod priùs ſcriptis mandetur, quàm quod ore proferatur. Quod ſi priùs oretènus pronunciaretur, exindè ſcriberetur, eſſet ipſo iure nulla, vt habetur textualiter *in iure*. (s) Inſuper neceſſaria eſt lectura in ſcriptis, ità vt ſi ſcriberetur tantùm, non autem legeretur ſcriptura per extenſum, euaderet nulla. (t) Vndè, ſi *Reus* non eſſet præſens publicationi, & deberet Sententia per *Actuarium* ſibi intimari, oporteret, quod iſte in faciem ipſius *Rei* eā coram Teſtibus legeret, vt eſt praxis totius mundi, ſicut dicit poſt alios *Auguſtinus ad Angelum de Maleficijs*. (u) Nec ſufficeret dicere, *ecce Sententia lata contra te, lege eam*. De iure autem vtroq; prout adnotat *Clarus*, (x) eſt, quod a *Iudice* ipſo legatur, aliter declaratur ipſo iure nulla; & tantùm *Epiſcopi* ex priuilegio *Bonifacij Octaui* (z) poterant, ratione dignitatis, eam per alium legere. Sed ex conſuetudine *Iudicum*, prout dicit *Ioan. Andreæ*, relatus ab *Adden.* ad *Gloſſam* illius *Capituli*, (a) contrarium inductum eſt, & eam per *Actuarium* legere faciunt. *Textus* noſter proindè alterutrum relinquit *Iudicis* arbitrio.

34. *Qui de publicatione in proceſſu teſtimonium faciat*. Ad hoc, quod *Sententia Reum* afficiat neceſſarium eſt, quod in proceſſu appareat, quod ſeruata ſint omnia ſubſtantialia ſupradicta, & quæ adhuc dicemus; itaut, ſi diceretur, quod fuit *lata*, & *lecta*, & non adnotaretur, quod fuit *publicata*, redderetur nulla, prout dicit *Bartolus* relatus à *Tuſco*. (b) Stylus autem communis eſt, quod tenor Sententiæ terminetur per hanc clauſulam *lata, lecta, & publicata fuit die N. in Conuentu N. in aula Diffinitorij præſentibus R.A.P.N. Miniſtro Prouinciali, & RR. PP. N. Cuſtode, N. & N. Diffinitoribus, & coram Teſtibus infraſcriptis ad hoc ſpecialiter vocatis*. Et hoc modo ſatisfit menti Legum, dum apparet, ſeruata fuiſſe omnia ſubſtantialia, ad valorem Sententiæ pertinentia.

35. Aliud ſubſtantiale *Sententiæ* eſt, quod publicetur in termino citationis; hoc eſt die illa, pro qua citatur *Reus* ad videndum pronunciari *Sententiam* in Cauſa, de qua eſt inquiſitus. (c) Sequitur proiudè, quod ſi fuerit lata ante, vel poſt, redditur nulla, vt dicunt *Doctores*. (d)

36. Inſuper neceſſarium eſt, quod *Sententia* ſit certa. Hæc certitudo autem attenditur à multis, puta à parte *Iudicis*; à parte *Rei*; à parte *Delicti*, & à parte *Pœnæ*. Quo ad *Iudicem* attenditur certitudo, ſi apponatur in *Sententia* nomen *Iudicis*, & *Collegarum*, qui, vt *Coniudices*, ad illam ferendam concurrunt. (e) Proindè, ſi exprimeretur in ea ſolùm nomen Officij, & non perſonæ, vt ſi diceretur, *Nos Prouincialis Miniſter Prouinciæ N. de conſilio noſtrorum Diffinitorum, &c.* non valeret; Quia eſſet Sententia incerta ex parte Perſonæ *Iudicis*. Quo ad *Reum* ibidem eſt certitudo neceſſaria in *Sententia*, ità vt ità exprimatur nomen *Rei*, vt vnus non accipi poſſit pro alio; ſi enim eſſet ambigua, &

poſſet

Digitized by Google

poſſet quadrare diuerſis, poſſet aliquando nocere Innocenti. Dato enim, quod *Reus* contumax eſſet de grauiſſimo, & atrociſſimo crimine; & pro habendo *Reo* Superior *Generalis* copiam *Sententiæ* ad omnes *Prouincias* mitteret, ordinando, quod vbicumque *Reus* deueniret, carceraretur: poteſt dari caſus, quod alius (de quo interpretari, poſſet *Sententia* ambigua circà perſonam *Rei*;) innocenter carceraretur; aut quod futuris temporibus exemplar illius *Sententiæ* latæ contrà vnum produceretur contrà alium Innocentem, ad excipiendum contrà illum in aliquo caſu; quod eueniſſe in alia *Religione*, à Viro fide digno accepi. Proindè in *Sacro Tribunali* ſtylus eſt, quod perſona *Rei* indiuiduetur per nomen tum proprium, tum Patris, itidem Patriæ, artis, profeſſionis, ætatis, ità vt impoſſibile moraliter ſit, quod accipi poſſit vnus *Reus* pro alio.

37. Quo ad *Crimen* etiam debet eſſe certitudo; puta, quod tale, aut tale delictum, cum tali, aut tali circumſtantia augente, vel minuente, fuerit ab eo commiſſum. Et licet hoc poſſit liquidari ex proceſſu, non tamen ſufficit, ſed exprimendum in Sententia. Ratio eſt, quia ex proceſſu apparent quidem indicia, & probationes; tamen incertum eſt, an per illa concludenter remaneat probatum delictum; proindè neceſſaria eſt pronunciatio *Sententiæ*, quæ definit, probationes eſſe ſufficientes ad conſtantiam delicti. Proindè debet apponere *Iudex*, quod *Reus* vel grauiter indiciatus, aut conuictus, aut confeſſus ſit de delicto, tali, vel tali. (*f*)

38. Quo ad *Pœnam* tandem debet eſſe certitudo, & hoc vt pœna correſpondeat præciſè delicto, nec ſit maior, aut minor, quàm à Lege imponatur; non enim debet *Iudex* eſſe aut ſeuerior, aut mitior lege: quod ſi commiſſum, præciſè delictum ſit, abſque qualitate augente, aut minuente, præciſà etiam debet ferri pœna, quæ à *Statuto*, pro tali delicto, imponitur; aliter *Sententia* neque in toto, neque in parte eſt valida, vt dicunt *Doctores*. (*g*) Non tollitur autem quin *Iudex* ex cauſa poſſit pœnam Statutariam alterare augendo, aut minuendo ad exigentiam eorum, quæ delictum circumſtent, vt ſuprà dictum fuit. Aduerto autem, quod licet à *Doctoribus* ſuſtineatur, quod *Iudex* poſſit in Sententia ità dicere, *condemnamus eum in pœnis expreſſis in Statutis pro tali delicto*; tunc enim pœna certa eſt, quia exprimitur in Lege; tamen meliùs eſt, quod ſpecificetur pœna illa; quia *Reus*, aliquando rudis, neſcit quid dicant *Statuta*, nec conſequenter ſcire poteſt eius grauitatem; vndè moueatur ad appellandum, aut non. Attenditur etiam certitudo *pœnæ*, vt non apponatur *alternatiuè*, arbitrio *Rei*, ſubeūda; vt ſi diceret Iudex, *condemnamus eum ad carcerem per menſem; aut ad portandum caputium probationis per annum*. Talis enim *Sententia*, ratione incertitudinis pęnæ, eſſet nulla: alternatiua enim nullum membrum ſuorum alternatiuorum infert præciſè, vt ſcribit *Ægidius Bellamere*; (*h*) & ità nullàm ſubire *Reus* teneretur.

39. Vltimum tandem ſubſtantiale eſt, quod Sententia feratur per verbum præſentis temporis, & non per gerundium. Non enim valet dicere, *pronunciamus eſſe condemnandum, vel eſſe puniendum tali pœna*. Talis enim eſt pronūciatio de *quod iuris*; non autem de *quod facti*; Sententia autem *Iudicis*, retenta ratione iuris in mente eius, debet explicare ſolùm quid circa *Reum* faciendum ſit. Proindè dicere debet, *Abſoluo*, *Condemo*, aut *Declaro*. (*i*) Gerundia autem, vt *Condemnandum*, *Abſoluendum*, *Declarandum*, non valent, prout ſentit *Bartolus*, (*l*) quem magis communiter cæteri *Doctores* ſequuntur. Vſus proindè *Iudicum* obtinuit, quod poſt gerundium apponunt verbum præſentis temporis ad tollendum omnem ſcrupulum; & ſic rem explicant, *dicimus eſſe condemnandum in tali pœna, prout in illam condemnamus, &c.* Et hoc eſſe ab omnibus practicandum conſulit *Guazzinus*, (*m*) cui etiam Nos adhæremus.

TEXTVS.

§. V. Reum acceptare Sententiam, non eſt neceſſarium; quinimò, ſi intra tempus Canonicum non appellauerit, eum acceptaſſe pro certo haberi debet. Hanc praxim in ſententiando obſeruare debet Iudex, atque à pœnis recenſitis reſilire

non poterit, vt ſupra cautum eſt. Qui, perfectè indicia euacuauerunt, & etiam innocentiam oſtenderunt, ſimpliciter, & diffinitiuè abſolui debent; ità vt per ſuperuenientia poſtmodum indicia à Iudice ampliùs moleſtari non poſſint. Qui autem ſe quidem defenderunt, purgaruntque ab indicijs, non quidem vehementibus, ſed pluſquàm leuibus, vel ſi vehementia fuere, Tortura mediante, purgarunt; vndè nec in pœnam extraordinariam condemnari potuerunt, abſoluendi ſunt; ſed cum clauſula *Stantibus, prout ſtant, & nouis non ſuperuenientibus indicijs*, quæ ſi ſuperueniant, poterit iterùm Iudex, contrà illos procedere.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

40. *Reus, quod acceptet Sententiam non eſt neceſſariam.*
Si Reus in tempore præſcripto non appellauit, habetur pro acceptante Sententiam.
Appellatio de iure antiquo debebat fieri intra tres dies à Sententia lata.
De iure nouo fit intra decem dies.
Dies vtiles ad appellandum, computantur à tempore Sententiæ intimatæ.
41. *Patronus eſt citandus ad publicationem, ſiue intimationem Sententiæ.*
42. *Extraneus quiuis poteſt, de iure, appellare pro Reo.*
Clericus appellare poteſt pro Laico, etiam in cauſa ſanguinis.
43. *Subſtantialia iuris in ferenda Sententia ſunt obſeruanda.*
44. *Reus, qui perfectè euacuauit indicia, debet abſolui ſimpliciter.*
45. *Indicia, quomodo dicantur perfectè euacuata.*
Innocentia probatur perfectè perfectione reali, & æſtimatiua.
46. *Abſolui* diffinitiuè, *&* ſimpliciter, *quid importet.*
Dictio ſimpliciter, *quid ſignificet.*
Modus duplex eſt, declaratiuus, & reſtrictiuus.
Conditio duplex Declaratiua, & Reſtrictiua.
47. *Modi Declaratiui, aut Reſtrictiui in ferenda Sententia.*
48. *Diffinire, quid ſit.*
Abſolutus ſimpliciter de crimine, nequit ampliùs ſuper eo moleſtari.
49. *Innocens præſumptiuè non abſoluendus vt Innocens realiter.*
Qui euacuauerit indicia, abſque Tortura, non debet ſententiari, vt ille, qui fuit tortus.
Abſolutus per Sententiam præſumitur abſolutus ex delicto non probato, niſi aliter in ea exprimatur.
50. *Ab indicijs ſe defendere, quis dicatur.*
Indicia quando ſint euacuata perfectè.
Purgare ſe ab indicijs, quid ſit, & quando.
Iuramento purgabantur indicia in purgatione Canonica.
Purgatio Canonica non eſt ampliùs in vſu.
51. *Indicium pluſquàm leue, & minùs quàm graue vincitur à ratione contraria licet debili.*
52. *Reus tortus iuxtà valorem indiciorum debet abſolui cum clauſula,* Rebus ſic ſtantibus, &c.

40. CVM *Iudicis* iuriſdictio exerceatur, etiam in inuitum, ipſius Sententia afficit *Reum*, quantumuis iſte apertum conſenſum non exprimat. Dicit ergo *Textus*, quod ad hoc, quod Sententia *Reum* obliget ad pœnam, *Reum acceptare Sententiam non eſt neceſſarium*. Proindè, ſi *Reus*, ex abundanti, humiliter reatum ſuum agnoſcens, patienter Sententiam pœnalem acceptet, & acceptationem verbis profiteatur, poterit ab *Actuario* adnotari in proceſſu, quod, audita à *Reo* Sententia, humiliter acquieuit, & eam acceptauit; ſed neceſſarium minimè eſt, quod talem verbalem acceptationem exprimat. *Quia, ſi intrà tempus canonicum non appellauerit, eum acceptaſſe pro certo haberi debet*. Tempus, quod hic vocatur *Canonicum*, eſt ſpatium in iure aſſignatum, intrà quod poteſt *Reus* appellare; & de iure antiquo erat duorum, aut ad plus trium dierum, *(n)* ſed de iure nouo ampliatum eſt ad decem, vt ex quadam *Nouella*, *(o)* quæ eſt etiam in

Iure

Iure Eccleſiaſtico canonizata, habetur; & *Textus* etiam dicit alibi. *(p)* Iſti porrò dies menſurandi ſunt, non quidem à momento Sententiæ probatæ; ſed à tempore intimationis illius factæ *Reo*, ſicut habetur ex loco citato *Textus*. Proindè, ſi *Reus* præſens non eſt, quandò profertur, & publicatur Sententia, decem dies incipiunt currere, quandò ipſa intimatur *Reo*, prout ſuprà dictum eſt.

41. Aduerto autem, quod ſicuti citandus ad audiendam Sententiam non ſolùm eſt *Reus*, ſed etiam *Patronus*, (vt eſt praxis continuata omnium Tribunalium,) ità etiam, quando intimatur *Reo* abſenti à loco iudicij, debet eius *Patronus* præſens eſſe, vt poſſit *Reo* conſulere, quid faciendum ſibi ſit, an acquieſcendum Sententiæ, an appellandum. Hoc autem non eſt de ſubſtantia iuris, ità vt nulla redderetur intimatio *Reo* facta, niſi *Patronus* eſſet præſens, ſed eſt de æquitate; poſſet enim *Reo* ignoranti, (quod ſibi non ſunt niſi decem dies vtiles ad appellandum,) oriri præiudicium ex hoc, quod, dum commonefacit *Patronum* abſentem de tenore Sententiæ, & ab eo accipit reſponſum, quid facere debeat, tempus fatale expiret, nec, cum grauamine proprio, ampliùs appellare, poſſit. Appellando autem, non tenetur *Reus* vllam cauſam Appellationis à Sentẽtia diffinitiua exprimere; ſicut tenetur appellando ab intelocutoria, vt aliàs *(q)* docuimus; & prolatâ Sententiâ *Iudex* officio ſuo functus eſt, vnde nec poteſt à *Reo* quærere cauſam, quare appellet? Sed hoc ſpectat ad *Iudicem ad quem*.

42. Ponamus autem, quod dum promulgatur à *Iudice* Sententia, præſens ſit Amicus *Rei*, qui appellet; vel alius, qui Amicus, aut Coniunctus eius nõ ſit, & iſte appellet aut nomine *Rei*, aut proprio, eſſet ne Appellationi deferendum? Dico quod ſic, & eſt *Textus in iure (r)* expreſſus, in quo habetur, quod quiuis de populo ſiue Neceſſarius, ſiue Coniũctus *Rei*, vel non, ſiue nomine *Rei*, ſiue proprio, *Reo* etiam renuente, & contradicente, & Sententiam ſubire volente, appellare à Sententia Criminali poteſt; & tunc debet differri ſupplicium, donec cauſa à *Iudice* Appellationis cognoſcatur. Et hoc ità verum eſt, quod etiam *Clericus* in cauſa ſanguinis poteſt appellare à Sententia lata in Laicum, hoc enim eſt ad defenſionem, quæ ſtatui Clericali non repugnat, vt habet *gloſſa* quædam *(s)* communiter recepta. Puto tamen quod licet hæc Concluſio in puncto *iuris* ſit vera, non tamen ad praxim ſit reducenda. Vnde ſi *Reus* minimè appellaret, & *Iudex*, non deferendo appellationi interpoſitæ ab extraneo, Sententiam exqueretur, non eſſet ob hoc puniendus.

43. *Hanc praxim in ſententiando obſeruare debet Iudex*, & ſub pena nullitatis, non recedere à ſubſtantialibus requiſitis ad Sententiam, vt ſuprà enumerauimus; *atque à pœnis recenſitis reſilire non poterit vt ſuprà cautum eſt*. Puta quando delictum non habet adnexas circumſtantias aggrauantes, aut minuentes; tunc enim à pœna Statutaria recedere nõ licet; ſed ſi adſint tales circumſtantiæ, arbitrari poterit circa augumentum, vel decremenpœnæ legalis, vt diximus.

44. *Qui perfectè indicia euacuauerunt, & ſuam innocentiam oſtenderunt, ſimpliciter, & diffinitiuè abſolui debent*. Agit nunc *Textus* de tenore, quo à *Iudice* concipienda, & poſtmodum proferenda eſt Sententia, & dicit; quod illi, qui *perfectè indicia euacuarunt debent abſolui*. Hic primò videndum eſt, quomodo poſſint dici indicia perfectè euacuata. Ad hoc dico, quod iudicare de hoc, ſtat in arbitrio *Iudicis*: ſicut enim ipſi arbitrarium eſt, decernere de valore probationum contrà *Reum*, arbitrarium pariter erit determinare de validitate exceptionum ab eodem factarum. Quia vero *Iudicis* arbitriũ eſt regulandum à ratione, & non à placito, tangẽdæ ſunt rationes, per quas *Reus* poteſt dici *perfectè*, vel non, indicia euacuaſſe. Dico ergo, quod ſi *Reus* plenè probet, quod ipſe non eſt culpabilis in Facto, plenè, & perfectè indicia contraria euacuat; ſi vero probet tantùm, quod ipſe non eſt punibilis de iure, non ſunt perfectè euacuata indicia. Primum verò contingere poteſt multipliciter, puta ſi demonſtraretur, quod delictum non fuit commiſſum, vt ſi diceretur *Caius* occiſus; & probaretur *Caium* viuere; vel quod non fuit commiſſum à ſe, quia probatur occiſum fuiſſe à *Seio*; vel quod non potuit committi à ſe; quia probatur fuiſſe per multam diſtantiam abſentem à loco delicti; vel quod iuſtè fecerit; quia probatur occidiſſe ad defenſam cum pleno moderamine tutelæ inculpatæ; vel quod non potuit committi à ſe, quia nullam cauſam potuit habere delinquendi, & nemo delinquit

quit ex ſolo amore delicti; in ſumma, probatio, per quam remouetur culpa à *Reo*, perfectè elidit indicia contraria, & probat *Reum* innocentem; & hoc maximè conſiſtit in probando, quod Corpus delicti non conſtat; quia ſi nullum delictum eſt, ex neceſſaria conſequentia, neque aliquis Delinquens erit; aut in remouenda potentia ab actu per rationem intrinſecam, vt ſi culparetur *Caius* grauidam feciſſe *Bertam*, & *Caius* probaret, per euidentiam, ſe non habere teſticulos; ex quo impoſſibile redditur, ſe illā reddidiſſe prægnantem; aut in probanda impotentia per cauſam extrinſecam; vt quando probatur diſtantia tanta ſuppoſiti Delinquentis à loco delicti, vt ab eo patrari non potuerit; aut in probando, (in delicto non iterabili; & commiſſo ab vno) quod illud fuit commiſſum ab alio, vnde ſequitur, quod non à ſe.

45. Pariter probata redditur innocentia non quidem *perfectè perfectione reali*, ſed *perfectione æſtimatiua*, quando expugnata ſunt à *Reo* totaliter indicia, quæ conſtabant contra ſe; hoc vero dupliciter contingit. Vno modo quando ſunt contraria indicia, & illa, quæ ſunt pro *Reo*, vincunt, aut ſaltem in valore æqualia ſunt ijs, quæ ſunt contrà *eum*; tunc enim ſtante æqualitate indiciorum interſe pugnantium, potiora ſemper ſunt illa, quæ faciunt pro *Reo*, & ad eius fauorem eſt pronunciandum, vt aliàs diximus. Alio modo, quando Exceptiones, factæ contrà omnes Teſtes, eos totaliter reprobant, & annullant; vt ſi probarentur plenè omnes Teſtes eſſe Inimicos; aut Periuros. Ratio dictorum eſt, quia in hoc caſu non probatur, aut delictum vllum non fuiſſe, aut Inquiſitum non deliquiſſe; ſed remanet ſimpliciter non probatum fuiſſe Delinquentem, & hoc tali modo, quod nulla contrà eum militet probatio. Non ſequitur autem *Caius* nullo modo probatur *Reus*, ergo eſt Innocens verè; quia poteſt ſtare, quod non probari poſſit, quod delictum commiſerit, cum hoc, quod verè, & realiter illud commiſerit. Si ergo nulla prorſùs remanet probatio contra Inquiſitum, ipſe euacuauit indicia *perfectè*; non quidē *perfectione* reali, quia ab Exceptionibus ſuis non reſultat probata eius innocentia, ſed *perfectione æſtimatiua*, quia probauit tantùm, quod nullæ ſunt probationes contra ſe. Sequitur ergo ex hoc quod ipſe pronunciandus eſt abſolutus ex capite *innocentiæ*, non quidem *Realis*; quia non probauit ſe verè innocentem; ſed *innocentiæ præſumptæ*; quia quiſquis præſumitur innocens, ſi non probetur *Reus*.

46. *Et ſuam innocentiam oſtenderunt*. Ex dictis apparet, quod duplici modo poteſt quis ſe innocentem oſtendere. Vno modo *realiter*, probando ſcilicet, quod ipſe *realiter* delictum non commiſit; alio modo *præſumptiuè*; quia nempè nullo modo probatur *Reus*; & ideo præſumendus eſt Innocens; ſiue ergo primo, ſiue ſecundo modo *Reus* probet, ſemper (licet non æqualiter) ſuam innocentiam oſtendit. Et tunc *ſimpliciter, & diffinitiuè abſolui debet*; & pronunciari, quod ipſe abſoluitur. Obſeruandæ autem ſunt illæ duæ particulæ *ſimpliciter, & diffinitiuè*. Et ſciendum eſt, quod *ſimpliciter* idem ſignificat, quod *ſine modificatione*, (t) ſiue *determinatione*. Modus autem, qui poteſt apponi, & per quem aliquod dictum poteſt *modificari*, duplex eſt; vnus quidem *declaratiuus*, alius vero *reſtrictiuus*; ſicut etiam conditio appoſita alicui, quod ſub ea præcipitur, alia eſt, quæ ineſt actui de natura ipſius actus, & hæc eſt purè *declaratiua* præcepti, nec tollit quin præceptum ſit *ſimpliciter* latum; (u) alia verò eſt modificatiua, & reſtrictiua. Exemplum eſt ſi ab *Ordinario* cauſa committatur alicui *Delegato* cum hac clauſula *diligenter inquirendo*; iſte eſſet quidem *modus*, & *conditio* appoſita in Cōmiſſione, ſed eſſet purè declaratiua, quia *diligens inquiſitio* eſt de natura actus, qui committitur; ſi autem eſſet clauſula hæc, *ſummariè procedendo*; aut *per ſe ipſum ſolùm Teſtes recipiendo*; aut *eam inter octo dies terminando*, & ſimilia; talis clauſula eſſet modificatiua reſtringendo, quia reſtringeretur iuriſdictio commiſſa, ad certum modum, ad propriam perſonam, & ad determinatum tempus procedendi. Et in primo caſu clauſula appoſita non tolleret quin commiſſio eſſet facta *ſimpliciter*; ſed in ſecundo diceretur *limitata* ad modum, aut perſonam, aut tempus.

47. Dum ergo dicit, quod *Reus* abſolui debet *ſimpliciter* intelligitur, quod nullus in Sententia apponi debet modus, quī abſolutionem reſtringat; vt ſi diceret *pro nunc* abſoluimus; *vel ſtantibus prout ſtant*; *vel ab obſeruatione iudicij*. Si verò apponatur hæc; *veritate facti perſpecta* abſoluimus; vel *matura deliberatione facta &c.*

Non

Non tollitur per has clauſulas, quod *ſimpliciter* non abſoluatur; quia veritatem facti perſpicere, & maturè deliberare in ferenda Sententia, ſunt conditiones requiſitæ, ex natura actus ſententiandi. Per priores verò clauſulas reſtringitur abſolutio per tempus, & modum, quibus variatis, abſolutio non ſubſiſtit, ſed vlteriori Inquiſitioni remanet obnoxia.

48. Ex prædicta particula *ſimpliciter* ſequitur, quod abſolutio taliter data, etiam dicatur data *diffinitiuè. Diffinire* autem in *iure (x)* eſt, aliquid ſtatuere, hoc eſt *ſtabiliter* determinare; Vnde *diffinitiuè* abſolutus dicitur abſolutus *ſtabiliter*, & firmè, vt non poſſit amplius moleſtari; & hoc eſt, quod ſubdit, *ità vt per ſuperuenientia indicia à Iudice amplius moleſtari* non poſſit. In vtroque enim iure *(z)* cautum eſt, vt ſemel abſolutus à crimine, ampliùs de eo moleſtari non poſſit.

49. Hic tamen notandum eſt, quod, qui probat ſe Innocentem *præſumptiuè* tantùm, non debet abſolui ità *ſimpliciter, & diffinitiuè*, ſicut ille qui oſtendit ſe Innocentem *realiter*. Etenim cum in probanda innocentia ſint diſpares, non debent in Sententia eſſe pares; & pari modo non debet ſententiari ille qui totaliter in defenſionibus indicia euacuauit excipiendo contrà Teſtes, ità vt neque locus fuerit Torturæ, cum illo qui tortus perſtitit in negatiua, & ſic purgatis indicijs, abſolui debet ab vlteriori pœna. Optimum proindè eſt, quod, ſi Inquiſitus plenè probauit ſe Innocentem *realiter*, in Sententia apponatur hæc clauſula, *ex capite innocentiæ*; aut *tanquam innocentem abſoluimus*. Si verò oſtendit ſe Innocentem *præſumptiuè* tantùm, ponatur ſimpliciter verbum *abſoluimus*. Et ratio eſt quia ſic ſatiſfit diſpoſitioni *Textus* ordinantis, quod *ſimpliciter* abſoluatur; & verbum illud ſic abſolutè probatum, licet poſſit accipi, quod *abſoluatur* tam *pro Innocente* ex delicto non commiſſo, quàm pro tali ex delicto non probato; tamen ſemper præſumitur, quod abſolutus ſit ex delicto non probato, vt dicunt *Doctores*. *(a)* Nec placet in hoc opinio *Clari*; *(b)* neque praxis *Mediolanenſis*, quod in Sententia ſemper apponatur clauſula *Stantibus rebus pro vt ſtant*; quando nempe non probata eſt innocentia realis. Incongruum enim eſt, quod pari modo ſententietur *Reus* qui plenè euacuauit indicia, cum eo, qui non plenè euacuauit, ſed aliquod remanſit, licet non ſufficiens ad torturam; & *Reus* non tortus, ſicuti tortus; & qui plenè euacuauit indicia per rationes, cum illo, qui ea purgauit per tormenta. Et ita tres euadent modi abſoluendi; puta *tanquam Innocentem abſoluimus*; pro realiter Innocente. *Abſoluimus* ſimpliciter; pro Innocente *præſumptiuè*; *& abſoluimus ſtantibus pro vt ſtant*; pro *Reo* non probato punibili de iure.

50. *Qui autem ſe quidem defenderunt, purgaruntquè ab indicijs*. Agit nunc de tenore Sententiæ dandæ ijs, qui ſe *defenderunt, purgaruntque ab indicijs*. Et hic aduertendum, quod aliud eſt *ſe defendere* ab indicijs, aliudque *ſe purgare*. Defenditur enim quis ab indicio, probando indicium contrarium illud vincens, vel æqualis valoris; item per rationem *demonſtrando*, quod indicium, quod deponitur à Teſtibus, eſt totaliter inueriſimile, vel habet circumſtantias inter ſe pugnantes; aut *excipiendo*, quod indicium illud non aſſeritur niſi ab vno Teſte, nec ab alijs indicijs iuuatur. Quandocumque ergo *Reus* hoc modo eneruat indicia, dicitur *ſe defendere*. Differt autem iſta defenſio ab illa, in qua *Reus perfectè indicia euacuat*; quia perfectè euacuans indicia ità adequatè illa expugnat, vt in mente *Iudicis* nulla rationabiliter remaneat opinio, quod delictum commiſerit; ſed ſe *defendens* ab indicijs eneruat quidem ea in tantùm, vt nullus locus ſit pœnæ ordinariæ, aut extraordinariæ; licet in mente *Iudicis* aliqua ſuſpicio remaneat de patrato delicto; quæ tamen ad nullam condemnationem ſufficit. *Purgare* autem ſe ab indicijs tunc eſt, quando poſt adducta à *Reo* ad defendendum ſe ab indicijs, reſtat adhuc in mente *Iudicis* ſuſpicio de delicto ex hoc, quod valor probationum contrà *Reum* non eſt totaliter deletus. Fit autem purgatio per tormenta, quorum intenſio, & extenſio, & ſpecies pendet ab arbitrio *Iudicis*, qualitate criminis, & exigentia indiciorum, quæ plùs, vel minùs valent. Fit etiam per iuramentum, vt in probandis, aut reprobandis ijs, quæ in ſolo animo conſiſtunt; vel etiam in ſupplementum integræ probationis ad defenſam; ſicut antiquitùs per iuramentum ſolemne purgabatur Infamia de crimine in *purgatione Canonica*, *(c)* quæ ampliùs non eſt in vſu. Sed quia iuramentum eſt ſpecies torturæ, vt aliàs dictum eſt, concludendum eſt, quod purgatio

gatio ab indicijs ſit per torturam, quæ loco iumenti ſucceſſit.

51. Et notandum, quod dicit *ab indicijs non quidem vehementibus, ſed pluſquam leuibus*. Hoc porrò intelligi, debet, vt referatur ad eos, *qui ſe defendunt*; & ſenſus eſt, quod ſi eſt aliquod indicium pluſquàm leue, & minùs, quàm graue (*vehemens* enim, & *graue* indicium perindè eſt,) eo quia ad torturam non ſufficit, obligat *Reum* tantummodò ad ſe defendendum aliqua ratione contraria, licet debilis ſit, & hæc ſufficere debet, quandoquidem debile etiam eſt indicium contrarium, vtpotè ad torturam minimè ſufficiens.

52. *Vel ſi vehementia fuere, tortura mediante, purgarunt, vnde nec in pœnam extraordinariam condemnari potuerunt.* Iam quando locuti ſumus de Indicijs, & Tortura, diximus quomodo, & quando ex indicijs grauibus locus Torturæ ſit; & quando, vltrà Torturam, poſſit *Reus* in pœnam extraordinariam condemnari. Nunc dicit, quod caſu, quo ex grauibus indicijs aliquis ità tortus ſit, quod gradus Torturæ fuerit ità adæquatus valori indiciorum, quod hæc ſint per eam purgata, & per hoc non remaneat aliquis locus condemnandi *Reum*, neque *in pœnam extraordinariam*; abſoluendus eſt, per Sententiam quidem abſolutoriam; non tamen *ſimpliciter* abſoluendo, quemadmodum fit in abſoluendo repertum Innocentem *realiter*, aut *præſumptiuè*, vt dictum eſt, *ſed cum clauſula ſtantibus prout ſtant, & nouis non ſuperuenientibus indicijs*, puta non eiuſdem ſpeciei, cum iam purgatis, ſed diuerſæ, vt aliàs (*d*) dictum eſt; quæ ſi ſuperueniant, poterit *Iudex* contra ipſos procedere, tàm per viam Accuſationis, quàm per Inquiſitionem ex officio.

T E X T V S.

§. VI. In Sententia tenetur Iudex delictum recenſere per extenſum, vt ex illa Delinquentes cognoſci poſſint, & ipſorum memoria conſeruari. Si Iudex certò, & euidenter ſciuerit, & ſi Reum, (Teſtibus conuictum) eſſe innocentem, ad illum liberandum, omnes neruos intendat, nec innocentiam opprimi patiatur: etiamſi, opus eſſet ad Superiorem Iudicem cauſam remittere; vel ſe illa exonerare; monito priùs Superiore de conſpiratione Teſtium: dummodo id, ſine maximo incommodo, & periculo facere poſſit.

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

53. *In Sententia abſolutoria non eſt neceſſarium; quod per extenſum recenſeatur delictum.*
Clauſula per extenſum *quomodo intelligenda.*

54. *Proceſſus originales non conſeruandi vltrà ſemeſtre ab vltimatione cauſæ.*
Sententiæ originales conſeruandæ in libro Prouinciæ.

55. *Scire euidenter, & certò, per ſolum ſenſum, pro ſtatu iſto, poteſt homo.*
Quod Iudex ſciat certo, & euidenter Reum probatum culpabilem eſſe Innocetem, eſt caſus metaphyſicus.

56. *Iudex certus de innocentia Rei conuicti per Teſtes quid agere debeat.*

57. *Iudex an poſſit condemnare conuictum per Teſtes de Reatu, quem ſcit eſſe Innocentem.*
Variæ ſententiæ Doctorum.
Iudex certò ſciens innocentiam conuicti per Teſtes de delicto, quo caſu debeat eum abſoluere.

53. POſtquam *Textus* de Sententia *abſolutoria* locutus eſt, tractat breuiſſimè, more ſuo, de *condemnatoria*. Suppoſito igitur, quod *Reus* in ſuis Defenſionibus neque in toto, neque in parte euacuauerit indicia, ità vt locus ſit pœnæ *ordinariæ*; vel, euacuatis in parte indicijs, adhuc ſuperſint alia tanti valoris, quæ ſufficiant ad pœnam *extraordinariam*; *condemnatoria* Sententia contra eum ferenda eſt. Et dicit *Textus*, quod *in Sententia condemnatoria* ferenda, (in *abſolutoria* enim minimè eſt neceſſarium, ceſſat enim in ea ratio motiua, puta conſeruatio

uatio memoriæ delicti; ſupponitur enim non fuiſſe commiſſum à Sententiato) *tenetur Iudex delictum recenſere per extenſum.* Et hic aduertendum ad clauſulam *per extenſum*; cuius ſenſus eſt, non quod delictum deſcribatur, cum tota prolixitate, qua in Proceſſu enarratur, hoc enim incongruum, ſicut & ſuperfluum eſſet; ſed *per extenſum*, ità nulla omittatur circumſtantia delicti, quæ faciat ad reatus augmentum, aut decrementum. Et ratio eſt, quia mens *Textus* eſt, vt fiat talis deſcriptio, ad hoc, quod futuris temporibus ſciri, ex Sententia, poſſit reatus Sententiati: Iuſtum ergo eſt, quod in ea deſcribantur omnes circumſtantiæ delicti, facientes ad eius leuitatem, vel grauitatem, ne plùs, vel minùs æquo grauatus remaneat. Et ex hoc Textu confirmatum remanet, quod adnotauimus ſuprà (*e*) puta quod *Iudex* debet ponere in Sententia cauſam propter quam auget, vel minuit pœnam Statutariam. Quia cauſa alterandæ pœnæ, vt diximus, eſt diuerſitas circumſtantiarum delicti; ſi ergo iſtæ deſcribendæ ſunt in Sententia, ex conſequenti recenſentur motiua *Iudicis*, ob quæ à pœna ordinaria recedit.

54. *Vt ex illa Delinquentes cognoſci poſſint*; nempè vt, tali deſcriptione *per extenſum* facta, poſſit apparere gradus malitiæ, qualis, & quantus fuerit in delicto commiſſo, & qualificari reatus; ex hoc enim [iu]ſtificatur *Sententia*; cum enim in ea ap[pa]reat qualitas quæuis commiſſi crimi[nis], reſultat ex eàdem iuſtitia pœnæ latæ [per] *Iudicem*. *Et ipſorum memoria conſerua*[*tur*]. Apud Nos, vt diximus aliàs, (*f*) no[n] poſſunt Proceſſus criminales conſer[ua]ri vltrà ſemeſtre à terminatione Cauſæ, [ſed] tantùm *Sententiæ Originales* conſer[u]antur in Libro ad hoc deputato, vt poſ[ſi]t inſeruire in caſu *Expulſionis* ab Ordine, aut Exceptionis contrà eum, repellendo ipſum, aut à teſtimonio ferendo, aut ab adipiſcenda Dignitate. Vt ergo, ex Sententia, qualitas criminis innoteſcat, neceſſaria eſt ipſius deſcriptio, compendiaria quidem, ſed *per extenſum* quo ad circumſtantias.

55. *Si Iudex certò, & euidenter ſciuerit Reum (& ſi Teſtibus conuictum) eſſe Innocentem*. Caſum hunc, de quo *Textus* loquitur, Metaphyſicum potiùs exiſtimo, quà m practicabilem. Et enim ſi *Iudex* debet *ſcire certò, & euidenter innocentiam Rei*, oportet quod proprio ſenſu perceperit delictum patratum ab alio, ex quo ſequitur, quod eodem modo ſciat innocentiam Rei; *ſciri enim certò, & euidenter* nihil in particulari poteſt, pro ſtatu iſto, ab homine, niſi per euidentiam ad ſenſum, quæ eſt potiſſima notitiarum, quas circà particularia poteſt habere anima coniuncta corpori, vt, ex *Auguſtino*, Subtiliſſimus Magiſter (*g*) docet. Hæc autem notitia non poteſt aduenire *Iudici*, poſt quàm *Reus* inquiſitus eſt de crimine; antè Inquiſitionem enim priùs debet conſtare de delicto patrato, & ſi *Iudex* habet ſcientiam certam, & euidentem, de innocentia *Rei*, (vel quia vidit alium, qui commiſit delictum, vel quia vidit *Reum* fuiſſe abſentem à loco delicti,) ſequitur, quod habet ſcientiam de innocentia *Rei*, antequam iſte accuſetur. Si ergo ſcit eum eſſe Innocentem, debet repellere Accuſationem, nec Proceſſum incipere; & ſi *Accuſator* perſiſtit, prouocando ad *Superiorem*; poteſt Iudex, perſiſtere in reiectione Accuſationis, & ſcribere veritatem facti ad *Superiorem Generalem*, à quo non cogetur, (ſtante eius informatione) Accuſationem recipere. Ergo, cum tali ſcientia, præcedente Proceſſum, non poteſt dari, quod *Reus* conuictus ſit in iudicio per Teſtes, ex eo quod, ex tali ſcientia, impeditur fabricatio Proceſſus. Sed neque talis ſcientia poteſt, aduenire *Iudici* poſt ceptam Inquiſitionem; quia ſi eſt ex relatione aliquorum; iſta non eſt ſcientia certa; teſtimonium enim quorumuis fide digniſſimorum, licet faciat probationem legitimam in iudicio, tamen non cauſat *Iudici* ſcientiam euidentem: præterquamquod poſſet *Iudex* per iſtos Teſtes, vt potè magis fide dignos, deſtruere dicta contrariorum, & ità non poſſet remanere *Reus* conuictus, vt caſus ſupponit. Si verò eſt euidentia ex ſenſu, vt ſi conuictus quis eſſet de ſtupro, & conſtaret *Iudici* per proprium viſum, quod Inquiſitus aut careret inſtrumento, aut totaliter eſſet inhabilis ad congrediendum, poſſet, ex probatione euidenti contraria, deſtrui quoduis teſtimonium, & ità non remaneret conuictus. Vnde concluditur, Caſum talem, in praxi, non eſſe dabilem.

56. Sed data hypotheſi in praxi aliàs non dabili; dicit *Textus*; *Iudex ad illum liberandum omnes neruos intendat*. In hoc puncto omnes *Theologi*, & *Canoniſtæ* conueniunt. *Ne enim innocentiam opprimi*

Ggggg *patiatur*

patiatur debet ad Superiorem Iudicem Cauſam remittere, vel ſe illa exonerare, monito priùs Superiori Iudice de conſpiratione Teſtium; Difficultas autem eſt in eo quod ſubiungit, *dummodò id ſine maximo incommodo, & periculo facere poſſit*. Non video enim quod nam incommodum, aut periculum vnquam naſci poſſit *Iudici* ex eo, quod ſe à iudicando exoneret, & cauſam ad *Superiorem* referat, cum, ſic faciendo, in nullam Legem committat. Dico ergo, quod clauſula hæc non reſpicit enarratam diligentiam faciendam à *Iudice*, ne damnet Innocentem, ſed reſpicit deciſionem vlterioris quæſtionis, quæ à *Theologis Moralibus*, & *Canoniſtis* communiter in Caſu fit; & eſt, An debeat *Iudex* liberare, quem certò ſcit Innocentem, in iudicio tamen plenè probatum *Reum*, ſi cogitur ad Sententiandum, vel quià ob nimiam diſtantiam nequit ad *Superiorem* remittere Cauſam; vel quià *Superior* non vult eam acceptare, & iniungit *Iudici*, vt illam terminet, & *Accuſator*, qui plenè probauit, inſtet vt ſententiet?

57. In hac autem tres ſunt Sententiæ, vt refert *Maſtrius*. (d) Prima eſt nonnullorum, inter quos eſt, ex Scotiſtis, *Vulpes*, & *Maſtrius* ipſe, qui dicunt, quod nullo modo poteſt *Iudex* condemnare eum, quem ſcit eſſe Innocentem. Secunda eſt *D. Thomæ* (e) & aliorum, inter quos ex noſtris ſunt *Aſteſanus*, & *Poncius*; qui volunt, *Iudicem* teneri ad pronunciandum iuxtà allegata, & probata; & ad illum condemnandum. Tertia eſt aliorum, qui diſtinguunt de pœna capitali, & de pecuniaria; & dicunt, quod damnare non poſſet Innocentem ad pœnam mortis, ſiuè mutilationis, ſed benè ad pęnam pecuniariam. *Textus* ergo noſter per hanc vltimam Clauſulam, implicitè diſtinguendo, determinat quæſtionem, & dicit. Aut *Iudex* liberando eum, quem, ex priuata ſcientia, ſcit eſſe Innocentem incurrit *maximum incommodum, & periculum*; vel *id ſinè maximo incommodo, & periculo facere poteſt*. Si hoc ſecundum eſt, ſequenda eſt prima Sententia, puta, quod nullo modo ipſum condemnet, imò abſolutum pronunciet; tum quia contrà Iuſtitiam eſt, quod condemnet, quem iuſtum ſcit, tum quià nullum incommodum, aut *Reipublicæ*, aut ſibi imminet. *Si autem maximum incommodum, & periculum* imminet ſibi, quia infamiam ſubibit, ſi liberat illum, qui in iudicio probatus eſt *Reus*, & tanquam *Iudex*, qui malè iudicauit, priuabitur *Officio*; & aliàs pœnas latas contrà malè iudicantes incurret; tunc ſequi poteſt ſecundam ſententiam, & illum ad normam Iuris, ſecundùm probata condemnare. Et rationabile, hoc eſt, tum quia non tenetur cum tanto damno proprio, proximum iuuare; tum quia in ſententiando, vt perſona publica, non debet vti notitia priuata; tum quià nihil ad vtilitatem Sententiati proficiet, & ſibi ſoli tantùm nocebit. Etenim *Accuſator*, videns illum iudicaſſe contrà plenas probationes à ſe factas, appellabit ad *Iudicem Superiorem*, qui tenetur ſtare probationi iudicialiter factæ, non verò informationi extraiudiciali habitæ à *Iudice* inferiori; (maximè ſi *Accuſator* ad *Superiorem* ſcripſerit, *Iudicem* ex animoſitate, quam habet contrà ſe, & partialitate erga *Reum*, contrà ius, ſententiaſſe) & ità iudicabit contrà conuictum per Teſtes; & ſic iſte in nullo releuabitur, & *Iudex* damnificabitur. Concludendum proindè; quod *Iudex* coactus, tali caſu, ſententiare, non cogitur ſe abdicare ab Officio, & detrimentum pati; neque contrà ea, quæ ſibi in iudicio conſtant Sententiare, cum hoc *ſinè maximo incommodo, & periculo ſui*, facere non poſſit.

T E X T V S.

§. VII. Si Reus pœnæ Statutariæ capax non fuerit, poteſt Iudex aliam illi ſimilem imponere, ex praxi Religionis, vel ex Sacris Canonibus elicitam. Declaratoriam Sententiam ferre tenetur Iudex in Exceptionibus, declarando aliquem eſſe habilem, vel inhabilem ad Officia. Vel cùm de Accuſato agitur, quod Conſtitutionem aliquam violauerit, nec ne. Quod ex Teſtium depoſitionibus, confeſſionibus proprijs, & Defenſionibus factis pendere debebit.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

58. *Pœna Statutaria, ſiuè ordinaria, vt inſligatur, quid requiratur.*
Pœnæ commutatio quandò facienda.
Pœna, in quam ſit commutatio, debet eſſe proportionabilis commutatæ.
Lex Ciuilis pœnalis habet locum etiam in perſonis Eccleſiaſticis, ſi deficit ius Canonicum, aut illi non contradicat.
Studium Iuris Ciuilis, quo ſenſu, Religioſis vetitum.
Studium Iuris Canonici, & Ciuilis conducit bono Regimini Prælatorum.
59. *Sententia declaratoria ferenda in Exceptionibus.*
Sententia Decretoria, & Declaratoria quomodò differant.
60. *Sententia Declaratoria* ſimpliciter, & ſecundum quid *quæ dicenda.*
61. *Sententia Declaratoria ſemper eſt neceſſaria, licet in Lege ſit clauſula* abſque declaratione.
Clauſula abſq; declaratione *intelligitur de declaratione pœnæ, non culpæ.*
Cenſuræ latæ ipſo facto, *in Foro interno, incurruntur, etiamantè declarationem.*
62. *Sententia Declaratoria debet ſemper ferri, citata parte, etiam in iudicio ſummariſſimo, & facto notorio.*
Apoſtata prætenſus, antequam declaretur talis, ſi eſt præſens, debet citari.
63. *Appellatio à Sententia declaratoria ſuſpendit Cenſuras, & pœnas.*
64. *Declaratoria Sententia in Exceptione Ciuili, & Criminali diuerſa.*
65. *Sententia, qua declaratur tranſgreſſio Statuti, eſt Declaratoria ſecundum quid.*
66. *Sententia non fertur, niſi in grauiſſimis tranſgreſſionibus Statutorum.*

58. SI *Reus pœnæ Statutariæ capax non fuerit &c.* Sciẽdũ eſt, quod ad hoc, quod *Reus* debeat precisè puniri pœna Statutaria, neceſſarium eſt, quod in Reatu verificentur omnes qualitates in *Statuto* expreſſæ; aliquâ enim ipſarum deficiente, non eſt locus pœnæ *Statuti*, quæ dicitur *Ordinaria*; ſed minori, quæ vocatur *Extraordinaria*, vt dicunt *Doctores*. (*l*) Dicit ergo *Textus*, quod ſi *Reus* pœnæ Statutariæ non eſt capax, *poteſt Iudex aliam illi ſimilem imponere*. Hoc congruit æquitati, & ità communiter ſtatuunt *Iuriſperiti*; (*m*) vnde dicit *Clarus*, quod condemnatus in amputatione dexteræ, ſi hæc eſſet arida, aut ea careret, & per hoc ſubire pœnam *Statuti* non poſſet, puniri deberet pœna commutata. Pro nobis autem frequenter contingunt Caſus, quandò pœnæ iniunctæ delictis ſunt incorporales, vt Priuationes Officiorum *Ordinis*, Actuum legitimorum, Vocis actiuæ, & paſſiuæ, *Officij*, ſeu *Prælaturæ*; ſi enim delinquens ſit Laicus conuerſus, ex tali pœna, nullum incommodum reportaret. Oportet ergo, vt, loco ipſius, ſuccedat alia, per quam affligatur; ſed debet eſſe *ſimilis*, puta geometricè, ſiue proportionaliter correſpondens in grauitate illi, quæ commutatur. Hoc autem relinquitur prudentiæ *Iudicis*, qui debet eam venari; *Ex praxi Religionis, vel ex Sacris Canonibus*, adde etiam ex *Lege Ciuili*; quia *Lex Ciuilis* pœnalis, generaliter loquens, habet locum, etiam in *Eccleſiaſticis* rebus, aut Perſonis, ſi *Canones* deſint, aut ei non contradicant, vt firmat Abbas. (*n*) Et licet ſtudium Legum Ciuilium in *vtroque iure* (*o*) reperiatur *Religioſis* interdictum, tamen; vt optimè obſeruat Abbas, (*p*) quia multùm confert Doctrinæ Theologicæ Morali, & etiam Sacrorum Canonum intelligentiæ, non cenſetur interdictum, ſi priuatim fiat, & in propria Cella; iura verò allegata prohibent ſtudium publicum Legum ſæcularium, exeundo nempè à Clauſtro, ad finem eas audiendi, vel legendi in *Academijs ſæcularibus*. Optimum autem eſt *Religioſo Prælato* notitiam habere, non tantùm *Conſtitutionum* ſui *Ordinis*, ſed etiam *Iuris Canonici*, & *Ciuilis*; plurimùm enim vtrumquè bono regimini *Religioſorum* conducit.

59. *Declaratoriam Sententiam ferre tenetur Iudex in Exceptionibus, declarando, aliquem eſſe habilem, vel inhabilem ad Officia*. Poſtquam *Textus* locutus eſt de Sententia *Decretoria*, qua vel abſoluitur, vel condemnatur *Reus*; nunc tractat de *Declaratoria*, per quam pariter poteſt *Reus* condemnari, aut abſolui. Aduertendum autem, quod hæc eſt differentia inter *Decretoriam*, & *Declaratoriam*, quod *Decretoria*, ex ſuppoſitione facti iam in Proceſſu probati, principaliter decernit circà Ius, puta quid agendum: hoc eſt quæ pœna ſit ſu-

beunda à *Reo*, vel ſi nulla ſubeunda eſt, ob tale factum. *Declaratoria* autem principaliter verſatur circa factum, puta, declarando, An in tali facto commiſerit in Legem nec ne? & licet in ea contineatur illa pœna, quæ ſubeunda eſt à *Reo*, tamen hoc non eſt principaliter, ſed ex conſequenti; & talis pœna non decernitur à *Iudice*, ſed iam eſt lata à Lege; & in *Declaratoria* nullum arbitrium poteſt *Iudex* habere, circà pœnam augendam, aut minuendam; ſicut habet in *Decretoria*, vt ſupra dictum eſt.

60. *Declaratoria* autem duplici modo contingere poteſt; vno modo quando pęna, licet à *Lege*, ſeu *Statuto*, iam lata ſit, eſt tamen adhuc per *Reum* ſubeunda; alio modo, quando pœnam, iam à *Statuto* latam, *Reus* ſubiuit à puncto commiſſi delicti; non tamen hoc in Foro Fori notum eſt. In primo caſu vocari poteſt *Declaratoria ſecundum quid*, etenim, quamvis principaliter declaret factum, tamen inuoluit etiam pœnam ex facto ſubeundam, eam explicat, & decernit, vt exempli gratia ſi in Sententia dicatur, *Viſis &c. declaramus Caium in crimen Proprietatis, grauis ineidiſſe, & proindè ſubire pœnas, in Statutis, latas contrà Proprietarios debere: puta Carcerationem per menſem, & priuationem Actuum legitimorum, prout ad illam condemnamus eum &c.* In ſecundo autem caſu eſt, Declaratoria *purè*, & *ſimpliciter*; vt quando quis declaratur ex tali facto incurriſſe Excommunicationem, & priuationem Officij latam in *Statuto*, cum clauſula *ipſo facto*; quemadmodum eſt, de introducente Fœminas ad malum finem intrà Clauſtra. Et ratio eſt, quia à puncto commiſſi delicti, talis Cenſura, & pœna iam ligauit Delinquentem, & ſola deſideratur declaratio tam delicti commiſſi, quàm pœnæ incurſæ pro foro externo: & Iudex nihil decernit faciendum à Reo cum iam pœnam ſubierit.

61. Porrò aduertendum, quod Sententia Declaratoria ſemper eſt neceſſaria, licet in Iure, aut Conſtitutione apponatur quod talis, aut talis pœna incurratur, abſquè vlla Iudicis declaratione; talis enim clauſula debet intelligi de Declaratione pęnæ, non verò de Declaratione culpæ: hæc enim ſemper ferri debet, vt ſciatur, quod illud delictum, pro quo talis pęna debetur, fuit verè commiſſum. (*q*) Diſtinguendum autem adhuc eſt de Cenſuris, & de pœnis latis *ipſo facto*, & *abſquè Iudicis declaratione*; ſiquidem iſtæ in Foro interno, incurruntur, etiamſi nulla adhuc fuerit lata declaratio; proindè qui commiſit delictum, cui *ipſo facto* ſit adnexa Excommunicatio, ſi celebret cum tali Cenſura, efficitur irregularis. (*r*) Pro foro autem externo nequè Cenſuræ, nequè pęnæ ſpirituales incurruntur, niſi Sententia declaratoria præceſſerit. Hinc fit, quod *Prælatus*, qui commiſit crimen, cui eſt adnexa Excommunicatio, & priuatio Officij, tenetur quidem non celebrare, niſi abſolutionem procuret, & ſi celebrat in Excommunicatione redditur irregularis, vt dictum eſt; non tenetur tamen ſe in publico, vt Excommunicatum gerere, aut Officio renunciare, licet in conſcientia eo priuatus ſit, ſtatim, ac delictum commiſit. (*s*)

62. Non poteſt autem vlla Sententia Declaratoria ferri, niſi citata parte, ad dicendum, quarè non debeat fieri declaratio; & hoc non ſolum in iudicio ſummario, ſed etiam ſummariſſimo, & etiam in facto notorio. (*t*) Hinc ſequitur, quod ſi aliquis Apoſtaſiam commiſiſſet, & antequàm declaretur Excommunicatus à *Superiore*, vt ſolet, reuerteretur in Conuentum, non poſſet *Superior* vllo modo ipſum declarare Apoſtatam, niſi priùs eum citaret, ad dicendum, quarè declarari non debeat Apoſtata, & Excommunicatus. Et ſi omiſſa citatione, ſententiaret, Sententia eſſet nulla, quia citatio ad Sententiam eſt de neceſſitate, vt diximus, & ea non ſeruata, euadit actus nullus. Quod ſi ex conſuetudine, in Religione, Apoſtatæ declarantur tales, nulla præmiſſa citatione, hoc ideò eſt, quia ſunt fugitiui, & neſcitur vbi ſint, nec citari queunt; nec expedit eos citare ad modum abſentium; quia nimis protelaretur, in expectando termino. Sed ſi eſſent præſentes omninò eſſent citandi.

63. Lata autem Declaratoria, poteſt ab ea appellari; & Appellatio ſuſpendit tum Cenſuras, tum pœnas. (*u*) Ex quo ſequitur, quod, interpoſita appellatione, in foro externo, habetur pro non Excommunicato; & ipſe poteſt durare in exercitio Ordinis, & Iuriſdictionis, & acta ab eo, ex vi publicæ poteſtatis, vel Iuriſdictionis, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, valent. (*x*) Quod autem dictum eſt, de Cenſuris, & pœnis latis *ipſo facto* à Lege,

ſeu

ſeu *Conſtitutione*, accipi debet, etiam de eiſdem latis ab homine per modum præcepti. Vt ſi *Prouincialis* præciperet, & ſcripto mandaret præceptum, Ne quis, ſub pœna Excommunicationis, ipſo facto incurrenda, & Carceris conuentualis per annum, arma teneret in Camera; & quis eſſet deprehenſus habere arma, deberet tali modo declarari Excommunicatus &c. Et omnia alia ſeruari, quæ ſupra dicta ſunt circà Sententiam Declaratoriam pœnarum latarum à iure.

64. Hoc ſuppoſito dicit, *quod declaratoriam Sententiam ferre tenetur Iudex in Exceptionibus, declarando aliquem eſſe babilem ad Officia*. Et ſenſus eſt, quod quandò fit aliqua Cauſa per modum *Exceptionis*, ad hoc, vt aliquis non poſſit obtinere *Prælaturam*, ad quam aſpirat, de quo modo procedendi ſub proprio Titulo (z) abundè dictum fuit; *Iudex tenetur ferre Sententiam Declaratoriam, declarando aliquem eſſe babilem, vel inhabilem ad Officia*. Hæc Sententia eſt Declaratoria *purè, & ſimpliciter*, nihil enim faciendum à *Reo Iudex* decernit; ſed declarat ſimpliciter factum, puta Statum, ſeu conditiones *Rei*, per quas redditur habilis, vel non, ad *Prælaturas*. Licet enim probatum fuiſſet in Proceſſu exceptiuo delictum, ob quod redditur inhabilis, non tamen poſſet, ob tale crimen, *Iudex Reum* punire, ſi *Exceptio* eſſet tantum ciuiliter propoſita, vt, ex Textu, (a) alibi habetur; & proindè cum in illa Sententia nihil faciendum *Iudex* decernat, ſed purè declaret, dicetur illa *Sententia Declaratoria ſimpliciter*. In *Exceptione* autem criminaliter intentata, de qua alibi (b) dictum fuit, non ſic eſt; nam in ea decernitur pœna ſubeunda, propter delictum commiſſum; & ex eodem declaratur inhabilitas ad Officia conſequenda.

Quæ autem dicta ſunt de *Exceptione* in ordine ad conſequendas Dignitates, accipi pariter debent, de ea, quæ fit contrà Teſtes, & alios, eos repellendo à iudicio. Verum eſt, quod Sententia, quam in illis caſibus fert *Iudex*, non eſt *Diffinitiua*, quia terminum cauſæ non imponit; ſed eſt *Interlocutoria*, habens tamen vim *Diffinitiuæ*, quia articulum cauſæ incidentem diffinit.

65. *Vel cum de Accuſato agitur, quod Conſtitutionem aliquam violauerit, nec ne*. Hic tractat de Sententia *Declaratoria ſecundum quid*; & dicit, quod ſi aliquis accuſatur de tranſgreſſione alicuius *Conſtitutionis*, ſeu *Statuti*, in Diffinitiua debet *Iudex* declarare, quod *Conſtitutionem violauerit, nec ne*. Ratio eſt; quia cum Regulariter in *Statutis* decreta ſit pœna danda contrafacienti, non eſt, vndè *Iudex* pœnam dandam pro delicto decernat; ſufficit proindè, quod declaret contrauentum fuiſſe *Statuto*, & eſſe in caſu, quod *Reo* Statutaria pœna debeatur, puta talis, aut talis. Quià verò in tenore Sententiæ ſubiungitur condemnatio actualis in talem pœnam, ex hoc Decreto fit, quod Sententia, quæ ſecundùm ſe eſſet *purè Declaratoria*, euadat talis *ſecundùm quid*.

66. *Quod ex Teſtium depoſitionibus, confeſſionibus proprijs, & defenſionibus factis, pendere debebit*. Supponit hìc, quod non de quacumque violatione *Conſtitutionum* quarumuis feratur Sententia in ſcriptis. Etenim, iuxtà alibi dicta, in grauioribus, & grauiſſimis delictis tantùm proceditur *ſcripto*; vndè ſequitur, quod neque Sententia ſcripto feratur, niſi in traſgreſſione *Conſtitutionis*, continente grauiſſimum delictum; ideò dicit, quod talis Sententia, vt potè iuridicè lata, debebit pendere ex depoſitionibus Teſtium confeſſione, & defenſionibus *Rei*.

I. Quæritur, quæ ſint conſideranda à Iudice antè prolationem Sententiæ?

SVMMARIVM.

67. *Iudex quæ debet conſiderare antè Sententiam.*
Reus, vt damnetur ad pœnam ordinariam, debet eſſe confeſſus, aut conuictus.
Conuictus quomodò quis dicatur.
Teſtes ſi patiantur exceptionem, licet minimam, non ſunt Conteſtes.

68. *Denunciator voluntarius non poteſt eſſe Teſtis.*
Denunciator voluntarius, & Denunciator ex Officio quis.

69. *Qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur.*

70. *Denunciator qui per alium denunciauit, non poteſt eſſe Teſtis.*
Iudex quomodo deteget Denunciatorem, qui per alium denunciauit.

71. De-

71. *Denunciatores omnes inter Regulares ſunt voluntarij.*
Cautela Iudicis, & Patroni in Denunciationibus.
72. *Conuictus plenè puniendus eſt, pœna ordinaria, ſi proceditur per Accuſationem.*
Quandò proceditur per Inquiſitionem, datur pęna minor quam ordinaria; & quarè.
73. *In Caſu notorio, procedente Iudice ex Officio, Reus punitur pœna ordinaria.*
Et etiam, quando Reus eſt conuictus per plures, quàm duos Teſtes.
74. *Reus quando dicatur conuictus per ſcripturas.*
Inſtrumentum publicum, continens delictum, conuincit Reum; & probat ex ſe delictum.
75. *Pœna ordinaria dari non poteſt ex indicijs ſolis, etiam violentis.*
76. *Indicia debent eſſe integra, vt faciant ad pœnam extraordinariam.*
77. *Indicia pluſquàm indubitata quæ dicantur.*
Ex indicijs pluſquàm indubitatis, infligitur pœna ordinaria.
Probatio datur contrà indicia indubitata.
78. *Duo indicia indubitata, cum vno Teſte integro, faciunt ad pœnam ordinariam.*
Duo Teſtes non totaliter defectiui, cum cum vno indicio indubitato, probant ad pœnam ordinariam.
79 *Multa indicia grauia faciunt vnum indubitatum.*
80. *Pœna extrardinaria extenditur etiam ad corporalem.*
81. *Pœna ordinaria, & extraordinaria quæ.*
Pœnæ pecuniariæ apud Regulares quæ pœna ſuccedat.
Pœna Priuationis Officiorum Ordinis correſpondet confiſcationi bonorum Inter Laicos.
82. *Iudex quomodo ſe debet regulare in danda pœna extraordinaria.*
Ad pœnam ordinariam pro crimine falſæ monetæ, non ſufficit probatio præſumptiua, ſed requiritur concludens.
83. *Pœna homicidij eſt mors.*
Pœna debet eſſe eo minor, quo culpa magis recedit à Dolo.
84. *Pœna corporalis ſuccedit in locum defectus pecuniæ.*
85. *Pœna extraordinaria, quæ ſit maior quàm ordinaria, quomodò regulanda.*
Circumſtantiæ grauantes delictum quæ.
Pœna augenda, maximè, eſt ob reiteratione culpæ.
Reiteratio culpæ aliquandò transfert pœnam pæcuniariam in corporalem.
Ob frequentiam Delinquentium augeri poteſt pœna.
Ille ſolus Iudex, qui poteſt edicto pœnam ſtatuere, poteſt augere pœnam, ob frequentiam Delinquentium.
86. *Iudex mitiorem pœnam extraodinariam imponere debet, ſi indicia faciant pluſquam ſemiplenam probationem, & nolit Torturam adhiberet.*
Opinio Paſſerini exploſa.
Tortura eſt pœna, & in quo differat à pœna lata per diffinitiuam.
Pœna extraordinaria infligi poteſt, omiſſa Tortura.
87. *Reus negatiuus in Tortura, illata ex indicijs grauibus, debet abſolui, cum Clauſula.*
Tortus ex indicijs indubitatis poteſt ad huc condemnari extraordinariè, ſed non pœna corporali.
88. *Reus abſoluendus cum Clauſula; ſi indicia ſint ità infirmata, vt non remaneat locus Torturæ.*
Reus non ſemiplenè conuictus, ita vt, non ſit locus Torturæ, eſt abſoluendus.
89. *Opinio Sgroi, & Paſſerini, quod, qui non eſt probatus ſemiplenè Reus, non debet nec torqueri, nec abſolui.*
Demonſtratur prædicta opinio falſa.
Condemnatio vbi non non habet locum, debet habere locum abſolutio.
Probatur illam opinionem eſſe iniuſtam Reo.
Reus habet ius ad abſolutionem, quando non vigent indicia ad condemnationem.
Laicus Reus abſolutus, quia indicia contra eum non ſufficiunt ad Torturam, cogitur præſtare Fideiuſſionem de parendo iuri.
Religioſus non poteſt obligari ad dandam Fideiuſſionem.
90. *Opinio ſupradicta impugnatur, vt periculoſa, & turbatiua Religionis.*
Prouincialis non poteſt differre punitiones, vſque ad Aduentum Viſitatoris.

Com-

Commiſſarij Viſitatores non debent differre punitiones Reorum, vſque ad Aduentum Generalis.

91. *Prouincialis non poteſt ſepelire Proceſſum inceptum; ſed tenetur ſententiare, & hoc ſub mortali.*

Ex qua cauſa poſſit Prouincialis terminationem Proceſſus differre.

67. Reſpondeo; quod, quia Sententia tendere debet ad abſolutionem, vel condemnationem, vt ſupra viſum eſt; partes *Iudicis*, antè Sententiam, eſſe debent, in benèlibrandis probationibus pro *Fiſco*, & Exceptionibus pro *Reo*. Et ad hoc vt ipſe ſciat, quandò abſoluere, aut quando condemnare debeat, & ad quam pœnam, ordinariam nempè, aut extraordinariam, ſequentia tradimus.

Dico ergo *primò*, quod, ad condemnandum *Reum* ad pœnam ordinariam, de neceſſitate requiritur, quod *Reus* ſit Confeſſus, vel Conuictus; vel vtrumque ſit. Quia verò de Confeſſo, nulla difficultas poteſt *Iudicem* fatigare ad cognoſcendum An*Reus* ſit Confeſſus nec ne, cum hoc cuique Proceſſum legenti obuium ſit; dicemus ſolùm quandò*Reus* poſſit dici Conuictus. Sciendum ergo, quod nemo poteſt dici plenè Conuictus, niſi per duos ſaltem Teſtes Cõteſtes, omni exceptione maiores, delictum ſit probatum. (c) Et recolendum eſt, quod alias, ſuo loco, diximus de Conteſtibus qui ſint, & quales, & obſeruandum quod nullam penitùs, quamuis minimam exceptionem patiantur, aliter non ſunt dicendi omni exceptione maiores. (d) Sequitur proindè, quod omnes illi, qui regulariter Teſtes eſſe non poſſunt, de quibus ſub proprio *Titulo* diximus, ſi examinentur, vel quia agatur de crimine excepto, vel quia veritas aliter non poſſit haberi, quantumuis plenè Conteſtes ſint, non tamen per hos dicitur *Reus* Conuictus, ex eo quod, exceptiones militantes contra eos, eorum fidem reddunt diminutam.

68. Sed hìc occurrit dubium, quod frequenter vſu venit; & eſt. Si dè aliquo crimine, de quo nulla eſt infamia, duo eſſent Conteſtes; & horum vnus (ſciens, quod ſi ipſe denunciaret remaneret imperfecta probatio eo, quod alios Teſtes producere non poſſet, quàm illum, qui ſecum vidit deliƈtũ) alteri Fratri crimen reuelaret, (& fortè inimico Delinquentis) ad hoc, quod ipſe accuſaret, aut denunciaret illum, & ità plenè poſſit reddi probatum delictum; vtrum, tali caſu, poſſit dici *Reus* ab his Conteſtibus, plenè Conuictus? Pro hoc aduertendum eſt, quod Denunciator voluntarius, non poteſt eſſe Teſtis, neque examinari inCauſa, in qua eſt Denunciator, niſi ad benè informandum *Iudicem* de circumſtantijs facti, ſuper quo denunciauit. Alia enim eſt ratio *Denunciatoris ex Officio*, vt eſt Conſul, Syndicus, Antianus (aut quocumque nomine vocetur is, qui debet ex officio crimina publica ad *Iudicem* deferre) à *Denunciatore voluntario*. Etenim ille, vt publicus Officialis, ſecundùm publicam conſcientiam, denunciare, & ſecundùm priuatam ſcientiam teſtificari, poteſt. (e) Et licet hæc concluſio non admittatur ab Abbate (f) ex optimo ſanè fundamento, nempè quia tales Officiales *veniunt puniendi, niſi probent denuntiata, vndè, vt euitarent pœnam, de facili deuiarent à veritate*; & cum contrà eos militet præſumptio falſi, non debent admitti in numerum Teſtium, tamen, quia tales communiter admittuntur, & examinantur tanquam Teſtes, poteſt dici, quod tanquam Teſtes aliquid probent; ſed tamen ſunt fidei diminutæ, ratione præſumptionis contra eos, de qua dictum eſt. Sed *Denunciator voluntarius*, nomine tantùm differt ab Accuſatore, & proindè non admittendus eſt, vt Teſtis, ſicut nec Accuſator, vt iura (g) volunt.

69. Pariter aduertendum eſt, quod, cum qui per alium facit, per ſe ipſum facere videatur, (h) ille, qui ſic alteri reuelat delictum, vt præfertur, eſt verus *Denunciator voluntarius*, qui per alium tali pacto denunciat. Nam quo fine occultum delictum Proximi, quod tegere charitatiuè debebat alteri aperuit? Si fuit, vt hoc modo eius notitia deueniret ad *Superiorem*, ad hoc vt peccantem corrigeret, debuit, ille non reuelare alteri, ad quem non ſpectat emendare peccantem, ſed *Superiori*, cuius proprium munus eſt. Si ergo hoc non fecit, ſed aperuit crimen alteri, quem ſciebat habere ſimultatem cum Delinquente, ſignum eſt, quod ipſe affectauit non correptionem, ſed punitionem, quam cum videret non poſſe, ex ſe, importare, ſi ipſe denunciaſſet, alterum ſummiſit, ſiue inſtigauit, ſaltem facto, ſi non verbis, ad denunciandum: & ità iſte eſt, verus *Denunciator*, licet per alium denunciationem procurauerit.

70. Sequitur ergo ex his, quod, quantumvis à *Reo* nulla fieret contra talem Teſtem, denunciantem per alium, vel minima exceptio, (fortè quia neſcit *Reus* occultum liuorem, quem ille habet contrà ſe;) quantumuis alius Teſtis plenè concordaret, & integrè probaretur ab his duobus Conteſtibus delictum, tamen ab iſtis non eſſet *Reus* dicendus Conuictus. Et ratio manifeſtiſſima eſt, quia Teſtis ille eſt *verus*, & *voluntarius Denunciator*, licet denunciauerit per alium; nec alia habenda eſt ratio (in ordine ad probandum) teſtimonij ipſius, quàm de Denunciatione facta ab eo, quem ipſe inſtruxit; & ſicut hæc non probat, ſed inſtruit *Iudicem*, ità pariter & illa. Quemadmodum enim, cum non apparet apertus Denunciator, ſiuè Accuſator, (& proceſſus incipitur per, *Deuenit ad aures*) primus Teſtis, qui reperitur examinatus, habetur pro Accuſatore, & non probat, (*l*) ità nec probare debet dictum iſtius, quia verus *Denunciator* eſt; licet in iudicio non appareat apertus, ſed palliatus ſub nomine alterius, per quem Denunciationem curauit. Pro praxi autem, vt talis *Denunciator*, qui per alium denunciauit, à *Iudice* cognoſcatur, aduerti, debet; quod in examine eius, qui Denunciationem defert, debet *Iudex* inſiſtere, vt dicat, *A quo nam ſciat Denunciatum taliter deliquiſſe? Qua occaſione dixerit, & quo fine? &c.* Et ex his cognoſcet *Iudex* animum eius, qui per alium ſic denunciauit, & eius teſtimonio maiorem fidem non pebet dare eà, quæ ſibi permittitur à iure.

71. Inter *Regulares*, autem omnes *Denunciantes* ſunt *voluntarij*, prout benè dicunt *Philippus de Bittis*, & *Eliſæus de Belgrandis*. (*l*) Et licèt *Paſſerinus* (*m*) arguat hoc dictum tanquam erroneum, eo quia, cum *Regulares* adſtringantur præcepto obedientiæ, facto à *Viſitatoribus*, ad denunciaudum Criminoſos, *Denunciatores* non ſunt *voluntarij*, ſed *neceſſarij*; tamen veriſſima eſt, concluſio. Etenim præceptum *Superioris* obligat ad denunciandum ſibi, vt *Patri*, vt paternè poſſit emendare. Si ergo Subditus eligit Denunciationem iudicialem, omiſſa paterna, hoc voluntariè facit, nec ad hoc vllo præcepto adſtringitur. Caueat ergo *Iudex Regularis Deum* timens in huiuſmodi caſibus; ipſe enim tenetur in conſcientia, fauore Rei, ſupplere ea, quæ Aduocatus ex ignorantia, aut inaduertentia omittit, vt textualiter diſponit vna Lex Codicis. (*n*)

Poteſt ergo dari Caſus, vt *Reus*, & conſequenter *Patronus* eius ignoret liuorem, quem habet contrà ſe ille Teſtis, qui per alium facit denunciare, & ità nullam Exceptionem habeat contrà eum, ita vt euadat integer. Sed quod non facit *Aduocatus*, vel *Patronus* debet facere *Iudex*; debet enim exquirere à tali *Teſte*; *Quarè reuelauit occultum crimen Fratris, & contra charitatem, illi, cui non debebat? Quarè ad Superiorem, ſi nolebat vt Iudicem, ſaltem vt Patrem non detulit? An optaret quod crimen illud occultum maneret? Quare ergo ipſum non tacuit? An ſciret animoſitatem, quam habet contra Reum ille, cui reuelauit crimen?* Et alia huiuſmodi, ex quibus proditur animus illius Teſtis. Hoc verò ſic detecto, nulla habenda eſt ratio teſtimonij illius, nihil enim probat, & ità per dictum illius, & alterius Conteſtis, non remanet *Reus* Conuictus. Et ad hanc doctrinam benè aduertant etiam *Patroni*; & caſu quo *Iudex* non præſtiterit diligentiam, quam diximus; in repetitione Teſtium facienda, articulent ſuprà datas interrogationes, & alias excogitent, quæ faciant ad punctum detegendi animum, quem habuit Teſtis inſtigando alium ad denunciandum; & ità ſaluabit Clientem ſuum an dicatur conuictus à Conteſtibus.

72. Sed qua pœna puniendus venit Conuictus per ſolos Teſtes non autem Cõfeſſus? Diſtinguendum eſt. Vel enim pro ceſſum eſt per viam *Accuſationis*, vel per viam *Inquiſitionis*. Si primò modo *Reus* Conuictus à Conteſtibus totaliter integris puniendus eſt pœna ordinaria. Si verò ſecundo modo, inter Nos, qui ſequimur diſpoſitionem *Canonicam*, mitiùs, quam ſit pęna ordinaria puniendus eſt; quandoquidem leuiori pęna percellendus eſt, iuxta *Canones Reus inquiſitus*, quam *accuſatus*, cum tamen in *Iure Ciuili* pari pęna caſtigetur Conuictus ſicuti Confeſſus, tum in *Accuſatione*, tum in *Inquiſitione*. (*o*) Et ratio diuerſitatis eſſe poteſt, quia *Accuſator* habet ius contrà *Reum* (maximè, ſi ille Cauſam ſuam proſequitur) vt ad præſcriptum legis plenè ſatisfaciat; & *Iudex* non poteſt de illa pœna remittere, quin tangat ius *Accuſatoris*, cui detrahere non licet, cum ille plenè præſtiterit id, ad quod ſe obligauit, puta probationem per Conteſtes; & proindè illi etiam debetur plena ſatiſfa-

ſatisfactio, quæ conſiſtit in ſubeunda plenè ordinaria pęna legis. In *Inquiſitione* verò, quia *Iudex* ex Officio procedit, habet plenum arbitrium mitigandi pęnas; & cum leges *Canonicæ* mitiores ſint, quam *Ciuiles*; & *Iudex*, ex Officio procedens, agat nomine *Eccleſiæ*, quæ eſt pia Mater; hinc eſt, quod de ordinaria pęna minuit, & mitiorem imponit. Accedit alia conſideratio, & eſt, quod raro euenit, quod dentur conteſtes ità integri, vt nec minimum defectum patiantur, proindè plenè conuictus per Teſtes, vt iura volunt, non poteſt dici *Reus*. Hinc eſt, quod ſi ore proprio non eſt confeſſus delictum, nunquam aut raro ad pœnam ordinariam condemnandus ſit. Hæc autem conſideratio militat tam in Foro Laico, quam Eccleſiaſtico.

73. Excipiendus autem eſt ab hucuſq; dictis caſus Notorij criminis: quantumuis enim *Reus* negaret, probata notorietate, condemnandus eſſet in pœnam ordinariam, etiam ſecundùm *Ius Canonicum*, vt argumento cuiuſdam *Capituli* probat *Abbas* ſequens *Innocentium*. (*p*) Quod pariter dicendum eſt, ſi *Reus* eſſet conuictus per plures, quam per duos Teſtes conteſtes; tum quia Teſtium multitudo induceret quodammodò rationem notorietatis; tum quia illorum numerus ſupplet aliquem defectum, quem poſſunt pati duo conteſtes. Hinc eſt, quod ſtante pleniſſima probatione, deberet ad pœnam ordinariam damnari, nihil ſibi ſuffragante negatione, quæ verè procedere tunc à proteruia credenda eſt.

74. Sed poteſt ne dici *Reus* conuictus per inſtrumenta, ſcripturas, & ſimilia? Dico, quod ſic, quandò nempè in ſcriptura, ſiue inſtrumento cõtinetur delictum; & tunc eſt, quandò inſtrumentum eſt publicum, & confectum de voluntate partium, quia tunc delictum, per illud ſolùm, probatur, & *Reus* eſt conuictus; (*q*) vt eſſet inſtrumentum in quo contineretur Vſura; ſiue alienatio bonorum *Eccleſiæ*; ſiue quantum ad Nos, Contractus emptionis, ſiue venditionis factæ à *Guardiano* nomine proprio, vel Conuentus, abſque interuentu *Syndici Apoſtolici*; vel Locationis Prati, ſeu Syluæ Conuentus: ex quibus contractibus *Guardianus* remaneret conuictus de Proprietate; & ſimilia: & in talibus caſibus non eſt neceſſe examinare, nec *Notarium*, nec Teſtes, qui interfuerunt contractui, inſtrumentum enim cum publicum ſit, & authenticum, vt ſuppono, probat ſeipſum, & delictum in eo contentum. (*r*) Si verò ſcriptura priuata eſt continens delictum, non conuincit ex ſe *Reum*, ſed debet probari per Teſtes ſcriptura, quod fuerit à *Reo* facta, eo modò, quo aliàs (*s*) dictum eſt.

75. *Dico ſecundò*; quod ſi deſint Teſtes conteſtes de delicto ipſo, examinare *Iudex* debet, An adſint indicia de delicto, quorum quodlibet per duos Teſtes ſit plenè probatum, vt *Textus* alibi (*t*) ordinat. Ad hoc autem ſciendum eſt, quod indicia alia ſunt violenta, ſiue indubitata; alia grauia, ſeu vehementia; alia leuia; vt ſuo loco diximus. Spectatis ergo indicijs per ſe, quantumuis indubitatis, aut violentis, non poteſt ex ijs deueniri ad pœnam ordinariam, ſed tantùm extraordinariam, vt communiter ſentiunt *Doctores*; (*u*) quos plena manu congerit *Antonius Conciolus*. Et ratio eſt, quia quando proceditur ex præſumptionibus, non eſt locus pœnæ ordinariæ; probatio enim per præſumptiones eſt longè minor probatione per Teſtes; vndè non eſt, vt poſſit eadem pœna puniri delictum probatum per Teſtes, & per præſumptiones. Probatio autem per indicia, vt patet, eſt probatio præſumptiua, & non realis. Scio quidem in aliquibus locis receptum eſſe conſuetudine, quod ex indicijs indubitatis deueniatur ad pœnam ordinariam, vt in *Senatu Mediolanenſi*; *Sabaudo*, & *Dolano*; nec non in *Regno Neapolitano*, vt teſtatur *Capycius Latro*; (*x*) quod etiam pro Tribunalibus ſupremis tantùm admittit *Carena*. Tamen non eſt *in Religione* recedendum à ſuperiori Concluſione, quæ veriſſima eſt, & communiter recepta, & omninò ſequenda à Tribunalibus, vt ſcribit *Giurba*. (*z*)

76. Aduertendum tamen, quod ad condemnationem, etiam ad pœnam extraordinariam, non ſufficit, quod indicia indubitata ſint per Teſtes integros probata; ſed requiritur, quod probationes ad defenſam non elidant, neque in toto, neque in parte præſumptiones inductas per indicia, ſed ipſæ maneant integræ in toto ſuo robore. Et ratio eſt, quia per probationem contrariam indicium amittit naturam indubitati, dubitabilem enim ipsũ reddit probatio contraria, quæ licet ſit minoris valoris, quàm indicium, tamen ipſum obnubilat, & infirmat, vt poſt multos ſcribit *Farinacius*, & *Guazzinus*. (*a*)

77. Dantur tamen aliquandò in facti contingentia nonnulla indicia, quæ vocantur pluſquam indubitata; & tunc eſt, quandò plura ſunt indicia, quorum quodlibet eſt ex ſe violentum, & vnum coadiuuat aliud, vt poſt multos docet *Raynaldus*; (b) vt fuit in caſu; quem ipſe narrat, in quo quidam ſclopo alium occidit, & à loco exploſionis viſus eſt fugere ipſe ſolus, & habere ſclopum præ manibus, ipſum in fuga reaptando, & aderat dictum Vulnerati, qui depoſuit fuiſſe ſauciatum ab eo, qui fugit, & vltra hæc confeſſio extraiudicialis ipſius *Rei*. In caſu ergo, quod talia indicia pluſquam indubitata interueniant, poſſe *Reum* etiam ad pœnam ordinariam deueniri plurium *Doctorum*, (c) & quidem vera, ſententia eſt, & de ea intellexerunt, qui ſcripſerunt ex indicijs indubitatis, (ijs nempè, qui cogunt mentem *Iudicis* ad credendum, ſine hæſitatione, delictum eſſe commiſſum,) poſſe *Iudicem* ad pœnam ordinariam deuenire. Et ratio eſt, quam benè expendit *Petrus Barboſa*, (d) quia in quadam lege *Codicis (e) Teſtes idonei*, (nempè conteſtes omni exceptione maiores;) *apertiſſima documenta*, (puta ſcripturæ authenticæ probantes factum,) & *indicia ad probationem indubitata* æquiparantur. Si ergo tum Teſtes, tum inſtrumenta probant ad pœnam ordinariam, idem erit *de indicijs*, non quoquomodo, ſed ad *probationem indubitatis*, ijs nempè, qui arctant *Iudicem* ad credendum non minùs firmiter, quam Teſtibus, & vocantur *indicia pluſquàm indubitata*. Nec releuat dicere, quod in iudicandis talibus indicijs, ſeu iudicando, per talia, vel ex talibus indicijs, Facto, poſſit *Iudex* falli; quia optimè reſpondet citatus *Barboſa*, quod non minùs falli poteſt à Teſtibus, qui appareant integri, licet in veritate tales non ſint, & tamen probatio per conteſtes eſt à iure, & à conſuetudine, tanquàm certa, approbata. Nec in rebus humanis requiritur ſemper certitudo euidentiæ, maximè in iudicando, aliter ſola delicta facta coram *Iudice* vindicarentur; ſed ſufficit certitudo fidei in rationabilitate fundatæ, qua, ſine dubitatione, quæ faciat hæſitare intellectum, hic aſſentit; quod etiam tenet *Paſſerinus*. (f) Aduertit autem (poſt nonnullos, quos citat) *Conciolus*, (g) quod contra iſta indicia indubitata datur probatio, per quæ poſſint elidi, quandoque enim interueniunt accidentia in caſibus, quæ communiter delictum indubitatè concludunt, quod tamen re vera nõ interuenit; & exemplificatur de aliquo, qui, videns Amicum ab inuaſore aggreſſum currit, vt ei ſubueniat; intereà aggreſſor enſe aggreſſum occidit, & ibi relicto enſe aufugit; ſuperuenit interim Amicus, & ſublato enſe, aggreſſorem fugientem perſequitur; obuiant intereà multi; qui hunc currentem cum gladio euaginato, & ſanguinolento vident; reperiunt cadauer adhuc calidum, & examinati deponunt vidiſſe talem cum enſe ſanguinolento fugientem à loco homicidij, ex quibus conſurgit indicium indubitatum ipſum fuiſſe occiſorem, qui tamen, re vera, non fuit. Sed hoc non negamus; concedimus enim dari probationes, (quæ tamen eſſe debent euidentiſſimæ) contra talia indicia. Sed loquimur de indicijs, quæ ſunt indubitata, & pluſquàm indubitata, & talia remanent etiam poſt probationes contrarias à *Reo* factas.

78. Si autem ſpectemus indicia indubitata vnita cum Teſte integro, dico, quod ſi ſunt indicia indubitata ad minùs duo, cum vno Teſte integro, aut duo Teſtes, licet non totaliter integri, cum vno indicio tali, poteſt deueniri ad pœnam ordinariam; ſi verò eſt vnum tantùm indicium tale cum vno Teſte integro, non eſt locus, niſi pœnæ extraordinariæ. (h) Ratio dictorum eſt, quia licet vnum indicium indubitatum ex ſe ſemiplenè probet in ordine ad Torturam, non tamen ſemiplenè probat ad condemnationem ordinariam, eſt enim minor probatio per indicium, quàm per Teſtem. Vndè quantumuis coniungatur Teſtis integer, cum indicio, non exurgit ex his plena probatio, ad pœnam ordinariam ſufficiens. Si autem ſint duo indicia indubitata, vnum ſupplet defectum alterius: ſicut etiam ſi duo Teſtes ſint non totaliter integri, vnum ſanat debilitatem alterius; & ſic vnita duo talia indicia cum Teſte integro; aut duo Teſtes non totaliter defectiui, cum vno indicio indubitato, faciunt probationem ſufficientem ad pœnam ordinariam.

79. Hic autem recolendum eſt, quod aliàs (i) diximus, puta, quod ſicut plura indicia leuia ſe coadiuuantia faciunt vnũ indicium graue, ità copulantur multa grauia ad eundem finem tendentia ad conſtituendum vnum, vel plura indicia violenta, ſiue indubitata. Unde in facti

con-

contingentia, examinare debet *Iudex* an tot indicia grauia ſint probata, vt ex his reſultare poſſint vnum, aut multa indubitata. Pariterque obſeruanda ſunt adminicula, quibus roborantur indicia, hæc enim aliquandò ità augent indicijs vim, vt non tantùm ad Torturam, ſed etiam ad condemnationem poſſint ſufficere. Et benè attendenda ſunt, quæ circa hoc ſcripſimus in *Titulo de Indicijs*.

80. *Dico tertiò*, quod, conſiderata qualitate probationis per Teſtes, vel per indicia, ſi locus eſt pœnæ ordinariæ, benè quidem, ſi verò extraordinariæ tantùm, oportet librare, quod genus, vel quis gradus pœnæ delicto debeatur, ne Sententia *Reum* vltrà iuſtitiam lædat. Pro hoc aduertendum eſt, quod controuerſia eſt inter *Doctores*, an pœna extraordinaria poſſit extendi ad *pœnam corporalem*. Et fuerunt aliqui, (*l*) qui reſponderunt negatiuè, volentes, quod pœna extraordinaria debeat eſſe pecuniaria, vel ad plùs Exilij; intelligendo pro *pœna corporali* illam, quæ eſt corporis afflictiua, & ſenſibiliter torquet. Sed ſententiam hanc, vt à veritate alienam, vltrà alios *Doctores* (*m*) arguit conſuetudo omnium Tribunalium, in quibus tanquam pœnæ extraordinariæ dantur Fuſtigatio, tractus Funis, & Triremes, quæ ſunt corporis afflictiua, caſu, quo locus non ſit pœnæ ordinariæ mortis. Verum tamen eſt, quod cum Nobilibus, & pecunioſis, pœnæ extraordinariæ non prætergrediuntur burſam.

81. Quia verò apud *Regulares* nulla eſt pœna mortis, nec pœna pecuniaria, (cum quilibet, ex vi voti ſubſtantialis cuiuſuis *Regulæ*, nempè paupertatis, nihil proprij poſſidere poſſit,) aliter regulanda eſt pęna ordinaria, & extraordinaria apud Nos, quàm apud Sæculares Clericos, vel Laicos. Dico ergo, quod pœnæ mortis ſuccedit, apud Nos, damnatio ad Triremes, vel ad Carceres formales perpetuò; & iſta vocatur *ordinaria pœna*, ſi eſt in *Statutis* pro aliquo delicto ſancita. Quia verò proprium *Religioſi* peculium eſt bona ipſius fama, & exiſtimatio; *pœna extraordinaria*, hoc eſt citrà mortem, erit omne id, per quod minuitur hæc, ſicut ex ſolutione pecuniæ minuitur cenſus familiaris Delinquenti in ſæculo. Verum eſt, quod talis pœna, ſi ordinetur in *Statutis* pro aliquo crimine, reſpectu illius erit *pœna ordinaria*, quemadmodum etiam in *Statutis* Laicorum pœna pecuniaria ordinaria eſt, ſi pro aliquo delicto ſancita ſit; & hæc, quia ordinaria, infligitur (ſi eſt decreta ex *Statuto*) pro delicto, pro quo in iure communi ſit ſancita pœna corporalis. (*n*) Extraordinaria autem pœna eſt dicenda omnis illa, quæ minor eſt ea, quæ impoſita eſt à *Statutis*, & hoc ſiue ſiſtendo in eodem genere pœnæ, puta ſi eſt corporalis, vel non; ſiue exorbitando de genere in genus. Ex. gr. Monetarum Adulteratores, vt dicitur ſupra (*o*) puniuntur ordinariè perpetuis Triremibus; ſi ergo in aliquo caſu, ex imperfecta probatione, tali pœnæ non ſit locus; extraordinaria poteſt eſſe damnatio ad Triremes ad tempus, ſeu Carceratio formalis, ſiue alia minor ad exigentiam delicti, & arbitrium *Iudicis*, & hoc ſiue corporalis ſit, vt Flagellationes, ieiunia, ſiue non corporalis, vt Priuatio vocis, Actuum legitimorum, *Prælaturæ*, ſiue *Officiorum Ordinis*. Sicut autem pœnæ mortis correſpondet apud Nos perpetuus carcer, aut remigatio; ità pœnæ pecuniariæ ſuccedit priuatio *Prælaturæ*, Vocis, aut actuū Legitimorum, per quam *Religioſus* cenſus, puta bona exiſtimatio, diminuitur. Quemadmodùm verò per confiſcationem omnium bonorum, quæ eſt maxima inter pœnas pecuniarias, Sæcularis ſpoliatur totaliter patrimonio ſuo; ità apud Nos *priatio Officiorum Ordinis*, per quam *Religioſus* cenſum ſuum totaliter amittit, comparari debet cum confiſcatione.

82. His prælibatis de pœna extraordinaria, dicamus quomodo debeat *Iudex* regulare arbitrium ſuum in illis temperandis. Dico igitur, quod diminutio pœnæ oriri poteſt, vel ex defectu perfectæ probationis ſubſtantiæ delicti; vel ex qualitate minuente malitiam delicti; vel ex qualitate perſonæ Delinquentis. In primo caſu, dico, quod pœna extraordinaria debet contineri in genere pœnæ ordinariæ; puta, ſi hæc corporalis eſt, corporalis etiam eſſe debet pœna extraordinaria ſiue in eadem ſpecie cum ordinaria, ſiue in æquiualenti. Ex. gr. *Caius* adulterinam monetam expendit, & ad querelam illius, cui data fuit in ſolutionem alicuius debiti; & ad infamiam, quod *Caius* ſit Monetarius, formatur Inquiſitio. In viſitatione Cellæ reperitur Clibanus, Follis, Crucibula, Incus, malleus, carbò, forcipes, maſſa Alchimiæ, & cuneus non

tamen illius monetæ, quam expendit, ſed alterius, cuius aliqua quantitas pariter eſt reperta; Teſteſque deponunt audiuiſſe frequenter ictus validos mallei percutientis, *Caio* ſolo in Cella clauſo, & aperire nolente. In hoc caſu dicetur delictum non perfectè probatum quo ad pœnam ordinariam; quia licet hoc ſit difficilis probationis; vt ex iure deducitur, & proindè probetur coniecturis, (*p*) tamen, quo ad condemnationem ad pœnam ordinariam, pro tali crimine, non ſufficit probatio præſumptiua, ſed debet eſſe concludens. (*q*) Quæ pœna ergo extraordinaria iſti deberetur? Certè, quia ex prædictis eſt violentiſſima præſumptio, cui parùm deeſt de probatione perfecta, deberetur pęna Triremium non perpetua; Et hæc eſſet pœna extraordinaria; aut ſi ratione ætatis, infirmitatis, aut Dignitatis talis pęna non conueniret, deberetur carcer formalis; & pęnarum dictarum diuturnitas deberet menſurari ex maioritate, aut minoritate indiciorum, intra ſpeciem tamen indubitabilium.

83. Si verò, ex defectu qualitatis minuentis malitiam delicti, ſit mutanda pęna ordinaria in extraordinariam, tunc iſta benè poteſt extendi extra genus, & ſpeciem pęnæ ordinariæ, & reduci ad aliam, puta à corporali ad non corporalem. Vt ſi aliquis, dum erat Ebrius, occidiſſet, aut vulneraſſet ad mortem, non debet puniri pęna ordinaria homicidarum, quæ de iure communi (*r*) eſt mors; ſed pęna extraordinaria; & hæc aliquando eſt corporalis, vt Triremium; aliquando non, vt pecuniaria, & varietas iſta penarum variatur pro modo culpæ, vt benè dicit *Clarus*. (*s*) Et obſeruandum ſemper eſt, quod eo minor debet eſſe pęna, quo magis culpa recedit à dolo.

84. Si tandem ex conditione perſonæ, vtpotè ætatis, infirmitatis, aut Dignitatis ſit danda pęna extraordinaria, attendenda eſt grauitas delicti comparata qualitati perſonali; & ſi hæc proportionabiliter illam vincit poteſt mutari pœna de genere ad genus, & de corporali ad non corporalem. Sin minùs, non ſit mutatio de genere ad genus. Ex. gr. Si aliquis *Pater Ordinis* actu, vel habitu, lapſus ſit in fornicationem, ratione dignitatis, ſibi minuenda eſſet pęna carceris ſemeſtris, & danda priuatio actuum legitimorum ad tempus; ratio eſt, quia conſiderata ipſius Dignitate, ipſa eſt ex excellentioribus, quæ ſint in *Religione*; Fornicatio verò non eſt ex atrocioribus inter crimina. Si verò eſt probatus *Reus* homicidij appenſati, & ideò ad triremes mittendus; pęna extraordinaria non debet egredi genus pęnæ corporalis; & proindè tradendus eſſet Carceri formali perpetuò, aut ad longum tempus. Quod ſi mutāda eſt pęna Statutaria, ex eo quod perſona illius capax non eſt, quemadmodum Laicus Conuerſus, cui dari nequit priuatio Officiorum Ordinis; tunc mutari benè poteſt pœna non corporalis ad corporalem, puta flagellationis, ieiuniorum, & etiam carceris formalis. Et ratio eſt, quia pęna corporalis ſuccedit in locum pęnæ pecuniariæ; quando hæc ſolui non poteſt; (*t*) vndè vulgatum illud, *qui non habet in ære, luat in corpore*. Diximus autem ſuprà, quod Priuationes Suffragij, aut Actuum legitimorum ſunt pęnę pecuniarię *Religioſis*; & cum iſtas non poſſit Conuerſus luere, optimè in locum iſtius ſuccedere debet pęna corporalis.

85. Quia verò extraordinaria pęna datur etiam maior, quàm ſit ordinaria data per Legem; videndum eſt ex quibus cauſis moueri debeat *Iudex*, ad ordinariam augendam. Dico ergo, quod delictum, ſiſtendo etiam in ſpecie ſua, poteſt à circumſtantijs grauari, ſicut & minui. (*u*) Circumſtantiæ autem ſunt grauantes vel ratione modi; vt ſi aliquis non ſolùm occideret hominem, ſed cadauer membratim obtruncaret; vel ratione ſcandali ſecuti; vt ſi Frater in publico Foro Fratrem percuſſiſſet; vel ratione temporis, vt ſi in die *Paraſceues* ſcortatus eſſet in lupanari; vel ratione reiterationis eiuſdem, aut multiplicationis aliorum delictorum. Interueniente autem vna ex his cauſis (& maximè vltima, quæ ſecundùm *Doctores eſt* potiſſima cauſa penarum augendarum (*x*) ità vt ſcribat *Farinacius*, (*z*) quod, ratione reiterationis delicti, pęna pecuniaria determinata à *Statuto*, poteſt augeri, etiam ad pęnam corporalem) *Iudex* poteſt, tuta iuſtitia, pęnam ordinariam augmentare. Alia eſt etiam ratio augendæ pęnæ, quæ eſt ſeparata à delicto, & hæc eſt, quando viget multitudo Delinquentium, per quos, ex frequentia talis delicti, vltra modum, conturbatur *Reſpublica*, & maximam iacturam bonæ famæ patitur *Religio*. Tunc ad deterrendos cæteros, ne tale delictum committant, poteſt, de iure,

pęna

pena augeri. Verumtamen eſt, quod non faciendum eſt hoc, niſi à *Iudice*, qui poſſit aliàs, per modum edicti, pęnam Statutariam augere pro tali delicto, vt poſſunt facere *Prouinciales* in ſua *Prouincia*; quandoquidem ſic pęnam augere, ex multiplicitate Delinquentium, ſpectat ad illum ſolum, qui poteſt, per modum *Statuti*, *Edicti*, ſiue *Præcepti*, pęnas criminibus præfigere; vt de *Principe*, in ordine ad hunc caſum, ſcribit *Menochius*. *(a)*

86. Si autem indicia ità remaneant debilitata, vt ex violentis, & indubitatis redacta ſint ad qualitatem grauium tantùm: & plura ſint, iuncta cum vno Teſte integro, aut adminiculato, ità vt euadat probatio delicti pluſquam ſemiplena, & locus ſit Torturæ, *Iudex* autem, ex dictis aliàs, *(b)* arbitretur, meliùs eſſe, omiſſa Tortura, deuenire ad pęnam extraordinariam, debet eam adhuc mitiorem imponere, quam illa ſit, de qua hucuſque locuti fuimus. Et ratio eſt; quia cum debilior ſit in hoc caſu probatio, quàm in ſuperioribus caſibus, leuior etiam comparatiuè debet eſſe pęna in hoc caſu iniungenda. Nec audiendus eſt *Paſſerinus*, *(c)* qui longo diſcurſu nititur probare, quod *Reus*, etiam *Regularis* ſit omninò torquendus, caſu quo non adſit plena probatio ad condemnationem ſufficiens, ſed tantùm ad Torturam. Quia fundamentum ipſius non cogit. Eſt autem hoc. Quod omnia iura volunt, quod *Reus* non puniatur niſi conuictus, vel confeſſus; vndè ſequitur, quod cum aliquis talis non ſit, torqueri omninò debeat ad habendam confeſſionem; & ſi non eſt locus Torturæ ex cauſa aliqua, nempè ætatis, vel infirmitatis debeat abſolui, vt nonnulli *(d)* volunt, quos ipſe citat. Et enim retorqueo argumentum, & dico, quod Tortura eſt pęna; & hoc negari non poteſt cum ſit corporis afflictiua; & non differt à pęna condemnatoria, niſi, quia hæc infligitur per Sententiam finalem, & illa per interlocutoriam. Si ergo ad pęnam, vt quis damnetur, requiritur plena probatio, ſequitur, quod hæc requiretur, etiam ad Torturam; & ſic non probato delicto non erit *Reus* torquendus, quod eſt abſurdum, & oppoſitum ſuæ concluſioni. Quod ſi dicas, quod requiritur probatio plena ad decernendam pęnam in Sententia finali, & de ea intelligitur propoſitio illa. Reſpondeo, quod eſt voluntariè dictum; nulla enim eſt diſparitas inter pęnam inflictam per Sententiam finalem, & interlocutoriam, niſi quod per iſtam non finitur lis criminalis conteſtata, & per illam terminatur; cæterum vtraque eſt cum cognitione cauſæ, vtraque eſt à *Iudice*; vtraque decreta per Leges; vtraque affligit corpus; vtraque requirit præcedentes probationes. Si ergo ex probatione non plena poteſt infligi Tortura, ex eadem poterit infligi pęna extraordinaria, quæ aliquando eſt mitior quam Tortura; & ſicut per Torturam purgantur indicia delicti non plenè probati, ità per pęnam extraordinariam eadem purgari poſſunt. Proindè non eſt à noſtra ſententia recedendum; attento maximè, quod multi *Rei*, qui torqueri non poſſunt, & tamen habent contra ſe ſufficientes probationes ad pęnam, Torturam euaderent, omninò impuniti, ſi condemnari non poſſent extraordinariè, quod eſſet graue abſurdum, & *Religioni* valdè pernicioſum.

87. *Dico quartò*, quod ſi *Reus* tortus fuerit, & perſtiterit in negatiua, debet *Iudex* conſiderare, an tortus fuerit ex indicijs grauibus, & etiam plùs, quàm grauibus, aut ex indicijs violentis ad condemnationem in pęnam ordinariam ſufficientibus. Si primò, Sententia debet eſſe abſolutoria cum clauſula *rebus ſic ſtantibus*, quemadmodum ſuprà dictum eſt, *(e)* ex hoc enim, quod talia indicia ſunt ſufficienter purgata per Torturam; non eſt locus pœnæ vlteriori. Si verò indicia fuerunt indubitata, poteſt adhuc *Reus* in Sententia condemnari in aliquam pœnam extraordinariam. Et ratio eſt, quia talia indicia æquiparantur quaſi probationi per Teſtes, & ſi ſunt pluſquam duo, æqualia illi reputantur, ob quod, (vt modò dixi) poteſt per hæc ad pœnam ordinariam deueniri. Sicut ergo conuictus per Teſtes, ſi torquetur, (vt ſit in aliquibus Tribunaliqus, in quibus *Reus* conuictus non damnatur, niſi etiam ſit confeſſus,) & perſiſtat in tormentis negatiuus, non abſoluitur, ſed damnatur ad pœnam extraordinariam; ità pariter Tortus ſuper indicijs violentis, ſi ſuſtinet, debet damnari ad aliquam pœnam extraordinariam, non quidem tantam, quanta fuiſſet, ſi tortus non eſſet, ſed longè minorem; & nullo modo debet eſſe corporalis, vt poſt Farinacium volunt multi. *(f)*

88. *Dico* tandem, *quintò*, quod ſi indicia in Dafenſionibus ſint infirmata taliter,

ter, quod non remaneat locus Torturę; nec tamen ſint plenè euacuata, debet *Reus* abſolui cum clauſula *Rebus ſic ſtantibus &c.* & ratio eſt, quia communis eſt *Doctorum* opinio, de qua poſt *Iaſinem* teſtatur *Clarus*, (g) quod vbi *Reus* non eſt ſemiplenè conuictus, ità vt torqueri poſſit, eſt abſoluendus cum clauſula *Rebus &c.* & hæc ſententia eſt canonizata à praxi omnium Tribunalium. Perindè autem eſt, quod indicia ità ſint eneruata per contrarias probationes in Defenſionibus, ità, vt nõ ſufficiant ad torturam; ac ſi talia fuiſſent ante Defenſiones, quod minimè ſuffeciſſent neque ad torquendum, neque ad *Reum* conſtituendum; ergo ſicuti, tali caſu, non eſſet *Reus* inquietandus, neque citandus, ità pariter eſt dimittendus abſolutus in hoc caſu. Et re vera ſi benè conſideretur res, nihil penitùs releuat quod pro Fiſco aduenerint tales probationes, quæ fuerũt reputatæ à *Iudice* ſufficientes ad torturam; quia ſi illæ debilitentur à *Reo* taliter, quod ampliùs non ſufficiant; eſt ſicut, ſi à principio proceſſus comparuiſſent, & non fuiſſent ſufficientes, vt ex ijs poſſet *Reus* conſtitui, & multò minùs torqueri: Defenſio enim, quæ debilitat indicia ponit *Reum* in ſtatu, ac ſi ſola debilia indicia contra eum exiſtiſſent; & proindè, poſt Defenſiones, debet pronunciari non punibilis, ſicut talis fuiſſet iudicandus ante Defenſiones ex debilitate indiciorum, ob quam conſtitui minimè potuiſſet.

89. Contrà hanc reſolutionem in iure, & ratione fundatam eſt ſententia Sgroi, quam approbat Paſſerinus, (b) qui vult, quod *inter Regulares, quando crimen non eſt ſemiplenè probatum, non poteſt Reus, nec torqueri, nec abſolui: quia vbi non poteſt locum habere condemnatio, nec poteſt locum habere abſolutio. Debet ergo proceſſus incompletus conſeruari per aliquod tempus, ad videndum, ſi poteſt compleri per alias ſuperuenientes probationes, vel indicia: & non ſuperuenientibus indicijs, facientibus ſaltem in totum ſemiplenam probationem, debet proceſſus amoueri ab Archiuio*; hæc Sgroi. Sed iſta opinio, ſalua reuerentia tantorum virorum eſt in ſe falſa; *Reo* iniuſta; & in praxi periculoſa. *Falſam* dico, quia falſum eſt fundamentum, cui innititur, puta, *quod vbi non poteſt locum habere condemnatio, nec locum poteſt habere abſolutio*; quia eſt totum oppoſitum, puta, quod vbi non poteſt locum habere condemnatio, ibi debet eſſe abſolutio; quælibet enim lis aut ciuilis, aut criminalis debet per Sententiam dirimi, in Sententia autem contineri debet de neceſſitate, aut condemnatio, aut abſolutio, nec datur medium, nec ambæ, vtpote immediatè contrariæ, poſſunt eidem ineſſe; ſequitur ergo, quod ſi in Cauſa non eſt locus condemnationi, Sententia debet continere abſolutionem, aliter poſſet dici, quod quando aliquis ſe probat verè innocentem, non poſſet abſolui, quia in Cauſa ſua non eſſet locus condemnationi, quod eſt fatuum. Eſt pariter *Reo* iniuſta cũ per eã irreparabiliter grauetur; etenim quandò incipitur proceſſus contrà *Religioſum*, incipit fama eius deteriorari apud *Fratres*, nec poteſt ipſa reparari, niſi per Sententiam abſoluatur. Quod ſi proceſſus maneat in ſuſpenſo per aliquod tempus, & poſt ab Archiuio remoueatur, ſemper grauata remanet eius exiſtimatio. Habet autẽ *Reus* ius ad Sententiã pro abſolutione, quando non adſunt ſufficientia indicia ad condemnationẽ, ſicut Fiſcus ad condemnationem quando *Reus* ex ſuis Defenſionibus, non affert ſufficientes probationes ad abſolutionem; pari enim paſſu ambulant iura Fiſci ad condemnandum, ſicut iura *Rei* ad abſoluendum; & ideò ſicut *Iudex* poteſt præfigere tempus congruum *Reo* ad ſe tuendum; ità poteſt inſtare *Reus*, vt, intra tempus conueniens, *Iudex* cauſam expediat; & hoc ſi *Iudex* denegat, *Reum* vltrà fas grauat, & appellare poteſt; proindè inſtante *Reo* (in caſu noſtro) vt abſoluatur abſolui debet, vt vult etiam *Paſſerinus*. (i) Nec inferioris conditionis, ſed melioris debent eſſe *Religioſi*, quàm Laici, vt ibidem idem *Paſſerinus* dicit; ſed Laici abſoluuntur in citato caſu, & ad plùs aſtringuntur ad dandam fideiuſſionem de *ſtando, & parendo iuri, & ſe præſentando toties, quoties &c.* vt ait Carauita: (l) Ergo debent abſolui etiam ipſi, & non habent obligationem dandi fideiuſſionem, ex eo, quod ſatis fideiuſſerunt per Votum obedientiæ, quo ſunt vinculati, & ſemper ſunt prompti ad parendum, & comparendum in iudicio.

90. Tandem eſt in praxi *periculoſa*, & *Religionis* maximè turbatiua. Etenim ſi *Prouincialis*, qui (vt plurimùm) vult ſibi Succeſſorem compoſitum ad proprium genium ad *Prouincialatum* euehere, & obſeruet aliquem concurrentem, qui forte vincet in *Capitulo*; facilè poſſet per adhæren-

rentes ſuos, arrepta aliqua occaſione, infamiam delicti de illo euulgare, & proceſſum incipere, ipſum conſtituere, & Defenſiones decernere. Sub prætextu autem expectandi vlteriora indicia, poſſet proceſſum in Archiuio ponere, & inter Fratres vulgare, quod cum ſit ſub *Iudice* nequit ad *Prouincialatum* concurrere; & ità Innocenti, aut ſaltem inculpabili, nocere, vel impunibilem inſenſibiliter punire. Licet enim ſimpliciter inquiſitus; aut etiam condemnatus (dūmodo appellauerit) poſſit nihilominus eligi, (dummodò non maneat infamatus apud graues viros; vt aliàs (*m*) probauimus,) tamen, apud Fratres, viget contraria opinio, licet falſa, & credunt ineligibilem eſſe eum, qui quoquomodo ſub Iudice eſt; & ideò non darent tali caſu ſuffragium illi, quod aliàs dediſſent. Salubriter porrò *Statuta Generalia Ordinis* (*n*) cauerunt, quod *Miniſtri Prouinciales* punitiones non differant vſque ad aduentum *Generalium*, aut *Commiſſarij Viſitatoris in Prouincia*. (Et licet in talibus Statutis non fiat mentio de Commiſſarijs, tamen hoc habetur in *Statutis Congregationis Romanæ anno* 1575. (*o*) quæ inſerta fuerunt in *Valliſoletanis*, (*p*) à quibus ad marginem *Romana* prædicta citantur, *Statutum* verò prædictum Ordinis, ex *Valliſoletanis*, ibi ad limbum aſſignatis, extractum fuit; quapropter ad normam *Statuti* genuini, & primogenij eſſet *Statutum* illud reducendum.) Ratio autem talis diſpoſitionis eſt, tum ne Subditi in malo inſordeſcant impuniti; tum vt obuietur huiuſmodi artificijs malitiæ, quibus mali homines aliquando iuſtitiam, publicamque poteſtatem, priuatę, & iniuſtæ ſuæ ipſorum paſſioni ſeruire, faciunt.

91. Debent ergo *Prouinciales* proceſſus inceptos quantò citiùs terminare, nec differre in longum, ſinè legitima cauſa, poſsūt differre eorum terminationem; aut eos interminatos ſepelire; ſed omnino tenentur ſententiare abſoluendo, aut condemnando; & teneo, quod ipſi obligentur ſub mortali, ad ſententiandum; quia, incipiendo proceſſum, *Reus* grauatur in fama, & non poteſt hęc reparari niſi per Sententiam, caſu quo non reperiatur de iure punibilis: ad hoc ergo, ex iuſtitia, *Iudex* obligatur. Non nego tamen, quod ſi *Iudex* expectat Teſtes longinquos, qui breui aduenturi ſunt; vel eorum teſtimonia recepta ab alio *Superiore* ad quem literas commiſſionales miſit ad eos examinandos, poſſit differre complementum proceſſus, donec illa peruenerint. Sed relinquere proceſſum imperfectum ſub ſpe indiciorum incertorum, ſi fortè euenerint, nullo modo poteſt, vt probatum eſt,

II. Quæritur. Quomodò regulanda ſit Sententia, quando Diffinitores diuerſa opinantur?

COMMENTARIVS.

SVMMARIVM.

92. *Sententia quomodo regulanda quando Diffinitores diuerſo modo opinantur.*
Sententia plurium Iudicum quando præualeat.
Sententia fauorabilior Reo præualet in cauſa criminali.
In Cauſa ciuili, & Cauſa non priuilegiata, præualet Sententia fauorabilior Reo, ſi vota ſint æqualia.
Iudices Delegati ſi ſint numero pares, diuerſa opinando, nulla Sententia præualet, ſed res deferenda eſt ad Delegantem.
Idem dicendum eſt ſi Iudices ſint Compromiſſarij, aut Arbitri.
93. *Prouincialis in paritate votorum non habet deciſiuum in cauſis criminalibus.*
94. *Iudex, habens Conſiliarios participes in officio iudicandi, debet ſententiare iuxta vota illorum, aliter Sententia eſt nulla.*
Præſes in Collegio Iudicum non debet aperire votum ſuum, ſed ſententiare iuxta votum maioris partis Coniudicum.
95. *Pœna minima eſt inferenda, quando plures Iudices diuerſas pœnas opinantur.*
Diffinitores ſi abeunt in varias ſententias, quænam præferenda in ſententiando.
96. *Prouincialis quid poſſit agere, ſi videt Diffinitores conglobatos ad fauendum, contra ius, Reo?*

Diffi-

Diffinitores quid poſſint agere, ſi Prouincialis ceruicoſus vult, contra ius, Reum grauare, vel abſoluere.
Appellatio extraiudicialis à grauamine futuro ſuſtinetur.
In appellatione extraiudiciali adducenda eſt cauſa.
Diffinitor vnus quomodò poſſit iuſtè ſolus iniuſtam Sententiam impedire.
97. *Soluitur obiectio.*
98. *Quæ dicuntur de Sententia diffinitiua, quadrant etiam pro interlocutoria habente vim diffinitiuè, ſi nullum ſequitur abſurdum.*

92. RÉſpondeo. Quod quando plures ſunt *Iudices*, qui in duas tantùm ſententias diuiduntur, ſtandum eſt ſententiæ plurium, & hoc ſiue *Iudices* ſint *Ordinarij*, ſiue *Delegati*, ſiue *Compromiſſarij*, vt ſunt *Arbitri*; vt expreſſè habetur ex vtroque iure. *(q)* Quod ſi ſint numero pares, vt ordinariè euenit in *Diffinitorio in Prouincijs Citramontanis*, in quibus ſex tantùm *Vocales* interueniunt, illa ſententia tenet, quæ eſt *Reo* fauorabilior, & hoc in criminali cauſa abſolutè; in cauſa verò ciuili tenet ſententia pro *Reo* niſi cauſa eſſet priuilegiata, aut fauorabilis, vt pro *Matrimonio*, *Dote*, *Libertate*, *Eccleſia*, *Sacramento &c.* vt dicunt leges *(r)* Hoc verò debet intelligi ſi *Iudices* ſunt *Ordinarij*, ſicut ſunt omnes de *Diffinitorio*. Si enim eſſent *Delegati* neutra ſententia valeret, ſed res referenda eſſet ad delegantem, & eſt Textus in iure *(s)* expreſſus: ſicut pariter nulla ſententia prævalere deberet, ſi *Iudices* eſſent *Compromiſſarij*, ſiue *Arbitri*; & prædictæ Concluſiones ſunt deciſæ per textum cuiuſdam Decretalis. *(t)*

93. Difficultas autem eſt in hoc caſu, an *Prouincialis*, vti *Præſes in Collegio Iudicum*, poſſit adhibere votum deciſiuum, ſicut facit in Electionibus, quæ fiunt per ballotationes vbi ipſe, ex Statutis *(u)* in paritate votorum pro libito decidit. Et dico, quod in hoc caſu nullum habet votum deciſiuum. Et ratio euidentiſſima eſt ex duplici principio; primum eſt, quod in paritate votorum, Lex iam decidit, quod fauendum ſit *Reo*, vt ſuprà dictum eſt; non poteſt ergo *Prouincialis* voto ſuo deciſiuo, deciſionem legis immutare. Aliud eſt, quod *Cuſtos*, & *Diffinitores*, qui ſunt impares in numero, ſunt *Conſiliarij Prouincialis* in ſententiando, licet omnes ſint *Iudices Ordinarij* reſpectu *Rei*, dicitur enim in *Statutis (x) Ordinis*, quod *Prouinciales* ſententiare non poſſunt niſi de maioris partis *Diffinitorij conſilio, & conſenſu*, quod etiam repetitur in *Textu*; *(z)* & per hoc ipſe tenetur ſequi maiorem partem Conſulentium. Vnde caſus non poteſt dari ſaltem in *Prouincijs Citramontanis*, quod vota in *Diffinitorio* in ſententiando ſint paria. Et enim ex hoc principio ſequitur, quod cum *Prouincialis* incipiat exquirere conſilium ab vltimo *Diffinitore*, vſq; ad *Cuſtodem* progrediendo, dum videt tres vno modo, & duos alio modo opinari, ipſe tenetur adhærere ſententię trium, qui ſunt plures, & ſic euadent quatuor, & duo, & hoc modo nunquam euadent tres, & tres; & ſic nunquam erit paritas, nec erit occaſio vtendi voto deciſiuo.

94. Dicetur ad hæc, quod hoc modo *Prouincialis* nullum haberet arbitrium in ſententiando, alligatus enim eſſet conſilio *Diffinitorum* quorum pluralitatem ſequi teneretur. Reſpondeo concedendo concluſionem illatam; etenim licet *Prouincialis*, vt *Iudex Principalis*, imò *Præſes Iudicum* ſententiet, tamen ſententia ſua, ex decreto *Statutorum*, vinculata eſt conſilio plurium ex *Diffinitoribus*; & ſicut ſententiare non poteſt contra leges, ità non poteſt ſentire contra votum plurium, cui *Statuto* alligata eſt ſententia ipſius; ita vt ſi recedit à voto plurium Conſulentium, ſententia eius nulla eſt, & eo magis, quod *Conſiliarij* ſunt participes in officio iudicandi, vt notat *Baldus*. *(a)* Imò ſi volumus adhærere *Caballo*, *(b)* cum *Prouincialis* ſit *Præſes* in *Diffinitorio*, in Cauſa criminali non debet aperire votum ſuum, ſed ſimpliciter ſententiare ſecundùm votum maioris partis *Diffinitorum*. In *Prouincijs* verò *Vltramontanis*, in quibus ingreditur *Diffinitorium Ex-Prouincialis* immediatus, ex quo fit quod ſex ſint *Conſiliarij*, qui poſſunt in duas æquales partes diuidi; ſiue etiam in *Citramontanis* in quibus eſt, vel *Diſcretus*, vel *Pater Ordinis*, vltrà conſuetos de corpore *Diffinitorij*; vel quando abeſt *Cuſtos*, & remanent tantùm quatuor *Diffinitores*, idem poterit euenire, nemp è quod vota opinantium contraria ſint parca. Quid agendum tali caſu? Dico, quod debet *Prouincialis* adhærere conſilio, quod ſtat pro *Reo*. Et ratio eſt, quia in paritate votorum, vt ſuprà dictum eſt, ſemper ſententiare debet pro *Reo*.

95. Si

95. Si verò vota *Diffinitorum* in diuerſa abeunt, & vnus ſentit pro abſolutione, duo pro condemnatione ad talem pęnam, & duo ad pœnam maiorem; tali caſu quid agendum? Ad hoc dico, quod communis ſententia *Doctorum* (c) eſt, quod quando ſunt diuerſi *Iudices*, & vnus arbitratur in pœnam decem, alius octo, alius ſex annorum, debet infligi pœna minima: & ratio eſt, quia in minimo numero omnes conueniunt; cum enim minimus numerus contineatur in maiori, *Iudex* qui vult maiorem numerum infligere; vult etiam minorem in eo contentum; & ità cum omnes vel explicitè, vel implicitè in minori conueniant, minor pœna eſt danda. Quod ergo dicitur de maioritate, & minoritate extenſiua, quadrat etiam de eadem intenſiua: ſicut enim minor numerus continetur in maiori, ità minor pœna intenſiua continebitur in maiori; vnde qui cenſet deberi *Reo* pęnam Triremium, cenſet à fortiori eidem pœnam Carceris, quæ affligit quidem corpus, non tamen tantum, quantum Triremes. Si ergo ſint quinque in *Diffinitorio*, & vnus opinetur *Reum* abſoluendum, duo condemnandum ad Carceres, & duo ad triremes, liquet, quod præualere debet ſententia eorum, qui volunt condemnationem, quia in ea conueniunt quatuor. Sed quia duo volunt Carcerem, & duo Triremes, danda eſt pœna Carceris; tum quia in ea omnes conueniunt, (cum ij etiam, qui cenſent maiorem pœnam nempè Triremes, ex conſequenti minorem etiam puta Carcerem velint) tum quia, vt dicebamus, in pari cauſa, *Reo* potiùs eſt fauendum; & ità minor pœna imponenda. Quod ſi eſſent tres, qui cenſerent Triremes, & duo Carceres, perfectò Triremes deberent dari, quia ibi maior numerus Conſulentium vincit minorem; Regula autem ſuprà data vera eſt, quando ſinguli *Iudices* diuerſa arbitrantur, & non eſt, vndè vincat ſententia vnius, vel alterius; & cum par ſit cauſa omnium, recurritur ad id, in quo conueniunt, puta numerum minorem, & *Reo* magis fauorabilem. Sed quando numerus Conſulentium vincit, illa ſententia eſt ſequenda; cui maior pars adſtipulatur.

96. Quia verò dari poteſt caſus quod duo, vel plures *Diffinitores* conglobati ad fauendum *Reo* factionario ſuo, contra iuſtitiam, opinentur pro eo abſolutionem, & pœnam longè minorem delicto, ſi *Prouincialis*, rectitudinem iudicij volens, intendit pro debito punire, non poteſt, cum alligatus ſit conſilio eorum, qui aut ſaluare *Reum* volunt, aut indebitè pęnam minuere; quomodo ergo ſe geret tunc *Prouincialis*, vt iuſtitiæ ſatisfiat? In hoc caſu remedium prudentiale adhibeat *Prouincialis*, & ſit. Oſtenſo proceſſu ſingulis de *Diffinitorio*, requirat à ſingulis ſeparatim ſententiam ſuam; & ſi dicant, ſe iudicare *Reum* abſoluendum, aut leuiter puniendum, *Prouincialis* opponat rationes, quibus ſententiam illorum impugnet, & expugnet. Si illi abeunt perſuaſi in ſententiam rectam, benè quidem; ſin minùs; ſcribat totum negotium ad *Superiorem Generalem*; à quo ordinem habebit, vt, illis omiſſis, alios ſubſtituat ad ſententiandum. Et licet hoc poſſit ex ſe, vt aliàs (d) diximus, tamen cum minori turbatione hoc præſtabit, ſi oſtendet ſe habere talem ordinem à *Superiori Generali*; & ità periculum iniuſtitiæ anteuertet. Non minùs faciendum eſt à *Diffinitoribus*, ſi *Prouincialis*, plus æquo aut contrarius, aut fauorabilis *Reo*, nollet conſilia, & rationes fundatas eorum audire, ſed ceruicoſa obſtinatione in ſua ſententia permanere; debent enim, præmiſſa proteſtatione de nullitate, Sententiæ non ſubſcribere, & ſuas rationes ad *Generalem* referre, ſummariando Proceſſum, & merita cauſæ, & producendo rationes *Prouinciali* adductas. Et talis proteſtatio, & appellatio facit, quod ſi *Prouincialis* obſtinatus in ſua opinione ſẽtentiet, Sententia eſt ipſo iure nulla; talis enim Appellatio, (quę extraiudicialis eſt) à futuro iniuſto grauamine ſuſtinetur; extraiudicialiter enim à grauamine inferendo appellari poteſt, vt ex iure (e) deducitur. Quia verò in Appellatione extraiudiciali debet adduci cauſa rationabilis, vt dicit Abbas, (f) ne euadat friuola, & reijcienda, *Diffinitores* proteſtantes, & ſubinde appellantes, adducant aliquam rationem in iure fundatam, ob quam non debeat ferri Sententia, eo modo, quo intendit eam ferre *Prouincialis*, vltra fas abſoluendo, vel condemnando. Et licet grauamen nullum *Diffinitoribus* inferatur, & videatur ob hoc, non poſſe ipſos à tali Sententia ferenda appellare; tamen grauamen inferendum tangit bonum *Reipublicæ*, cui intereſt, ne Innocentes damnentur, neuè Sontes citrà, vel vltrà fas puniantur; & ratione publici boni, licet cuique appella-

Appellans à Cenſura ferenda debet adducere cauſam Appellationis.

104. *Appellans debet probare, ſe prius appellaſſe, ſi Iudex proceſſit ad Excommunicationem poſt Appellationem.*

Appellatio interpoſita, & Sententia Excommunicationis, ſi appareant latæ eodem die, præſumitur, quod præceſſerit Excommunicatio.

Appellatio ſuſpendit Cenſuram latam ſub hac forma, ipſo facto, ſi in tali tempore Apppellans aliquod fecerit, vel non fecerit.

99. Reſpondeo; quod circa *Appellationem* multa dicta ſunt in Commentario Tituli tertij huius Opuſculi, quæ poſſunt ibi videri, in hac Quæſtione tamen nonnulla tangemus, quæ faciunt ex profeſſo ad *Appellationem* à Sententia diffinitiua, cum ibi tractauerimus de *Appellatione*, promiſcuè, nempè tum ab interlocutoria, tum à diffinitiua.

100. Dico ergo, quod licet in foro *Canonico* Appellatio ab interlocutoria vetita ſit, quibuſdam caſibus exceptis, de quibus alias; (*m*) tamen à Sententia diffinitiua, in omni Foro, in Cauſa tũ criminali, tum ciuili, regulariter datur *appellatio* iuxtà textum in iure (*n*) expreſſum; & hoc ſiue Sententia ſit decretoria, ſiue declaratoria. Sunt autem multi caſus in iure, in quibus *appellatio* eſt interdicta, & quia leges prohibentes *appellationem* ſunt odioſæ, ideò non admittunt niſi ſtrictam interpretationem, vt dicunt *Doctores*. (*o*) Sciendum autem, quod quando in iure communi pro aliquo caſu prohibetur *appellatio*; & quando in Commiſſionibus demandatis ab *Apoſtolica Sede* inſeritur clauſula *Appellatione remota*, non accipitur vniuerſaliter de omni, & quacumque *Appellatione*, ſed tantùm de *Appellatione* friuola, non autem de legitima, & rationabiliter facta, vt poſt quandam *gloſſam* (*p*) communiter ſcribunt *Doctores*. Porrò effectus iſtius clauſulæ eſt, quod *Appellatio*, quæuis à diffinitiua non ſortitur effectum ſuſpenſiuum, ſed tantùm deuolutiuum; ità vt ſi, in quibus *Appellatio* eſt remota, ipſa interponatur, per eam deuoluitur quidem Cauſa ad *Iudicem ad quem*, non tamen ſuſpenditur iuriſdictio *Iudicis à quo*, quominùs Sententiam exequatur. Quod ſi antequam ipſam exequutioni demandet, *Iudex ad quẽ* ipſi inhibeat, ne Sententiã exequatur, eius iuriſdictio remanet impedita, donec de validitate *Appellationis* cognoſcatur. (*q*) In caſu autem, quo appellatio de iure non ſit admittenda, ſi à *Iudice*, de facto, admitteretur, etiam ex ignorantia ſui iuris, nõ poteſt ampliùs Sententiam exequtioni demandare; & ratio eſt, quia, ex quo *Appellationem* admiſit, à ſe iam abdicauit iuriſdictionem, quæ ſibi competebat, vigore talis clauſulæ, & ità cauſa integraliter deuoluta remanet ad *Superiorem*, vt multi (*r*) ſcribunt.

101. Denegatur autem *Appellatio* in multis caſibus, de quibus loquitur *Textus* ſuprà, (*s*) & Nos ibi explicauimus. Sed vltrà illa, quæ ibi exprimuntur; non datur *Appellatio* à Suſpenſione, & Interdicto, quæ ſunt Cenſuræ. Et pro hac materia benè intelligenda ſciendum eſt; quod, vt habetur ex quadam *Decretali*, (*t*) Excommunicatio, Suſpenſio, & Interdictum pari paſſu ambulant, & ab ipſis non datur appellatio quantùm ad effectum ſuſpenſiuum, ſed tantùm quo ad deuolutiuum. Quod ſi Cenſuræ prædictæ reperiantur latæ in iure, cum clauſula *ipſo facto*, *Iudex* autem ferat Sententiam declaratoriam ſuper aliquo facto, declarando, e.g. quod *Caius* commiſit tale crimen, ob quod eſt Excommunicatus, Suſpenſus, ſiue Interdictus, ſi *Caius* appellat à tali Cenſura, nihil agit, quia manet ea innodatus, quantumuis cauſa deuoluatur ad *Iudicem* Superiorem. Si verò appellet à Sententia declaratoria, prætendens *Iudicem à quo* malè declaraſſe, appellatio ſuſtinetur, etiam quo ad ſuſpenſiuum, & ratio eſt quia tunc appellatio non cadit ſuper Cenſura, à qua vetitum eſt appellare, ſed cadit ſuper Sententia declaratoria, à qua non eſt prohibita appellatio. Sicque in facti contingentia *Prælatus* declaratus Excommunicatus, ſiue Suſpenſus ab Ordine, & iuriſdictione, appellans poteſt omnia exercere, prout antè talem Sententiam faciebat. (*u*) Si verò Cenſuræ tales ferantur ab homine per Sẽtentiam decretoriã, & ab illis, ſiue à Sententia appelletur, non ſuſpendũtur Cenſuræ, ſed ab ijs, manet vinculatus Appellans, & eius appellatio nihil operatur niſi deuolutionem cauſæ ad *Iudicem Superiorem*.

102. Porrò aduertendum eſt, quod Suſpenſio, & Interdictum aliquando ſunt Cenſuræ, aliquando puræ pœnæ. Cenſuræ ſunt, quando tanquam medicinæ adhibentur, ad remouendum aliquem à contu-

tumacia; ſeu aliquid fieri iubetur, ſub interminatione talium pœnarum, vt explicat Sanchez. (x) Sed quando ob delictum commiſſum, cui non adnectitur talis Cenſura, fertur Suſpenſio, aut Interdictum; tunc ſunt pura pœna. Hoc adnotato. A Suſpenſione, & Interdicto, quæ ſunt Cenſuræ, ſi quis appellat, non ſuſpendit effectum talium Cenſurarum, vt paulò ſuprà dictum eſt. Et ſic Suſpenſus ſimpliciter, cẽſetur Suſpenſus ab Officio, & vſu Ordinũ, ac etiam à iuriſdictione, illa ſcilicet, quę depẽdet ab Ordine, vt poſt multos ſcribit Sgroi. (z) Non autẽ eſt ſuſpenſus ab vſu ſuperioris poteſtatis, & per conſequens poteſt præcipere in virtute *Sanctæ Obedientiæ*, & Subditi tenentur obedire; ipſos punire; adminiſtrationem *Conuentus*, & locum *Superioris* tenere, vt ſcribit *Bordonus*: (a) & ratio eſt, quia hæc non dependent ab Ordine. Quod ſi *Superior Prælatum* inferiorem ſuſpenderet non tantum ab Officio vniuerſaliter, ſed etiam à quacunque adminiſtratione; ſic Suſpẽſus nullum ex ſupradictis poſſet. A Suſpenſione autem, & Interdicto, quæ feruntur in pœnam, datur appellatio etiam quoad effectum ſuſpenſiuum, vt dicunt *Doctores*. (b) Et ratio eſt, quia, vt dicebam paulò ſuprà, leges prohibentes appellationem ſunt odioſæ; & ideo debent ſtrictè interpretari, & non extendi vltrà id, quod ſonant. In *Decretali* autem illa, (c) in qua prohibetur, quo ad ſuſpenſiuum, Appellatio à Suſpenſione, & Interdicto, fit apertè mentio de Suſpenſione ab *officio*, & *ab ingreſſu Eccleſiæ*, quæ ſunt verè Cenſuræ; non verò de alijs Suſpenſionibus, quæ ſunt puræ pœnæ, vt ſuſpenſio à *Prælatura*, à *Guardianatu*, & cæteris Officijs, quæ ab Ordine non dependent, quia in iſtis appellatio ſuſpenſiua ſuſtinetur, vt optimè ponderat Rodericus; (d) & alij.

103. Licet verò non ſuſtineatur Appellatio ſuſpenſiua à Cenſuris latis à iure, vel ab homine, vt dictum eſt, valet tamen ab ea ferenda, ſi poſt comminationem, ſeu pręceptum factum ſub pœna Cenſurę, interponatur appellatio, antequam Sententia Cenſuræ fulminetur. Etenim talis appellatio ſuſpendit iuriſdictionem *Iudicis*; qui ſi, contempta appellatione, procedit ex poſt ad Sententiam, ipſa eſt nulla. (e) Vnde ſi Sacerdos poſt talem appellationem celebret, & *Iudex*, poſt appellationem Sententiam Cenſuræ tulerit, ille nullam Irregularitatem incurrit; etiamſi appellatio ex poſt à *Iudice ad quem* declaretur inualida, dummodo bona fide Appellans crediderit ſuam appellationem valere, vt ex iure (f) deducitur. Hæc autem locum habent non ſolùm quando *Iudex* procedit iudicialiter, ſed etiam extraiudicialiter; appellatio enim ſiuè facta in iudicio, ſiuè extrà, ſemper ligat manus *Iudici*, vt procedere nõ poſſit, & de hoc eſt *Textus* in quadam Decretali. (g) Verum eſt, quod talis appellatio, cum interponatur à futuro grauamine, habet rationem appellationis ab interlocutoria, in qua iuxtà *Canones*, (b) vt alibi diximus, debet afferri rationabilis cauſa appellationis. Si ergo in facti contingentia Appellans, aut nullam omninò, aut euidenter friuolam cauſam appellationis adduceret, *Iudex* poteſt eam ſpernere, vt de appellationibus manifeſtè friuolis, (i) ſuo loco diximus; & ſecurè ad vlteriora procedere. Sed ſi cauſam probabilem ſuæ appellationis adduxerit, debet *Iudex* omninò illi deferre.

104. Aduertendum autem, quod ſi *Iudex* Cenſuram tulerit, *Reus* autem dicat illam fuiſſe latam poſt appellationem interpoſitam, & proinde eſſe nullam; incumbit *Reo* onus probandi, ſe appellaſſe ante Sententiam latam; quia in dubio pręſumitur, quod Excommunicatio præceſſerit. (l) Et ſi appareant fuiſſe in eadem die, præſumitur, quod Excommunicatio fuerit lata antè appellationem, vt dicit *Alterius*. (m) Hæc autem locum habent, quando *Iudex* minatur ſe Cenſuram laturum, ſi *Reus* præcepto ſibi facto non paruerit intrà tempus aſſignatum. Quid autem iuris ſi Sententiam de pręſenti ferat, appoſita conditione? Exempli gratia ſi dicat, Si *infrà triduum non feceris hoc*, *ex nunc pro tunc excommunico te*? Dico, quod ſi interponatur appellatio antequam tempus præfixum expiret, Cenſura ex nulla. Ratio eſt, quia in Cenſuris non eſt locus fictioni iuris, ità vt quando *Iudex*, poſt expiratum tempus aſſignatum, declarat illum Excommunicatum, fingi poſſit, quod Cẽſura lata retrotrahatur; ſed Cenſura lata cenſetur, quando expirauit tempus. Et re vera, quando finito tempore aſſignato, ſententiat *Iudex* pro Cenſura, talis Sententia, vel eſt declaratoria Cenſuræ iam incurſæ, vel eſt fulminatoria. Si declaratoria, oportet, quod qui declaratur Excommunicatus iam ligatus ſit Cenſura,

ſed

ſed hoc non quia, durante tempore aſſignato ad parendum, ligatus non erat, & interponendo appellationem ſe ligari impediuit; non poteſt ergo declarari Excommunicatus. Sed neque fulminari contrà eum Cenſura, quia, ex appellatione, iuriſdictio *Iudicis* remanet impedita. Et ità cum nec declaratoria, nec fulminatoria poſſit eſſe Sententia, ſequitur, quod erit nulla, & ità concludunt *Doctores* poſt *Textum* cuiuſdam *Decretalis*. (*n*)

IV. Quæritur. Quos effectus pariat appellatio?

SVMMARIVM.

105. *Appellatio quos effectus pariat.*
Appellatio à diffinitiua deuoluit cum principali etiam acceſſorium.
106. *Appellatio eximit à iuriſdictione Iudicis* à quo *in omnibus ſpectantibus ad Cauſam, ſuper qua eſt appellatum.*
Iudex à quo fuit appellatum poteſt recuſari vt ſuſpectus.
In notorijs quando liceat appellare, vel non.
Appellatio reducit Cauſam ad tempus litis conteſtatæ.
Teſtes noui poſſunt produci, quoties mutatur Cauſa, vel Inſtantia, vel vel Iudex.
Appellatio eſt introducta ad tollendum grauamen, & ſupplendum omiſſa.

105. Respondeo, quod primus effectus eſt, quod Cauſa, in qua eſt appellatum à diffinitiua deuoluitur ex integro ad *Iudicem ad quem*; & dico *ex integro*, quandoquidem deuoluit non tantum negotium principale, ſed etiam omne aliud acceſſorium, (*o*) dummodo intrà tempus à iure aſſignatum *appellatio* interpoſita ſit, nempè infrà decem dies à lata Sententia. Et per eam eximitur Appellans à iuriſdictione illius *Iudicis*, quo ad cognitionem illius Cauſæ, & concernentium ad eam; non verò quo ad executionem ſententiæ ſuæ, caſu quo *appellatio*, (vtpotè in aliquo caſu prohibita,) non habeat niſi effectum deuolutiuum; durat enim adhuc iuriſdictio *Iudicis*, qui vt ſuprà dictum eſt, poterit, non obſtante appellatione, demandare executioni Sententiam, dummodò non fuerit inhibitus à *Iudice ad quem*.

106. Secundus effectus eſt, quod per *Appellationem* ſuſpenditur iuriſdictio *Iudicis* in tantum, quod, quo ad illam Cauſam, & omnia ad eam ſpectantia, Appellans eximitur à iuriſdictione illius. (*p*) Dico autem *quo ad illam Cauſam*, & *ad ſpectantia ad eam*; nam in cæteris non eximitur; & ideò *Religioſus* appellans à ſuo *Prælato Prouinciali*, aut *Locali*, non tenetur quidem in Cauſa, ob quam appellauit, obedire illi, ſed in cæteris ab ea ſeparatis non remanet ordinaria iuriſdictio *Superioris* impedita, vt dicunt *Doctores* (*q*) poſt textum in *iure* expreſſum. Verum eſt hoc, quod ſi aliqua cauſa noua ſuperueniat, & *Iudex* ordinariam iuriſdictionem velit exercere, in eum procedendo, poteſt *Reus* recuſare *Superiorem*, vt ſuſpectum in illa, & omni alia Cauſa iudiciali ad eum ſpectante, ex hoc motiuo, quod *ipſe ab illo appellauit*: nec *Iudex*, poteſt, tali caſu, ampliùs in eum procedere, & eſt textus apertus in quadam *Decretali*. (*r*) Et licet ibi videantur excipi delicta notoria, in quibus, ſicut non admittitur appellatio, (*s*) ità nec recuſatio; & ob hoc videatur dicendum, quod in caſu notorio nouo, poſt appellationem, *Iudex* quantumuis recuſatus, poſſit procedere; tamen hoc debet accipi, quando pœna debita tali delicto eſt in *Statuto* taxata; tunc enim cum nullum poſſit *Reo* fieri grauamen, non eſt, vnde, ex ſuſpicione grauaminis, *Iudex* recuſetur. Sed vbi pœna eſt *Iudici* arbitraria, vt aliàs diximus, (*t*) etiam in caſu notorij ſuſtinetur *Appellatio*.

107. Tertius effectus eſt, quod, interpoſita *Appellatione*, Cauſa reducitur ad tempus litis conteſtatæ. Ex hoc ſequitur, quod *Reus* poteſt ad ſui defenſionem producere coram *Iudice ad quem* nouos Articulos dependentes à prioribus iàm productis coram *Iudice à quo*, & nouos Teſtes ſuper illis examinandos præſentare, alios Teſtes de nouo ſuperinducere, aut Teſtes, iam examinatos ſuper iiſdem, nouis interrogationibus propoſitis, ad maiorem elucidationem veritatis repetere. Et quanquam, circa hanc concluſionem, varient ſententiæ *Doctorum*, tamen melior eſt opinio eorum, qui dicunt, quod quotieſcumque mutatur *Cauſa*, vel *Inſtantia*, vel *Iudex*, admittitur productio nouorum Te-

ſtium

ſtium ſuper articulis iam præſentatis non obſtat ne timore ſubornationis, quam doctrinam poſt *Baldum, Cynum, Fulgoſum*, & *Myſingerum* amplectitur *Sgroi*, (u) Quod ſi noui Teſtes, ergo à fortiori ad defenſionem innocentiæ poterunt proponi noui Articuli, & ad detegendam veritatem noua Interrogatoria. Et quidquid ſit in Cauſa ciuili, tamen in Cauſa criminali, quæ eſt maioris importantiæ, fauore *Rei*, hoc debet admitti: attento maximè, quod appellatio introducta eſt non tantùm ad tollendum grauamen, ſed etiam ad ſupplenda, fauore *Rei*, illa, quæ omiſſa ſunt ex ignorantia, aut inaduertentia *Rei*, ſiuè *Patroni*, vt poſt *Francum*, *Marantam*, & *Scacciam* docet *Bictus*. (x) Verum tamen eſt, quod non poſſunt declinatoriæ, & dilatoriæ exceptiones, prout poterant tempore litis conteſtatæ à principio, (z) opponi, ſed tantum peremptoriæ, & per quas Cauſa terminatur.

Addunt nonnulli alios effectus appellationis, puta reuocationem attentatorum poſt eam, & caſſationem Sententiæ *Iudicis à quo*. Sed iſti non ſunt effectus appellationis, ſed Sententiæ *Iudicis ad quem*, proindè illos omittimus, quia non faciunt ad hunc locum.

V. Quæritur. Quomodò facienda ſit appellatio à diffinitiua?

SVMMARIVM.

108. *Appellatio à diffinitiua quomodo facienda.*
Quinque neceſſariò requiſita ad Appellationem.

109. *Scriptura non eſt neceſſaria in appellatione à diffinitiua.*
Bonum tamen eſt appellare ſcripto, quare, & quomodo.
Appellatio coram honeſtis viris, ſiue per edictum, quomodo facienda.

110. *Multa alia ſpectantia ad Appellationem omittuntur, & quare.*

108. Respondeo, quod de iure communi, prout in *Digeſtis* (a) habetur, concipi debet libellus *Appellationis*, & *Iudici* exhiberi, debetque continere tria, nempè *nomen Appellantis*; *& aduerſus quem, & à qua Sententia, appellat*. Et ex hoc colligunt *Doctores*, quod quinque ſint de ſubſtantia *appellationis*, nempè tria hæc commemorata; & dies in qua interponitur, vt appareat quod in tempore legitimo appellauit; & tandem quintũ, quod omnia comprehendit, & eſt, quod *appellatio* in ſcriptis porrigatur. (b)

109. Sed ſcripturam non eſſe de ſubſtantia *Appellationis* taliter, quod aliter facta non valeat, manifeſtè probatur ex quadam *Lege* (c) vbi *Ireconſultus*, ait, *ſi apud acta quis appellauit, ſatis erit, ſi dicat, Appello*: ex quo apparet, quod valida eſt *Appellatio* etiam oretenùs facta, non eſt ideò neceſsè, quod in ſcriptis fiat. Sequitur proindè, quod ſcriptura ſit in appellatione ſolemnitas; vnde *Regulares*, qui ſummariè in Cauſis procedunt, non tenentur in facti contingentia *Appellationem* ſcriptam proponere. Sed quia bonum eſt ſeruare quantùm cõmodè fieri poteſt etiam ſolemnitates iuris, conſulo proindè, quod ſcriptis mandetur; attento maximè eo, quod, vt habet *D. Thomas* (d) ea, quæ verbo tenùs dicuntur, non redacta in ſcriptis, facilè à memoria dilabuntur; & ſine ſcriptura *Appellatio* ex actis non appareret. Vndè ad hoc, quod Appellans aliquod præiudicium ſubire non poſſit ex hoc, quod non conſtaret de *Appellatione* in tempore congruo interpoſita, ſtatim, ac Sententia eſt pronunciata, & ſibi ab Actuario intimata, dicat *Appello*, & ſcribere faciat in actis, quod *ipſe appellauit coram Iudice, & iiſdem Teſtibus, qui ad publicationem Sententiæ fuerunt adhibiti*. Quod ſi fortè *Reus*, vel eius *Patronus* velint recogitare de ſententia, & conſulere; An meliùs ſit, pro minori inquietudine, illi acquieſcere; An verò appellare; & tandem hoc ſecundum decreuerint; concipiat *Patronus* Libellum modeſtis verbis, in quo recitet in compendio Sententiam intimatam, & dicat *ſe ab illo Iudice appellare ad maius Tribunal, & adhuc maius ſicut à lege, & à Conſtitutionibus Ordinis eſt ſibi permiſſum, & præfinitum*. Formam porrò talis Libelli dabimus in *Secunda Parte*. Ex poſt, adeat vel *Iudicem*, vel *Notarium*, & in præſentia Teſtium ad hoc ſpecialiter vocatorum, Libellum appellationis præſentet; & ad omnem bonum finem, & ne fortaſſis ex malitia *Notarij* poſſet *Appellatio* aut diſſimulari, aut fingi, facta non in tempore debito, conſulo, quod duo

duo exemplaria, ſubſignata etiam à Teſtibus, habeat *Reus*, & vnum præſentet, & aliud apud ſe retineat, & in actu præſentationis, coram ſe, faciat ambo ſubſignari à *Notario*, teſtante fuiſſe appellationem præſentatam. Quod ſi *Iudicis* præſentia haberi non poſſit, aut quia diſceſſit ab illo Conuentu; aut quia clauſus maneat in camera, & audientiam deneget, aut ob metum reuerentialem; nec pariter haberi poſſit *Actuarius* Cauſæ, ſufficit appellare coram honeſtis Perſonis, ſiue per Edictum, vt aliàs dictum fuit. (*e*)

110. Multa alia tractant *Doctores* de *Appellatione* reſpectu *Iudicis ad quem*; & cauſis ob quas appellatur; & de *Appellatione* alternatiua, & de nominibus Appellantis, & *Iudicis à quo*, & ad quem appellatur; ſed quia ſunt ſubtilitates, de quibus in Tribunalibus ſæcularibus, & Cauſis ciuilibus curatur, non verò faciunt in criminalibus, neq; prò Foro *Regulari*, vbi Acta tractantur cum ſimplicitate; ideò de illis non curamus.

VI. Quæritur. Ad quem Iudicem ſpectet executio Sententiæ?

SVMMARIVM.

111. *Executio Sententiæ ad quem Iudicem ſpectet.*
Iudex, qui vltimo ſententiauit diffinitiuè, exequitur Sententiam.

112. *Appellatione deſerta, Iudex à quo appellatum eſt, exequitur Sententiam.*
Appellatione deſerta, Iudex ad quem *deſinit eſſe Iudex.*

113. *Iudex* ad quem, *ſi non cognita iudicialiter Cauſa, ipſam extraiudicialiter remittit ad Iudicem* à quo, *quid agendum?*

114. *Executio Sententiæ interlocutoriæ ſpectat ad Iudicem*, à quo *malè appellatum fuit ſuper ea.*

115. *Executio Sententiæ extraiudicialis ſpectat ad Iudicem*, à quo *malè appellatum eſt.*

116. *Prælati maiores quomodò ſe gerent in Appellatione interpoſita ſuper pœnitentijs extraiudicialiter iniunctis ab inferioribus.*

117. *Delegatus*, à quo *fuit malè appellatum ſuper diffinitiua, non exequitur eam.*

118. *De executione Sententiæ remiſſiuè.*

111. Reſpondeo diſtinguẽdo dupliciter, primò de *Sententia interlocutoria*, & *diffinitiua*; ſecundò de *Iudice Ordinario*, & *Delegato*. Quantùm ad primum dico, quod Regula generalis eſt, quod *Iudex*, qui tulit vltimam *Sententiam diffinitiuam* debet eam exequi; & ſic, ſi *Iudex* appellationis, ſiue *ad quem* cognoſcit de meritis Cauſæ, & ſententiauerit confirmando, ſiue infirmando Sententiam *Iudicis à quo*, ille debet Sententiam ſuam exequi; & ratio eſt, quia *Iudex à quo*, quando pronunciauit, & *Reus* appellauit, ille functus eſt officio ſuo, & ius, quod habebat ad executionem Sententiæ, deuolutum eſt ad *Iudicem ad quem*. (*f*) Similiter, ſi nulla poſt *Sententiam* ſecuta eſt *Appellatio* infra decem dies, *Iudex*, qui ſententiauit, habet integrum ius *Sententiam* exequendi. (*g*) Et circa hoc non eſt difficultas.

112. Sed ſi *Reus* appellauerit quidem, ſed tamen non fuerit, ex culpa ſua, proſecutus appellationem intrà tempus ſtatutum à iure, aut ſibi præfinitum à *Iudice à quo*, vndè dicatur Appellatio deſerta; executio *Sententiæ* ſpectat ad *Iudicem à quo*; & ratio eſt, quia, deſerta Appellatione, *Iudex ad quem* non eſt ampliùs *Iudex*; habet enim ius cognoſcendi de Cauſa appellata intrà tempus determinatum, ſed eo expirato, deſinit eſſe *Iudex*, & eius Sententia euadit nulla, vt poſt quandam *Gloſſam* dicunt *Doctores*. (*h*) Cum ergo iſte iuriſdictione careat, conſolidata remanet iuriſdictio *Iudicis à quo*, & ad eum reuertitur executio *Sententiæ* datæ, & eſt *Textus* in quadam *lege Codicis* (*i*) præciſus.

113. Quid autem, ſi *Iudex ad quem*, perfunctoriè luſtratis meritis Cauſæ; aut ipſis minimè viſis, ſed ex informatione aliorum, quibus reuiſionem demandauit, nullam Sententiam proferret, ſed extraiudicialiter remitteret Appellantem ad *Iudicem à quo*? Caſus hic frequenter accidit, quando *Prouincialis* eſt, potens apud *Curiam Generalis*, & *Reus*, pauperculus eſt, vel poſitus in oculis alicuius de *Curia*. Deputari enim ad reuiſionem curantur *Conſultores* ad genium compoſiti, repræſentatur *Reus* homo turbidus, ceruicoſus,

ſus, inquietans *Prouinciam*; & quod miſericordia eſt, talium non miſereri; & ita *Generalis* perſuaſus, abſque figura Iudicij, remittit *Reum* puniendum à *Prouinciali*, iuxtà datam à ſe *Sententiam*. Dico, quod *Generalis* tenetur in conſcientia merita cauſæ diſcutere, & iudicialiter ſententiare; nec poteſt per extraiudicialem ordinationem Cauſam remittere. Et ratio eſt, quia licet *Generalis* ſit Supremus in *Religione*, non tamen eſt ſupremus abſolutè, ab illo enim datur *Appellatio* ad *Cardinalem Protectorem*, & ad *Apoſtolicam Sedem*. Iuxtà ordinem ergo iudicialem procedere, debet, ex eo quod etiam ipſe legibus alligatus eſt. Quantumuis enim ſuper *Statutis* aliquando diſpenſare poſſit, non tamen ſuper ijs, quæ per Leges communes ordinata ſunt. *Iudex* autem appellationis, vt infrà ſuo loco probabimus, tenetur plenè cognoſcere merita Cauſæ, ne *Rei* vltrà fas grauentur, aut iuſtitiæ præiudicetur. Si ergo hęc nõattendens *Generalis*, extraiudicialiter Cauſam remitteret ad primum *Iudicem*, vt Sententiam exequeretur, poſſet *Reus* appellare ad *Protectorem*, *Sac. Congregationem*, & *Papam*; & Appellatio facta ad *Generalem* nullo modo deberet computari in numero trium Appellationum, quæ à iure, iuxtà alibi *(l)* dicta, conceduntur. Quia *Generalis*, ex eo quod non ſententiauit, non functus eſt Officio *Iudicis*, ſed interpretatiuè abdicauit à ſe cognitionem Cauſæ, quæ proindè non ad inferiorem, ſed ad *Superiorem Iudicem* deuoluta eſt, ac ſi ad *Generalem* minimè fuiſſet appellatum.

114. Si autem loquamur de *Sententia interlocutoria*, ob quam aliquid præſtandum ſit à *Reo*, vel circà *Reum*; vt eſt decretum Torturæ; ſi *Iudex* Appellationis confirmat Sententiam *Iudicis à quo*, debet *Iudex ad quem* remittere *Reum* ad *Iudicem*, qui eſt interlocutus, vt textualiter habet quædam *Decretalis*. *(m)* Et ratio potiſſima eſt, quia, per *Appellationem ab interlocutoria*, non eſt abdicata totaliter iuriſdictio *Iudicis à quo*, ſed eſt tantùm ſuſpenſa; *Appellatio* enim *ab interlocutoria* non cadit ſuper omnibus meritis Cauſæ, ſed tantùm ſuper vno Articulo, & ſuſpenditur per eam iuriſdictio *Iudicis* prioris, & deuoluitur ad *Iudicem ad quem* præcisè in puncto tangente id, ſuper quo appellatum fuit; & ità ſuper reliquis meritis, non adhuc diſcuſſis, *Iudex à quo* viuam habet iurſdictionem ſuam; & ideò cum circà hæc iſte non ſit functus officio ſuo, ſi cognoſcatur à *Iudice ad quem*, & pronuncietur, quod benè ſit ille interlocutus, & *Reus* malè appellauerit, debet reuerti cauſa ad illum, tum vt iuſtam Sententiam, quam interlocutus eſt exequatur; tum vt, circa reliquos Articulos Cauſæ adhuc indiſcuſſos, iuriſdictionem ſuam, qua, niſi ob culpam ſpoliari non poteſt, exequatur. Verum eſt, quod ſi inueniatur, quod ſit malè interlocutus, tota Cauſa deuoluta remanet ad *Iudicem ad quem*, vt aliàs *(n)* diximus; tamen hoc non eſt ex eo, quod per appellationem ab interlocutoria *Iudex à quo* iuriſdictionẽ in Cauſa amiſerit; ſed quia ipſa ſpoliatur ex poſt; tum in pœnam grauaminis illati in interlocutoria; tum ex præſumptione, quod ſicut grauauit in vno, ſit etiam in cæteris grauaturus.

115. Quæ autem dicta ſunt de executione *Sententiæ interlocutoriæ* iudicialis, accipienda pariter ſunt de *Sententia diffinitiua* extraiudiciali; vt eſt de pœnitentia paternaliter iniuncta à *Prælato inferiori*, à qua Subditus, ſe prætendens exceſſiuè grauatum, appellauit. Interlocutoria enim iudicialis, & diffinitiua extraiudicialis pari paſſu ambulant ex eo, quod de iure *Canonico* in *Appellatione* vtriuſq; cauſa grauaminis adducenda eſt, (vt aliàs dictum eſt,) coram *Iudice à quo*, aliter Appellationi non eſt deferendum. Quod autem in condemnatione extraiudiciali cauſa reuertatur ad *Iudicem à quo*, ſi Appellatio cognoſcatur non fuiſſe ſuper cõdemnatione iniuſta, probatur manifeſtè ex *Textu* cuiuſdã *Decretalis*, *(o)* inqua ordinatur cuidã *Archiepiſcopo*, quod Appellationẽ ab *Epiſcopo* nõ admittat, antequàm ſibi *conſtiterit eam vel à grauamine*, *vel iniuſta condemnatione porrectã*, *alioquin ad Epiſcopi audientiam remittat Appellantes*. Stat autem, quod ſi à diffinitiua iudiciali appelletur, & à *Iudice* appellationis Sententia confirmetur, executio illius ſpectat ad *Iudicem ad quem*, vt paulò ſuprà dictum eſt; & præter quandam *Gloſſam (p)* tenet *Abbas*, qui teſtatur de communi. *Textus* ergo citatæ *Decretalis* non poteſt accipi de *condemnatione iniuſta* iudiciali, quia non remittendus eſſet Appellans ad *Iudicem à quo*, vt hic ordinatur; præterquamquod in eadem *Decretali* habetur, quod Appellantes *remittantur ad au-*

audientiam Epiſcopi, à quo appellauerunt, poſt diffinitiuam autem iudicialem non remanet vlterior audientia præſtanda in Cauſa, ſed mera executio Sententiæ. Concluditur ergo, quod *iniuſta condemnatio*, de qua loquitur *Decretalis* prædicta, eſt extraiudicialiter lata; & ita probatum remanet, quod Sententia condemnatoria extraiudicialis, ſuper qua reperitur Appellatio indebite interpoſita, exequenda eſt à *Iudice à quo* fuit appellatum. Scio quidem *Abbatem* aliter exponere ſupradictam *Decretalem*; ſed ſuprapoſita interpretatio mihi germaniſſima videtur, ex eo quod illa *Decretalis* loquitur indiſtinctè, & *Clerici* ibi appellantes ità potuerunt prouocare in condemnatione lata ab *Epiſcopo* in *Viſitatione*, vbi proceditur paternè, & extraiudicialiter; ſicut appellare in Sententia iudiciali; & in hac non reuertitur cauſa ad primum *Iudicem*, cum ad hoc repugnet ratio, & lex; reuertitur tamen in illa, vt in citata *Decretali* diſponitur.

116. Patet ergo ex ſupradictis, quæ praxis tenenda ſit à *Superiore maiori* quãdo appellant Subditi à pœnitentijs impoſitis à *Prælatis inferioribus*; & reperitur, quod *Appellatio* eſt irrationabilis. Debent enim *Prælati maiores* remittere Appellantes ad eum *à quo* malè appellauerunt, vt ille exequatur Sententiam ſuam, & taliter Appellantibus indebitè pœna duplicetur iuxtà *Textum* alibi. Quod ſi *Iudex Superior* hoc non facit, ſed velit ipſe (vt moris eſt) punire, lædit ius *Prælati* inferioris, ad quem, ex diſpoſitione *Tridentini*,(q) pertinet cognitio Cauſarum in prima inſtantia; vt eſt in caſu; licet enim appellatum ſit, tamen quia Appellatio iudicata eſt inſubſiſtens, Cauſa reuertitur ad primæua iura; & Cauſæ extraiudiciales in Foro paterno ſpectant ad *Prælatos inferiores* immediatos Subdito, vt notum eſt, & *Concilium* loquitur de Cauſis omnibus indifferenter ciuilibus, criminalibus, mixtis ſiue magni, ſiue parui momenti, vt dicunt *Doctores*,(r) & intelligitur etiam de *Ordinarijs* habentibus iuriſdictionẽ quaſi *Epiſcopalem*, vt ſunt *Prælati Regulares* locales, & *Prouinciales* reſpectu ſuorum Subditorum. Vndè ſi *Prælatus* inferior, læſus in ſuo iure, recurrit ad *Generalem*, debet audiri, & Subditus remittendus eſt pęnitentiandus ab illo, licet pęnitentiam executus eſſet coram *Iudice ad quem*; quia non fuit legitimè ab illo punitus, & reſarciri debet ius læſum *Prælati* inferioris, & deberet ſeuerè corrigi *Superior*, qui læſit, & ordinem iuſtitiæ interturbauit.

117. Prædicta verò accipienda ſunt de *Iudice Ordinario*: de *Delegato* autem diuerſa eſt ratio: Siquidem iſte non poteſt exequi Sententiam ſuam, vt dicunt *Doctores*; (s) & ratio eſt, quia cum non habeat iuriſdictionem niſi per delegationem, lata ab ipſo Sententia, iam Officium abſoluit, & Officium expirauit, non eſt proindè, vndè poſſit Sententiam exequi.

110. Multa alia conglomerant hic *Auctores* circà *Executorem* Sententiæ, an ſcilicet poſſit ab *Executore* appellari; an merus *Executor* poſſit executioni mandare Sententiam iniuſtam; & multa alia. Sed quia ad praxim noſtram parùm hæc faciunt ipſa omittimus, & qui vult de hac materia videre, adeat *Canoniſtas* ſcribentes *ad cap. Paſtoralis. §, Quia verò cum Gloſs. in verb. Et ſi ſciat. de Appellat.* qui abundè de hoc tractant.

VII. Quæritur. An poſſit ſuper delictis fieri tranſactio?

SVMMARIVM.

119. *Tranſactio an poſſit fieri ſuper delictis.*
120. *Tranſactio quid.*
121. *Tranſactio de Iure Ciuilli fit in quibuſdam criminibus.*
Vitam ſuam pretio redimere quiſquis poteſt.
Tranſactio non fit in delictis, in quibus non infligitur mors, aut mutilatio.
Super Adulterio non poteſt fieri tranſactio.
Super crimine falſi poteſt tranſigi.
De conſuetudine tranſactio inter Offenſum, & Offenſorem ſuper omni crimine fit.
De Iure Canonico vera tranſactio ſuper nullo crimine fieri poteſt, & quare.
122. *Tranſactio fit inter Querelantem, & Querelatum.*
Tranſactio inter Reum, & Fiſcum quare, & quando fiat, & vocatur Compoſitio.
Compoſitio criminalis inuecta eſt de iure nouo.

Kkkkk *Illam*

Illam introducere in Religione conducit ad bonum regimen.
Illius boni effectus.

123. *Compoſitio criminalis quando, & quomodo facienda.*
Debet eſſe completus Proceſſus informatiuus, vt compoſitio ſubſiſtat.
Fieri tamen aliquandò poteſt ante factas à Reo defenſiones.

124. *Compoſitio, vt ſubſiſtat, Reus non debet eſſe confeſſus, aut conuictus.*
Sed ſi Reus poteſt venire contrà propriam confeſſionem, & probare; aut validè contrà Teſtes excipere, valet compoſitio.

125. *Compoſitio ſuper atrociſſimis delictis nequit fieri, inconſulto Generali.*
Delicta atrociſſima in Iure Canonico, quæ ſint.
Delicta, ob quæ Eccleſiaſtici traduntur Curiæ Sæculari.
Hæreticus Clericus traditur Curiæ Sæculari.
Item Falſificator literarum Apoſtolicarum.
Item conſpirantes in mortem Epiſcopi.
Conſpirantes in mortem Prælati Prouincialis, aut localis damnandi ad Triremes.
Aſſaſſini traduntur brachio Sæculari.
Clerici Sodomiam exercentes relaxantur poteſtati Sæculari.
Item Miſſam celebrantes, aut Sacramentaliter abſoluentes, cum non ſint Sacerdotes.
Item falſificantes quoquomodo, vel tondentes monetas.
Superiores Regulares nequeunt cognoſcere de crimine Falſæ monetæ.
Regulares Monetarij falſi iudicantur à Legatis Apoſtolicis, ſeu ab Epiſcopis.

126. *Compoſitio criminalis, quandò proceditur per Accuſationem, fieri non poteſt, niſi de conſenſu Accuſatoris.*
Pater, abſque filio, poteſt remittere iniuriam filio factam ab extraneo, non verò à domeſtico.
Superior Regularis poteſt remittere iniuriam, factam ab extraneo ſuo Subdito, abſque iſtius conſenſu, non verò, ſi eſt facta ab alio Subdito.

127. *Reus debet ipſe petere à Iudice Compoſitionem.*
Patronus quandò poſſit ſuadere Reo, vt petat Compoſitionem.

128. *Reus confitens ſponte coram Iudice delictum, facit illud publicum iuris.*
Libellus quo petitur Compoſitio, quomodò concipiendus.
Compoſitio petenda, & concedenda eſt à Diffinitorio.

130. *Reus per Compoſitionem non redditur Infamis ex delicto.*
Probatur quoad infamiam iuris.
Probatur eadem concluſio quoad infamiam facti.

131. *Acceptans Carcerem formalem ex Compoſitione, incurrit priuationem actuum legitimorum.*
Qui vult antecedens, vult neceſſariò conſequens.

132. *Reus poteſt reuocare petitionem Compoſitionis.*
Reus poteſt reuocare propriam reſponſionem ad interrogata à partibus.
Donatio bonorum ex cauſa reuocatur.
Confeſſionem factam per errorem, ſi illam ſequitur pœna, Reus poteſt reuocare.
Reſtitutio in integrum ex cauſa iuſta, datur maiori vigintiquinque annis.
Reus petens reſtitutionem in integrum, debet à Iudice reſtitui.

133. *Duo Dubia propoſita.*
Petitio Compoſitionis non facit indiciũ, nec adminiculum contrà Reum.
Petitio veniæ de delicto videtur eius implicita confeſſio.
Petitio veniæ auget indicia ad Torturam, etiam ſi fiat Iudici extraiudicialiter.
Præſumptio temeraria non grauat Reum.

134. *Indicia noua poſt Compoſitionem, ſi ſuperueniant, Reus non poteſt moleſtari.*
Pacta licita, facta ſine dolo malo, ſunt ſeruanda.
Compoſitio habet rationem pacti.
Fides publica data eſt ſeruanda.
Compoſitio magis expedit Reo, quàm ſi ſubiret per Sententiam pœnam minorem delicto, vel abſolueretur cum clauſula Rebus &c.

119. Reſpondeo, quod ſicut ſcribunt *Doctores (t)* poſt *Hoſtienſem*, & *Abbatem*, tranſactio eſt de *Re dubia, & lite incerta, non gratuita pactio*, & dicitur de *Re dubia*, quia ſi in lite detegeretur calumnia certa, non valeret tranſactio:

ctio: dicitur *& lite incerta*, quia ſi lis eſſet certa ex pronunciatione Senteutię diffinitiuæ, à qua non fuiſſet appellatum, & *Tranſactio* fieret contrà Sententiam, illa eſſet nulla: dicitur tandem *non gratuita pactio*; quia quilibet litigantium aliquid remittit de ſuo iure, vt *Tranſactio* ſequatur. Exemplum do pro imperitis. Litigat *Seius* contrà *Caium*, ille petit centum aureos, de quibus vult probare *Caium* ſibi debitorem; *Caius* negat, & dicit ſe nihil debere; iura hinc indè ſunt dubia, incerta, & confuſa; conueniunt litigantes inter ſe, vt *Caius* det *Seio* quinquaginta,& cedat omni, & cuicumque iuri, quod prętendit habere aduerſus ſe, & taceat perpetuò lis, hæc ergo *pactio*, ſeu conuentio facta, non gratuitò, ſed mediante tali pecunia, vocatur *Tranſactio quaſi actionis tranſitio*, ſiue ceſſatio, vt explicat *Abbas*.

120. In cauſis porrò ciuilibus paſſim talis conuentio fit ad lites terminandas, quandò dubius eſt tam *Actor*, quam *Reus* de ſuo iure, & de ea extat titulus in vtroque *Iure*. (u) Sed de hac nihil ad Nos, qui criminalia tractamus. Difficultas ſola eſt an in cauſa criminali poſſit fieri *Tranſactio*. Et reſolutiuè dico, quod, loquendo de *Iure Ciuili*, fit *Tranſactio* in criminalibus, non tamen in omnibus, vt ex quadam *Lege Codicis* (x) habetur; tranſigitur enim ſuper omnibus criminalibus, in quibus imponenda venit pœna ſanguinis, vel mortis, excepto crimine Adulterij; non poteſt verò tranſigi vbi imponenda venit pœna minor, dempto crimine Falſi, vndè habentur verſus.

Sanguinis, & capitis metuens de crimine pœnam.
Tranſige, ſi placeat. Non tranſiget vllus Adulter.
Si capitis pœnam metuas ſine ſanguine, fruſtra
Tranſiges: interdum de crimine tranſige Falſi.

121. Ratio autem huius diuerſitatis eſt, quod quilibet quoquomodo, & pretio interueniente poteſt ſanguinem, & vitam ſuam redimere; (z) & ideò, ſi crimen, de quo accuſatur, puniendum eſt mutilatione, aut morte, poteſt cum *Accuſatore*, pecunia interueniente, tranſigere; neque tamen hoc modo tranſigens cenſetur delictum fateri; nec de tali crimine inquiri contrà ipſum poteſt, ſi tranſactio facta eſt audito *Fiſco*, & authoritate *Iudicis* interueniente. Quandò autem crimina mortem non merentur, & ſuper his tranſigitur, *Tranſactio* non valet, quia, interueniente pretio, præſumitur, quod *Reus* delictum confeſſus ſit, argumento quarundam *legum*. (a) In his autem caſibus benè poteſt fieri ab *Accuſatore* gratuita pactio, vel remiſſio, vt iura dicunt, (b) non tamen erit tranſactio, quia hæc, vt diximus ſuprà, eſt *pactio non gratuita*. Tamen hodie de cõſuetudine ſuper omni, & quocunque crimine inter Offenſum, & Offenſorem, ſi accuſatio non eſt inſtituta, & incœpta inquiſitio, tranſigitur, & valet *Tranſactio*, vt docet *Clarus*. (c) In iure autem *Canonico* ſuper nullo crimine poteſt fieri vera *Tranſactio*, ex eo quod pro nullo pœna mutilationis, aut mortis, à *Canonibus* infligitur; benè tamen fieri poteſt pactio gratuita, vt docet *Hoſtienſis*. (d)

122. Quæ autem hucuſque dicta ſunt quadrant de *Tranſactione*, quæ fit inter eum, qui iniuriam accepit, & iniuriantem, ne ille Accuſationem in iudicio inſtituat, neuè iſtè puniatur pro crimine. Sed aliud reperitur genus *Tranſactionis* quæ initur inter *Fiſcum*, & *Reum*. Cum enim in publicis criminibus *Fiſcus* habeat Ius contrà *Reum*, & hic obligatus ſit ad pœnam pro crimine; quandò iura hinc indè confuſa ſunt, & non poteſt *Fiſcus* plenè probare crimen, neque *Reus* innocentiam, ex condicto tranſigunt ſuper crimine; & *Reus* pœnam ſubit longè minorem, ea, quæ probato crimine, ſibi deberetur; & hæc *Tranſactio* vocatur *Compoſitio*; quæ tamen in veteri *Iure* expreſsè non reperitur, & inuecta eſt, de iure municipali nouo. Hæc paſſim fit in Tribunalibus, & vt plurimum cum abuſu; *Rei* enim de criminibus, quantumuis grauiſſimis, ſi pecunioſi ſint, auro redimunt vitam, quam in manibus Carnificis terminare, deberent. Moderatus autem talium *Compoſitionum* vſus, ſi fiat cum debitis conditionibus, quas infrà dabimus, laudabilis eſt ob multas cauſas, quæ conſideranti obuiæ ſunt. Optimum proindè eſt, eam inter *Regulares* inuehere, etenim per eam, vt optimè dicit *Bictus* (e) citiùs, ſuauiùs, & cum minori perturbatione *Religionis*, & moleſtia *Superioris*, & Subditi, Cauſæ expediuntur, lites criminales terminantur; præcluditur via appellationibus, & recurſibus ad Sæculares; non moleſtantur *Generales*; *Reus* non remanet

totaliter impunitus; æquo animo, ac libenti pœnitentiam ſubit, & maior euadit ſpes emendationis; vndè ex hac multa commoda adueniunt *Iudici*, qui ad laborem vltimandi probationes non obligatur; multa obueniunt *Reo*, qui Torturam, pœnam ordinariam, & infamiam ex hac effugit; & multa reſultant *Religioni*, quæ inquietudine non affligitur, & emendatione peccantium recreatur. Reſtat ergo, vt dicamus, quandò, & quomodò tales Compoſitiones fieri debeant.

123. Dico ergo, quod primò debet eſſe completus Proceſſus informatiuus, nempè, vt Teſtes pro *Fiſco*, ſint examinati, & producta etiam iura *Rei* in Defenſionibus, aliàs Compoſitio eſt illicita. *(f)* Ratio eſt, quia *Compoſitio* hæc eſt quædam *Tranſactio*, quæ tunc licita eſt, quandò eſt, ſuper re dubia, vt dictum eſt. Non poteſt autem *Iudex* ſcire, an dubia euaſura ſit probatio criminis, quam ex Officio tota diligentia procurare, debet, niſi Teſtes pro *Fiſco* examinet, & *Reum* pariter audiat, & videat negotium eſſe dubium ex conflictu rationum hinc indè. Oportet ergò, quod Proceſſus informatiuus ſit completus. Verum eſt, quod hoc poſſet, etiam eſſe, licet adhuc *Reus* non ſe defendiſſet, ſi *Iudex* ſcit de facili *Reum* eſſe adducturum probationes, quæ obfuſcabunt dicta Teſtium, vel contra eorum perſonas poteſt proponere Exceptiones, in quarum probatione interueniet magnus labor, commotio fratrum, & ſcriptura; tunc enim pariter cauſa euadit dubia., & incerta in euentu.

124. Secundò non oportet quod Reus ſit confeſſus, aut conuictus, aut vtrumque; aliter *Compoſitio* nulla eſt, vt dicunt Doctores. *(g)* Quia, tali caſu *Iudex*, qui non eſt Princeps, tenetur pœnam à lege taxatam imponere; præter quàm quod res, in illo caſu, non eſt neque dubia *de Iure*, neque incerta *de Facto*; vndè non eſt locus *Compoſitioni*. Si tamen contrà propriam confeſſionem vellet venire Reus, & probabiliter ſcit Iudex illum eſſe probaturum, poſſet fieri Compoſitio: tunc enim res deſinit eſſe certa. Similiter ſi contra Teſtes, à quibus videtur conuictus poteſt excipere, & Iudex habet probabilitatem, quod taliter probabit, quod euadet non plenè conuictus; quia ſicut, tali caſu, poteſt dari pœna extraordinaria commiſſa arbitrio Iudicis; ità poterit fieri *Compoſitio* in qua pœnam conuentam *Reus* ſubeat.

125. Tertiò non debet, aut poteſt fieri *Compoſitio* ſuper atrociſſimis delictis, niſi conſulto *Generali* ſiquidem, vt probat *Farinacius quæſt. 5. num. 5.* in delictis ſimilibus ſinè conſilio, & mandato *Principis* Compoſitio non valet; talium enim delictorum cognitio peculiaris eſt *Principis*, & reſpectu eorum quæuis, etiam minima, relaxatio pœnæ, eſt ſibi reſeruata. In *Compoſitione* verò aliqua pœnæ debendæ diminutio ſit, & ideò ſine *Principe* non poteſt. Quod ſi obiter quæras, quæ nam atrociſſima cenſeri debeant in *Iure Canonico* delicta; dico eſſe ea, pro quibus de *Iure Canonico Eccleſiaſtici* veniunt degradandi, & per Curiam Sæcularem morti corporali tradendi, & ſunt primò *Hæreſis* vt habetur textualiter in duabus *Decretalibus*. *(h)* Secundò *Falſificatio Literarum Apoſtolicarum*, vt ordinatur in quodam Capitulo. *(i)* Tertiò eſt, *conſpiratio in necem proprij Epiſcopi*, *(l)* & cum *Guardiani*, & à fortiori *Prouinciales* apud Nos, *Epiſcopalem* habeant iuriſdictionem, conſpirantes in vitam iſtorum (ſequuta tamen morte) eſſent degradandi, & Curiæ Sæculari tradendi de iure, licet hoc non fiat ex conſuetudine, ſed ad perpetuas Triremes condemnentur. Quartò eſt, *Aſſaſſinium* vt ſanxit *Innocentius IV. in Concilio Lugdunenſi.* *(m)* Quintò ponitur ab aliquibus *(n)* incorrigibilitas in Clerico, argumento *Cap. Cum non ab homine. Extrà de Iudic.* Sed Re vera *Capitulum* illud, ſicut nec precedens, quod quarto loco recenſuimus, non dicunt apertè, quod Clerici ob talia crimina tradantur Curiæ Sæculari morte plectendi; ſed in hoc *Capitulo* dicitur, quod comprimantur per poteſtatem ſæcularem, *ità quod eis deputetur exilium, vel alia legitima pœna inferatur*, & in *Decretali Innocentij*, ordinatur, quod Rei de crimine Aſſaſſinij *Excommunicationis*, & *Depoſitionis à Dignitate, honore, Ordine, & Beneficio incurrant Sententias ipſo facto*. De *iure* autem *Eccleſiaſtico* nouo, puta *Conſtitutionibus Pontificum*, *Sodomiam exercentes*, puta non qui ſemel, aut bis in crimen innominabile, ex fragilitate lapſi ſunt, ſed qui talis vitij conſuetudinem habent, degradati, Curiæ Sæculari morte plectendi traduntur, ex *Conſtitutione (o) B. Pij V.* Pariter *Miſſam celebrantes*, vel Sacramentum Pœnitentiæ adminiſtrantes, cum adhuc Sacerdotes non ſint, Curiæ pariter

pariter Laicæ traduntur præuia degradatione, vt ſanxit Clemens VIII. (p) Et tandem *fabricantes, tondentes, tingentes, ſeu quouis modo adulterantes monetas aureas ſiuè argenteas* Eccleſiaſtici, ſimiliter degradati, tradendi ſunt Sæculari poteſtati vltimo ſupplicio afficiendi, vt diſpoſuit Vrbanus VIII. (q) Et de hoc crimine nequeunt *Superiores Regulares* cognoſcere, ſed vel *Apoſtolici Legati* in Prouincijs, vbi ſunt; vel *Ordinarij* locorum, vbi Legati non ſunt, priuatiuè quo ad cæteros, procedunt, vt habetur ex citata *Conſtitutione*, (r) quæ tamen de *Italia* tantum loquitur, vndè in *Inſulis* adiacentibus, & extrà eam, locum non habet.

126. Quartò. Si Proceſſus eſt per viam Accuſationis, ob offenſam *Accuſatori* factam, nequit fieri *Compoſitio*, niſi ſatisfacta parte offenſa, ipſaque conſentiente, & liberè, ac expreſsè concordata, vt ex quadam *Lege* (s) dicunt *Doctores*; & ratio eſt, quia *Accuſator* habet ius contra *Reum*, vt ſibi per *Iudicem* integra pœna, decreta à Lege, interrogetur; & completè *Accuſatori* ſatisfiat pro iniuria illata. Et licet in *iure* (t) *Pater* poſſit remittere iniuriam factam Filiofamilias non exempto à patria poteſtate, *Religioſi* autem ſint veluti Filijfamilias, & *Superior* tanquam *Pater*, & ex hoc videretur, quod, abſque conſenſu *Accuſatoris* offenſi, *Superior* poſſet iniuriam à Subdito acceptam remittere; tamen hoc eſt reſpectu Offenſoris, aut iniuriantis extranei, non verò domeſtici; (u) proindè debet internenire in Compoſitione conſenſus Offenſi, & ſatisfactio ſibi competens.

127. Quintò. Dico, quod ad *Reum* pertinet Libellum exhibere *Iudici* ad hoc, quod *Compoſitio* fieri, poſſit. Licet enim *Iudex* gratum habeat, vt fiat *Compoſitio*, tamen ipſe non debet oſtendere animum ſuum; imò, ac ſi claras delicti probationes haberet de delicto in Proceſſu, debet, præſeferre rigorem, ac velle ad exactam diſpoſitionem *Statutorum* Delinquentem caſtigare, vt ex hoc, magis ſibi reformidans, *Reus* facilius diſponatur ad ſe ſubmittendum pœnæ, quæ in *Compoſitione* dabitur. *Patronus* verò ſi extraiudicialiter ſcit *Reum* verè eſſe innocentem, tenetur in conſcientia totis viribus adlaborare ad ſui defenſionem, neque illi conſulere Compoſitionem; ſi autem illum *Reum* eſſe verè ſcit, & ob malam ſtructuram proceſſus poſſet ipſe eximere illum ab omni pœna, ſatiùs eſſet ad fauorem *Regularis Diſciplinæ* diſſimulare probationes, quibus poſſet Proceſſum deſtruere, & ipſum ſaluare; & conſulere illi, vt ad *Compoſitionem* veniat & ità per aliquam pœnam iuſtitiæ, in parte, ſatisfiat.

128. In Libello autem non debet *Reus* fateri ſe commiſiſſe delictum, de quo eſt Inquiſitus. Si enim ſic fateretur delictum fieret publicum iuris, quia coram *Iudice* confiteretur, (x) & ex hoc poſſet pęna ordinaria percelli; quia non poſſet ampliùs, impugnare confeſſionem, & delictum negare. (z) Sed debet dicere; quod, *licet delictum tale non fecerit, tamen ad exercitium patientiæ, & in pœnam aliarum ſuarum imperfectionum, paratus eſt pœnitentiam ſibi iniungendam humiliter ſubire*; & formam talis libelli dabimus in *Secunda Parte*. Libellus autem debet dari toti *Diffinitorio* ad quod, luſtrato Proceſſu, ſpectat acceptare illum, & decernere, an ſit concedenda Compoſitio, & taxare pœnam *Reo* dandam; Decretum enim, in quo acceptatur libellus, & pœna decernitur, & Proceſſus terminatur, eſt loco Sententiæ diffinitiuæ, & ità à toto *Diffinitorio* faciendum eſt; & etiam in libro *Prouinciæ*, in quo regiſtrantur Sententiæ criminales, debet ſcribi, cum narratiua delicti, de quo fuit *Reus* imputatus, & eius formam ſuo loco dabimus.

129. Dubium nunc remanet, an ex *Compoſitione* facta à *Reo* ſuper aliquo delicto, ipſe maneat infamatus, ac ſi per Sententiam fuiſſet declaratus, deliquiſſe, & punitus fuiſſet? Reſpondeo quod non. Et ratio eſt, qaia ſi infamia deberet oriri ex Compoſitione, deberet eſſe aut *iuris*, aut *facti*, vt patet ex diuiſione infamiæ, quæ communiter à *Doctoribus* fit, de qua aliàs diximus; neutra autem poteſt eſſe. Quia quo ad infamiam iuris ipſa non incurritur niſi per Sententiam *Iudicis* declarantis, delictum fuiſſe, malo dolo, commiſſum, & hoc non ex probatione coniecturali, & præſumptiua, ſed euidenti, & plena. (a) In *Compoſitione* autem *Iudex* dum pœnam à *Componendo* ſubeundam decernit, in Decreto nihil tangit de delicto, declarando, an fuerit perpetratum nec ne; ſed ipſum relinquit in ſuo ſtatu; & tantùm ordinat, quod, iuxtà petita à *Componente*, imponatur Cauſæ ſilentium, & tali pœnæ *Reus* prætenſus ſuccumbat. Sequitur

tur ergo, quod nullam infamiam iuris ex Compoſitione incurrat *Componens*.

130. Sed neque ſibi ex hoc aduenit vlla *Infamia facti* maior illa, qua laborabat antè *Compoſitionem*. Licet enim regulariter ex *Compoſitione* oriatur præſumptio, quod petens illam ſit delinquens, (ſi enim eſſet innocens, fatuus eſſet, ſe pœnæ ſubmittere,) tamen iſta præſumptio non eſt vniuerſaliter fundata in ratione; & licet poſſit habere veriſimilitudinem, non tamen habet ſemper veritatem. Quia ſicut in contumacia aliquis ſemper præſumitur *Reus* delicti, de quo imputatur, qui tamen ſæpiſſimè *Reus* non eſt, quia fugit, non ex eo quod ſit in dolo, ſed vel ab ira *Principis*; vel ab inimicitia *Iudicis*, vel à potentia *Actoris*; ità eſt in caſu noſtro. Licet enim videatur poſſe præſumi culpabilis, qui ad *Compoſitionem* deuenit cum *Iudice*; tamen frequentiſſimè eſſe poteſt, quod hoc non ſit ex culpa, ſed ad ſe eximendum à moleſtia, & perturbatione Proceſſus; ad quietè viuendum; vel ad euadendam maiorem pœnam: quia licet ſit aliqualiter culpabilis, ex potentia tamen *Aduerſarij*, & debilitate *Patroni*, timet ne probetur, aut iudicetur plenè, dolo malo deliquiſſe, & ſic ad pœnam ordinariam condemnetur. Non habet ergo talis infamia facti pro ſe, niſi præſumptionem fallibilem, quæ apud viros cordatos, & prudentes non cenſebitur ſemper fundata. Vnde concludendum eſt, quod nulla infamia facti ex Compoſitione reſultet.

131. Sed inſurgit aliud dubium, & eſt. Dato quod aliquis in Compoſitione acquieſceret carceri formali, an iſte contraheret priuationem actuum legitimorum; & conſequenter redderetur infamis? Et dico quod ſic, & ratio eſt, quia, ex diſpoſitione *Textus*, *(b)* priuatio actuum legitimorum includitur in pœna carceris formalis; dum ergo *Reus*, ex condicto, acquieſcit pœnæ carceris, ſubijcitur etiam pœnæ priuationis actuum legitimorum; qui enim vult antecedens, vult etiam conſequens neceſſariò ad illud; *(c)* priuatio autem actuum legitimorum eſt neceſſarium conſequens ad carcerationem, & proindè hanc acceptans acceptat etiam illam. Quod ſi dicatur quod taliter priuatus redditur infamis, & proindè à teſtificando repellitur; & ſuprà dictum eſt, quod ex *Compoſitione* non incurritur infamia. Reſpondeo, quod non incurritur illa infamia, quæ generaliter afficit Sententiatum, ex delicto commiſſo, & declarato; & illa infamia eſt, quid genericum, ſiuè læſio exiſtimationis in genere, quæ contrahitur ex Sententia *Iudicis*, declarantis illum ſic criminoſum; in *Compoſitione* verò non fertur Sententia declaratoria de crimine commiſſo; & ex conſequenti non incurritur infamia prout diximus. Sed infamia, quæ contrahitur ex carcere formali, eſt infamia ſpecifica, quæ aduenit ſubeunti talem pœnam, quæ ſecum talem irregularitatem legalem importat. Hinc eſt, quod hæc incurritur non ratione Sententiæ *Iudicis*, ſed ratione penitentiæ, cui *Componens* ſe ſubijcit. Et ideo benè ſtat, quod in *Compoſitione*, quà talis eſt, nulla incurratur infamia generica, cum hoc quod ſubeatur infamia ſpecifica ex pęna voluntariè aſumpta illam importante.

132. Demus verò quod *Reus* petat Compoſitionem, ex eo, quod ſpes illi data eſt, quod talis pœna tantùm ſibi dabitur; & ex poſt videt, ſibi dari pęnam diuerſam ſpecie, aut duplo maiorem ea, quæ ſibi fuit inſinuata; poteſt ne tali caſu reuocare petitionem *Compoſitionis*, & reſtitui in integrum, ac ſi eam minimè petiiſſet? Dico quod ſic, quia ſicut poteſt, reuocare reſponſionem ad interrogata à partibus, ſiuè affirmatiua, ſiuè negatiua ſit, *(d)* & etiam Confeſſionem factam per errorem, maximè quandò ex eà incidit in pęnam; *(e)* ità etiam poteſt reuocare, oblationem ad pęnam ſubeundam, & maximè ex cauſa, quia deceptus eſt, in eo, quod ſibi inſinuatum fuit. Quod ſi donatio bonorum facta, vel ab aliquo qui caret prole, vel à Matre filijs, reuocatur iuxtà iura; *(f)* ob prolem ſuperuenientem; aut ex cauſa ingratitudinis non præuiſæ; reuocari pariter poterit talis oblatio ex ſuperueniente cauſa, quæ ſi fuiſſet ab illo, præuiſa, ſaltem in eo gradu, in quo datur, minimè in eam conſenſiſſet. Quamobrem ſicut datur ex iuſta cauſa reſtitutio in integrum etiam maiori vigintique annis, *(g)* idem debebit eſſe de *Reo* in caſu noſtro; habet enim Cauſam iuſtam, puta graue damnum, & detrimentum pęnæ, ob quod petere iuſte reſtitutionem in integrum poteſt, ſecundum *Leges*: *(h)* attento maximè quod nullius ius læditur ipſum reſtituendo; ex eo enim quod res adhuc integra eſt, *Fiſcus* habet plenum illud ius, quod habebat contrà *Reum* antè Compoſitionem.

ſitionem. Si ergo mutando conſilium, prout de iure poteſt, (i) petit à *Iudice* reſciſſionem *Compoſitionis*, allegando quod inconſideratè egit, & cum ſit certus de innocentia ſua, vult potiùs in iudicio ſtare, quàm pœnæ vlli ſubiacere: debet ab ipſo exaudiri, & in integrum reſtitui, vt vult quædam Lex, (l) eo quia petit ex iuſta Cauſa.

133. Quia verò negari; non poteſt, quod aliqua præſumptio de culpa, aut ſaltem adminiculum, contrà *Reum* prætenſum, ex *Compoſitione* ab illo petita, non oriatur (ſi enim ſe ad minorem pœnam exhibet, ſignum eſt, quod maiorem reformidat, & hoc non ex alia Cauſa, niſi quia ſentit ſe culpabilem) aliud dubium exurgit, & eſt, An talis petitio faciat nouum indicium contrà *Reum*? Declaro rem exemplo. Denunciatur *Caius Reus* de furto, & contrà eum ſunt indicia, quæ minimè ſufficiunt ad Torturam, ſufficerent autem ſi illis adiungeretur aliquod adminiculum aut præſumptio. Petit *Caius* Compoſitionem in ſcriptis, & *Iudex* eam denegat; dubium eſt an iſta petitio *Compoſitionis*, quæ, vt diximus, aliquam præſumptionem facit contra *Caium*, poſſit copulari cum præcedentibus indicijs, & ità torqueri? Reſpondent *Doctores* (m) reſolutiuè quod non; quia petitio illa intelligitur facta ſub conditione ſi fiat, vt petitur; vel ad arbitrium boni viri gratia preſtetur, & quod aliàs non noceat; proindè nihil noui præiudiciale ipſi petenti accidere poteſt ex ſupplicatione *Compoſitionis*, nec *Iudex* ex ea vlterius grauare *Reum* valet. Sed meo videri iſta ratio parum concludit, nam etiam *Reus* petens veniam delicti conditionaliter petit, & ad arbitrium viri boni ſibi gratiam concedi, & quod talis petitio ſibi non noceat, non tamen per hoc tollitur quin, ex venia petita, *Reus* non videatur fateri delictum, (vt ex *Gigante*, docet *Clarus*, (n) & ex illa confeſſione facta coram *Iudice*, etiam extraiudicialiter, non emergat nouum indicium ad Torturam prout alibi (o) multis pro ſe adductis probat idem *Clarus*. Dico proindè quod ratio prædictæ concluſionis, in qua conuenio cum dictis *Doctoribus* eſt, quia præſumptio, qua *Reus* grauetur, debet eſſe legitima, & rationabilis, & non voluntaria, aliter qualibet præſumptio etiam temeraria *Reum* grauaret, quod nullo modo eſt verum, prout aliàs diximus. Dum ergo Reus in libello pro obtinenda Compoſitione negat delictum abſolutè, non intendit illud vllo modo conſiteri; nec talis petitio eſt factum contrarium tali intentioni, ſiuè proteſtationi: etenim factum illud tum eſt ſeparabile, tum eſt ſeparatum, à tali proteſtatione, quandoquidem aſſignat cauſam, quarè petat, nempè, vt moleſtiam, vel perturbationem, quæ ſuæ quieti accidit ex lite criminali, euadat, quod optimè ſtat cum negatione delicti tum explicita, tum implicita. Sequitur ergo, quod ex illa petitione non poteſt oriri legitima, & rationabilis præſumptio; & ſi qua oritur, temeraria eſt; præſumptio autem temeraria in nullo poteſt *Reum* grauare, & ſic neque *Iudex*, ex petitione *Compoſitionis* facta, valet aliquid indicium, aut adminiculum nouum habere.

134. Ponamus autem, quod facta *Compoſitione*, & completa penitentia, appareant noua indicia, per quæ poſſit plenè probari delictum, ſuper quo facta eſt, *Compoſitio*, poterit ne contra *Reum* procedi? Reſpondent communiter Doctores (p) quod pro eodem delicto non poteſt *Reus*, vllo modo inquietari, neque etiam ex ſuperuenientibus indicijs, Teſtibus, & probationibus moleſtari. Abſurdum enim eſt, quod delicta ſemel per *Compoſitionem* purgata, & dimiſſa, iterum examini iudiciali ſubmittantur. Ratio autem euidentiſſima eſt; quia enim pacta, quæ, nec dolo malo, neque contra Leges fiunt, ſeruanda ſunt, vt ex vtroque iure (q) habetur; *Compoſitio* autem, de qua loquimur, ſpecies pacti eſt, in qua *Reus* paciſcitur cum *Iudice* de pœna ſubeunda; *Iudex* autem cum *Reo* de criminis Inquiſitione ſepelienda; æquitas naturalis poſtulat, vt id quod *Iudex* promiſit, & in pacti conditione venit, ſeruetur, cum *Reus* ex parte ſua irretractabiliter præſtiterit id, ad quod ſe pacto obligauit. Accedit, quod *Iudex* Compoſitionem admittens, agit non, vt perſona priuata, ſed publica; & fidem non priuatam, ſed publicam oppignorat cum *Reo*; fides autem publica, & maximè data non refragantibus Legibus, omninò ſeruanda eſt, vt dicunt *Doctores*, (r) & ratio ſuadet. Debet ergo; iuxtà fidem datam, perpetuò manere ſepultum crimen, nec reuocandum ad iudicium ex qualibet cauſa de nouo adueniente; & in hoc melior euadit conditio *Rei*, qui ad *Compoſitionem*

tionem deuenit, quàm ſi pœnam, quantumuis minorem, per Sententiam diffinitiuam ſubiret, aut etiam ſi abſolueretur cum clauſula *Rebus ſic ſtantibus*, *&c.* Ex his enim ſemper viuit cum periculo, quod de nouo indicia concludentia aduen iant, & Cauſa renouetur, & ad pœnam legis damnetur; at ſi per *Compoſitionem* delictum ſopiuit, ſecurus eſt, quod ampliùs non moleſtabitur. Et hæc eſt optima ratio, per quam poſſunt faciliter induci *Rei Religioſi* ad ſe componendum, & eximi *Superiores* à moleſtia Proceſſuum, qui tot turbationes intrà Clauſtra parturiunt.

VIII. Quæritur. Quomodò ſe geret Iudex pœnas infligendo per Sententiam?

SVMMARIVM.

135. *Iudex, Sententiam ferendo, quomodò procedet.*

136. *Iudex, quomodo Regulare debet arbitria ſua in concurſu contrariarum rationum.*

Opinio magis probabilis eligi debet à Iudice:

Opinionem minùs probabilem etiam ſequi poteſt Iudex.

137. *Probabilitas duplex, circa ius, & circa factum, & quæ.*

Sententia aliquorum, qui dicunt, quod Iudex debet ſequi opinionem probabiliorem circà factum.

Impugnatur.

Probabilitas naſcitur ex præſumptionibus hinc indè.

Probationes criminis debent eſſe claræ.

138. *Opinionem minùs probabilem poteſt ſequi Iudex, dum tamen ſit Reo fauorabilis.*

139. *Iudex an poſſit pœnam minuere poſt Sententiam diffinitiuam.*

Iudex quiuis, etiam Delegatus, poteſt Sententiam interlocutoriam retractare.

Delegatus Iudex nequit Sententiam diffinitiuam alterare.

140. *Iudex Ordinarius Sententiam diffinitiuam latam nequit immutare.*

Leges Ciuiles in defectu Canonum obligant etiam Clericos.

Iudex Ordinarius ſuam Sententiam diffinitiuam poteſt declarare, & quomodo.

141. *Epiſcopi, quomodo moderent pœnas latas per Sententiam.*

Clauſula per quam ſaluatur ius Epiſcopis moderandi pœnas.

142. *Miniſter Prouincialis nõ poteſt moderare pœnas inflictas per Sententiam.*

Si vult minuere, debet recurrere ad Generalem.

143. *Clauſula apponenda in Sententia, vt pœnæ latæ poſſint mitigari.*

135. Reſpondeo, quod, vt aliàs dictum eſt, ſi *Reus* probatus eſt præcisè culpabilis de delicto, pro quo ſimpliciter, & abſolutè reperitur lata pœna in Conſtitutionibus, ſimpliciter, & abſolutè ad eam condemnari debet, nullo autem modo ipſam augere, vel minuere *Iudex* poteſt. (*s*) Si autem crimen non habet pœnam à *Statutis* taxatam, & eam venari oportet ex *Sacris Canonibuss*, *& probatis legibus*, vt alibi (*t*) habet *Textus*; Vel ſi delictum eſt cum aliqua circumſtantia augente, vel minuente; arbitria ſua debet temperare *Iudex*; quæ tamen non debent, dependere à pura ipſius voluntate; ſed debent regulari per rationem, vt multoties in hoc *Opuſculo* dictum eſt.

136. Difficultas modo eſt, quomodò arbitria ſua Regulare debeat *Iudex*, quando circà aliquod factum non reperit legem certam, ſed ad rationes, aut auctoritates *Doctorum* recurrere, de neceſſitate, debet, & reperit, prout contingit in omni caſu dubitabili, rationes hinc indè pugnantes; & inter ſe contrarias opiniones *Doctorum*? Et ad hoc dico, quod in ſententiando *Reum* ſiue ad abſolutionem, ſiue ad condemnationem ad talem, vel talem pœnam, debet *Iudex* ſequi communem, & magìs probabilem opinionem; vt communiter Scribentes docet.(*a*) Tamen verū eſt, quod relicta opinione magis probabili, minùs probabilem ſequi poteſt; & ratio eſt, quia *Iudex* tunc non agit temerè, nec imprudenter, ſed operatur cum fundamento illius rationis, à quo redditur probabilis opinio illa; ſi enim rationabili fundamento hæc eſſèt deſtituta, nullo modo redderetur probabilis, cum opinio reddatur probabilis potiùs à fundamento rationis, quàm ab auctoritate *Doctorum*; & hanc doctrinam multi graues *Doctores* (*b*) aſſerunt.

137. Aduertendum tamen, quod probabilitas poteſt eſſe aut circà *Ius*, aut circà

cà *Factum*; hoc eſt an, vel quomodo tale crimen ſit puniendum de iure: aut quomodò ex tali indicio, & tali deduci poſſit crimen, vel non. Diſtinguunt ergo nonnulli *Doctores*, & dicunt, quod ſi loquamur de probabilitate circà *Ius*, poteſt *Iudex* amplecti opinionem minùs probabilem; ſed loquendo de probabilitate circà *Factum*, *Iudex* teneatur ſequi, quod probabiliùs eſt, & in hac Sententia ſunt multi. (c) Hæc tamen concluſio non plenè mihi ſatisfacit. Quia, vt aliàs diximus, quando ſunt duæ præſumptiones contrariæ, magis debet præualere illa, quæ eſt fauorabilior, & excluſiua delicti, quam oppoſita; niſi vna longè aliam excederet in ſpecie, puta comparando leuem cum graui; aut hanc cum violenta, vel indubitata. In caſu autem noſtro, probabilitates contrariæ circà *Factum* naſcuntur ex contrarijs præſumptionibus. Sequitur ergo, quod ſicut vincere debet præſumptio, quæ ſtat pro *Reo*, & pro non delicto, ità vincere debet probabilitas, quæ in illa fundatur, & hanc *Iudex* amplecti. Proindè non eſt vniuerſaliter vera talis concluſio, ſed tantùm poteſt habere locum, quando maior probabilitas fundatur in præſumptione validiori ſecundùm ſpeciem. Accedit, quod ſententiando circà *Factum*, & declarando aliquem *Reum* criminis, ſuper quo fuit inquiſitum, requiruntur probationes certæ, claræ, dilucidæ, *imò luce meridiana clariores*, vt ait *Textus*, (d) & non ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones, ex quibus oritur probabilitas. Sequitur proindè, quod maiorem probabilitatem, quæ delictum infert, non debeat ſequi *Iudex Reum* declarando, imò viceuerſa.

138. Cum hoc autem, quod(loquendo de probabilitate circa *Ius* in pœna inferenda,) poſſit *Iudex* ſequi opinionem minùs probabilem, vt diximus, aduertendum eſt, quod hoc *Iudici* liceat, quandò minor probabilitas, quàm vult ſequi, vergat in fauorem *Rei*, vt dicunt *Doctores*. (e) Proindè teneretur in Syndicatu, ſi, omiſſa probabiliori, quæ minorem pœnam infert, vellet ſequi minùs probabilem, maiorem pœnam infligendo; oſtenderet enim hoc modo animoſitatem, & fortè crudelitatem contrà *Reum*, & non ex motiuo iuſtitiæ, & charitatis proceſſiſſe; & faceret contrà monitum *Seraphici Patris*, qui voluit, quod in pœnitentia Fratribus peccantibus imponenda ità ſe gerant, vt *cum miſericordia illis iniungant pœnitentiam*, (f) quod non facerent, ſi ſeueriorem minùs probabilem opinionem amplecterentur.

139. Dubium autem hìc naſci poteſt, an poſſit *Iudex* in Sententia quidem rigoroſam pœnam iniungere, vt *Reum* terreat, & alios à peccando magis elonget ſeueritate punitionis, quam vident inflictam; ad oſtendendam autem clementiam, & miſericordiam in executionem illam minuat? Ad hoc reſolutiuè dico; quod deciſio huius dubij pendet ab illa quæſtione, an *Iudex* Sententiam, quam tulit, reuocare, aut moderare, poſſit. Et circà hoc diſtinguendum eſt dupliciter; puta de Sententia *Interlocutoria*; & *Diffinitiua*; & de *Iudice* Ordinario, ſiue *Delegato*. Quantùm ad *Interlocutoriam*, dico, quod quilibet *Iudex*, etiam Delegatus ad vnam tantùm cauſam, ſuam Sententiam *Interlocutoriam* poteſt pro libito reuocare, (g) cum enim per hanc lis non terminetur, nec per eam adhuc ſit functus Officio *Iudicis* habet poteſtatem mutandi decretum ſuum, corrigendo, reformando, ſiue retractando ipſum, iuxtà dictum, *Sapientis eſt aliquandò mutare conſilium*. Sed loquendo de *Diffinitiua*, aliter eſt dicendum; Quia, quoad *Iudicem Delegatum*, certiſſimum eſt, quod ipſe nullo modo poteſt Sententiam ſemel latam retractare, neque modificare, & circa hoc habemus apertam diſpoſitionem *Textus* in vtroq; iure. (h)

140. Quo verò ad *Iudicem Ordinarium*, dicendum eſt, quod etiam ipſe de *Iure Ciuili* Sententiam ſemel latam, & pœnam in ea inflictam moderare, aut reuocare, aut minuere non poteſt, vt habetur ex duobus *Digeſtis*. (i) Et quia in *Iure Canonico* non habemus circà hoc legem contrariam *Iuri Ciuili*, videtur concludendum, quod neque *Ordinarius Eccleſiaſticus* poſſit Sententiam *Diffinitiuè* latam quomodolibet immutare, ſed debeat eam punctualiter exequi. *Leges* enim *Ciuiles*, in defectu *Iuris Canonici*, ſaltem quo ad vim directiuam, obligant, eo quod *Papa* eas approbauit, & approbando quaſi *Iura Canonica* reddidit, (l) ſi contrà eas nihil ſtatuit. Verùm eſt, quod *Iudex Ordinarius*, ſi tulit Sententiam ipſo iure nullam, & *Reus* excipiat de nullitate, poteſt illam reformare, reuocare, & aliam con-

trariam de nouo ferre; vt dicunt *Doctores.* (m) Poteſt etiam ipſam ſemel tantùm declarare, dummodò ex declaratione non alteretur addendo, aut minuendo, ſed purè ſenſum Sententiæ dilucidando. (n) Tamen ipſam nullo modo immutare; aut pœnam in ea latam relaxare poteſt, vt multi tenent. (o)

141. Et quamuis ſoleant nonnulli *Epiſcopi* pœnas ſemel latas relaxare, aut minuere; hoc tamen non eſt de *Iure Communi*, ſed de inueterata conſuetudine particulari ſuorum Tribunalium, ob quod tàlis praxis non poteſt vniuerſaliter, & ad omnes extendi. Præterquamquod Sententiæ *Epiſcopales* feruntur, vt plurimum à *Vicarijs Epiſcoporum* inſerta ſalutari Clauſula (*ſalua moderatione, & commutatione Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Epiſcopi*) per quam vt dicunt *Doctores* (p) ſaluatur ius *Epiſcopo*, pœnas, à Vicario per Sententiam latas, moderandi; vt optimè concludit *Philippus de Bictis*. (q)

142. Ex ſupradictis ergo infertur, quod Miniſtri Prouinciales, nullo modo poſſunt relaxare pœnas latas à *Diffinitorio* per Sententiam abſolutè latam, aut eas vllo modo moderare, ſed illas debent, exequi ſecundùm totalem ipſarum extenſionem. Et hoc magis verificatur, ſi pœnæ ſint à *Statuto* latæ, & ſimus in caſu, in quo delictum ſit perfectè conſummatum, & non adſit qualitas diminutiua pœnæ; notum enim eſt, quod *Prouinciales* nequeant illam minuere, neque in Sententia ferenda, vt expreſsè habet *Textus* alibi; (r) vndè ſequitur à fortiori, quod neque poſt eam latam. De alijs etiam auctis, ſiue diminutis, iuxtà qualitates circumſtantes delictum, pariter probatum eſt, quod non poſſint; abſoluto enim Officio iudicandi per Sententiam, quæ ab integro *Diffinitorio* lata fuit, nequit *Prouincialis* ſolus, qui in auctoritate minor eſt *Diffinitorio*, illam minuere. Quia aut hoc faceret, vt *Iudex*, aut vt *Pater*: primum non poteſt, quia ſicut ſolus in iudicando non eſt, neque ſolus adminiſtrare ea, quæ *Iudicis* ſunt, poteſt, niſi in præparatorijs iudicij. Sed neque, vt *Pater*, cum poteſtas paterna turbare, aut impedire non debeat, quæ per iudiciariam poteſtatē ſunt diffinita. Vndè, ſi ex rationabili cauſa iudicet *Prouincialis*, minuendam eſſe intenſiuè, vel extenſiuè pœnam latam, neceſſarium eſt, quod ſcribat ad *Generalem*, cuius ſola auctoritate illa poteſt temperari.

143. Optimum proindè eſt (ſi *Diffinitorium* iudicat eſſe expediens, in caſu aliquo poſſe, mitigari pœnam, ſi Delinquens ſigna dederit veræ mortificationis, & pœnitentiæ) apponere clauſulam ſalutarem hoc modo, *reſeruando Patri Miniſtro Prouinciali, ſiue integro Diffinitorio facultatem dictam pœnam moderandi, ſicut ſibi meliùs in Domino videbitur expedire*; & per hanc poterit ſaluari ius pęnę minuēdæ, quod eſt in *Iudice* ante Sententiam.

IX. Quæritur. Quæ agenda ſint à Iudice ad quem appellatur?

SVMMARIVM.

144. *Iudex* ad quem *quid agere debeat in reuiſione Cauſæ.*
Iudices Appellationis in diuerſis caſibus dantur.
145. *Iudex Appellationis ab interlocutoria non poteſt ſe immiſcere in Cauſa niſi receptis actis.*
Debet priùs cognoſcere an Articulus ſit appellabilis.
Exemplum de Articulis appellabilibus.
146. *Debet pronunciare ſuper Articulo appellabili, & quare.*
147. *Iudex* ad quem *debet acta ſua authentica facere.*
Iudices Appellationis, ſi ex commiſſione plures ſint, quid agendum.
Commiſſa Cauſa commiſſa ſunt omnia ad eam neceſſaria.
148. *Iudex* à quo, *ſi malè detulit Appellationi, Cauſa ad eum non reuertitur.*
Sed arbitrarium eſt Iudici ad quem *illam ſibi remittere.*
Cautela ſeruanda à Iudice in Appellatione admittenda.
149. *Si Reus appellans eſt carceratus, & Iudices Appellationis non recipiunt acta, quid facere poſſint.*
150. *Reus appellare in ſcriptis pro ſua cautela debet, & duplex exemplar Appellationis formare, & vnum eorum, apud ſe retinere.*
151. *Articulo appellabili dubio, pronunciandum eſt pro Reo.*
152. *Articulus appellabilis debet ſubſiſte-*

re

Digitized by Google

re in facto, al'iàs appellatio non ſuſtinetur.

153. *Caſus, in quibus abſq; vlteriori probatione, ſed ex ſola Appellatione, Cauſa deuoluitur ad Iudicem* ad quem.

Ordo Eccleſiaſticus non perturbandus.

154. *Alius caſus, in quo ſufficit Appellatio abſque probatione.*

Negatiua vaga eſt improbabilis.

155. *Cauſa grauaminis ex præſumptione iuris probata nõ eget alia probatione.*

156. *Oblatio probationis ſuper exceptione legitima reiecta, eximit Appellantem ab onere probandi.*

Cautela adhibenda ab eo, qui Iudicem recuſat, eſt, vt offerat Iudici probationem cauſæ Appellationis.

157. *Exceptiones contra datam doctrinam.*

158. *Iudex ſi examinet Teſtem, contrà quem eſt propoſita exceptio, cum oblatione probationis, non inualidat Proceſſum.*

Arbitraria eſt Iudici receptio probationum exceptiuarum contrà Teſtem ante, vel poſt eius examen.

159. *Teſtes non requiruntur omni exceptione maiores in probanda cauſa Appellationis, ſed admittuntur etiã inhabiles, & ſingulares.*

Appellationis cauſa ſemiplenè probata, Appellatio indicauda eſt ſubſiſtens.

160. *Attentata poſt Appellationem ab interlocutoria reuocantur ſtatim, ac pronunciatum eſt, Appellationem fuiſſe validam.*

Iudex ad quem, *quando inhibere poſſit Iudici* à quo, *ne aliquid innouet.*

161. *Iuriſdictio Iudicis* à quo *impeditur tantùm in Cauſa, ſuper qua appellatum eſt, non in cæteris.*

Attentata propriè, quæ ſint.

162. *Difficultas circà prædicta.*

Iudex ad quem, *antequàm carcerationem reuocet, quid agere debet.*

163. *Iudices Appellationis ex commiſſione Generalis poſſunt per Cenſuras agere contrà Prouinciales.*

164. *Iudices Appellationis à diffinitiua, quæ curare debeant.*

Religio erit relaxata, ſi Criminoſi non puniuntur.

165. *Proceſſus, ſi deprehendatur defectiuus, ſed Reus verè culpabilis, quid agendum.*

166. *Reus coràm Iudice* ad quem *nouas probationes poteſt producere.*

Iudex Appellationis, quæ poſſit.

167. *Sententia quomodò, & quandò reformanda à Iudice* ad quem.

144. Reſpondeo, quod iuxtà *Textum*, & conſuetudinem *Religionis* apud Nos, *Iudices* Appellationis, (hoc eſt ij ad *quos* cauſa deuoluitur, interpoſita legitima Appellatione prout ſuprà dictum eſt) ſunt in multiplici differentia, iuxtà differentiam caſuum, in quibus poteſt Appellatio interponi. Si quidem appellari poteſt ab indebita reiectione recuſationis factæ à *Reo* de perſona Iudicis. Pariter appellari poteſt à decreto, ſeu Sententia interlocutoria habente vim diffinitiuæ; aut continente grauamen non reparabile in Sententia finali, vt Appellatio à decreto Torturæ. Tandem appellari poteſt à Sententia diffinitiua. In primo caſu *Iudices* Appellationis ſunt *Arbitri*, electi iuxtà ſuperiùs (*s*) dicta; in ſecundo, & tertio caſu, de iure eſt *Superior Ordinarius* immediatus *Iudici à quo* appellatur; & ità ſi iſte eſt Delegatus à *Prouinciali*, aut *Generali*, *Iudex* Appellationis eſt *Prouincialis*, ſiue *Generalis* reſpectiuè, ſi verò eſt *Ordinarius*, aut habens iuriſdictionem tanquam *Ordinarius*, vt eſt *Commiſſarius Viſitator Prouinciæ*, *Iudex ad quem* Appellatio deuoluitur, eſt *Superior Generalis*. Tamen conſuetudo *Religionis* eſt, quod Appellatio ab Interlocutoria à *Generalibus* committatur in partibus, in quibus fit Cauſa, aliquibus doctis, & grauibus viris de *Prouincia* contigua; & hoc prudenter, ne ſi fortè Appellatio non iudicetur ſubſiſtens, cogatur *Reus* longum iter facere, eundo ad *Generalem*, & redeundo ad *Iudicem à quo*; cui ſpectat Cauſæ proſecutio. De Appellatione verò à diffinitiua, vt plurimùm cognoſcunt *Generales* ipſi; licet & hoc poſſint alteri committere, vt aliquandò factum eſt, ex iuxtà cauſa.

145. Dicendum ergo pro maiori claritate eſt id, quod præſtare debet vnuſquiſque ex prædictis, vt in facti contingentia ſciant quomodò ſe gerere debeant. Quo ad *Arbitros*, cum ſuo loco (*t*) tradiderimus, quæ ab ipſis facienda ſunt, non eſt vndè hic inutiliter repetamus. Quo verò ad *Iudicem* Appellationis ab interlocutoria ſiue Ordinarius ſit, ſiue Delega-

tus, iuxtà dicta paulò ſuprà, ſciendum eſt; quod ipſe nullo modo poteſt ſe immiſcere in Cauſa, niſi priùs acta coram *Iudice à quo* receperit, vt ſuprà habet *Textus*, (*u*) & Nos diximus. Habitis igitur, & luſtratis actis, debet, primò examinare Articulum, ſuper quo eſt appellatum; & quia ex diſpoſitione *Tridentini*, vt aliàs (*x*) dictum eſt, ſublata remanet facultas appellandi ab interlocutoria, niſi contineat grauamen irreparabile per diffinitiuam; aut niſi Decretum, ſeu Sententia ipſa habeat vim diffinitiuę; ideò ante omnia examinare, debet *an Articulus ſit de altero iſtorum*; quod ſi tale non fuerit, debet, reijci Appellans, ad primum *Iudicem*. Et quia pro imperitis ſcribo, demus exemplum. *Caius Reus* excipit contrà *Seium* Teſtem de inimicitia, propter quã eius teſtimonium in totum annullatur. Factis à *Caio* probationibus, pronunciat Iudex; *non conſtare de inimicitia prætenſa*. Appellat *Caius* ab hac Sententia; & valet; quia licet ſit interlocutoria, tamen habet vim diffinitiuæ, eo quia ſuper illo Articulo non eſt ampliùs pronunciandum. Similiter, dum ſit Proceſſus contrà *Caium* decernit *Iudex*, quod *ipſe vadat de Familia in tali Conuentu*, in quo manet *Seius* eius inimicus, qui malè ab illo tractabitur; vel *quod maneat in cella*; vel *quod neminem alloquatur*; vel *quod non ſcribat ad aliquem pro conſilio, &c.* adiuncta pœna, ſi contrafecerit, & *Caius* appellat ab hoc præcepto *Iudicis*, valet Appellatio; quia grauamen, quo ſe prætendit *Caius* premi contra ius, non poteſt, reparari in diffinitiua.

146. Viſo ergo, quod interlocutoria talis eſt, quod potuerit ab illa validè appellari, debet *Iudex* Appellationis aggredi receptionem probationum, quas *Reus* præſtare tenetur; priùs tamen pronunciato ſuper validitate Appellationis. Ratio eſt, quia *Iudex ad quem* nullo modo poteſt ſe immiſcere, cognoſcendo de cauſa Appellationis, ſi ſit valida, nec ne, neque inhibere *Iudici à quo*, ne ampliùs procedat, niſi priùs pronunciauerit, *Validam eſſe Appellationem ipſam*, (ſpectata nempè natura ipſius, puta quod fuit interpoſita ſuper Articulo continente grauamen irreparabile in diffinitiua; vel habuit vim diffinitiuæ, vt dictum eſt,) licet neſciat adhuc, an rationes quas habet *Reus* ad appellandum ſubſiſtant in facto, nec ne. Et hoc habetur textualiter in duabus *Decretalibus*, (*z*) & rationi congruit; quia in tantùm Cauſa deuoluitur ad *Iudicem ad quem*, in quantùm Appellatio potuit fieri; & determinare, quod iſta potuit, fieri, ſpectat ad eundem *Iudicem ad quem*, qui, pronunciando, facit Cauſam ſuam, & ad eam fundat propriam iuriſdictionem. Oportet ergo, quod ſuper validitate Appellationis pronunciet.

147. Et quia *Iudex ad quem* acta ſua authentica reddere debet; oportet, quod Proceſſum ſuum inſtituat eo modo, quo de Proceſſu informatiuo hucuſq; dictum eſt in hoc Opuſculo; puta creando *Notarium* modo præſcripto, faciendo decreta de procedendo, &c. Et quia, vt diximus Cauſa Appellationis aliquandò committitur duobus, vel tribus viris grauibus, non inſolidum, itaut, ſi vnus abſit, alij poſſint procedere ſine cæteris; ideò acta fieri debent nomine omnium, & *Notarius* pariter creari ab omnibus; & licet de creatione *Notarij* nihil dicatvr in literis Commiſſionalibus, tamen hoc debet intelligi, commiſſa enim Cauſa commiſſa pariter ſunt ea, ſine quibus nequit illa expediri. (*a*) Receptis ergo *Literis Commiſſionalibus* ſic incipi debet Proceſſus. *In nomine Domini, &c. Cum à Reuerendiſſimo P. N. Generali Miniſtro, &c. miſſæ ſint literæ tenoris ſequentis, &c.* (& regiſtrentur, & in Proceſſu inſerantur,) *RR. PP. NN. commiſſionem ſibi demandatam, vt par eſt, exequi volentes, coram ſe congregatos vocare fecerunt P. N. &c. & in præſentia N. & N. Teſtium ad hoc ſpecialiter adhibitorum, ab ipſo iuramentum fidelitatis exegerunt, & Notarium creauerunt, vt in cauſa ſibi demandata legaliter inſeruiat. Acta ſunt hæc anno, menſe, die, & loco, &c.* Et poſt apertis actis ad ſe tranſmiſſis conſiderent, an Appellatio ab interlocutoria ſit ex ſpecie illarum, quæ, prout dictum eſt, veniunt admittendæ. Quod ſi repererint ipſam admittendam non eſſe, declarent, *Appellationem illam non eſſe ſuſtinendam, & proindè Appellantem ſe remittere ad ſuum Iudicem, vt ab eo Cauſa cognoſcatur*; & formam decreti dabimus in *Secunda Parte* ſuo loco.

148. Quid autem, ſi *Iudex à quo* Appellationem ipſam admiſerit, quæ tamen non admittendam fuiſſe, iudicetur? Dico, quod tali caſu *Iudex à quo* ſuam iuriſdictionem à ſe abdicauit; & ideò quantumuis non fuerit Appellatio legitima, tamen

Cau-

Cauſa ad eum non reuertitur, vt textualiter habent duæ *Decretales*. (*b*) Et hoc rationabiliter, quia enim malè detulit Appellationi, cui non debuit, ex tali reatu, excludi debet ab honore iudicandi, vt dicit *Gloſſa*. (*c*) Sequitur ergo, quod de neceſſitate, Cauſa non debet, reuerti ad ipſum, vt iura (*d*) volunt. Arbitrarium tamen eſt *Iudici ad quem*, ſi vult, ad priorem *Iudicem* cauſam remittere, vt dicit alia *Gloſſa*. (*e*) Et ideò *Doctores* (*f*) dicunt, quod cauti *Iudices*, à quibus appellatur, decretum ſuper Appellatione interpoſita concipiunt per verba negatiua, appoſita clauſula ſalutari, puta dicendo, *non admittimus, niſi ſi, & in quantum erit de iure admittenda*. Et ratio eſt, quia talis clauſula præſeruat *Iudicem*, qui ſe declarat, velle, concedere id, quod de iure debet, & hoc modo non poteſt dici *Reus* iniuſtè grauatus; nec tamen admittit Appellationem, & ex conſequenti non abdicat à ſe iuriſdictionem; vndè ſequitur, quod ſi *Iudex ad quem* declarat, *Appellationem non eſſe legitimam* Cauſa, pleno iure, & ipſo facto, ad ipſum reuertitur.

149. Sed quia multoties *Iudices* obfirmati in ſuo ſenſu, reijciunt tanquam friuolas Appellationes, quæ ſunt legitimæ, aut ſaltem dubiæ, & procedunt ad vlteriora, & ſi *Reus* non vult mandatis ſuis parere, eum tanquàm contumacem carcerant, aut alijs pœnis afficiunt, & *Reus* interim ſcribit ad *Superiorem Generalem*, & iſte Cauſam Appellationis delegat; dicendum eſt quomodò procedent in hoc caſu Delegati cum ad eos nondum peruenerint Acta, ſed tantùm ſimplex Epiſtola. Dico, quod ex Epiſtola illa poſſunt Delegati cognoſcere de validitate Appellationis, & declarare, an eſſet illi à *Iudice* deferendum nec ne. Et ratio eſt, quia Sententia hæc prima, & præliminaris Proceſſus faciendi à Delegatis, pendet à ſolo dicto ipſius Appellantis, qui proponit ipſis *an Appellatio tali modo facta ſit admittenda, nec ne?* Eſt enim pura quæſtio *Iuris*, & Sententia Delegatorum pronunciantium ſuper ea eſt merè declaratoria *de Iure*. Et neceſſarium non eſt, quod ad hoc audiatur *Iudex à quo*; neque acta luſtrentur, quia nullum præiudicium adhuc fit illi, ex tali declaratoria, non enim per hanc aliquid decernunt, aut Cauſam ad ſe deuoluunt; quia oportet, quod Appellans probet, quod *de Facto* taliter appellauit, & quod fuit intrà tempus à *Iure* Statutum, ad hoc, quod Delegati poſſint, inhibere *Iudici à quo*, ne procedat, & examinare probationes ſuper *Facto*; & hoc, antequam acta recipiant, non poſſunt, aggredi, vt dictum eſt ſuprà.

150. Cum verò poſſit *Iudex* malæ conſcientiæ negare Appellationem fuiſſe interpoſitam, (& de facto ordinauiſſe, quod inter acta non reciperetur tanquam friuola;) vel quod fuerit facta poſt decem dies à facto decreto interlocutorio, (quod probare poteſt ex actis à ſe vitiatis,) optima cautela pro *Reis* eſt, quod appellent in ſcriptis, iuxtà id, quod ſtatuitur in quadam *Decretali*, (*g*) & duo exemplaria habeant ſubſignata à ſe, & duobus Teſtibus, in quorum præſentia vnum *Iudici* porrigant, & aliud ſubſignatum, etiam à *Notario* Cauſæ, ad hoc rogato, apud ſe conſeruent ad omnem bonum euentum: & ſi *Notarius* noluerit, illud ſubſignare, faciant fidem ijdemmet Teſtes, in calce eiuſdem Libelli, quod ille, rogatus ab Appellante, noluit ſubſcribere. Si enim *Iudex* Appellationi non deferat, poterit, ſcribere ad *Generalem*, & exemplar Appellationis interpoſitæ inſimul ad eum mittere per quod probabitur Appellatio facta in tempore congruo. Et in tali caſu, poſſent Delegati decernere, Cauſam eſſe ad ſe deuolutam, licet ad eos nondùm acta peruenerint; quia, per tale exemplar ſubſignatum à Teſtibus, ſufficienter probatur Appellatio interpoſita.

151. Notandum tandem, pro inſtructione *Iudicis ad quem*, ſiue *Delegatorum*, quod ſi in examine Appellationis Sententia eſt dubia, debent iſti pronunciare pro *Reo*, vt habet *Textus* ſuprà (*h*) concordando cum quadam *Gloſſa*. (*i*) Et ità ſi vnus eſt *Iudex ad quem*, & videat controuerſum eſſe apud *Doctores*, *an tali ſpeciei Appellationis ſit deferendum necnè*, debet, declarare pro *Reo*; & ſi plures ſint *Delegati*, quorum aliqui opinentur ſuſtinendam eſſe Appellationem, & aliqui non; ſemper præualere debet illi, qui dicũt ſuſtinendã, licet tantùm vnus eſſet, quàm ceteri, qui dicunt contrarium, quamuis multi; & ratio eſt, quia in conflictu rationum, & opinionum, res eſt dubia, & ideò decidenda pro *Reo*. Nec debet ad hoc facere numerus Opinantium contrarium, quia poteſt eſſe, quod melior ſit ratio vnius, quã aliorum, licet multi ſint; & in ſuſtinenda Appella-

pella-

pellatione non poteſt eſſe læſio iuſtitiæ, ſicut eſſet in Sententia Abſolutoria, vel Condemnatoria; quia ſi *Reus* inueniatur in facto principali culpabilis, poterit benè ab ipſis puniri, licet eius Appellatio iudicata fuerit ſubſiſtens. Proindè, ſi deberent, diffinitiuè pronunciare abſoluendum, ſeu condemnandum, maior numerus debet, ſine dubio, vincere; ſed non ſic in declarando ſuper Appellatione; attento maximè, quod nulla læſio fit *Iudici à quo* ex hoc, quod Appellatio iudicetur legitima. Quia ſi Appellans deficit in probatione Cauſæ, hæc ad eum reuertitur; & ex iudicio ſuo nullum lucrum reportat.

152. Quia verò non ſufficit ad hoc, quod ſuſtineatur Appellatio, quod ipſa *de Iure* talis ſit, cui debeat, deferri, niſi etiam probetur, quod talis ſit *in Facto*; puta, quia ſubſiſtunt Cauſæ aſſignatæ ab Appellante coram *Iudice à quo*(*l*) aliàs non poſſet, dici iuſtificata Appellatio; ideò debent *Iudices Delegati* recipere probationes, ſiue per Teſtes, ſiue per inſtrumenta, quas tenetur facere *Reus*. Vt ex. gr. ſi exceptio non admiſſa à *Iudice à quo*, fuerit contrà Teſtem, *quod ſit Inimicus*, *Periurus*, *Infamis*, *&c.* Et ſuper non admiſſione fuerit Appellatum; tenetur *Reus* adducere probationes coram *Iudice ad quem*, quibus conſtare faciat, quod Teſtis eſt talis, qualem dixit excipiendo.

153. Sciendum tamen, quod in multis caſibus ad nullam probationem obligatur Appellans, ſed, ex ſola Appellatione interpoſita, Cauſa remanet deuoluta ad *Iudicem*, *ad quem*. Primus eſt, quando quis appellat à *Recuſatione reiecta*; ex hoc enim, quod *Recuſatus* proceſſit in Cauſa principali, iuſtificata cenſetur Appellatio ex facto ipſo *Iudicis*, qui procedendo videtur grauare *Reum*; non tollitur tamen per hoc, quod *Reus* non teneatur probare coram *Iudice ad quem* cauſas legitimas Recuſationis, quas ex præſcripto *Textus*, vt alibi (*m*) dictum eſt, tenetur, proponere coram *Iudice* recuſato, & probare coram *Arbitris*. Et in hoc non conſentio opinioni *Sgroi*, qui citans pro ſe *Franch.* & *Cardinalem Alexandrinum* (*n*) docet Appellationem à reiectione Recuſationis, *valere, licet aliter poſteà in Appellatione non probetur, Cauſas Recuſationis eſſe veras; & non fuerit oblata probatio, quia Recuſans Iudicem, non tenetur probationes facere coram eo*. Quia licet non teneatur *Reus* facere probationes coram *Iudice recuſato*, non tollitur per hoc, quin hoc facere debeat coram *Arbitris*, qui ſunt veri *Iudices*, vel coram *Iudice ad quem* appellat, qui ſuccedit loco *Arbitrorum*. Et ratio eſt clara ex abſurdo, quod ſequeretur; ſi enim ex cauſa friuola recuſaretur *Iudex*, qui, ea ſpreta, ad vlteriora procederet, & *Reus* appellaret, & non teneretur ad probandas Cauſas Recuſationis, eſſet in facultate cuiuſuis *Rei* recuſare *Iudicem* ex quauis cauſa, etiam debili, aut ficta, quæ ſemper ſubſiſteret, ex eo, quod non teneretur ad eam probandam; & ſic ex ſola voluntate Recuſantis, & Appellantis confunderentur iuriſdictiones, *Iudex inferior* ſpoliaretur proprio iure, & ad illius arbitrium Cauſa ad alium *Iudicem* deuolueretur, quod eſt *Ordinem Eccleſiaſticum* contrà *Canones* (*o*). perturbare.

154. Secundus caſus eſt, *quandò grauamen illatum non ſubiacet probationi*, & eſt, quando conſiſtit in negatione vaga, non coarctata loco, & tempore; cum enim iſta non ſit probabilis, vt dicunt *Doctores* poſt *Iura*, (*p*) ſequitur, quod neque Appellans tenetur ad eam. Exemplum eſt, ſi *Reus* peteret inducias ad deliberandum, aut probandum; aut copiam Sententiæ, vel Decreti, & *Iudex* denegaret, concedere, & ſuper denegatione fieret Appellatio. Tamen non diſpenſatur *Reus* in probatione eius, quod probare poteſt; nempè, quod ipſe petijt à *Iudice* hoc, vel illud; aliter ſequeretur abſurdum ſimile ſuperiùs dicto, puta, quod poſſet *Reus*, fingere ſe petijſſe, & ſibi fuiſſe denegatum, & ideò ſe appellaſſe, cum tamen in actis, vel alio modo nihil probaretur de petitione, & ſic poſſet ad ſui libitum deuoluere, contrà fas, cauſam ad alium *Iudicem*.

155. Tertius caſus eſt, *quandò cauſa grauaminis probatur*, *per ſolas allegationes Iuris*, abſque alia probatione Facti; aut ſi appareat ex præſumptione *Iuris*, vt dicunt *Doctores*. (*q*) Vt, exempli gratia, ſi quis appellaret à Decreto Torturæ; aut ſequeſtrationis in camera; & grauamen eſſet notorium; quia notorium ſiue *Iuris*, ſiue *Facti* releuat ab onere probandi, ſed ſufficit, illud proponere, tanquàm notorium.

156. Quartus caſus eſt, *quandò Appellans propoſuit Exceptionem*, *quæ appareat legitima*, *& eodem contextu offert Iudici à quo probationem ipſius Exceptionis*; in tali enim

enim caſu, vt optimè aduertit *Gloſſa* cuiuſdam *Decretalis* (r) apparet manifeſtum grauamen *Iudicis*. Quia enim propoſita eſt Exceptio non manifeſtè friuola, ſed probabiliter legitima, & inſimul oblata probatio, tollitur *Iudici* omnis præſumptio, quam poſſet legitimè habere, de falſitate Exceptionis propoſitæ;& debet recipere probationes oblatas, ad ſe certificandum de veritate Exceptionis. Si ergo, non acceptata oblatione, ad vlteriora vult procedere, grauat *Reum*, qui proindè appellat legitimè, & eius grauamen, cum appareat ex facto, non indiget vlteriori probatione ad hoc, quod Cauſa remaneat deuoluta. Aduertendum eſt tamen, vt monet *Abbas*, (s) quod oblatio probationis iuſtificat Appellationem quoad deuolutionem Cauſæ dumtaxat, non verò, vt Exceptio cenſeatur probata in præiudicium partis aduerſæ, (puta *Actoris*, ſi proceditur per viam accuſationis) aut Cauſæ principalis, ſi procedatur *ex Officiò*; quia iniquitas *Iudicis* non debet aut nocere tertio, aut præiudicium afferre iuſtitiæ. Et ideò oblatio probationis operatur ſolùm hoc, quod Appellatio deuoluit Cauſam ad *Iudicem ad quem*, nec tenetur iſte illam remittere ad primum *Iudicem*, caſu quo Exceptio propoſita non probetur. Magnum tamen commodum affert *Reo* appellanti talis oblatio; vt euadat è manu *Iudicis*, de quo parum fidit. Oblata enim probatione Exceptionis, & ea reiecta, appellando, eripit ſibi Cauſam, & ad alium deuoluit. Et hæc optima eſt cautela pro eo, qui *Iudicem* ſuſpectum recuſat; vt eodem contextu probationem Exceptionis offerat, vt, ea denegata, appellari poſſit, & ita Cauſa deuoluatur; & hoc eſt benè menti tenendum.

157. Iſte tamen quartus caſus limitatur multipliciter; & eſt, quod Appellatio à non admiſſione probationum oblatarum non deuoluit Cauſam, quando admiſſio Exceptionis, ſiue probationis eſt arbitraria *Iudici*; & quandò probatio, quantumuis fieret, eſſet tamen inutiliter facta; & quando opponeretur Exceptio notoriè iniuſta; & quando ſi retractetur grauamen, ob quod fuit appellatum, res rediret in priſtinum ſtatum, ſi non probaretur veritas ipſius exceptionis; & quando Appellatio ſit coram honeſtis viris, & non coram *Iudice*; vel quandò fit *Iudici*, ſed tamen extraiudicialiter; & quando offertur probatio contrà euidentiam *Rei*, & ſimilia, quæ reducuntur ad hanc vnicam rationem fundamentalem, puta, quod *Iudex* non recipit probationem oblatam, quam tenetur recipere ad ſe certificandum de veritate Exceptionis, & proindè grauat *Reum*. In ſupradictis autem limitationibus quas *Doctores*, (t) aſſignant, ratio aſſertionis reducitur ad hoc fundamentum, nempè quod in caſibus, in quibus limitatur regula ſupra adducta, *Iudex* non grauat *Reum*, probationem oblatam non recipiendo, quia ipſam non tenetur admittere, quia eſt ipſi arbitraria; aut inutilis; aut ab eo ignorata, quia coram ſe non eſt facta; aut facta extrà iudicium; aut impoſſibilis, quia contrà euidentiam *Rei*.

158. Vnum autem frequenter practicabile, & vſu veniens eſt, quod ſi aliquis excipit contrà Teſtem, antequam examinari incipiatur, vel terminetur, & offert *Iudici* probationem Exceptionis incontinenti; *Iudex* autem, non obſtante Exceptione propoſita, examen illius Teſtis incipiat, aut perficiat, & *Reus* appellet, proteſtando de nullitate, non tamen remanet Cauſa deuoluta ad *Iudicem ad quem* ex eo, quod *Iudex à quo* probationem non recepit, nec detulit Exceptioni. Ratio autem eſt, quia in hoc caſu *Iudex à quo* non grauat *Reum*; etenim arbitrarium *Iudici* eſt reſeruare Exceptiones, quæ requirunt iudicialem indaginem ad merita Cauſæ, vel ad eius finem: licet enim in quodam *Autentico* habeatur, (u) quod in Cauſa Criminali non recipiantur teſtimonia ante examen Exceptionum factarum contrà Teſtes; tamen ſi Teſtes excepti examinantur, & differtur receptio probationum in fine Cauſæ, puta in Defenſionibus, non vitiatur Proceſſus, ex tali enim teſtimonio dato per Teſtem exceptum nullum damnum aduenit *Reo*; quia vel Exceptiones probantur legitimè, vel non; ſi ſic, teſtimonium datum nihil valet contrà *Reum*, & ſic non grauatur. Si non; exceptio propoſita à *Reo* eſt, ac ſi minimè facta fuiſſet, & *Reus* nullum incommodum recipit, ex eo, quod receptum ſit teſtimonium ante receptionem probationum, quæ nullæ ſunt. Eſt ergo, vt dicebam, arbitraria *Iudici* receptio probationum exceptiuarum ante, vel poſt examen Teſtis, & ità *ex Iure* deducunt *Doctores*. (x) Et cum non teneatur *Iudex* de neceſ-

ſitate

ſitate ad eas recipiendas ante examen, *Reus* non grauatur, & ſic in eius Appellatione non apparet de grauamine ſibi facto, proindè neque Cauſa deuoluitur ex ſola interpoſitione Appellationis.

159. Cognita igitur validitate Appellationis, & pronuntiato de eius legitimitate, debet *Iudex ad quem* aggredi examen cauſarum adductarum à *Reo*, ob quas appellauit; & iſtas ſi poteſt *Reus* iuſtificare ex actis, benè quidem; ſit minùs oportet, quod probet per Teſtes, & inſtrumenta. Quod ſi requiras an Teſtes ſint neceſſarij omni exceptione maiores, & probatio plena eo modo, quo probari, debent delicta ad condemnandum? Reſpondeo quod non, & ratio eſt, quia talis probatio ſpectat ad defenſionem *Rei*, vnde & gaudet priuilegio Defenſionis; quemadmodum ergo ad defenſam admittuntur Teſtes, qui patiuntur defectus, qui tamen ad offenſam non admitterentur, (vt aliàs dictum eſt;) & in ea Teſtes ſingulares probant fauore *Rei*, (qui tamen contrà *Reum* non probarent,) ità etiam debet, eſſe in probatione cauſarum appellationis. Proindè non requiritur, quod probatio euadat plena ad rigorem, ſed ſufficit ſemiplena. Et ratio petitur ex Textu ſupra, (a) vbi ait; *Dubia Appellationis exiſtente Sententia, in Rei fauorem Iudex inclinare tenetur*. Et aduertendum, quod hic loquitur indefinitè, & proindè de omni *Iudice*, qui debet pronunciare ſuper validitate Appellationis, vnde hoc loco non veniunt tantùm *Iudices*, qui debent cognoſcere de Appellatione ab interlocutoria, vel diffinitiua, ſed etiam *Arbitri*: ipſi enim veri *Iudices* ſunt, & Recuſatio, de qua cognoſcunt, habet vim Appellationis, quo ad ſuſpenſionem Iuriſdictionis in *Iudice recuſato*: Aduerto ampliùs, quod hic *Textus* indifferenter loquens de *Sententia appellationis*, accipiendus eſt, non ſolum in determinando, *An Appellatio ſit legitima de iure*, ſed etiam, *an ſit ſubſiſtens in facto* ex vera cauſa. Hoc adnotato, dico, quod ex probatione ſemiplena ſuper cauſis appellationis, Sententia euadit dubia, ſi enim plena eſſet, Sententia appellationis eſſet certa, vt patet; ſi ergo *dubia Appellationis exiſtente Sententia* debet pronunciari pro *Reo*, ità debebit fieri ſi *Reus* ſemiplenè probat cauſam Appellationis. Et ità pronunciandum eſt *Appellationem ſubſiſtere*, ſemiplenè probatâ eius causâ in facto.

160. Cognitis ergo cauſis Appellationis, & pronuntiato, quod ipſa ſubſiſtat, (& in *Secunda Parte* dabimus formam Decreti, quod debet fieri) debet *Iudex à quo* reuocare grauamen illatum *Reo*, quod habet tractum ſucceſſiuum, quantumuis ab interlocutoria, per quam illatum eſt grauamen illud, non fuiſſet ex poſt appellatum à *Reo*. Exemplum eſt. *Reus* recuſat *Iudicem*, vt ſibi ſuſpectum ob intimam amicitiam, & familiaritatem, quam habet cum *Accuſatore*; *Iudex* reijcit, vt friuolam, illam Recuſationem; appellat *Reus*; *Iudex* ſpreta ad huc Appellatione, proſequitur in Cauſa, & decernit *Reum*, tanquam ſuſpectum de fuga, eſſe carceri mancipandum ad cuſtodiam, & *Reus* ab hac interlocutoria non appellat, ſed tranſit in iudicatum. Dico ergo, quod cognita à *Iudice ad quem* veritate cauſarum Appellationis, debet iſte reuocare grauamen carcerationis, licet iuterlocutoria, per quam illatum fuit, tranſierit in iudicatum & debet iubere, vt *Reus* excarceretur. Et ratio eſt, quia carceratio illa Decreta poſt Appellationem eſt attentata, cum enim appellatum fuerit à reiectione Recuſationis, & cognita ſit legitima *in Iure, & Facto* Appellatio, per eam ſuſpenſa fuit *Iudicis à quo* iuriſdictio; & proindè non poterat aliquid noui decernere in præiudicium *Rei*; vndè cum *Iudex ad quem* pronunciat *benè fuiſſe Appellatum*, implicitè declarat, nullam eſſe Sententiam interlocutoriam de carcerando latam poſt Appellationem, & ideò illam reuocat. Attentata autem poſt Appellationem ab interlocutoria eſſe reuocanda, ſtatim, ac pronunciatum eſt, de validitate Appellationis, docent communiter Scribentes. (a) Imò eſſent reuocanda etiam antè Sententiam ſuper validitate Appellationis, ſi *Iudex ad quem*, pronunciato ſuper Appellatione, quod fuerit legitima de iure, inhibuiſſet *Iudici à quo*, ne aliquid innouaret, & iſte, non obſtante inhibitione, proceſſiſſet ad aliquod grauamen contrà *Reum*, carcerando ipſum. Inhibere autem poteſt *Iudex ad quem Iudici à quo*, ne aliquid noui procedat, quando ex cognitione Appellationis, quod fuerit legitima de Iure, Cauſa remanet deuoluta ad *Iudicem ad quem*, qui proindè incipit cognoſcere de veritate Cauſæ Appellationis in *Facto*; (b) Et ratio eſt, quia tunc fundata remanet eius iuriſdictio in Cauſa, & *Reus* factus eſt ſu-

biectus

Digitized by Google

biectus Foro ſuo, vndè poteſt decernere, ne aliquid noui fiat contra illum, & ſic inhibere.

161. Sobriè tamen accipiendum eſt, hoc dictum circa inhibitionem faciendam, & attentata reuocanda; non enim per Appellationem interpoſitam ſuſpenditur in *Iudice à quo* iuriſdictio in *Reum* totaliter, ſed tantùm quo ad Cauſam illam, & adnexa, connexa, & tangentia illam; in cæteris verò non læditur. Et ideò ſi *Reus* appellauit à *Superiore Locali*, aut *Prouinciali*, eſto, quod iſti non poſſint cognoſcere de Cauſa, ſuper qua fuit Appellatum, nec grauare, iubere, inhibere, aut quid decernere contrà *Reum*, in re tangente illam Cauſam, tamen non impediuntur, quin diſponant in cæteris de *Reo*, ſicut de cæteris eorum Subditis; & ità ſi nouo delicto peccat, poſſunt ipſum punire; atque illi præcipere in non tangentibus Cauſam, ſicut cæteris *Religioſis*. Similiter innouata poſt Appellationem à *Iudice à quo*, quæ veniunt nomine attentatorum, ſunt ea ſolummodò, quæ formaliter, vel reductiuè ſpectant ad Cauſam, ſuper qua fuit appellatum; & hæctantùm reuocare poteſt *Iudex ad quem*, vt dicunt *Doctores*. (c) Et ratio eſt, quia *Iudex ad quem*, per deuolutionem Cauſæ ad ipſum, non acquirit vniuerſaliter iuriſdictionem in *Reum*, ſed tantùm in negotijs tangentibus Cauſam deuolutam. Excipiuntur autem attentata noua, quæ ſunt notoriè iniuſta, &, vt dicit *Francus*; (d) præſumuntur proceſſiſſe, ex malo animo *Iudicis* contrà illum, qui appellauit, cum iniuſta notoriè ſint, & ità ad Appellationis negotium aliquo modò reducuntur.

162. Difficultas autem eſſe poteſt circà id, quod ſupra dictum eſt, de reuocatione Carcerationis factæ poſt Appellationem. Quia ex *Textu* habemus, quod (e) *Iudex à quo* poteſt *Reum* de fuga ſuſpectum in Carcere detinere, donec acta ad *Iudicem ad quem* tranſmittantur, & iſte de Appellatione cognoſcat. Non poterit ergo *Iudex ad quem* reuocare talem Carcerationem tanquàm attentatam, ex ea potiſſimum ratione, quod Arbitrarium *Iudici* eſt, decernere, quandò *Reus*, ſit ſuſpectus de fuga, & ob hoc in cuſtodia ipſum aſſecurare. Ad hoc dico, quod *Iudex ad quem*, ità debet ex æquitate procedere, vt ne *Reus*, vltra fas, grauetur, neuè vltrà fas, ex Appellatione, reportet commodum cum læſione iuſtitiæ. Si delictum atrociſſimum ſit, profectò *Reus* optimo iure in cuſtodia detinetur, dato quod concurrant cætera, quæ diximus aliàs, (f) requiri ad hoc, quod aliquis ità poſſit iuſtè carcerari. Et in hoc caſu, non debet *Iudex ad quem* reuocare Carcerationem factam à *Iudice à quo* poſt interpoſitam Appellationem, cum potuerint poſt eam ſibi extraiudicialiter adueniſſe indicia talia, quod rationabiliter iudicauerit cuſtodiendum. Antequam ergo carcerationem, vt attentatam reuocet, ſciat à *Iudice à quo* motiua, ob quæ carcerauit; quod ſi ea fuerint veriſimilia, & vrgentia, non debet reuocare Carcerationem, quia ipſa iuſtificata eſt. Si verò motiua adducta à *Iudice à quo* videat eſſe debilia, inueriſimilia, mendicata, & cum exaggeratione expreſſa, cognoſcat eſſe falſa, & excogitata ab ipſo ad ſe vindicandum aliquomodo de *Reo*, ob Appellationem interiectam. Tunc mandet, vt ipſo facto excarceretur *Reus*; ſicut etiam quandò delictum, aut *Reus* eſt talis, quod fuga non poſſit rationabiliter præſumi; tunc enim Carceratio eſt, iniuſta; *Iudex* enim *à quo*, non rationabiliter regulauit arbitrium ſuum, vt facere tenetur. (g)

163. Quid autem, ſi *Iudices* Appellationis eſſent *Delegati à Generali*, & ad mandatum iſtorum *Prouincialis*, à quo appellatum eſt, nollet excarcerare, aut alia attentata reuocare? Dico, quod tali caſu *Delegati* poſſent procedere contra *Prouincialem* ipſum ſuſpendendo, & etiam Excommunicando; cum enim ſint veri *Iudices*, poſſunt per Cenſuras compeſcere omnes, qui ſuam iuriſdictionem impediunt, vt textualiter habent multi *Canones*. (h) Conſultiùs autem fieret, ſi *Delegati* recurrerent ad *Generalem*, qui deberet non ſolum iubere, vt *Prouincialis* exequeretur mandata *Delegatorum*, ſed etiam ipſum pœna Suſpenſionis ab Officio, per aliquod tẽpus, punire, ad exemplum aliorum, ne authoritas *Delegatorum* contemnatur, quæ ipſiſſima eſt, cum authoritate *Generalis* delegantis.

164. Reuocatis attentatis, ſi quæ ſunt, examinari debet à *Iudice ad quem* Cauſa principalis, & in hoc puncto pares ſunt, & eodem modo procedere debent *Iudices* Appellationis tam ab interlocutoria, quã à diffinitiua. Primò obſeruari, debet, An ſit ſeruatus eſſentialis ordo iuris in *Textu* præ-

Mmmmm

tu præſcriptus; & ſi aliqua nullitas interuenit, ob quam Proceſſus nihil omninò valeat, pronunciandum eſt, *non legitimè probari delictum*. At debet ne pro hoc abſolui *Reus*? Hic eſt punctus ex magis importantibus, qui fortè ſint in *Religione*. Reuiſores nempè Proceſſuum deputati à *Generalibus*, vt plurimum, moti precibus *Reorum*, aut Amicorum, videntes proceſſus laborentes nullitate, in eorum ſtructura ex inexperientia *Iudicis* in criminalibus, dant votum ſuum quod *Proceſſus eſt nullus, ideo Reus debet abſolui*. Sed hoc eſt maximum inconueniens in *Religionibus* quod, ex defectu vnius, impunita remaneant delicta alterius, & ex ignorantia Iudicis immunis à pœna euadat *Reus*; ex hoc enim, quod magna pars *Reorum* impunita hoc modo remaneret, grauiſſimum damnum incurrerent *Religiones*, quę ob hoc poſſent reputari relaxatæ, vt ſcribit *D. Bonauentura*. (i)

165. Quid igitur faciendum? De iure deberet nouus inſtrui Proceſſus, & formiter probato delicto, *Reus* condemnari ad pœnam ordinariam. Sed hoc eſſet in continua perturbatione tenere *Prouincias*, & totam *Religionem* commouere, cum maxima iactura. Intret ergo *Zelus* boni publici copulatus *Iuſtitiæ*, & totum dirigatur ab *æquitate*. Vult *Zelus* in Sontes extento brachio animaduertere; vult *Iuſtitia* ne *Reus*, niſi per iuris regulas, puniatur; iſtæ deficiunt in caſu, & ità *Iuſtitia* nullam pęnam decernit; ſed delictum re vera fuit commiſſum, & ideò vult *Zelus* integram vindictam. Inter hæc extrema mediet *æquitas*, quæ neque nullam pœnam decernat, vt vult *iuſtitia*; neque totam, vt vult *zelus*, ſed extraordinariam, quæ tamen proximè ad ordinariam accedat. Dicamus ergo quomodo *æquitas* conſilium Reuiſorum debeat moderari. Nullitas reperta in Proceſſu, aut lædit formaliter *veritatem* probationis delicti, vel non. Si reperitur, quod Teſtes ſint ſubornati, aut ſuggeſtiuè interrogati, aut ſuſpecti; aut ſingulares in facto non iterabili; aut varij eſſentialiter; aut non concludentes; in ſumma, ſi per dicta Teſtium non probatur concludenter delictum, tunc nullitas vulnerat *veritatem* probationis. Tali caſu ſuadet *æquitas*, quod *Reus* abſoluatur cum clauſula, *Rebus ſic ſtantibus*. Si verò nullitas non tangit *veritatem* probationis, ſed tantùm offendit ordinem eſſentialem iuris: vt quod antè omnia non fecerit *Iudex* conſtare de corpore delicti; quod proceſſerit abſque Accuſatione, Denunciatione, ſiuè Infamia paæcedente; quod conſtituerit *Reum*, nondum ſemiplenè probatum culpabilem; quod omiſerit iuramentum Teſtium; quod Sententiam aliqua nullitate laborantem protulerit, & ſimilia: dum tamen de Corpore delicti, & de Delinquente per probationes conſtat; debent conſulere *Generali*, quod extraiudicialiter ipſum puniat aliqua pœna extraordinaria, licet in Sententia abſoluendus veniat ab obſeruatione iudicij. Ratio dictorum eſt, quià ex quo Proceſſus laborat nullitate, de iure abſolui debet ex illo Proceſſu *Reus*; vnde ſi in Sententia condemnaretur ad pœnam, etiam extraordinariam, poſſet iterum appellare ad *Eminentiſſimum Protectorem*, aut *Sacram Congregationem*, nec Appellatio poteſt impediri. Videns porrò *Iudex ad quem* latam fuiſſe Sententiam Condemnatoriam, ex Proceſſu nullo, pronunciaret, *benè appellatum, & malè fuiſſe iudicatum*; & ità duplex damnum emergeret, puta Impunitas *Rei*, cum incommodo *Religionis*, & mala opinio de *Superiore Generali*, tanquam iniuſtè iudicauerit. Melius ergo eſt, quod in Sententia iudiciali *Reus* dimittatur abſolutus; ſed in prouiſione extraiudiciali aliquam pœnam ſubeat, quam, ex ſuprema in Ordine poteſtate, *Generalis* poteſt iniungere, nulla reddita Cauſa, quarè ſic pœnitentiet, ſed ex motiuo conſcientiæ ſuæ beneuiſo.

166. Si verò videatur, quod nullus defectus in ordine procedendi adſit, examinandæ ſunt probationes ex indicijs, Teſtibus, præſumptionibus, & inſtrumentis. Quod ſi eas concludentes delictum, & delinquentem reperiat, citandus eſt, *Reus*, & eius *Patronus* ad dicendum contra Sententiam, & proponendas Cauſas Appellationis. Si *Reus* intendit, ex ſolis actis ſatis iuſtificari ſuam Appellationem, poterit tunc *Iudex ad quem pronunciare malè fuiſſe appellatum, & benè iudicatum*; & ſic priorem Sententiam confirmare. Si verò velit, vlteriores probationes adducere ad ſui indemnitatem, ſuper reatu ſibi dato in actis, ſicut poteſt facere, vt dicunt *Doctores*; (l) recipiendæ ſunt; & ſiquidem illæ vincant, aut in totum, aut in partem probationes contrarias, abſoluendus eſt, aut reformanda eſt, pœna ſibi inflicta

inflicta

Digitized by Google

inflicta in priori Sententia iuxta valorem nouarum probationum cumulatarum cum Prioribus. Et ſciendum ad hoc, quod *Iudex* Appellationis errores, exceſſus, aut defectus *Iudicis à quo* emendare, & corrigere tum poteſt, tum tenetur; & ita poteſt *Reum* à priore *Iudice* non ſufficienter condemnatum, ad maiorem pœnam ſententiare; aut condemnatum abſoluere; non tortum torquere; relaxatum carcerare, in ſumma, omnia facere, ad quæ primus *Iudex* tenebatur; (m) ſuccedit enim in locum ipſius. Verum eſt, quod non poteſt cognoſcere, niſi de eo, de quo cognouit primus *Iudex*, quia habet iuriſdictionem per deuolutionem circà ea, quæ verſantur in prima inſtantia; ideò non poteſt cognoſcere de Articulo nouo, & non dependente à prima Cauſa; ſuper eo enim, cum non fuerit cognitus à primo *Iudice*, non fuit nec benè, nec malè pronunciatum; & ideò ad ipſum, non extenditur Appellatio, & conſequenter neque Cauſæ deuolutio, vt communiter dicunt. (n) *Doctores*.

167. Si verò exceſſus fuerit repertus in prima Sententia circa pœnam; aut fuerit defectus, quia *Reus* non ſufficienter, aut ad normam Legis punitus eſt, debet Sententiam ipſam reformare, aut augere. Cum enim Appellatio reſtituat *Reum* in ſtatu in quo fuit, ante litem conteſtatam, liberum *Iudici* Appellationis eſt, merita Cauſæ ex integro librare, & ſententiare perindè, ac ſi *Reus* non fuiſſet Sententiatus. Debet tamen quantum fieri poteſt, deferre honorem, & reuerentiam *Iudici à quo*, ne contemptibilis euadat apud Subditos, & cæteri anſam accipiant ipſi inſultandi; vt prudenter monet *Bittus*. (o) Proindè fauore *Prælati*, & *Regularis Diſciplinæ* omnia arbitria ſunt illi danda, nec eſt circumſcribenda eius Sententia, niſi appareat manifeſta iniuſtitia. Viceuerſa, ſi reperit Iudicem ius, & fas confudiſſe, & diuinas, humanaſque Leges violaſſe, vt contra innocentem Fraterculum, ſibi inuiſum ad libidinem ſæuiret, & publica vſus fuerit poteſtate ad ſatisfaciendum priuatæ paſſioni; nouerit tunc *Prælatus*, ſui muneris eſſe, ad leuamen Subditi oppreſſi omnes neruos ſuæ authoritatis intendere; & non ſolùm dilaceratam Ouem è faucibus Lupi eripere, ſed Lupum ipſum dentibus exarmare, ne vlteriùs ſæuire poſſit. Habemus Leges contrà *Iudices* malè iudicantes; ſecundùm iſtas debet *Iudex* malo dolo, malè iudicans puniri; & Officio priuari, & alijs pœnis affici, de quibus alias in hoc Opuſculo dictum fuit. Hoc poteſt *Iudex ad quem* ſiuè *ex Officio*, ſiuè ad inſtantiam *Rei*, abſoluti ex capite innocentiæ, præſtare, & vtinam fieret. Verum tamen eſt, quod ad hoc debet *Iudex à quo* citari, vt poſſit dicere, quare pœnis malè iudicantium non ſit percellendus, vt ſuprà dictum fuit. Et hæc, quæ ſubiecta volumus iudicio, & correctioni *Sanctæ Matris Eccleſiæ*, ſufficiant pro *Prima Parte*, huius Opuſculi ad laudem *Dei*, & *Domini N. Ieſu Chriſti*, & *Immaculatæ* ipſius *Matris*, ac *Sancti Angeli Cuſtodis*; in cuius Feſto laborem hunc, ex obedientia ſuſceptum, abſoluimus.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

Citationes Tituli Præcedentis.

Pag.770. col.1.

(a) *Abb. in Rubr. de Sent. & re iudic. num. 4.*

Pag.770. col.2.

(b) *l. 1. ff. de Sent. cap. Iurgantium. Extra. eod. tit.*

(c) *Hoſtien. Summ. Rubr. de Sent. §. Quot eius. num. 2.*

Pag.771. col.1.

(d) *Gloſſ. in cap. Conſultationibus. de Offic. Iudic. Delegat.*

(e) *Gloſſ. in Summ. 2. q. 1.*

(f) *Angel. Conſ. 114. Fulgoſ. Conſ. 136. Butr. conſ. 6. apud Tuſc. litt. S. Concl. 113. nu. 4. & 11.*

(g) *l. 1. §. Qui in iudicio ff. de His qui not. infam. l. Infamem. ff. de Pub. iudic.*

(h) *Marant. Specul. Part. 6. num. 4. apud Sgroi par. 7. cap. 9. num. 12.*

(i) *Bald. conſ. 348. num. 4. lib. 4. Corn. conſ. 262. num. 2. lib. 4. apud. Tuſc. litt. S. Concl. 113. num. 2.*

(l) *l. Quod iuſſit. ff. de Ille. Re. iudic. cap. 1. eo. tit lib. 6. Ricc. par. 2. Deciſ. 273. in fin.*

Pag.771. col.2.

(m) *Clar quæſt. 85. V. Vlterius quæro. Tiraquel de Pœn. temper. in Præfat. num. 1. & 2. Gail. de Pac. publ. lib. 2. cap. 9. num. 22. Guazz. Defenſ. 33. cap. 17. nu. 1. Giurb. conſ. 12. nu. 9. Farinac. Capic. latr. apud. Conciol. V. Pœna. reſol. 11. num. prim. & reſol. 13. num. 1.*

(n) *Tit.Pœnarum §.final.*

Pag.772.col.1.

(o) *Tit. Canones §. 8.*

Pag.772. col.2.

(p) *Clar.quæſt.49.verſ.Danda eſt.*

Pag.773.col.1.

(q) *Tit.Patronus num.191.& 192.*

Pag.773.col.2.

(r) *Gloſſ.in cap.2.in verb. Calumniandi de Calumn. Abb.in cap.Calumniam num.2. de Pœn. Card. Alexand. in cap. Qui non verſ. Sed an præſumatur 2. quæſt.1. & in cap. Si quenquam §. Notandum num.ſept.2.quæſt.3.Villalob.comm. opin.litt.C.num.2. apud Clar. quæſt.62. verſ. Dixi.*

(s) *Abb.in d.cap.Calumniam num.4. de Pœn. Alex. in l.Properandum §. Sin autem vtra num.21. C.de Iudic. Afflict.2.Par.Conſt.Regn. rubr.13. num.9. & rubr. 61. num.5. Salycet. in l.Qui crimen.num.14.C.qui accu.poſſ.*

(t) *Bart in l.p.in princip.ff.ad S.C. Turpill. & in l. Athletas §.Calumniator num.6.ff. de His, qui not.infam.Clar.quæſt.62.nu.9. Boſſ.tit. de Accuſ.num.9.apud Sgroi par.3.cap.1. num.14.*

Pag.774 col.1.

(u) *Felin. in cap.2. num.3. de Calumn. Menoch. de arbitr. caſ.321. num. 29. in fin. Sgroi loc.cit. num.12.*

(x) *Farinac.quæſt.16. à num.41. Menoch. de arbitr. caſ.321.à num.19.Guazzin.defen.3. cap.13.*

Pag.774.col.2.

(z) *Clar.quæſt.62.verſ.Sed quæro, & ibi Salycet. in l.1.num.3.C.de Calumn.& Bart.in l.Athletas num.6.ff.de His, qui not. in.*

Pag.775. col.1.

(a) *Guazzin.defen.35.cap.21.per tot. Oſaſc.deciſ.1. num.1.Vant.de Nullit ſent.def. proc. num.53. Caball.caſ.286.num.42. Aſinar. in Prax. §.3. cap.26.nu.1.Lancell.de Attent.par.3. cap.23. num.35.Menoch.de Arbitr.lib.1.quæſt.42.apud Sgroi par.2.cap.1. num.31. & par.7. cap.12. num.11.*

(b) *Tit.Canones num.72.& ſeqq.*

Pag.775.col.2.

(c) *Abb.in cap.Sicut dignum num.15. de Homicid. & in cap.Aduerſus num.20.de Immunit.Eccl. Bonac.de leg.diſp.10.quæſt.3.punct.4.num.3.*

(d) *Stat. Gen. Valliſolet. 1593. Stat. Gen. Reform. cap.8.num.9.*

(e) *Tit.Canones num.70.& 72.*

(f) *Tit.Sententia §.7.*

(g) *Sgroi par.7.cap.12.num.4.& ibi Marant.par.6. num.47.Alberic.in l.Repetundarum, §.Illo C. de Iudic. Auguſtin.ad Angel.de Malef. verb.Et quia nobis num.4.*

(h) *Farinac.quæſt.17.num.62. & ſeqq. Natta conſ. 415. num.31.Ghirla. Menoch.Tiraquell.Vaſq. Bartol.Bald.Felin. Alex.Boſſ.tit.de ſent. num. 36.apud Bibl.quæſt.145.num.7.*

(i) *cap.Sicut de Sent.& re iudic. cap. Cum Bertholdus eodem titulo.*

Pag.776.col.1.

(l) *Abb.in d.cap.Sicut de Sent.& re iudic.*

(m) *Auguſtin.ad Angel. de Malef. in verb. Et quia nobis num.4.Foller.Pract.Rubr.de Pœn.nu.88. Bald. in cap. Sicut de ſent. & re.apud Sgroi par.7.cap.12.num.4.circ.fin.Alberic. in l. properandum §. Illo num.3.C.de Iudic.*

(n) *Clar.quæſt.93.verſ.Fuit aliquando.*

(o) *Clar.quæſt.85.verſ.Vlteriùs quæro,Iacob.de Belniſ.Pract.crim fol.46.rubr.de fug.Reo num.62. Menchiac.controu.illuſtr.cap.14.num.5.*

(p) *Bart. in l. Græcè §.Illud num.2. ff. de Fideiuſ. apud Tuſc.litt.D.concl.322.num.4.*

(q) *cap.1.de Sent.Excomm.lib.6.*

(r) *Gloſſ.in cap.1.in verb.Cauſam.de Sent.Excomm. in 6.*

Pag.776.col.2.

(s) *l.Properandum §.Illo C.de Iudic.*

(t) *l. Quod ait §. Ignominioſa ff. de His, qui not. infam.*

(u) *Aretin.in cap.Qualiter, & quando il.2.nu.24. de Accuſat.Didac. lib.2. Reſol. cap.9. num.8. Plaza lib.1.Delict.cap.33.num.5.Dec.in cap. de Cauſis num.19. de offic. Deleg. Menchiac. controu.illuſtr.cap.14.num.4. Blanc.pract. fol. 73.num.71.apud Clar.quæſt.85. verſ. Vlteriùs quæro.*

(x) *l. Reſcriptum ff. de His qui, vt indign. Giurb. Conſ.83.in fin.Tuſc.litt.P. concluſ.211. nu.1. Guazz.defen.33.cap.4.num.3.Barboſ.Axiom. 181.num.3.apud Conciol.verb.Pœna reſol.14. num. 2.*

(z) *l.Seruos C.ad leg.Iul.de vi pub.l.3. in fin. C.Ne ſanct.bapt.iter.*

Pag.777.col.1.

(a) *Farinac.quæſt.23.nu.16.Chartar.deciſ. crim.11. num.13.Caualc.de Branch.Reg.par.4.nu.102. Sanch.lib.6.Decal.cap.10.num.11.& 12.apud Sgroi par.7.cap.3.num.111.ant.fin.*

Pag.778.col.2.

(b) *Tit. Carcer. num.17.*

Pag.779.col.1.

(c) *cap.Qualiter, & quando il 2.in fin. de Accuſat cap. Licet Heli. de Simon. Bonif. VIII. Ad augend.*

(d) *Tit. Quam quæſt.final.*

(e) *cap.final.iunct.gloſſ. in verb. Definitiua de ſent. & re iud.in 6.Clement.Sæpè iunct.gloſſ.in verb. In ſcriptis de verb.ſign.*

(f) *Gloſſ. in cap.1. §.Poſtquam in verb. In ſcriptis de Cenſ.in 6.*

(g) *cap.1.§. Quiſquis iunct.gloſſ.in verb.In ſcriptis de ſent Excom.in 6.*

(h) *Gloſſ.*

(h) *Gloſſ.in Clement.Sæpè §.Verum in verb.In ſcriptis de verb.ſign.*

Pag.779.col.2.

(i) *Menoch.de Præſumpt.lib.1. quæſt.60. Muſcatell. par.7.gloſſ.Condemnando num.22.Abb.in cap. Albericus num.2.in fin.de Teſt.Marant.ſpecul. par.4. diſt.9. num.37. Geminian. in cap.final. col.4.in fin.de ſent.& re indic. Petr.Stell. in l. Nec quicquam §.Vbi decreti num.29.ff. de off. Proconſ Franc.in cap.final.col.penult. de re indic.in 6.apud Sgroi par.2.cap.5.num.51.*

(l) *Vant.de Nullit.defect.proceſſ.nu.76.Sgroi par.7. cap.12.num.4.*

(m) *Gloſſ.in cap.final.in verb. Proferri de ſent. & re indicat.in 6.*

(n) *Bict. quæſt.145. num.8. & ibi Guazzin. defen. 35.cap.9.num.6.*

(o) *Arg. cap.1. de Poſtul.vbi gloſſ. in verb. Publicè cap.Cauſam de dol.& contum.l.4. §.Toties ff. de Damn.inf.Abb. conſ.99. num.1. lib.1. apud Tuſc.litt.P.concl.967.num.3.*

Pag.780.col.1.

(p) *Abb.in cap.Eccleſia veſtra num.6.de elect.*

(q) *Gloſſ.in cap. Concertationi in verb. Sciuerit. de Appellat.in 6. Laucellott de Attent. cap. 12. num.158.apud Sgroi par.2.cap.5. num.49.*

(r) *Tit.Quam §.3.*

(s) *l. Statutis C. de Sent. ex peric.recit.cap.final.de ſent.& re iudic. in 6. Vant.de Null. def. proc. num.69.Baiard.quæſt.93.num.7.Cabal.caſ.33. num.5.apud Sgroi loc.cit.num.48.*

(t) *Sgroi par.7. cap.12. num.2. & ibi Bart. in l.1. notab.1.C.de ſent.ex peric.recit.Scacc.de ſent. gloſſ.12.num.1.& 2.*

(u) *Auguſt.ad Angel.de Malef.verb.Qui Iudex, & ibi Angel.in l.penult.§.Ad crimen. col.3. ff. de Pub.iudic.& Bald.in l.Reos C.de Accuſ. Sgroi loc.cit.num.8.*

Pag.780.col.2.

(x) *l.2.C.de Sent.ex peric.recit. cap.final. §.Sententia de ſent.& re iud.in 6.Clar.quæſt.93.init.*

(z) *cap.Et ſi ſententia de ſent.& re iudic.in 6.*

(a) *Gloſſ.in cap. final.in Addit. in verb. Neceſſe de ſent.& re indic.in 6.*

(b) *Bart.in l.final.C.de Sent.apud Tuſc.litt.S.concl. 133.num.18.*

(c) *l.2.& 3.C.de Sent.ex peric. recit. cap. final. de ſent.& re iudic.in 6.*

(d) *Sgroi par.2.cap.5.num.49.& ibi Marant.par.6. tit.de ſent. num.88. Bict. quæſt. 144. & apud eum Gabriel. & Guazzin. defenſ.39. cap. 10. num.2.*

(e) *Pafferin.Trib.Regul.quæſt.29.art.3.nu.60. Sgroi par.7.cap.12.num.4.*

Pag.781.col.1.

(f) *Berti pract.crim.tit.24.cap.4.num.8. Sgroi par. 7. cap.12.num.4. Paſſerin. quæſt.29. num.60. Vant.de Nullit.def.iuriſd. num.93. Canale. de Branch.Reg.par.4.num.285.verſ.Et videns.*

(g) *Clar. quæſt.93. verſ. Quaro, & ibi Baiard. num.11. Bict. quæſt.144. num.6. & apud eum Farinac.quæſt.11. num.62. Guazz. defenſ.35. cap.14.num.7.& Scacc.de Iudic.lib.1. cap.12. num.96.*

Pag.781.col.2.

(h) *Ægid. Bellamer. conſ.33. num.27. apud Tuſc. litt.A.concl.315.num.4.*

(i) *Muſcatell.Prax.par.7.gloſſ.condemnando nu.59. Guazz. defen.35. cap.17. num.8. Bict. quæſt. 144.num.8.*

(l) *Bartol.in l.1.C.Si aduerſ.libert.*

(m) *Guazzin.Defenſ.35.cap.17.num.2.*

Pag.782.col.2.

(n) *l.1.§.Biduum ff. Quando appell.ſit.& intr.*

(o) *Authent.de Appell. & intr. cap.Anteriorum 2. quæſt.6.Nouell.23.*

Pag.783. col.1.

(p) *Tit.Canones §.5.*

(q) *Tit.Canones num.32.*

(r) *l.Non tantùm ff.de Appell.& rela.*

Pag.783.col.2.

(s) *Gloſſ. in l.Addictos in verb. Quibus C. de Epi. and.Auguſt.ad Angel.de maleſ in verb.Præſente num.5. apud Clar. quæſt.94. verſ. Sed an etiam.*

Pag.784. col.2.

(t) *Abb.in cap.1.num.3.de Sermtin. in ord.fac.Tuſc. litt.S. concl.256. num.1. & ibi Caſtren. conſ. 291.init.lib.1.*

(u) *Alex.in l.Gallus §.Quidem rectè in 2. notab.ff. de lib.& poſth.Add.ad Alberic. Dictiun. verſ. Simpliciter conncuire.*

Pag.785.col.1.

(x) *l.14.ff.de diuerſ.tempor. l.4. §.Puto ff. de Hæred.inſt.l.5. §.Conceſſa ff. de Dona int. vir. & vxo.Calnin.lexic.verſ.Definire.*

(z) *text.in cap.de His de accuſat. l.Si cui §.Iiſdem ff. eo tit. Angel. de Malef. in verſ. Et ad querelam num.90.Clar.quæſt.57.init.*

(a) *Auguſt.ad Angel. in verſ.Et ad querelam nu.88. verſ.An autem Villalpand.ſup.leg.22.cap.50. num.5.in fin.apud Clar.quæſt.57. verſ. Sed hic quæro.*

(b) *Clar.loc.cit.*

Pag.785. col.2.

(c) *Tit.de Purgat.Canon.lib.5.*

Pag.786.col.2.

(d) *Tit.Patronus num.134.*

Pag.787.col.1.

(e) *Tit.ſententia num.15.& inde.*

(f) *Tit.Inquiſitio num.26.*

Pag.787.col.2.

(g) *Auguſt.lib.15.de Trinit.cap.12.Scot.in P.diſt.3. quæſt.4.*

quæſt. 4. §. Primò iſtæ rationes verſ. Quod autem A.6.

Pag.788. col.1.

(d) Maſtr.Theol.moral.diſp.6.quæſt.2.art.1.nu.25.

(e) D.Thom.2.2.quæſt.67.art.2.Aſteſan.ſumm.lib.1. tit.18.art.10.Ponci.diſp.59.art.3.

Pag.789. col.1.

(l) Io:Andreæ in cap.1.de homicid. in 6.Tort. conſ. vlt.num.1. inter conſil. Anton. de Butr. apud Clar. quæſt.85. verſ. Vbi agitur, & §. Aſſaſſinium ſub init.

Pag.789.col.2.

(m) Bald.in l.Nouerint num.5.C.Vt intr.cert.temp. Anani. in cap.1.num.2. de calumn. Caſtren. in auth.Sed nouo num.4.C.de ſeru.fug.apud Clar. quæſt.69.verſ.Sed quid.& quæſt.85.in fin.

(n) Abb. in cap. Eccleſia S.M. il 1. num.4. Vt lit. pend.cap.leges 10.diſt.

(o) l.Repetita l.Placet C.de Epi. & Cler. cap. Non magnopere cap.Super iunct gloſſ.in verb. Leges Nè Cler.vel Monach.

(p) Abb.in cap. Super ſpecula num.17. Ne Cler. vel Monach.

Pag.790. col.1.

(q) Couaru. in cap. Alma mater par.2. cap. 6. §.8. num.10. Graff. deciſ. lib.2. cap.11. num.41. Sanch. in Decal. lib.6. cap.17. num.39. apud Peyrin. ad conſt. 6. Iul.II. §. 3. num.9. Sgroi par.7.cap.9.num.5.

Pag.790.col.2.

(r) Ricc. Prax. Reſol. 27. apud Sgroi par.7. cap.9. num.10.in fin.

(s) Peyrin.ad conſt.6.Iul.II.num.19.

(t) Gloſſ.in Clement.præſenti in verb. Conſtiterit de cenſ.Ripa in l.Is cui bonis num.27.ff. de verb. oblig. Dec.in cap.Reprehenſibilis num.2. de appel.Clar.quæſt.31.verſ. Item adde.

(u) Felin.in cap.Cum non ab homine num.12.de Iudic.& in cap.2.num.4.de Sponſal. Dec. in cap. Reprehenſibilis num. 21. de appell. M.A. Genuen.Prax.cap.28.num.1.& 2.

(x) Innocen.& Abb. cit. à Felin.in cap. Rodulphus num.43. de Reſcr. apud Sgroi par.7. cap.9. num.10.

Pag. 791. col.1.

(z) Tit.Exceptio per tot.

(a) Tit.Exceptio §.1.num.3.

(b) Tit.Exceptio §.3.

Pag.793. col.1.

(c) Clar.quæſt.46.verſ.Debes etiam Farinac. quæſt. 63.num.240.Guazz.defen.33. cap.14. num.5. Giurb.conſ.71.num 2.Tuſc.Zuffi.Criſpol.apud Conciol.verſ.Teſtium Miſcell.Reſol.9. num.2.

(d) Surd.conſ.129.num.40. lib.1. Vermigliol. conſ. 144.num.10.Dian.ſumm.verb. Inquiſitor. quo ad tortur.num.110. Criſpol. caſ. militar. 14. num.2.Conciol.loc.cit.num.3.

Pag.793.col.2.

(e) Boſſ.Tit.de Denunciat.num.2. Auguſt.ad Angel. de Malef. verſ. Nec non ad denunc. num. 21. Bald.in cap.In omni de Teſt.

(f) Abb.in d.cap.In omni num.4.de Teſt.

(g) cap. p.4. quæſt.3. cap.Forus §.In omni de verb. ſign.

(h) l.1.§.Ante penult.ff. Quar. rer. act. l.Nam ſeruius §.final.ff.de Negoc.geſt. l.Eos in fin. C. de Vſur.

Pag.794.col.1.

(i) Bertazz.conſ.251.num.103.lib.3. Dec.Guazz. Andreol. Capyc. Latr.apud Conciol. verb. Accuſat.reſol.10.& in controu. Forenſ. alleg.89. num.40.& alleg.05.num.4.& alleg.99.num.6.

(l) Bict.quæſt.20.num.90.Bellegrand.tract.1.qu.13. num.22.

(m) Paſſerin.trib.regul.quæſt.29.in princip.

Pag.794.col.2.

(n) l.vnic.Vt quæ deſ.Adu.Iud.ſuppl.

(o) Abb.in cap.At ſi Clerici num.34.de Iudic. & in cap.Qualiter, & quando il 2. num.20. de accuſ.Sgroi par.7.cap.2.num.20.Farinac.qu.81. num.2.verſ.Nihilominus apud Bict. quæſt.86. num.5.Menoch. de arbitr. caſ.194. apud Paſſerin.quæſt.24.art.1.num.3.

Pag.795.col.1.

(p) cap. Cum non ab homine de Iudic. Innoc. apud Abb.in cap.24. num.20. verſ. Secunda limitatio de accuſat.

(q) Clar.quæſt.54.verſ.Hoc tamen intellige.

Pag.795.col.2.

(r) Scacc.de Iudic.quæſt.63.num.4.& 5.apud Sgroi par.7.cap.2.num.23.

(s) Tit.Iudicia quæſt.5.

(t) Tit.Iudicia §.4.

(u) Gomez. variar.tom.1.cap.3.nu.45. Clar.qu.20. verſ. Scias tamen Maſcard. de probac. concl. 1223.num.30.Fachin. controu.iur. lib.1. cap. 29.Cenall.comm.cont.comm.quæſt.337.num.2. Criſpol. Surd. Andreol. Guazz. Scacc. Cyriac. Vermigliol. Sperel. Baldell. Graſſet. apud Conciol.verb.Iudicium reſol.3.num.1.

(x) Capyc.Latr.deciſ.163. num.4.& 40. par.2. Careu.de off.Inquiſit.par.2.tit.12. num.263.

(z) Giurb.conſ.43.num.23.

(a) Farinac.quæſt.86.num.102.& ſeqq. Guazz. defen.33. cap.14. num.16. & ibi Bero. conſ. 19. num.2. Burſat.conſ.89.nu.2. Decian. conſ.110. num.48.lib.2.Maſcard. de probat. concl.1224. per tot.

Pag.796.col.1.

(b) Io:Domin.Raynald.Syntax.rer.crim.to.1. cap.7. §.1.nu.60.& ibi Ciarlin.controu.12. nu.9. Capyc.Latr.deciſ.163.num.45. Seuerin. Farinac. & Mut. ad Capit. Regn. Sicil. tom.3. cap.51. num. 187.

(c) Bald.in l.final. num.2. C. de Probat. & in l. Si quis adulter C.ad leg.Iul. de adulc.Abb.in cap. Accedenſ.num.6.de accuſ.Felin. in cap. Afferte num.6.

num. 6. de Præſumpt. Boſſ. Gomez. Gabriel. Maſcard. apud Sgroi part. 9. cap. 3. num. 12.

(d) Petr. Barboſ. par. 1. l. 2. in princip. ff. Solut. Matr. ℣. Sed quamuis. num. 86.

(e) l. Sciant cuncti. C. de Probat.

(f) Paſſerin quæſt. 29. num. 10. In fin.

(g) Conciol. V. Iudicium reſol. 2. nu. 8. & apud eum. Caſon. Pract. tit. de Indic. Tract. 15. num. 4. & 5. Leſſ. de Iuſt. lib. 3. cap. 29. n. 169. Sanchez conſ. lib. 2. cap. vnic. Vgolin. Tab. 12. nu. 14. Bal. del. de Iuſt. & Iur. tom. 1. lib. 4. diſp. 15. n. 10. Graſſet. de Nece proditor. §. 29. num. 212.

Pag. 796. col. 2.

(h) Paſſerin. Trib. Regul. quæſt. 29. art. 1. num. 11.

(i) Tit. indicia. num. 33.

Pag. 797. col. 1.

(l) Clar. quæſt. 20. Menoch. de arbitr. caſ. 279. Gomez. Magorr. & alij apud Farinac. quæſt. 86. nu. 113 Guazz. defenſ. 34. cap. 14. num. 15. Bict. quæſt. 104. num. 36. apud Paſſerin. quæſt. 29. num. 13.

(m) Farinac. quæſt. 86. num. 115. Maſcard. Concl. 1280. num. 20. Clar. quæſt. 20. ℣. Scias tamen. Menoch. de Præſumpt. lib. p. quæſt. 97. num. 17. quos dat. Paſſerin. loc. cit.

Pag. 797. col. 2.

(n) Burſat. conſ. 94. num. 4. lib. p. Baiard. ad quæſt. 85. in ℣. Adde quod. Guazz. de pace quæſt. 35. nu. 8. & defenſ. 33. cap. 19. num. 2. Cabal. caſ. 2. n. 1. Ginrb. conſ. 25. n. 6. apud. Conciol. V. Pœna Reſol 1. num. 6.

(o) Tit. Pœnarum. §. 55.

Pag. 798. col. 1.

(p) l. p. C. de Falſ. mone. Decian. lib. 7. cap. 24. n. 10. Farinac. quæſt. 114. num. 50. Capyc. latr. deciſ. 179. num. 32.

(q) Conciol. V. Moneta. reſol. 1. num. 5. & ibi Grat. conſ. 151. num. 29. lib. 2. Cephalu. conſ. 230. num. 20. Vermigliol. conſ. 218. num. 2. & Gargiar. conſ. 67. num 4. lib. 2.

(r) l. 3. Cod. ad. leg. Cornel de Sicar. Boſſ. tit. de Homicid. num. 109.

(s) Clar. §. Homicidium. ℣. Culpa dicitur, & quæſt. 84. init.

Pag. 798. col. 2.

(t) ca. Finem iunct. Gloſſ. in V. Et ſi ſoluendo. de Dol. & contuma. cap. Si quis 14. quæſt. 6. l. fin. ff. de In ius voca l. Quicunque. C. de Ser. fug.

(u) Farinac. quæſt. 17. num. 8. & 12. Bal. tract. crim. lib. 5. Prælud. 1. num. 14. apud Conciol. V. Pœna Reſol. 13. num. 1.

(x) Conciol. V. co. Reſol. 11. num. 5. & ibi Gramm. deciſ. 36. num. 7. Cabal. caſ. 19. in fin. & caſ. 99. num. 60. Federic. reſol. 44. in fin. Paul. Rubc de Valid. legal. cap. 35. num. 56.

(z) Farinac. quæſt. 23. num. 2. & conſ. 15. num. 9. lib. p. apud Conciol. loc. cit. num. 4.

Pag. 799. col. 1.

(a) Menoch. de Arbitr. caſ. 575. num. 3. quem dat. Conciol. loc. cit. num. 2.

(b) Tit. Tortura num. 130.

(c) Paſſerin. Trib. Regul. quæſt. 29. à num. 19. ad 22.

(d) Marſil. Rubr. de Probat. num. 337. Sarmient. Select. lib. 1. Decian. conſ. 175. Auendagn. litt. P. ℣. Præſumptio. Paſqualig. deciſ. 216. num. 13. apud Paſſerin. loc. cit. num. 18.

Pag. 799. col. 2.

(e) Tit. Sententia num. 52.

(f) Farinac. quæſt. 40. num. 15. Guazzin. defen. 30. cap. 40. Bellegrand. tract. 9. quæſt. 4. num. 11. Paſſerin. quæſt. 29. num. 29.

Pag. 800. col. 1.

(g) Iaſon. in l. Non eſt nouum. num. 5. C. de eden. Villalob. Comm opin. litt. A. apud. Clar. quæſt. 62. init.

(h) Sgroi par. 7. cap. 9. num. 2. Paſſerin. quæſt. 29. num. 2.

Pag. 800. col. 2.

(i) Paſſerin. loc. cit.

(l) Carauit. ſup. Rit. Magn. Cur. 248. num. 18. apud Clar. quæſt. 62. ℣. Forma autem.

Pag. 801. col. 1.

(m) Tit. Exceptio. num. 20.

(n) Stat. Gen. Ord. cap. 8. §. 47. num. 4.

(o) Congr. Gen. Roman. 1575. Orb. Seradh. Tom. 3. fol. 359. col. 1. ℣. Non differantur.

(p) Statut. Valliſolet. cap. 7. tit. de Punit. non differ.

Pag. 802. col. 1.

(q) cap. Si Epiſcopus 31. quæſt. 3. cap. Ei qui §. Idem ſi plures iunct. Gloſſ in V. Iudices 2. q. 6. cap. 1. & 2. diſt. 65. l. Duo ex tribus. ff. de Re iudicat. l. idem ſi ff. de Arbitr. l. Diem. §. Si plures ff. co.

(r) l. inter pares. ff. de re iud. l. In eo. l. Cum per ff. de Reg. iur.

(s) l. Duo Iudices. vbi Gothofr. litt. E. ff. de Re indic.

(t) cap. final. de Sent. & re iudic.

(u) Stat. Gen. Ord. cap. 8. §. 36. num. 3.

Pag. 802. col. 2.

(x) Stat. Gen. Ord. cap. 7. §. 6. num. 32.

(z) Tit. Sententia. §. 3.

(a) Bald. in Rubr. de Inſtit. action. ſub num. 5. apud Tuſc. litt. C. concluſ. 770. num. 7.

(b) Caball. caſ. 119. num. 5. 8. & 9. apud Sgroi par. 7. cap. 11. num. 2.

Pag. 803. col. 1.

(c) Cuiac. lib. 12. Obſeru. cap. 16. Cabal. caſ. 119. num. 22 Maſtril. deciſ. 183. Ricc. Prax for. Eccl. reſol. 393. apud Sgroi loc. cit. num. 4.

Pag. 803. col. 2.

(d) Tit. Canones. §. 13.

(e) cap. Conſiderauimus. cap. Cum nobis. de Elect. cap. Vt circa. & ibi Franc. notab. 2. de Elect. in 6. cap. Bonæ & ibi Abb. num. 9. & 10. de Appell.

(f) Abb. in cap. Conſiderauimus de Elect.

Pag. 804.

Pag. 804. col. 1.

(g) *Stat. Gen. Ord. cap. 8. §. 39. num. 10.*

Pag. 804. col. 2.

(h) *Abb. in Canſam il p. num. 3. de Offic. Ind. deleg.*

(i) *Gloſſ. in Clem. p. in V. Sententia de Sent. & iudic.*

(l) *Panl. de Caſtr. in l. Pomponius num. 9. de Re indic. Caball. Caſ. 119. nu. 37. apud Sgroi par. 7. cap. 11. num. 10.*

Pag. 805. col. 1.

(m) *Tit. Canones. nnm. 26.*

(n) *l. litigatoribns. l. Et in maioribus. C. de Appell. & conſnlt.*

(o) *Surd. Deciſ. 102. nnm. p. Barboſ. in cap. Vt debitus. nnm. 13. de Appell.*

(p) *Menoch. de Arbitr. caſ. 197. num. 2. Lancell. de Attent. p. 2. cap. 17. limic. 8. num. 42. Farin. Marcheſ. Scacc. Gratian. Ccned. Sanch. Dian. apud Sgroi par. 8. cap. 2. num. 52.*

Pag. 805. col. 2.

(q) *Abb. in cap. Inter. num. 3. de Sent. & re indic. & in cap ſnper nnm. 4. de off. Deleg. Scacc. de Appell. Quaſt. 16. limit. 1. nn. 105. Contar. in l. Vnic. num. 16. C. de Momen. poſſ. apnd Bict. quaſt. 154. num. 13. & 14.*

(r) *Ricciul. de Iur. perſon. lib. 4. cap. 64. nnm. 15. Sanchez Oper. Moral. lib. 3. cap. vnic. dub. 15. num. 1. & dub. 32. num. 228. Hurtad. Gomez. Gabriel. Mar. Antonin. apud Sgroi par. 8. cap. 2. num. 53.*

(s) *Tit. Canones §. 11.*

(t) *cap. Is cui de Sent. excom. in 6.*

(u) *Abb. in cap. 2. num. 6. vt lite pendente. Franc. Franc. in cap. ad bac num. 1. in fin. de Appell. Scacc. eo tit. quaſt. 3. num. 72. Lancell. de Attent. par. 2. cap. 12. limit. 16. num. 6. apnd Sgroi par. 8. cap. 2. nnm. 4. & 5.*

Pag. 806. col. 1.

(x) *Sanch. Opuſc. Moral. lib. 3. cap. vnic. dnb. 32. num. 255.*

(r) *Sgroi par. 8. cap. 2. num. 8. & ibi Bonacin. Sayr. de Cenſnr. lib 4. cap. 5. Caſtropal. eo tit. diſp. 4. P. 5. §. 1: Layman. de Snſpenſ. cap. 1. Coroll. 4.*

(a) *Bordon. de Profeſſ. Relig. cap. 23. num. 49. & 50.*

(b) *Panormit. in cap. Ad bac num. 1. de Appell. Spathar. de mod. corrig. Regnl. par. 4. Tract. 10. cap. vlt. apud Peyrin. de Snbdit. quaſt. 1. cap. 20. ℣. Reſpondeo.*

(c) *cap. Is cui de de Sent. Excom. in 6.*

(d) *Roderic. tom. 1. qn. 29. art. vlt. Suar. de Cenſ. diſp. 25. ſect. p. Lezana V. Suſpenſio nnm. 6. Scacc. Couarr. Lancell. Barboſ. Donat. Portell. apud Sgroi par. 8. cap. 2. num. 7.*

(e) *cap. 1. de Appell. Sanch. Opuſc. Moral. lib. 3. cap. vnic. num. 217. Ricciul. de Iur. perſonar. lib. 4 cap. 64. num. 37. Vulp. Prax. for. Eccl. cap. 1. nnm. 20. apnd Sgroi loc. cit. num. 27.*

Pag. 806. col. 2.

(f) *cap. Ad praſentiam cap. Dilectus de Appellat. cap. 2: innct. Gloſ. in V. In Officijs de Senteut. Excomm. in 6.*

(g) *cap. Cum ſit de Appell. arg. cap. Dilecti il 2. cod. tit.*

(h) *cap. Vt debitus. cap. Cum ſpeciali de Appell.*

(i) *Tit. Canones. §. 11.*

(l) *Bellamer, Deciſ. 91. Prax. Archiep. Neapol. cap. 1 nnm. 6. Sayr. de Cenſnr. lib. 1. cap. 16. nnm. 30. Bonac. apud Sgroi par. 8. cap. 2. num. 29.*

(m) *Alter. de Cenſur. lib. 3. diſp. 5. cap. 5. ℣. Quid ſi Appellatio.*

Pag. 807. col. 2.

(n) *cap. Præterea vbi gloſ. 40. de Appell. Sgroi par 8. cap. 2. num. 33. & ibi Chartar. deciſ. 34. num. 15. Hnrtad. de Cenſur. in comm. nu. 107. Genuen. prax. cap. 22. num. 2. ℣. Declara ſeptimò; Borell. Summ. deciſ. tom. 2. tit. 33. num. 890. Vgolin. de Cenſur. Tab. 1. cap. 13. §. 18. num. 10. Diana par. 5. tract. 9. reſol. 64.*

Peg. 807. col. 1.

(o) *Scacc. de Appell. qnaſt. 3. num. 13.*

(p) *l. Pracipimus §. In his. C. de Appell.*

Pag. 807. col. 2.

(q) *cap. Prtterea 22. de Appell. cap. Cum teneamnr eo. tit. Barboſ. in cap. Propoſuit. num. 1. & 2. eo tit. Lancellot. de Attent. par. 2. cap. 12. in Prafat. num. 109. Scacc. de Appell. quaſt. 3. num. 46. Portel. V. Appellare in Addit. nu. 11 Lezan eo. verb. num. 16.*

(r) *cap. Propoſnit 24. de Appell.*

(s) *cap. Cum ſit de Appoll. cap. Conſuluit eo. tit.*

(t) *Tit. Canones. num. 59.*

Pag. 808. col. 1.

(u) *l. Si hanc §. Si qna. C. de Temp. ord. & ibi Bald. Cyn. & Fnlgoſ. Myſinger. Cent. 1. Obſern. 41. apud Sgroi par. 8. cap. 2. num. 57.*

Pag. 808. col. 2.

(x) *Franc. Marant: & Scacc. de Appell. q: 3. n: 1: Bict: tract. 13. n: 3: in fin: antè q: 146.*

(z) *Franc. in cap. Per tuas. num. 1. & 2. de Appell.*

Pag. 808. col: 1:

(a) *l. 1. §. final. l. Scio quaſitum ff. de Appell. & Relat.*

(b) *Bart. in l. p. §. final. init. & ibi Gothofr. litt. X. de Appell. Scacc. de Appell. quaſt. 4. num. 39. Angel. Franc. Lancellot. apnd Bict. qn. 146. nnm. 2.*

(c) *l. Sed. ciff. de Appellat. & relat.*

Pag. 868. col. 2.

(d) *D. Thom. 2. 2. qnaſt. 68. art. 2. in corp.*

Pag. 809. col. 2.

(e) *Tit. Canones. num. 13. & ſeqq.*

Pag. 809. col. 2.

(f) *Rebuff. tract. de Sent. execnt. art. 7. Gloſſ. 9. num. 5. Scacc. de Appell. qnaſt. 11. num. 162. apnd Sgroi par. 8. cap. final. in princip. Gloſſ. in cap. Paſtoralis §. Præterea in V. Diſcnſſa de Appell.*

(g) *Franc. in cap. Romana. §. final. nnm. 3. ℣. An alij de Appell. in 6.*

(h) *Gloſſ. in cap. Properandum. vbi DD. & Iaſon. num. 6.*

num. 6. C. de Indic. Io. de Amic. conſ. 32. num. 9. Bero.conſ.101. num.7.vol.2. Marant. Specul.par.5.num. 58. Vant.de Nullit. defect. iur. ord. num.115. ℣. vndecimo apud Surd. conſ.139.num.13.

(i) *l.fin.§.Illud etiam.C.de Temp. Appell. l. Partum §. Qui prouocauit. ff. de Pact. l.A. Diuo Pio. ff. de Re iudic. Abb. in cap. Paſtoralis §. Præterea num. 6. ℣. Quartus caſus.de Offic. Iud. Delegat.*

Pag. 810. col. 1.

(l) *Tit.Canonet. §.11.*

(m) *Cap.cum Eccleſia.Extra de Appell.*

Pag.810.col.2.

(n) *Tit. Canonet.num. 65.*

(o) *Cap. Cum in Eccleſia de Appell.*

(p) *Gloſſ. in cap.Paſtoralis. §.Præterea. in V. Diſcuſſa de Appell. Abb.in cap. Cum in Eccleſia. num. 6. eo tit.*

Pag.811.col.1.

(q) *Concil.Trident. Seſſ. 24. num. 20. de Refor.*

Pag.811.col.2.

(r) *Franciſc.Monald.conſ.96.per tot.par.2.Felician de Vega in cap.Venerabilis.20. num.16.de Iudic.apud Barboſ.Collect.in Concil.Seſſ.24. cap. 20. num.5.de Reform.*

(s) *Marcheſ. Marant.Scacc.de Appell.quæſt.11. numer.177.apud Bict.quæſt.157.num.13.*

Pag.812.col.2.

(t) *Hoſtien.Summ.rubr.de Tranſact.§.Quid ſit Abb. Rubr.eo.tit.l.5.ff.de Tranſact. l.Tranſactio. C. eo.tit.*

Pag.813.col.1.

(u) *Tit.de Tranſact.in Decretal. lib.1.tit.36. in ff. lib.2.tit.15.& in Cod lib.2.tit.4.*

(x) *l. Tranſigere.C.de Tranſact.*

(z) *arg.l.p.ff.de Bon.eo.qui ant.ſent.*

Pag.813.col.2.

(a) *l.In omnibus ff.de Præuar.l. Quoniam.l.Athletat ff.de His qui not..*

(b) *l.In Fiſci ff.de Iur.fiſ.l. Qui cætu.§.final.ff. Ad leg.Iul.De vi publ.l.furti §. Pactus. ff. de His qui not inf.*

(c) *Clar.quæſt.58.℣.Sed punctut.*

(d) *Hoſtien.ſumm.Rubr.de Tranſact.§.Super quibus In fin.*

(e) *Bict. quæſt.94.num.52.*

Pag.814. col.1.

(f) *Parit.de Put.de Syndicat V.Compoſitia cap. 1. num.5.Farinac.quæſt.5.num.5. Guazzin. Defenſ.34. cap.1. num.2.apud Bict. quæſt. 94. num. 57.*

(g) *Farinac.d.quæſt.5.Guazz. loc.cit.Paris de Put. loc.cit.apud Bict.quæſt.94.num.58.*

Pag.814. col.2.

(h) *cap. Ad abolendum. §. Præſenti. de Hæret.cap. Excommunicamus. §.Damnati. eo. tit.*

(i) *cap. Ad falſariarum. Extra de Crim. falſ.*

(l) *cap. Si quis Sacerdotum.11.quæſt.1.*

(m) *cap.p. de homicid.in 6.*

(n) *Fagnan.in cap. Cum non ab homine. num.69. & ſeqq. Raynald. Syntax. rer. crim. tom.1.cap.1. §.14.num.28.fol.161.*

(o) *B.Pius V. Conſt.72.Horrendum.Tert. cal.ſept. 1568.*

Pag.815.col.1.

(p) *Clem.VIII. Conſt.81. Et ſi alias. 1. Decemb. 1601.*

(q) *Vrban.VIII. Conſt. In ſuprema. Idib. Nouemb. 1627.*

(r) *d. Conſt. In ſuprema. §. Et cognitionem .*

(s) *l.final.§.2.ff. Ad S.C. Turpil.Guazz. Defenſ.34. cap.3. per tot. Farinac. d. quæſt.5. num.11. apud Bict.quæſt. 94.num.54.*

(t) *l Sed ſi vnius.§.Filiofamilias.ff.de Iniur.*

(u) *Arri.in l.1.C.de Bon.matern.fol.587.apud Clar. quæſt.58.℣.Quæro nunquid.*

Pag.815.col.2.

(x) *arg.cap.final.Extra.de Temp.ordin.*

(z) *Cranet. Farinac. Baiard.Gram.Vermigl.Blanc. Maſcard.Decian.apud Counciol.V.Confeſſio. Reſol.9. num.6.& 7.*

(a) *Paſſerin.Trib.Regul.quæſt.12.art.13.num.48.*

Pag.816.col.1.

(b) *Tit.Pœnarum §.4.*

(c) *l.2.ff.de Iuriſd. omn. Iud. l.Illud. ff. de acquir. hered.*

Pag.816.col 2.

(d) *Gloſſ. in cap. Cum in poſitionibus in V. Iuſta cauſa de Iureiur.in 6.Tuſc.Cond.320. num.4. & 5. litt. R.*

(e) *Ludouic.Roman.conſ.59.num.13.& 14. & conſ. 70.num.6.℣.ſecundò quia .*

(f) *l.Si vnquam. l.Hit ſolit.Authent. Quod mater. C.de Reuoc,donat.*

(g) *l.p.ff.Ex qui.cau.maio. Bart.in l.Cum filius §. In hac ff. de Verb.oblig.*

(h) *l.Et ſiuè.l.Sciendum.ff.Ex qui.cau.maio.*

Pag.817.col.1.

(i) *arg. Authent.de Nupt.§.1. cap.Fraternitatis. de de Frigid. cap.Certè.12.quæſt.1.*

(m) *Baiard.quæſt.49. num.68. vbi Adden. Franc. Marc. & Guiot. apud Bict. quæſt. 94. num. penult.*

(n) *Clar.quæſt.49.℣.final.& ibi Gigas de Crim.læſ. Maie.quæſt.23.num.3.fol.112.*

(o) *Roman.in l.Si quis in graui. §.1.ff.Ad S. C. Syllan.Boer. deciſ.90. num.80. Foller.Pract.fol. 271. num.7. apud Clar.quæſt.21. ℣. Sed hic cadit .*

Pag.817. col.2.

(p) *Paris de Pute. de Syndic.V. Compoſitio. cap. 4. & 5. Guazz.defenſ.34. cap.5.num.2.Farinac. quæſt.5. Ghirl. de relax. carcerat.tit. de pœn. compoſ.quæſt.6. per tot. apud Bict. quæſt.94. num. 47. & 49.*

(q) *cap.p. iunct. Gloſſ. l.de Pact.c.Puellæ in fin.20. quæſt.*

Pag. 804. col. 1.

(g) *Stat. Gen. Ord. cap. 8. §. 39. num.10.*

Pag. 804. col. 2.

(h) *Abb. in Cauſam il p. num.3. de Offic. Iud.deleg.*

(i) *Gloſſ.in Clem.p.in V.Sententia de Sent.& iudic.*

(l) *Paul.de Caſtr. in l. Pomponius num.9.de Re indic. Caball. Caſ.119. nu.37. apud Sgroi par.7. cap.11. num. 10.*

Pag. 805. col. 1.

(m) *Tit. Canones. num.26.*

(n) *l. litigatoribus. l. Et in maioribus. C. de Appell. & conſult.*

(o) *Surd. Deciſ.102. num.p. Barboſ.in cap.Vt debitus. num.13. de Appell.*

(p) *Menoch. de Arbitr. caſ.197. num.2. Lancell.de Attent. p.2. cap.17. limit. 8. num.42. Farin. Marcheſ. Scacc. Gratian. Cened. Sanch.Dian. apud Sgroi par.8. cap.2. num.52.*

Pag. 805. col. 2.

(q) *Abb. in cap. Inter.num.3. de Sent. & re iudic. & in cap ſuper num. 4. de off. Deleg. Scacc. de Appell. Quæſt.16. limit.1.nu.105.Contar. in l.Vnic.num.16.C.de Momen.poſſ.apud Bićt. quæſt. 154. num.13. & 14.*

(r) *Ricciul. de Iur. perſon. lib. 4. cap. 64. num.15. Sanchez Oper. Moral. lib.3. cap.vnic.dub.15. num.1. & dub.12. num.228. Hurtad.Gomez. Gabriel.Mar.Antonin.apud Sgroi par.8.cap.2. num. 53.*

(s) *Tit. Canones §. 11.*

(t) *cap. Is cui de Sent. excom. in 6.*

(u) *Abb. in cap.2. num. 6. vt lite pendente. Franc. Franc. in cap. ad hac num.1. in fin.de Appell. Scacc. eo tit.quæſt.3. num.72. Lancell. de Attent. par. 2.cap. 12. limit. 16. num. 6. apud Sgroi par.8. cap.2. num.4. & 5.*

Pag. 806. col. 1.

(x) *Sanch. Opuſc. Moral. lib. 3. cap.vnic. dub. 32. num. 255.*

(y) *Sgroi par.8. cap.2.num.8. & ibi Bonacin. Sayr. de Cenſur. lib 4.cap.5. Caſtropal. eo tit.diſp. 4.P.5.§.1:Layman.de Suſpenſ.cap.1.Coroll.4.*

(a) *Bordon. de Profeſſ. Relig. cap. 23. num. 49. & 50.*

(b) *Panormit. in cap. Ad hac num.1. de Appell. Spathar. de mod. corrig. Regul. par. 4. Tract. 10. cap.vlt. apud Peyrin. de Subdit. quæſt. 1. cap.20. ℣. Reſpondeo.*

(c) *cap. Is cui de de Sent. Excom. in 6.*

(d) *Roderic. tom. 1. qu.29. art. vlt. Suar. de Cenſ. diſp.25. ſect. p. Lezana V. Suſpenſio num. 6. Scacc. Conarr.Lancell. Barboſ. Donat.Portell. apud Sgroi par.8.cap.2. num.7.*

(e) *cap.1.de Appell.Sanch.Opuſc.Moral. lib.3. cap. vnic.num.217. Ricciul. de Iur. perſonar.lib.4 cap.64. num.37. Vulp.Prax. for.Eccl. cap.1. num.20. apud Sgroi loc.cit. num.27.*

Pag. 806. col. 2.

(f) *cap. Ad præſentiam cap. Dilectus de Appellat. cap.2: iunct.Gloſ.in V. In Officijs de Sentent. Excomm. in 6.*

(g) *cap. Cum ſit de Appell. arg. cap. Dilecti il 2. eod. tit.*

(h) *cap. Vt debitus. cap. Cum ſpeciali de Appell.*

(i) *Tit. Canones. §. 11.*

(l) *Bellamer, Deciſ.91.Prax.Archiep.Neapol.cap.1 num.6. Sayr. de Cenſur.lib.1. cap.16.num.30. Bonac.apud Sgroi par.8. cap.2. num.29.*

(m) *Alter.de Cenſur.lib.3. diſp.5. cap.5. ℣. Quid ſi Appellatio.*

Pag. 807. col. 2.

(n) *cap. Præterea vbi gloſ. 40.de Appell. Sgroi par 8. cap.2. num. 33. & ibi Chartar. deciſ. 34. num. 15. Hurtad.de Cenſur. in comm. nu.107. Gennen. prax. cap. 22. num. 2. ℣. Declara ſeptimò. Borell. Summ. deciſ. tom. 2. tit. 33. num. 890. Vgolin. de Cenſur.Tab. 1. cap. 13. §.18.num.10. Diana par.5.tract. 9. reſol. 64.*

Peg. 807. col. 1.

(o) *Scacc.de Appell. quæſt. 3. num.13.*

(p) *l. Præcipimus §. In his. C. de Appell.*

Pag. 807. col. 2.

(q) *cap. Præterea 22. de Appell. cap. Cum teneamur eo. tit. Barboſ. in cap. Propoſuit. num.1. & 2. eo tit. Lancellot.de Attent.par.2.cap.12. in Præfat. num.109. Scacc.de Appell. quæſt.3. num. 46. Portel.V.Appellare in Addit. nu.11 Lezan eo. verb. num. 16.*

(r) *cap. Propoſuit 24. de Appell.*

(s) *cap. Cum ſit de Appell. cap. Conſuluit eo. tit.*

(t) *Tit. Canones. num.59.*

Pag. 808. col. 1.

(u) *l. Si hanc §. Si qua. C. de Temp. ord. & ibi Bald. Cyn. & Fulgoſ. Myſinger. Cent. 1. Obſeru. 41. apud Sgroi par. 8. cap. 2. num. 57.*

Pag. 808. col. 2.

(x) *Franc. Marant: & Scacc.de Appell.q:3.n:1:Bićt: tract.13.n:3:in fin:antè q:146.*

(z) *Franc.in cap.Per tuas.num.1. & 2. de Appell.*

Pag. 808. col: 1:

(a) *l. 1. §. final. l. Scio quæſitum ff. de Appell. & Relat.*

(b) *Bart. in l. p.§. final. init. & ibi Gothofr. litt. X. de Appell.Scacc. de Appell. quæſt.4. num.39. Angel. Franc. Lancellot. apud Bićt. qu. 146. num. 2.*

(c) *l. Sed. ei ff. de Appellat. & relat.*

Pag. 868. col. 2.

(d) *D. Thom. 2.2. quæſt.68. art. 2. in corp.*

Pag. 809. col. 2.

(e) *Tit. Canones. num. 13. & ſeqq.*

Pag. 809. col. 2.

(f) *Rebuff. tract. de Sent. execut. art. 7. Gloſſ. 9. num. 5. Scacc. de Appell. quæſt. 11. num.162. apud Sgroi par. 8. cap. final. in princip. Gloſſ. in cap. Paſtoralis §. Præterea in V. Diſcuſſa de Appell.*

(g) *Franc. in cap. Romana. §. final. num. 3. ℣. An alij de Appell. in 6.*

(h) *Gloſſ. in cap. Properandum. vbi DD. & Iaſon. num. 6.*

Digitized by Google

num. 6. C. de Iudic. Io. de Amic. conſ. 32. num. 9. Bero.conſ.101. num.7.vol.3. Marant. Specul.par.5.num. 58. Vant.de Nullit. defect. iur. ord. num.115. ℣. vndecimo apud Surd. conſ.139.num.13.

(i) l.fin.§.Illud etiam.C.de Temp. Appell. l. Partum §. Qui pronoeauit. ff. de Pact. l.A. Dino Pio. ff. de Re indic. Abb. in cap. Paſtoralis §. Præterea num. 6. ℣. Quartus caſus.de Offic. Iud. Delegat.

Pag. 810. col. 1.

(l) Tit.Canones. §.11.

(m) Cap.cum Eccleſia.Extra de Appell.

Pag.810.col.2.

(n) Tit. Canones.num. 65.

(o) Cap. Cum in Eccleſia de Appell.

(p) Gloſſ. in cap.Paſtoralis. §.Præterea. in V. Diſcuſſa de Appell. Abb.in cap. Cum in Eccleſia. num. 6. eo tit.

Pag.811.col.1.

(q) Concil.Trident. Seſſ. 24. num. 20. de Refor.

Pag.811.col.2.

(r) Franciſc.Monald.conſ.96.per tot.par.2.Felician de Vega in cap.Venerabilis.20. num.16.de Iudic.apud Barboſ.Collect.in Concil.Seſſ.24. cap. 20. num.5.de Reform.

(s) Marcheſ. Marant.Scacc.de Appell.quaſt.11. numer.177.apud Bift.quaſt.157.num.13.

Pag.812.Col.2.

(t) Hoſtien.Summ.rubr.de Tranſact.§.Quid ſit Abb. Rubr.eo.tit.l.5.ff.de Tranſact. l.Tranſactio. C. eo.tit.

Pag.813.col.1.

(u) Tit de Tranſact.in Decretal. lib.1.tit.36. in ff. lib.2.tit.15.& in Cod.lib.2.tit.4.

(x) l. Tranſigere.C.de Tranſact.

(z) arg.l.p.ff.de Bon.eo.qui ant.ſent.

Pag.813.col.2.

(a) l.In omnibus ff.de Præuar.l.Quoniam.l.Athletas ff.de His qui not..

(b) l.In Fiſci ff.de Iur.fin.l.Qui cætu.§.final.ff. Ad leg.Iul.De vi publ.l.furti §. Pactus. ff. de His qui not inf.

(c) Clar.quaſt.58.℣.Sed punctus.

(d) Hoſtien.ſumm.Rubr.de Tranſact.§.Super quibus In fin.

(e) Bict. quaſt.94.num.52.

Pag.814. col.1.

(f) Paris.de Put.de Syndicat V.Compoſitio cap. 1. num.5.Farinac.quaſt.5.num.5. Guazzin. Defenſ.34. cap.1. num.2.apud Bict. quaſt. 94. num. 57.

(g) Farinac.d.quaſt.5.Guazz. loc.cit.Paris de Put. loc.cit.apud Bict.quaſt.94.num.58.

Pag.814. col.2.

(h) cap. Ad abolendum. §. Præſenti. de Hæret.cap. Excommunicamus. §.Damnati. eo. tit.

(i) cap. Ad falſariorum. Extra de Crim. falſ.

(l) cap. Si quis Sacerdotum.11.quaſt.1.

(m) cap.p. de homicid.in 6.

(n) Fagnan.in cap. Cum non ab homine. num.69. & ſeqq. Raynald. Syntax. rer. crim. tom.1.cap.1. §.14.num.28.fol.161.

(o) B.Pius V. Conſt.72.Horrendum.Tert. cal.ſept. 1568.

Pag.815.col.1.

(p) Clem.VIII. Conſt.81. Et ſi alias. 1. Decemb. 1601.

(q) Vrban.VIII. Conſt. In ſuprema. Idib. Nouemb. 1627.

(r) d. Conſt. In ſuprema. §. Et cognitionem.

(s) l.final.§.2.ff. Ad S.C. Turpil.Guazz. Defenſ.34. cap.3. per tot. Farinac. d. quaſt.5. num.11. apud Bict.quaſt.94.num.54.

(t) l Sed ſi vnius.§.Filiofamilias.ff.de Iniur.

(u) Arri.in l.1.C.de Bon.matern fol.587.apud Clar. quaſt.58.℣.Quæro nunquid.

Pag.815.col.2.

(x) arg.cap.final. Extra.de Temp.ordin.

(z) Crauet. Farinac. Baiard.Gram. Vermigl.Blanc. Maſcard. Decian.apud Conciol.V.Confeſſio. Reſol.9. num.6.& 7.

(a) Paſſerin.Trib.Regul.quaſt.12.art.13.num.48.

Pag.816.col.1.

(b) Tit.Pænarum §.4.

(c) l.2.ff.de Iuriſd. omn. Iud. l.Illud.ff. de acquir. hered.

Pag.816.col 2.

(d) Gloſſ. in cap. Cum in poſitionibus in V. Iuſta cauſa de Iureiur.in 6.Tuſc.Concl.320. num.4. & 5. litt. R.

(e) Ludouic.Roman.conſ.59.num.13.& 14. & conſ. 70.num.6.℣.ſecundò quia.

(f) l.Si vnquam. l.His ſolis.Authent. Quod mater. C.de Reuoc.donat.

(g) l.p.ff.Ex qui.cau.maio. Bart.in l.Cum filius §. In hac ff. de Verb.oblig.

(h) l.Et ſiuè.l.Sciendum.ff.Ex qui.cau.maio.

Pag.817. col.1.

(i) arg. Anthent.de Nupt §.1. cap.Fraternitatis. de de Frigid. cap.Certè.12.quaſt.1.

(m) Baiard.quaſt.49. num.68. vbi Adden. Franc. Marc. & Gnot. apud Bict. quaſt. 94. num. penult.

(n) Clar.quaſt.49.℣.final.& ibi Gigas de Crim.laſ. Maie.quaſt.23.num.3.fol.112.

(o) Roman.in l.Si quis in graui. §.1.ff.Ad S. C. Syllan.Boer. deciſ.90. num.80. Foller.Pract.fol. 271. num.7. apud Clar.quaſt.21. ℣. Sed hic cadit.

Pag.817. col.2.

(p) Paris de Pute. de Syndic.V. Compoſitio. cap. 4. & 5. Guazz.defenſ.34. cap.5.num.2.Farinac. quaſt.5. Ghirl. de relax. carcerat.tit. de pœn. compoſ.quaſt.6. per tot. apud Bict. quaſt.94. num. 47. & 49.

(q) cap.p. iunct. Gloſſ.1.de Pact.e.Puellæ in fin.20. quaſt.

qu.1. cap.Innocens:22. queſt. 4. cap. Eleutherius.18. quæſt.2. l.1. l.Iursgentium.ff.de Pact.

(r) *Dec.in l.Ea eſt ff. de Reg.iur.Zabarel.in cap.1. num.2.de Off.Ordin.Pedemont.deciſ.101.nu.6. apud Tuſc. litt.F.concl.336.num.23.& 29.*

Pag.818.col.2.

(s) *Tit.Pœnarum §.final.*

(t) *Tit.Pœnarum §.60.*

(a) *D.D.in cap.final.de Conſtit.Azor.Becan. Filiuc Malder.Portel.Layman.Tanner. Villalob.apud Dian.par.2.tract.13.reſol.3.Sanch. Decal. lib. p.cap.9.num.37. Menoch.de Arbitr.lib.2.caſ. 339.num.21.apud Bict.quæſt.143 nu.1.*

(b) *Aragon.Medina Petr. Ledeſm. Salaſ.Salon.Sayr. apud Sanch.lib.1.Decalog.cap.9. num.46.*

Pag.819. col.1.

(c) *Valent. in 2.2. quæſt.6.pun.3. Sayr.Claui.Reg. lib.1. cap.9. num.13. Bonaci.de leg. diſp.2. quæſt.4. pun.9. num.14. Dian. par.2. tract.13. Reſol.3.Verſ.Dico.*

(d) *Tit.Iudicia §.final.*

(e) *Sayr.Clau.Reg.lib.1.cap.11.nu.13.Salon.in 2.2. quæſt.63. art.4. contr.2. concl.2.Dian.par.3.in Addit,2.reſol.13.apud Bict.qu.143.num.17.*

Pag.819.col.2.

(f) *Regul.Minor.cap.7.*

(g) *l. Iuſſit. ff. de re iudicat. Guazzin. defenſ.35. cap.18.num.1.*

(h) *Text.in cap.Inlitteris de Off.Deleg. l. Index ff. de re iudicat.*

(i) *l.1. §. final. iunct.Gloſſ.in verb.Reſtituere ff.de quæſt.l.Moris ff.de pæn.*

(l) *arg. cap.de Capitulis 10.diſt.*

Pag.820.col.1.

(m) *l.Iudex vbi Gloſſ.Bart & Alex.ff.de re iudic. Menoch.de Arbitr.lib.p.quæſt.62.num.2. Scac. de Appell.quæſt.19. Remed.1. concl.6.nu.109. apud Bict.quæſt.155. num.6.*

(n) *arg. l. Ab executore vbi Bart. ff. de Appell. Guazzin.defenſ.35.cap.18.num.1.*

(o) *Gennen.prax.cap.58.ſeu 57.ſiue in alia impreſſ. cap.48.ex Diaz.in Prax.ver. In exilium Foller.in verb. Et ſi committi num. 123. quos dat Bict.quæſt:134:num.10:verſ:Precitata.*

(p) *Bald:in Auth: Interdicimus C: de Epi:& Cler: Felin:in cap: Qualiter & quando il 2:de Accu:*

(q) *Bict:queſt:134:num:10:*

Pag.820. col.2.

(r) *Tit:Pœnarum §:final:*

Pag.821.col.2.

(s) *Tit.Canones.§.2.& num.38.*

(t) *Tit. Canones.à num.121.*

Pag.822. col.1.

(u) *Tit.Canones.§.6.*

(x) *Tit.Canones. num.26.*

Pag.822. col.2.

(z) *cap. Romana §.Si vero.iunct.Gloſſ. in V.Totaliter vbi Innoc.& Hoſti.de Appell.in 6. cap.dilectus il 2.vbi Gloſſ.final.Extrà de Reſcr.*

(a) *l Cui iuriſdictio.l.final. ff. de Off. ei. cui.mand.*

Pag.823. col.1.

(b) *cap.Cum Appellationibus.de Appell.in 6. cap. Vt debitus. Extra eo.tit.*

(c) *Gloſſ.in d. cap.Cum appellation.in V. Deferens. de Appell.in 6.l.p.C.Vbi Senator.vel Clariſſ.*

(d) *l.Si ab hoſtibus.ff. Solut. matr. l.Tres fratres.ff. de Pact.*

(e) *Gloſſ. in d. cap. Cum appellationibus.in V. Remittenda.de Appell.in 6.*

(f) *Benintegn. Zabarell. Franc. apud Sgroi par.8. cap.7.num.13.*

Pag.823.col.2.

(g) *Tex. in cap. Cordi nobis de Appell.in 6.*

(h) *Tit. Canones. 7.*

(i) *Gloſſ.in cap.Vt debitus. in V.Ex rationabili. Extra de Appell.*

Pag.824. col.1.

(l) *cap.Interpoſitæ vbi Butr. num. 1.5.& 10. Abb. num.2.Dec.num.1.de Appell. Salgad. de Reg. protect.part.4.cap.7.num.15.Franc.in cap. Vt debitus.num.1.℣.Tertiò tene menti.apud Sgroi par.8.cap.7.num.17.circ.med.*

(m) *Tit:Canones.num. 9.*

(n) *Sgroi Par.8.cap.7.num.18.& ibi Franc.loc.cit. num.2.& Card. Alexandrin.in cap.Vt debitus. num.3.Fallent.2.de Appell.*

Pag.824.col.2.

(o) *cap.Peruenit.11.quæſt.1.in fin.*

(p) *cap.Cum Eccleſia Sutrina. §. Nos igitur.de Cau. poſſ.l.Actor.C.de probat.Oldrad.conſ.244. numer.21.& Conſ.254. num.14.apud Tuſc. litt. N.Concl.30.num.1. Clar. quæſt.52. ℣. Scias autem.*

(q) *Franc.in cap.Vt debitus,num.3.vbi Dec. num.2. Card.Alexand. num.3. Fallent.4.de Appell. apud Sgroi par. 8. cap.7.num.20.*

Pag.825.col.1.

(r) *cap. Interpoſitæ. iunct. Gloſſ.in V. Niſi hoc de Appellat.*

(s) *Abb.in d.cap.Interpoſitæ. poſt.num.6. ℣. Vnum tamen.de Appell.*

Pag.825.col.2.

(t) *Franc Card.Alexandrin.& Dec.apud Sgroi par. 8.cap.7.num.23.& ſeqq. Abb.loc.cit.nu.5.*

(u) *Authent.de Teſt.§.Si verò quis.*

(x) *l. In hac. §.Ibidem ff. Ad exhiben. Gloſſ. in cap. Ex parte in V. Infames. 7. de Teſt. Franc. Card. Alexand. Scacc.& Ricc. apud Sgroi loc. cit.num.23.*

Pag.826.col.1.

(z) *Tit. Canones.§.7.*

Pag.826.col.2.

(a) *Couaru.Pract.cap.24.init.Ricc. Collect. 1745. Barboſ.in cap.Non ſolum.num.7.de Appellat. in 6.*

(b) *Sgroi par.8. cap.7. num.8. & ibi Lancell.de Attent.par.2.cap.30.num.138.& 139.Rota Deciſ. 68.*

ciſ. 68. alias 762. in antiq. & deciſ. 58. alias 412. in nou. de Appell.

Pag. 827. col. 1:

(c) *Bellacom. Comm. opin. tom. 2. lib. 7. tit. 21. num. 183. Barboſ. loc. ſnp. cit. num. 6.*

(d) *Franc. in cap. Sollicitudinem. num. 3. & 4. de Appell.*

(e) *Tit. Canones. §. 6.*

Pag: 827. col: 2:

(f) *Tit. Pœnarum. num. 79.*

(g) *Dec. in l. p. C. de ſeru fugit. apud Roman. conſ. 376. num. 7. Alex. conſ. 33. num. 3. lib. p. Soccin. iun. conſ. 49. num. 16. lib. 2. Crauet. conſ. 612. nnm. 11. Menoch. conſ. 69. num. 4. & 5. apud Tuſc. litt. A. concl. 470. nnm. 2. 3. & 5.*

(h) *cap. Præterea. cap. Significaſti. cap. Prudentiam cap. Snſpicionis. de Offic. Deleg. cap. Tam litteris de Teſt.*

Pag: 828: col: 1.

(i) *D. Bonauent. lib. de Sex alis Seraph.*

Pag: 828: col: 2:

(l) *Ancharan. Felin. Marant. Marſil. Franc. Scacc. Guazzin. Ceuall. apnd Bict. qnæſt. 152. num. 7.*

Pog: 829: col: 1:

(m) *Scacc. Farinacc. Guazzin. qnos dat Bict. loc. citat. nnm. 21.*

(n) *Bart. in l. p. in fin. ſnb num. 3. C. Si adu. lib. Put. deciſ. 184. num. 4. & 5. lib. 2. Afflict. deciſ. 155. nnm. 3. Bald. in l. Per hanc num. 10. ℣. Quæro ergo ff. de Temp. & repar. Appell. apud Sgroi par. 8. cap. 7. num. 3:*

Pag: 829: col: 2:

(o) *Bict. quaſt. 152. num. 24.*

INDEX

Digitized by Google

INDEX

Copioſiſſimus Rerum, & Verborum, quæ in hoc Opere continentur.

A

ABORTVS. Punitur pœna capitali. Tit. Pœnarum.num.121.pag.293. Eius crimen non præſcribitur. Tit.Patronus.nu.93. pag.735.

Abſens. *Abſentia* longa, quæ dicatur. Tit.Delictorum.num.41.pag.212. Abſens per longam diſtantiam non vocandus. Tit. Pœnarum. num.135.pag.301. Abſente Generali per tres dietas facienda eſt electio Vicarij Prouincialis. ibid.num.136. pag.302. Abſens in iure, quis dicatur. Tit.Exceptio. num.14. pag.476. Abſens de iure non poteſt condemnari. Tit.Reus.num.45.pag.676. Abſens de iure poteſt defendi à quolibet abſque eius mandato procuratorio. Tit.Reus.num.77.pag.686.

Abſoluere. Abſolui. Abſolutus de crimine non poteſt moleſtari de eodem. Tit. Sententia.nu. 49.pag.785. & Tit.Delictorum. n.22. pag. 200. Abſoluere à Cenſura reſeruata Prouinciali nequit Guardianus. ibi. num.25. pag. 201. Abſolui à crimine poteſt quis tripliciter. Tit.Accuſatio.num.11.pag.350. Abſolutus à crimine, quandò poſſit denuò accuſari. ibi.n.11. pag.350. Abſolutus cum clauſula rebus ſic ſtantibus, ex nouis indicijs poteſt denuò torqueri. Tit.Tortura.num.84.pag.610.

Abſolui debet Reus euacuatis plenè indicijs. T.Tortur. n.128.& Tit.Sententia.n.44.pag.783. Si indicia non ſufficiunt ad Torturam abſoluendus eſt cum clauſula Rebus &c T.Tort.n. 128.pag.627. Abſolutio iudicialis ab Excommunicatione, quomodò detur. Tit.Reus. n. 66. pag. 684. Abſolutio, quæ datur Reo Excommunicato Examinando non eſt ad validitatem Actorum.. ibi.num.66.pag.684. Abſolutus à Cenſura in iudicio debet iterum abſolui, vt poſſit celebrare. ibi. num.69. pag. 684. Abſolutus ab Excommunicatione, in Foro animæ, debet iudicialiter adhuc abſolui. ibi.num.70.pag.684. Abſolutus per Sententiam, præſumitur abſolutus ex delicto non probato, niſi in ea aliter exprimatur. Tit.Sententia.num.49.pag.785. Abſolui ſimpliciter, & diffinitiuè, quid importet. Tit. Sententia.num.46. pag.784. Abſolui non debet innocens præſumptiuè, ſicut innocens realiter. ibi. num.49. pag.785. Abſolui debet Reus tortus, iuxtà valorem indiciorum, cum clauſula Rebus ſic ſtantibus. ibi. nu.52.pag.786.

Abſolui. Vide Reus. Vide Iudex.

Abſoluens Sacramentaliter, non Sacerdos traditur Curiæ Sæculari morte plectendus. Tit. Sententia. num.125.pag.814.

Abuſuum initia comprimenda. Tit. Canones. num.103.pag.158.

Acceſſorium ſequitur naturam principalis. Tit. Carcer.num.9.pag.650.

Accingendus de proximo habetur pro accincto. Tit.Exceptio. num.27.pag.482.

Acta vt ſint authentica, ſcribenda per Notarium. Tit. Quid. num.136. pag.59. & Tit. Inquiſitio. num. 44. pag. 456. Acta Iudicis antè Recuſationem ſunt valida. Tit. Canones. num. 130. pag. 175. Sed ad Rei petitionem ſunt annullanda. ibi. num.130. Sicut & acta Notarij recuſati. ibi.num. 131. pag. 175. Et etiam iudicium Periti. ibi.num.131. pag.175. Actorum nullitas eſt pœna Iudici. Tit. Pœnarum. num. 90. pag. 276. Acta dubia in meliorem partem ſunt interpretanda. Tit.Corpus. num.9.pag.408. Acta originalia remanere debent penès Notarium. Tit. Inquiſitio. num. 66. pag.466. Acta coram Iudice incompetente ſunt nulla. Tit. Iudicia.num.9.p490.& Tit.Teſtes.n.115.pag.566. Acta iudicialia Latinè ſcribenda. Tit. Reus.num.48.pag.676.

Acta Ordinatoria, & deciſoria, quæ ſint? Tit. Proemial.num.20.pag.9.

Actio Ciuilis, & Criminalis cumulantur. Tit. Accuſatio. num.1.pag.347. Actiones publicæ, quæ. Tit. Denunciatio.num.11.pag.388. Actio iniuriarum, intentata criminaliter Officio Iudicis, irrogat pœnam extraordinariam. Tit. Patronus.num.76.pag.727. Actio de dolo præſcribitur biennio. ibi.n.92.pag.735. Actio iniuriarum præſcribitur anno. ibi. num.92. pag.735.

Actor. Actori duæ dilationes datur. Tit. Quam. num.7.pag.340. Actor citandus eſt antè Sententiam, quandò proceſſum eſt per viam Accuſationis. Tit. Sententia. num.6. pag.772. Et illi eſt tradenda copia Actorum, ſi eam petat. ibi. num.6.pag.772.

Actor. V. Denunciator. V. Accuſator. V. Exceptor.

Actus Collegij, vt ſit validus, requirit maiorem partem eorum, qui ſunt de Collegio. Tit. Quid.num.10.pag.15. Actus, per quos inchoatur iuriſdictio. ibi.num.32.pag.19. Actus requirentes iuriſdictionem, qui. ibi.num.131.

*pag.*36. Actus non ſeruata forma eſt inualidus. *Tit.Pœnarum. num.*92. *pag.*277. Actus quandò irritetur. *ibi num.*92. *pag.*277. Actus iudicialis in Accuſatione, quandò incipiat. *Tit. Accuſatio.num.*33.*pag.*361. Actus duo, vel tres faciunt conſuetudinem. *Tit.Iudicia. nu.* 4.*pag.*487. Actus mali frequentati probantur per Teſtes ſingulares. *Tit.Probationes, num.*5. *pag.*642.

Actus legitimus quid ſit. *Tit. Pœnarum.n.*8.*p.*225. Actibus legitimus priuatur Carceratus ad pœnam. *Tit.Pœnarum. nu.*87.*pag.*275.

Accuſare. Accuſari non poteſt de crimine, qui de eodem fuit abſolutus. *Tit. Delictorum. num.*22.*pag.*200. Accuſare, qui non poſſint. *Tit.Accuſatio.num.*2.*pag.*347. Accuſare quomodò, & quandò poſſit Religioſus extrà Religionem. *ibi. num.* 48. *pag.*368. Accuſare non poteſt Clericus apud Iudicem Laicum in cauſa ſanguinis. *ibi.num.*52.*pag.*369. Quomodò poſſit Religioſus accuſare de Delicto capitali. *ibi. num.*52. *pag.*369. Religioſus poteſt accuſare quemlibet intrà Clauſtra. *ibi. num.*53.*pag.*369.

Accuſans debet intrare. *Tit. Accuſatio.* §. 3. *pag.* 353. Non tenetur probare omnia crimina. *ibi.* §.4. *pag.*356. Semiplenè probans euadit pœnam. *ibi.* §.4. *pag.*356. Accuſans falsò eſt Calumniator. *ibi.*§.5.*pag.*360. Accuſans non poteſt deſiſtere ab Accuſatione. *ibi.* §.5.*pag.* 360. Accuſans legitimus recuſari non poteſt. *ibi.*§.7. *pag.* 367. Accuſans malo dolo punitur. *Tit.Tortura. num.*27.

Accuſatio eſt Cauſa inimicitiæ. *Tit. Quales. nu.* 21.*pag.*76. Accuſatio quid ſit. *Tit. Accuſatio.* §.1.*pag.*346. Quibus prohibita. *ibi.* §.1. *pag.* 346. Accuſatio facta de iàm correcto non auditur. *ibi.*§.2. *pag.* 350. Accuſatio contrà Prælatos à quibus recipienda. *ibi.* §.6. *pag.* 362. Accuſatio acceptata nequit aboleri. *ibi.* §.7.*pag.*367. Accuſatio vna de pluribus Reis nequit fieri. *ibi.* §.8. *pag:*367. Accuſatio quotuplex. *ibi.num.*1.*pag.*347. Accuſatio in genere, quomodò fiat. *ibi.num.*19. *pag.*355. Accuſatio, quomodò facienda. *ibi.num.*21.*pag.* 355. Accuſatio quomodò, & quandò poſſit aboleri. *ibi.num.* 34.*pag.*361.*& ſeqq.* Accuſatio benè circumſtationata eſt actus virtutis. *ibi.num.*53.*pag.*369. Accuſatio quomodò dicitur *illaudabilis intentio. ibi. num.*53. *pag.*369. Accuſatio aliquandò cadit ſub obligatione. *ibi.num.*53.*pag.*369. Quandò poſſit renouari. *ibi.num.* 65. *pag.*36. Accuſatio nequit fieri per literas. *Tit. Denunciatio. num.*21. *pag.*393. Accuſatio nequit fieri per Procuratorem. *Tit.Exceptio.num.*4.*pag.*472.

Accuſator quandò priùs audiatur, quàm Reaccuſator. *Tit. Accuſatio.num.*6.*pag.*348. Quandò dicatur præuaricari. *ibi. num.*11.*pag.*350. Multipliciter poteſt deſiſtere ab Accuſatione. *ibi.num.*34.*pag.*361. Lite conteſtata deſiſtere non poteſt. *ibi.num* 34. *pag.*361. Et apud Nos non poteſt ſinè licentia Superioris. *ibi. num.* 35. *pag.* 361. Accuſatorem, & Reum eſſe ſub eodem Foro non requiritur. *ibi. nu.* 54. *pag.*371. Accuſatoris ius fundatur in lege naturali, & Diuina. *ibi.num.* 61. *pag.* 374. Si præuaricaretur Accuſator, poteſt iterum accuſari Reus. *ibi.num.*65.*pag.*376. Accuſator præuaricans comparatur Teſti corrupto. *ibi. num.*65. *pag.*376. Accuſator producens Teſtes inhabiles debet diuerti à Iudice ex Officio. *Tit.Teſtes,num.*124.*pag.*569. Accuſator eſt citandus antè Sententiam, & illi tradenda eſt copia indiciorum, ſi eam petit. *Tit.Sententiam. num.*6. *pag.*772. Ipſi non probanti aſſignandus eſt terminus ad ſe tuēdum, antequàm damnetur, vt Calumniator. *ibi.num.*8. *pag.*773. Accuſator non probans præſumitur calumniari, & fit Reus. *ibi. num.*8. *pag.*773. Sententiandus eſt de calumnia in eodem Proceſſu, in quo actum eſt contrà Accuſatum. *ibi. num.* 10. *pag.*774.

Accuſatus non poteſt de eodem crimine accuſare ſe Accuſantem. *Tit. Accuſatio.num.*5.*pag.* 348. Receptus inter Reos non poteſt accuſare. *ibi.num.*6.*pag.*348. Reaccuſans excipiendo auditur. *ibi.num.*7. *pag.*348.

Adhortatio facienda eſt à Iudice Reo antè examen, & quomodò. *Tit. Reus. num.* 14. *pag.*663.

Adiectiuum graue, quid ſignificet. *Tit. Fama. num.*10.*pag.*510.

Adiunctus Iudex poteſt recuſari, ſi eſt ſuſpectus. *Tit.Canones.num.*118.*pag.*167.

Adiuuans Delinquentem punitur, vt Delinquens. *Tit.Pœnarum.num.*58.*pag.*258. Et poſt delictum præſumitur particeps. *ibi. num.*58. *pag.*258. Puniri extraordinariè, quandò debeat. *ibi.num.*58.*pag.*258.

Adminiculum vnum ſanat integritatem Teſtis læſam. *Tit. Probatio.num.*7.*pag.*642.

Aduena Religioſus punitur à Superiore loci, in quo delinquit. *Tit. Quid.num.*79. *pag.*36.

Adulterium punitur pœna capitali. *Tit. Pœnarum.num.*121.*pag.*293. Adulterium, cum inceſtu, vt præſcribatur, requirit viginti annos. *Tit.Patronus.num.*92. *pag.*735. Super crimine Adulterij non poteſt tranſigi. *Tit. Sententia.num.*121. *pag.*813.

Aduocatus Rei citandus eſt antè Sententiam. *Tit.Canones.num.*32.*pag.*110. Suſpectus poteſt recuſari. *ibi.num.*118.*pag.*167. Aduocato non eſt mentiendum. *Tit.Patronus. num.*166. *pag.* 755.

Aduocatus. Vide *Patronus*.

Aduocatus Fiſcalis propriè in Religione non datur. *Tit.Patronus.num.*184.*pag.*760. In quo ſenſu dicatur apud Regulares. *ibi. num.*185. *pag.*761. Quarè introductus in iudicijs criminalibus Regularium. *ibi. nu.*185. *pag.*761. Induit perſonam Actoris, dum Iudex procedit ex Officio. *ibi.num.*185.*pag.*761. Solam Iuſtitiam præ oculis debet habere. *ibi.n.*188.

pag.

pag. 762. Debet deputari per Decretum Iudicis. *ibi.num.*188.*pag.*762.Quomodò debeat reſpondere ad defenſiones Rei. *ibi.num.*189. *pag.*762.Quæ debeat, in reſponſione curare. *ibi.num.*190.*pag.*762.

Affectus. Vide *Conatus*.

Agere in iudicio nemo poteſt pro alio, niſi ſit ipſius Procurator. *Tit. Reus. num.* 77. *pag.* 686.

Aegrotus debet eſſe fidens Medico. *Tit.Patronus. num.*15.*pag.*707.

Aetatem requiſitam non habentes nequeunt eſſe Prælati. *Tit.Quales.nu.*25.*pag.*76. Ætas prouecta facit ad minorationem pœnæ.*Tit. Patronus. num.*86.*pag.*734.

Aleator nequit eſſe Prælatus. *Tit. Quales. num.* 21.*pag.*76.

Aliàs. Vide *Dictio*.

Alienatio mentis ex furore quomodò probetur. *Tit.Patronus. num.* 109.*pag.*739. Ex Amore, Ebrietate, Somnolentia, Mania, Spaſmo, & ſimilibus conſideratur, vt illa, quæ eſt ex furore iracundiæ. *ibi. num.*111.*pag.*739.

Amens nequit fieri Prælatus. *Tit. Quales.nu.*12. *pag.*75.Non poteſt eſſe Teſtis.*Tit.Teſtes. nu.* 4.*pag.*518.

Amicitia quandò ſit ratio minuendi pœnam. *Tit.Accuſatio.num.*67.*pag.*377.

Animus quibus torqueatur. *Tit. Tortura.num.*3. *pag.*580. Quæ in ſunt animo probantur iuramento. *Tit.Iudicia. num.*16.*pag.* 491. Animus, ſeu voluntas alicuius probatur per Teſtes ſingulares. *Tit. Probatio.n.*5. *pag.*642.

Antiquitas Religioſi computatur à ſuſceptione habitus. *Tit.Teſtes.num.*82.*pag.*552.

Apices iuris non curantur apud Nos.*Tit. Quam num.* 12. *pag.* 342. Et hoc maximè, quandò agitur de crimine ciuiliter. *Tit.Patronus. nu.* 42.*pag.*717.

Appellare in caſu notorio poteſt Reus, ſi Notorium non proponatur in Sententia. *Tit. Canones.num.*59.*pag.*127. Et ſi pœna non eſt à iure taxata.*ibi. num.*59. *pag.*127. Vel ſi eſt maior ea, quæ imponitur à iure. *ibi.num.*59. *pag.* 127. Et à Iudice declarante notorietatem.*ibi.num.*60. *pag.*127. Appellare quando liceat in delicto notorio. *Tit. Sententia.num.* 106.*pag.*807. Appellare quandò poſſit Reus confeſſus. *Tit.Canones.num.*61.*pag.*129. Appellare non poteſt Reus à pœnitentia taxata in Statutis. *Tit.Delictorum. num.*32.*pag.* 207. Sed poteſt appellare à pœnitentia arbitraria Superiori. *ibi.num.*32.*pag.*207. Appellare à Superiore, an ſit Regularibus licitum. *Tit. Canones. num.*78. *pag.*134. *& ſeqq.* Appellari à Superiore, vt Patre, an poſſit. *ibi num.*82.*& ſeqq.pag.*142. Appellari quandò poſſit a Sententia Arbitrorum. *Tit. Quid.* §.4.*pag.*20. Appellari ab Ordinario, & Delegato poteſt. *Tit.Canones.* §.1.*pag.* 96. Appellari poteſt à Prouinciali nolente excludere à ſententiando Diffinitorē, qui recuſatus eſt, vt ſuſpectus à Patrono nomine Rei. *Tit. Patronus. n.*180. *p.*759. Appellare poteſt Reus à pœna lata per Sententiam decretoriam, non verò per declaratoriam. *Tit.Sententia.num.*4.*pag.*771. Appellare pro Reo poteſt de iure quiuis extraneus. *ibi. num.* 42. *pag.* 783. Appellare pro Laico poteſt Clericus, etiam in cauſa ſanguinis. *ibi. num.* 42. *p.*783. Appellare quandò liceat à diffinitiua. *ibi. n.* 99.*p.*805. Regularis ſi appellat ad Tribunal Sæculare excommunicatur. *Tit. Canones. num.*38. *pag.*114. Appellans malè duplicatam pœnam debet ſubire. *ibi. num.*52. *pag.*121.Sed eam euadit, ſi pro ſe habet motiuum probabile. *ibi. numer.*52.*pagin.* 121. Appellare cenſetur, qui verè grauatus, vadit ad Superiorem. *ibi. num.*53.*pag.*121.Appellans debet probare, ſe priùs appellaſſe, ſi Iudex poſt Appellationem proceſſit ad Sētentiam Excommunicationis. *Tit. Sententia. num.*104.*pag.*806.

Appellatio quid ſit. *Ti. Canones. num.*3. *pag.*97. Eſt duplex.*ibi num.*3. *pag.*97. Extraiudicialis dicitur *Prouocatio.ibi.num* 3.*pag.*97.Iudicialis eſt duplex. *ibi.num.*3.*pag.*97.Eſt iniurioſa Iudici *à quo.ibi.nu.*7. *pag.*98. Poteſt fieri ab Ordinario, & Delegato.*ibi.num.*8. *pag.*98. Eſt de iure naturæ.*ibi. num.*8. *pag.*98. In ea ſunt præſtanda omnia, quæ in recuſatione. *ibi. num.*17.*pag.*103. Appellatio aliàs facta à Iudice eſt cauſa ſufficiens ad eius Recuſationem. *Tit. Quales.num.*38.*pag.*81.

Appellatio ſi interponatur non procedit Iudex. *Tit.Canones. num.*26. *pag.*107. Ab interlocutoria quandò licita. *ibi.num.*26.*pag.*107. Ipſa interpoſita ſuſpenditur Iudicis iuriſdictio. *ibi.num.*28.*pag.*108.Ipſa admiſſa cauſa deuoluitur ad Superiorem. *ibi.num.*29. *pag.* 109. Gradatim eſt facienda. *ibi.n.*30.*pag.*109. Facta immediatè ad Papam ſuſtinetur. *ibi.num.* 30.*pag.*109. Interponenda poſt decem dies à Sententia.*ibi.num.*32. *pag.*110. & *Tit.Sententia.n.*40.*pag.*782. Sed poteſt fieri poſt decem dies ſi grauamen eſt ſucceſſiuum. *ibi. num.* 32.*pag.* 110. Ipſa admiſſa, apoſtoli, & copia Actorum ſunt tradendi. *ibi.num.*43.*pag.*116. Ipſa exiſtente dubia ſtandum eſt pro Reo. *ibi.num.*47.*pag.*117. Et hoc in omni iudicio, & dubio tàm Iuris, quàm Facti. *ibi.num.*47. *pag.*117. A correctionibus regularibus Appellatio non datur. *ibi.nu.*47.*pag.*117. A pœna legis non amittitur, ſed benè à Iudice declarante pœnam. *ibi.num.*49.*pag.*119.

Appellationes friuolæ, quæ *Tit.Canones.* §.11. *pag.*123. *& n.*55. *& ſeqq.pag.*124. Friuola eſt Appellatio in caſu notorio.*ibi. num.*58. *pag.* 126.Et eius, qui Iudici non reſpondet. *ibi. num.*62.*pag.*129.Et eius, qui Sententiam acceptauit. *ibi.num.*63. *pag.* 130. Et eius, qui ter in eadem cauſa appellauit. *ibi. num.*64. *pag.*130. Et illa, quæ eſt ſine cauſa iuſta. *ibi. num.*65.*pag.*130. Et illa, quæ fit ab Arbitro,

in quem ſuit conſenſum. *ibi.num.66.pag.*131. Et illa, quæ fit à Sententia interlocutoria reparabili per diffinitiuam. *ibi. num. 67. pag.* 131.

Appellatio non datur à grauamine futuro, niſi præceſſerit illatum. *Tit.Canones.num.76.pag.* 137. Nec à correctionibus paternis. *ibi. num.* 82.*pag.*141. Nec à pœna Statutaria. *ibi. num.* 87.*pag.*145. Nec à pœna data ob mortificationem.*ibi.num.*87.*pag.*145. Nec conditionata.*ibi.n.*27. *p.*173. Nec à Decreto Carcerationis in ordine ad expulſionem. *Tit.Pœnar. n.*145. *p.*306. Nec à Carceratione ad cuſtodiam. *Tit.Reus.n.*74.*p.*685.

Appellatio datur à correctione excedenti. *Tit. Canones.n.*83.*p.*142. Et à pœna graui paternè impoſita.*ibi.n.*86.*p.*145. Et ab exceſſu pœnæ Statutariæ.*ibi.n.*88. *p.*145. Et à Sententia grauante in Viſitatione.*ibi n.*95.*p.*151. Et à Suſpenſione, vt pœna.*ibi.nu.*133.*p.* 176. Et à depoſitione. *ibidem. num.*133. Et à decreto Torturæ, & ea interpoſita debet Iudex ſuperſedere. *Tit. Tortura. num.*94 *p.*614. Et à comminatione Torturæ. *ibi.num.* 94.*p.*614. Et facta antecedenter ad grauamen inferendum, quod non poteſt reparari per Appellationem ſubſequentem. *ibi num.*98. *p.*615. Et à Sententia Carcerationis ad pœnam, ſed ſi Appellans iàm erat in carcere ad cuſtodiam non ſuſpenditur carcer ad cuſtodiam. *Tit. Reus.n.*72.*p.*685. Et à Suſpenſione, & Interdicto quandò ſunt puræ pœnæ. *Tit.Sententia. num.*102. Et à Cenſura ferenda, ſed Appellans debet adducere cauſam Appellationis.*ibi.num.*103.*p.*806.

Appellatio an apud Regulares, ſit licita. *Tit.Canones.num.*78. *& ſeqq.p.*138. Apud Nos Minores eſt licita.*ibi.num.*81.*p.*140. In foro paterno eſt humiliter facienda, & quomodò. *ibi.num.*89.*p.*146. Et de paternaliter facta Superior paternaliter cognoſcere debet.*ibidem. num.*90.*pag.*147.

Appellatio non ſuſpendit Excommunicationem. *Tit.Canones.*§.3.*p.*107. In ea facienda quis ordo ſeruandus.*ibi.*§.4.*p.*109. Poſt decem dies à Sententia eſt nulla.*ibi.*§.5.*p.*110. Eius cauſa exiſtente dubia pronunciandum pro Reo.*ibi.*§.7.*p.*117. Non datur à mortificationibus, pœnis Statutarijs, & præceptis Obedientiæ. *ibi.*§.8.*p.*119. Proſequi debet intrà ſex menſes.*ibi.*§.15.*p.*137.

Appellatio à Cenſuris non eſt ſuſpenſiua; ſed à declaratione Cenſuræ. *Tit. Exceptio.num.*19. *pag.*478.

Appellatio, quæ interponitur à decreto Torturæ, debet continere cauſam. *Tit.Tortura.nu.* 101.*pag.*616.

Appellatio à Cenſura lata ab homine non ſuſpendit Cenſuram. *Tit.Sententia.n.*101.*p.*805. Appellatio, & Sententia Excommunicationis, ſi appareant latæ eadem die, præſumitur, quod præceſſerit Excommunicatio. *ibi. n.*104. *p.*806. Suſpendit Cenſuram latam cū clauſula *ipſo facto, ſi in tali tempore non feceris hoc, vel illud.ibi.nu.*104.*p.*806. Quos effectus pariat Appellatio.*ibi.nu.*105.*& ſeqq.p.*807. A diffinitiua deuoluit non ſolùm cauſam principalem, ſed & acceſſoriam. *ibi.n.*105. *p.*807. Eximit à iuriſdictione Iudicis à quo in cauſa, in qua eſt appellatum, & omnibus ad eam ſpectantibus.*ibi.n.*106.*p.*807. Eſt introducta non ſolùm ad tollendum grauamen, ſed & ad ſupplendum omiſſa.*ibi.n.*106.*p.*807. Appellatio à diffinitiua, quomodò facienda.*ibi. n.*108.*p.*808. Coram honeſtis viris, ſiuè per Edictum, quomodò fieri debeat. *ibi.nu.*109. *p.* 809. Ipſa deſerta Iudex *à quo* exequitur Sententiam; aut proſequitur cauſam, & Iudex *ad quem* deſinit eſſe Iudex. *ibid.num.*112. *pag.*809.

Appellatio. Vide *Cauſa Appellationis*.

Apoſtata, poteſt à quolibet carcerari. *Tit.Delictorum.num.*13.*p.*194. Et cenſetur eſſe Apoſtata, qui meditatur fugam. *ibi.num.*13.*p.*194. Et qui apoſtatare tentat tradendus eſt carceri ad cuſtodiam.*ibi.n.*43.*p.*215. Iudex Apoſtatarum quis. *Tit. Quid.n.*13.*p.*15. Apoſtata prætenſus, antequàm declaretur talis, ſi eſt præſens, debet citari ad dicendum quare non debeat declarari. *Tit.Sententia. num.*62. *p.*790. Apoſtatarum pœna, quæ. *Tit.Applicatio.*§.22.*p.*333.

Apoſtoli quid ſint. *Tit.Canones.num.*35. *pag.*112. Conuentionales, Refutatorij, Reuerentiales, & Teſtimoniales quid ſint, quandò, & à quo petendi.*ibi.nu.*35.*p.*112. Quando, & à quibus concedendi. *ibi.num.*35. *p* 112. Eos ſi Reus idiota non petit, Iudex debet dare ex Officio. *ibi.nu.*36.*p.*113. Apoſtolorum teſtimonialium forma.*ibi.n.*37.*p.*113. Si Teſtimoniales à nemine concedantur, quid agendum. *ibi.num.*38. *p.* 114. Apoſtoli refutatorij quomodò fiant.*ibi.num.*40. *p.*115. Iſti quid operentur, & quarè concedantur.*ibi.n.*40.*p.*115. Ex friuola appellatione denegantur.*ibi.num.* 41.*pag.*116.

Applicatio ad funem eſt gradus Torturæ. *Tit. Tortura.num.*46.*p.* 595.

Arbiter. *Arbitri* ſunt Iudices, & habent iuriſdictionem delegatam, & eorum Sententia eſt ad inſtar iudiciorum.*Tit. Quid.n.*34.*p.*20. Arbiter iuris quis, & qualis ſit. *ibi. num.*35. Arbiter Compromiſſarius quis dicatur. *ibi. num.*35. *p.*21. Arbitri debent habere conditiones Iudicis. *ibi. nu.*37.*p.*21. Quandò, quomodò, & à quibus nominandi. *ibi. num.*38. *p.*21. Eorum electio, quandò poſſit retractari.*ibi.nu.*39.*p.*22. Ab eorum ſententia quandò poſſit appellari.*ibi.num* 41.*p.*23.

Arbiter non poteſt eſſe, qui non poteſt ob impedimentum officium proprium exercere. *Tit. Quales.num.*18.*p.*75. Arbitri debent ferre ſententiam iuxtà leges.*ibi.num.*48.*p.*87.

Arbitri eligendi in caſu recuſationis Iudicis. *Tit.*

Digitized by Google

*Tit.Canones.num.*19.*pag.*103. Quomodò eliguntur. *ibi.num.*20. *p.* 104. De conſenſu partium poteſt eligi vnus. *ibi. num.*20. *pag.*104. Non requiritur, quod ſint ex ſubditis Iudicis recuſati.*ibi.nu.*21.*p.*104.Hos poteſt compellere Iudex ad ſententiandum.*ibi.num.*21. *p.*104. Illorum electio apud Nos eſt practicanda.*ibi.num.*21. *p.*104. Ipſis poteſt præfigi terminus ad arbitrandum.*ibi.num.*22. *p.*105. Duobus non concordantibus debet eligi tertius. *ibi.num.*22. *p.* 102. Et duo tenentur ſub mortali concordare in tertio. *ibi. nn.*22. *p.*105.Quid debeant præſtare, acceptato arbitrio.*ibi.num.*121. *p.*168. Quandò debeant admittere Iudicem recuſatum ad dicendum contrà recuſationem. *ibi. num.*122.*pag.* 169.De Arbitris, vide *Tit.Quid.*§.4.*p.*20.

Arbitrarium eſt Iudici, conſtruere nouum Proceſſum contrà Calumniatorem, vel eum punire in eodem Proceſſu, in quo accuſauit.*Tit.Denunciatio.num.*31.*p.*398. Et iudicare de conatu ad crimen, vt poſſit puniri ſicut effectus. *Tit.Pœnarum. num.* 55.*p.*257. Et ſtare iudicio Periti.*Tit.Corpus.n.*60.*p.*431.Et determinare tempus an ſit breuiſſimum, vt poſſit proponi Exceptio. *Tit.Exceptio. n.*11. *p.*475. Arbitraria Iudici,eſt pœna Fugientis à carcere.*Tit.Indicia.num.*17. *p.*492. Et validitas indiciorum. *ibi.num.*36.*p.*500.Arbitrarium Iudici eſt,iudicare quandò ſimus in caſu, quod veritas aliter haberi non poſſit. *Tit.Teſtes. num.*2.*p.*517. Et admittere Exceptionem de Factione. *ibi.num.*18. *p.*522. Et dare fidem Teſtibus. *ibi.n.*35.*p.*529.Et interpretari eorum dicta dubia. *ibi. nu.*38. *p.*531. Et iudicare de valore adminiculorum. *ibi. num.*57.*p.*540. Et iudicare quantum probet Teſtis de auditu.*ibi.num.*110.*p.*564. Et diuidere in tria interualla ſpatium Torturæ.*Tit. Tortura.num.*11.*p.*582. Et diſcernere Teſtem vltroneum. *ibi. num.*48.*p.*595. Et examinare indicium probabile.*ibi.num.*68.*p.*602.Et determinare tempus, in quo Reus ratificet confeſſionem.*ibi.num.*107.*p.*619.Et iudicare an Teſtis ſit varius ex ſe, an ex ſubornatione.*ibi. num.*119.*p.*624. Et Reum indiciatum torquere, vel extraordinariè punire.*ibi.num.* 130. *pag.*628. Et Reum carcerare ad cuſtodiam.*Tit.Reus.num.*6.*p.*649. Et quod legatur Reo examen iàm aliàs factum. *ibi. num.*24. *p.* 668. Et declarare an cauſa contumaciæ fuerit iuſta. *ibi.num.*46.*p.*676. Et diminuere pœnam ſpontè confeſſo. *ibi. num.*64. *p.*683. Et confrontare Teſtes cum Reo. *ibi. nu.*102. *p.* 694. Et repetere Teſtes poſt eorum confrontationem cum Reo. *ibi.n.*112.*p.*696.

Arbitrarium Iudici eſt tempus dilationum, & termini defenſorij. *Tit.Patronus.n.*8.*p.*705.

Arbitrarium Iudici *ad quem* eſt, remittere Cauſam Iudici *à quo*, qui malè detulit appellationi.*Tit.Sententia n.*148.*p.*822.

Arbitrarium Iudici eſt recipere probationes exceptiuas contra Teſtem ante,vel poſt eius examen.*Tit.Sententia num.*158.*pag.*825.

Arbitrator Quis dicatur. *Tit. Quid. n.* 36.*pag.*21. non exigit conditiones Iudicis. *ibi.n.*37.*p.*21.

Arbitrium Iudicis regulandum eſt à prudentia. *Tit.Tortura.num.*9.*pag.*581. conceſſum tempore belli non cenſetur conceſſum tempore pacis.*Tit.Reus.num.*78.*pag.*686.

Arbitrium V. Iudex.

Archiepiſcopus Qualem iuriſdictionem habet in Subditos Epiſcoporum ſuæ Prouinciæ. *Tit. Quid.n.*65.*p.*32.eorum Diæceſes viſitare poteſt, licet iſti non ſint negligentes. *Tit. Canones.num.*106.*pag.*160.

Archiuium Vide *Cuſtodia.*

Arctatio Species torturæ antiqua in Ordine. *Tit. Tortura. num.* 13. *pag.* 584. Importat ſolùm trinam flagellationem, & ieiunium, & non carcerem. *ibi. num.* 13. *pag.* 584. In ea ex vſu adhibetur carcer. *ibi.num.* 15. *p.* 585. Si eſt decreta *ſimpliciter*, aut præſcripta in Statutis, & Iudex velit in ea adhibere carcerem, poteſt Reus appellare. *ibid. num.*15.*pag.* 585. Eius durationis tempus debet teneri ſecretum à Iudice. *Tit. Tortura.n.* 18.*p.*585. Et Iudex in decernendo tempore eius durationis non debet petere conſilium à Definitorio.*ibi.num.*19. *pag.* 586. Arctatio eſt vera ſpecies torturæ.*ibi.num.*105.*pag.*618. Arctatio *qualificata* importat carcerem. *Tit. Carcer.num.*1.*pag.*648.

Argumentum à conſuetudine ad Statutum valet.*Tit.Proemial.num.*9.*pag.*6. A contrario in iure eſt fortiſſimum. *Tit. Quid.num.*134.*pag.* 58.& *Tit.Carcer.num.*2. *pag.* 648. Et per hoc irà operatur oppoſitum in oppoſito ſicut propoſitum in propoſito.*ibi.num.*2.*pag.* 648. A ratione legis ad legem valet.*Tit.Penarum. num.*64.*pag.*262.

Arma, Hoc eſt probationes delicti, non ſunt deſumenda de domo Rei. *Tit.Reuſ.num.* 12. *pag.*661.

Arreptitius Non poteſt eſſe Prelatus. *Tit. Quales.num.*11.*pag.*75.

Arte In qualibet reperiuntur Sancti. *Tit. Tortura.num.*44.*pag.*594.

Articulus Cauſæ quis poſſit ſubdelegari; *Tit. Quid.num.*130. *pag.* 56. Articuli, ſuper quibus ſit inquiſitio generalis. *Tit. Inquiſitio.*§. 4.*pag.*445.

Articuli ad fauorem Rei ſunt probandi per Teſtes à ſe productos. *Tit.Patronus. num.* 68. *pag.*724.Impertinentes prò interrogationibus formatis à Patrono qui dicantur. *ibi.nu.* 69.*pag.* 725. impertinentes prò defenſionibus Rei qui ſint.*ibi.num.*69. *pag.* 725. neceſſarij omninò ad defenſam qui dicantur. *ibi. num.* 69. *pag.* 725. Purè infamatorij ſunt reſecandi.*ibi.num.*69. *pag.* 725. Interrogatorij, & defenſorij formati à Patrono ſunt admittendi, aut reijciendi, aut corrigendi à Iudice.*ibi. num.* 71. *pag.* 725. Impertinentes euiden-

denter tantùm poteſt reijcere Iudex, ſed dubios debet admittere. *ibi.num.71.pag.725.* Dubij ſi reijciantur tanquàm impertinentes, à Iudice, & Patronus appellet, appellatiò ſuſtinetur.*ibi.num.72. pag.726.* A Patrono producti quandò debeant recipi à Iudice vel non.*ibi.num.* 156. *pag.*751. Interrogatorij ad repetendos Teſtes quomodò formandi à Patrono.*ibi.num.*176. *pag.*758. Defenſorij quomodò proponendi.*ibi.num.*178. *pag* 758.

Articulus appellabilis ſi eſt dubius, pronunciandum eſt prò Reo.*Tit.Sententia.num* 151. *pag.* 823. Appellabilis debet ſubſiſtere in facto, aliter non ſuſtinetur appellatio.*ibi.num.* 152. *pag.*824.

Artifex Excellens dicitur *Perſona inſignis. Tit. Accuſatio.num.45.pag.* 367. Si eſt excellens in arte, quæ ſit vtilis Reipublicæ, mitiùs eſt pùniendus. *Tit.Patronus.num.*116.*pag.*740.

Aſperitas In correctione facit, quod non recipitur correctio. *Tit. Quid.num.45.pag.25.*

Aſſaſſinij Crimen non præſcribitur. *Tit. Patronus.num.93.pag.735.* Aſſaſſini Clerici traduntur brachio ſæculari.*Tit.Sententia. num.* 125. *pag.*814.

Aſſeſſor Quis dicatur, & quale eius officium. *Tit.Canones.num.*117.*pag.*166. & *Tit. Inquiſitio.n.*51.*p.* 460. ſi eſt ſuſpectus poteſt recuſari. *Tit.Tanon.n.*117.*p.*166. Laicus poteſt eſſe Aſſeſſor in cauſa Clerici.*ibi.num.*117.*p.* 166.

Aſſeſſores Adhibendi in danda tortura, & Teſtium repetitione ac Rei ratificatione poſt torturam ſi Iudex expediens iudicauerit. *Tit.Inquiſitio.*§.8.*pag.*455.

Aſſiſtentes Ad iudicium adhibere, non eſt cauſis vtile, aut Religioni decorum; ſed in cauſa graui aliquando expedit. *Tit.Inquiſitio.*§. 8.*& num.*51.*pag.*460.

Atrox Factum quid ſit.*Tit. Quales.num.*42. *pag.* 83. Atrox delictum quod dicatur.*Tit.Inquiſitio.num.*15.*pag.*443.& *Tit Delictorum.num.*9. *par.*191. Ipſius pæna eſt maioribus Superioribus reſeruata.*ibi.num* 9.*pag.*191.

Attentans Pudicitiam alicuius, ſi vis adhibeatur, quando poſſit, de iure ciuili, impunè occidi. *Tit. Patronus.num.*137.*pag.*746.

Attentata Poſt appellationem ab interlocutoria reuocantur ſtatim, ac pronunciatum eſt, appellationem fuiſſe validam. *Tit. Sententia. num.*160.*pag.*826. Attentata propriè quæ dicantur.*ibi.num.*161.*pag.*827.

Audibile debet habere neceſſariam conſequentiam cum perſona loquente, aut clamante, vt ex eo probet Teſtis de auditu. *Tit.Teſtes.num.*110.*pag.*564.

Auditus magis decipitur, quàm, viſus. *Tit. Teſtes-num.7.pag.*518.

S. *Auguſtinus* paratus doceri à puero. *Tit. Canones. num.* 117. *pag.* 166. concordauit dicta Euangeliſtarum. *Tit.Probatio.num.6.pag.*642.

Aure carens non poteſt eſſe Prælatus. *Tit. Quales. num.* 14. *pagina* 75.

Authenticare Bullas, & alias ſcripturas, & acta ad propriam Religionem ſpectantia poteſt Notarius Regularis. *Tit. Inquiſitio. num.* 48. *pag.*459.

B

B*Aſtardus* Nequit eſſe Notarius.*Tit.Inquiſitio.num.47.pag.*458.

Beſtialitas De iure diuino punitur pœna mortis.*Tit.Pænarum num.*122.*pag.* 294.

Benemeritus de Religione mitiùs puniendus. *Tit.Patronus num.*115.*pag.*740

Bigamia Triplex, vera, interpretatiua, & ſimilitudinaria.*Tit. Quales.num* 23.*pag.*76.

Bigamus nequit eligi in Prælatum. *Tit. Quales. num.23.pag.76.*

Bonum publicum præferendum commodo priuato.*Tit.Patronus.num.46.pag.*718.

Blaſphemia punitur pæna capitali.*Tit.Pænarum. num.* 121.*pag.*293.

Brachium ſæculare poteſt inuocare Epiſcopus ſi eſt impeditus viſitare; & hoc poſt fulminatas Cenſuras. *Tit.Canones.num.96.pag.*152. Illum quandò poſſit, & qua cautela debeat, inuocare Superior localis. *Tit: Delictorum. num.* 35. *& ſeqq. pag.* 208. Ipſum dare quandò teneatur Iudex laicus. *ibi. num.* 36. *pag.* 208. Ipſum inuocare poteſt Conſeruator Regularium, & compellere per Cenſuras Iudicem laicum ad illud præſtandum. *ibi. num.38.pag.*208. Eccleſiaſtici criminoſi ob quas cauſas ſint relaxandi brachio ſæculari. *Tit.Sententia.num.*125.*pag.*814.

C

C*Adauer* Occiſi ſi non inueniatur, quid agendum.*Tit.Corpus.num.* 7. *pag.* 408. Quandò viſitatur quæ obſeruanda. *Tit.Corpus.num.22.pag.*415.

Cæcus non poteſt eligi in Prælatum. *Tit. Quales. num.* 16.*pag.* 75. Eſt Teſtis inhabilis.*Tit. Teſtes.num.4.pag.* 518. Et quomodò *ibi. num.* 7. *pag.* 518. Deponens de voce audita non plenè probat.*ibi. num.7.pag.*518.

Calumnia euidens quandò dicatur. *Tit.Accuſatio.num.*10.*pag.*349. Præſumpta ex accuſatione non probata multipliciter euaditur.*Tit. Sententia.num.9.pag.*773.

Calumniator Impunitus aperit viam malignitati.*Tit.Pænarum.num.41.pag.*250. Quis dicatur.*Tit.Accuſatio.num.2.pag.*347. Quando puniendus.*Tit.Denunciatio.num.29.pag.*397.

Camera tormentorum facit ad torturam. *Tit. Tortura.num.92.pag.*612.

Canis Facile patitur à veneno. *Tit.Corpus.num.* 50.*pag.*428.

Canon. Canones aliquandò commendant rigorem

gorem iuſtitiæ; aliquando lenirarem miſericordiæ. Tit. Quid. num. 44. pag 25. Canon regulam ſignificat. Tit. Canones nu. 1. pag 96.

Capitulare. Capitularia quæ dicantur. Tit. Accuſatio. num. 12. pag. 351.

Capitulum Generale habet ex ſe ius condendi leges; & inſuper hoc habet ex priuilegio. Tit. Proemial. num. 10. pag. 6. Eſt ſupra Miniſtrum Generalem. Tit. Canones. num. 110. pag. 162. Ab eo pender auctoritas Generalis, quem punit ſi delinquit. ibi. num. 162. pa. 110. Fiebat apud nos ſingulo triennio. Titul. Accuſatio. num. 14. pag. 352.

Capitulum Quoruplicitcr ſumatur. Tit. Accuſatio. num. 12. pag. 351. Eſt Collegium Eccleſiaſticorum. ibi. nu. 13. pag. 352. Capitulum Prouinciale olim apud nos omni anno fiebat. ibi. num. 14. pag. 352.

Captus in limine domus dicitur captus in domo. Tit. Pænarum. num. 132. pag. 300.

Caput rixa eſt qui primò prouocat, non qui primò percutit; & dicitur Princeps culpæ, & eſt magis puniendus. Tit. Patronus. nu. 112. pag. 739.

Carcer tutus ſi non eſt in Conuentu quid agendum. Tit. Delictorum. num. 40. pag. 211. Carcer, ſed non formalis datur apoſtatare volenti. ibi. num. 43. pag. 215.

Carcer ob quæ detur. Tit Carcer. per tot. p. 648. Datur ad cuſtodiam, & ad pænam. Tit. Pænarum. num. 22. pag. 234. & Tit. Carcer. num. 1. pag. 648. Formalis requiritur ad probandam incorrigibilitatem. Tit. Pænæ. n. 31. p. 243. Qui datur incorrigibili eſt ad medicinam. ibi n. 34. pag. 244. Carcer non continetur in Arctatione. Tit. Tortura. n. 13. & ſeqq. p 584. ſed continetur in Arctatione qualificata. Tit. Carcer. num. 1. pag. 648. Non poteſt dari ſine Diffinitorio. ibi. num. 3. pag. 648. Carceres priuati ſunt prohibiti. ibi. num. 7. pag. 650. Carcer de formali importat recluſionem ſub ſera, & vecte. ibi. num. 10. & 11. pag. 650. Carcer ſemeſtris indicat Cauſam grauiſſimam. Tit. Patronus. num. 23. pag. 711. Carceres debent, eſſe in omni Conuentu. Tit. Pænarum. num. 72. p. 268. Subterranei non ſunt admittendi. ibi. num. 74. pag. 269. Carcer eſt locus ſacer. ibi. nu. 102. pag. 282. Carcerem frangens quomodò puniendus. ibi. num. 102. pag. 282.

Carcerare requirit iuriſdictionem. Tit. Quid. nu. 131. pag. 56. Quandò poſſint Superiores locales. Tit. Delictorum. num. 10. pag. 192. Quandò carcerari debeat contumaciter recuſans pœnitentiam. ibi. nu. 26. pag. 202. Non poteſt quis carcerari ex cauſa dubia inobedientiæ. Tit Delictorum. num. 27. pag. 202. Carcerari quomodò debeat inobediens. ibi. num. 28. p. 203. Nequit carcerari qui recuſat pœnitentiam negando delictum. ibi. num. 31. pag. 206. Vel dicendo pœnitentiam eſſe nimis grauem. ibi num. 32. pag. 207. Carcerare ad pœnam ſpectat ad Diffinitorium. Tit. Pænarum, num. 75. pag. 269.

Carcerare Contumacem debent omnes Subditi ad mandatum Superioris, non tamen cum periculo propriæ vitæ. Tit. Delictorum. num. 34. pag. 208. carcerare faciens non ſuſpectum de fuga excommunicatur. Tit. Carcer. §. vnic. pag. 647. Carcerare ad cuſtodiam omnes Superiores poſſunt. Tit. Pænarum. num. 76. pag. 270. Et hoc etiam Diſcreti Conuentus in abſentia Superioris localis. ibi. num. 76. pag. 270. Carcerari ad pœnam qui poſſint. ibi. num. 77. pag. 270. & num. 81. pag. 272. Carcerare Contumacem poteſt Superior localis, & hoc in tribus caſibus. Tit. Pænarum. num. 75. pag. 269. Carcerans indebitè quandò, & quomodò puniatur. ibi. num. 94. pag. 278. Carcerans poſt interpoſitam appellationem, ſi eſt ad pœnam, ſubit pęnas malè iudicantiū. ibi. n. 99. pag. 281. Carcerari debet nominatus à Vulnerato, ſi eſt ſuſpectus de fuga. Tit. Corpus. num. 26. pag. 416. Carcerari ad cuſtodiam debet ex publico iudicio indiciatus, ſi eſt ſuſpectus de fuga. ibi. num. 26. pag. 416.

Carcerare poteſt Iudex Reum, qui deliquit coràm ſe. Tit. Inquiſitio num. 27. pag. 453. Iudex carcerans ante definitiuam, & non ad cuſtodiam, incidir in Excommunicationem Tit. Carcer. num. 2. pag. 648. Carcerare ad cuſtodiam eſt Iudici arbitrarium Tit. Reus. num. 6. pag 659. Iudex carcerans ad cuſtodiam ex ſuſpicione rationabili non incurrit Cenſuram. ibi. num. 6. pag. 659. Carcerari poteſt Reus, ſi negat reſpondere Iudici. ibi. num. 7. p. 659. Carcerari ad cuſtodiam ex leui ſuſpicione quis non poteſt, niſi in atrociſſimis. ibi. num. 75. pag. 686.

Carceratio facta à Guardiano eſt mixta cum iuriſdictione Prouincialis. Tit. Pænarum. num. 93. pag. 277. Carceratio dupliciter dicitur indebita ibi. num. 95. pag. 279. Carceratio Clerici non legitimè facta inducit Excommunicationem, dummodò interueniat dolus, vel lata culpa. Tit. Tortura. num. 140. pag. 631. Cooperans carcerationi iniuſtæ eſt excommunicatus. Tit. Carcer. num. 12. pag. 651. Sed non; ſi cooperatur ad mandatum Superioris; & ſi cooperatur in dubio non depoſito, peccat mortaliter. ibi. num. 15. pag. 652. Non tamen excommunicatur in foro externo. ibi. num. 15. pag. 652. Scienter cooperans carcerationi iniuſtæ, & prodens ſcientiam de iniuſtitia, excommunicatus eſt, etiam in foro externo. ibi. num. 15. pag. 652. Carcerationem iniuſtam conſulens, dolo malo exterius manifeſtato, incurrit Excommunicationem. ibi. num. 16. pag. 652.

Carceratio in dubio præſumitur iuſta. Tit. Reus. num. 6. pag. 659. Carceratio ad cuſtodiam debet fieri de conſilio Patrum peritorum. ibi. num. 8. pag. 660. Hoc tamen ex cauſa rationabili omitti poteſt. ibi. num. 8. pag. 660.

Carceratus debet eſſe vinculatus. Tir. Pænarum, num.

Digitized by Google

num. 22. pag. 234. Non dicitur, qui ſequeſtratur in cella. *ibi. num. 22. pag.* 234. Ad cuſtodiam non priuatur chorda, & caputio. *ibi. num. 22. pag.* 234. Poteſt vinculari in periculo fugæ. *ibi. num.* 80. *pag.* 271. Ad pænam priuatur forma habitus. *ibi. num.* 83. *pag.* 273. Et tonſura. *ibi. num.* 84. *pag.* 273. Ipſi quomodò concedi debet Confeſſarius. *ibi. num.* 85. *pag.* 274. Debet qualibet ſexta feria ieiunare, & ſe diſciplinare. *ibi. num.* 86. *pag.* 274. Carceratus ad pœnam actibus legitimis priuatur. *ibi. num.* 87. *pag.* 275. Carceratus à Guardiano ob contumaciam priuatur actibus legitimis. *Tit. Penarum. num.* 93. *pag.* 277. Carceratus iniuſtè poreſt licitè fugere. *ibi. num.* 100. *pag.* 282. Carceratus fugiens quomodò puniendus. *ibi. num.* 100. *pag.* 282.

Cardinalis Protector Non habet iuriſdictionem ex vi Regulæ caſtigandi delicta particularia, ſed communia corrigendi. *Tit. Quid. n.* 129. *pag.* 56. *Commiſſarius* delegatus ab eo, eſt delegatus à Principe. *ibi. num.* 129. *pag.* 56.

Cardinales ſunt pars corporis Papæ. *Tit. Quales. num.* 35. *pag.* 79.

Caſtigans Sontes facit eleemoſinam. *Tit. quid. num.* 48. *pag.* 26.

Caſtratio ſui ipſius punitur capitaliter in iure ciuili. *Tit. Ponarum. num.* 121. *pag.* 293.

Caſus graues ſunt iudicandi à Diffinitorio. *Tit. Canones. num.* 69. *pag.* 132.

Cauſa quæuis in prima inſtantia tractanda eſt coram Superiore ordinario. *Tit. Quid. num.* 72. *pag.* 34. Criminalis meri, & mixti imperij poteſt delegari. *ibi. num.* 104. *pag.* 44. Cauſà commiſſa, commiſſa ſunt pariter omnia ad eam neceſſaria. *ibi. num.* 115. *pag.* 48. Cauſæ connexę, & diſcretæ quæ. *ibi. num.* 138. *pag.* 61. Cauſa vna incœpta prorogatur iuriſdictio Iudicis prò connexis. *ibi. num.* 138. *pag.* 61. Cauſa criminalis debet tractari in loco delicti. *ibi num.* 141. *pag.* 62.

Cauſa Recuſationis Iudicis quotuplex ſit. *Tit. Quales. num.* 38. *pag.* 81. Cauſa inimicitię quę. *ibi. num.* 40. *& ſeqq. pag.* 82. Cauſa iniuriæ quę. *ibi num.* 41. *pag.* 83. Cauſa recuſationis Iudicis in iure expreſſa non poteſt elidi per contrarias præſumptiones. *ibi. num.* 48. *pag.* 87. Cauſa criminalis, & ciuilis quæ *Tit. Proemial. num.* 4. *pag.* 2.

Cauſa appellationis quandò exprimenda. *Tit. Canones. num.* 65. *pag.* 130. Debet examinari à toto Diffinitorio, & eam admittere vel non, nequit ſolus Prouincialis; & ſi ſolus hoc facit, poteſt appellari. *ibi. num.* 69. *pag.* 132. Cauſa appellationis eſt grauamen illatum. *ibi. num.* 76. *pag.* 137. Cauſa pœnitentiæ debet eſſe rationabilis. *ibi. num.* 94. *pag.* 150. Eam tenetur manifeſtare Superior. *ibi. num.* 94. *pag.* 150. Cauſa vrgens eſt cauſa grauis. *ibi. num.* 112. *p.* 163. Cauſa recuſationis proponenda eſt coram Iudice recuſato. *ibi. num.* 125. *pag.* 171.

Cauſa recuſationis Debet eſſe certa, & qua certitudine. *Tit. Quales. num.* 56. *pag.* 89.

Cauſa finalis legis ceſſante ceſſat lex, & cauſa actionis ceſſante ceſſat actio. *Tit. Delictorum. num.* 21. *pag.* 199. & *Tit. Pænarum. num.* 52. *pag.* 255. Cauſa finalis legis pænalis quæ. *Tit. Delictor. num.* 21. *pag.* 199.

Cauſa impulſiua quid ſit, & quomodo differat à finali. *Tit. Pænarum. num.* 52. *pag.* 255. Non eſt ſubſtantialis. *ibi. nu.* 52. *pag.* 255. Cauſa meri, & mixti imperij committitur induſtriæ perſonæ. *ibi. num.* 129. *pag.* 299.

Cauſa excludens delictum vincit includentem illud. *Tit. Indicia. num.* 16. *pag.* 451.

Cauſa ad torturam debet eſſe legitima, & legitimè probata; & quæ ſit cauſa legitima torquendi Teſtem. *Tit. Tortura. n.* 25. *p.* 588.

Cauſa delicti exprimi debet, aliàs confeſſio ipſa non nocet; & Reus nolens eam dicere eſt torquendus. *Tit. Reus. num.* 49. *pag.* 678.

Cauſa grauiſſima quæ dici poſſit. *Tit. Patronus. num.* 22. *pag.* 711. Cauſa fiſcalis quæ dicatur. *ibi.* 184. *pag.* 760.

Cauſa, ob quam pæna infligitur eſt exprimenda in ſententia. *Tit. Sententia. num.* 17. *pag.* 776. Cauſa grauaminis ex præſumptione iuris probata non eget alia probatione. *ibi. nu.* 155. *pag.* 824. Cauſa appellationis ſemipſenè probata, appellatio iudicanda eſt ſubſiſtens. *ibi num.* 159. *pag.* 826. Cauſa appellationis à Cenſura ferenda debet exprimi. *ibi. num.* 103. *pag.* 806.

Cauſa recuſationis Iudicis quæ. *Tit. Quales. num.* 38. *pag.* 81. Cauſæ inimicitiæ recenſentur. *ibi. num.* 39. *pag.* 81. Cauſæ recuſationis Iudicis debent adduci à Recuſante coram Recuſato. *Tit. Canones. num.* 9. *pag.* 100. Si ſint turpes Iudici, quid agendum. *ibi. num.* 10. *pag.* 100. Sunt producendæ omnes vno libello. *ibi. num.* 12. *pag.* 101. Si ſunt friuolæ, reiiciendæ; ſi legitimæ admittendæ. *ibi. num.* 19. *pag.* 103. Vrgentiores requiruntur contra Ordinarium, quàm contrà Delegatum. *ibi. num.* 25. *pag.* 106. Cauſæ erroris ſunt exprimendæ, & probandæ in reuocatione confeſſionis. *Tit. Reus num.* 54. *pag.* 680.

Cauſæ meri, & mixti imperij à ſolo Principe delegantur. *Tit. Delictorum. nu.* 42. *p.* 213. Quæ ſint. *ibi. num.* 42 *pag.* 213.

Cauſa inhabilitationis Teſtium. *Tit. Teſtes. num.* 58. *pag.* 540.

Cautela Prò conſeruandis literis delegationis. *Tit. Quid. num.* 114. *par.* 47. In creatione Notarij. *ibi. num.* 138. *pag.* 61.

Cautela Iudicis In pronunciando ſuper cauſa recuſationis. *Tit. Quales. num.* 48. *pag.* 87. Et in declarando quandò conſtet de inimicitia. *ibi. num.* 44. *p.* 84. Et in denunciatione per epiſtolam. *Tit. Denunciatio. num* 26. *p.* 396. Et pro viſitando corpore delicti *Tit. Corpus. nu.* 6. *p.* 405. Et in admittenda appellatione. *Tit. Sententia. num.* 148. *p.* 822.

Cau-

Cautela Guardiani in punitione delictorum grauium.*Tit.Delictorum.num.*24. *p.*201. Et in petendo brachio ſæculari.*ibi.num.*37.*p.* 209.

Cautela ne quis poſſit appellare à decreto torturæ reijcitur multipliciter. *Tit.Tortura.num.* 98.*& ſeqq.p.*615.

Cautela Patroni, & Iudicis circa denunciationem.*Tit.Sententia.num.*71.*p.*794.Cautela Rei in appellatione faciëoda.*ibi.num.* 150.*p.*823. Et in recuſatiooe Iudicis.*ibi.num.*156.*p.*824.

Cenſura medicinalis eſt.*Tit Canones. num.* 133. *p.* 176. Cenſuram reſeruatam Prouinciali nequit tollere Guardianus. *Tit.Delictorum.n,* 25.*p.*201. Lata cum clauſula *ipſo facto* in foro interno incurritur etiam antè declarationem. *Tit.Sententia.num.*61.*p.* 790. Cenſuræ ferendæ forma.*Tit.Quid.num.* 118.*p.*50.

Celebrans poſt appellationem à cenſura, bona fide, noo incurrit irregularitatem, licet declaretur poſteà appellationem fuiſſe nullam. *Tit.Sententia.n.*103.*p.*806.

Character eſt ſignum rememoratiuum, & demonſtratiuum.*Tit.Iudicia.num.*1.*p.*487.

Charitas ſuper omnia Supetiori neceſſaria. *Tit. Quid.num.*57.*p.*30.

Circumſtantiæ quandoqne ſic continuantur, vt plenè probent factum.*Tit.Teſtes.num.* 46. *p.*535.Ex circumſtantijs colligitur ius.*ibi.nu.* 48.*pag.*536. Indiuiduanres delictum quæ.*ibi. num.* 70.*p.*546.Grauantes delictum quæ. *Tit, Sentenia.num.*85.*p.*798.

Citare debet Iudex Reum in notorio. *Tit. Canones.num.*57.*p.*125. Citari debet Denunciator. qui non probauir, ad dicendum quare non debeat puniri. *Tit. Denunciatio. num.* 27.*p.*397.

Citatio eſt de iure diuino. *Tit.Canones. num.* 97. *p.*153.& *Tit. Carcer. num.* 19. *p.* 654. Habet vim monitionis iuridicæ.*Tit. Quam.num.* 8. *p.* 340. Citationes neceſſariæ de iure quæ *Tit.Quam.num.*16.*p.*344.

Ciuitas poteſt recuſari vt ſuſpecta. *Tit.Canones. num.*115.*p.* 166.

Clamoroſa inſinuatio quid ſit. *Tit.Fama.*§. 1. *pag.* 506.& *Tit Inquiſitio.num.*30.*p.* 450. Requiritur ad inqnirendum contrà Prælatum; item contrè integram familiam vnius Conuentus; item cootrà grauiſſimam perſooam. *Tit.Fama.num.*9.*p.* 509. Noo ſeruata in procedendo contrà grauiſſimas perſonas non inualidat proceſſum.*ibi.num.* 11.*p.*510.

Claritas teſtimoniorum dupliciter accipitur, *Tit.Teſtes.num.*102.*p.*561.

Claudus non poteſt cligi in Prælatum. *Tit. Quales.num.*15.*p.*75.

Clauſula irritans in Statuto annullat factum in contrarium.*Tit.Canones. num.* 110. *p.* 162. & *Tit.Teſtes.num.*84..*p.* 553. Clauſula poſita in fine refertur ad omnia præcedentia, etiam ſi ſit odioſa.*Tit.Teſtes.num.*85.*p.*553.Clauſula, per quam ſaluatur Epiſcopis ius moderandi pænas à ſe inflictas per Sententiam definituam.*Tit.Sententia.num.*141.*p.*820. Clauſula apponenda in Sententia, vt pænæ latæ poſſint mitari à Iudice, qui tam tulit.*ibi.nu.* 143.*p.*820.

Clauſula Abſque vlla declaratione intelligitur de declaratione pænæ non culpæ.*Tit.Sententia. num.*61. *pag.* 790. Clauſula *Arbitrio tuo* Quid importet.*Tit..Quid.num.*128.*p.*55.*Appellatione remota* quomodò accipitur, & quid operetur.*Tit. Sententia. num.* 100. *p.* 805. *De tua prudentia. De tua integritate. De tua peritia* quid importent.*Tit.Quid.nu.*128.*p.* 55. *Ipſo facto* quid importet.*Tit.Pænarum.num.* 2. *pag.* 223.*Perſonaliter accedat. Per ſe ipſum. Per te inquiras* quid opereotur.*Tit.Quid. num.* 128. *pag.* 55. *Sine praiudicio* quandò ſit apponenda in decreto torturæ.*Tit. Tortura. num* 80. *&* 81.*pag.*607.*Tu expedies* quid importet.*Tit. Quid.num.*128. *pag.* 55. *Teſtes examinati habeantur prò legitimè receptis.* Si omittatur non vitiat proceſſum.*Tit.Patronus.num.*65.*p.* 723.

Clericus Delioquens ſi fiat laicus puoitur à Iudice Eccleſiaſtico.*Tit.Quid.num.*77. *pag.* 36. Non poteſt accuſare in cauſa ſanguinis.*Tit. Accuſatio. num.* 52. *p.* 369. Clerici non poterant olim adigi ad iurandum. *Tit. Inquiſitio. num.*43.*p.*456. Clericus Teſtis coràm Iudice laico validè deponit in cauſa ſanguinis. *Tit. Teſtes.num.* 83. *p.* 552. Poteſt appellare prò laico etiam in cauſa ſanguinis.*Tit.Sententia. num.*42.*p.*783.Sodomiam exercens traditur brachio ſæculari morte plectendus.*ibi. num.* 125.*p.* 814.

Cogere ad iurandum requirit iuriſdictionem. *Tit.Quid.num.*131.*p.*56.cogere *V. Teſtes.*

Coitus oefandus; cum Mooiali; cum Demone; cum bruto; cum cadauere, punitur pæoa capitali.*Tit.Pænarum. num.* 121. *p.* 293. Cum cadauere humano habet grauitatem ſacrilegij. *ibi. n.*122.*p.*294. Coitus nefandus; ſacrilegus; & beſtialis non præſcribitur. *Tit.Patronus.num.*93.*p.*735.

Collegiata Eccleſia comparatur Cathedrali. *Tit. Quid.num.*64.*pag.*32.

Collegium. Maior pars requiritur ad validitatem actus Collegij.*Tit. Quid.num.*10.*p.*15. *Collegium* Debet conſtare ad minùs ex duabus tertijs partibus eorum, qui illud componunt.*Tit.Renarum.num.*98.*p.* 281. Eius votorum pluralitas à quo attenditur. *ibi. num.* 139.*p.*302.

Collegium eſt corpus fictum, & poteſt delinquere multipliccr, & quomodò. *Tit.Inquiſitio.nu.*62.*p.* 464. Et licet multi de Collegio delinquant non dicitur tamen Collegium delinquere. *ibi.num.* 62. *p.* 464. Collegium non poteſt excommunicari. *Tit.Tortura. nu,* 29.*p.*589.

Collegium V.Capitulum.

Colluſio Quid.ſit. *Tit.Accuſatio.num.*34.*p.*361.

Columna. Ab ædificijs columnæ tolli non poſſunt. *Tit.Accuſatio.num.*37.*p.*363.

Commiſſarius V. Delegatus. V. Viſitator. V. Iudex.

Commiſſarius quis eſſe poſſit. *Tit. Quales. num.* 37. *p.* 80. illum deputare ſpectat ad Superiorem. *ibi. num.* 32. *p.* 78.

Commiſſarius Generalis familiæ eſt Iudex ordinarius. *Tit. Quid. num.* 8. *p.* 14.

Commiſſarius Generalis Nationalis poteſt expellere ab Ordine incorrigibiles. *Tit. Penarum. num.* 125. *p.* 297.

Commiſſarius Generalis Curiæ eſt Iudex ordinarius. *Tit. Quid. num.* 12. *p.* 15. Eius auctoritas limitetur ad perſonas, & locum. *ibi. num.* 13. *p.* 15. Apoſtatarum, & Fratrum forenſium de familia Commiſſarijs Generalis eſt Iudex ordinarius. *ibi. num.* 13. *p.* 15. Eſt æqualis in iuriſdictione Procuratori Ordinis. *Tit. Quid. num.* 86. *p.* 39. Ab iſto exceditur in tribus. *ibi. num.* 87. *p.* 39. Mutata multoties eius iuriſdictio. *ibi. num.* 88. *p.* 39. Habet iuriſdictionem in Fratres forenſes de ſua familia, & proprios adminiſtros etiam vſquè ad definitiuam. *ibi num.* 90. *p.* 39.

Commiſſarius Prouincialis quo ſenſu ſit Iudex ordinarius. *Tit. Quid. num.* 11. *p.* 15.

Commiſſarius Viſitator quid primò debet facere in Prouincia. *Tit. Quid. num.* 117. *p.* 49. Impeditus ne viſitet quid facere debet. *ibi. num.* 117. *p.* 49. *& inde.* Nequit recuſari. *Tit. Canones. num.* 99. *p.* 155. Eum recuſantes ſunt excommunicati. *ibi. num.* 99. *p.* 155. In foro iudiciali poteſt recuſari. *ibi. num.* 99. *p.* 155. Non tamen in foro paterno, licet non habeat conditiones requiſitas à Statutis. *Tit. Canones. num.* 114. *p.* 164. Ipſum mittere poteſt Generalis quando vult, & recuſari non poteſt. *Tit. Canones. num.* 101. *p.* 157. Non poteſt differre punitiones Reorum vſque ad aduentum Generalis. *Tit. Sententia. num.* 90. *p.* 800. Præcedit omnes etiam in præſentia Generalis. *Tit. Quid. num.* 142. *p.* 63. An poſſit mitti Commiſſarius extrà tempus celebrandi Capitulum. *Tit. Canones. num.* 101. *& indè pag.* 157.

Commiſſarius miſſus à Generali ad inſtantiam Prouinciarum nequit recuſari. *Tit. Canones. num.* 108. *p.* 162. Neque miſſus ad præſidendum electioni. *ibi. num.* 109. *p.* 162. Dummodò cauſa miſſionis ſit *notoria, & vrgens*, aut ad inſtantiam maioris partis Diffinitorij. *ibi. num.* 109. *p.* 162. His conditionibus deficientibus poteſt recuſari. *ibi. num.* 110. *p.* 162.

Commiſſarius miſſus à Prouinciali ad vniuerſitatem cauſarum præcedit omnes. *Tit. Quid. num.* 142. *p.* 63.

Commiſſarius ad Cauſam particularem impropriè dicitur Iudex. *Tit. Pænarum. num.* 14. *p.* 228. Et neminem præcedit. *Tit. Quid. num.* 143. *p.* 64.

Commiſſio excitatiua iuriſdictionis quæ, & quando ſit. *Tit. Quid num.* 108. *p.* 45.

Commodum ſperans à cauſa eſt Teſtis inhabilis. *Tit. Teſtes. num.* 15. *p.* 521.

Communitas, et Vniuerſitas idem ſunt, & ita conuenit Villæ, aut Caſtro, ſicut Prouinciæ. *Tit. Quid. num.* 124. *p* 53. Communitas poteſt leges condere. *Tit. Procmial. num.* 8. *pag.* 5.

Communitas. V. Vniuerſitas.

Comparens ſpontè poſt fugam tollit præſumptionem delicti. *Tit. Iudicia. num.* 17. *p.* 492.

Compoſitio inter Reum, & fiſcum inuenta eſt de iure nouo, & Religionis bono regimini expedit. *Tit. Sententia. nu.* 122. *p.* 813. Quandò, & quomodò facienda. *ibi. num* 123. *p.* 814. Vt ſubſiſtat non debet eſſe Reus conuictus, aut confeſſus. *ibi. num.* 124. *p.* 814. Super atrociſſimis, inconſulto Generali, nequit fieri. *ibi. num.* 125. *p.* 814. Petenda eſt à Reo, & quomodò. *ibi. num.* 128. *p.* 815. Per eam Reus non redditur infamis. *ibi. num* 129. *p.* 815. Ipſius petitio non facit nouum indicium, aut adminiculum ad torturam. *ibi. nu.* 133. *p.* 817. Habet rationem pacti. *ibi. nu.* 134. *p.* 817. Etiam Reo expedit. *ibi num.* 134. *p.* 817.

Compromiſſarius Arbiter quis dicatur. *Tit. Quid. num.* 35. *p.* 21.

Compromiſſum quomodò poſſit retractari. *Tit. Quid. num.* 40. *p.* 22.

Conatus ad crimen quandò puniatur vt crimen. *Tit. Quales. num.* 40. *p.* 82. Conatus punitur prò effectu in atrociſſimis. *Tit. Pænarum. num.* 55. *p.* 257. Et de eo iudicare eſt arbitrarium Iudici. *ibi. num.* 55. *p.* 257.

Conceſſio facta ratione periculi ceſſat, ceſſante periculo; & quæ conceduntur tempore belli non ſunt conceſſa tempore pacis. *Tit. Reus. num.* 78. *p.* 686. Conceſſo officio, conceſſa ſunt omnia neceſſaria ad illud. *Tit. Teſtes. num.* 83. *p.* 552.

Concilium Oecumenicum recuſari non poteſt vt ſuſpectum. *Tit. Canones. num.* 124. *p.* 171.

Concordare dicta Teſtium debet Iudex. *Tit. Probationes. num.* 6. *p.* 642.

Condemnatus ad mortem non tenetur, non fugere. *Tit. Pænarum. num.* 119. *p.* 292. Condemnatus ob adulterium ad triremes, ab iis reuerſus non poteſt prætendere reſtitui Vxori. *ibi. num.* 115. *p.* 290.

Condemnatio vbi non habet locum ibi debetur abſolutio. *Tit. Sententia. num.* 89. *p.* 800.

Conditio requiſita à lege ſi non verificatur, habet locum diſpoſitio legis. *Tit. Quid. num.* 97. *p.* 42.

Conditiones Eligendorum in Iudices; *Tit. Quales. num.* 2. *p.* 73.

Conditio reddit perſonam inſignem. *Tit. Accuſatio. num.* 43. *p.* 365. Conditio læſi eſt melior, quàm lædentis in pari cauſa. *Tit. Teſtes. num.* 90. *p.* 555.

Conditio duplex declaratiua, & reſtrictiua. *Tit. Sententia. num.* 46. *p.* 784.

Conditio V. Qualitas.

Conductio ad locum torturæ eſt ſecundus gradus torturæ. *Tit. Tortura. n.* 92. *p.* 612.

Con-

Conſeſſarius Monialium eſt Officialis Ordinis. *Tit- Quales.num.31.p.77.*

Confeſſario nunquàm mentiendum. *Tit. Patronus.num.166.p.555.*

Confeſſio in tormentis facta eſt ratificanda poſt. *Tit.Tortura* §.9.*p.*617.& *Tit.Tortura.nu.* 107. *p.* 619. Confeſſio Rei non ſibi uocet ſi non conſtet de corpore delicti. *Tit.Corpus.num.*5. *&* 28.*p.*417. Sed ſi confeſſio eſt facta de plano ſufficit vt Reus damnetur, licet de corpore delicti non conſtet. *ibi.num.*28.*p.*417.

Confeſſio ſpontanea criminis coràm Prælato, vt Patre facta quandò euitet pænam. *Tit.Inquiſitio.num.*16.*&* 17.*p.* 444. Poteſt fieri coràm Superiore locali, & quomodò. *ibi. num.* 18. *p.* 444. Scripta quo tempore comburenda. *ibi.num.*26.*p.*447.

Confeſſio facta coram Iudice competente, vel non, quomodò afficiat Reum. *Tit. Inquiſitio.num.* 38. *&* 39. *p.* 454. Confeſſio facta in tormentis, & retractata facit indicium graue. *Tit.Indicia.num.*20.*p.*493.

Confeſſio Facta à Regulari de delicto in iudicio coràm Epiſcopo quando ſit nulla. *Tit.Teſtes num.* 115. *p.* 566. Confeſſio facta in tortura malè decreta eſt nulla. *Tit.Tortura.num.* 31.*p.* 590. Confeſſionem promittenti Reo ter in tortura, & poſt negante delictum, quid agendum? *ibi.num.*109.*p.*620.

Confeſſio Rei releuat Actorem ab onere probandi. *Tit.Probatio. num.* 1. *p.* 640. Facta ſub ſpe impunitatis, quæ non potuit à Iudice concedi, non nocet Reo ad condemnationem. *Tit.Reus.num.*31.*p.*671. Facit tamen indicium ad torturam. *ibi.nu.*32.*p.*671. Confeſſio Rei plenè probat delictum. *ibi. num.* 49. *p.* 678. Quas nullitates proceſſus ſanet. *ibi.num.*92.*p.* 692. Facta antè ſufficientia indicia poteſt eſſe cum fraude Iudicis, & ſinè. *ibi.num.* 92. *p.* 692. Sanat inquiſitionem inceptam, non probata antecedenter fama. *ibi.num.* 94. *p.* 692. Pariter ſi ordo iudicialis ſit præpoſteratus, aut non ſeruata forma aſſignata in Textu, ſanatur proceſſus ex confeſſione Rei. *ibi.num.* 94. *p.* 692. Ita vt poſſit pæna ordinaria infligi. *ibi.nu.*95.*p.*692. Confeſſio Rei reddit Teſtes iàm examinatos prò legitimè receptis. *Tit. Patronus.num.*66. *p.*723.

Confeſſio ſpontanea non indiget ratificatione, ſed vt ſufficiat ad condemnationem debet eſſe veriſimilis, clara, aſſertiua, vndè ſi fiat per verbum *credo* non ſufficit ad pœnam ordinariam *Tit.Reus.num.*49.*p.*678. Non nocet niſi exprimatur cauſa delicti; & incidenter facta non importat pœnam ordinariam niſi ſit facta coràm Principe; vel Reus ſit famoſus; aut crimen atrociſſimum. *ibi. num.* 49. *p.* 678. Vt Reo noceat debet eſſe circà factum, & non circà ius, aut circà aliquod pendens à iudicio alterius. *ibi.num.*49. *p.*678. Et debet eſſe de delicto, & eius qualitate, & libera, & non facta ex timore metu, tedio, aut ſubornatione *ibi.num.*50.*p.* 678. Ob quas cauſas redditur nulla. *ibi. num.* 51. *p.* 679. Tollitur per probationem demonſtratiuam contrariam. *ibi.num.*52.*p.*679. Ex metu tormentorum eſt etiam ſpontanea, & quomodò. *Tit.Reus.num.*62.*p.*682.

Confeſſio erronea poteſt reuocari. *Tit. Reus. num.* 53.*p.*680. Et hoc etiam poſt Sententiam latam. *ibi.num.*53.*p.*680. Etiamſi ſit iurata, & ratificata. *ibi.num.*53.*p.* 680. Et cauſæ erroris ſunt proponendæ in ſpecie. *ibi.nu.*54.*p.*680. Et probantur etiam veriſimilitudine. *ibi.nu.* 54.*p.*680.

Confeſſio qualificata quid ſit, & quotuplex. *Tit. Reus.num.*81. *p.* 688. Acceptatur in parte fauorabili fiſco, & in alia reijcitur. *ibi. nu.* 82. *p.*688.

Confeſſio ſocij criminis non poteſt diuidi in ea parte, quæ ipſum Confitentem non tangit, ſed facit ad innocentiam Corei. *Tit. Patronus.num.*100.*p.*737.

Confeſſio extraiudicialis de crimine reddit Reum famoſum. *Tit.Inquiſitio.num.* 38. *&* 39. *p.* 454. Facit indicium graue; ſed in viro leui non facit niſi ad inquirendum. *Tit. Indicia. num.* 9. *p.* 490. Probata facit indicium ad Torturam. *Tit.Teſtes.num.*111.*p.* 564. Sed ad hoc plura requirit, & quæ. *Tit.Tortura. nu.* 70. *p.* 603. Ad eam probandam ſufficiunt Teſtes ſingulares. *ibi.num.*71.*p.*603.

Confeſſio V. Ratificatio. V. Reus.

Confeſſus crimen extraiudicialiter quare torqueatur. *Tit.Tortura num.*73.*p.* 604. Confeſſus per minas tormentorum debet ratificare confeſſionem. *ibi.num.*92. *p.* 612. Confeſſus in tormentis, & negans in ratificatione, vltrà tres vices nequit torqueri. *ibi.num.* 108.*p.*620. Iſte an abſoluendus, an damnandus, variæ ſunt opiniones. Et quandò ad pœnam extraordinariam condemnari poſſit. *ibi.num.* 108. *p.*620.

Confeſſus. V. Reus confeſſus.

Confeſſus ſpontè mitiùs puniendus. *Tit. Reus. nu.* 58.*p.*681. Et quis dici poſſit *Spontè confeſſus. ibi.num.*58.*p.* 681. Confeſſus ſacramentaliter ex metu pœnarum Inferni eſt *ſpontè confeſſus.ibi.num.*62.*p.* 682.

Confirmatio Apoſtolica *in forma communi* de aliquo Statuto non addit illi nouum ius. *Tit. Proemial. n.* 12. *p.* 7. Dat tamen robur rei, & confirmatio *in forma ſpecifica* quid operetur. *ibi.num.*13.*p.*7.

Confrontatio Teſtis cum Reo quomodo differat à recognitione. *Tit.Reus. num.* 96. *p.* 693. Quid ſit, & quandò fiat. *ibi. num.* 96. *p.* 693. Eſt Iudici arbitraria, & eam decernere ad Rei petitionem non tenetur Iudex, licet ad eam poſſit compellere Teſtes. *ibi. num.* 102.*p.*694. Facienda eſt Teſtium ſingillatim. *ibi.num.*105.*p.* 695. In ea ſunt ſeruanda omnia, quæ in primo examine. *Tit. Reus. num.*

106.p.695. Quomodo facienda. *ibi.num.* 107. p.695. Quomodò fiat in tortura. *ibi.nu.* 109. p.695. Non eſt facienda niſi ex neceſſitate, & cum magna cautela. *ibi.num.* 114.p.696.

Confrontatio Complicis cum Complice practicatur. *Tit. Reus.num.* 103.p.696. Et debet fieri antè traditionem copiæ actorum. *ibi. num.* 104.p.695.

Confuſio punitiua quæ. *Tit. Delictorum. num.* 19. p.198.

Coniectura ad cognoſcendam capitalem inimicitiam ortam ex iniuria verbali. *Tit. Quales.num.*41.p.83. Non ſumitur à diuerſis. *Tit. Fama.num.*18.p.512.

Coniunctio Iudicis cum Auctore, aut Reo eſt cauſa recuſationis Iudicis. *Tit. Quales. num.* 38.p.81.

Coniuratio quid ſit. *Tit. Accuſatio.num.*2.p.348.

Connexa, adnexa, & incidentia dupliciter contingunt. *Tit. Quid.n.*115.p.48. Connexa Cauſæ cognoſcit Delegatus, niſi priuatiuè ſint reſeruata alteri Tribunali. *Tit. Quid. nu.* 115.p.48.

Conſanguineus nequit cogi ad teſtificandum contrà Conſanguineum, niſi in crimine enormi, de quo veritas aliter non poteſt haberi. *Tit. Teſtes.n.*95.p.558.

Conſenſus Diffinitorij pro tortura danda quomodò, & quandò petendus à Iudice. *Tit. Tortura.num.*133.*& ſeqq.p.*629. Poteſt haberi à Patribus probis, & peritis, & quandò. *ibi.num.* 134.p.629.

Conſeruator Regularium quis ſit, & quid eius munus. *Tit. Delictorum.num.*38.p.209. Poteſt procedere contrà alios Regulares, & laicos, & inuocare brachium ſæculare, & compellere Iudices ad illud præſtandum. *ibi. nu.* 38. p. 209. Poteſt pro ſuis actibus vti Notario Regulari. *Tit. Inquiſitio.num.*48.p.459. Et non obligatur ad aſſumendum Notarium de Curia Epiſcopi. *ibi.num.*50.p. 459. Et hoc neque etiam ſi contrarium ſit ſtatutum in Synodo Diœceſana. *ibi.num.*50.p. 459. Notarium ſemel aſſumptum, vt ſibi ſeruiat, nequit mutare. *Tit. Inquiſitio.num.*50.p.459. Debet antè omnia probare notorietatem iniuriæ factæ Regularibus. *Tit. Canones. num.* 56. p.124.

Conſiliarius poteſt recuſari, ſi eſt ſuſpectus. *Tit. Canones.num.*118.p.167. Iudicis eſt verus Aſſeſſor. *Tit. Patronus. num.* 28. p.712. Eius electio, & votum originale inſeri debet in proceſſu. *ibi.num.*28.p.712. Si det conſilium euidenter iniuſtum non debet Iudex illud ſequi. *ibi.num.*30.p.713. Conſiliarius ex officio tenetur ſub mortali habere peritiam rei, de qua debet dare conſilium. *Tit. Sententia.num.*13.p.775.

Conſilium à ſapientibus quærendum. *Tit. Canones.num.*117. p. 167. Diſcretorum adhibendum in carceratione contumacis. *Tit. Delictorum.num.*26.p. 202. Conſilium, quod debet peti, non obligat ad illud ſequendum. *ibi.num.*26.& *Tit. Patronus.num.* 28. *pag.* 712. Conſilium, & aſſenſus important neceſſitatem in actu. *Tit. Delictorum.num.*26.p.202.

Conſilium quandò dicatur doloſum. *Tit. Pænarum.num.*57. p. 257. Eſt pernicioſius, quàm mandatum. *ibi.num.*57.p. 257. Conſilium ad torquendum aliquandò petendum ab alijs, quàm à Diffinitorio. *Tit. Tortura. num.* 24. p.588.

Conſilium ab Aduocato ſæculari quibus caſibus peti poſſit. *Tit. Patronus.num.*22.*&* 26. p.711. *&* 712. Conſilium, vt dicatur tale, debet eſſe conſonum rationi, aliter dicitur *deceptio*, non conſilium. *ibi.num.*30.p.713.

Conſilium quod potuit dari bonum, aut malum, præſumitur quod fuerit datum bonum. *Tit. Patronus.num.*102.p.737.

Conſpirator quis dicatur. *Tit. Accuſatio. num.*3.p. 348. Conſpirantes in mortem Epiſcopi, aut Prælati Prouincialis, vel localis traduntur Curiæ ſæculari morte plectendi, ſed apud Nos mittuntur ad triremes. *Tit. Sententia.nu.* 125.p.814.

Conſuetudo et Statutum procedunt à pari, & valet argumentum à conſuetudine ad Statutum. *Tit. Proemial num.*9.p.6. Conſuetudo mittendi Viſitatorem quolibet triennio non tollit quin Generali poſſit frequentiùs mittere. *Tit. Canones.nu.* 104 p.158. Conſuetudo non præſcribit in iis, quæ ſunt meræ facultatis. *ibi num.* 106.p.160.

Conſuetudo delinquendi quando puniatur. *Tit. Pænarum.num.*82.p.272. Conſuetudo abrogauit lege de Accuſatoribus. *Tit. Accuſatio. nu.* 9.p.349.

Conſuetudo eſt ius non ſcriptum. *Tit. Corpus. num.*3.p. 404. Conſuetudo delinquendi facit indicium leue, & ad eam inducendam ſufficiunt duo, vel tres actus. *Tit. Indicia. num.* 4. p. 487. Conſuetudo tolerata in loco particulari non facit legem vniuerſalem. *Tit. Teſtes. num.* 88. p. 554. Conſuetudo ſinè ratione vetuſtas erroris eſt; vnde conſuetudo irrationabilis non habet vim. *Tit. Tortura. num* 96.p.615.

Conſuleus delictum punitur, vt illud petrans, ſed ad hoc duo requiruntur. *Tit. Pænarum. num.*56.*&* 57.p.257.& *Tit. Accuſatio.num.* 64. p.376.

Conſulens. V. Carceratio.

Conteſtis vt quis ſit, non requiritur quod viderit Conteſtem. *Tit. Tortura.num.* 73.p. 604.

Conteſtis. V. Teſtis.

Contumacia quomodò purgetur. *Tit. Canones. num.* 62. p. 129. Contumacia Teſtis eſt eiuſdem grauitatis in omnibus delictis. *Tit. Tortura.num.*9. p.581. Contumacia quomodo, & quandò accuſanda. *Tit. Reus.nu.*44. p. 675.

Contumax declarandus eſt, qui interrogatus non vult reſpondere. *Tit. Canones.num.* 12. *&* 62. p. 129. Comparens antè Sententiam eſt au-

audiendus. *Tit. Canones. num.* 62. *p.* 129. Contumax non dicitur, niſi ter monitus. *ibi. nu.* 97. *p.* 153.

Contumax ad cor reuerſus debet amplecti à Superiore. *Tit. Delictorum. nu.* 33. *p.* 207. Contumax Teſtis quomodò torquendus. *Tit. Tortuna, num.* 125. *p.* 626.

Contumax verè vt aliquis ſit, quid requiritur. *Tit. Reus. num.* 42. *p.* 675. Eſt citandus ad Sententiam. *ibi. num.* 44. *p.* 675. De conſuetudine condemnatur ad pænam ordinariam. *ibi. num.* 45. *p.* 676. Se voluntariè præſentans Iudici quomodo releuatur à pœna. *ibi. num.* 46. *p.* 676. Si capiatur quid agendum. *ibi. nu.* 47. *p.* 676. Ex clementia Iudicis poteſt admitti ad nouas defenſiones. *ibi. nu.* 47. *p.* 676.

Contumax. V. Teſtis. V. Reus.

Conuentus integer: ſi recuſet Prouincialem, vel Commiſſarium ne viſitet, quid agendum. *Tit. Canones. num.* 96. *p.* 152.

Conuerſatio hominis in adoleſcentia facit præſumptionem pro iuuentute. *Tit. Indicia. num.* 29. *p.* 497. Conuerſatio bona tollit malam famam. *Tit. Fama. num.* 8. *p.* 509.

Conuictus de delicto occulto puniendus eſt ſecretò. *Tit. Inquiſitio.* §. 3. *p.* 442. Quotupliciter quis dicatur. *ibi. num.* 14. *p.* 443. & *Tit. Sententia. num.* 67. *p.* 793. Conuictus in inquiſitione generali poteſt condemnari abſquè inquiſitione ſpeciali. *ibi. num.* 92. *p.* 460. Debet tamen examinari in ſpecie. *ibi. num.* 54. *p.* 461.

Conuictus plenè non torquendus, & quare. *Tit. Tortura. num.* 77. *p.* 606. Perfectè vt quis ſit requiruntur plures, quàm duo Teſtes. *ibi. num.* 77. *p.* 606. Conuictus plenè damnatur ad pænam ordinariam, ſi proceditur per Accuſationem. *Tit. Sententia. num.* 72. *p.* 794.

Conuictus per ſcripturas quandò Reus dicatur. *Tit. Sententia. num.* 74. *p.* 795.

Conuictus. V. Reus.

Cooperans. V. Carceratio.

Copia actorum tradenda Reo. *Tit. Patronus.* §. 4. *p.* 714. & *Tit. Patronus. num.* 34. *p.* 715. Oſtendenda Aduocato Conſiliario. *Tit. Patronus. num.* 24. *p.* 711.

Corpus delicti quandò deſcribendum à Superiore locali. *Tit. Delictorum. num.* 14. *p.* 194. Deſcriptum à Superiore locali quomodò inſeratur in proceſſu. *ibi. num.* 15. *p.* 195.

Corpus delicti quid. *Tit. Corpus.* §. 1. *p.* 403. De eo ante omnia debet conſtare; & quomodò viſitandum corpus delicti permanentis; & quomodo ſit probandum corpus delicti tranſeuntis. *ibi.* §. 1. *p.* 403. Si de eo non conſtaret, proceſſus eſſet nullus. *ibi. num.* 2. *p.* 404. Eius probatio per *Viſum, & repertum* Eſt de iure humano. *ibi. num.* 3. *p.* 404. Quomodò probetur per Teſtes. *ibi. nu.* 12. *p.* 409.

Corpus delicti inſeparabilis à Delinquente debet probari à Iudice Regulari, nec valet probatio facta ab alio Iudice incompetente. *Tit. Teſtes. num.* 120. *pag.* 567.

Correctio debet habere plus manſuetudinis, quàm rigoris. *Tit. Quid. nu.* 45. *p.* 25. Correctio morum magis obtinatur per punitionem paternam, quàm per iudicialem. *Tit. Pænarum. nu.* 30. *p.* 242.

Correctio paterna multipliciter poteſt eſſe grauis. *Tit. Canones. nu.* 83. *p.* 142. Si eſt excedens ab ea poteſt appellari. *ibi. num.* 83. *p.* 142. Si eſt *apprehenſiuè* tantùm grauis, de ea non poteſt Subditus conqueri. *ibi. num.* 84. *p.* 143. Sed de *appretiatiuè*, & realiter graui, poteſt. *ibi. num.* 85. *p.* 145. In ea facienda abſtineant Prælati à conuiciis, ex ea enim non proficit conuiciatus. *ibi. num.* 85. *p.* 345.

Correctio fraterna quando denunciationi præmittenda. *Tit. Quid. nu.* 55. *p.* 28. & *Tit. Denunciatio. num.* 8. *p.* 386. Facienda eſt in peccatis reiteratis; ſed poteſt omitti ſi non creditur eſſe profutura. *ibi. nu.* 8. *p.* 386. Non eſt neceſſaria in delictis exceptis. *ibi. nu.* 9. *pag.* 387.

Correctus de delicto quandò poſſit accuſari. *Tit. Accuſatio. nu.* 11. *p.* 350.

Corrigens dictum ſuum *incontinenti* non cenſetur variare, & quandò dicatur aliquis ſe corrigere *incontinenti. Tit. Tortura. num.* 52. *p.* 597.

Corruptus. V. Teſtis corruptus.

Credere Citò homini, nocet. *Tit. Delictorum. nu.* 28. *p.* 203.

Credulitas etiam leuis, temeraria, beſtialis, & iniuſta (dum tamen ſit ſinè dolo) minuit pœnam. *Tit. Patronus. nu.* 126. *p.* 744. Iniuſta autem non excuſat à temeritate, & culpa. *ibi. num.* 126. *p.* 744.

Credulitas. V. Teſtis de credulitate.

Crimen idem diuerſis pœnis non vindicatur. *Tit. Delictorum. nu.* 22. *p.* 200. & *Tit. Accuſatio. num.* 68. *p.* 377. Magis paternaliter, quàm iudicialiter caſtigandum. *Tit. Quid. nu.* 53. *p.* 28. Grauiora crimina ſunt, quæ ſunt ſcandaloſa, aut frequenter commiſſa, aut valdè malitioſa. *ibi. nu.* 24. *p.* 201. Aut quo maior eſt gradus Delinquentis. *ibi. nu.* 18. *p.* 197.

Crimina facientia ad expulſionem à Religione. *Tit. Pænarum. nu.* 121. *p.* 293. Quæ valdè Religioni nocent quæ ſint. *ibi. nu.* 124. *p.* 295. crimina multa reſeruanda punitioni diuinæ. *Tit. Teſtes. nu.* 17. *p.* 522.

Crimen probatum in exceptione punitur extraordinariè. *Tit. Accuſatio. nu.* 7. *p.* 348. Crimina quomodò poſſint eſſe connexa. *ibi. nu.* 23. *p.* 357. Crimen ſimul delatum quando poſſit denuò accuſari. *ibi. nu.* 68. *p.* 377. Aliquandò crimen eſt diſſimulandum. *ibi. nu.* 70. *p.* 378.

Crimen publicum in iure ciuili quodnam ſit. *Tit. Denunciatio. nu.* 10. *p.* 192. Propriè quid ſit, & quomodò differat à Delicto. *ibi. nu.* 10. *p.* 192. A quolibet accuſari poteſt. *ibi. nu.* 10. *p.* 192.

Cri-

Crimen priuatum quomodo ex Staturo fiat *publicum.Tit.Denunciatio.nu.*10.*p.*388.

Crimen atrox quod dicatur.*Tit.Inquiſitio.nu.*15.*p.* 443. Occulrum quomodò puniendum. *ibi.num.*15.*p.*443.

Crimen Confitens ſpontè coram Prelato antè accuſationem non poteſt publicè puniri. *Tit.Iuquiſitio.nu.* 16. *p.* 444. Sed crimen non debet eſſe cum ſcandalo.*ibi.nu.*17.*p.*444.

Crimen occultum quomodò puniendum. *Tit. Inquiſitio,nu.*15.*p.*443.

Crimen immaue quid ſit. *Tit.Teſtes.nu.*2.*p.*517.

Crimen difficilis probationis quandò ſit. *Tit. Teſtes.nu.*2.*p.*517.

Crimen enorme, in quo coguntur ad teſtiſicandum illi, qui aliàs cogi non poſſunt quale ſit. *Tit.Teſtes.nu.*95.*p.*558.

Crimen læſæ maieſtatis morte punitur. *Tit.Panarum.nu.*121.*p.*293.Eſt ſpernere Iudicem.*Tit. Tortura. num.* 57. *p.* 598. Non præſcribitur. *Tit.Patronus.nu.*93.*p.*735.

Crimen falſi multiplex. *Tit. Accuſatio. nu.* 32.*p.* 361. Viginri annis præſcribitur .*Tit.Paronus. nu.* 93. *p.* 735. Super eo non poteſt tranſigi. *Tit.Sententia.nu.*121.*p.*813.

Crimen nefandum morte plectendum. *Tit. Patronus.nu.*23.*p.*711.

Crimen. V. Delictum.

Criminoſus Prælarum præueniens antè accuſationem, pænitentia ſalutari eſt emendandus. *Tit.Delictorum.nu.* 23. *p.* 200. Criminoſus eſt infamis.*Tit.Accuſatio.ru.*8.*p.*349.

Criminoſus V.Delinquens.

Culpa lata In homicidio non æquiparatur dolo; nec quando lex pœnam differentem imponit delicto culpoſo, & doloſo. *Tit.Patrouus. num.* 88. *p.* 734. In criminalibus non æquiparatur dolo.*ibi.nu.* 139. *p.* 746. Culpæ reiteratio infert augmentum pœnæ.*Tit.Sententia.num.*85.*p.*798.

Cuſtodia Archiuiorum non enrata eſt culpa grauis.*Tit.Peuarum.nu.*69.*p.*265.

Cuſtos carcerum quandò cenſeatur in dolo. *Tit. Panarum.nu.*104.*p.*283.

D

Damnatus. Vide Condemnatus.

Damnum Reipublicæ impedire quilibet tenetur.*Tit.Delictorum.u.*13.*p.*194.

Deberi dicitur, quod ab inuito poteſt exigi; & importat obligationem. *Tit. Delictorum. nu.*11.*p.*193.

Debilis torqueri non poteſt; non eſt tamen immunis ab omni genere torturæ.*Tit.Tortura.nu.*110.*p.*620.

Debilitatio membri non importat irregularitatem.*Tit.Tortura.nu.*82.& 83.*p.*609.

Deciſoria quæ ſint.*Tit.Proemial.nu.*20.*p.*9.

Decretales, quæ non ſunt in corpore iuris inſertæ abrogatæ fuerunt à Gregorio IX. *Tit. Proemial. num.* 19. *pag.* 9.

Decretum quid ſit.*Tit.Tanones.nu.*2.*p.*96.

Decretum Gratiani An fuerit confimatum à Papa. *Tit.Proemial nu.*18.*p.*9.

Decretum torture Quandò faciendum. *Tit.Tortura.* §. 8. & *nu.* 85.*p.* 610. Debet continere omnia releuantia contrà Reum. *ibi. nu.*99.*p.* 616. decretum rorturæ Teſtis quid debeat continere.*ibi.nu.*119.*p.*624.

Decretum de Arctatione, vt in ea comprehendatur Carcer, quomodò debeat eſſe. *Tit. Tortura.nu.*15 *p.*585.

Defectus iuriſdictionis reddit actus nullos. *Tit. Quid.nu.*99.*p.*42.

Defendi poteſt Reus abſens à quolibet, etiam ſine eius mandato procuratorio. *Tit. Reus. nu.*77.*p.*686.

Defendere ſe inculpatè non dicitur, qui proximo plus nocet,quàm ſibi proſit. *Tit. Patronus.nu.*125.*p.*743.

Defenſio tuitina quæ.*Tit.Canones.num.*38.*p.*114.

Defenſiones concedendæ ſunt antè Torturam. *Tit.Tortura.*§.9.*p.*617.& *n.*104.*p.*618. Et hoc ſiue Reus, ſiuè Teſtis ſit qui debet torqueri. *ibi.nu.* 105. *p.*618.Et hoc in quocumque genere torturæ.*ibi.nu.*105.*p.*618.Et ſunt dandæ licet non petantur.*ibi.n.*106.*p.*618. Et Reo, qui negat reſpondere concedendæ ſunt ſinè copia actorum, antequàm torqueatur.*Tit.Reus.nu.*38.*p.*673.Sed non dantur niſi Reus habeat Teſtes pro legitimè receptis.*Tit.Patronus.*§.5.*p.*722.Defenſiones ſunt dandæ Reo antè Sententiam.*ibi.* §.1.*p.* 702.

Defenſio, Et ad eam facientia ſunt de iure naturæ.*Tit. Quam nu.*9.& *Tit.Patronus.n.*2.*p.*703.

Defenſiones quandò ſint concedendæ Excepto. *Tit.Exceptio.nu.*13.*p.*476. Concedendæ ſunt Reo etiam confeſſo.*Tit.Reus.nu.*52.*p.*679.Et non poſſunt tolli nec à Papa, nec ab Imperatore. *Tit. Patronus.nu.* 2. *p.* 703. Vnde ſi denegentur,Sententia eſt nulla.*ibi.nu.*2.*p.* 703. Debentur etiam condemnatis in contumacia,antequam pœnam ſubeant; & etiam in notorio delicto.*ibi.nu.*2.*p.*703.earum termini aſſignati quomodò computandi.*ibi.nu.*7.*p.* 704. Reus non poteſt eas renunciare in caſu delicti, pro quo venit imponenda pœna ſanguinis. *ibi. nu.* 9. *p.* 705. Vnde iudex non debet eſſe facilis in acceptanda renunciatione.*ibi.nu.*9. *p.* 705. Termini defenſionum ſi non ſint à Iudice aſſignati, Reus dicitur oppreſſus,& Sententia eſt nulla.*ibi.n.*1.*p.*705. Et talium terminorum aſſignatio debet præcedere quamcumque renunciationem, quæ poſſet fieri à Reo. *ibi. num.* 11. *p.*705.

Defenſiones poſſunt fieri ab eodem Reo prò ſe.*Tit.Patronus.nu.*12. *p.* 707. Species defenſionis eſt infirmatio Teſtium, & probatio qualitatis, ob quam pæna minuenda eſt. *ibi.nu.*69.*p.*725. Defenſionis multa ſunt priuile-

Digitized by Google

uilegia,& quæ.*ibi.nu.77.p.728.* A quibus locis peti poſſint defenſiones, *ibi. num.* 82. *& ſeqq.p.733. & nu.* 124. *& indè. p.* 743. *& nu.* 170.*p.*756.

Definire.Vide Diffiuire.

Defiuitor. V. Diffinitor.

Definitorium. Vide Diffinitorlum.

Deformis notabiliter nequit eligi in Prælatum. *Tit. Quales.nu.*13.*p.*75.

Degradatio importat ſpoliationem habitus ſui ordinis. *Tit.Pœnarum.nu.*42.*p.* 251. Degradatio olim fiebat cum ſex Epiſcopis vocatis à vicinis Prouincijs. *Tit. Patronus.nu.*15.*p.*707. Modò interueniunt ſex Abbates mitrati, qui ſunt veri Iudices.*ibi.nu.*15.*p.*707.

Delegare poteſt Ordinarius quamlibet Cauſam. *Tit. Quid nu.*104.*p.* 44. Etiam vſquè ad Sententiam diffinitiuam incluſiuè.*ibi. num.* 105, *p.*44.

Delegari in Iudices qui poſſint.*Tit. Quid.* §. 3, *p.*18.

Delegatio. Delegationis literæ cuſtodiendæ; & qua cautela; & ſi pereant, incœpta Cauſa, quid agendum. *Tit. Quid.nu.*114.*p.*47. Eius duratio pendet à placito Delegantis. *ibi.nu.* 132.*p.*57.

Delegatus Vide Iudex. Vide Commiſſarius.

Delegatus. Eſt, cui Ordinarius Cauſam committit.*Tit. Quid.nu.*18.*p.*16.Re integra mortuo Delegante amittit iuriſdictionem. *ibi.nu.* 84.*p.*38.*& nu.*134. *p.* 58. Sed re non integra durat.*ibi.nu.*134.*p.*58.

Delegatus à Papa debet habere dignitatem Eccleſiaſticam.*Tit. Quid.nu.*94.*p.*42. Debet eligi in Synodis, & vocatur Iudex Synodalis. *ibi.nu.*96.*p.*42.

Delegatus habet in Cauſa tantam auctoritatem, quantam Delegans. *Tit. Quid.nu.*106. *p.*45. Antè omnia debet docere de ſua delegatione.*ibi.nu.* 111.*p.* 46. Antè præſentationem litterarum non habet iuriſdictionem. *ibi.nu.* 112.*p.* 46. Cognoſcit de annexis, & connexis Cauſæ. *ibi.nu.*115. *p.*48. Cognoſcit de iis qui ſuam iuriſdictionem impediunt. *ibi.nu.*116.*p.*48. Non punit tamen eorum delicta, quæ non impediunt delegationem, nec ea, quæ iàm impedierunt, ſed modo non impediunt.*ibi. nu.*122. *p.* 52. Si in Cauſa reperit incidens transferens Cauſam ad aliud forum, quid debet agere.*ibi.nu.*123. *p.*52.

Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt ſubdelegare. *Tit. Quid. nu.* 124. *p.* 53. Etiamſi vniuerſitas Cauſarum ſit vnius Conuentus tantùm.*ibi.nu.*124. *p.* 53. Quos poſſit ſubdelegare.*Tit. Quid.nu.* 125.*p.* 54. Cauſa vna incæpta continuat iuriſdictionem ad omnes. *ibi.nu.*139.*p.*61. Præcedit omnes in loco ſuæ iuriſdictionis.*ibi.nu.*142.*p.*63.

Delegatus quos poſſit ſubdelegare. *Tit. Quid. n.* 125.*p.*54. Quando poſſit ſubdelegare repetitionem Teſtium *Tit.Patronus.nu.*161.*p.* 753.

Delegatus à Principe poteſt ſubdelegare, non tamen ſi eſt electa induſtria perſonæ, & hoc etiamſi ſit delegatus à Papa. *Tit. Quid. num.* 126.*&* 127.*p.*55. Delegatus à Cardinali Protectore eſt Delegatus à Principe. *ibi.nu.*129. *p.*56. Delegatus à Generali eſt Delegatus à Principe.*ibi.nu* 29.*p.*19.

Delegatus à Prouinciali nequit ſubdelegare.*Tit. Quid.nu.*130.*p.*56. Ex quacunque parte Prouinciæ poteſt Fratres vocare pro Cauſa ſibi commiſſa. *Tit. Quid.num.*140.*p.* 62. Delegatus à Prouinciali ad vniuerſitatem Cauſarũ præcedit omnes in loco ſuæ iuriſdictionis. *ibi.nu.*142. *p.*63. Ad Cauſam particularem nullum præcedit.*ibi.nu.*143. *p.* 64. Et ſubeſt Superiori locali in foro paterno. *ibi.nu.*143. *p.*64.

Delegatus quando incipiat vti iuriſdictione. *Tit. Quid.num.* 135. *pag.* 58. Debet trahere, & non trahi à Reo, ad Tribunal. *ibi nu.*141. *p.* 62. Delegatus eſſe non poteſt habens aliquod impediens exercitium Officii, in quo eſt. *Tit. Quales. nu.*18. *pag.* 75. Delegatus, à quo fuit malè appellatum in diffinitiua, non exequitur eam. *Tit. Sententia. nu.* 117, *pag.*811. Poteſt Sententiam interlocutoriam reuocare, ſed non alterare diffinitiuam. *Tit Sententia.nu.*139.*pag.*819.

Delictum etiam leue debet puniri à Superiore. *Tit. Quid. nu.* 49. *pag.* 26. Delictum propriè quid ſit. *Tit. Denunciatio. nu.* 10. *pag.*388. Debet eſſe patratum dolo malo. *Tit. Corpus. n.*9.*pag.*408. Eius eſſentiale in quo conſiſtat. *Tit.Teſtes.nu.*24.*pag.*524.

Delictum quotuplex.*Tit. Delictorum. nu.* 1. *pag.* 187. Leue, & in quo proceditur ſinè ſcripto, & non admittitur appellatio. *ibi. nu.* 2. *pag.* 187. Graue, & grauiſſimum quod ſit. *ibi.nu.*3.*pag.* 189. Graue, & grauius determinare committitur arbitrio Superioris. *ibi. nu.*4.*pag.*189. Leue, & aliquot ex grauibus punit Superior localis. *ibi.nu.* 5. *pag.* 189. Et hoc per pœnitentias ſalutares. *ibi.nu.* 6. *pag.* 190. Delictum ex fragilitate eſt leuiùs, & mitiùs puniendum. *ibi.nu.*7.*pag.* 191. Atrox delictum quod dicatur. *ibi.nu.*9.*pag.*191.

Delictum publicum, & priuatum quod ſit. *Tit. Denunciatio* §.2.*pag.*387.*& Tit. Denunciatio. nu.*11.*pag.*388. Publicum aut priuatum apud nos quomodò reddatur. *ibi. nu.* 12. *pag.*388. eius grauitas in Religione à quo deſumatur. *ibi.nu.*14.*pag.*389.

Delictum exceptuatum, ſeu exceptum quod ſit *Tit.Inquiſitio* §.7.*pag.*449.

Delictum enorme quod dicatur.*Tit.Penarum. nu.* 82.*pag.*272.

Delictum facti tranſeuntis, aut permanentis quod.*Tit. Corpus.nu.*1.*pag.* 403.

Delictum facilis, aut difficilis probationes quod. *Tit.Corpus.nu.* 29. *pag.* 419. Quomodò probetur.*ibi.nu.*29.*&* 32.*pag.*420.

Delictum occultum quandò, & quomodò reuelan-

fieri in ſcriptis, & quomodò. *ibi. num.32.& ſeqq.p.* 398. Fieri non poteſt ſi crimen probari nequit. *Tit. Exceptio.n.26.p.* 482.

Denuuciatio paterna eſt magis priuilegiata, quàm iudicialis. *Tit. Patronus n.95. p.736.*

Denunciatus de crimine grauatur in fama. *Tit. Teſtes. n. 67. p. 545.*

Depoſitio obſcura, vel incerta, quæ dicatur. *Tit. Teſtis. n.38.p.* 531. Debet legi à Notario depoſitio Teſtium, & ab ipſis ſubſignari ſaltem ſigno Crucis, & ſubſcribi à Iudice; ſed defectus huius ſubſcriptionis non vitiat acta. *ibi. n.98. p.* 559. Depoſitionem ſuam poteſt ſcribere Teſtis. *ibi. n. 104. pag.* 561.

Depoſitio facta in tormentis malè decretis eſt nulla. *Tit. Tortura. n. 31. p.* 590.

Depoſitio Vide Dictum.

Deſertores militiæ poſſunt impunè à quolibet occidi. *Tit.Reus.n.77.p.686.*

Detruncatio membri importat irregularitatem. *Tit. Tortura. n. 82. p.* 609.

Deus non iudicat his in idipſum, nec præuenitur ſententia Iudicis. *Tit. Delictorum. n.20. pag.* 199.

Diabolo etiam defenſiones eſſe concedendas, vndè deductum ſit. *Tit.Carcer. n.19.p.654.*

Dictio Aliàs quid importet. *Tit. Quales. n. 46. p.85. Dè plano* procedere quid ſit. *Tit. Quam. n. 3.p.* 339. *Et* copulatiua, & diſiunctiua eſt. *Tit. Canones. n.70. pag.* 133. *Ex* dicit cauſam materialem, & immediatam. *Tit.Pænarum. n. 131. pag.* 300. *Frequenter* quid ſignificat. *Tit.Canones.n.102.p.157.Gratis* quid importet. *Tit.Patronus n.15. pag.715. In* addita loco, aut tempori quid ſignificet. *Tit. Pænarum.n.131.p.300. Incontinenti* quid importet *Tit. Canones.n.12.p.101. Legitimè* quid ſignificet. *Tit. Exceptio.n.25.p.481. Niſi* quid importet. *Tit. Quid.n.98.p.* 42. *Notabiliter* quid ſignificet. *Tit. Canones. n. 49. p.* 119. *Omninò* quid importet. *Tit. Tortura.n.* 106. *p.*619. *Scienter* quid importet. *Tit. Accuſatio.n.15.p.* 352. *Simpliciter* quid ſignificet. *Tit. Sententia. n.46. pag.784. Temerè* quid importet. *Tit. Tortura. n. 27. pag.* 589. *Vſque quaquè* quid ſignificet. *Tit. Patronus. n. 40. pag.* 716.

Dictum Socij criminis facit indicium leue. *Tit. Indicia. n. 4. pag.* 487. Dicto Teſtis primo, an ſecundo quandò ſtandum. *Tit. Teſtes. n. 29.& ſeqq. p.* 527. Dictum obſcurum Teſtis recipit interpretationem ab alio Teſte. *ibi.n. 38. pag.*531. Dicta paucorum non infamant. *Tit. Tortura. n. 34. pag.* 592. Dicta Teſtium debet concordare Iudex. *Tit. Probationes. n. 6. pag.* 642.

Dictum. V. Teſtes. V. Depoſitio.

Dies Computantur de momento ad momentum. *Tit. Canones n. 32. p.* 110. Dies delicti debet exprimi ſi Reus petit. *Tit. Denunciatio n. 36. p.399.* Dies vtiles ad appellandum computantur à tempore Sententiæ intimatæ, *Tit. Sententia n. 40. p.* 782.

Dieta quot milliaribus conſtet. *Tit. Pænarum n. 137. p.* 302.

Diffamatio de delicto ſaluat à calumnia Accuſatorem non probantem, ſi tamen propriam iniuriam eſt proſecutus. *Tit. Sententia n. 9. p.* 773.

Diffamatus de crimine apud probos non poteſt eligi in Prælatum. *Tit. Exceptio n.20.p.479.*

Differentia inter priuationem actuum legitimorum, & iuris ſuffragiorum. *Tit. Quales n. 33. p.* 79.

Difficilis, & moroſus ſunt idem, & quid ſint. *Tit. Pænarum n. 25. p.* 237.

Diffinire ſeu *definire* In iure quid ſit. *Tit. Sententia. n. 48. p.* 785.

Diffinitor non poteſt eſſe qui non habet peritiam Conſtitutionum Ordinis. *Tit. Quales. n.65.p.91.* Si eſt abſens debet alius ſubſtitui prò decernenda Tortura. *Tit.Tortura.n.137. p.631.* Quilibet ſub mortali tenetur cognoſcere merita Cauſæ, quam iudicat. *Tit. Sententia. n. 13. p.* 775. *& Tit. Canones. n. 72.p.* 134. Vnus quomodò poſſit iuſtè, licet ſolus, iniuſtam Sententiam impedire. *Tit.Sententia. n. 96. p.* 803.

Diffinitores quales eligendi ſint ad mentem Statuti Valliſoletani. *Tit. Canones. n. 73. p.* 134. Inhabiles tenentur renunciare Officio, & illi non ſatisfaciunt adhærendo votis aliorum. *Ibi. n.74.p.* 136. In locum inhabilium qui nàm ſubſtituendi ſint. *Ibi. n. 75. p.* 136. Si admittunt, aut recuſant Commiſſarium, contrafaciente Prouinciali, quid agendum. *Ibi.n.111. p.* 163. Poſſunt recuſari ſi ſunt ſuſpecti. *Ibi. n.* 116. *p.* 166. Eorum munera quæ. *Tit. Quales. n. 35. p.* 79.

Diffinitores ſub mortali tenentur ſeruare ſecretum circa ea, quæ in Diffinitorio tractantur. *Tit. Tortura.n.* 18. *p.* 585. Omnes malè torquentes Reum poſſunt excommunicari. *Ibi. n. 29. p.* 589. Qua cautela vti debeant in ſubſcribendo decreto Torturæ. *Ibi. n. 29. p.* 589. Singillatim requiſiti per literas, aut non congregati collegialiter, non poſſunt dare conſenſum torquendi. *Ibi.n.138.p.631.*

Diffinitores Debent ſubſcribere Sententiæ. *Tit. Sententia. n. 30. p.* 779. Et eſſe præſentes publicationi illius. *Ibi. n. 32. p.* 780. Si abeunt in diuerſas ſententias, quæ nàm præferri debeat in re criminali. *Tit. Sententia.n.95. p.* 803. Quid poſſint, ſi Prouincialis ceruicorus vult contrà ius Reum abſoluere, aut grauare. *Ibi. n.96. p.* 803.

Diffinitoriatus Quo ſenſu ſit Prælatura. *Tit. Quales. n. 35. p.* 79.

Diffinitorium Prouinciale eſt Iudex Ordinarius. *Tit. Quid.n. 9.p.*15. Examinat Cauſas appellationis. *Tit. Canones. n. 69. p.* 132. Ab eo excluduntur in Cauſis examinandis imperiti, & ſuſpecti. *Ibi.n.70.p.133.* Et licet, ſuper hoc, non excipiat Reus, poteſt idem Prouincialis ex officio. *Ibi. n. 71.p.133.* Ab eo

excludendi aliquem ex Diffinitoribus quænàm ſint cauſæ. *Ibi.n. 70.& 72. p.134.* Diffinitorium integrum poteſt recuſari. *Ibi. n. 115. p. 166.*

Diffinitorij conſilium, & conſenſus, quomodo, & quandò petendus à Iudice antè Torturam. *Tit. Tortura. n. 133. & ſeqq. p. 629.* Conſilium, & conſenſus poteſt dari per literas Iudici abſenti à Diſſinitorio congregato. *Ibi. n. 138. p.631.*

Diffinitorium poteſt, ex cauſa; minuere pænam in ſententiando; non verò poſt latam Sententiam, ſed hoc ſpectat ad Generalem. *Tit. Patronus. n. 116. p. 740.*

Digitis omnibus carens eſt inhabilis ad Prælaturam. *Tit. Qualea. n. 14. p. 75.*

Dignitas quid importet. *Tit. Quid. n.82. p. 38.* Dignitas ſumitur largè, & ſtrictè, & quomodò. *Tit. Quales. n. 34. p. 79.*

Dignitas ſtatus cum malis moribus comparatur vilitati natalium. *Tit. Tortura. n. 45. p. 594.* Ob eam multi ſibi licita faciunt flagiria. *Ibi.n.45.p.594.* In ea conſtituti non ſunt torquendi. *Ibi. n.112. p.621.*

Dignitas perſonæ ex triplici capite oritur. *Tit. Patronus. n. 114. p. 740.*

Dilationes ſunt dè iure naturæ. *Tit. Quam.n.5. p. 339.* Quomodò moderandæ. *Ibi. n. 6.* Quandò petuntur, debet Iudex earum cauſam cognoſcere. *Ibi.n.7.p. 340.* Duæ Actori, & tres Reo conceduntur. *Ibi.n.7.p.340.*

Dilationes ſunt dandæ vltrà terminos aſſignatos prò Defenſionibus. *Tit. Patronus. n. 7.p. 704.* Sunt Iudici arbitrariæ quo ad earum prolixitatem. *Ibi. n. 8. p. 705.* Ex cauſa rationabili ſunt concedendæ etiam vltrà quatuor terminos. *Ibi.n.8.p.705.*

Diæceſanus quis, & quomodò differat ab Ordinario. *Tit. Pænarum. n. 157. p 311.*

Diæceſis quid importet. *Tit. Quid.n.140.p.62.*

Diſcretatus quid ſit. *Tit. Pænarum. n. 11.p.226.*

Diſcretus Ordinis primus quis ſit. *Tit. Quid.n.81. p.38.* Non poteſt cognoſcere de Cauſis ſpectantibus ad Generalem. *Ibi.n.81.p.38.* Nullam habet ex ſe poteſtatem ordinariam, vel delegatam. *Ibi.n.81. p.38.* In quibus habeat ordinariam iuriſdictionem. *Tit. Quid. n.85. p. 38.* Nequit prorogare iuriſdictionem Viſitatori. *Ibi. n. 132. p. 58.*

Diſcreti conuentuales debent conſuli in carceratione inobedientis contumacis; & ſi ipſi abſunt, abnuunt, aut diſſentiunt, quid agendum. *Tit. Delictorum.n. 26.& 29.p.204.*

Diſpenſare quid ſit. *Tit. Quid. n. 67. p. 33.*

Diuerſa. A diuerſis non ſumitur coniectura. *Tit. Fama. n. 18. p. 512.*

Doctor Medicinæ, aut legum multa habet priuilegia, *Tit. Accuſatio. n. 41. p. 365.* Legum afferens concluſiones iuris eſt credendus; non verò ſi recitat aliquod factum. *Tit. Patronus. n. 121. p. 742.*

Dogma diuerſa ſignificat apud Theologos, Canoniſtas, & Iuriſtas, & quæ. *Tit. Canones. n. 1. p. 96.*

Dolor iuſtus temperationem pœnæ meretur. *Tit. Patronus. n. 108. p. 738.*

Dolus malus quomodò probetur. *Tit. Accuſatio. n.15. p. 352.& Tit.Corpus. n. 10.p.409.& Tit. Patronus. n. 89. p. 735.* Quandò præſumatur. *Tit. Corpus.n. 9. p.408.* Quando probetur in Iudice. *Tit. Tortura. n. 28. p. 589.* Non præſumitur, niſi probetur. *Tit. Patronus. n. 89. p. 735.*

Dominus quæ poſſit in iudicio pro Seruo. *Tit. Accuſatio. n. 58. p. 373.*

Domus nomine quid veniat. *Tit. Pænarum. n. 132. p. 300.*

Domus diſciplinæ quid importet. *Tit. Carcer. n. 4.p.648.* In hac ponere Subditum delinquentem, non conſulto Diffinitorio, poteſt Prouincialis. *ibi.n.5.p.649.* Sed debet pænitentiando aſſignare cauſam, quarè ſic eum puniat. *Ibi.n. 21. p. 654.*

Donatio bonorum reuocatur ex cauſa. *Tit. Sententia. n. 132. p. 816.*

Dubius in reſpondendo Teſtis eſt ſuſpectus. *Tit. Teſtes. n. 65. p. 543.*

Dyſcolus quid ſit, & in Religione, quis talis poſſit dici. *Tit. Pænarum. n. 25. p. 237.*

E

E*Brioſus* nequit fieri Prælatus. *Tit. Quales. n. 21. p. 76.*

Ebrius eſt Teſtis inhabilis. *Tit. Teſtes. n. 4. p. 518.*

Eccleſia Collegiata comparatur Cathedrali; & Eccleſia Conuentualis eſt Collegiata. *Tit. Quid. n. 64. & 95. p. 32. & 42.*

Edictum de teſtificando eſt prohibitorium. *Tit. Teſtes. n. 67. p. 545.*

Effectus ſuſpenſiuus, & deuolutiuus quis. *Tit. Canones. n. 93. p. 149.*

Electio generaliſſimè accepta quid importet. *Tit. Quales. n. 32. p. 78.* Canonica quid ſit. *Ibi. n. 32. p. 78.* Quo caſu annullanda. *Tit. Canones. n. 111. p.163.* Facta à maiore parte Capituli valet, licet alij ad eam vocati non interuenerint. *Tit. Sententia. n.32.p.780.*

Electores non tenentur credere Viſitatori volenti excludere aliquem à concurſu ad Prælaturas in actu Capituli celebrandi. *Tit. Exceptio. n. 29.p. 483.*

Eligi non poteſt in Prælatum diffamatus de crimine. *Tit. Exceptio. n. 20. p. 479.*

Emendationem Promittens poſt annum carcerationis debet ſtatim de carcere educi. *Tit. Pænarum. n. 39. p. 248.*

Emendatus præſumitur, qui per triennium benè viuit. *Tit. Pænarum. n. 38. p. 247.*

Epilepticus non poteſt fieri Prælatus. *Tit. Quales. n. 9. p. 75.*

Epiſcopus impeditus viſitare procedit per cenſuras.

furas. *Tit. Canones. n.* 91. *p.* 148. Et frangit muros, & portas. *Ibi. n.* 96. *p.* 152.

Epiſcopus nequit examinare Sententiam expulſionis latam à Iudice Regulari. *Tit. Pænarum. n.* 159. *p.* 311. Poteſt exigere iuramentum ab ijs, quos viſitat. *Tit. Inquiſitio. n.* 4. *p.* 438. Vt poſſit punire Regularem, quæ requirantur. *Tit. Teſtes. n.* 116. *p.* 566. Eius Sententiam, quandò non teneatur exequi Superior Regularis. *Ibi. n.* 116. *p.* 566. Inſtans apud Superiorem Regularem, vt ſuum Subditum puniat, eſt verus Accuſator. *Tit. Teſtes. n.* 119. *p.* 567. Ex priuilegio poteſt per alium pronunciare Sententiam. *Tit. Sententia. n.* 33. *p.* 780. Quo iure moderet pænas à ſe inflictas per Sententiam, eà latà. *Tit. Sententia. n.* 141. *p.* 820.

Epitheſes quid ſint. *Tit. Quales. n.* 41. *p.* 83.

Errantis nulla eſt voluntas, aut conſenſus. *Tit. Reus. n.* 53. *p.* 680.

Error duplex in facto, & in perſona. *Tit. Patronus. n.* 138. *p.* 746.

Eſſentiale delicti quid dicatur. *Tit. Teſtes. n.* 24. *p.* 524.

Et Vide Dictio.

Euagatio. Vide Vagatio.

Eubulia quid ſit. *Tit. Quales. n.* 62. *p.* 91.

Euidentia facti vincit contrariam probationem plenam. *Tit. Reus. n.* 57. *p.* 681.

Ex. Vide Dictio.

Examen Teſtium ſcribendum à Notario. *Tit. Teſtes. n.* 74. *p.* 548. Et quomodò. *Ibi. n.* 82. *p.* 552. Eſt nullum ſi plures Teſtes ſimul examinantur. *Ibi. n.* 105. *p.* 562. Teſtium vt ſit legitimum non requiritur, quod Iudex, ſi Superior Actoris, aut Teſtis, ſed quod habeat iuriſdictionem in cauſa. *Ibi. n.* 114. *& ſeqq. p.* 566. Factum coràm Iudice incompetente eſt nullum. *Ibi. n.* 115. *p.* 566. Factum à Teſtibus, in alio iudicio non eſt legendum à Iudice ipſis antequàm examinentur coràm ſe. *Ibi. n.* 120. *p.* 567. Primum quandò ſit legendum Teſti, qui denuò examinatur. *Ibi. n.* 127. *p.* 570.

Examen primum Quandò ſit legendum, aut non Teſti, qui repetitur. *Tit. Patronus. n.* 153. 154. *&* 155. *p.* 751.

Examinari pluries poteſt Teſtis. *Tit. Teſtes. n.* 38. *p.* 531. *& n.* 126. *p.* 570. Ordo, & modus examinandi Teſtes. *Ibi. n.* 101. *& ſeqq. p.* 560. Examinare plus quam duos Teſtes ad Reum conuincendum, bonum eſt. *Ibi. n.* 125. *p.* 570. Examinare Teſtem ſpontè iurare paratum, non requirit iuriſdictionem ſuper illo. *Tit. Quid. n.* 121. *p.* 56.

Examinari. Vide Teſtes. Vide Reus.

Exceptio quid, & quotuplex, contrà quos poſſit fieri, & quomodò in ea procedendum. *Tit. Exceptio.* §. 1. *& n.* 1. *p.* 470. contrà Eligendum in ipſo die electionis nequit fieri. *Ibi.* §. 3. *p.* 472. *& n.* 11. Eſt ſpecies accuſationis, *Ibi. n.* 2. *&* 7. *p.* 473.

Exceptio ciuilis quæ ſit; contrà quos fieri poſſit, & qualiter terminanda. *Tit. Exceptio. n.* 2. *&* 7. *p.* 473. Ex ea nulla pœna incurritur. *Ibi. n.* 13. *p.* 476. Poteſt proponi per literas, & tractari per Procuratorem. *Ibi. n.* 14. *p.* 476.

Exceptio à quolibet non excommunicato poteſt proponi, & quomodò. *Tit. Exceptio. n.* 16. *p.* 477. Ad eam, quandò ſit neceſſaria tela iudicialis. *Ibi. n.* 18. *p.* 478. Exceptio ad defenſam, & ad impediendam electionem differunt; & quomodò in ijs procedendum. *Tit. Exceptio. n.* 12. *p.* 475.

Exceptiones prò Reo vndè petendæ *Tit. Patronus.* §. 8. *p.* 729. Exceptio quæuis, etiam minima, & leuiſſima lædit integritatem Teſtis. *Tit. Teſtes. n.* 67. *p.* 545. *& Tit. Probatio. n.* 7. *p.* 642.

Exceptor eſt magis priuilegiatus, quàm Accuſator. *Tit. Patronus. n.* 74. *p.* 726. Non præſumitur, quod habeat animum iniurandi, & quam cautelam ſeruare debeat in excipiendo. *Ibi. n.* 74. *p.* 726.

Excepto quandò ſint concedendæ deſenſiones. *Tit. Exceptio. n.* 13. *p.* 476.

Exceſſus pænæ in foro paterno, quandò contingat. *Tit. Canones. n.* 86. *p.* 145.

Excipere poteſt quilibet de Collegio contrà Iudicem procedentem contrà Collegium. *Tit. Inquiſitio. n.* 61. *p.* 464.

Excipiens, ſi deficit in probatione, non punitur pæna talionis. *Tit. Exceptio. n.* 4. *p.* 471. Sed quomodò puniendus. *Ibi. n.* 5. *p.* 472. Excipiens malignè, quomodò detegitur. *Ibi. n.* 8. *&* 9. *p.* 473. Excipiens, & exceptus ſi ambo non ſunt præſentes, nequit incipi proceſſus exceptiuus. *Ibi. n.* 4. *p.* 471.

Exclamatio Vulnerati facit indicium graue; & in actibus venereis indicat crimen attentatum. *Tit. Indicia. n.* 13. *p.* 491.

Excluſio à concurſu ad Prælaturam facta à Viſitatore, eſt vera Exceptio. *Tit. Exceptio. n.* 21. *p.* 480. Excluſiones Vocalium turbant Prouinciam. *Ibi. n.* 28. *p.* 482.

Excluſus à Prælatura grauatur in fama. *Tit. Exceptio. n.* 27. *p.* 482.

Excommunicare apud Nos qui poſſint. *Tit. Pænarum. n.* 162. *p.* 313. Excommunicari non poteſt Collegium, vel Vniuerſitas. *Tit. Tortura. n.* 29. *p.* 589.

Excommunicatio ferenda poſt trinam monitionem. *Tit. Quid. n.* 118. *p.* 50. Non ſuſpenditur per appellationem. *Tit. Canones.* §. 3. *p.* 107. Aliquandò eſt cenſura medicinalis, aliquandò pæna. *Tit. Pænarum n.* 43. *p.* 251. Excommunicatio, non premiſſa trina monitione, eſt illicita; eſt tamen valida; ſed ità excommunicans remanet ſuſpenſus per menſem. *Tit. Pænarum. n.* 90. *p.* 276.

Excommunicatio maior ſupponit peccatum mortale. *Tit. Pænarum. n.* 163. *p.* 314. Eſt legitima, ſi cadit ſuper materia graui. *Ibi. n.* 164. *p.* 314.

*p.*314. Ipſius latæ, aut ferendæ exempla. *Ibi. n.* 165. *p.* 314. Excommunicatio ſententiæ ferendæ, quandò debeat ſcriptò intimari;& quomodò feratur per modum ordinationis. *Ibi. n.* 165. *p.*314. Ipſius Sententia tradenda in ſcriptis. *Ibi. n.* 167. *p.* 315. Poteſt ferri per modum Statuti. *Ibi. n.* 168.*p.*315. Eſt vltimum remedium prò expugnando Contumace. *Ibi. n.* 172. *p.* 317. Pro furtis detegendis, quandò, quomodò, & à quibus ſit ferenda. *Ibi. n.* 173. *& indè p.* 318. Solemnis quomodò fulminetur. *Ibi. n.* 177. *p.* 316.

Excommunicatio etiam occulta, ſi probetur excludit à teſtificando. *Tit. Teſtes. n.* 60. *p.* 541. Canonis incurritur per factum quoduis, cum iniuria, contra Clericum. *Tit. Tortura, n.* 139. *p.* 631.

Excommunicatus eſt ineligibilis ad Prælaturam. *Tit. Quales. n.* 27. *p.* 77. *& Tit. Pœnarum. n.* 5. *p.* 224. Excommunicatione minori poteſt eligere, ſed non eligi. *Tit. Pœnarum. n.* 5. *p.* 224. Simpliciter intelligitur de excommunicatione maiori. *Ibi. n.* 6. *p.* 224. In contumacia, ob ſuſpicionem hæreſis inſordeſcens per annum, damnatur, vt Hæreticus. *Tit. Indicia. n.* 30. *p.* 497. Nullus eſt vitandus, niſi nominaliter expreſſus in Sententia. *Tit. Carcer. n.* 18. *p.* 653. Excommunicatus non poteſt in iudicio agere, ſed benè ſe defendere. *Tit. Reus. n.* 67. *p.* 684. Reus excommunicatus debet abſolui toties, quoties eſt examinandus. *Ibi. n.* 68. *p.* 684.

Excuſantia delictum quæ ſint. *Tit. Patronus. n.* 116. *& indè p.* 740.

Executio reſcripti facta ſinè cōſilio quod iniungitur adhiberi, quandò ſit valida. *Tit. Pœnarum. n.* 91. *p.* 276.

Executio Sententiæ ad quē Iudicem ſpectet. *Tit. Sententia. n.* 111. *& ſequentibus p.* 809.

Exercitium Ordinis non comprehenditur ſub vila priuatione. *Tit. Pœnarum. n.* 12. *p.* 227.

Exercitium facit Perſonam inſignem. *Tit. Accuſatio. n.* 43. *&* 45. *p.* 367. Vtile Reipublicæ, licet vile, culpam non infert. *Tit. Tortura. n.* 44 *p.* 594.

Exhortans aliquem ad maleficium puniendus eſt pœna ordinari. *Tit. Patronus. n.* 129. *p.* 744.

Exilium eſt pœna antiquiſſima: eius ſpecies;& à quo poteſt infligi apud Nos. *Tit. Pœnarum. n.* 49. *p.* 254. Eius loco ſuccedit carcer clauſtralis; & poteſt loco carcerationis formalis Patri graui dari exilium. *Ibi. n.* 51. *p.* 255.

Exiſtimatio perſonæ dicitur Fama. *Tit. Fama. n.* 7. *p.* 508.

Exorbitantia à iure non trahuntur in conſequentiam. *Tit. Denunciatio. n.* 30. *p.* 397.

Expellere incorrigibiles ab Ordine eſt facultas non præceptum. *Tit. Pœnarum. n.* 39. *p.* 248. Expellere ab Ordine qui poſſint. *Ibi. n.* 125. *p.* 297.

Expellere. Vide Incorrigibilis.

Expulſio ab Ordine eſt pœnarum Regularium maxima. *Tit. Pœnarum. n.* 24. *p.* 237. Quomodò facienda, & omnia ad eam ſpectantia, & quas cauſas requirat. *Ibi. n.* 121. 125. *& inde p.* 297.

Expulſus à Religione tenetur ad eius vota eſſentialia. *Tit. Pœnarum. n.* 115. *p.* 290.

Extenſio pœnæ de caſu in caſum quandò fiat. *Tit. Pœnarum. n.* 54. *pag.* 256.

Extraneus quiuis poteſt, de iure, appellare pro Reo. *Tit. Sententia. n.* 42. *pag.* 783.

F

Facere per ſeipſum videtur, qui facit per alium. *Tit. Sententia. n.* 69. *p.* 793.

Factio. Factionum diuerſitas potiſſime cauſa inimicitiæ. *Tit. Quales. n* 45. *pag.* 84. Multa mala parit, & quæ. *Tit. Teſtes. n.* 14. *pag.* 521. Factione probata transfertur in aduerſarium onus probandi, ſe ab ea rebellaſſe. *Ibi. n.* 19. *pag.* 523.

Factionarius eſt inhabilis ad teſtificandum. *Tit. Teſtes. n.* 14. *pag.* 521. Factionarij componunt Vniuerſitatem. *ibi. n.* 15. *pag.* 521. Aliquandò rebellant ab vna, & ſe addicunt alteri factioni. *ibi. n.* 19. *pag.* 523. Factionarij aperti, & palliati quomodò cognoſcendi. *ibi. n.* 19. *&* 20. *pag.* 523. Aperti ſunt totaliter inhabiles ad teſtificandum. *ibi. n.* 20. *pag.* 523. Et palliati non ſunt totaliter integri. *ibi. n.* 20. *pag.* 523. Quomodò probentur. *ibi. n.* 18. *pag.* 522.

Factum Vniuerſitatis eſt aliud à facto omnium, & ſingulorum de Vniuerſitate. *Tit. Quid. n.* 124. *pag.* 53. Factum *atrox* quandò dicatur. *Tit. Quales. n.* 42. *pag.* 83. Factum irrogans iniuriam quale ſit. *ibi. n.* 42. *pag.* 83. Factum *publicè* quod dicatur. *Tit. Canones. n.* 13. *p.* 101. Eius ignorantia non nocet. *ibi. n.* 15. *pag.* 102. Factum à Collegio vt aliquod dicatur, oportet, quod ſit à maiori parte eorum, qui ſunt de Collegio. *Tit. Pœnarum. n.* 98. *pag.* 281. Factum *rationabiliter* quod dicatur. *Tit. Denunciatio. n.* 16. *pag.* 390. Factum contrà ius habetur pro non facto. *ibi. n.* 25. *pag.* 396. Facti euidentia vincit quamcunque contrariam probationem. *Tit. Reus. n.* 57. *pag* 681. Factum *coactè* eſt etiam voluntariè. *ibi. n.* 59. *pag.* 681.

Falſæ monetæ crimen eſt reſeruatum iudicio legati Apoſtolici, ſiue Epiſcopi reſpectu Regularis delinquentis. *Tit. Sententia. num.* 125. *pag.* 814.

Falſificatio ſigilli Principis morte punitur. *Tit. Pœnarum. n.* 121. *pag.* 293.

Falſificator literarum Apoſtolicarum, & monetæ traditur Curiæ ſæculari morte plectendus. *Tit. Sententia. n.* 125. *pag.* 814.

Falſitas in modico arguit falſitatem in reliquo. *Tit. Teſtis. n.* 24. *pag.* 524. Vt puniatur, quid requiritur. *ibi. n.* 27. *pag.* 525.

Falſum

Digitized by Google

Falſum. Vide Crimen. Vide Teſtis.

Falſi crimen quomodò probetur. *Tit. Corpus.n.* 34. *pag.* 421. Præſcribitur 20 annis. *Tit. Patronns. n.* 93. *pag.* 735. Illud committit, qui ſcienter vtitur inſtrumento falſo. *ibi.n.*93.*p.* 735. Super eo poteſt tranſigi. *Tit. Sententia. n.* 121. *pag.* 813.

Falſnm deponens ex ignorantia, non doloſa non vitiat depoſitionem. *Tit.Teſtes. n.* 25. *p.* 524. Falſum dicens Teſtis ſemper aliquem lædit. *ibi. n.* 103. *p.* 561. Falſum nunquàm poteſt præiudicare vero. *Tit. Rens.n.*53.*pag.* 680.

Fama quid ſit, & à quibus debeat eſſe orta. *Tit. Fama,* §. 1. *p.* 506. De ea conſtare debet in principio proceſſus. *ibi.*§.2.*pag.*507. Eſt nomen æquiuocum; quotupliciter ſumatur. & quot eius ſint ſpecies. *ibi.n.*1.*& ſeqq. pag.* 506. Fama quævis ad inquiſitionem generalem ſufficit; ſed ad ſpecialem requiritur, quod ſi orta à viris probis. *ibi.n.*4. *pag.*507. Vt probetur per conteſtes quid requiratur. *ibi. n.* 6. *pag.* 508.

Fama bona eſt exiſtimatio perſonæ. *Tit. Fama.n.* 7.*pag.* 508. Eſt clara notitia cum laude. *Tit. Tortnra.nnm.*34.*pag.*592. Præualet famæ malæ. *Tit. Fama. num.* 7. *pag.* 508. Vt probetur non requiruntur tot Teſtes, vt in probanda mala. *ibi.num.*17. *pag.* 512. Perfectè eſt probanda, quandò agitur de præiudicio tertij; vel requiritur in ſpecie à Statuto. *ibi. num.* 17. *pag.* 512.

Fama mala quomodò tollatur. *Tit.Fama.nnm.*8, *pag.* 509. Quomodò probetur, *ibi.nnm.*15.*p;* 511. Aliquandò gerit vicem Accuſatoris. *ibi. num* 16. *pag.* 512.

Fama quomodò probetur; & quid probet; & plura ad eam facientia. *Vide Tit. Fama. à n.* 1. *& indè pag.* 506.

Familiaris quis dicatur. *Tit Quales.num.*50.*pag.* 88.

Familiaritas duplex, & quandò dicatur *nimia*. *Tit. Quales.num.*50.*pag.*88.

Fatuus non poteſt fieri Prælatus. *Tit. Quales.n.* 12. *pag.*75. Eſt Teſtis inhabilis. *Tit.Teſtes.n.* 4. *pag.* 518.

Fictio juris quid ſit. *Tit.Probatio.num.*11.*p.*643.

Fides publica eſt de iure naturæ, & Gentium. *Tit.Reus.num.* 31.*pag:* 671, Eſt ſeruanda. *Tit. Sententia. num.* 134. *pag.* 817.

Filius non debet portare iniquitatem Patris. *Tit. Pœnarum. num.* 45. *pag.* 252. Contrà Parẽtes eſt Teſtis inhabilis. *Tit.Teſtes.n.*4.*p.*518. Non debet examinari cõtrà Patrem abſque licentia Generalis. *Tit.Teſtes. nn:*97.*pag.*549.

Finis. Fine legis, aut actionis ceſſante, ceſſat lex, aut actio. *Tit. Delictorum. nu.* 21.*p.*199.

Fiſcalis. Vide Aduocatus. Vide Cauſa fiſcalis.

Fiſcus. Eſt burſa Principis, & apud Regulares impropriiſſime dicitur; in quo tamen ſenſu accipiatur. *Tit. Patronus. nn.* 184. *&* 185. *pag.* 760.

Flagellatio non debet excedere ſpatium duorum *Miſerere Tit.Tortura.nn.* 6.*pag.*580. Non eſt adhibenda, niſi vbi eſt in vſu; & circà eam cautela. *ibi. nnm.* 7. *pag.* 581.

Flagellatio. Vide Tortura.

Forenſis. Forenſes delinquentes in Curia ſubſunt Officialibus Curiæ. *Tit. Quid. nnm.* 89, *pag.* 39.

Forma procedendi contra criminoſos quandò introducta in Religione. *Tit. Proemial. num.* 5. *pag.* 2. Apoſtolorum teſtimonialium, & refutatoriorum. *Tit.Canones. nnm.* 37.*&* 40. *pag.* 115. Appellationis in foro paterno. *ibi. num.* 89. *pag.*146. Carcerandi inobedientem contumacem. *Tit. Delictornm. num.* 28. *pag.* 203. Habitus Minoritici in quo conſiſtat. *Tit. Pœnarum. num.* 83.*pag.* 272. Forma actus eſt ſubſtantialis, cum apponitur clauſula irritans. *ibi. nnm.* 92. *pag.* 275.

Forma incipiendi proceſſum ad expulſionem. *Tit. Pœnarum.nnm.*141. *pag.*303. Deſcribendi delictum commiſſum in libro Prouinciæ. *ibi.nu.*143. *pag.*305. Faciendi monitoria pro furtis detegendis. *ibi. num.*176. *pag.* 319. Excommunicandi ſolemniter. *ibi.nnm.*177.*pag.* 320. Procedendi criminaliter in quo conſiſtat. *Tit. Quam.nnm.*1.*pag.*337. Creandi Notarios. *Tit.Inqniſitio. nnm.* 47. *pag.* 458. Incipiendi proceſſum ex notitia habita in Viſitatione paterna. *ibi.nu.*58. *p.*462. Abſoluendi iudicialiter ab Excommunicatione. *Tit. Reus. num.* 66.*pag.*684. Decreti abſolutionis ab Excommunicatione. *ibi.num.*71.*pag.*685.

Forma denominans præcedit denominatum. *Tit.Corpus. num.*2.*pag.* 404. Forma actus legalis eſt ſeruanda, vt ſit validus. *Tit. Teſtes.n.* 84. *pag.* 610.

Fornicatio ſimplex præſcribitur biennio. *Tit. Patronns. num.* 92. *pag.* 735.

Fortitudo neceſſaria in Prælato. *Tit. Quid. nnm.* 63. *pag.* 32. Neceſſaria Iudici, & circa quæ verſetur. *Tit. Quales.num.*63.*pag.* 91.

Fornm paternnm quiſi ſit. *Tit.Canones. nnm.*82.*p.* 141. In eo proceditur ex informata conſcientia. *ibi. nnm.* 82. In quo conueniat cum judiciali. *ibi. num.* 54. *pag.* 150.

Frangens carceres quomodò puniendus. *Tit. Pœnarum. nnm.* 102. *pag.* 282.

Frater non poteſt cogi ad teſtificandum contrà fratrem; & quandò ſecùs. *Tit. Teſtes.nn.* 95. *pag.* 558.

Fraus Iudicis quandò vitiet confeſſionem Rei. *Tit.Reus. nnm.*92.*pag.*692.

Frequenter factum quandò dicatur. *Tit. Canones. num.* 102. *pag.* 157.

Frequenter. Vide Dictio.

Fnga. Fugam meditans cenſetur Apoſtata. *Tit. Delictornm. nu.* 13. *pag.* 194. Quandò faciat indicium graue. *Tit. Indicia. nu.* 15. *& ſeqq. pag.* 491. Fuga à carcere quarè puniatur. *ibi. num.* 17. *pag.* 492.

Fugere tentans à carcere debet vinculari. *Tit,*

Pœnarum. num. 148. *pag.* 307.

Fugiens è carcere intrà annum non poteſt ſententiari ad expulſionem ab Ordine. *Tit. Pœnarum. num.*40. *pag.*248. E carcere animo reuertendi, vel abſque carceris fractura mitiùs punitur. *ibi. num.*100. *pag.* 282. Fugiens è carcere ob ſæuitiam Iudicis non incurrit pœnam. *ibi. num.*101. *pag.*282. Fugiens è carcere eſt Apoſtata. *ibi.num.* 102. *pag.* 282. Fugiens è manibus volentium carcere non punitur. *ibi.num.* 103. *pag.* 282. Fugiens Teſtis citatus pro detegenda ſubornatione, præſumitur ſubornatus. *Tit. Teſtes. n.*112.*p.*565.

Funis quaſſari poteſt in delicto immani. *Tit. Tortura. num.* 12. *pag.* 582.

Funis. Vide Tortura. Vide Tormentum.

Fur. Furem indicare quiſque tenetur. *Tit. Indicia. num.* 18. *pag.* 492.

Furioſus nequit fieri Prælatus. *Tit. Quales.num.* 10. *p.*75. Dicitur pati, non facere iniuriam. *Tit. Patronus.num.* 106.*pag.*738. Furioſus factus non poteſt puniri de delicto facto ante furorem. *ibi. num.* 106. *pag.* 738.

Furor, & inſania excuſat à delicto. *Tit. Patronus. num.* 106. *pag.* 738. Ex furore iracundiæ delinquens an ſit punibilis. *ibi.n.*107. *p.*738.

Furtum. Furta parua multiplicans fit latro famoſus. *Tit.Pœnarum.n.*82.*pag.*272. & *Tit.Indicia. num.* 4. *pag.*487. Furti detegendi cauſa qualiter, quandò, & à quibus feratur Excõmunicatio. *ibi.n.*173. & *indè pag.* 318. Quomodò probetur. *Tit.Corpus. num.*33.*p.*421.

G

GEneralis. Vide Miniſter. Vide Superior, Vide Prælatus.

Generalis eſt ſicut Patriarcha. *Tit. Quid.n.*65.*p.*32. Poteſt delegare nõ habentes conditiones requiſitas à Statutis, & quomodò. *ibi.nu.*101.*p.*43. Eſt Princeps in Religione. *ibi. num.* 29. *pag.* 19.

Generalis ex Regula debet ipſe viſitare Prouincias. *Tit. Canones. num.* 104. *pag.*158. Poteſt tamen mittere Viſitatores. *ibi. num.* 101. & 107. *pag.* 162. Et hoc etiam ad inſtantiam Prouinciarum. *ibi. nu.*107. *pag.*162. Ligatur legibus Religionis. *ibi num.*110 *pag.*162. Nequit diſpenſare à prohibitis in Capitulo Generali, à quo habet poteſtatem, & punitur ſi delinquit. *ibi. num.*120. *pag.*162. Obtinere ſolet à Papa facultatem diſpenſandi ſuper Statutis, quæ ſunt indiſpenſabilia. *ibi. num.* 113. *pag.* 164. An Generalis poſſit mittere Viſitatorem extrà tempus celebrandi Capitulum. *Tit.Canones. à nu.*101. & *indè p.*157.

Generalis poteſt tollere infamiam importatam per Statuta, non verò inductam per Canones. *Tit.Tortura.num.*47.*pag.*595.

Genus, & ſpecies in iure confunduntur. *Tit. Accuſatio.num.* 19.*pag.* 355. Genus repræſentat omnes ſpecies; & hoc quandò. *ibi. num.* 42. *pag.* 365.

Gibboſus eſt inhabilis ad Prælaturam. *Tit. Quales.num.*15.*pag* 75.

Gnomis quid ſit. *Tit. Quales.num.*62.*pag.*91.

Gradus facit perſonam inſignem. *Tit. Accuſatio. num.*43. *pag.*365. Gradus probationis quot. *Tit. Probatio. num.* 1. *pag.* 640.

Graſſatores viarum morte mulctantur. *Tit. Pœnarum. num.* 121. *pag.* 293.

Gratis, Vide Dictio.

Gratia facta à Principe non comprehendit torturam in caput alterius. *Tit. Tortura. num.* 46. *pag.* 595.

Gratiani Decretum an fuerit confirmatum. *Tit. Proemial. num.* 18. *pag.* 9.

Grauamen illatum eſt cauſa appellationis. *Tit. Canones.num.*76. *pag.*137. Grauamen irreparabile quod dicatur. *ibi.num.*67.*pag.*131.

Graues perſonæ. Vide Perſona.

Grauitas criminum in Religione à quo deſumenda. *Tit. Denunciatio.num.*14.*pag.*389.

Guardianus eſt Iudex Ordinarius; Prælatus; & habet iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. *Tit. Quid.num.*14. *pag.*15. Abſens per bimeſtre à Conuentu nequit abſq; approbatione Prouincialis demandare Vicario curã Conuentus. *ibi.num.*20.*pag* 17.

Guardianus olim poterat eſſe Delegatus Papæ. *Tit. Quid.num.*94. *pag.* 42. Sed de iure nouo non poteſt. *ibi. num.*96. *pag* 42. Quà talis nequit eſſe Iudex Delegatus à Prouinciali. *ibi. num.* 97. & 99. *pag.* 42.

Guardianus non poteſt abſoluere à Cenſura reſeruata Prouinciali. *Tit. Delictorum.num.*25.*p.* 201. Quomodò ſe gerere debeat circa carcerationem Subditi contumacis. *ibi. à nu.*26. & *ſeqq. pag.* 202. Quandò poſſit implorare brachium ſæculare. *ibi.n.*35.*pag.*208. Et qua cautela. *ibi.num.*36. & 37. *pag.*209. Quid facere poſſit, ſi totus Conuentus ab eo rebellat. *ibi. num.*39.*pag.*211. Aut ſi in Conuentu non eſt carcer tutus. *ibi num.*40.*pag.*211. Pœnitentians Subditum tenetur priùs illi obiicere crimen. *Tit.Carcer.num.*23.*pag.*655.

Guardianus quandò ſuſpendi poſſit ab Officio; ſed non vltrà bimeſtre, & quandò poſſit appellare à Suſpenſione. *Tit.Pœnarum. nu.*70. & 71. *p.*267. Ipſi non poteſt Prouincialis præcipere ſub pæna Suſpenſionis, quæ ſit pœna tantùm; ſed Prouincialis poteſt eum amouere à regimine, & ſic amotus habet adhuc iuriſdictionem in ſpiritualibus. *ibi.num.*72.*p.* 268. Poteſt incarcerare contumacem. & rebellem. *ibi.num.* 75. & 91. *pag.*276. Sinè Diſcretorum conſilio illicitè, ſed validè carcerat contumacem; & non incurrit Excommunicationem. *ibi.num.*92.93. & 97.*pag.*280. Quo caſu obligetur probare, ſe non dediſſe licentiam exeundi à Conuentu. *Tit.Reus.nu.* 87. *pag.* 689.

Guardianus conſentiens fugæ carcerati priuatur

tur

tur Officio. *Tit.Pœnarum. num.* 104.*pag.* 283. Non poteſt ſcripto procedere. *ibi.num.*167. *p.* 315. Non poteſt excommunicare Subditum, qui tranſgreſſus eſt ordinationem factam ſub pœna Excommunicationis.*ibi.nu.* 171. *pag.* 317. Solos contumaces poteſt excommunicare. *ibi.num.* 171.*pag.*317. Debet examinare Vulneratum morti proximum. *Tit.Corpus.nu.*14.*pag.*411. Debet viſitare, & deſcribere vulnera cadaueris occiſi.*ibi.num.* 24.*pag.*416. Poteſt ſequeſtrare Subditum in cella. *Tit.Carcer.num.*9.*pag.*650.

Guardianus. Vide Prælatus. Vide Superior localis.

H

Habitus malus probatur per plures actus. *Tit.Teſtes.num.*45.*pag.*535.

Hæreſis eſt crimen capitale. *Tit.Pœnarum.num.* 121. *pag.*293. Eius ſuſpicio probatur ex pluribus dictis hæreticalibus probatis per Teſtes ſingulares. *Tit.Tortura. nu.*72. *pag.* 604. Non præſcribitur. *Tit. Patronus. n.* 93. *pag.* 735.

Hæreticus traditur Curiæ Sæculari puniendus morte. *Tit.Sententia.num.*125.*pag.*814.

Hermaphroditus non poteſt fieri Prælatus. *Tit. Quales. num.*18.*pag.*75.

Hiſtoria duarum Obſtetricum. *Tit.Corpus.num.* 42.*pag.*425. Cuiuſdam Medici imperiti. *ibi. nu.*43.*pag.*425. Venenationis ſecutæ abſque ſcelere. *ibi.num.* 49. *pag.*428. Cuiuſdam Magiſtri,qui ſubornauit quendam, vt ſe Reum faceret delicti, quod non commiſerat. *Tit. Reus.nu.*50.*pag.*678. Cuiuſdam Iudicis circa terminos Defenſionum aſſignatos. *Tit. Patronus. num.* 7. *pag.* 704. Apocrypha Antonij Concioli. *ibi num.* 119. *pag.* 741. Cuiuſdam Ruſtici ſe conquerentis iniuriatum. *Tit.Canones.num.*84.*pag.*143.

Homicida notorius, etiam non citatus, priuatur beneficijs. *Tit.Canones.num.*51.*pag.*120.

Homicidium morte punitur. *Tit. Pœnarum.num.* 121. *pag.* 293. Homicidium Sacerdotis non præſcribitur. *Tit.Patronus.num.*93.*pag.*735.

Homines magni nominis qui ſint. *Tit. Denunciatio.nu.*20.*pag.*393. Homines *infimæ plebis* qui *ibi.n.*20. *pag.*393. Hi ſunt audaces in denunciando. *ibi.num.*20.*pag.*393.

Honor proximi zelandus à Superiore.*Tit.Accuſatio.num.*55.*pag.*371.

Horologium puluereum tenendum dum datur Reo tortura. *Tit.Tortura. num.*103. *pag.*617.

Hymen à Modernis exiſtimatur fabuloſus; in paucis fœminis reperitur; eſt quid morboſum. *Tit. Corpus. num.*38.*pag.*423. Quid ſit. *ibi.num.*39. *pag.* 423. Illæſus poteſt probare virginitatem. *ibi.num.*40. *pag.*423. Eo diſrupto non eſt de neceſſè amiſſa Virginitas.*ibi. num.*41. *pag.*424. Sed hoc tantùm probabiliter. *ibi. num.* 41. *pag.* 424.

I

Iactans ſe de crimine, cum infamatione tertij, eſt puniendus. *Tit. Tortura num.* 70. *pag.* 603. Sed iactantia debet fuiſſe in publico. *ibi.num.*73.*pag.*604.

Idoneus quiſque præſumitur, niſi contrarium probetur. *Tit.Teſtes.num.*67.*pag.*545.

Ieiunium factum, vt debet, poteſt eſſe tortura valida. *Tit.Tortura num.*17.*pag.*585.

Ignorans neceſſaria ad aliquod munus nequit ipſum acceptare: & ſi acceptat,peccat mortaliter. *Tit. Quales. num.*60. *pag.*91. Ignorans grauitatem delicti, & Cenſuram illi adnexam debet mitiùs puniri. *Tit. Patronus. num.* 126.*pag.*744.

Ignorantia facti non nocet. *Tit.Canones.num.*15. *pag.* 102. Ignorantia eſt mater erroris. *Tit. Canones num.*72.*pag.*134. Non ſaluat quandò poteſt ſciri. *ibi.num.* 117. *pag.* 166. Ignorantia *iuris* non excuſat Iudicem, & quandò non obliget ad pœnam ex culpa leui. *Tit. Pœnarum.nu.*95. *pag.*279. Non poteſt allegari contrà legem ſcriptam. *ibi.n.*166.*p.*315.

Ignorantia affectata æquiparatur dolo. *Tit. Tortura.num.*28.*pag.*589.

Ignorantia inuincibilis, & etiā probabilis (quandò quis non tenetur maiorem diligentiam adhibere ad hoc, vt ſciat) excuſat. *Tit. Patronus. nu.*126. *pag* 744. In quibus poſſit præſumi, & quomodò probetur. *ibi. num.* 126. *pag.* 744.

Ignorantia quo caſu poſſit dici voluntaria, & doloſa. *Tit.Sententia.num.*24.*pag.*777.

Illegitimus nequit fieri Prælatus. *Tit. Quales. num.* 24 *pag.* 76.

Illiteratus Teſtis. Vide Teſtis.

Impedimenta ad Prælaturam quæ. *Tit. Quales. num.*3.*& ſeqq. pag.*74.

Impedire damnum Reipublicæ quiſque tenetur. *Tit.Delictorum.num.*13.*pag.*194.

Impeditus ad Beneficium eſt ineligibilis ad Prælaturam. *Tit.Exceptio.num.*23.*pag.*480.

Imperator recuſari non poteſt vt ſuſpectus.*Tit. Canones.num.*124.*pag.*171.

Impunitas quibus, & quandò,& à quo concedenda. *Tit.Reus.num.*28. *&* 29.*pag.*670. Eam promiſſam an teneatur ſeruare Iudex, qui concedere eam nequit. *ibi. nu.* 30. *pag.* 670. Apud Nos Iudex eam nequit concedere ſinè licentia Generalis. *ibi. num.* 31. *pag.*671. Sed ea conceſſa, non nocet Reo confeſſio facta ſub ſpè illius. *ibi.num.*31.*pag.*671.

Impunitas quibus caſibus concedatur. *Tit.Reus num.* 76. *pag.*686. à Diffinitorio quandò poſſit concedi, inconſulto Generali, & eam concedere aliquandò expedit. *ibi. num.* 78. *&* 79. *pag.* 687. Eam abſque Generali, & Diffinitorio poteſt aliquandò concedere Prouincialis. *ibi.num.*80.*pag.*687.

Incen-

Incendium eſt crimen capitale. *Tit. Pœnarum. nu.* 121. *pag.* 293.

Incidentia in Cauſa quotuplicia. *Tit. Quid. num.* 121. *pag.* 52. Incidentia transferentia delicta ad aliud forum; & ſeparabilia à Cauſa quotupliciter contingant. *ibi. nu.* 115. *&* 123. *pag.* 48. *&* 52.

Incorrigibilis quandò quis dici poſſit. *Tit. Pœnarum. num.* 26. *&* 29. *pag.* 237. *&* 241. Debet expelli à Religione. *ibi. num.* 124. *pag.* 295. Quibus indicijs cognoſcatur. *ibi. num.* 152. *pag.* 308.

Incorrigibilitas de facto includit eam, quæ eſt *de iure. Tit. Pœnarum. nu.* 26. *pag.* 237. Ad eam conſtituendam, & probandam quæ requirantur. *ibi. num.* 27. *& ſeqq. pag.* 239.

Incontinenti factum quod dicatur. *Tit. Inquiſitio. nu.* 36. *pag.* 453. Teſtis ſe corrigens *incontinenti* non eſt varius, & quandò quis dicatur ſic agere. *Tit. Tortura. num.* 52. *pag.* 597.

Indicium quid, & quotuplex. *Tit. Indicia. num.* 1. *pag.* 487. Euidens Iudici non eſt probatione. *ibi. num.* 23. *pag.* 494. Aliquandò probatur per Teſtes ſingulares. *ibi. num.* 23. *pag.* 494. Poteſt elici à Iudice ex dictis Rei, & Teſtium. *ibi. num.* 26. *pag.* 496. Nunquàm euadit in plenam probationem. *ibi. num.* 34. *p.* 498. Eius valor eſt Iudici arbitrarium. *ibi. nu.* 36. *pag.* 500. Copulatum probationi auget eam. *ibi. num.* 37. *pag.* 500.

Indicia duo, ex ſe ſemiplenè probantia, copulata non faciunt integram probationem. *Tit. Indicia. num.* 38. *pag.* 500. Inter ſe debilitantur ſi ſint contraria. *ibi. num.* 39. *&* 40. *pag.* 500. *&* 501. Vt ſint plenè probata in ſuo genere per Teſtes ſingulares, quid requiritur. *Tit. Probatio. num.* 4. *pag.* 641. Indicium quoduis eſt probandum per duos Teſtes in ordine ad condemnationem, non verò ad torturam. *ibi. nu.* 6. *pag.* 642. Vt probentur non requiruntur Teſtes omni exceptione maiores. *Tit. Tortura. num.* 61. *pag.* 600. Plura tendentia ad vnum finem probata per Teſtes, etiam ſingulares, ſufficiunt ad torturam. *ibi. num.* 62. *pag.* Indicia, ex quibus conijcitur aliquem eſſe ſuſtentaturum tormenta. *Tit. Tortura. num.* 132. *pag.* 629.

Indicia ob quæ Reus abſolutus poteſt denuò moleſtari debent eſſe ſpecie diuerſa ab antiquis, grauia, & ex ſe ſufficientia ad torturam. *Tit. Patronus. num.* 134. *pag.* 745. Quomodò dicantur perfectè euacuata. *Tit. Sententia. num.* 44. *&* 50. *pag.* 783. 785. Ab illis ſe defendere, aut purgare quid ſit, & quandò. *ibi. num.* 50. *pag.* 785.

Indicia debent eſſe integra, vt faciant ad pœnam extraordinariam. *Tit. Sententia. num.* 76. *p.* 796. Quæ ſuperueniunt poſt compoſitionem factam à Reo cum Fiſco, non poſſunt illi cauſare nouam moleſtiam. *ibi. num.* 134. *pag.* 817.

Indicium graue quid, & quotuplex. *Tit. Indicia. num.* 9. *&* 20. *pag.* 490. *&* 493. Fit ex pluribus leuibus. *ibi. num.* 33. *pag.* 498. Probatum facit ad torturam Rei. *Tit. Tortura. num.* 59. *p.* 599. Indicia grauia duo æquiparantur præſumptioni iuris. *Tit. Probatio. num.* 11. *p.* 643. Indicia grauia per quid excludantur. *ibi. num.* 14. *pag.* 661. Æquipollent ſemiplenæ probationi. *Tit. Reus. nu.* 10. *p.* 661. Indicia grauia multa faciunt vnum indubitatum. *Tit. Sententia. num.* 79. *p.* 796.

Indicium leue quid, & quotuplex. *Tit. Indicia. num.* 3. 4. *&* 5. *p.* 487. Indicia leuia plura copulata faciunt ad Torturam; ſed debent eſſe copulabilia, & quomodò. *Tit. Tortura. num.* 60. *p.* 600. Indicium leue cum adminiculo fit probabile, & ſufficit ad torturam. *ibi. nu.* 67. *pag.* 602. Indicia quatuor leuia probata per Teſtes ſingulares faciunt vnum graue, & iuncto adminiculo faciunt ad torturam. *Tit. Probatio. num.* 4. *p.* 641. Indicium plus quàm leue, & minùs quàm graue vincitur à ratione contraria licet debili. *Tit. Sententia. n.* 51. *p.* 786.

Indicia violenta, quæ faciunt ad condemnationem. *Tit. Indicia. num.* 21. *&* 22. *p.* 493. Indicium violentum fit ex pluribus grauibus copulatis. *ibi. num.* 33. *p.* 498. Ex violentis indicijs nemo punitur pœna ordinaria. *ibi. num.* 34. *p.* 499. Indicium violentum probatur per Teſtes etiam inhabiles. *Tit. Teſtes. n.* 106. *pag.* 562.

Indicia ad torturam ſunt confeſſio extraiudicialis; dicta duorum Teſtium ſubornatorum, ſi deponunt contra Subornantem; & dictum vnius Teſtis ſubornati cum aliquo indicio. *Tit. Teſtes. nu.* 111. *&* 113. *p.* 564. *&* 565. *Vide Teſtes. Vide Tortura.*

Indicia indubitata duo cum vno Teſte integro faciunt ad pœnam ordinariam. *Tit. Sententia. num.* 78. *p.* 796. Vnum indicium indubitatum fit à pluribus grauibus copulatis. *ibi. num.* 79. *p.* 796.

Indicia pluſquam indubitata quæ dicantur. *Tit. Sententia. num.* 77 *pag.* 796. Ex iis infligitur pœna ordinaria, ſed contrà ea datur probatio. *ibi. num.* 77. *p.* 796.

Indicium probabile quodnam dicatur. *Tit. Tortura. num.* 67. *p.* 602.

Indicia remota plura quandò faciant ad torturam. *Tit. Tortura. num.* 60. *p.* 600.

Induſtriâ perſonæ electâ, nullus Delegatus poteſt ſubdelegare. *Tit. Quid. num.* 126. *pag.* 55. Quandò dicatur electa induſtria perſonæ. *ibi. num.* 128. *p.* 55.

Infamia quid ſit, & quotuplex. *Tit. Quales. nu.* 26. *pag.* 76. *& Tit. Pœnarum. num.* 44 *pag.* 252. Quandò non requiratur in procedendo. *Tit. Inquiſitio.* §. 4. 7. *&* 8. *p.* 445. 449. *&* 455. Requiritur ad procedendum ex denunciatione euangelica. *Tit. Denunciatio. num.* 23. *p.* 395. Sed non ad procedendum ex iudiciali. *ibi. num.* 24. *p.* 395.

Infamia

Digitized by Google

Infamia iuris auctoritate legis imponitur. *Tit. Pœnarum. nu. 44. p. 252.* Tollitur per ſolum Principem. *ibi. num. 46. p. 253.* Incurritur ob culpam quæ debet eſſe Theologica. *Tit. Tortura. nu. 35. pag. 592.* Ad eam requiritur Sententia Iudicis. *ibi. nu. 36. p. 592.* Inhabilitat in totum Teſtes. *ibi. num. 40. p. 593.* Inductam à Statuto poteſt tollere Generalis, non autem importatam per Canones. *ibi. nu. 47. p. 595.*

Infamia facti oritur ex mala vita. *Tit. Pœnarum. num. 46. p. 253.* & *Tit. Tortura. num. 34. pag. 592.* Sed eliditur per emendationem vitæ. *Tit. Penar. n. 46. p. 253.* & *Tit. Tortura. n. 37. p. 593.* Inhabilitat Teſtes ex ſolemnitate. *ibi. nu. 39. p. 593.*

Infamis non poteſt fieri Prælatus. *Tit. Quales. num. 26. p. 76.* De iure Ciuili eſt etiam de Canonico: *ibi. num. 26. p. 76.* De iure Canonico quis ſit. *Tit. Pœnarum. num. 45. p. 252.* Eſt irregularis. *ibi. nu. 47. p. 253.* Infamis facto priuatur beneficijs obtentis, & obtinendis: non poteſt accuſare; & non valet teſtificari. *ibi. num. 47. p. 253. & Tit. Accuſatio. num. 2. pag. 347.*

Infamis fit, qui publicè peccat. *Tit. Denunciatio. num. 11. pag. 388.* Ex arte peccaminoſa, vt poſſit eſſe Teſtis, eſt torquendus. *Tit. Teſtes. n. 60. p. 541.*

Infamis facti quare repellitur à teſtificando. *Tit. Tortura. num. 38. p. 593.* Admittitur ad teſtificandum in iudicio Regulari. *ibi. n. 39. p. 593.*

Infames iuris honoribus priuantur; nequeunt eſſe Teſtes in teſtamentis; repelluntur à teſtificando, etiam parte non opponente; etiam in iudicio regulari. *Tit. Tortura, num. 38. & 40. p. 593.*

Infans non intelligit, quod agit; videtur non ſciens fallere; in eo non poteſt eſſe delictum; & eſt inhabilis ad teſtificandum. *Tit. Teſtes. n. 9. p. 519.*

Infantia eſt antè ſeptennium. *Tit. Teſtes. num. 9. p. 519.*

Infirmus incurabilis nequit eſſe Prelatus. *Tit. Quales. n. 3. & ſeqq. p. 74.* Non poteſt torqueri; non tamen eſt immunis ab omni genere torturæ. *Tit. Tortura. n. 110. p. 620.*

Informatio offenſiua quæ. *Tit. Reus. num. 13. pag. 663.*

Inhabiles ad accuſandum, & denunciandum quandò admittantur. *Tit. Accuſatio. n. 8. & 9. p. 349.*

Inimicitia etiam non capitalis eſt cauſa recuſationis Iudicis. *Tit. Quales. n. 38. & 39. p. 81.* Capitalis quomodò probanda inter Regures. *ibi. num. 40. pag. 82.* Ad quos extendatur. *ibi. num. 42. p.* Non valet vt recuſetur Viſitator in foro paterno. *Tit. Canones. num. 100. p. 156.*

Inimicitia capitalis quam præſumptionem faciat. *Tit. Indicia. num. 6. pag. 488.* Vt ſufficiat ad capturam debet eſſe probata. *ibi. nu. 7. p. 488.* In atrociſſimus ſufficit ad capturam etiam ſi tantùm ſit in opinione vulgi. *ibi. n. 7. p. 488.* Eſt inhabilitas ad teſtificandum inſanabilis. *Tit. Teſtis. n. 10. & 11. p. 519. & Tit. Patronus. num. 38. p. 716.*

Inimicitia probatur, probatâ eius causâ. *Tit. Teſtis. num. 11. & 12. p. 520. præſumpta* Quodò inhabilitet. *ibi. nu. 12. p. 520.* Eius cauſa debet eſſe magna, vt illa ſit capitalis. *ibi. n. 13. p. 520.*

Inimicus non poteſt accuſare, niſi cauſam proſequatur, *Tit. Accuſatio. num. 4. p. 348.* Eſt Teſtis inhabilis, etiam in cauſa priuilegiatiſſima. *tit. Teſtes. n. 4. & 10. p. 518. 519.* Præſumptus quis dicatur. *ibi. num. 11. p. 520.* Inimicus ex factione eſt totaliter inhabilis ad teſtificandum. *ibi. n. 14. p. 521.*

Iniuria eſt factum contra ius. *Tit. Quales. num. 40. p. 82.* Grauis, per ſcripturam, & per facta irrogatur. *ibi. n. 14. & 42. p. 83.*

Innocens præſumptiuè non eſt ſententiandus vt innocens realiter. *Tit. Sententia. nu. 49. p. 785.*

Innocentia probatur perfectè perfectione reali. & æſtimatiua. *Tit. Sententia. n. 45. p. 784.*

Inobediens contumax quomodò carcerandus, *Tit. Delictorum. nu. 28. p. 203.* Si reſipiſcat à contumacia quid agendum. *ibi. n. 33. p. 207.*

Inquiſitio generalis, ſpecialis, & mixta; & quomodò in illis procedendum *Tit. Inquiſitio. per tot. p. 437.* Inquiſitio eſt magis priuilegiata, quàm Accuſatio, & per eam poteſt procedi contrà criminoſum in genere. *Tit. Accuſatio. num. 20. pag. 355.* Sinè præcedenti infamia erat olim nulla, ſed modò nullitas eſt ſublata, dummodò Reus non reclamet initio proceſſus. *Tit. Fama. nu. p. 12. p. 510.* Inquiſitio, quandò fit ex officio, cumulatur cum ea, quæ fit ad inſtantiam partis, ſi agitur de crimine publico. *Tit. Teſtes. n. 124. pag. 569.*

Inquiſitio generalis paterna prærequirit infamiam. *Tit. Inquiſitio. num. 8. p. 439.* Iudicialis requirit præuiam infamiam, præſumptionem, aut ſuſpicionem de delictis. *ibi. num. 7. & 8. p. 439.* Paterna nullum reſpuit in Teſtem. *ibi. num. 20. p. 445.* Quomodò facienda *ibi. num. 21. & ſeqq. pag. 445.*

Inquiſitio ſpecialis non poteſt inſtitui contrà Capitulum niſi delictum ſit commiſſum communicato conſilio *capitulariter.* *Tit. Patronus. num. 120. pag. 741.* Quid ſit. *Tit. Inquſitio. n. 29. p. 450.* Quid requirat præcedenter. *ibi. num. 30. pag. 450.*

Inſania ex furore quomodò probetur. *Tit. Patronus. num. 109. pag.*

Inſignè importat excellentiam. *Tit. Accuſatio. num. 40. pag. 364.* Inſignes perſonæ quæ. *ibi. num. 41. 42. & 43. pag. 364.*

Inſtitui in officio, maius eſt, quàm illud exercere. *Tit. Patronus. n. 11. p. 226.*

Inſtitutiones Ciuiles explicant terminos legales. *Tit. Proemial. num. 7. pag. 5.*
Inſtrumentum factum à Notario contrà ſe valet prò ſe non valet. *Tit. Inquiſitio. n. 46. p. 457.* Inſtrumentum publicum continens in ſe delictum conuincit Reum, & ex ſe probat crimen. *Tit. Sententia num. 74. pag. 795.*
Interdictum ambulat pari paſſu cum excommunicatione. *Tit. Sententia. num. 101. pag. 805.*
Interdictus ſingulariter nequit eſſe Prelatus. *Tit. Quales. num. 29. pag. 77.*
Intereſſe habens in Cauſa nequit eſſe Teſtis in ea. *Tit. Teſtes. num. 4. pag. 518.*
Interpellare quid ſignificet. *Tit. Inquiſitio. num. 23. pag. 446.*
Interpretatio ſtricta fit in odioſis. *Tit. Quales. num. 34. pag. 79.* Omnis facienda eſt, vt delictum excludatur. *Tit. Patronus. nu. 101. pag. 737.* Interpretatio actus, qui poteſt eſſe delictum, & non delictum, facienda, eſt prò non delicto. *ibi num. 101. pag. 737.* Interpretatio verbi, quod potuit dici in bonum, & malum ſenſum, debet fieri in bonum. *ibi num. 102. p. 737.*
Interrogandus quomodo ſit Reus. *Tit. Reus. nu. 17. pag. 664. V. Examinare. V. Reus. V. Teſtis.*
Interrogatoria ſuggeſtiua fugienda. *Tit. Teſtes. num. 75. pag. 548.* Rei, & Teſtium ſunt facienda lingua vernacula. *Tit. Reus. num. 48. pag. 676.* Interrogatoria formata à Patrono, & facienda Teſtibus, debent continere ſolam declarationem depoſitionis factæ ab ipſis. *Tit. Patronus. n. 68. pag. 724.* Interrogatoria ad reperendos Teſtes quomodo formanda à Patrono. *ibi. num. 176. pag. 758.*
Inuentio furti apud aliquem, quandò faciat indicium graue. *Tit. Indicia. nu. 18. pag. 492.* Inuentio Rei alicuius in loco delicti quandò faciat indicium graue. *ibi. num. 19. pag. 492.*
Inuerſimilia quæ dicantur; & reddunt Teſtem ſuſpectum de falſo. *Tit. Teſtes. num. 65. pag. 543.*
Iracundia, quæ mentem non alienet, non excuſat totaliter delictum; ſed ſi eſt magna, & ex cauſa iuſta, excludit dolum, & culpam; & ex iniuſta excludit dolum, non verò culpam. *Tit. Patronus. nu. 108. pag. 738.*
Irregularis non poteſt eligi ad Prælaturam. *Tit. Quales. num. 19. pag. 76.* Fieret Iudex ſi Reus moriatur in tortura inſolita. *Tit. Tortura. num. 82. pag. 609.*
Irregularitas non incurritur, niſi ſit expreſſa in iure. *Tit. Tortura. num. 83. pag. 609.* Eam non importat debilitatio membri, ſed tantum detruncatio. *ibi. num. 82. pag. 609.* Probatur per Teſtes ſingulares. *Tit. Probatio. nu. 5. pag. 642.*
Iudicatus in vno tribunali non debet iudicari in alio de eodem crimine. *Tit. Patronus. num. 131. pag. 745.*
Iudicium quid, & quotuplex. *Tit. Quid. num. 2. p. 13.* Eius nomine veniunt præparatoria ad iudicium. *ibi. num. 137. pag. 60.* Eius præparatoria quæ. *Tit. Quam. §. 2. p. 338.* Iudicium idem eſt de connexis. *Tit. Accuſatio. num. 23. p. 357.* Iudicia publica quæ. *Tit. Denunciatio, num. 11. p. 388.*
Iudex quis, & quotuplex. *Tit. Quid. num. 3. p. 13.* Quiuis cognoſcit an ſuo ſit iuriſdictio. *ibi. num. 120. p. 51.* Iudicum conditiones. *Tit. Quales. num. 1. p. 73.* Iudex nequit eſſe, qui non poteſt eſſe Superior ordinarius. *ibi. num. 3. p. 74.* Iudex in cauſa propria nemo poteſt eſſe *Tit. Canones. num. 70. p. 133.* Iudicare debet ex ſolo motiuo iuſtitiæ. *ibi. num. 71. p. 133.* Prius iudicans quàm intelligens incidit in labyrinthum. *ibi. num. 72. p. 134.* debet habere ſcientiam prò cognoſcendis meritis cauſarum. *ibi. num. 73. pag. 134. & Tit. Quales. num. 59. p. 91.* Et ſupplere pro Reo ea, in quibus deficit Aduocatus. *Tit. Canones. n. 73. p. 134.* Debet habere ſcientiam, prudentiam, & fortitudinem. *Tit. Quales. num. 59. 62. & 63. p. 91.* Iudices qui eſſe non poſſunt, & quales eſſe debeant. *Tit. Quales. per tot. Tit. & num. 1. & ſeqq. p. 73.*
Iudex Ordinarius. In Religione noſtra qui ſint Iudices Ordinarij. *Tit. Quid. num. 6. & ſeqq. p. 14.* Iudex ordinarius delegare poteſt Cauſas omnes, etiam meri, & mixti imperij. *ibi. nu. 104. p. 44.* Cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio. *ibi. num. 120. p. 51.* Habet iuriſdinem à lege. *Tit. Canones num. 127. p. 173.* Non poteſt latam à ſe Sententiam diffinitiuam immutare, ſed tantùm eam declarare, & quomodò. *Tit. Sententia. nu. 139. & 140. p. 819. V. Superior. V. Prælatus.*
Iudex Delegatus. Quas cõditiones requirat Delegatus Sedis Apoſtolicæ. *Tit. Quid. num. 25. p. 18.* Conditiones Delegandorum in noſtro ordine. *ibi. num. 26. p. 19.* Iudex Delegatus non punit delicta non impedientia ſuam iuriſdictionem; nec ea, quæ iam impedierunt, ſed modò non impediunt. *ibi. nu. 122. p. 52.* Si reperit incidens, quod transferat delictum ad aliud forum quid agendum. *ibi. num. 123. p. 52.* Antè præſentationem literarum Delegationis non habet iuriſdictionem proximam. *ibi. n. 112. pag. 46.* Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt aliquam ſubdelegare. *Tit. Quid. §. 3. pag. 18.* Eius authoritas quando expiret. *ibi. §. 3. pag. 18.* Poteſt Sententiam interlocutoriam retractare, non vero diffinitiuam immutare. *Tit. Sententia. num. 139. & 140. pag. 18. V. Delegatus. V. Commiſſarius.*
Iudex recuſari poteſt vt ſuſpectus ſi iniuriatur, aut iniuriatus eſt à Reo; vel ſi eſt contrariæ factionis; vel ſi non habet conditiones requiſitas à iure; vel ſi Reus ſcit illum eſſe ex communicatum; vel ſi eſt auarus, iniquus,

quus, aut riualis cum Reo; vel ſi aliàs ab eo appellatum fuit; vel ſi aliàs grauauit; vel ſi eſt coniunctus cum Actore; vel ſi eſt ignorans. *Tit. Quales.nu. 43. & ſeqq.pag.83. & Tit.Canones.n.72.pag.* 134. Vel ſi eſt familiaris, coniunctus, aut amicus inimici. *Tit. Canones. num.* 115. *pag.* 166. Vel ſi non ſeruet ordinum iuris; vel ſi parti nimium faueat; vel ſi excedat modum commiſſionis; vel ſi extraiudicialiter grauet; vel ſi manifeſtet votum ſuum ad fauorem partis; vel ſi minatus ſit Reo. *Tit. Quales. num. 49. & ſeqq.pag.87.* Recuſari poteſt in notorio facti tranſeuntis. *Tit.Canones. num. 129. pag. 174. V. Recuſatio.*

Iudex recuſatus ſi cauſam recuſationis reijcit, vt friuolam, poteſt appellari à tali reiectione. *Tit.Canones.n.120.p.168.* Quandò admittendus ab Arbitris ad dicendum contrà recuſationem. *ibi.nu.122.p.169.* Eius iuriſdictio eſt ſuſpenſa poſt recuſationem. *ibi.nu.124.p.* 171. Non poteſt Cauſam committere niſi de conſenſu recuſantis. *ibi.num.127.pag.173.* Nec procedere non citato recuſante. *ibi.nu.* 128.*pag.*174. Iudex recuſatus ab vno remanet impeditus etiam reſpectu aliorum complicum. *Tit.Inquiſitio.num.63.pag.* 464. Recuſatus abſque legitima cauſa debet obſtinere ab irroganda pœna ei, qui ſe talem allegauit, ſed debet, infligi à Iudicem *ad quem. Tit.Patronus..num.76.pag.727. V. Recuſatio.V.Recuſare.*

Iudex accuſationem recipiens abſque Teſtibus punitur talione. *Tit. Accuſatio. num. 10.pag.* 349. Si accuſationem non proſequitur (ea accepta) peccat; & litem facit ſuam. *ibi.nu.* 69.*pag.* 378. Poteſt tamen ex iuſto motiuo non acceptare eam. *ibi.num.70.pag.* 378. Deſiſtente Accuſatore, debet procedere ex officio. *ibi.n. 73. p.* 380. In acceptanda Denunciatione quomodo ſe gerere debeat. *Tit. Denunciatio. num. 7. pag. 383. & Tit. Sententia. num. 71. pag.*794. Debet diuertere Accuſatorem ab inſtantia, ſi iſte producit Teſtes inhabiles. *Tit. Teſtes. num. 124. pag.* 569. Quomodò deteget Denunciatorem ſubdolum, qui procurauit, vt alius denunciaret. *Tit.Sententia.num.70. pag. 794. V. Accuſatio.V.Denunciatio.*

Iudex procedens quam formam ſeruare debet. *Tit. Quam.per tot.Titul.pag.* 337. Quomodo ſe geret in Inquiſitione generali, ſiue Viſitatione iudiciali. *Tit. Inquiſitio. num. 10. &* 11. *pag.* 440. Iudex qui vult reaſſumere Cauſam Rei malè abſoluti, debet prius probare præuaricationem, ſeu corruptionem Accuſatoris, Teſtium, aut Iudicis. *Tit.Patronus.num.* 136. *pag.* 746. Iudex, qui non poteſt procedere niſi ſub conditione debet antè omnia probare conditionem. *ibi. num.*136.*pag.* 746.

Iudex indicia conſiderans debet decernere an inimicitia allegata à Reo contra Actorem, Teſtes; aut Iudicem ſit grauis, aut leuis. *Tit. Quales.num 40.& 44.pag.82. &* 84. Poteſt elicere indicia ex dictis Rei, & Teſtium. *Tit.Indicia.num26.pag.496. V.Indicia.* V. Indicia.

Iudex Teſtes recipiens quæ obſeruare debeat. *Tit. Teſtes. num.* 104. *pag.* 561. Tenetur ex officio reijcere Teſtes inhabiles productos ab Accuſatore. *ibi.num.*124. *pag.* 569. debet vltra productos ab Accuſatore examinare alios, quos ſcit eſſe informatos de delicto, dummodò Iudex ſit ordinarius. *ibi.nu.* 124. *p.* 569. Debet reſecare ſuperfluum numerum Teſtium. *ibi.n.*125.*p.p.* 570. In cogendo Teſtes ad examen quæ ſeruare debeat. *Tit. Tortura. num.* 117. *pag.* 623. Debet concordare dicta Teſtium. *Tit. Probationes. num.* 6. *pag.* 642. Habens ſuſpicionem falſitatis de Teſte poteſt illi denegare lecturam ſui primi examinis. *Tit. Reus. n. 24. pag.* 668. Poteſt compellere Teſtem ad ſe confrontandum cum Reo. *ibi.num.* 102. *pag.* 694. Erga Teſtes productos ad defenſam debet eſſe fauorabilis, & quouis modo eos impediens in ſuis depoſitionibus poteſt recuſari vt ſuſpectus. *Tit.Patronus.num.78.pag.*728. Quomodo ſe geret in detegenda falſitate Teſtium ad defenſam. *ibi.nu.*81.*p.* 729. Repetitionem Teſtium poteſt recipere etiam per Delegatum. *ibi nu.* 160. *p.*753. Quibus caſibus debeat ipſe ire ad Teſtes examinandos. *ibi. nu.* 164. *pag.* 754. Si examinat Teſtem, contrà quem eſt propoſita exceptio cum oblatione probationis non inualidat proceſſum. *Tit. Sententia.num.*158. *pag.* 825. Vide Teſtes.

Iudex examinans debet ſeruare ordinem, habere peritiam, & eſſe ſincerum. *Tit. Teſtes. num.*101.*pag.* 560. Examinando Reum quæ debeat obſeruare. *Tit.Reus. num. 17. & ſeqq. pag.*664. Poteſt examinare Teſtes, & Reum quotiès voluerit. *ibi. num.22.pag.667. & Tit. Teſtes. num.126.pag.570.*

Iudex conſtituens Reum non tenetur illi oſtendere, quæ habet in proceſſu contra illum. *Tit. Carcer.num.*14.*pag.*652. Mortaliter peccat conſtituendo Reum ſinè præuia ſemiplena probatione delicti. *Tit.Reus. num.* 12. *pag.*661. Non tenetur oſtendere acta Reo ante examen. *ibi. num.* 15. *pag.* 663. Poteſt cogere Reum ad reſpondendum de nouo per extenſum. *ibi.num.*24. *pag.* 668. Eius arbitrio ſtat legere Reo examen aliàs factum. *ibi.num.24.pag.*668. In quibus caſibus poſſit Reum interrogare de Socijs criminis. *ibi. num.*26.*pag.* 664. Non tenetur ad Rei petitionem confrontare cum eo Teſtes. *ibi.num.* 102. *pag.*694. Vide Reus.

Iudex defenſiones concedens quæ perpendere debeat in aſſignando earum termino. *Tit. Patronus. num. 8. p.* 705. Non debet faciliter ac-

acceptare renunciationem defenſionum. *ibi.num.9. p.* 705. Debet ſtatuere terminum ad ſe defendendum licet Reus renunciauerit; & expedit vt committat alicui ex officio vt deſenſiones faciat. *ibi. num.* 9. *&* 10. *p.* 705. Iudex, qui acceptauit renunciationem deſenſionum debet, ſinere, labi terminum aſſignatum ab eo prò deſenſionibus, antequam Reum torqueat, aut ſententiet. *ibi. num.* 11. *p.* 705. Dedet tradere copiam actorum, etiam Reo non petente. *ibi.num.*35. *p.* 715. Non tenetur tradere nomina. Teſtium, niſi Reus ea petat. *ibi. num.*59.*p.* 721. Articulos à Patrono productos quandò poſſit recipere, aut reijcere. *ibi.num.*156.*p.*751.*V. Patronus V.Defenſio*.

Iudex conſilium petens ab Aduocato ſæculari quandò,& ad quid poſſit petere.*Tit. Patronus. nu.* 26. *p.* 712. Debet ab eo petere iuramentum ſecreti; poteſt tamèn omitti, recommendato illi tantùm ſilentio. *ibi. num.* 27. *p.*712. Tenetur ſequi conſilium Aſſeſſoris in iudicando. *Tit. Patronus. num.* 28. *p.* 712. Adhibens Iudex Aſſeſſorem, dum ipſe ſtudere non vult, peccat mortaliter. *ibi.num.*28.*p.* 712. Ex ſola neceſſitate poteſt petere conſilium ab Aduocato extrà Relinem. *ibi. num.* 29. *p.* 713. Non debet ſequi conſilium euidenter malum datum ab Aduocato ſæculari *ibi. nu.*30.*p.* 713. Conſilium Aduocati debet inſerere in proceſſu, licet illud nolit ſequi. *ibi.num.*31.*p.*713. Iudex non ſemper ſtare debet iudicio Periti. *Tit.Corpus. num.* 57. *p.* 431.*V.Peritus*.

Iudex torquens noua tormenta non debet adhibere. *Tit.Tortura num.*4. *p.* 580. Quibus caſibus illis vti poſſit cum conſilio Diffinitorij. *ibi. num.* 5. *&* 7. *p.* 580. 581. Quæ conſiderare debeat in decernenda tortura. *ibi.nu.* 10. *p.* 582. In decernenda duratione Arctationis non tenetur petere conſilium à Diffinitorio. *ibi. nu.* 19.*p.*586. Nequè ſuper ſpecie, aut duratione torturæ.*ibi.num.* 20.*p.* 586. Si torquet abſque Diffinitorio eſt officio priuandus.*ibi.num.*24.*p* 588. Fieret irregularis ſi Reus moreretur in tortura inſolita. *ibi. num.* 82. *p.* 609. Non verò ſi tantùm debilitaretur membro. *ibi.num.*82. *pag.* 609. Eſt puniendus ſi torquet non ieiunum; aut intrà ſeptem horas à comeſtione, & tortus deficit. *ibi.num.*90.*p.*612. Poteſt abſtinere à tortura, & Reum extraordinariè punire. *ibi.num.*130.*p.*628. Incurrit pœnas malè torquentium quocunque gene torturæ malè torqueat. *ibi. num.* 139. *p.* 631. Torquens Reum renitentem reſpondere non debet interrogare ſuper delictò ſed ſuper contumacia in non reſpondendo. *Tit. Reus. nu.*41.*p.*674.

Iudex male iudicans non incurrit pænas malè iudicantium, niſi fecerit ex malo dolo; nec remanet excommunicatus declaratus ex ſola declaratione, quod carceratio ab eo decreta fuerit iniuſta. *Tit.Carcer. num.* 17. *p.* 653. *& Tit.Sententia.num.* 23. *p.* 777. Debet citari antequàm declaretur incurriſſe pænas malè iudicãtium. *Tit.Carcer.n.*17.*p.*633. *& Tit. Sententia. nu.*26. *p.* 778. Augens pænas legis, ſinè cauſa, tenetur in ſyndicatu. *Tit. Sententia.nu.*19.*p.*776. Minuens pœnam ſine cauſa ſit infamis,& tenetur ad pœnam, quam debuit imponere. *ibi.num.* 19. *p.* 776. Quandò ſit mulctandus pœnis malè iudicantium. *ibi. num.* 23. *p.* 777. Quando prodatur male iudicaſſe ex dolo malo. *ibi. nu.* 25. *p.*777. Pœnæ Iudicis malè iudicantis. *Tit.Canones. nu.*51. *p.* 120.

Iudex ſententians quid agere debet ſi ſcit extraiudicialiter probatum Reum eſſe innocentem. *Tit.Exceptio.num.*30.*p.* 483. *& Tit. Sententia. num.* 56. *p.* 787. An poſſit de reatu conuictum per Teſtes, quem ſcit Innocentem, condemnare. *Tit.Sententia.num.*57.*pag.* 788. Quæ conſiderare debet antè Sententiam. *ibi. nu.* 67. *p.* 793. Poteſt in Sententia alterare pænam Statutariam ex cauſa, quæ tamen delicto cohæreat. *ibi. nu.* 19. *p.* 776. Chiragra impeditus poteſt alteri committere vt nomine ſuo ſubſcribat Sententiæ. *ibi.nu.*30. *p.* 779. Quomodò ſe debeat regulare in danda pœna extraordinaria, quæ tamen accedat ad ordinariam.*ibi.n.*82. *p.* 797. Debet imponere mitiorem pænam extraordinariam, ſi indicia faciunt pluſquàm ſemiplenam probationem, & nolit torturam adhibere. *ibi.num.* 86. *p.* 799. Habens Conſiliarios participes in officio debet ſententiare iuxtà eorum vota, aliter Sententia eſt nulla. *ibi.num.* 94. *p.* 802. Non poteſt exequi Sententiam, quam tulit, ſi de facto admiſit appellationem, quam de iure non debuit. *ibi.num.*100.*p.* 805. Qui vltimò ſententiauit diffinitiuè Sententiam debet exequi. *ibi.num.* 111. *p.* 809. Quomodo procedere debeat in ferendaSententia diffinitiua. *ibi.num.*135. *& ſeqq. p.* 818. Quomodò ſententiando debeat regulare arbitrium in concurſu opinionum inter ſe contrariarum.*ibi.num.*136.*p.* 818. Non poteſt minuere pœnam datam in Sententia diffinitiua, ea prolata.*ibi.num.*239.*& ſeqq.p.*819. Sententiando tenetur eligere opinionem magis probabilem; poteſt etiam amplecti minùs probabilem, ſi tamen ſit Reo fauorabilior. *ibi. num.* 136. *&* 138. *pag.* 819. *V. Sententia*.

Iudex appellatione interpoſita, non procedit; aliter priuaturOfficio,& actus ſunt nulli.*Tit. Canones.n.*26.*p.* 107. Appellatione admiſſa, quæ debeat præſtare. *ibi.num.*33.*p.*111.Concedere ex officio debet apoſtolos Reo idiotæ,etiam non petenti.*ibi.num.*36.*p.*113. Appellationi legitimæ non deferens peccat; proceſſum reddit nullum; & ſi excommunicat

Digitized by Google

nicat non curandum. *ibi.num.37.p.113.* Appellatione interpoſita quid præſtare debeat. *Tit.Canones.num.39. pag. 114.* Poteſt abbreuiare terminum Appellanti. *ibi.num.77. pag. 138.*

Iudex à quo ſi doloſe retardet mittere acta ad Iudicem *ad quem* quid agendum. *Tit. Canones.n.46.p. pag. 117.* Iudex *à quo* appellatum eſt poteſt recuſari vt ſuſpectus, ſi pendente appellatione velit procedere ex nouo crimine contra Appellantem. *Tit. Sententia. num. 106. pag. 807.* Si malè detulit appellationi ab interlocutoria, Cauſa ad eum non reuertitur.. *ibi.num. 148. pag. 822.* Ipſius iuriſdictio impeditur tantum in Cauſa, ſuper qua appellatum eſt. *ibi.num.161.pag. 827.*

Iudex ad quem, nondùm recepta copia actorū, non poteſt cognoſcere de cauſa recuſationis, aut appellationis; aliter acta ſunt nulla. *Tit. Canones. num. 45. pag. 117.* Quid debeat, & tali caſu facere, poſſit. *ibi. num. 50.p. 120.* Si non cognita iudicialiter Cauſâ remittit ad Iudicem *à quo* quid agendum. *Tit. Sententia. num. 113. p. 809.* Quid agere debeat in reuiſione Cauſæ. *ibi. num. 144. p. 821.* Quomodo, & quo ordine debeat cognoſcere ſuper Appellatione. *ibi.num.145.& ſeqq. p. 825.* Quando poſſit inhibere Iudici *à quo* ne aliquid innouet. *ibi.num. 160. p. 826.* Antequam reuocet carcerationem Appellantis quid agere debeat. *ibi.num.162.p.837.* Coràm eo nouas probationes poteſt Reus adducere; & quod ille poſſit. *ibi. num. 166. pag. 828.*

Iudex adiunctus ex cauſa recuſari poteſt tanquàm ſuſpectus. *Tit.Canones.n.118.p.167.*

Iudex Regularis quomodo ſe gerere debeat dum Sæcularis accuſat Religioſum. *Tit. Accuſatio. nu. 55. p.371.* Vali dè examinat Teſtes laicos, & Clericos Regulares, & ſæculares abſquè licentia ſuorum Superiorum. *Tit. Teſtes.num.83. pag. 552.* Sed apud Nos debet petere licentiam, aliter depoſitio Teſtis extra Religionem eſt nulla. *ibi.nu. 84.& 85. p. 553.* De licentia poteſt exercere iuriſdictionem in territorio alieno. *ibi.nu. 99.p.559.* Valent tamen acta petitâ in ſcriptis licentia, & non obtenta. *ibi. num. 99.p. 559.* Poteſt abſtinere à tortura, & Reum extrà ordinem punire. *Tit. Tortura.nu. 131. pag. 628.* Non tenetur ad ſolemnitates iuris, ſed eas ſeruanr benè facit. *Tit. Sententia.num.27. & 28. p. 778.* Nequit cognoſcere de crimine falſæ monetæ, *ibi.num. 125. p. 814.* Deferens ſæcularibus Cauſas Religionis quandò incurrat pœnas reuelantium ſecreta ordinis. *Tit. Patronus. nu. 32. p. 713.* Non debet componere reſponſionem ad defenſiones Rei, ſed eam committere, & cui & quomodo. *ibi.num.187.& 188.p. 761.*

Iudex Commiſſarius ſi habet ſocios Coniudices in cognoſcendo ſuper appellatione quomodò ſe geret. *Tit.Sententia.num.147. p.822. & ſeqq.* Iudices appellationis ad interlocutoria, deputati à Generali, poſſunt per cenſuras procedere contrà Prouinciales ſibi non obedientes in ſpectantibus ad Cauſam *ibi.un.163.p.827.* Iudices appellationis à diffinitiua quæ curare debeant. *ibi. num. 164. pag.827.*

Iudex laicus non poteſt cognoſcere de ſententia Epiſcopi contra Clericum relaxatum brachio ſæculari. *Tit.Pœnarum.nu.160.p.312.*

Iudex quiuis non ſeruans ius non cenſetur Iudex. *Tit. Quid.nu.1.p.13.* ſedere, & alij ſtare debent in actu iudicij. *ibi.nu.143. p. 64.* Qui legitimè damnauit, non poteſt cenſeri inimicus. *Tit. Quales.nu.40.p.82.* Debet eſſe facilis in admittendis Arbitris. *Tit.Canones.nu. 120. p. 168.* Ipſius acta antè recuſationem ſunt valida. *ibi. nu. 130. p. 175.* Habens opinionem probabilem pro ſe excuſatur à cenſura. *Tit. Pœnarum. nu. 95. p. 279.* Non puniens, vt debet, dignitatem amittit; ſicut etiam ſi Teſtes corrumpit, vel ex dolo proceſſum nullum facit. *Tit.Accuſatio.nu. 63. & 64. p. 375.& 376.* Eius arbitrium regulandum eſt à iure. *ibi. nu.66. p. 377.* Iudex Delinquentis tenetur exequi ſententiam latam à Iudice delicti. *Tit.Teſtes.nu.116.p.566.* Iudex ad quem mittuntur Remiſſoriales poteſt compelli ad eas exequendas. *ibi. n. 122. p.568.* Potens concedere impunitatem debet eam ſeruare ſi conceſſit. *Tit. Reus.nu.29. p. 670.* Debet eſſe facilis in admittendis cauſis erroris in confeſſione Rei erronea. *ibi.nu. 56. p. 680.* Ipſius fraus quandò vitiet confeſſionem Rei *ibi.nu. 92. p. 692.* Debet iudicare ſecundum iura, & conſcientiam ſuam. *Tit.Patronus. n. 30. p. 713.* Cognoſcit de offenſa ſibi facta ratione officio. *ibi. num. 76.p.727.*

Iuramentum. Iuramenti ſolo probatur cauſa recuſationis Notarij. & Periti. *Tit. Canones, nu.119.p. 167.* Iuramentum præſtari debet ab Accuſatore. *Tit.Accuſatio.§. 3. p. 353.* Et à Teſtibus, & Notario. *Tit.Inquiſitio.§.8. p. 455.* Iuramentum de re illicita non obligat. *Tit.Pœnarum.nu. 119. p. 292.* Iuramentum debetur in Denunciatione iudiciali. *Tit. Denunciatio.nu. 24. p. 395.* Iuramentum Periti quale ſit. *Tit. Corpus. num. 53.& ſeqq. p. 429.* Iuramentum non exigendum in Viſitatione paterna, poteſt tamen, & aliquandò, expedit, exigi. *Tit. Inquiſitio.nu.4. p. 438.* Iuramentum Sacerdotum quomodò olim, olim; & nunc quomodò præſtatur. *ibi.n. 43. p. 456.* Poteſt præſtari per tactum cuiuſuis rei ſacræ. *ibi.nu.43.p. 456.* Iuramento probatur, quæ conſiſtunt in animo. *Tit. Indicia.nu.16.p. 491.* Iuramentum extraiudiciale, vt deſtruat iudiciale, debet eſſe cum aduertentia. *Tit. Teſtes. nu. 32. p. 528.* Iuramentum Teſtis eſt de iure diuinò,

&

& eſt promiſſorium, & aſſertorum. *ibi.num.* 86.& 87. *pag.*554. Iuramentum iudiciale eſt de iure diuino *exemplariter. ibi. num.* 87. *pag.* 554. Iuramentum de veritate dicenda dandum eſt Reo, & hoc eſt ex conſuetudine, quæ tamen non eſt laudabilis vſquequaque. *Tit.Reus.num.*16.*p.*663. Iuramentum eſt tortura ſpiritualis. *Tit.Reus.num.*91.*p.*692.

Iuramentum de calumnia quandò, & à quo præſtandum, & quomodò differat à iuramento de malitia: & de veritate dicenda. *Tit. Accuſatio. num.* 16.& 17. *pag.*353.& 354. De calumnia, malitia, & veritate æquiparantur. *ibi.num.*72.*p.*379. Iuramentum de calumnia ſi omittatur non vitiat proceſſum: ſed parte opponente eſt de ſubſtantia iudicij. *ibi.nu.*72. *p.*379. Etiam ab Epiſcopis eſt præſtandum. *Tit. Inquiſitio. num.*43. *p.*456. Non vincit præſumptionem contrariam. *Tit.Sententia.nu.*8.*p.*773.

Iurare ſpontè quilibet poteſt; ſed vt quis compelli poſſit ad iurandum requiritur iuriſdictio in compellente. *Tit. Quid.num.*131.*pag.* 56. Iurare debet Teſtis ante depoſitionem, vt probet; & ſi iurat poſt non valet. *Tit.Teſtes.nu.*72. *p.*547. Qui caret manibus iurare debet per Procuratorem. *ibi.num.*72.*pag.*547. Iurat Deus in Scriptura promittendo. *Tit. Teſtis.num.*87.*pag.*554.

Iuriſdictio inchoata non finitur per mortem Delegantis, ſed ſolùm per reuocationem. *Tit. Quid.n.*30. *p.*19. Per quos actus inchoetur iuriſdictio. *ibi.num.*32.*pag.*19. Eius defectus reddit actus nullos. *ibi. num.* 99. *pag* 42. Non eſt radicata donec ea vti cœperit Delegatus. *ibi.num.*133.*pag.*58.

Ius; Iuris eſſentialia, & ſolemnitates quæ. *Tit. Quam.*§. 2. & 3.*pag.*338. & 340. Ius ſententiandi diffinitiuè eſt in toto Diffinitorio; ſed ius carcerandi contumacem eſt in Diſcretorio Conuentuali. *Tit.Pœnarum.num.*91.*pag.* 276. Eſſentialia iuris quo iure introducta. *Tit. Quam.num.*9. & 10.*pag.*341. Iuris præcepta ignorare permittuntur Religioſi. *ibi. nu.* 12. *p.* 342. Ius Accuſatoris fundatur in lege naturali, & diuina. *Tit.Accuſatio. nu.*61.*pag.* 374. Iura ſunt promptiora ad abſoluendum, quàm ad condemnandum. *Tit.Patronus. nu.* 97. *pag.* 736.

Ius Ciuile quid ſit. *Tit.Proemial.num*10. *p.* 6. *V. Lex ciuilis.*

Ius commune iuuatur per municipale. *Tit. Proemial.num.*15.*pag.*8.

Ius naturæ aliquandò accipitur prò dictamine rationis, & conuertitur cum iure Gentium. *Tit.Teſtes.num.*3.*pag.*517.

Iuſtinianus vim dedit reſponſis Iureconſultorum. *Tit.Proemial.num.*16.*pag.*8.

L

L*Æſus*. Laeſi melior eſt conditio quàm lædentis in pari cauſa. *Tit.Teſtes. nu.*90. *pag.* 555.

Laicus non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi, nec Arbiter in Cauſa ſpirituali; ſed poteſt eſſe Aſſeſſor in Cauſa Clerici, & ex dilegatione Papæ Commiſſarius in Cauſa Eccleſiaſtica. *Tit.Pœnarum.num.*13.*pag.*228. Non poteſt accuſare Religioſum niſi in propria cauſa. *Tit. Accuſatio.num.*8.& 54.*pag.*349.& 371. Laicus ſæcularis non poteſt adhiberi ad flagellandum Religioſum. *Tit.Tortura. num.*6.*p.*580. Laico ad deſenſam plus creditur, quàm Clerico ad offenſam. *Tit. Patronus. num.* 77. *pag.* 728.

Latens. Latentia in animo probantur iuramento. *Tit.Reus.num.*54.*pag.*680.

Latro publicus poteſt à quolibet impunè occidi. *Tit.Reus.num.*77.*p.*686.

Lata culpa in criminalibus non æquiparatur dolo. *Tit.Patronus.num.*139.*p.*746. *V.Culpa.*

Lectores Theologi habent inter Nos Perſonarum. *Tit. Quid.nu.*28. *pag.*19. Dicuntur Perſonæ inſignes. *Tit.Accuſatio. num.* 41. *p.*365. Apud Nos comparantur cum Patribus Prouinciæ. *ibi.num.*42. *pag.*365. Eorum dignitas expenditur. *ibi.num.*41.& *ſeqq.p.*365.

Lectura Statutorum neglecta eſt culpa grauis. *Tit. Pœna-rum.num.*69.*pag.*265.

Legitimè. *Vide Dictio*.

Legitimum in iure quid dicatur. *Tit.Tortura.nu.* 25.*pag.* 588.

Leproſi non poſſunt fieri Prælati. *Tit. Quales.n.* 4. *p.* 74.

Leuis homo non facilè credendus. *Tit. Accuſatio. num.* 30. *p.* 359.

Leuitas eſt defectus conſtantiæ. *Tit.Teſtes.num.* 78.*pag.* 550.

Lex modificatiuè diſponendo dat formam agendi, & non habet locum, non verificata conditione præſcripta. *Tit. Quid. num.*97. *p.* 42. Omnes caſus in particulari non comprhendit lex. *Tit.Proemial.num.* 7. *p.*5. Legis ſcopus cognoſcitur ex Proemio. *Tit. Proemial.num.*2.*p.*1. Lex tacita eſt ratio naturalis. *Tit.Canones.num.*72.*pag.*134. Lex prohibens ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis circà prohibita. *ibi.num.*127.*p.*173. Lex ceſſat ceſſante eius cauſa finali; & quem finem habeat lex pœnalis. *Tit.Delictorum. num.* 21.*pag.*199. Lex quandoque concedit maius, & negat minus. *Tit.Pœnarum.nu.*72.*p.*268. Lex ſubiacet neceſſitati, non è contrà. *ibi. num.*175.*p.* 315. Concepta verbis prohibitiuis annullat factum in contrarium. *Tit.Accuſatio.num.*21. *pag.*355.& *Tit.Teſtes. nu.*84. *p.*553. Legis ratio non eſt quærenda vbi diſpoſitio eſt aperta. *Tit.Accuſatio. num.*55. *pag.* 371. Lex vt ſit

iuſta

iuſta debet eſſe rationabilis. *Tit. Teſtes. num. 88. p.554.* Lex loquens abſolutè intelligitur vniuerſaliter. *Tit. Tortura, num. 133. pag. 629.* Leges odioſæ non admittunt niſi ſtrictam interpretationem. *Tit. Sententia. n. 100. p. 805.* Lex ex identitate rationis extenditur. *Tit. Corpus. nu. 52. p. 429.* Leges ſunt promptiores ad abſoluendum, quàm condemnandum. *Tit. Inquiſitio. nu. 1. p. 437.* Lex pœnalis intendit emendare malitiam habitualem. *Tit. Teſtes. nu. 45. pag. 535.*

Lex Ciuilis ergà carceratos humana eſt. *Tit. Pœnarum. num. 73. p. 268.* Habet locum etiam in perſonis Eccleſiaſticis, quandò deficit ius Canonicum; aut hoc illi non contradicit. *Tit. Sententia. nu. 58. & 140. pag. 789. 819.* Eius ſtudium quo ſenſu ſit vetitum Religioſis. *ibi. nu. 58. p. 789.* Eius ſtudium conducit bono regimini Prælatorum. *ibi. nu. 58. p. 789.*

Leges Canonicæ vocantur Capitula; Imperiales verò dicuntur Leges, & quandoquè Capitula. *Tit. Accuſatio. num. 12. p. 351.*

Libellus. Libelli famoſi compoſitor quomodò puniendus. *Tit. Quales. num. 41. p. 83.* Compoſitio libelli famoſi eſt crimen capitale. *Tit. Pœnarum. num. 121. p. 293.* Libellus, quo petitur à Reo compoſitio cum Fiſco, quomodò concipiendus. *Tit. Sententia. num. 128. pag. 815.*

Liber, in quo regiſtrentur Sententiæ habendus in vnaquaque Prouincia. *Tit. Pœnarum. num. 142. p. 305.* Libris matriculatis Mercatorum datur fides. *ibi, num. 142. p. 305.* Libri quot habendi in Archiuio Prouinciæ. *ibi. nu. 143. pag. 305.* Libri ſunt reſignandi Religioni ab eo, qui fit Epiſcopus *ibi. num. 155. p. 310.* Libri legum Regalium vocantur Capitularia. *Tit. Accuſatio. num. 12. pag. 351.*

Ligatio ad funem eſt gradus torturæ. *Tit. Tortura. num. 46. pag. 595.*

Lis. Litis conteſtatio quid ſit. *Tit. Quam. nu. 13. pag. 343.*

Litera. Literæ deligationis benè cuſtodiendæ; & ſi pereant, Cauſa incæpta, quid agendum. *Tit. Quid. nu. 114. p. 47.* Literæ teſtimoniales dandæ Expulſo à Religione. *Tit. Pœnarum. n. 161. pag. 312.* Literæ Remiſſionales quæ, & eas formandi praxis. *Tit. Teſtes. nu. 122. p. 568.* Literæ Commiſſionales quandò, quomodò, & quibus dandæ. *ibi. num. 123. & Tit. Patronus. num. 162. p. 753.* Literæ ſubſidiales, ſeu remiſſoriæ, ſeu commiſſionales quæ; & ſi dirigantur extrà Prouinciam quibus ſint dirigendæ. *Tit. Patronus. num. 162. & 163. p. 753.*

Litera. Vide Scriptura. Vide Delegatio.

Litera cæca non curanda; infamiam non affert; & circà eam quæ cautela adhibenda. *Tit. Denunciatio. num. 21. p. 393.* Si eſt ſubſignata nomine alicuius, ipſo inſcio, eſt cæca. *ibi. nu. 22. pag. 394.*

Locus. Capituli quis ſit. *Tit. Accuſatio. num. 12. p. 351.* Locus delicti adnotandus in Denunciatione. *Tit. Denunciatio. num. 34. p. 399.* Locus examinis Teſtium, & Rei eſt exprimendus, & quare. *Tit. Teſtes. num. 98. p. 559.* Loci à quibus peti poſſunt defenſiones prò Reo. *Tit. Patronus. num. 170. & indè p. 756.*

Loquentes Superiori corrigenti in Capitulo ſine licentia quandò puniendi. *Tit. Carcer. num. 24. pag. 655.*

Lues. Lue venerea contaminati nequeunt fieri Prælati. *Tit. Quales. num. 5. p. 74.*

Lunaticus nequit eligi in Prælatum. *Tit. Quales. num. 10. pag. 75.*

M

Maculatus circà fidem nequit eſſe fieri Prælatus. *Tit. Quales. nu. 22. p 76.*

Magia dæmoniaca eſt crimen capitale. *Tit. Pœnarum. num. 121. p. 293.*

Magiſter Nouitiorum eſt Officialis Ordinis. *Tit. Quales. num. 31. pag. 77.*

Magiſtratus ſuperior cognoſcit, vbi inferior neglegit. *Tit. Quid. num. 61. p. 31.*

Mala fides probatur per Teſtes ſingulares. *Tit. Probatio. num. 5. p. 642.*

Maledicus quis dicatur. *Tit. Accuſatio. num. 30. pag. 359.*

Maleuolentia ex quibus cauſis oriatur. *Tit. Accuſatio. num. 30. pag. 359.*

Maniacus non poteſt eſſe Prælatus. *Tit. Quales. num. 10. pag. 75.*

Mandans delictum punitur pœna Delinquentis. *Tit. Pœnarum. num. 56. pag. 257.*

Mandatarius quis ſit. *Tit. Pœnarum. nu. 56. p. 257.*

Mandatum plus obligat, quàm conſilium. *Tit. Pœnarum. 56. pag. 257.* Mandatum tacitum, & expreſſum æquè puniuntur. *ibi. num. 56. pag. 257.*

Manſuetudo in correctione requiſita. *Tit. Quid. num. 45. pag. 25.*

Manus. Manu carens eſt inhabilis ad Prælaturam. *Tit. Quales. num. 14. p. 75.*

Manuſcripta magis æſtimanda, quàm libri impreſſi. *Tit. Pœnarum. num. 155. p. 310.*

Medicus. Medici multa habent priuilegia. *Tit. Accuſatio. nu. 41. p. 365.* Medicus eſt conſulendus in caſu veneni. *Tit. Corpus. num. 43. p. 425.* Medicus dicens quid eſſe venenoſum ex olfactu viſu, aut guſtu non eſt credendus. *ibi. num. 50. p. 428.* Debet aſſiſtere in tortura funis. *Tit. Tortura. nu. 88. p. 609.* Medico non mentiendum. *Tit. Patronus. num. 166. p. 755.*

Memoria Cauſarum ſcripta qomodò conſtruenda. *Tit. Inquiſitio. num. 27. p. 448.*

Mendacium Rei facit indicium graue. *Tit. Indicia. num. 14. pag. 491.* Illud reuocare quandò quis teneatur. *Tit. Reus. num. 34. p. 672.*

Mens. Vide Alienamentis.

Mentiens in accidentalibus delicti, qui iurauit dicere veritatem ad ſingula interrogata, punitur vt reus criminis Stellionatus. *Tit. Teſtes.*

Digitized by Google

Teſtes. num. 25. *pag.* 525.

Metus grauis in operante minuit aliquid de voluntaris. *Tit. Patronus.nu.*127.*p.*744.

Minæ quales eſſe debent, vt faciant ad recuſationem Iudicis. *Tit. Quales.n.*54.*p.*89. Minæ præcedentes delictum faciunt indicium graue, & quandò ſufficiant ad torturam. *Tit. Indicia. num.*11. *pag.*490. Minæ de torquendo ſunt primus gradus torturæ. *Tit. Tortura. num.* 92. *p.* 612. Minæ probantur per Teſtes ſingulares. *Tit.Probatio.nu.*5.*p.*642.

Minor ex gratia Principis pronunciatus *maior* non poteſt petere reſtitutionem in integrũ. *Tit. Reus. num.* 31. *pag.*671. Minor 25 annis debet mitiùs puniri etiam in delictis atrociſſimis. *Tit.Patronus.num.*83.*p.*733.

Miniſter Generalis eſt Iudex Ordinarius. *Tit. Quid.nu.*6. *p.*14. *Vide Superior. Vide Prælatus. Vide Generalis.*

Miniſter Prouincialis quo ſenſu ſit Iudex Ordinarius. *Tit. Quid. num.*11.*p.*15. *Vide Superior. Vide Prouincialis.*

Miſericordia rigore miſcenda. *Tit. Quid. num.* 48. *pag.* 26. Ipſam oſtendit Superior dum punit. *ibi.num.*47.*p.*25.

Miſſam celebrans non conſtitutus in Sacerdotio traditur Curiæ ſæculari. *Tit.Sententia. nu.* 125. *pag.* 814.

Modus mortificationis notabiliter excedens quis dicatur. *Tit.Canones.n.*49.*p.*119. Modus procedendi iudicialiter quadruplex. *Tit. Quam.* §.1.*p.*337. *& Tit. Quam.n.* 3. *pag.*337. Modus declaratiuus, & reſtrictiuus in ferenda Sententia diffinitiua quis. *Tit. Sententia.num* 46.*&* 47.*p.*784.

Mollities de iure diuino puniṫur morte. *Tit. Pœnarum.num.*122.*p.*294.

Moneta falſa non præſcribitur. *Tit.Patronus.nu.* 93.*p.*735. *Vide Falſa-moneta.*

Monitorij ad furta detegenda forma. *Tit. Pœnarum.num.*176.*p.*319. Monitoria A. C. poteſt intimare Notarius Regularis. *Tit. Inquiſitio. num.*48.*pag.*459.

Monitio trina eſt neceſſaria antè Excommunicationem. *Tit. Quid.num.*128.*pag.*50. *& Tit. Pœnarum.nu.*28.*p.*239. Antè Cenſuras eſt de iure diuiſo. *Tit. Canones.nu.*97. *p.*153. Antè Excommunicationem quandò ſit neceſſaria; & debet fieri perſonaliter. *Tit.Pœnarum. num.*169. *&* 170. *p.*315. *&.*316. Monitio facienda Reo, circà quæ ſit. *Tit.Reus. num.*14. *pag.* 663.

Moroſus & difficilis idem ſunt. *Tit.Pœnarum.nu.* 25. *p.* 237. Moroſus in reſpondendo Teſtis eſt ſuſpectus. *Tit.Teſtes.nu.*65.*p.*543.

Mors. Mortem ex tædio vitæ multi ſibi dederunt. *Tit.Reus.num.*52.*p.*629.

Mortuos citans in conteſtes eſt Teſtis ſuſpectus. *Tit.Teſtes.num.*65.*p.*544.

Mulier, quæ adhibetur vt Perita debet eſſe bonæ famæ, aliter poteſt reprobari. *Tit.Corpus. num.* 20. *p.*413. Mulieri creditur de iure Ciuili, non de Canonico. *Tit. Indicia. num.* 3. *p.* 487 Ipſi plus creditur ad defenſam, quàm Viro ad offenſam. *Tit.Patronus.n.*77.*p.*728.

Multi qui dicantur. *Tit. Quam.n.*4.*p.*339.

Multitudo delinquentium eſt cauſa diminutionis pœnæ, & aliquandò non eſt punienda vt ſcandalum vitetur; ac quomodò poſſit puniri abſque ſcandalo. *Tit.Patronus. num.*118. *pag.* 740.

Munus publicum quod ſit. *Tit. Teſtes. num.* 1. *pag.* 516.

Muri Ciuitatis ſunt ſacri. *Tit. Pœnarum. num.* 102. *pag.* 282.

Mutus non poteſt eſſe Prælatus. *Tit. Quales.nu.* 17.*p.*75. Eſt Teſtis inhabilis. *Tit. Teſtes.num.* 4.*pag.*518. Mutus à natiuitate eſt etiam ſurdus. *ibi.num.*7. *p.*518. Aliquandò admittitur ad teſtificandum, & quomodò. *ibi .num.*7.*p.* 518. In caſu enormiſſimo eſt examinandus, & quomodò. *ibi.num.*81.*p.*551.

N

N*Aſus.* Naſo carentes ſunt inhabiles ad Prælaturam. *Tit. Quales.num.* 14. *p.*75.

Neceſſitas facit concedere aliàs non concedenda. *Tit.Pœnarum. num.* 175. *p.* 319. Licita facit multa, quæ ſinè ea fieri non poſſunt. *Tit.Tortura.num.*40. *p.*593. Facit recedere à diſpoſitione generali, & ex ea obligatur quis inuitus ad vendendas aliis indigentibus res ſuas. *Tit.Reus.num.*77. *p.*686.

Negans id, quod confeſſus eſt in tortura, eſt denuò torquendus. *Tit.Tortura.nu.*64.*p.*601.

Negatiua ſimplex non eſt probabilis. *Tit. Accuſatio.num.*27.*p.*358. *& Tit Sententia. num.*154. *p.*824. Negatiua eſt triplex; *coarctata* eſt probabilis; *facti* quandò ſit probabilis; *iuris* eſt item probabilis; *formæ*, ſeu *qualitatis* eſt probanda; & probari debet ab eo, contrà quem militat præſumptio delicti. *Tit.Accuſatio. nu.* 27.*p.*358. Coarctata loco, & tempore quomodò eſt probabilis. *Tit.Teſtes.nu.*65. *p.*543. Deponens ſuper negatiua non coarctata eſt Teſtis ſuſpectus. *ibi.num.*65.*p.*543.

Neophitus non poteſt fieri Prælatus. *Tit. Quales.num.*22.*p.*76.

Niſi. *Vide Dictio.*

Nobiles. Nobiles olìm non torquebantur, niſi in crimine læſæ Maieſtatis. *Tit.Tortura.num.* 112. *p.* 621.

Nocens nemo deſinit eſſe per pœnitudinem. *Tit.Delictorum.num.*33.*p.*207.

Nomen Delinquentis vel Teſtis ſi neſcitur, exprimitur per accidentia. *Tit.Denũciatio.num.* 40.*p.*400. Nomen Accuſatoris, & Teſtium quandò ſint danda Reo. *Tit. Patronus. num.* 364.*ſeqq. p.*716. *& nu.*51.*&* 58.*p.*719.*&* 721. Nomina Teſtium non manifeſtantur in Tribunali fidei, & quarè. *ibi.num.*46.*p.*718. Non tradenda in Viſitationibus. *ibi.nu.*52. *p.* 720.

Nomi-

Nomine Teſtium dare non tenetur Iudex, niſi Reus ea petat. *ibi. uum* 59. *p.* 721. Nomine ſoclorum danda ſunt Reo, ſi aliqua defenſio ex ijs deſumi poteſt, *ibi. nu.* 145. *pag.*748.

Nominatus à Teſte debet examinari, & ſi non examinetur deſcribatur cauſa, quarè examinatus non eſt. *Tit. Teſtes. num.*94.*p*557.

Notabilis punitio quæ dicatur. *Tit. Delictorum. num.*19.*p.*108.

Notabiliter facta quæ dicantur. *Tit.Canones. uu.* 49.*p.* 119.

Notabiliter. V. Dictio.

Notarius à quibus poſſit creari. *Tit. Quid.n.*135. *p.* 58. Debet ſcribere acta, vt ſint authentica. *ibi. uu.*136.*pag.*59. Cautela adhibenda in illo creando. *ibi. uu.* 138. *pag.* 61. Notarius non ſeribens fideliter acta tenetur de falſo; & ſi grauaret Reum non ſcribendo fideliter quid agendum. *Tit. Cauones.num.* 18. *p.* 103. Suſpectus recuſari poteſt. *ibi. uu.* 119. *pag.* 167. Ipſius recuſati ſcriptura eſt annullanda Reo petente. *ibi. uu.*131. *pag.* 175. Notarius adhibendus in Viſitatione iudiciali. *Tit. Inquiſitio. num.* 9. *p.* 440. Eſt de ſubſtantia iudicij. *ibi.uu.* 44. *pag.* 456. Notarij debent creari in omni Prouincia. *ibi.nu.*47.*pag.*458. eorum creandorum conditiones, & forma. *ibi. uum.* 47.*p.*458. Notarij Regulares quæ acta ſcribere poſſint. *ibi. uu.* 48. *& ſeqq. pag.* 459. Notarius intereſt ne acta vitientur. *ibi. num.* 66. *p.* 466. Notarius augens, minuens, aut alterans dicta Teſtium tenetur de falſo. *Tit. Teſtes.num.*74.*p.*548.

Notitia delicti, quod multi ſciunt æquiualet Famæ. *Tit. Iuquiſitio.uum.*11.*p.*440.

Notorietas Facti debet probari per Teſtes. *Tit. Canoues.uum.*56.*p.*124.

Notorium quid, quotuplex, & plura de eo. *Tit.Cauones.num.*55. *&* 112. *pag.* 124. *&* 163. Quomodò procedendum in caſu notorio. *ibi.uu.*56. *& ſeqq. pag.* 124. Notorium facti tranſeuntis, & permanentis quid. *ibi. num.* 129.*pag.* 174. Notoria ſcire quiſque præſumitur. *Tit.Accuſatio. n*[illegible]5.*p.*352. Notorium crimen non requirit probationem Famæ. *Tit. Iuquiſitio.num.*40.*p.*454. Notorius homicida, etiam non citatus priuatus beneficijs. *Tit.Canones.uum.*51. *p.*120.

Nouitius ſubijcitur in vtroque foro Prælato Regulari priuatiuè quò ad cæteros; gaudet priuilegio Canonis; eſt verus Religioſus; & hunc de delicto quamuis enormi punit Superior Regularis. *Tit. Quid.uum.*74. *p.* 35. Commiſſo delicto volens ſæcularizari Nouitius punitur de illo à Superiore Regulari, etiam ſi deliquerit extrà clauſtra. *ibi. nu.*76. *p.* 35. Sed præſtat illum tradere Epiſcopo puniendum. *ibi num.*78.*p.*36.

Noxa quid ſit. *Tit. Deuunciatio. num.* 10.*p.*388.

Nullitas actorum eſt pœna Iudici. *Tit. Pœnarum.uum.*90. *p.* 276. Nullitas actus inducitur ex omiſſione formæ. *Tit.Reus.num.*4.*p.* 404. Nullitates proceſſus, quæ ſanantur per confeſſionem Rei, & quæ non. *Tit. Reus. num.* 91.*& ſeqq. p.*692.

Nullus eſt proceſſus ſi priùs non conſtet de delicto. *Tit. Corpus.uum.* 2. *p.* 404. Et nulla erat inquiſitio, non probatâ famâ, ſed nunc non, ſi Reus non opponit initio proceſſus. *Tit.Fama.num.*12.*p.*510. Nullum eſt examen Teſtium ſimul examinatorum. *Tit. Teſtes. num.* 105. *p.*562. Nulla eſt confeſſio facta à Regulari coràm Epiſcopo ſi in delicto cognoſcendo non habet iuriſdictionem. *ibi.nu.* 115. *p.* 566. Nulla eſt confeſſio in tortura malè decreta, *Tit. Tortura.num.*31.*p.* 590;

Numerus ad faciendam *multitudinem* requiſitus quis *Tit. Quam.uum.*4.*p.*339. Iuuat numerus Teſtes inhabiles, & quomodò. *Tit. Teſtes. uum.*61. *p.* 541. Numerus Teſtium reſecandus à Iudice; & quandò dicatur ſuperfluus. *ibi.num.*125.*p.*570.

Nymphæ quid ſint. *Tit. Corpus. uum.* 39. *pag.* 423.

O

O*Bedientia. obedire.* Cui ſit obediendum, quandò vrgent præcepta contraria. *Tit. Quid.n.* 69. *p.* 33. Obediri non debet, ei qui priùs de iuriſdictione non docuit. *ibi. num.* 112. *p.* 45. Obedire in quibus tenetur Subditus. *Tit. Pœnarum. num.* 163.*p.* 314. In dubio Subditus tenetur obedire Prælato. *ibi.num.*164. *p.*314. & *Tit. Carcer.num.*13.*p.*652. Obedire non tenetur Subditus, cui nolit Superior aperire cauſam, ob quam eum velit ponere in domo diſciplinæ; nec ſi ille præcipit indiſcretè. *ibi.num.* 21. *p.* 654.

Obfuſcatio mentis vndè poſſit prouenire. *Tit. Patronus.uum.*106.*p.* 738.

Oblatio probationis ſuper exceptione legitima, ſi reijcitur, eximit Appellantem ab onere probandi. *Tit.Sententia.num.* 156.*p* 824.

Obligare. Obligatio. Obligans ſe ad pœnam triremium, aut aliam, quandò ad eam debeat damnari. *Tit. Pœnarum. num.* 117. *& indè. pag.* 291. Obligans ſe ad probandum omnia, ſi probat aliqua, non probat. *Tit. Accuſatio.num.*25 *p.*358.

Obſcurum. Obſcuritas. *Obſcura Repoſitio. V. Teſtis.* obſcuritas ſi non poteſt tolli à dicto Teſtis, tollitur crimen. *Tit. Teſtes. nu.* 38. *p.* 531.

Obſtetrix adhibenda in caſu deflorationis. *Tit. Corpus.*§.2.*p.* 406. Sepè fallitur. *ibi. num.* 14. *p.* 411. Non eſt ei credendum, & non probat. *ibi. uum.* 42. *p.* 425.

Occidere. Occidens attentantem propriam pudicitiam abſquè moderamine inculpatæ tutelæ, extraordinariè puniendus. *Tit.Patro-*

nus. num. 137. *p.* 746. Occidens ex errore diſpenſatur ab Epiſcopo ſuper irregularitate in foro interno *ibi. num.* 138. *p.* 746. Occiſus vno vulnere ſi reperietur, qui fuit impetitus à multis aggreſſoribus non ex condictò, & nemine hortante, Delinquentes ſunt extraordinariè puniendi. *ibi. num.* 129, *p.* 744.

Occultum in iure quod dicatur. Tit. *Inquiſitio.* §. 2. *p.* 441. *& Tit. Accuſatio. num.* 2. *p.* 347. Occultum quotupliciter dicitur. *Tit. Inquiſitio. num.* 5. *p.* 438. *& Tic. Patronus. num.* 73. *p.* 726. Quandò, & à quibus occultum delictum debeat reuelari. *ibi. num.* 10. *p.* 440. Crimen atrox occultum quomodò puniendum. *ibi. nu.* 15. *p.* 443.

Oculus. Oculo carentes ſunt inhabiles ad Prælaturam. *Tit. Quales. nu.* 14. *p.* 75.

Odire quem læſerit proprium humani ingenii eſt. *Tit. Accuſatio. num.* 30. *p.* 359. Odium plurimorum incurrunt Prælati. *Tit. Fama. nu.* 9. *p.* 509.

Officialis. Officiales Curiæ in quos, & quomodò habeant iuriſdictionem. *Tit. Quid. nu.* 89. *& indè p.* 39. Officiales Ordinis ab eius initio qui nàm fuerint, *Tit. Pœnarum. n.* 60. *p.* 259. Officialis cognoſcit de offenſa ſibi facta ratione Officij. *Tit. Patronus. num.* 76. *p.* 727.

Officium quid ſit. *Tit. Quid. nu.* 82. *p.* 38. Officia ordinaria Religionis quæ ſint. *Tit. Quales. n.* 2. *p.* 73. Officium Iudicis qualè ſit. *Tit. Pœnarum. nu.* 14. *p.* 228. Officium propriè, & impropriè quid ſignificet. *ibi num.* 16. *p.* 229. Officium inter Eccleſiaſticos quid dicatur. *Tit. Pœnarum. nu.* 61. *p.* 260. Officio conceſſo, conceſſa ſunt omnia neceſſaria ad illud. *Tit. Teſtes. num.* 83. *p.* 552.

Olisbon quid ſit. *Tit. Corpus. nu.* 40. *p.* 424.

Omninò, V. Dictio.

Opinio magis probabilis eligenda eſt à Iudice; *Tit. Sententia. nu.* 136. *p.* 818. Minùs probabilem etiam ſequi poteſt, dummodò ſit Reo fauorabilis. *ibi. num.* 136. *&* 138. *p.* 819.

Ordinaria ſunt, quæ habentur in iure ſcripto. *Tit. Quid. nu.* 4. *p.* 13. *Ordinarij* nomine qui Superiores veniant. *Tit. Quid. nu.* 71. *p.* 34. Ordinarius Iudex Cauſam poteſt delegare, etiam meri, & mixsi imperij. *Tit. Quid. nu.* 104. *p.* 44. Ordinarius re integra, vel non, poteſt Cauſam delegatam ad ſe vocare. *ibi. num.* 132. *p.* 58. Ordinarius quomodò differat à Diæceſano. *Tit. Pœnarum. nu.* 157. *pag.* 311.

Ordinarius. V. Index ordinarius.

Ordinatio. Ordinationes quis poſſit facere. *Tit. Pœnarum. num.* 168. *p.* 315.

Ordinatoria quæ ſint; & ſunt ſeruanda iuxtà ſtylum loci. *Tit. Proœmial. num.* 20. *p.* 9.

Ordo diuinæ adminiſtrationis in creaturis, quem imitari debet Prælatus in regimine. *Tit. Quid. nu.* 60. *p.* 31. Ordo in appellatione ſeruandus. *Tit. Canones.* §. 4. *p.* 109. Ordo in examinandis Teſtibus. *Tit. Teſtes.* §. 14. *p.* 560. *& num.* 102. *p.* 561. Ordo iuris ſeruandus non eſt, vbi periculum in mora. *Tit. Tortura. num.* 93. *p.* 614. Ordo iuris quandò ſeruandus in Cauſis Regularium. *Tit. Patronus. num.* 42. *p.* 717. Ordo Eccleſiaſticus non perturbandus. *Tit. Sententia. num.* 153. *p.* 824.

P

P*Actum*. Pacta licita facta ſinè dolo malo ſunt ſeruanda. *Tit. Sententia. nu.* 134. *pag.* 817.

Pallor eſt indicium leue. *Tit. Iudicia. num.* 5. *p.* 488.

Papa ex certa ſcientia procedens poteſt quemlibet delegare. *Tit. Quid. num.* 101. *pag.* 43. Quandò dicatur procedere ex certa ſcientia. *ibi. num.* 102. *p.* 43. Papa recuſari non poteſt vt ſuſpectus. *Tit. Canones. num.* 124. *pag.* 171. Quo caſu poteſt committere Cauſam Iudici ſuſpecto. *Tit. Quales. num.* 57. *pag.* 90.

Par. Paria ſunt non habere filium, & habere, ſed non habilem ad ſuccedendum & non facere, aut facere aliquod non legitimè. *Tit. Patronus. num.* 15. *pag.* 707.

Paralyticus non poteſt eligi in Prælatum. *Tit. Quales. num.* 8. *pag.* 75.

Parochus. Parocho abſenti per bimeſtre ſubrogatur Viceparochus. *Tit. Quid. nu.* 21. *pag.* 17.

Parricidium non præſcribitur. *Tit. Paronus. n.* 93. *pag.* 735.

Pars. Partes vnitæ ſi probantur, probatur totum. *Tit. Teſtes. num.* 48. *pag.* 536.

Partus ſequitur ventrem. *Tit. Pœnarum. num.* 156. *pag.* 311.

Paſquinata. V. Epitheſes.

Pater quæ poſſit in iudicio pro Filio, ſi exiſtit ſub patria poteſtate. *Tit. Accuſatio. n.* 58. *pag.* 373. Componit controuerſias leues filiorum. *ibi. nu.* 59. *pag.* 374. Eorum exceſſus graues non poteſt punire. *ibi. num.* 59. *pag.* 374. Non poteſt cogi ad teſtificandum contra filium, niſi crimen ſit enorme, aut veritas alitèr haberi non poſſit. *Tit. Teſtes. n.* 95. *pag.* 558. Et apud Nos requiritur licentia Generalis. *ibi. n.* 96. *pag.* 558. Pater patria poteſtate filium punire poteſt; etiam, ſi eſt Clericus, poteſt ad correctionem verberare. *Tit. Carcer. num.* 6. *pag.* 649. Abſque filio poteſt remittere iniuriam filio factam ab extraneo, non verò à domeſtico. *Tit. Sententia. nu.* 126. *p.* 825.

Pater grauis. Patres graues in Ordine noſtro qui ſint. *Tit. Delictorum. num.* 18. *pag.* 197. Sunt corrigendi cum diſcretione. *ibi. num.* 19. *pag.* 198. Deputandi ad expulſionem incorrigibilium quandò, & quomodò eligi debeant. *Tit. Pœnarum. num.* 129. *&* 130. *p.* 299.

299. Iſti quomodò debeant conſulere expulſionem incorrigibilium. *ibi. nu.* 135. *pag.* 301. *& indè.* Patres grauiſſimi non ſunt torquendi. *Tit. Tortura n.* 112. *pag.* 621. Dè licentia Generalis poſſitnt torqueri. *ibi. num.* 113. *pag.* 622. Examinandi ſunt cum honore. *Tit. Reus. num.* 17. *pag.* 664.

Pater Ordinis eſt vir Conſularis. *Pater Prouinciæ* eſt vir Proconſularis. *Tit. Accuſatio. nu.* 40. *p.* 364.

Paternaliter procedere quandò habeat Superior. *Tit. Quid. nu.* 57. *p.* 30.

Patronus quiſnam olim fuerit, & quod eius munus. *Tit. Patronus. nu.* 3. *p.* 703. Debet eſſe Vir granis; debet iurare ſe fideliter defenſurum clientnlum ſuum, & debet pro Reo proponere exeeptiones, *ibi. num.* 5. *pag.* 704. Eius aſſignatio quomodò facienda Reo. *ibi. num.* 13. *pag.* 707. Debet eſſe vnus ex noſtris Fatribus. *ibi. num.* 14. *pag.* 707. In Cauſa grauiſſima, Reo petente, vocandus eſt ex alia Prouincia. *ibi. num.* 15. *pag.* 707. Nominatus à Reo non poteſt recuſare, niſi ex cauſa, & qua. *ibi. nu.* 17. *p.* 709. Acceptato officio, non poteſt, niſi ex cauſa remoueri, cauſa debet eſſe euidens, & deſcribi in proceſſu. *ibi. num.* 18. *&* 19. *pag.* 709. Ipſi danda eſt omnis commoditas ad defenſam Rei. *ibi. num.* 20. *pag.* 709.

Patronus, quomodò articulare debet prò renocanda confeſſione Clientuli ſui. *Tit. Reus. nu.* 53. *p.* 680. Nequit aperire Aduocato ſæculari qualitates turpes Iudicis, Actoris, ant Teſtis ad excipiendum contrà eos; & ſi ſaluare poteſt Reum exceptione turpis cauſæ contrà illos, quid agendum. *Tit. Patronus. nu.* 24. *p.* 711. Non poteſt petere conſilium ab Aduocato ſæculari, quandò in Religione habet copiam ſufficienter periti in re criminali. *ibi. num.* 25. *pag.* 711. Reuelans ſæcularibus ſecreta Religionis quandò incurrat in pœnas. *ibi. nu.* 32. *pag.* 713. Allegans Iudicem ſuſpectum ſinè cauſa legitima tenetur actione iniuriarum. *ibi. num.* 75. *pag.* 727. Poteſt obiicere Actori, & Iudici propria delicta ad defenſam ſui Clientuli. *ibi. num.* 124. *pag.* 743. Seruare debet modeſtiam in defendendo. *ibi. nu.* 142. *p.* 747.

Patronus quomodò ſe gerct in patrocinando. *Tit. Patronus. nu.* 165. *& ſeqq. p.* 754. Corrumpens Iudicem, aut Teſtem tenetur pœna falſi. *ibi. num.* 165. *p.* 754. Poteſt per ſubterfugia decipere Aduocatum partis aduerſæ; ſed non conſulere Clienti, vt mentiatur. *ibi. num.* 165. *pag.* 754. Doloſè defendens Reum malè eſt præuaricator, & infamis, & extraordinariè punitur. *ibid. num.* 166. *p.* 755. Sciens à Reo delictum verè à ſe commiſſum, non poteſt articulare, illud nō fuiſſe ab eo commiſſum *ibi. n.* 167. *p.* 755. Quomodo debet articulare interrogatoria pro repetitione Teſtium. *ibi. num.* 176. *p.* 358. Poteſt appellare ſi Iudex renuit repetere Teſtes ſuper articulis propoſitis. *ibi. nu.* 177. *p.* 758. Quomodò proponere debeat articulos defenſorios. *ibi. nu.* 178. *p.* 758. Quæ curate debeat in componendis defenſionibus. *ibi. nu.* 179. *p* 758. Poteſt nomine Rei inſtare ne Diffinitor ſuſpectus intret ad ſententiandum. *ibi. nu.* 180. *p.* 759. Eſt citandus cum Reo ad Sententiam. *ibi. nu.* 182. *p.* 759. Quid facere debeat ſi Sententia eſt iniuſta. *ibi. nu.* 183. *p.* 760. Debet replicare contrà reſponſiones Fiſcalis ad ſuas defenſiones. *ibi. num.* 192. *p.* 763.

Patronus quam cautelam debet habere quandò fuit proceſſum contrà Clientem per denunciationem. *Tit. Sententia. num.* 71. *p.* 794. Quandò poſſit ſuadere Reo, vt petat à Iudice compoſitionem. *ibi n.* 127. *p.* 815.

Pauper Teſtis non torquetur. *Tit. Teſtes. n.* 60. *p.* 541.

Peccare Peccant. Peccatum. Peccat contra prudentiam præcipitanter agens. *Tit. Delictorum. num.* 28. *pag.* 203. Peccatum publicum parit infamiam. *Tit. Delictorum. num.* 11. *pag.* 388. Peccantes publice ſunt Teſtes Inhabiles. *Tit. Teſtes nu.* 5. *p.* 518.

Perfidia quid ſit. *Tit. Pœnarum. nu.* 82. *p.* 272.

Periculum in mora quandò dicatur eſſe. *Tit Delictorum. nu.* 10 *p.* 192.

Periurium Teſtis eſt æqualis grauitatis in omnibus delictis. *Tit. Tortura. nu.* 2. *p.* 579.

Peritus ſuſpectus poteſt recuſari. *Tit. Canones. num.* 118. *pag.* 167. Debet eſſe excellens in arte ſua; & vnus non ſufficit in iudicio criminali. *Tit. Corpus. nu.* 51. *p.* 429. Iurare debet de ſeruando ſecreto, & de veritate, & credulitate reſpectiuè; ac ſcripto relationem facere. *ibi. nu.* 52. 53. *&* 54 *p.* 429. *&* 430. An debeat reddere rationem ſui dicti. *ibi. nu.* 56. *p.* 430. Eius iudicium retractatur ad iudicium magis periti. *ibi. nu.* 58. *p.* 431. Eius dictum abſque examine non valet, nec reputatur niſi aſſignet rationes peritiæ. *ibi. nu.* 59. *p.* 431. Peritus debet aſſiſtere in tortura funis. *Tit. Tortura. nu.* 82. *p.* 609. Peritus quo caſu ſit adhibendus. *Tit. Corpus. num.* 14. 17. 20. *&* 51. *p.* 412. Si deponit in dubio delictum non eſt probatum. *ibi. nu.* 17. *p.* 412. In re facili ſufficit vnus Peritus, in difficili, non. *ibi. nu.* 18. *p.* 412. In caſibus arduis eligi debent magis periti. *ibi. nu.* 19. *p.* 413. Peritus pauper, malæ famæ, & inexpertus poteſt reprobari. *ibi. nu.* 20. Ipſius dicto quando ſit ſtandum. *ibi. n.* 21. *p.* 414. *Vid. Tit. Corpus. num.* 51. *& ſeqq. plura de eo. p.* 429.

Pernicies quid importet. *Tit. Denunciatio. nu.* 12. *p.* 388.

Perſona inſignis quæ. *Tit. Accuſatio. nu.* 40. *&* 41. *p.* 364. Grauis, & grauiſſima Perſona in Ordine noſtro quæ ſit; & non poteſt notabiliter pœnitentiari. *Tit. Fama. nu.* 10. *p.* 510. Perſonæ grauiſſimæ non debent adigi

Digitized by Google

ad iurandum prò ferendo teſtimonio, dicta tamen earum non plenè probant, ſed faciunt tantùm præſumptionem. *Tit. Teſtes. nu.* 89. *p.* 555. Perſonæ viles, quæ in iudicio torqueri debent ad teſtificandum, quæ ſint. *Tit. Tortura. num.* 44. *p.* 594.

Perſuadens punitur vt faciens. *Tit. Accuſatio. nu.* 64. *p.* 376.

Petitio compoſitionis cum fiſco facta à Reo non facit nouum indicium, aut adminiculum contrà hunc. *Tit. Sententia. nu.* 133. *p.* 817. Petitio veniæ facta Iudici à Reo videtur implicita confeſſio delicti, & auget indicia ad torturam, etiamſi fiat extraiudicialiter. *ibi. nu.* 133. *p.* 817.

Phreneticus eſt Teſtis inhabilis. *Tit. Teſtes. nu.* 4. *p.* 518.

Phitiſicus nequit eligi in Prælatum. *Tit. Quales. nu.* 6. *p.* 74.

Phyſionomia mala eſt indicium leue; *Tit. Indicia. nu.* 5. *p.* 488.

Plebs. quæ dicatur in iure Ciuili; & quæ dicenda inter Regulares; & eius gradus. *Tit. Denunciatio. nu.* 20. *p.* 393.

Pluralitas vótorum in Capitulis à quò attendatur. *Tit. Pœnarum. nu.* 139. *p.* 302.

Podagricus perpetuus nequit eligi in Prælatum. *Tit. Quales. nu.* 6. *pag.* 74.

Pœna duplicanda Reo malè appellanti *Tit. Canones. nu.* 52. *pag.* 121. Eſt reordinatiua culpæ; & quæ ſit pœna infamans. *Tit. Delictorum. nu.* 6. *pag.* 190. Pœna delictorum atrocium cui reſeruata. *ibi. nu.* 9. *p.* 191. Pœna debet commenſurari culpæ. *ibi. num.* 20. *p.* 199. *&* *Tit. Sententia. nu.* 38. *pag.* 781. Pœna eſt delictorum coercitio, & multipliciter diuiditur. *Tit. Pœnarum. nu.* 1. *&* 3. *pag.* 222. *&* 223.

Pœna in dubio eſt temporalis, & eius perpetuitas eſt arbitraria Deffinitorio. *Tit. Pœnarum nu.* 3. *pag.* 223. Pœna ordinaria, extraordinaria, arbitraria quæ. *ibi. nu.* 4. *p.* 223. Pœna quandò extendatur. *ibi. nu.* 54. *p.* 256. Pœnæ ſi ſunt incompoſſibiles, quæ danda; compoſſibiles in delicto atroci còmplicantur. *ibi. nu.* 59. *p.* 258. Pœna impoſita à iure eſt perpetua. *ibi. nu.* 98. *p.* 281.

Pœna quando, & quomodo ſit Iudici arbitraria, & ab eo minuenda. *Tit. Accuſatio. nu.* 66. *&* 67. *pag.* 377. Certa, crimine incerto, non danda. *Tit. Denunciatio. nu.* 29. *pag.* 397. Non eſt indicenda antè obiectionem culpæ. *Tit. Carcer. nu.* 20. *pag.* 654. Pœna quarè non minuenda iuuenibus delinquentibus in Religione. *Tit. Patronus. num.* 85. *pag.* 734. Pœnæ minoratio ob quas cauſas fiat. *ibi. nu.* 83. *& ſeqq. p.* 733. *& n.* 106. *& ſeqq. p.* 738. Pœna eſt augenda ex reiteratione delicti. *Tit. Sententia. nu.* 21. *pag.* 777. Pœna eſt augenda ob frequentiam delinquentium, ſed ab eo Iudice ſolo, qui poteſt per edictum ſtatuere pœnas. *ibi. nu.* 85. *p.* 798. Pœna alternatiua ad libitum Rei poſita in Sententia reddit hanc nullam. *ibi. nu.* 38. *p.* 781. Pœna minor datur quandò proceditur per inquiſitionem, quàm per denunciationem. *ibi. nu.* 72. *p.* 794. Quæ pœna inter Regulares ſuccedat pœnæ pecuniariæ, & confiſcationi bonorum inter ſæculares. *ibi. nu.* 84. *p.* 797. Pœna debet eſſe eò minor, quo crimen magis elongatur à dolo. *ibi. num.* 83. *p.* 798. Pœna corporalis ſuccedit loco defectus pecuniæ. *ibi. nu.* 81. *p.* 798. Pœna minima eſt infligenda, quando Iudices diuerſas pœnas opinantur. *ibi. nu.* 95. *p.* 803.

Pœna non ſeruantium Practicam Criminalem Ordinis. *Tit Proemial. nu.* 6. *pag.* 4. Non recipientium Statuta Capituli Generalis. *ibi. nu.* 14. *p.* 7. Iudicis procedentis poſt legitimam appellationem. *Tit. Canonis. nu.* 26. *pag.* 107. Non ſeruantis gradationem in appellando. *ibi. nu.* 31. *p.* 110. *& Tit. Canones.* §. 4. *pag.* 109. Iudicis malè iudicantis. *ibi. nu.* 51. *p.* 120. Recurrentis ad Superiorem non expectata Sententia; vel non interpoſita Appellatione; vel ſinè literis obedientialibus. *Tit. Canones.* §. 10. *pag.* 121. Frangentis ieiunium. *Tit. Applicatio.* §. 1. *p.* 331. Non recitantium officium diuinum. *ibi.* §. 2. *p.* 331. Abutentium verbis Sacræ Scripturæ. *ibi.* §. 3. *p.* 331. Otioſorum notabiliter. *ibi.* §. 5. *p.* 331. Negligentium Sacramenta, aut Miſſam. *ibi.* §. 4. *p.* 331. Scandalizantium verbis obſcœnis. *ibi.* §. 6. *p.* 331. Dormientium abſque forma habitus. *ibi.* §. 7. *p.* 331. Infamantium proximos. *ibi.* §. 8. *p.* 331. Iniuriantium Prælatos. *ibi.* §. 9. Minantium, & percutientium. *ibi.* §. 10. *p.* 331. Teſtis falſi in iudicio. *ibi.* §. 11. *p.* 332. Contumacium. *ibi.* §. 12. *p.* 332. Proprietariorum. *ibi.* §. 13. *p.* 332. Reuelantium ſecreta Ordinis. *ibi.* §. 14. *p.* 332. Componentium libellos famoſos. *ibi.* §. 15. *p.* 332. Imprimentium libros ſinè licentia. *ibi.* §. 16. *p.* 332. Rei de ſuſpecto conſortio. *ibi.* §. 17. *p.* 332. Conuicti de ſolicitatione ad turpia. *ibi.* §. 18. *pag.* 332. Committentis furtum. *ibi.* §. 19. *pag.* 332. Intercipientis literas alienas. *ibi.* §. 20. *pag.* 332. Rebellantium Superioribus. *ibi.* §. 21. *pag.* 333. Apoſtatarum. *ibi.* §. 22. *pag.* 333. Obloquentium de Prælatis. *ibi.* §. 23. *pag.* 333. Recipientium Nouitios abſquè requiſitis. *ibi.* §. 24. *p.* 333. Portantium camiſias lineas. *ibi.* §. 26. *pag.* 333. Induentium veſtes ſæculares. *ibi.* §. 27. *pag.* 333. Recipientium aliquod à Nouitiis. *ibi.* §. 25. *pag.* 333. Equitantium ſinè neceſſitate. *ibi.* §. 28. *pag.* 333. Orationem mentatem fugientium. *ibi.* §. 29. *pag.* 333. Tractantium negotia Principum. *ibi.* §. 30. *pag.* 333. Negligentium hoſpitalitatem. *ibi.* §. 31. *pag.* 333. Aſcultantium Confeſſionem ſacramentalem ſinè licentia. *ibi.* §. 32. *p.* 333. Laborantium morbo gallico. *ibi.* §. 33. *pag.* 333. Dimittentium ad Ordines contrà Canones.

nes. *ibi.* §.34. *pag.* 333. Non reſidenrium ad ſuam curam. *ibi.* §.35. *pag.* 333. Fornicantium. *ibi.* §.36. *pag.* 334. Sacrilegorum. *ibi.* §. 37. *pag.* 34. Sodomitarum. *ibi.* §. 38. *p.* 334. Percutientium baculo. *ibi.* §.39. *pag.* 334. Homicidæ, aut mutilantis. *ibi.* §. 40. *pag.* 334. Vulnerantis enormiter. *ibi.* §.41. *pag.* 334. Occidentis, aut vulnerantis Prælatum Localem. *ibi.* §.42. *pag.* 334. Percutientis leuiter Prouincialem. *ibi.* §.43. *pag.* 334. Percutientis Generalem *ibi.* §.44. *pag.* 334. Falſificantis ſigilla. *ibi.* §.45. *pag.* 334. Introducentium fœminas in Conuentum. *ibi.* §.46. *pag.* 334. Conſpirantium in Fratrem, aut Superiorem. *ibi.* §.47. *pag.* 334. Tentantis diuiſionem Ordinis. *ibi.* §.48. *pag.* 334. Recurrentis ad Tribunal ſæculare. *ibi.* §.49. *pag.* 334. Reuelantis Confeſſionem Sacramentalem. *ibi.* §.50. *pag.* 335. Apoſtatarum grauiſſimorum. *ibi.* §.51. *pag.* 335. Rebellium in Generalem, aut Viſitatorem. *ibi.* §. 52. *pag.* 335. Subornantium vota. *ibi.* §.53. *pag.* 335. Alchimiſtarum. *ibi.* §. 54. *pag.* 335. Falſificantium monetas. *ibi.* §.55. *pag.* 335. Obloquentium de Papa. *ibi.* §.56. *pag.* 335. Malè promotorum ad Ordines. *ibi.* §.57. *pag.* 335. Ingredientium Clauſtra Monialium. *ibi.* §.58. *pag.* 335. Simoniacorum. *ibi.* §.59. *pag.* 335. Mandantis, vel conſulentis delictum. *Tit. Pœnarum. num.* 56. *pag.* 257. Cooperantis carcerato ad fugam. *ibi. num.* 104. & 105. *pag.* 283. & 284. Fugientis è carcere eſt Iudici arbitraria. *Tit. Iudicia. num.* 17. *pag.* 492. Iudicis malè torquentis, quæ incurritur ob quamuis Torturæ ſpeciem. *Tit. Tortura. num.* 139. *pag.* 631. Pœna homicidij eſt mors. *Tit. Sententia. num.* 83. *pag.* 798.

Pœna ordinaria eſt infligenda delicto plenè probato. *Tit. Accuſatio. num.* 66. & 67. *pag.* 377. Non habet locum in delicto, in quo non eſt dolus. *Tit. Patronus. num.* 88. *pag.* 734. Quandò commutanda, & in quam. *Tit. Sententia. num.* 58. *pag.* 789. Infligitur quandò in caſu notorio, Index procedit ex Officio, & quando Reus eſt conuictus per plures, quàm per duos Teſtes. *ibi. num.* 73. *pag.* 795. Non poteſt dari ex ſolis indicijs, licet violentis. *ibi. num.* 75. *pag.* 795. Infligitur ex indicijs pluſquàm indubitatis. *ibi. num.* 77. *pag.* 796. Vel ex duobus indicijs indubitatis cum vno Teſte integro; aut ex vno indicio indubitato cum duobus Teſtibus non totaliter defectiuis. *ibi. num.* 78. *pag.* 796. Vt poſſit dari in crimine falſæ monetæ requiritur probatio concludens, & non ſufficit præſumptiua. *ibi. num.* 82. *pag.* 797.

Pœna extraordinaria aliquandò eſt magis proficua Reo, quàm Tortura. *Tit. Tortura. num.* 129. *pag.* 628. Extenditur etiam ad corporalem. *Tit. Sententia. nu.* 80. *pag.* 797. Extraordinaria, quæ ſit maior, quàm ordinaria, quomodo regulanda. *ibi. num.* 85. *pag.* 798. Infligi poteſt pœna extraordinaria loco Torturæ *ibi. num.* 86. *pag.* 799.

Pœna arbitraria quomodò, & quando Iudici ſit. *Tit. Accuſatio. num.* 66. & 67. *pag.* 377. Apud Nos non datur Tortura corporalis, ſi pœna delicti eſt Iudici arbitraria. *Tit. Tortura. num.* 76. *pag.* 606. Pœna arbitraria regulariter non poteſt eſſe corporalis; ſed poteſt eſſe talis aliquandò ex circumſtantia. *ibi. num.* 76. *pag.* 606. Arbitraria eſt pœna Iudici cum Reo ſpontè confeſſo. *Tit. Reus. num.* 64. *pag.* 683.

Pœna Statutaria non datur niſi pro delicto conſummato, vel quandò lex punit conatum pro actu; vel cum deuentum eſt ad actum proximum. *Tit. Pœnarum. num.* 55. *pag.* 257. Pœna Statutaria quandò nequeat à Iudice augeri, vel minui. *Tit. Sententia. n.* 4. *pag.* 771.

Pœna Talionis eſt ſimilitudo vindictæ, & eſt de Iure Diuino, Canonico, & Cæſareo. *Tit. Pœnarum. num.* 41. *pag.* 250. In foro Laico mutata eſt in pœnam arbitrariam, ſed renouata fuit per B. Pium V. & apud Nos debet omnino ſeruari *Tit. Accuſatio. num.* 18. *pag.* 354. Euaditur ſi probatur vnum crimen ex connexis, de quibus fuit data Accuſatio. *ibi. num.* 23. *pag.* 357. Vel ſi Actor ſemiplenè probat delictum. *Tit. Accuſatio* §.4. *pag.* 356. Pœna Talionis quandò non euadatur. *ibi. num.* 24. *pag.* 357. Quandò infligatur etiam Denunciatori calumnioſo. *Tit. Denunciatio. nu.* 18. *pag.* 391.

Pœna priuationis habet tres gradus. & illi perculſi nequeunt eſſe Prælati. *Tit. Quales. num.* 20. & 33. *pag.* 76. & 79. *Tit. Exceptio. num.* 26. *pag.* 482. Pœna priuationis officiorum Ordinis correſpondet confiſcationi omnium bonorum inter Sæculares. *Tit. Sententia. num.* 81. *pag.* 797. Vide *Priuatio.* Vide *Priuatus.*

Pœna Carceris, quæ ſit. *Tit. Pœnarum. num.* 22. *pag.* 234. Vide *Carcer.*

Pœna Triremium ſucceſſit deportationi. *Tit. Pœnarum. nu.* 23. *pag.* 235. Reddit Infamem. *ibi. num.* 114. *pag.* 289.

Pœna Capucij probationis eſt ſpecies degradationis, & ex ſe infamat. *Tit. Pœnarum. num.* 42. *pag.* 251.

Pœnitentia non infamat, ſed crimen. *Tit. Canones. num.* 87. *pag.* 145. Pœnitentia ſalutaris, quæ. *Tit. Delictorum. num.* 6. *pag.* 190. Pœnitentia in foro animæ, non impedit eam in foro externo. *ibi. nu.* 22. *pag.* 200. Pœnitentiam ſalutarem contumaciter renuens eſt carcerandus. *Tit. Delictorum. num.* 26. *pag.* 202. Pœnitentia publica, eſt exemplar pro alijs. *Tit. Pœnarum. num.* 32. *pag.* 244. Pœnitentia occulta non tollit pœnam fori. *Tit. Accuſatio. num.* 11. *pag.* 351. Pœnitentia priuata non releuat à pœna delicti publici. *Tit. Denunciatio. num.* 9. *pag.* 387. Pœnitentia paterna eſt ad puram emendationem Subditi. *Tit. Carcer. num.* 19. *pag.* 654.

Teni-

Pœnitentiare. Pœnitentiatus. Pœnitentiare requirit iuriſdictionem. *Tit. Quid. num.* 131. *pag.* 56. Pœnitentiati à Sancto Officio ſunt inhabiles ad Prælaturam. *Tit. Quales. nu.* 22. *pag.* 76. Pœnitentiatus in foro paterno poteſt puniri in iudiciali. *Tit. Delictorum. nu.* 20. *pag.* 199. Pœnitentiando eſt aſſignanda cauſa, quare pœnitentietur. *Tit. Carcer. num.* 19. *pag.* 654.

Populus fit ex pluribus hominibus, & apud eum eſt poteſtas publica. *Tit. Iudicia. num.* 33. *pag.* 498.

Poſtulare in iure, quid ſit. *Tit. Pœnarum. num.* 52. *pag.* 255.

Poteſtas publica eſt apud Populum. *Tit. Iudicia. num.* 33. *pag.* 498. Poteſtas duplex, puta patria, & iudiciaria reperitur in Prælato. *Tit. Carcer num.* 8. *pag.* 650.

Practica. Praxis, Practica ſignificat diuerſa, & quæ. *Tit. Proemial. num.* 3. *pag.* 1. Practica Criminalis noſtra eſt medulla Canonum. *Tit. Canones. num.* 81. *pag.* 140. Praxis petendi licentiam examinandi Teſtes non Subditos, & ſi denegetur, quid agendum. *Tit. Teſtes. num.* 85. *pag.* 553. Praxis pro adhibendo in Teſtem Religioſum infamem infamia facti. *Tit. Tortura. num.* 41. *pag.* 593. Practica Criminalis noſtra, quam auctoritatem habeat. *Tit. Proem. num.* 8. *& ſeqq. pag.* 5. An indiguerit confirmatione Apoſtolica, vt obligaret. *ibi. num.* 10. *pag.* 6. Quæ in ea ponuntur deſumpta à Doctoribus habent vim legis, & quomodò. *ibi. num.* 15. *& ſeqq. pag.* 8.

Præcedentia non ſemper arguit Prælaturam. *Tit. Delictorum. num.* 44. *pag.* 216.

Præcedentia Commiſſariorum, quæ. *Tit. Quid, num.* 142. *&* 143. *pag.* 63. *&* 64.

Præcepta contraria ſi vrgent, cui obediendum. *Tit. Quid. num.* 70. *p.* 33. Præceptum obedientiæ, iuxtà aliquos æquiualet iuramento. *Tit. Teſtes. num.* 72 *pag.* 547.

Prædicator Clariſſimus gaudet priuilegio Lectoris Theologi. *Tit. Accuſatio. num* 44. *pag.* 366.

Præiudicium Iudicis, eſt malus in recuſatione, quàm in appellatione. *Tit. Canones. num.* 123. *pag.* 170.

Prælatura. Prælatus. Prælatus habet poteſtatem directiuam, & coercitiuam. *Tit. Quid. num.* 89. *pag.* 39. Prælatura importat iuriſdictionem ordinariam; & Prælaturis duabus nemo frui poteſt. *Tit. Quales. num.* 36. *pag.* 80. Prælatus in correctionibus debet abſtinere à contumelijs. *Tit. Canones. num.* 85. *pag.* 143. *& Tit. Pœnarum. num.* 68. *pag.* 265. Non poteſt Prælatus præcipere Indifferentia, niſi bono fine cohoneſtentur. *ibi. num.* 04. *pag.* 150. Prælatus indulgendo criminibus frequenter commiſſis eſt impius, peccat mortaliter, & fit infamis. *Tit. Delictorum. num.* 24. *pag.* 201. Petens conſilium à Capitulo, non auget numerum votorum. *ibi. num.* 29. *pag.* 204. Debet amplecti contumacem ad cor reuerſum. *ibi. num.* 32. *pag.* 207.

Prælatus antiquitùs non poterat accuſari; nunc accuſari poteſt, & quomodò. *Tit. Accuſatio. num.* 27. *& ſeqq. pag.* 362. Comparatur Patri, aut Domino, & poteſt reuocare confeſſionem ſui Subditi, & vindicare ſuum Monachum ab alieno Monaſterio. *ibi. num.* 58. *pag.* 373. Non poteſt non acceptare querelam factam in foro paterno. *ibi. num.* 59. *pag.* 374. Nequit paternè punire Accuſatum de crimine graui. *ibi. num.* 60. *pag.* 374. Quandò teneatur Prælatus corrigere Subditum ſecretò. *Tit. Denunciatio. num.* 7. *pag.* 385. Prælatus eſt canis venaticus, ſed aliquandò mutus. *Tit. Inquiſitio. num.* 57. *pag.* 462. Prælatus non debet credere indiſcretè cuicumque accuſanti, aut denuncianti proximum. *Tit. Carcer. num.* 22. *pag.* 654.

Prælatus Generalis, & Prouincialis poteſt creare Notarios. *Tit. Quid. num.* 135. *pag.* 58. Prælati maiores, quomodò ſe gerent in appellatione ſuper pœnitentijs extraiudicialiter iniunctis ab inferioribus. *Titul. Sententia. num.* 116. *pag.* 811.

Prælatus Localis comparatur Epiſcopo. *Tit. Quid. num.* 64. *pag.* 12. Quomodo ſe geret in receptione confeſſionis ſpontaneæ Subditi de crimine graui. *Tit. Inquiſitio. num.* 18. *pag.* 444. Poteſt diſpenſare ſuper Irregularitate ex homicidio per errorem in foro interno. *Tit. Patronus. num.* 138. *pag.* 746. Vide *Superior.* Vide *Prouincialis*.

Præparatoria ad iudicium veniunt nomine iudicij. *Tit. Quid. num.* 137. *pag.* 60. Præparatoria iudicij, quæ. *Tit. Quam.* §. 2. *pag.* 238.

Præſes. Præſidentes in Conuentu ſunt Prælati, & habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. *Tit. Quid. num.* 14. *&* 16. *pag.* 15. *&* 16. Tamen ſi ſint à Diffinitorio electi, & qualis, eorum poteſtas. *ibi. n.* 17. *&* 19. *pag.* 16. Præſidens in Refectorio, abſente Prælato, non eſt Prælatus; quæ poſſit, & non; & quis talis eſſe debet. *Tit. Delictorum. num.* 41. & 46. *pag.* 216. *&* 218. Præſes in Collegio Iudicum non debet aperire votum ſuum, ſed Sententiam, iuxtà votum maioris partis Coniudicum. *Tit. Sententia num.* 94. *pag.* 802.

Præſcriptio delictorum quandò valeat. *Tit. Pœnarum. n* 28 *pag.* 239. Vide *Delicta*.

Præſens in iure quis dicatur. *Tit. Exceptio. num.* 14. *pag.* 476.

Præſumere. Præſumptio oritur contrà Iudicem, cuius Sententia fuit retractata. *Tit. Canones. num.* 123. *pag.* 170. Præſumptio fugæ debet eſſe legitima pro carceratione. *Tit. Pœnarum. num.* 99. *pag.* 381. Præſumitur, quis ſcire notoria. *Tit. Accuſatio. num.* 15. *pag.* 352 Præſumptio eſt probatio manifeſta. *ibi. num.* 27. *pag.* 358. Præſumitur calumniari Accuſa-

tor

Digitized by Google

tor non probans. *Tit. Denunciatio. num. 27. pag. 397.* Præſumitur, dolus malus in delictis contra legem naturæ. *Tit. Corpus. num. 9. pag. 408.* Præſumptio ob fugam tollitur per ſpõtaneam comparitionem. *Tit. Indicia. num. 17. pag. 492.*

Præſumptio, quid ſit; & eius diuiſiones. *Tit. Indicia. num 28. & ſeqq. pag. 497.* Præſumptio temeraria, leuis, probabilis, quæ ſit. *ibi. num. 31. pag. 497.* Præſumptio ex præſumptione non datur. *Tit. Teſtes. num. 13. pag. 520.* Præſumitur quiſque idoneus, niſi contrarium probetur. *ibi. num. 67. pag. 545.* Præſumitur ſubornatus Teſtis citatus ad detegendam conſpirationem, & Teſtis probatus falſus. *ibi. num. 112. & 113. pag. 56.* Præſumptio falſitatis maior, aut minor debet regulare intentionem eius Torturæ. *Tit. Tortura. num. 9. pag. 581.*

Præſumptio conſilij, ſeu verborum, quæ poſſunt eſſe in bonum, & malum, ſemper facienda pro bono. *Tit. Patronus. num. 102. pag. 737.* Præſumptio generalis vincitur à ſpeciali; & quæ eſt pro non delicto, licet debilis, cumulata cum generali, vincit generalem contrariam; & regulariter præſumptio pro non delicto vincit contrariam. *Tit. Patronus. num. 102. pag. 737.* Præſumptio omnis magis eſſe debet *pro*, quàm *contrà* Reum. *ibi. num. 103. pag. 738.* Præſumptio de actu prohibito iure naturali, diuino, & Gentium ſemper fit in malum, non verò ſi actus eſt prohibitus ſolo iure humano. *ibi. nu. 102. pag. 737.* Præſumptio calumniæ in Accuſatore non probante non vincitur per iuramentum de calumnia. *Tit. Sententia. num. 8. pag. 773.* Præſumitur particeps delicti adiuuans delinquentem. *Tit. Pœnarum. num. 58. pag. 258.* Præſumptio validior regulariter, quæ dicatur. *Tit. Indicia. num. 40. pag. 501.*

Præſumptio temeraria non grauat Reum. *Tit. Sententia. num. 133. pag. 817.*

Præſumptio hominis, quæ ſit. *Tit. Indicia. num. 29. pag. 497.* Præſumptio hominis quantùm probet. *Tit. Probatio. num. 15. pag. 644. & Tit. Probationes. num. 11. pag. 643.*

Præſumptio iuris, quæ dicatur. *Tit. Indicia. num. 29. pag. 497.* Eſt de re vniuerſali, & debet eſſe in iure expreſſa. *Tit. Indicia nu. 30. p. 497.* Vincit præſumptionem hominis contrariam. *ibi. num. 40. pag. 501.* Præſumptiones iuris non habent æqualem valorem. *Tit. Probatio. num. 15. pag. 644.*

Præſumptio iuris, & de iure, quæ. *Tit. Indicia. num. 29. & 30. pag. 497. & Tit. Probatio. num. 11. pag. 643.* Præſumptio *iuris, & de iure* eſt, quod inimicus ſit inhabilis ad teſtificandum. *Tit. Teſtes. num. 13. pag. 520.* Quandò, & quam probationem contrariam admittat. *Tit. Probatio. num. 12. & ſeqq. pag. 644.*

Priuatio. Priuatus. Priuatio, quando commutanda in aliam pœnam. *Tit. Pœnarum. num. 15. pag. 229.* Priuatio eſt capitis diminutio. *ibi. n. 66. pag. 264.* Priuatio non cognoſcitur, niſi per habitum. *Tit. Corpus. n. 38. pag. 423.* Priuatio genericè ſumpta quadrat in omni ſpecie priuationis. *Tit. Exceptio, num. 22. pag. 480.* Priuatus membro, quod habet, nemo dicitur. *Tit. Tortura. num. 83. pag. 609.*

Priuatio ſuffragiorum ſeu vocis actiuæ, ac paſſiuæ, impedit poſſe fieri Prælatus. *Tit. Quales. nu. 20. pag. 76.* Ea affectus requirit eſſe Iudex Ordinarius. *ibi. num. 30. pag. 77.* Benè tamen Delegatus. *ibi. num. 30. pag. 77.* Quomodo differat priuatio ſuffragiorum à priuatione actuum legitimorum. *Tit. Quales. num. 33. pag. 79.* Priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ, quid importet. *Tit. Pœnarum. num. 5. pag. 224.* Priuatus voce actiua, & paſſiua, dat votum in Capitulo conuentuali. *ibi. num. 7. pag. 224.* Nequit eſſe Vicarius in capite, nec Præſes in Conuentu. *ibi. num. 60. & 64. pag. 259. 262.* Sed poteſt eſſe Vicarius conuentualis ſub Guardiano. *ibi. num 63. pag. 262.* Quando poſſit eſſe Confeſſarius Monialium. *ibi. num. 65. pag. 263.* Priuatus voce paſſiua, pendente appellatione, poteſt eligi ad Prælaturam. *Tit. Exceptio. num. 18. pag. 478.* Priuatio vocis paſſiuæ non eſt cenſura. *ibi. num. 19. pag. 478.* Non poteſt infligi, niſi per Sententiam, & quid requiratur ad hoc. *ibi. num. 22. & 26. pag. 480. 482.*

Priuatio. Priuatus actibus legitimis, poteſt eſſe Viſitator Prouinciæ, vel Conuentus, & Delegatus ad Cauſam particularem. *Tit. Quales num. 37. pag. 80.* Priuatio actuum legitimorum, quid comprehendat. *Tit. Pœnarum. n. 5. pag. 225.* Non impedit promoueri ad Ordines, & eſſe Confeſſarium Monialium, & Diſcretum conuentualem. *ibi. num. 10. & 11. pag. 226.* Sed impedit inſtitui Lector, aut Prædicator. *ibi. num. 10. pag. 226.*

Priuatus Officijs Ordinis nequit eſſe Viſitator. *Tit. Quales. num. 30. pag. 77.* Priuatio Officij eſt mors ciuilis. *Tit. Canones. num. 93. pag 149.* Priuatio Officiorum Ordinis, quæ ſit. *Tit. Pœnarum. nu. 12. pag 227.* Priuatio Officij quid importet. *ibi n. 16. pag. 229.* Priuatus Officio, intelligitur de principaliori. *ibi. n. 16. p. 229.* Priuatus Officijs Ordinis, poteſt eſſe Delegatus ad Cauſam particularem. *ibi. num. 13. pag. 228.*

Probare. Probatio. Probatur cauſa recuſationis Notarij, aut Periti ſolo iuramento. *Tit. Canones. num. 119. pag. 167.* Probatio plena, euidens, & euidentiſſima, quæ. *Tit. Probatio per tot. pag. 640.* Probatio qualitatis criminis eſt de ſubſtantia. *Tit. Accuſatio. num. 23. pag. 357.* Probatio plena, & ſemiplena, quæ. *ibi. n. 29. & 31. p. 360.* Probans infamiam legalem de Reo euadit pœnam Talionis. *ibi. num. 29. pag. 359.* Probatio plena requiritur de ſubſtantia delicti. *Tit. Corpus. num. 11. p. 409.* Probatio maxima eſt, quæ patet ad ſenſum. *ibi. num. 30. pag. 420.* Probatio aliquando fit

conie-

coniectnris, & præſumptionibus. *ibi.num.* 33. *pag.*421. Probatio infamiæ iniuncta per Canones, eſt difficilis, & quomodò facienda. *Tit. Inquiſitio. num.*30. & 31. *pag.*451. Probationes in exceptione ciuili non valent in cauſa criminali. *Tit. Exceptio. n.*3. *p.*471. Probatio plena non fit per Indicia. *Tit. Indicia. n.*34. *pag.*499. Probatio famæ, quomodò fiat. *Tit. Fama. num.*6. *pag.* 508. Probatio per cauſam eſt concludentior, quam per effectum. *Tit. Teſtes. n.* 12. *pag.* 520. Probationes debent eſſe luce meridiana clariores. *ibi. n.*102. *pag.* 561. Probatio legitima requiritur ad Torturam. *Tit. Tortura. num.* 26. *pag.* 589. Probatio quid ſit. & plura de ea. *Tit. Probatio. num.* 1. & *ſeqq. pag.* 640. Probatio plena non fit per Teſtes ſingulares. *ibi. num.* 2. *pag.* 640. Probatio plena indiciorum, quæ requirat. *ibi. num.* 4. *pag.* 641. Probatio malæ fidei fit per Teſtes ſingulares. *ibi. num.* 5. *pag.* 642. Probatio ita valida non requiritur ad torquendum, ſicut ad condemnandum. *ibi. num.* 6. *pag.* 642. Probatio plena à quibus fiat. *ibidem num.* 7. *pag.* 642. Probatio euidentiſſima, euidens, & minùs euidens, quæ. *ibi num.* 8. 9. & 10. *pag.* 643. Probatio contra præſumptionem iuris, & de iure non admittitur in ciuilibus; ſed admittitur in criminalibus probatio euidentiſſima; vel quandò præſumptio militat contra perſonam legaliſſimam. *ibi. num.* 12. & 13. *pag.* 644. Probantur multa per inductionem, & multa per Teſtes ſingulares. *ibi. num.* 3. & 5. *pag.* 642. Probatio ſemiplena quot modis fiat. *Tit. Reus. num.* 11. *pag.* 661. Probantur iuramento, quæ latent animo. *ibi. num.* 54. *pag.* 680. Probationes nouæ non faciunt conualeſcere Sententiam iam datam. *Tit. Reus. num.* 93. *pag.* 692. Probatio pro Fiſco vincitur à pari probatione pro Reo. *Tit. Patronus. num.* 97. *pag* 736. Probatio dubia facta à Reo, ſi eſt poſſibilis, obfuſcat intentionem Actoris. *ibi. num.* 101. *pag.* 737. Probatio datur contra indicia indubitata. *Tit. Sententia. num.* 77. *pag.* 796. Probatio. Vide *Corpus Delicti.*

Procedere ſine ſcripto in delictis grauibus, quandò poſſit Iudex. *Tit. Delictorum. num.* 8. *pag.* 191. Procedere *de plano*, & *ſummariè* quid ſit. *Tit. Quam. num.* 3. *pag.* 339.

Proceſſus malè fabricatus, quot mala cauſet. *Tit. Quid. n.* 56. *p.* 29. Factus à Iudice recuſato, quandò nullus. *Tit. Canones. num.* 124. *pag.* 171. Proceſſus criminalis vltra ſemeſtre apud Nos non ſeruandus. *Tit. Inquiſitio. num.* 26. *pag.* 447. Proceſſus ex fama, quomodò incipiendus. *ibi. num.* 32. *pag.* 451. Quomodò incipiendus ex notitia habita in viſitatione generali paterna. *ibi. num.* 58. *pag.* 462. Quomodò incipiendus à Iudice Regulari ex actis à Iudice incompetente tranſmiſſis. *Tit. Teſtes. num.* 120. *pag.* 567. Proceſſus, in quo conſtituitur Reus ſine ſufficientibus indicijs non ſanatur per eius confeſſionem. *Tit. Reus. num.* 92. *pag.* 692. Proceſſus, in quo multi ſunt inquiſiti, quomodò terminandus. *Tit. Patronus. num.* 143. *pag.* 747. Proceſſus quomodò ſpoliandus. *ibi. num.* 168. *pag.* 756. Proceſſus *offenſiuus* quis dicatur; & quis *defenſiuus. Tit. Sententia. num.* 8. *pag.* 773. Proceſſum ſepelire non poteſt Prouincialis, ſed ex cauſa eius vltimationem prorogare. *ibi. nu.* 91. *pag.* 801. Proceſſus informatiuus debet eſſe completus ad hoc, quod poſſit fieri compoſitio inter Reum, & Fiſcum. *ibi. num.* 124. *pag.* 814. Proceſſus ſi deprehendatur defectiuus, & Reus verè culpabilis, quid agendum. *ibi. num.* 165. *pag.* 828.

Procurator habens ſpeciale mandatum, poteſt ſubſtituere. *Tit. Quid. num.* 130. *pag.* 56. Procurator ſuſpectus recuſari poteſt. *Tit. Canones. n.* 118. *pag.* 167. Quandò ſit aſſignandus Reo Procurator. *Tit. Patronus. num.* 12. & 13. *pag.* 707.

Procurator Generalis Ordinis eſt Iudex Ordinarius. *Tit. Quid. nu.* 12. *pag.* 15. In quibus excedat Commiſſarium Generalem Curiæ. *ibi. num.* 87. *pag.* 39. Eius iuriſdictio ad quæ extendatur. *ibi. num.* 90 *pag* 40.

Procurator Generalis Reformatorum eſt Iudex Ordinarius; ſed eius iuriſdictio eſt limitata. *Tit. Quid. num.* 12. & 13. *pag.* 15. Gaudet priuilegijs Officialium Curiæ. *ibi. nu.* 91. *pag.* 40. In quos habeat iuriſdictionem. *ibi. num.* 93. *pag.* 41.

Procuratio quid ſit. *Tit. Canones. num.* 106. *pag.* 160. Eam non recipiunt. Viſitatores apud Nos. *ibi. num.* 106. *pag.* 160.

Proemium legis indicat mentem Statuentis. *Tit. Inquiſitio. num.* 49. *pag.* 459.

Profeſſus Religionem obligatur ad eius Statuta. *Tit. Pœnarum num.* 116 *pag.* 290.

Prohibere. Prohibitum. Contrà prohibita à Capitulo generali non poteſt Generalis diſponere. *Tit. Canones. n.* 116. *p.* 162. Prohibitum directè non admittitur per conſequentiam. *Tit. Pœnarum. nu.* 10. *pag.* 226. Prohibitum vna via non admittitur alia via, & quandò ſecùs. *ibi. num.* 64. & 107. *pag.* 263. & 285.

Promotio ad Ordines non comprehenditur in aliqua priuatione apud Nos. *Tit. Pœnarum. num.* 12. *pag.* 227.

Prorogatio. Vide *Dilatio.*

Protector. Vide *Cardinalis.*

Proteruia quid ſit. *Tit. Teſtes. num.* 78. *pag.* 550.

Prouincia poteſt dici Diœceſis. *Tit. Quid. num.* 140. *pag.* 62.

Prouincialis ſolus nequit appellationem admittere, vel non. *Tit. Canones. num.* 69. *pag.* 132. Poteſt ex officio excludere imperitum, aut ſuſpectum à Diffinitorio, licet Reus non excipiat. *ibi. nu.* 70. & 71. *pag.* 133. In viſitatione nequit recuſari. *ibi. num.* 91. *pag.* 148. Habet ius viſitandi. *ibi. num.* 92. *pag.* 149. Volens viſitare *iudicialiter*, poteſt, ex cauſa iuſta,

recu-

Digitized by Google

recuſari. *ibi. ibi. num.* 92. *pag.* 149. Tenetur aſſignare cauſam Suſpenſionis inflictæ. *ibi. num.* 94. *pag.* 150. Impeditus viſitare poteſt facere ea, quæ poteſt Epiſcopus tali caſu; ſed expedit alia via vti, & quæ. *ibi. num.* 96. *pag.* 152. Si admittat, aut recuſet Commiſſarium, contrà faciente Diffinitorio, quid agendum. *ibi. num.* 111. *pag.* 163.

Prouincialis non ſe debet ingerere in punitione delictorum leuium, niſi Superior Localis negligat. *Tit. Delictor. n.* 5. *p.* 189. Prouincialis quandò poſſit ſuſpendere Guardianum. *Tit. Pœnarum. num.* 70. *&* 71 *pag.* 266. 267. Nequit præcipere Guardiano ſub pœna Suſpenſionis, vt pœna tantùm. *ibi. num.* 72. *pag.* 268. Poteſt remouere Guardianum à regimine Conuentus. *ibi. num.* 72. *pag.* 268.

Prouincialis comparatur Præſidi, aut Proconſuli; & non poteſt procedere, vt Princeps. *Tit. Accuſatio. num.* 61. *pag.* 374. Quomodò ſe geret circa Subditum, qui ſponté confeſſus eſt crimen. *Tit. Inquiſitio. num.* 18. *pag.* 444. Poteſt viſitare *paternè*, quoties voluerit, & *iudicialiter*, quoties expediens iudicauerit. *ibi. num.* 64. *pag.* 465. Ex vi Regulæ apud Nos non habet iuriſdictionem fori contentioſi. *Tit. Teſtes. num.* 85. *pag.* 553.

Prouincialis poteſt abſque Diffinitorio ponere Subditum in domo diſciplinæ. *Tit. Carcer. num.* 5. *pag.* 649. Tenetur tamen priùs aperire cauſam, quare ſic puniat, Subdito, & eum audire. *ibi. num.* 21. *pag.* 654. Tenetur licentiare Subditum ſuum electum in Patronum à Reo alterius Prouinciæ. *Tit. Patronus. num.* 16. *pag.* 708. Non poteſt inquirere de delicto commiſſo à ſuo Subdito in aliena Prouincia, nec cognoſcere an pœna ſufficiens illi ſit data. *ibi. num.* 132. *pag.* 745. Sed tenetur exequi Sententiam latam ab alio Prouinciali contrà illum. *ibi. num.* 132. *pag.* 745.

Prouincialis debet ſubſcribere Sententiæ. *Tit. Sententia. num.* 30. *pag.* 779. Non poteſt differre punitiones vſque ad aduentum Viſitatoris. *Tit. Sententia. num.* 90. *pag.* 800. Non poteſt ſepelire proceſſum incœptum, ſed tenetur ſententiare abſoluendo, aut condemnando; & hoc ſub mortali. *ibi. num.* 91. *pag.* 801. In paritate votorum non habet deciſiuum in cauſis criminalibus. *ibi. num.* 93. *pag.* 802. Non poteſt minuere pœnas à Diffinitorio latas per Sententiam. *ibi. num.* 142. *pag.* 820. Prouincialis delinquens extra ſuam Prouinciam à quo puniendus. *Tit. Quid. num.* 80. *pag.* 37.

Prouocare. Prouocatus. Prouocatio dicitur Appellatio extraiudicialis. *Tit. Canones. nu.* 3. *pag.* 97. Prouocans ſi ignoratur, dum plures ſe percuſſerunt inuicem, omnes puniuntur extraordinariè. *Tit. Patronum. n.* 129. *pag.* 744.

Prudentia eſt moderatrix virtutum, & Iudici neceſſaria. *Tit. Quales. num.* 62. *pag.* 93. Eius partes potentiales, quæ. *ibi. num.* 62. *pag.* 92. Ea vti debet Iudex in moderanda tortura, & quomodò. *Tit. Tortura num.* 10. *pag.* 582.

Pubes in Cauſa Criminali poteſt iurare. *Tit. Teſtes. num.* 64. *p.* 542

Publicare. Publicè. Publicum. Publicum iuris quomodò reddatur crimen. *Tit. Inquiſitio. num.* 9. *pag.* 454. *Publicè* factum quid dicatur. *Tit. Canones. num.* 13. *pag.* 101. *Publicare*, quid importet. *ibi. num.* 14. *pag.* 102. Publicè factum dicitur coram Teſtibus. *Tit. Sententia. num.* 31. *pag.* 779.

Pudicitiam alterius attentans, ſi interueniat vis, quandò poſſit de iure Ciuili impunè occidi. *Tit. Patronus. num.* 137. *pag.* 746.

Pueri torqueri non poſſunt; ſed verberantur ferulæ. *Tit. Tortura. num.* 110. *&* 111. *pag.* 620. 621.

Punire. Punitus. Punitio. Punitio multorum delictorum aliquandò differenda. *Tit. Delictorum. num.* 39. *pag.* 211. Punitus ſemel, licet leuiter, non conuenit denuò puniri. *Tit. Accuſatio. num.* 68. *p.* 377. Punitio quandò differenda *ibi. n.* 70. *p.* 378. Punitio malorum eſt bonum Communitatis. *Tit. Denunciatio. num.* 4. *p.* 385. Punitus non ſufficienter à Iudice, qui præuenit in delictis mixti fori poteſt ab alio Iudice puniri ad complementum pœnæ ordinariæ. *Tit. Patronus. num.* 131. *pag.* 745.

Purgare. Purgatio. Purgare ſe ab indicijs, quid ſit. *Purgatio Canonica* non eſt ampliùs in vſu. *Tit. Sententia. num.* 50. *p.* 785.

Q

Qualis eſt dictio exemplificatiuà. *Tit. Accuſatio. num.* 42. *p.* 365.

Qualitas. Vide *Conditio.*

Qualitas in iure quandoque vocatur ſubſtantia. *Tit. Accuſatio. num.* 19. *p.* 355. Qualitas criminis exprimenda eſt in denunciatione. *Tit. Denunciatio. num.* 36. *&* 39. *p.* 399. *&* 400. Et eſt probanda cum corpore delicti. *Tit. Corpus. num.* 13. *p.* 410. Qualitas noua, ob quam Reus abſolutus poteſt denuò moleſtari, debet ſpecie diuerſificare delictum, de quo fuit abſolutus. *Tit. Patronus. num.* 135. *p.* 746.

Qualitates Ordinarij requiſitæ in Delegato, quæ. *Tit. Quales. num.* 30. *p.* 77. Requiſitæ in Viſitatoribus, quæ. *Tit. Canones. num.* 114. *pag.* 164. Qualitates eædem requiruntur in Subdelegato, quæ in Delegato. *Tit. Quid. num.* 131. *p.* 56.

Querelare. Querelans. Querelare poteſt Religioſus apud quoduis Tribunal. *Tit. Accuſatio. num.* 50. *p.* 369. Querelans eſt, vt Denuncians, & in quo differat ab Accuſatore. *ibi. num.* 50. *p.* 369. Querelam Subditi in foro paterno poteſt Prælatus non acceptare. *ibi. num.* 59. *pag.* 374.

Querelatus de facto tranſeunte, confitendo, puniendus eſt, licet non conſtet de corpore delicti. *Tit. Corpus.* §. 4. *& num.* 27. *p.* 417.

R

Ratificare debet confeſſionem, qui confeſſus eſt per minas tormentorum. *Tit. Tortura. num.* 92. *pag.* 612. Ratificare debet Reus poſt tormenta confeſsionem extrà carcerem, & cameram tormentorum. *ibi. n.* 107. *pag.* 619. Et quandò, & quomodò hoc fiat. *ibi. num.* 107. *pag.* 619. Si tortus per tres vices renuat ratificare quid agendum? *ibi. nu.* 108. *pag.* 620.

Ratificatio eſt confirmatio actus, vt facta tempore ipſius actus, &, vt idem eſt quod approbatio, valet etiam in actu, qui non fuit factus nomine approbantis. *Tit. Reus. num.* 79. *pag.* 687.

Ratihabitio ſperata facit tenere multa, quæ ſinè ea non poſſunt fieri; & per ratihabitionem approbatiuam confirmatur id, quod primò fuit inutile. *Tit. Reus. num.* 79. *pag.* 687.

Ratio naturalis eſt lex tacita; & rationem quærere in ijs, quæ ſenſu probantur infirmitas eſt. *Tit. Canones. num.* 72. *pag.* 134. Ratio legis non eſt quærenda, vbi diſpoſitio eſt aperta. *Tit. Accuſatio. num.* 55. *pag.* 371. Ratio dicti eſt reddenda ab eo; qui debet regulare iudicium ſuum ſecundùm rationem. *Tit. Corpus. num.* 57. *pag.* 431.

Rationabiliter factum quod dicatur. *Tit. Delictorum. num.* 16. *pag.* 390.

Ratum ab alio nequit haberi, quod eius nomina non fuit geſtum. *Tit. Reus. num.* 79. *pag.* 687.

Reatus poteſt dari ex triplici capite. *Tit. Reus. num.* 1. *pag.* 657.

Rebellis ſi eſt totus Conuentus, quid agendum. *Tit. Delictorum num.* 39. *pag.* 211.

Recognitio Rei quid, quomodò differat à confrontatione; quo caſu, & quomodo facienda. *Tit. Reus. nu.* 96. *& ſeqq. pag.* 693.

Recordari. Non recordari facti recentis, ab aliquibus dicitur inueriſimile; tamen poteſt accidere. *Tit. Teſtes. num.* 65. *pag.* 543.

Reclamans contrà profeſſionem coram quo debeat agere. *Tit. Accuſatio. num.* 51. *pag.* 369.

Recuſans Iudicem ſuſpectum ſi non reperit Teſtes, quid agendum. *Tit. Canones. num.* 14. *pag.* 102. Et ſi non inuenit Arbitrum quid agere debet. *ibi. nu.* 20. *pag.* 104. Recuſans Delegatum quid debeat ſeruare. *ibi. num.* 25. *pag.* 106. Recuſantes Viſitatorem ſunt excommunicati. *ibi. n.* 99. *p.* 155. Recuſans pænitentiam ſalutarem quo caſu ſit carcerandus. *Tit. Delictorum. n.* 26. *&* 32. *p.* 202. *&* 207. Recuſans ex leui cauſa Iudicem ordinarium peccat mortaliter. *Tit. Quales.* §. 3. *pag.* 87. Recuſans ordinarium, aut Delegatum debet coram eo adducere cauſas recuſationis. *Tit. Canones.* §. 2. *pag.* 99.

Recuſare. Recuſari quomodo, & quandò poſſit Iudex. *Tit. Quales. n.* 38. *p.* 81. Recuſari non poteſt Viſitator (quocunque tempore miſſus) in foro paterno, ſed tantum in iudiciali. *Tit. Canones. n.* 99. 100. *&* 101. *p.* 155. 156. *&* 157. Qui nam poſſint in iudicio criminali recuſari vt ſuſpecti. *Ibi. n.* 109. *ſeqq. p.* 162. *& Tit. Quales.* §. 1. 2. *&* 3. *p.* 72. 81. *&* 87. Recuſari poteſt Prouincialis in viſitatione iuridica. *Tit. Inquiſitio. n.* 59. *&* 60. *p.* 463.

Recuſatio Iudicis eſt de iure naturæ. *Tit. Canones. n.* 8. *p.* 98. Poteſt fieri oretenùs, ſed expedit vt fiat ſcripto, & coràm Teſtibus præſentetur. *Ibi. num.* 11. *pag.* 100. Poteſt fieri coràm alijs, quàm Iudice; quibus, quomodo, & quandò. *Ibi. n.* 13. *&* 14. *p.* 101. 102. Eſt facienda antè omnes actus, ſed ex cauſa poteſt proponi etiam poſt Cauſam concluſam. *Ibi. n.* 15. *p.* 102. Ipſius cauſæ quotupliciter friuolæ, legitimæ, aut dubiæ. *Ibi. num.* 19. *p.* 103. Recuſatio quandò ſit proponenda Iudici. *Ibi. n.* 76. *p.* 137. An Regularibus licita. *Ibi. n.* 78. *p.* 138. In foro paterno non datur. *Ibi. n.* 82. *pag.* 141. Recuſatio proponenda eſt coràm Iudice recuſato regulariter; & quid operetur. *Ibi. n.* 125. *& ſeqq. p.* 171. Non admittitur in notorio facti permanentis, & vbi pœna eſt taxata à iure; ſed admittitur in facto tranſeunte, & quandò pœna eſt Iudici arbitraria. *Ibi. n.* 129. *p.* 174.

Recuſatus. Recuſato Ordinario comittenda eſt cauſa Delegato de conſenſu Recuſantis; aut ad Superiorem deferenda. *Tit. Canones. n.* 24. *p.* 106. Recuſatus Iudex non poteſt cognoſcere de cauſis recuſationis. *Ibi. n.* 70. *p.* 133. Iudex recuſatus ab vno eſt impeditus reſpectu aliorum Complicum. *Tit. Inquiſitio. n.* 63. *p.* 464.

Recuſatus. V. Iudex.

Regula quid ſit. *Tit. Canones. n.* 1. *p.* 96. Regula Minorum eſt compoſita ex fragmentis Euangelij. *ibi. n.* 81. *p.* 140. Regula *Semel malus* &c. quam præſumptionem faciat. *Tit. Indicia. n.* 4. *p.* 487.

Regularis Iudex procedit *de plano*, tenetur tamen ad eſſentialia iuris. *Tit. Canones. n.* 80. *p.* 140. Regulares ſunt torquendi mitiùs, quàm Sæculares. *Tit. Tortura. n.* 8. *p* 581. Regularis punitus ab Epiſcopo, qui *de facto* eum ſententiauit, poteſt de iure nouiter puniri; ſed de naturali æquitate debet ſibi tantùm irrogari complementum pœnæ correſpondentis delicto. *Tit. Patronus. num.* 133. *p.* 745.

Religioſus proponens non ſeruare Statuta, peccat mortaliter. *Tit. Quid. n.* 50. *p.* 26. Tenetur obedire in præceptis iuxtà Regulam,

lam. *Tit. Canones. n.* 94. *p.* 150. Poteſt accuſare Superiorem. *Tit. Accuſatio. n.* 51. *p.* 369. Quomodò, & quandò poteſt accuſare extrà Religionem. *Ibi. nu.* 48. *p.* 368. Poteſt querelare apud quemuis Iudicem. *Ibi. nu.* 50. *p.* 369. Non tenetur ire inter Infideles cum periculo vitæ. *Tit. Delictorum. n.* 34. *p.* 208.

Relegatio quid ſit. *Tit. Pœnarum. num.* 49. *pag.* 254.

Remedium ad remouendum grauamen ſucceſſiuum poſt ſententiam latam, & decendium elapſum. *Tit. Canones. nu.* 33. *p.* 111. Remedium præſeruatiuum excellentius eſt ſubleuatiuo. *Ibi. n.* 105. *p.* 159.

Remiſſio quid ſit, cui, & à quo facienda. *Tit. Teſtes. n.* 122. *p.* 568.

Remiſſoriales. *V. litera*.

Remotus non valdè quis dicatur. *Tit. Canones. n.* 20. *p.* 104.

Renuere quid importet. *Tit. Delictorum. n.* 26. *p.* 202.

Repetitio Teſtium eſt ſolemnitas. *Tit. Quanr. num.* 13. *pag.* 343. Quandò ſit eſſentiale iuris. *Ibi. n.* 16. *p.* 344. Quandò facienda ſit poſt confrontationem Rei cum Teſtibus. *Tit. Reus. n.* 111. *p.* 696.

Repetitio. *V. Teſtes*.

Res integra quandò dicatur. *Tit. Quid. n.* 135. *p.* 58. Res inuenta in loco delicti quandò faciat indicium graue. *Tit. Indicia. n.* 19. *p.* 492.

Reſidentia Prælati eſt de iure diuino. *Tit. Pœnarum. n.* 67. & 69. *p.* 264. & 265.

Reſpondens nimis citò, aut ſermone præmeditato eſt Teſtis ſuſpectus. *Tit. Teſtis. n.* 65. *p.* 543. Reſpondens ſinè licentia Prælati corrigenti in Capitulo quandò puniendus. *Tit. Carcer. num.* 24. *p.* 655. Reus renuens reſpondere habetur pro confeſſo. *Tit. Reus n.* 36. *p.* 672. Et ſi non reſpondet, poteſt condemnari ad pœnam ordinariam; ſed melius eſt eum torquere. *ibi. num.* 37. *pag.* 673.

Reſtitutio in integrum fit ex cauſa metus. *Tit. Reus. n.* 46. *p.* 676. Datur, ex cauſa iuſta, etiam maiori 25. annis. *Tit. Sententia. nu.* 132. *p.* 816.

Reuelare delictum occultum quando quis teneatur. *Tit. Inquiſitio. n.* 10. & 11. *p.* 440.

Reus non poteſt conſtitui antè ſemiplenam probationem. *Tit. Quam. n.* 15. *p.* 343. & *Tit. Tortura. n.* 74. *p.* 605. Reus quis dicatur. *Tit. Reus. nu.* 1. *p.* 657. Congruentiùs citatur per internuncium, quàm per ipſum Iudicem. *ibi. num.* 3. *p.* 657. Reo potiùs, quàm Actori eſt fauendum in dubio. *Tit. Teſtes. n.* 35. *p.* 529. Punitur Reus vt reuelator ſecretorum Ordinis, ſi petit conſilium ad Aduocato ſæculari ſub prætextu iniuſtitiæ ſibi factæ; non verò ſi realiter ſibi ſit iniuſtitia. *Tit. Patronus. n.* 33. *p.* 714. Non probans delictum oppoſitum Teſtis, quandò ſit mulctandus pœna talionis. *ibi. num.* 74. *p.* 626. Si nullo modo iuuatur Reus ex obiectione delicti facta Teſtibus, peccat contrà charitatem. *ibi. num.* 125. *pag.* 743. Poteſt inſtare ne Diffinitor ſibi ſuſpectus interueniat ad ſententiandum in ſua Cauſa. *ibi. num.* 189. *p.* 759. Reus laicus abſolutus ex defectu indiciorum ad torturam cogitur præſtare fideiuſſionem; non ſic Religioſus. *Tit. Sententia. num.* 89. *p.* 800. Petens Reus reſtitutionem in integrum à Iudice debet exaudiri. *ibi. num.* 132. *p.* 816. Reus coràm Iudice *ad quem* nouas probationes poteſt adducere. *ibi. num.* 166. *p.* 828.

Reus citatus ſi non vult comparere quid agendum. *Tit. Reus. n.* 3. *p.* 657. Vel ſi vocatus per epiſtolam ab alio Conuentu. *ibi. num.* 4. *p.* 658. Citatus, & tempore debito non comparens, declarandus eſt contumax; non tenetur tamen comparare in loco ſibi non tuto. *ibi. num.* 42. *p.* 675. Reus abſens citatur per edictum. *ibi. num.* 43. *p.* 675. *V. Citatio.*

Reus examinandus adhortandus priùs eſt; & quomodò, & quo ordine interrogandus, & omnia eo caſu ſeruanda. *Tit. Reus. nu.* 13. & *ſeqq. p.* 663. *V. Examinari*.

Reus reſpondere nolens eſt torquendus; & ſi petit dilationem ad reſpondendum non debet ei concedi. *Tit. Reus. nu.* 23. *p.* 668. Si ſe remittat ad dicta in alio examine; aut velle ſtare primis dictis proteſtetur, quid agendum. *ibi. num.* 24. & 25. *p.* 668. Tenetur reſpondere Iudici eum legitimè interroganti, nec poteſt vti reſtrictione mentali. *ibi. num.* 33. *p.* 672. Reſpondere renuens habetur pro confeſſo. *ibi. num.* 36. *p.* 672. Et poteſt condemnari ad pœnam ordinariam, ſed melius eſt eum, datis defenſionibus, torquere. *ibi. num.* 37. & *ſeqq. p.* 673.

Rei confrontatio V. Confrontatio.

Rei recognitio. *V. Recognitio*.

Reus torquendus non eſt, niſi priùs conſtet de corpore delicti. *Tit. Tortura num.* 74. *p.* 605. Non poteſt torqueri, ſi pœna danda crimini eſſet minor, quàm tortura. *ibi. nu.* 75. *p.* 606. Torqueri corporaliter apud Nos non poteſt, ſi pœna criminis eſt Iudici arbitraria. *ibi. nu.* 76. *p.* 606. Negans id, quod confeſſus eſt in tortura eſt denuò torquendus. *Tit. Tortura. num.* 64. *p.* 601. Reus torquendus eſt ieiunus, aut per ſeptem horas à comeſtione, & Iudex aliter faciens eſſet puniendus, ſi Reus deficeret in tormentis. *ibi. nu.* 90. *p.* 612. Dum torquetur, ſcribenda ſunt omnia, quæ dicit aut facit; & quare; *ibi. num.* 102. *p.* 617. Ipſum torquere vel extraordinariè punire, eſt Iudici arbitrarium. *ibi. nu.* 130. *p.* 628. Si conijcitur Reus eſſe ſuſtentaturus torturam, meliùs eſt eum extraordinariè punire, & quomodò illud

cognoſcatur. *ibi. nu.* 132. *p.* 629. Non poteſt torqueri ſinè conſeſu Diſſinitorij, aut Patrum, & què circà hoc ſeruanda. *ibi. num.* 133. *& ſeqq. pag.* 629. *V. Tortura.*

Reus ſocios criminis nolens manifeſtare qualiter ſit torquendus. *Tit. Tortura. num.* 124. *p.* 626. Pandens ex ſe ſocium criminis non facit indicium ad torturam contrà eum, niſi adſint adminicula, & quæ. *Tit. Reus, num.* 27. *p.* 669. *V. Socius.*

Reus carcerari poteſt antè citationem, ſi eſt ſuſpectus de fuga. *Tit. Reus. num.* 6. *p.* 659. Et etiam ſi eſt ſuſpectus de impedimento ponendo Teſtibus. *ibi. nu.* 6. *p.* 659. Carcerandus eſt ad cuſtodiam cum conſilio Patrum. *ibi. n.* 8. *p.* 660. Ejus captura facienda eſt ſinè ſcandalo Sæcularium. *ibi. num.* 9. *p.* 660. *V. Carcer.*

Reus conuictus non debet torqueri, & quare. *Tit. Tortura. num.* 77. *pag.* 606. Aliquandò poteſt torqueri, & quandò, & quomodo. *ibi. num.* 79. *& ſeqq. p.* 606. Conuictus per Teſtes integros quomodò interrogandus. *Tit. Reus-nus. nu.* 18. *p.* 667. Conuictus per ſcripturas quandò dicatur. *Tit. Sententia. num.* 74. *pag.* 795. *V. Conuictus.*

Reus confeſſus crimen ter, & ter retractans poſt torturam nequit vltrà torqueri. *Tit. Indicia. num.* 20. *p.* 493. Confeſſus poteſt venire contrà propriam confeſſionem. *Tit. Tortura. num.* 81. *p.* 607. Confeſſus ſpontè delictum coràm Iudice facit illud publicum iuris. *Tit. Sententia. num.* 128. *p.* 815. Poteſt reuocare confeſſionem factam per errorem, ſi illam ſequitur pœna. *ibi. num.* 132. *p.* 816. *V. Confeſſio.*

Reus contumax prius eſt condemnandus, antequàm copia actorum detur Reo, qui eſt in fortijs. *Tit. Patronus. n.* 144. *p.* 747. *V. Contumax.*

Reus excommunicatus debet antè examen abſolui, etiamſi ipſe abſolui renueret. *Tit. Reus. nu.* 65. *&* 66. *p.* 683. 684. Et licet non abſoluatur, proceſſus tamen eſt validus. *ibi. num.* 67. *p.* 684. Abſoluendus eſt toties quoties eſt examinandus, niſi prima vice fuerit abſolutus completè. *ibi. num.* 68. *&* 69. *p.* 684. *V. Excommunicatio.*

Reus defenſionibus non eſt priuandus. *Tit. Reus. nu.* 17. *p.* 664. Reus poteſt, (ſi eſt abſens) defendi à quolibet, ſine eius mandato procuratorio. *Tit. Reus. nu.* 77. *p.* 686. Petens prorogationem termini defenſionum debet exaudiri; & ex cauſa rationabili poteſt petere, etiam vltrà quatuor terminos. *Tit. Patronus. n.* 8. *p.* 705. Reus poteſt ipſe ſibi defenſiones facere; & tunc ſibi dandus eſt Procurator, & concedenda omnia, quæ Patronò conceduntur. *ibi. num.* 12. *p.* 707. cum defenditur, ponendus eſt ad largam. *ibi. num.* 21. *p.* 709. Ipſi concedenda omnia, quæ quoquomodò faciunt ad ſui defenſionem. *ibi. num.* 37. *pag.* 716. *V. Defenſio.*

Reus Patrono debet cum ſinceritate reuelare veritatem facti. *Tit. Patronus. n.* 166. *p.* 755. Poteſt Reus agere contrà Patronum, ſi ex dolo malo eum malè defendit. *ibi. num.* 166. *p.* 755. *V. Patronus.*

Reus Sententiam audire debet, dum eo præſente fertur; aut debet ſententia iàm lata ſibi coràm Teſtibus intimari. *Tit. Sententia. n.* 32. *p.* 780. Sententia, quæ ſibi intimatur, ſibi legi debet ab Actuario. *ibi. num.* 33. *p.* 780. Non eſt neceſſarium, quod ipſe acceptet Sententiam; ſed habetur prò acceptata ſi ipſe non appellet. *ibi. num.* 40. *p.* 782. *V. Sententia.*

Reus abſoluendus eſt, Accuſatore non probante. *Tit. Accuſatio. num.* 26. *&* 28. *pag.* 358. 359. Abſolutus cum clauſula *Rebus ſic ſtantibus* ex nouis indicijs poteſt torqueri; ſed non debent cumulari indicia, quæ iàm purgauit. *Tit. Tortura num.* 84. *pag.* 610. *& Tit. Patronus. num.* 134. *pag.* 745. Abſoluendus eſt ſimpliciter, ſi perfectè euacuauit indicia; & ſi manent indicia non ſufficientia ad torturam abſoluendus cum clauſula. *ibi. num.* 128. *p.* 627. *& Tit. Sententia. num.* 44. *&* 52. *pag.* 783. *&* 786. Abſolutus ex præuaricatione Accuſatoris, vel corruptione Teſtis, aut Iudicis poteſt denuò moleſtari. *Tit. Patronus. num.* 136. *pag.* 746. Eſt abſoluendus cum clauſula, ſi indicia ſint ità infirmata, vt non ſit locus torturæ. *Tit. Sententia. num.* 88. *pag.* 799. Pariter ſi fuit negatiuus in tortura illata ex indicijs grauibus. *ibi. num.* 87. *p.* 799. Eſt abſoluendus ſi non eſt ſemiplenè conuictus, ità vt poſſit torqueri. *ibi. num.* 88. *p.* 799. Habet ius ad abſolutionem, quandò non vigent indicia ad condemnationem. *ibi. num.* 89. *p.* 800. Reus debet dimitti abſolutus ſi ſuſtinuit totam torturam proportionatam indicijs. *Tit. Tortura. nu.* 131. *pag.* 628. *V. Abſolutio Abſolutus.*

Reus condemnandus ad pœnam ordinariam, ſi eſt confeſſus, aut conuictus. *Tit. Sententia. num.* 67. *p.* 793. Condemnari poteſt extraordinariè, ſi fuit tortus ex indicijs indubitatis, & ſuſtinuit. *ibi. num.* 87. *pag.* 799. Vide *Condemnatus.*

Reus appellans debet habere copiam Actorum. *Tit. Canones.* §. 6. *pag.* 111. Appellare poteſt à pœna lata per Sententiam decretoriam, non verò per declaratoriam. *Tit. Sententia. num.* 4. *pag.* 771. Si non appellat tempore præſcripto, habetur pro acceptante Sententiam. *ibi. num.* 40. *pag.* 782. Appellans ab interlocutoria, ſi eſt carceratus, & Iudex Appellationis non recipit acta, quid agendum. *ibi. num.* 149. *pag.* 823. Debet appellare in ſcriptis, & qua cautela debeat tunc vti. *ibi. num.* 150. *pag.* 823. Vide *Appellatio.*

Reus componens ſe cum Fiſco non redditur Infamis nec de iure, nec de facto. *Tit. Sententia. num.*129.*pag.*815. Petitionem compoſitionis poteſt reuocare. *ibi. num.*132. *pag.* 816. Vide *Compoſitio.*

Reus Superiorem indebitè adiens eſt remittendus à Iudicem. *Tit. Canones. num.* 53. *pag.* 121.

Reus Iudicem adiens, poſt recuſationem, conſentit in eum. *Tit. Canones. num.*16. *pag.*103. Coram Iudice delinquens, quomodò puniendus. *Tit. Inquiſitio. num.*36. *pag.*453. Iudici non tenetur reſpondere, ſi delictum non ſit ſemiplenè probatum. *Tit. Reus. num.* 12. *pag.*661. Petens à Iudice reſtitui in integrum debet exaudiri. *Tit. Sententia. num.*132. *pag.* 816. Coram Iudice *ad quem* nouas probationes poteſt producere. *ibi. num.*166. *pag.* 828. Vide *Iudex.*

Rubor vultus eſt indicium leue. *Tit. Indicia. num.*5. *pag.*488.

Rumor, quid ſit, & quomodò differat à Fama. *Tit. Fama. num.*1. *pag.*506.

S

Sacerdotes, quomodò antiquitùs iurabant; & nunc iurare debeant. *Tit. Inquiſitio. num.*41. *pag.*456.

Sanctio, quid ſit. *Tit. Canones num.*2. *pag.*96.

Sanctum, & *ſanctè*, quid ſignificent. *Tit. Proemial. num.*6. *p.*4.

Scabioſus enormiter nequit fieri Prælatus. *Tit. Quales. num.*4. *p.*74.

Scandalum vtiliùs naſci permittitur, quàm veritas relinquatur. *Titul. Corpus. num.* 21. *pag.*414.

Scienter importat dolum malum. *Tit. Accuſatio. num.*15. *p.*352. Vide *Dictio.*

Scire tenetur quiſque ea; quæ ſunt ſui muneris. *Tit. Quales. num.*59. *p* 91. Scire notoria quiſque præſumitur. *Tit. Accuſatio. num.*15. *p.* 352. Scire euidenter, & certò per ſolum ſenſum poteſt homo pro ſtatu iſto. *Tit. Sententia. num.*55. *p.*787.

Scriptura, quandò ingerat grauem iniuriam. *Tit. Quales. num.*41. *p.*83. Scripta compoſita ab Expellendo à Religione, an ſint illi concedenda. *Tit. Pœnarum. num.* 155. *pag.* 310. Scriptura priuata vt valeat, debet ſubſignari. *Tit. Denunciatio. num.*21. *p.*393. Scriptura ſubſignata nomine alterius, ipſo inſcio, eſt cœca. *ibi. num.*22. *p.*394. Scriptura poteſt eſſe criminalis multipliciter. *Tit. Corpus. nu.* 35. *& ſeqq. pag.*421. Scriptura priuata, quomodò probetur. *num.*37. *pag.*422. Scriptura Notarij æquiualet duobus Teſtibus. *Tit. Inquiſitio. num.*44. *p.*456. Scriptura facta manu Rei, facit indicium graue, ſi recognita. *Tit. Indicia. num.*10. *p.*490. Scriptura continens delictum quomodò, & quandò probet delictum; vel non. *ibi. num.* 41. *& ſeqq. pag.* 501. Quomodò ſit recognoſcenda iudicialiter. *ibi. num.*46. *pag.*502. Scriptura non eſt neceſſaria in appellatione à diffinitiua; bonum tamen eſt appellare ſcripto, & quomodò, & quandò. *Tit. Sententia. num.* 109. *pag.*808.

Secretarij Viſitatorum mittendi ad Viſitationem alicuius Conuentus, ſi non habent conditiones requiſitas in Statutis poſſunt recuſari. *Tit. Quales. num.*2. *pag.*73. Secretarius Iudicis, ſi eſt Actor, aut Reus, poteſt eſſe cauſa Recuſationis Iudicis. *ibi. num.*38. *pag.* 81.

Secretum naturale non debet reuelari in iudicio, & reuelans, peccat contra iuſtitiam, & fidelitatem; & ſecretum, etiam ſcitum cum fraude celari debet. *Tit. Teſtes. num.*90. *pag.* 555. Secretum cum detrimento Reipublicæ non eſt ſeruandum. *ibi. num.*91. *pag.*556. Ad auertendum graue damnum proximo, cum paruo detrimento alterius, poteſt reuelari. *ibi. num.* 91. *pag.* 556. Secretum eſt ſeruandum circa tractata in Diffinitorio, & illud reuelans, peccat mortaliter &c. *Tit. Tortura. num.*18. *pag.*588.

Senatores ſunt pars corporis Imperatoris. *Tit. Quales. num.* 35. *pag.*79.

Senatus habet ius condendi leges. *Tit. Proemial. num.* 10. *pag.*6. Poteſt recuſari vt ſuſpectus. *Tit. Canones. num.*115. *pag.*166. Poteſt moderare pœnam Reo ante Sententiam, ſed non poſt eam latam. *Tit. Patronus. num.* 116. *pag.*740.

Senectus. Senex. Senes torqueri non poſſunt. *Tit. Tortura. num.* 110. *pag.*620. Mitiùs ſunt puniendi. *Tit. Patronus. nu.*86. *pag.*734. Repueraſcunt, & aliquandò ob ſimplicitatem non puniuntur; ſed ſi ſenex mente, & viribus valens delinquit, torqueri, & puniri debet, non attenta ætate. *ibi. num.* 86. *pag.* 734. Senectus quot annos requirat. *ibi. nu.*86. *pag.*734.

Sententia interlocutoria, quid ſit, & quare ſic vocetur. *Tit. Sententia. num.*2. *pag* 770. Quomodò differat à diffinitiua. *ibi. num.*3. *pag.* 771. Non requirit ordinem iudicialem, & poteſt reuocari à Iudice, qui eam tulit. *ibi. num.*3. *pag.*771. Potiùs debet dici decretum Iudicis, quàm Sententia. *ibi. num.*5. *pag.*772. Interlocutoria habens vim diffinitiuæ, quæ ſit. *Tit. Canones. num.*67. *pag.*131.

Sententia diffinitiua, quid ſit, & quotuplex, & multa de ea. *Tit. Sententia per tot. Titul. & num.*1. *& ſeqq. pag.*770. Diffinitiua, & interlocutoria habens vim diffinitiuæ habent eadem communia, ſi nullum abſurdum ſequatur. *ibi. num.*98. *pag.* 804. Quomodò, & quandò ſit formanda à Iudice *ad quem. ibid. num. final. p.*829.

Sententia Declaratoria, quæ ſit, & quomodò differat à Decretoria. *Tit. Sententia. num.*4. *p.* 771.

*p.*771. Ferenda eſt in Exceptionibus. *ibidem num.*59.*pag.*789. Declaratoria *ſimpliciter*, & *ſecundùm quid*, quæ dicenda. *ibi. num.* 60. *p.* 790. Declaratoria ſemper eſt neceſſaria, licet in lege ſit clauſula *abſque declaratione. ibi.num.*61. *p.*790. Ferri debet ſemper citata parte, etiam in iudicio ſummarijſſimo, & facto notorio. *ibi. num.*62. *p.*790. Declaratoria in Exceptione Ciuili, & Criminali eſt diuerſa. *ibi.num.*64.*p.*791.

Sententia Condemnatoria debet continere per extenſum crimen, ob quod pœna irrogatur, *Tit.Carcer. num.*20.*p.*654.

Sententia Abſolutoria Accuſati poteſt continere condemnationem Accuſatoris calumniantis. *Tit.Sententia. n.* 10. *p.*774. In Sententia abſolutoria non eſt neceſsè exprimere crimen delatum per extenſum. *ibi. n.*53.*p.*786.

Sententia formata cum conditione de futuro eſt nulla. *Tit.Pœnarum. num.*119.*p.*292. Debet continere cauſam, ob quam pœna infligitur. *Tit.Sententia. num.*17. *p.*776. In ea ferenda, quæ nam ſint de ſubſtantia, & quæ obſeruanda. *ibi.num.*29.*& ſeqq.p.*779. Debet eſſe certa reſpectu Iudicis, Rei, Delicti, & pœnæ. *ibi.num.*36.*p.*780. Continens pœnam alternatiuam arbitrio Rei eſt nulla. *ibi.num.* 38.*p.*781.

Sententia lata contra inauditum, eſt nulla. *Tit. Canones.n.*94.*p.*150. Lata cum conditione de futuro, eſt nulla. *Tit. Pœnarum. n.*119.*p.*292. Lata ad conſilium Periti nunquàm tranſit in iudicatum; & reuocatur per contrarium iudicium. *Tit.Corpus. num.*57.*&* 58. *p.*431. Lata contra non citatum, eſt nulla, etiamſi ſummariè procedatur. *Tit.Reus.num.*5. *pag.* 658. Lata feſtinanter, & non diſcuſſis meritis Cauſæ, eſt nulla. *Tit.Sententia.num.*12. *p.*774. Lata ante, vel poſt terminum citationis eſt nulla. *ibi.num.*35.*p.*780.

Sententia notificanda, eſt Ordinario, quandò expellitur per eam quis à Religione; & eam non poteſt examinare Ordinarius. *Tit. Pœnarum. num.*157. *&* 159.*p.*311. Sententia Excommunicationis eſt probanda Reo in ſcriptis. *ibi.num.*167.*p.*315. Debet fieri Reo præſente, aut ipſi coram Teſtibus intimari ab Actuario, qui eam legat. *Tit. Sententia. num.*32.*&* 33.*p.*780.

Sententia notificanda eſt Ordinario, quandò expellitur per eam quis à Religione; & eam non poteſt examinare Ordinarius. *Tit.Pœnarum.n.*157.*&* 159.*p.*311. Sententia Excommunicationis eſt tradenda Reo in ſcriptis. *ibi. n.*167. *p.*315. Debet ferri Reo præſente, aut ipſi corã Teſtibus intimari ab Actuario, qui eã legat. *Tit.Sententia n.*32.*&* 33. *p.*780.

Sententia originalis conſeruanda in libro Prouinciæ. *Tit.Sententia. num.* 54. *p.* 787. Quomodò regulanda, quandò Diffinitores diuerſa opinantur; & quandò præualeat Sententia plurium Iudicum. *ibi. num.*92. *p.*802. In cauſa criminali præualet Sententia fauorabilior Reo; & etiam in Cauſa Ciuili, ſi Cauſa ipſa non ſit priuilegiata. *ibi. num.* 92. *pag.*802. Sententia nulla præualet, ſed res eſt deferenda ad Superiorem, ſi Iudices ſint Delegati, & numero pares in opinando. *ibi. num.*92. *p.*802. Sententiæ executio ad quem oportet. *ibid.num.*111.*p.*809.

Sequeſtrare. Sequeſtratio vnius ſolius cum ſola eſt indicium graue; ſed non probat copulam conſummatam, ſed attentatam, & delicto aliundè probato, ſufficit ad Torturam. *Tit.Indicia.num.*12.*p.*491.

Sequeſtrare Subditum in Cella, poteſt Superior Localis quiuis. *Tit. Carcer. num.* 9. *&* 10. *pag.*650.

Sexagenarij torqueri non poſſunt; & priuilegio ſenectutis gaudent habentes ætatem 57. annorum. *Ti.Tortura.nu.*111.*pag.*621.

Sibilus. Vide *Tortura. Vide Tormentum.*

Sigillum. Vide *Secretum*.

Signa virginitatis certa dari non poſſunt; & quæ ſint iuxta Modernos. *Tit.Corpus.num.* 38.*& ſeqq.pag.* 423. Signa virginitatis amiſſæ multiplicia. *ibi.num.*41.*pag* 424. Signa veneni, quæ. *ibi.num.*45.*& ſeqq.pag.*426.

Simonia probatur per Teſtes ſingulares. *Titul. Probatio. num.*5. *pag.* 642. Non præſcribitur. *Tit.Patronus,num.*93.*pag.* 735.

Simpliciter. Vide *Dictio*.

Singularitas diuerſificatiua non attenditur in Teſtibus fide dignis. *Tit. Probatio. num.* 2. *pag.*640. Singularitas adminiculatiua, diuerſificatiua, & obſtatiua, quæ. *Tit.Teſtes. nu.* 40.*pag.*583.

Socius criminis non poteſt accuſare. *Tit. Accuſatio.nu.*8.*pag.* 349. Non recipitur in Teſtem; ſed ſi auditur, quid operetur eius dictum. *Tit.Teſtes.num.*52.*& ſeqq. pag.* 539. Cum adminiculis facit ad inquirendum in ſpecie; ſed ſine adminiculis non facit niſi ad inquirendum in genere. *ibi.num.*53.*pag.*539. Illius dictum valet pro exculpatione Socij, & quomodò. *ibi.num.*54 *pag.*539. Quare repellatur à teſtificando. *ibi. num.* 108. *pag.* 563. Socius criminis torquetur, & per quantum temporis. *Tit.Tortura num.*46.*pag.*595. Licet ſit indultatus à Principe, tamen ſuper Conſocijs debet torqueri. *ibi. num.*47. *pag.*595.

Sodomiam exercentes Clerici traduntur Curiæ ſæculari morte plectendi. *Tit.Sententia. num.* 125.*pag.* 814.

Solicitatus querelans non probat; ſi non querelat, & ſit integer, ſemiplenè probat, & quomodò. *Tit.Teſtes. num.*64.*pag.*542.

Sortilegium, eſt crimen capitale. *Tit.Pœnarum. num* 121.*pag.*293.

Spernere Iudicem, eſt crimen læſæ Maieſtatis. *Tit.Tortura.num.*57.*pag.*598.

Spoliatio eſt gradus Torturæ. *Tit.Tortura.num.* 92. *pag.*613. Spoliatio proceſſus, quomodò facienda. *Titul. Patronus. num.*168. *pag.*756.

Spon-

Sponte. Spontaneus. Spontè confeſſus mitiùs puniendus. *Tit. Reus. num.* 58. *pag.* 681. Quis dicatur ſpontè confeſſus. *ibi. num.* 64. *pag.* 683. Spontè factum eſt factum voluntariè; vndè eſt ſpontanea, etiam confeſſio facta metu tormentorum. *ibi. num.* 59. *p.* 681. Spontaneum, & coactum in genere moris, quid dicatur. *ibi. n.* 61. *p.* 682.

Statuta Ordinis obligant ſub pœna, non ſub culpa; ea tamen non ſeruans ex mala conſuetudine, quomodò peccet. *Tit. Quid. num.* 49. & 51. *p.* 26. 27. Obligant independenter à confirmatione Apoſtolica. *Tit. Proemial. num.* 11. *p.* 6. Quando obligent ſub mortali. *Tit. De lictorum. num.* 16. & 17. *p.* 195. 196. Statuta antiqua Ordinis, an ſint abrogata per Practicam Criminalem. *Tit. Trorm. num.* 19. & *inde. pag.* 9.

Statutum modificatiuè diſponens dat formam agendi. *Tit. Quid. num.* 97. *pag.* 42. Statutum, & conſuetudo procedunt à pari, & valet argumentum de vno ad aliud. *Tit. Proemial. num.* 9. *p.* 6. Statutum prohibens Appellationem, quomodò poteſt condi. *Tit. Canones. num.* 79. *p.* 140. Conceptum ſub verbis negatiuis, & clauſula irritante, annullat factum in contrarium. *ibi. num.* 110. *p.* 162. Statuta Laicorum non ligant Religioſos. *Tit. Tortura. num.* 96. *p.* 615.

Stolidus non poteſt eligi Prælatum. *Tit. Quales. num.* 12. *p.* 75.

Stultus eſt ineligibilis ad Prælaturam. *Tit. Quales. num.* 12. *p.* 75.

Stupratio puellæ non viripotentis, eſt crimen capitale. *Tit. Pœnarum. num.* 121. *p.* 293.

Subdelegare poteſt Delegatus ad vniuerſitatem Cauſarum vnius Prouinciæ, ſeu Conuentus; & quos poſſit ſubdelegare. *Tit. Quid. num.* 124. & 125. *p.* 53. 54. Delegatus à Principe ad Cauſam particularem, ſed non, ſi ſit electa induſtria perſonæ. *ibi. num.* 126. & 127. *pag.* 55. Delegatus à Prouinciali ad Cauſam particularem non poteſt ſubdelegare niſi aliquem Articulum non iuriſdictionalem. *ibi. num.* 130. *p.* 56. Subdelegans ſemper poteſt Cauſam ſubdelegatam ad ſe auocare. *ibi. num.* 132. *p.* 58.

Subdelegatus requirit conditiones perſonales Delegati. *Tit. Quid. nu.* 100. *p.* 42. Debet eſſe Subditus Delegantis. *ibi. num.* 125. *p.* 54.

Subditus non proficit ex correctione iniurioſa. *Tit. Canones. num.* 835. *p.* 14. Appellare quandò poſſit à pœna paternè impoſita. *ibi. num.* 86. *p.* 145. Non tenetur obedire *contrà*, vel *ſuprà* Regulam. *Tit. Pœnarum. nu.* 164. *p.* 314. Comparatur Filio, aut Seruo. *Tit. Accuſatio. n.* 58. *pag.* 373. Tenetur obedire Prælato in dubio tam iuris, tam facti. *Titul. Carcer. num.* 13. *pag.* 651.

Subornatio, quomodò probetur. *Tit. Teſtes. num.* 112. *pag.* 565.

Subornatus. Vide *Teſtis.*

Subrogatus, & *Subſtitutus*, quis dicatur. *Tit. Canones. num.* 116. *p.* 156.

Suggeſtio quotupliciter fiat. *Tit. Teſtes. num.* 75. & 76. *p.* 548. 549.

Suggeſtiua interrogatio reddit proceſſum nullum. *Titul. Reus, num.* 17. *pag.* 664.

Summariè procedere, quid ſit. *Tit. Quam. num.* 3. *pag.* 339.

Superior non puniens delicta illa approbat. *Tit. Quid. num.* 42. *p.* 24. Tenetur vniuerſaliter punire delicta. *Tit. Quid. num.* 42. & *ſeqq. pag.* 24. In puniendo, an debeat eſſe potiùs rigoroſus, quam miſericors. *ibi. nu.* 44. *pag.* 25. Tenetur corrigere Subditos, etiam cum periculo vitæ. *Tit. Quid. num.* 63. *pag.* 32. Puniens miſericordiam oſtendit. *ibi. nu.* 48. *pag.* 26. Debet punire delicta, etiam leuia. *ibi. nu.* 49. *pag.* 26. Quandò *paternè*, & quandò *iudicialiter* debeat procedere. *ibi. num.* 57. *pag.* 30. Non tenetur reuocare damnatos ad Triremes, nec eos recipere *Tit. Pœnarum. num.* 112. *pag.* 288. Poteſt diſpenſare ſuper Irregularitate incurſa ob infamiam ex delicto. *ibi. num.* 114. *pag.* 289. Superior quiuis poteſt Subditos ligare Cenſuris, & ſibi eligere Confeſſarium. *ibi. num.* 162. *pag.* 313. Superior Regularis, quomodò ſe gerat, ſi eius Subditus ſit ab Epiſcopo proceſſatus, aut ſententiatus. *Tit. Teſtes. num.* 115. & *ſeqq. pag.* 566 Poteſt Superior remittere iniuriam ſuo Subdito factam ab extraneo, non verò à domeſtico. *Tit. Sententia. num.* 126. *pag.* 815.

Superior Localis eſt Iudex; tenetur punire Delinquentes, aliter fit infamis. *Tit. Quid. num.* 14. & 42. *pag.* 15. & 24. Religioſos aduenas delinquentes poteſt punire. *ibi. num.* 79. *pag.* 36. Procedit ſine ſcripto in puniendo, & quæ delicta emendet. *Tit. Delictorum. num.* 5. & 6. *pag.* 189. 190. Non carcerans ſuſpectum de fuga, peccat. *ibi. num.* 12. *pag.* 194. Obligatur ſub mortali ad tenendum Capitulum culparum, & quomodò ibi ſe gerere debeat in corrigendo. *ibi. num.* 16. & 17. *pag.* 195. 196. Quando poſſit Delinquentes carcerare, & Corpus Delicti teneatur deſcribere. *Tit. Delictorum.* §. 5. *pag.* 192.

Surdus non poteſt fieri Prælatus. *Tit. Quales. num.* 17. *pag.* 75. Surdus eſt Teſtis inhabilis. *Tit. Teſtes. num.* 4. & 7. *pag.* 518. In caſu enormiſſimo eſt examinandus, & quomodò. *Tit. Teſtes. num.* 81. *pag.* 551.

Suſpectus de fuga eſt carcerandus. *Tit. Delictorum num.* 12. & 13. *pag.* 194. Suſpecti de falſo Teſtes non iuuantur per numerum; ſed ſi numerus eſt magnus, & ipſi ſint bonæ famæ iuuantur. *Tit. Teſtes. num.* 61. *pag.* 541. Suſpectus de ſubornatione, aut impedimento, ponendo Teſtibus poteſt carcerari. *Titul. Reus. num.* 6. *pag.* 659. Vide *Suſpicio.*

Suſpenſio alia eſt Cenſura, alia pœna. *Tit. Canones. num.* 93. *pag.* 149. & *Tit. Sententia. num.* 102. *pag.* 805. Vt pœna an, & quomodò infligi

poſſit

poſſit à Prouinciali Superiori Locali. *ibi. num.* 93. *&* 94. *pag.* 149. 150. Vt Cenſura currit pari paſſu cum Excommunicatione. *ibi. num.* 132. *&* 133. *pag.* 176. Suſpenſio quid, & quotuplex. *Tit. Pœnarum. num.* 17. *pag.* 230.

Suſpenſio ab Officio non eſt Cenſura, ſed eſt pœna vindicatiua. *Tit. Pœnarum. num.* 17. *pag.* 230. Lata in Statutis comprehendit ſpiritualia, & temporalia. *ibi. num.* 13. *pag* 231. Hæc eſt diuerſa ab ea, quæ fertur per Prælatum. *ibi. num.* 19. *p.* 231.

Suſpenſio interpretatiua, quandò ſit. *Tit. Pœnarum. num.* 67. *p.* 264. Perpetua ſapit priuationem. *ibi. num.* 71. *p.* 267.

Suſpenſus eſt ineligibilis ad Prælaturam. Tit. *Quales. num.* 28. *p.* 77. Suſpenſus, à beneficio tantùm, poteſt eligere, ſed non eligi. *Tit. Pœnarum. num.* 5. *p.* 224. Suſpenſus *abſolutè* intelligitur ab Officio, & beneficio. *ibi. num.* 6. *p.* 224. Suſpenſus ab Ordine, eſt ſuſpenſus ab omnibus dependendentibus ab eo. *ibi. num.* 18. *p.* 231. Suſpenſus ab Officio, in quibuſdam non impeditur. *ibi num.* 20. *pag.* 232.

Suſpirio fuga vndè deſumenda. *Tit. Pœnarum. num.* 79. *p.* 271. Suſpicio Hæreſis probatur ex pluribus dictis hæreticalibus probatis per Teſtes ſingulares. *Tit. Tortura. num.* 72. *p.* 604.

Species, quid ſit. *Tit. Quales. num.* 62. *pag.* 91.

T

Tabidus eſt ineligibilis ad Prælaturam. *Tit. Quales. num.* 6. *p.* 74.

Texilli. V. Tortura. V. Tormentum.

Temerè V. Dictio.

Tempus proſequendæ Appellationis eſt annus, ſed poteſt abbreuiari à Iudice. *Tit. Canones. num.* 77. *p.* 138. Tempora priuationum non confunduntur. *Tit. Pœnarum. num.* 15. *p.* 229. Tempus breuiſſimum in iure quod dicatur. *Tit. Exceptio. num.* 11. *pag.* 475. Temporis diuerſitas non inducit ſingularitatem, quandò vna, & eadem res fieri ſolet in diuerſis temporibus; aut quando eſt parua differentia temporis. *Tit. Probatio. n.* 2. *p.* 640.

Termini. V. Defenſio.

Tertiarij ſeruientes in Conuentibus gaudent priuilegijs fratrum. *Tit. Quid. nu.* 75. *p.* 35. Eos delinquentes punit Superior Regularis. *ibi. num.* 76. *pag.* 35.

Teſtificari. Teſtificantes reciprocè contra ſe in Inquiſitione generali quomodò ſint credendi *Tit. Inquiſitio. n.* 56. *pag.* 461. Teſtificari in iudicio eſt honor. *Tit. Tortura. n.* 38. *p.* 593.

Teſtis in Denunciatione dicitur aſſumptus ex officio *Tit. Denunciatio. num.* 16. *pag.* 390. Teſtis de tempore delicti in genere copulatur cum alijs de eodem tempore in ſpecie. *ibi. nu.* 37. *p.* 399. Teſtis nullus repellitur in Viſitatione iudiciali. *Tit. Inquiſitio. nu.* 11. *pag.* 440. Teſtes requiruntur in contractu ciuili; creatione Notarij; & viſitatione corporis delicti: *ibi. num.* 44. *&* 46. *p.* 456. 457. Teſtes quando copulentur ad probanda indicia. *Tit. Indicia. nu.* 24. *pag.* 495. Teſtes excedentes dignitate quandò præferantur excedentibus numero. *Tit. Teſtes. num.* 36. *p.* 530. Teſtis ex officio aſſumptus quis dicatur. *ibi. num.* 94. *p.* 557. Teſtes quot requirantur ad perfectè conuincendum. *Tit. Tortura. num.* 77. *pag.* 606. Teſtibus dare fidem remittitur Iudici. *Tit. Probatio. num.* 3. *pag.* 641. Teſtium debilitas roboratur per numerum. *ibi. num.* 3. *pag.* 641. Teſtis publicans delictum occultum quando non audiendus. *Tit. Patronus. nu.* 73. *pag.* 726. Teſtis non poteſt eſſe denunciator voluntarius; nec ille, qui ſubdolè procurauit, vt alius denunciaret. *Tit. Sententia. num.* 68. *&* 70. *pag.* 793. 794. Teſtes noui poſſunt induci quoties mutatur Cauſa, vel inſtantia, vel Iudex. *ibi. num.* 106. *pag.* 807.

Teſtis citandi & vocandi ſunt à locis etiam diſtantibus. *Tit. Corpus. num.* 17. *p.* 412. Ad comparendum vocandi, aut citandi ſunt. *Tit. Teſtes. num.* 73. *pag.* 548. *V. Citare.*

Teſtes iurati eſſe debent, & non iuratus nihil probat. *Tit. Inquiſitio. num.* 43. *pag.* 456. *& Tit. Teſtes. n.* 72. *&* 86. *p.* 547. *&* 554.

Teſtes examinati etiam non citata parte aliquid probant. *Tit. Quam. num.* 15. *pag.* 343. Teſtis vt examinetur, non requiritur, quod ſit ſubditus Iudicis examinantis; & examinatus abſque licentia ſui Superioris validè deponit: ſed apud Nos hoc fallit. *Tit. Teſtes. n.* 83. *&* 84. *p.* 552. 553. Monendus eſt Teſtis priùs, quàm examinetur; & quomodo, & quo ordine ſit examinandus. *ibi. n.* 101. *& ſeqq. p.* 560. Teſtis eſt examinandus de omnibus circumſtantijs corporalibus Rei, autè eius recognitionem. *Tit. Reus. nu.* 99. *pag.* 694. Teſtes examinati pro Fiſco examinari etiam poſſunt prò Reo. *Tit. Patronus. nu.* 68. *pag.* 724. Teſtis deponens inuериſimilia non probat. *ibi. num.* 120. *pag.* 741. *V. Iudex Teſtes recipiens.*

Teſtis reſpondere Iudici debet viua voce, & non in ſcriptis; poteſt tamen ſuas depoſitiones ſcribere. *Tit. Teſtes. num.* 104. *p.* 561. Quandò dicatur Teſtis relatiuè reſpondere, & quomodò tunc ſe geret Iudex. *ibi. num.* 127. *pag.* 570. *V. Teſtis cogendus. V. Reſpondens.* Teſtis reſpondere negans eſt torquendus. *Tit. Tortura. nu.* 57. *p.* 599.

Teſtis de viſu vnus, cum Teſte de auditu probant pliùs, quàm ſemiplenè. Tit. *Teſtes. num.* 47. *pag.* 536.

Teſtis omni exceptione maior quis ſit. *Tit. Tortura. nu.* 58. *p.* 599.

Teſtis integer quis dicatur. *Tit. Accuſatio. num.* 29. *pag.* 359. Licet vnicus, probat ſemiplenè. Tit. *Teſtes. num.* 50. *pag.* 537. Copulatus cum Teſte defectiuo illum ſanat. *ibi. nu.* 62. *p.* 542. Teſtis integritas per quæ lædatur, &

&

& per quæ reparetur. *Tit. Probatio. num. 7. p. 642.*
Teſtis idoneus, & omni exceptione maior idem eſt, & vt probet ad torturam quid requiritur, *Tit. Teſtes. num. 66. & 67. pag. 544. 545.*
Teſtis conteſtis quis dicatur. *Tit. Fama. num. 5. pag. 508. & Tit. Teſtes. num. 68. p. 545.* In dubio præſumitur, quod Teſtis ſit conteſtis. *Tit. Teſtes. num. 71. p. 547.* Vt ſit conteſtis, non requiritur, quod viderit conteſtem. *Tit. Tortura. nu. 73. pag. 604.* Teſtes conteſtes duo omni exceptione maiores faciunt probationem plenam. *Tit. Probatio. num. 7. p. 642.* Conteſtes non ſunt integri, qui patiuntur exceptionem quanuis minimam. *Tit. Sententia. num. 67. p. 793.*
Teſtes ad probandum duo requiruntur de iure diuino. *Tit. Quam. num. 10. p. 341. Vid. Probatio.* Non reddens cauſam ſui dicti non probat. *Tit. Teſtes. num. 93. pag. 556.*
Teſtes ſingularis quis ſit, quomodo differat ab vnico, quando dicatur talis, vel non, & quid probet. *Tit. Teſtes. nu. 40. & ſeqq. pag. 533.* Teſtes ſingulares videntes ſucceſſiuè eundem actum probant. *ibi. num. 49. pag. 537.* Teſtis ſingularis regulariter non facit niſi ad inquirendum. *ibi. num. 49. pag. 537.* Teſtes ſingulares fide digni deponentes plura indicia tendentia ad vnum finem ſufficiunt ad Torturam. *Tit. Tortur. n. 62. p. 600.* Sufficiunt ad probandam confeſſionem extrajudicialem; & probant ſuſpicionem hæreſis. *ibi. num. 71. & 72. pag. 603. 604.* Teſtes ſingulares plures quàm duo circa delicta eiuſdem ſpeciei probant ad pœnam extraordinariam, & quatuor probant ad pœnam ordinariam. *Tit. Probatio. num. 3. pag. 641.* Teſtes ſingulares coniuncti quid probent. *ibi. num. 6. & ſeqq. pag. 642. V. Teſtes diſcordentes.*
Teſtis vnicus integer probat ſemiplenè. *Tit. Teſtes. nu. 50. p. 537. V. Teſtis ſingularis.*
Teſtes vltro. nens, quandò dici poſſit; & non debet admitti ad teſtificandum. *Tit. Teſtes. num. 73. p. 548. & Tit. Tortura. num. 48. p. 595.*
Teſtis ſuſpectus quot modis reddatur. *Tit. Teſtes. num. 65. p. 543.*
Teſtes cogendi ſunt, ſi renuunt examinari. *Tit. Teſtes. num. 78. & ſeqq. p. 550.* Et cogendi ſunt per Cenſuras, & carceres, & quomodò. *Tit. Tortura. nu. 57. p. 598.* Teſtes quandoe cogi poſſint, vel non, & quæ ſeruanda circà hoc. *ibi. num. 115. & ſeqq. p. 622.*
Teſtis proteruus quandò dicatur, & quomodò cogendus ſit ad examen. *Tit. Teſtes. num. 78. & ſeqq. p. 550.*
Teſtis repulſus ſemel ex vitio perſonæ ſemper eſt repellendus. *Tit. Exceptio. num. 23. pag. 480.*
Teſtis inhabilis quis dicatur, quotupliciter, & quo iure. *Tit. Teſtes. num. 3. & ſeqq. p. 517.* Teſtes inhabiles de iure humano, & qui poſſunt admitti in iudicio Regulari, enumerantur. *Tit. Teſtes. num. 22. & ſeqq. pag. 523.* Teſtis inhabilis de iure naturæ non poteſt iuuari. *ibi. nu. 51. pag. 538.* Teſtes inhabiles per quæ poſſint iuuari. *ibi. num. 51. & ſeqq. p. 538.* Inhabilis de iure humano cum adminiculis facit ad torturam. *ibi. num. 57. p. 540.* Tortus, cum adminiculis, & iunctus cum Teſte integro probat. *ibi. num. 57. & 62. p. 540. 542.* Inhabilis ob excommunicationem non torquetur, ſed abſoluitur. *ibi. nu. 60. p. 541.* Inhabiles, vt poſſint admitti ad teſtificandum quæ requiruntur. *Tit. Teſtes. num. 106. & ſeqq. p. 562.* Inhabiles producti ab Accuſatore debet Iudex ex officio repellere, & alios idoneos ſubſtituere. *ibi. num. 124. p. 569.* Non admittuntur ad probanda indicia: nec ad probandum delictum in caſu Accuſationis. *Tit. Tortura. num. 42. p. 594.* Ex quibus cauſis ſint torquendi. *ibi. num. 49. & ſeqq. p. 596.* Admittuntur contra notabiliter criminoſos, & malæ vitæ. *ibi. num. 56. pag. 602.* Ad defenſionem admittuntur, & quarè. *Tit. Latronus. num. 98. pag. 737.* Teſtis inhabilis admittitur ad probanda adminicula prò Reo. *ibi. num. 99. pag. 735.* Et iunctus cum Teſte integro plenè probat ad defenſam. *ibi. nu. 100. p. 737.*
Teſtis falſus quotupliciter quis dicatur. *Tit. Teſtes. num. 23. & ſeqq. pag. 524.* Quomodò probetur, & puniatur. *ibi. num. 26. & ſeqq. p. 525. V. Crimen. V. Falſum.*
Teſtis corruptus, vel ſubornatus quis ſit. *Tit. Teſtes. num. 112. pag. 565.* Corrupto vno Teſte præſumuntur corrupti omnes. *ibi. num. 113. p. 565.* Vnus Teſtis ſubornatus eſſe præſumitur ſi eſt probatus falſus; & cum indicio facit ad torturam contrà ſubornantem. *ibi. num. 113. pag. 565.* Teſtes duo deponentes de ſubornatione faciunt indicium ad torturam. *ibi. nu. 113. p. 565.* Subornatus præſumitur, ſi citatus prò detegenda ſubornatione fugit. *ibi. num. 112. p. 565.*
Teſtis vacillans quis ſit, & quomodò differat à vario, & contrario. *Tit. Teſtes. num. 37. p. 598.* Eſt torquendus. *Tit. Tortura. nu. 56. p. 540.*
Teſtis contrarius quis dicatur; & non differt à Vario. *Tit. Teſtes. 28. pag. 527.* Teſtes contrarij inter ſe qui dicantur. *ibi. num. 35. p. 530.* Teſtes duo ſi ſint contrarij inter ſe, neutri creditur, & neuter poſt condemnari de falſo. *ibi. num. 27. p. 525.*
Teſtis varius non eſt credendus, niſi purgata varietate. *Tit. Teſtes. num. 34. pag. 528.* Varius in duobus iudicijs validis eſt torquendus, & iterando variationes poteſt vſque ad tres vices torqueri, & quæ ad hoc requirantur. *Tit. Tortura. num. 49. & 50. pag. 596.* Quomodò poſſit euadere torturam. *ibi.*

ibi. num. 51. *&* 52. *pag.* 596. 597.

Teſtis dubitatiuus ſi eſt in primo dicto, & poſt aſſertiuè deponit creditur ſecundo dicto. *Tit.Teſtes.num.* 31. *p.* 528. Dubitatiuè ſemper deponens non probat., *ibi. num.* 38. *p.* 531. Si primò negauit ſcire, & poſt deponit aſſertiuè, eſt periurus;ſi extraiudicialiter dicit contrarium dicto iudiciali, ſtatur huic; ſed ſi extraiudicialiter etiam iurauit, eſt periurus. *ibi. num.* 31.*p.*528.

Teſtis. concordatus non eſt omni exceptione maior. *Tit.Teſtes. nu.*30. *p.* 527.

Teſtis de credulitate quis dicatur, & quid probet. *Tit.Teſtes.num.*39.*p.*531. Ad defenſionem admittitur. *Tit. Patronus. num.* 98. *p.* 737.

Teſtis torquendus ob quas cauſas ſit. *Tit.Tortura. num.* 32. *&* *ſeqq. pag.* 592. Teſtis mitiùs eſt torquendus quàm Reus. *ibi. num.* 114. *p.* 622. Teſtis dicitur tortus in faciem Rei, ſi Iudex præſente Reo decernat, quod Teſtis maneat ſequeſtratus in camera, ieiunet, aut ſe diſciplinet. *Tit.Reus.num.*108.*p.* 695. Teſti torquendo quandò ſint dandæ defenſiones. *Tit.Tortura.num.*118.*p.*624.

Teſtis de auditu quis ſit, & quantum probet. *Tit. Teſtis. num.* 109.*&* *ſeqq.pag.* 563.

Teſtis diſcordantes in tempore de actu iterabile ſunt ſingulares; non iterabili non deſinunt eſſe conteſtes. *Tit.Teſtes.num.*70.*pag.* 546.

Teſtis confrontandus cum Reo quomodò. *Tit. Reus. num.*96. 105.*&* 107.*pag.*694. 695.

Teſtes repetendi poſt eorum confrontationem cum Reo, quandò ſint *Tit. Reus. num.* 111. *&* 112. *p.* 696. Repetendi ſunt ad defenſam etiamſi Reus contumax, aut confeſſus eſſet. *Tit. Patronus. n.* 149. *p.* 750. Tunc ſeruanda omnia, quæ in primo examine, & quæ àlia curare debeat Iudex. *ibi. num.* 151. *&* *ſeqq. p.* 750. Teſtes nolentes repeti ad inſtantiam Rei ſunt ſuſpecti de falſo, & eorum dicta non probant. *ibi num.*150.*p.* Teſti inhabili, qui repetitur danda eſt tortura de nouo; ſed hæc eſt ſolemnitas iuris. *ibi. num.*150.*&* 158. *p.*750. 752.

Teſtis ad defenſam magis credendus, quàm ad offenſam. *Tit.Patronus. num.*77. *p.*728. Quinam Teſtes ad defenſam admittantur: & alia circa eos obſeruanda.*ibi.num.*77.*&* *ſeqq. pag.*728.

Teſtis de Vniuerſitate, quandò non admittatur in Cauſa ciuili ad teſtificandum. *Tit. Teſtes. num.*15.*p.*521.

Theologia encomia. *Tit. Acenſatio.num.*41. *pag.* 365. Vide *Lectores Theologi*.

Timor eſt indicium leue. *Tit. Indicia. num.* 5. *p.*488. Timor mali futuri excuſat, ſicut præſentis. *ibi.num.*16.*p.*491.

Tormenta in iure vocantur quæſtiones. *Titul. Tortura.num.*1.*p.*579. Taxillorum, Sibilorum, per oua calida, flagellationis quæ, & quando vitanda. *ibi.num.*2.5. *&* *ſeqq.p.* 579. 580. Tormenta noua poteſt excogitare Iudex, ſed non ijs vti abſque Diffinitorio. *ibi. nu.*7. *p.*581. Camera tormentorum facit ad Torturam. *ibi.num.*92.*p.*612.

Torquere. Torqueri nemo poteſt ex ſola præſumptione delicti ob inimicitiam, ſed debent adeſſe adminicula. *Tib. Indicia num.*6. *p.* 488. Torqueri nemo poteſt niſi de conſenſu Diffinitorij, etiamſi Iudex ſit deſtinatus à Cardinali Protectore. *Tit.Tortura.nu.* 23.*p.*588. Et niſi cauſa legitimè probata. *ibi. num* 25 *p.* 588. Torquens indebitè Excommunicatus eſt. *ibi.num.*27. *p.*589. Torquens timore quis dicatur. *ibi.num.*26.*&* 27. *p.*589. Torquens malè, ſed cum opinione probabili, effugit pœnas malè torquentium. *ibi. num.*28. *p.* 589. Diffinitorium malè torquens eſt puniendum. *ibi num.*29.*p.*589. Torqueri poteſt Reus ex dicto vnius Teſtis omni exceptione maioris. *ibi.num.*58. *pag.* 599. Torqueri debet, qui negat confeſſata in tormentis. *ibi. num.*64. *pag.*601. Et qui delictum extraiudicialiter eſt confeſſus, & quare. *ibi.num.* 70. *&* 73. *pag.*603.604. Torqueri poteſt ille, cui pro delicto probato debetur pœna carceris. *ibi.num.*75.*pag.* 606. Torqueri non debet conuictus, ſed aliquandò poteſt, & quandò, & quomodò. *ibi.num.*77. *&* *ſeqq. pag.* 606. Torqueri mitiùs debent Religioſi quàm Sæculares. *ibi. num.*91. *pag.* 612. Torqueri qui non poſſint. *ibi. n.*110. *&* *ſeqq. pag.* 620. Torqueri debet Vulneratus nolens aperire Iudici Vulnerantem; & quandò, & quomodò. *ibi.num.*126. 127. *pag.*626. 627. Torquendi conſilium quomodò petendum à Iudice, & dandum à Diffinitorio. *ibi.num.*135.*&* *ſeqq.pag.*630.

Tortura indebita, vſque ad mortem ſecutam data, eſt crimen capitale: *Tit.Pœnarum.num.* 121. *pag.* 293. Tortura ſanat omnes Teſtes inhabiles ex delicto, ſed oportet, quod delictum, ob quod ſunt inhabiles mereatur pœnam corporalem. *Tit. Teſtes .num.* 60. *pag.* 541. Tortura quid ſit, & quotuplex, quare, quomodo, & quibus danda. *Tit.Tortura.per tot.&* *Tit.eo. num.*1. *&* *ſeqq. pag.*579. Torturæ ſpecies, intenſio, & duratio pendet à qualitate delicti, & Indiciorum. *ibid. num.* 12. *pag.* 582. Eius intentio regulàtur à præſumptione maiori, aut minori falſitatis in Teſte. *ibi. num.* 9. *pag.* 581. Tortura ſola, quæ fit per violentiam, ſi *temerè* detur infert Excommunicationem. *ibi. num.*30. *pag.* 590. Tortura Teſtium inhabilium differt à Tortura habilium. *ibi. num.*49. *pag.*596. Non datur pro crimine, quod punitur ſola priuatione Officij; aut ſi pœna criminis eſt minor, quàm Tortura. *ibi. num.* 75. *pag.* 606. Tortura corporalis non datur apud Nos, ſi pœna criminis eſt arbitraria Iudici; ſed ſi pœna extraordinaria criminis eſt corporalis, poteſt dari Tortura. *ibi.num.*76.*pag.*606.

Tortura quomodò in faciem Rei detur Complici, qui confeſſus eſt in crimine non atrociſſimo, ſiuè in arctatione. *Tit. Reus. num.* 108. *pag.* 695. Tortura, in quo differat à pœna lata per ſententiam. *Tit. ſententia. num.* 86 *pag.* 799. Vide *Torquere*. Vide *Iudex*.

Torturæ Decretum. Vide *Decretum*. Torturæ Decretum, quomodò faciendum. *Tit. Tortura. num.* 85. & 93. *pag.* 610. & 614.

Torturæ gradus ſunt *ligatio, & ſpoliatio*. *Tit. Tortura. num.* 46. *pag.* 595. Torturæ graduum diuiſio. *ibi num.* 91. & *ſeqq. pag.* 612.

Torturæ duratio ſuper Complicibus non poteſt extendi vltra medietatem horæ. *Tit. Tortura. num.* 81. *pag.* 607. Ex indicijs valdè vrgentibus poteſt Tortura dari per duas tertias partes horæ, & dicitur tortus *acriter*, qui torquetur per integram horam. *ibi. num.* 85. *pag.* 610.

Torturæ repetitio non eſt facienda ſuper eodem Articulo. *Tit. Tortura. num.* 84. *pag.* 610. In quibus caſibus repetatur Tortura. *ibi. num.* 86. *pag.* 611. Vltra tres vices in eodem delicto non poteſt repeti; ſed in diuerſis pluries, & quomodò. *ibi. nu.* 87. *pag.* 611. Inter vnam, & aliam Torturam completam debent mediare 40. dies; & non poteſt Tortura repeti in eodem die. *ibi. num.* 87. *p.* 611.

Tortura funis datur Reo, apud Nos in atrociſſimis tantùm. *Tit. Tortura. num.* 8. *p.* 581. Eius duratio, & intenſio, quomodò regulanda. *ibi. num.* 11. & 12. *p.* 582. Quomodò, & quibus aſſiſtentibus danda. *ibi. num.* 82. *p.* 609. Teſtibus, apud Nos, non danda. *ibi. num.* 114. *pag.* 622.

Tortura ignis adhibetur in crimine nefando. *Tit. Tortura. num.* 21. *p.* 587.

Tranſactio ſuper quibus delictis, quo iure, & cum quibus fiat. *Tit. Sententia. num.* 120. & *ſeqq. p.* 803.

Tremor eſt indicium leue. *Tit. Indicia. num.* 5. *peg.* 488.

Triremes poſſunt à Regularibus dari in pęnam. *Tit. Pænarum. num.* 106. *p.* 284. Quæ obſeruanda pro damnandis ad Triremes. *ibi. num.* 108. & *ſeqq. p.* 286. A Triremibus redeuntes an, & à quo recipiendi, & quid ab ipſis præſtandum. *ibi nu.* 112. & *ſeqq. p.* 288.

Turpitudinem ſuam reuelare nemo eſt cogendus. *Tit. Reus. nu.* 16. *p.* 663.

V

V*Acillatio* Rei facit indicium graue. *Tit. Indicia. num.* 14. *p.* 491. Vacillatio Teſtis, in quo conſiſtat. *Tit. Teſtes, num.* 37. *pag.* 531.

Vagatio Fratrum parit ſcandala. *Tit. Pænarum. num.* 69. *p.* 265.

Valetudinarius eſt inhabilis ad Prælaturam. *Tit. Quales. num.* 3. *p.* 74.

Valor indiciorum eſt Iudici arbitrarius. *Tit. Indicia. nu.* 36. *p.* 500.

Variatio. Varietas. Variatio facit indicium graue. *Tit. Indicia. num.* 14. *p.* 491. Varietas eſt duplex. *Tit. Teſtes. num.* 28. *p.* 526. Varietas Teſtium eſt concordanda. *ibid. num.* 30. *p.* 527. Varietas Teſtis in duobus iudicijs, quorum vnum ſit inualidum non attenditur. *Tit. Tortura, num.* 49. Vide *Teſtis varius. pag.* 596.

Venenatus. Venenum. Venenatus viſitandus à Medico, *Tit. Corpus*, §. 2. *p.* 406. Veneni propinatio eſt crimen capitale. *Titul. Pænarum. num.* 121. *p.* 293. Veneni diuiſio, & ſigna. *Tit. Corpus. num* 44. & *ſeqq. p.* 425.

Verba iniurioſa quandoq; plus lædunt, quàm verbera. *Tit. Canones. num.* 85. *p.* 143. Verba, quæ poſſunt habere duos intellectus ſunt interpretanda in bonum, & non in malum. *Tit. Patronus. nu.* 102. *p.* 694.

Verenda marium inſpicere vetuit Imperator. *Tit. Corpus, num.* 14. *p.* 411.

Veritas, quæ aliter haberi non poſſit, quæ dicatur. *Tit. Teſtes, num.* 2. *p.* 517.

Vicarius eſt, qui vices alterius gerit. *Tit. Quid, num.* 7. *p.* 14.

Vicarius Generalis eſt Iudex Ordinarius. *Tit. Quid, nu.* 8. *p.* 14.

Vicarius Prouincialis quo ſenſu ſit Iudex Ordinarius. *Tit. Quid, nu.* 11. *p.* 15.

Vicarius Epiſcopi poteſt recuſari, recuſato Epiſcopo. *Tit. Canones, num.* 115. *p.* 166.

Vicarius in capite, ſiuè Præſidens Conuentus, poteſt ea, quæ poteſt Prælatus Localis. *Tit. Delictorum. nu.* 41. *p.* 212.

Vicarius Conuentualis in longa abſentia Superioris eſt Superior Localis. *Titul. Delictorum, num.* 41. *p.* 213. Quandò poſſit abſoluere à reſeruatis. *ibi. num.* 43. *p.* 214. Non eſt Officialis ordinarius, nec vllam habet ordinariam iuriſdictionem, ſed eſt ſimplex coadiutor Guardiani. *Tit. Pænarum, nu.* 61. & 62. *p.* 260. Vicarius conuentualis poteſt fieri is, qui priuatus ſit voce paſſiua. *ibi. num.* 63. *p.* 261. Quandò requirat in ſe conditiones Guardianorum. *ibi. num.* 63. *pag.* 261. De Vicarijs Conuentuum plura. *Tit. Quid. num.* 20. *pag.* 16.

Vidua nubens intrà annum luctus, de Iure Ciuili, fit infamis. *Tit. Tortura. nu.* 35. *p.* 592.

Vigiles Præfecti viſitationi Vrbis propter incendia. *Tit. Canones, nu.* 101. *p.* 157.

Viles perſonæ non poſſunt denunciare. *Tit. Denunciatio, num.* 19. *p.* 392. Viles Teſtes non torquentur. *Tit. Teſtes. num.* 60. *p.* 541. Viles perſonæ, quæ dicantur. *Tit. Tortura. num.* 44. *p.* 594. Vile exercitium vtile Reipublicæ non infert culpam. *ibi. num.* 44. *p.* 594. Vilitas in Teſtibus eſt perenda à moribus. *ibi. num.* 45. *p.* 594. Vili comparatur nobilis vitioſus. *ibi. num.* 45. *p.* 594.

Vincula qualia, & quomodò adhibenda Car-

cerato. *Tit. Pœnarum, num.* 30. *p.* 271.

Vir magninominis quis dicatur. *Tit. Denunciatio, num.* 20. *p.* 393.

Virginitas, & eius ſigna. *Tit. Corpus. num.* 38. *& ſeqq. p.* 423.

Vis incuſſa operanti minuit in eo aliquid de voluntario. *Tit. Patronus, nu.* 127. *p.* 744.

Viſitare eſt actus requirens iuriſdictionem. *Tit. Quid, nu,* 131. *p.* 56. Viſitare poteſt Prælatus, quotiès iudicat expediens. *Tit. Canones, num.* 101. *p.* 157. Viſitare Corpus Delicti, quandò teneatur Guardianus. *Tit. Corpus, num.* 24. *pag.* 416.

Viſitatio frequens conducit reformationi morum; & eius ſcopus quis ſit. *Tit. Canones, num.* 102, 103. *&* 105. *p.* 157. 158. 159.

Viſitatio Corporis Delicti non eſt de iure Diuino; & quomodò, & quibus caſibus fiat. *Tit. Corpus, num.* 6. *& ſeqq. p.* 405.

Viſitatio paterna, quæ. *Tit. Inquiſitio, num.* 3. *& ſeqq. p.* 438. Fit ad correctionem morum. *ibi. num.* 57. *p.* 462. Ex ea quomodò poſſit moueri Prælatus ad procedendum iudicialiter. *ibi. num.* 58. *p.* 462.

Viſitatio iudicialis; quæ ſit, quid requirat, & quæ præſtanda ſint in ea. *Tit. Inquiſitio. num.* 7. *& ſeqq. pag.* 439. Quomodo facienda viſitatio iudicialis, & paterna. *ibi. num.* 22. *& ſeqq. p.* 446.

Viſitator non habet votum in electionibus apud Nos. *Tit. Quales, num.* 33. *p.* 79. Viſitator per quos actus ſuam iuriſdictionem inchoet. *Tit. Quid, num.* 33. *p.* 20. Viſitator non eſt Prælatus; eius iuriſdictio; & poteſt eſſe is, qui actibus legitimis eſt priuatus. *Tit. Quales, n.* 36. *p.* 80. Procurationem apud Nos non recipit Viſitator. *Tit. Canones. num.* 106. *p.* 160. Viſitator, quæ debeat præſtare. *Tit. Inquiſitio.* §. 2. 4. *&* 5. *p.* 441. 445. 447. Quando poſſit ſuſpendere Guardianum. *Tit. Pœnarum, nu,* 70. *&* 71. *p.* 266. 267. Ex ſola informata conſcientia nequit excludere à concurſu ad Prælaturam; ſed poteſt denegare confirmationem. *Tit. Exceptio. num.* 21. *p.* 480. Quomodò poſſit excludere indignos à Prælaturis. *ibi. n.* 30. *p.* 483.

Vitiatus corpore eſt irregularis, non infamis. *Tit. Pœnarum. n.* 45. *p.* 252.

Vitia carnis omnia poſſunt probari per Teſtes ſingulares. *Tit. Probatio. n.* 5. *p.* 642.

Vniuerſitas quid importet, & vt dicatur talis, quæ requirantur. *Tit. Quid, n.* 124. *p.* 53. Vide *Capitulum*. Vide *Communitas*.

Vſucapionis ius, quomodò introductum. *Tit. Reus. n.* 77. *p.* 686.

Vſus loquendi præferendus nouitati vocabuli. *Tit. Proemial. nu.* 8. *p.* 1.

Vocalis accipitur actiuè, & paſſiuè. *Tit. Exceptio. n.* 22. *p.* 480.

Volens, *Voluntas* mala eſt culpanda, non exercitia. *Tit. Tortura. n.* 44. *p.* 594. Voluntas, ſiuè animus alicuius probatur per Teſtes ſingulares. *Tit. Probatio. nu.* 5. *p.* 642. Voluntas aut libera eſt, aut voluntas dicenda non eſt. *Tit. Reus. n.* 60. *p.* 682. Voluntas non exitus ſpectatur in maleficijs. *Tit. Patronus. num.* 129. *p.* 744.

Votum electiuum dare non eſt fructus beneficij, ſed munus Officij, & illi renunciare nemo poteſt. *Tit. Pœnarum. n.* 21. *p.* 233. Votorum pluralitas in Capitulis, quomodò attendatur. *ibi. num.* 139. *p.* 302. Votum deciſiuum eſt ſolùm pro electionibus. *ibi. num.* 140. *pag.* 303.

Vulneratus eſt viſitandus, & examinandus, & ſi non vult detegere percuſſorem, quid agendum. *Tit. Corpus. n.* 22. *& ſeqq. p.* 415. Eius dictum ad quid faciat. *Tit. Teſtes. num.* 63. *p.* 542. Quando, & quomodo poſſit torqueri. *Tit. Tortura. num.* 126. *&* 127. *pag.* 616. 627.

Vulnus inflictum piſtoletto eſt crimen capitale. *Tit. Pœnarum. num.* 121. *pag.* 293.

LAVS DEO.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO.

LYnceis quamuis oculis homo ſit prædituſ, homo tamen eſt, erroribus obnoxius. Multi errores in hoc Opere imprimendo irrepſere, qui vigilantiam Correctionis effugerunt; magis principales hic corrigendos ſubijcimus; reliquos à Te emendandos relinquimus.

Pag.4.col.2.lin.15.*ſui* lege *sùs*. P.7.c.2.l.49.*Relionem* l.*Religionem*.P.15.c.1.l.42.*Miaiſter*.l.*Miniſter*. P.25.c.1.l.9.ante *Diſcant* ponatur numerus marginalis 43.P.28.c.2.l.11.*curam* l. *curare*. P. 37. c. 1. l. 35. numerus marginalis 89.l.80. P. 38. c. 1.l. 16. num.85. l.81.P.57.c.1.l.26.*inteligibiles*.l.*ineligibiles*. P.79.c.2.l.46.*Prælatum* l.*Prælaturam*.P.83.c.1.l.18.antè *Dixi* pon.num. marginal.42.P.83.c.2.l. 46.*probiuſuè* l.*propiùſuè*.P.90.c.1.l.51.num.39.l.59.P.91.c.2.l.8. *potentiales* adde *ſunt*.P.93.c.1.l.1.*de Iudice* l.*à Iudice*.P.98.c.1.l.40.*Paridi*.l.*Pariſio*.P.101.c.2. l.16. *Reicitatione* l.*Rei citatione*.P.105.c.1.l.5.*Accuſationis*.l.*Recuſationis*.P.105.c.8.l.40. *de neceſſitate adhibentur Arbitri,qui*.l.*ſi adhibentur Arbitri,hi*.P.126.c.2.l.47.poſt *Baldus* adde(x).P.135. c.1. l.38. *nequè* l.*nequit*.P.135.c.2.l.49.*valent*.l.*valeant*.P.136.c.1.l.43.*debet ter*.l.*Debet ſemel*.P.143.c.2.l.3.*pene* l.*pend*.P.143.c.2.l.24.num.83.l.85.P.143.c.2.l.30. *valde*. l.*veldè*. P.144. c.1. l.16. *verba*. l. *verbera*. P.147.c.1.l.21.*inferiorem*. l.*inferiorum*. P.149. c.2. l.20. ante *Reſpondeo*. pon. num.marginal.91. P.151.c.2.l.27.*euidens.Sit*.l.*euidens ſit*.P.152.c.1.l.48.*nollet*.l.*nollent*.P.152.c.2.l.47.*Officioter*.l.*Officio ter*.P.156.c.2.l.3.*fora* l.*foro*.P.156.c.2.l.45.*mittantur*.l.*mittentur*.P.157.c.2.l. 8.*reiteraret*. l. *reſerare*.P.161.c.2.l.36.*Generàlis* l.*Generales*.P.161.c.2.l.36.*qud* l.*quia*.P.173.c.1.l.20. *cauſatur*.l.*caſſatur*.P.205.c.1.l.36.*poſt*.l.*pateſt*.P.209.c.2.l.32.*nolit Iudex,præſentia*.l.*nolit;Iudex præſentia*. P.215. c.2.l.42.*ſaltem*.l.*ſalutem* P.216.c.2.l.27.*Prælatum*.l.*Prælaturam*.P.217.c.1. l.6.*rationbaili* l.*rationabili*.P.217.c.2.l.37.*eſte*.l.*iſte*.P.223.c.1.l.45.ante *Plures*.pon.num.marginal.3.P.228.c.1.l.41.poſt (b) adde,*& Laico committitur Cauſa Clerici in quodam Canone(b)*. P.230. c.2.l.28.poſt *Lezana*.adde (z) P.230.c.1.l.38.num.37.l.17.P.234.c.1.l.54.*corda*.l.*chorda*.P.237.c.2.l.5. *duos*. l.*quos*. P. 237. c.2.l.5.*Dyſcolus*.l.*Dyſeolus*.P.240.c.2.l.19.ante *Quod autem* pon.numer.marginal.28.P.241.c.1. l.52.num.28.l.29.P.249.c.20.poſt *Sanſtorus* adde(d) P.250.c.1.l.53.*Iopez*.l.*Lopez*.P.275.c.2.l.4. num.86.l.89.P.272.c.2.l.39.*de* l.*ad*.P.276.c.1.l.23. poſt *vno loco* adde (p). P.300. c.2. l.42. poſt *Carmelitanis* adde (t). P.568.c.1.l.53.num.123.l.121.P.626.c.2.l.3.num.115. l.125. P.630. c.1. l.34.num.125.l.135.P.651.c.2.l.50.antè *Dico* pon.numer.margin.13.

Digitized by Google

REGESTVM.

§ §§ §§§ ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk Llll Mmmm Nnnn Oooo Pppp Qqq Rrrr Ssss Tttt Vuuu Xxxx Yyyy Zzzz.

Aaaaa Bbbbb Ccccc Ddddd Eeeee Fffff Ggggg Hhhhh Iiiii Kkkkk Lllll Mmmmm Nnnnn Ooooo Ppppp Qqqqq Rrrrr Sssss Ttttt.

Omnes ſunt duerniones, excepto Mmmm, qui ſunt terniones.

ROMÆ MDCXCIII.

Typis Ioannis Iacobi Komarek Bohemi apud S. Angelum Cuſtodem.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google